ANNALES ECCLESIASTICI

AUCTORE

CÆSARE BARONIO SORANO

E CONGREGATIONE ORATORII

S. R. E. PRESBYTERO

CARDINALI

TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI

ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO

UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA

P. ANTONII PAGII

DOCTORIS THEOLOGI

Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem Pagii; *& Epiſtola conſularis Henrici* Card. Norisii.

In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.

Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.

Tomus Secundus.



COLLEGIO DI S. ALESSANDRO IN MILANO

LUCÆ

Typis Leonardi Venturini MDCCXXXVIII.

De Superiorum Licentia.



ANNALES ECCLESIASTICI.

PROSEQUENTIBUS nobis Annalium Eccleſiaſticorum difficillimam ſcriptionem, plurima occurrunt, e quibus plane, quam ſit hoc opus arduum, & noſtris viribus, quæ ſunt imbecillæ, longe impar, intelligamus. Vere namque difficillima cognitu Sapiens (*a*) definivit, viam navis in medio maris, greſſuſque colubri ſuper terram. At vero inſtar navis in vaſtiſſimo pelago fluctuantis Eccleſia eſt: cujus varios, duros, & aſperos caſus, atque horrenda pericula quis oratione ſe aſſecuturum eſſe confidat? illa præſertim, quæ hoc Annalium ſecundo tomo complexuri ſumus, nimirum ingruentes undique Gentilium furore procellas, altiſſimoſque fluctus ad eam obruendam motu pravorum ſpirituum excitatos: quos ſicut dinumerare eſt impoſſibile, ita vel ſaltem dicendo adumbrare, nemo puto ſatis ſufficiet. Rurſum vero alia ex parte, quis ſinuoſos ac multiplices quaſi colubri latenter humi repentis hæreſum greſſus, diverſoſque & obliquos fraudum ac doli in Eccleſiæ damnum anfractus, ſe vel mente complecti, nedum ſcriptis proſequi poſſe præſumat? Quis denique ad rectam veritatis lineam tot tortuoſas diverſorum ſententias ingenii ſui norma deducere, atque multiplicium difficultatum inſolubiles pene nexus ſolvere poſſe, in animum inducat? Horum omnium oratio optime conſcia, cunctans hæret in ſalebris, nec greſſum ſolvere in incertum audet, niſi prius divinum favorem ſibi adſpiraſſe ſenſerit. Etenim in re tanta Deum Patrem luminum ducem quærit, Deique Filium, qui eſt veritas, comitem cupit, atque Spiritum veritatis ſibi inhærentem, ſeduloque aſſiſtentem, atque claro ſuæ lucis radio collucentem exoptat: quorum tanto fulta præſidio, læta procedat, jamque tuta & alacris curſum capeſſat.

(*a*) *Prover.* 30.

Ut autem nos immeriti tot tantaque conſequi valeamus; Dei genitrix ſanctiſſima Virgo Maria, per quam Veritas æterna e cœlo delapſa latiſſime ſe in terras effudit, ſumma gratia atque potentia a Deo precibus nobis impetret, largiterque condonet. Sed nihil eſt quod amplius diffidamus, aut ulterius differamus: ex innumeris enim donis per eam acceptis ingens concepta fiducia roboratur, ſecuraque redditur, quod ſuſceptum ſemel, eadem auſpice, illuſtrandæ veritatis officium, optatum exitum conſequatur. Quocirca ipſa jam dante ſignum, atque fauſtis vocibus acclamante, velut e carceribus oratio læta proſiliens, hilaris ad curſum habenas laxat.

JESU CHRISTI ANNUS	CLEM. PAP. ANNUS	TRAIANI IMP. ANNUS
100.	8.	1.

I. CEnteſimus Jeſu Chriſti Redemptoris noſtri annus, Nerva Auguſt. quartum & Traiano Cæſ. iterum Coſſ. incipit (*b*): quo anno Nerva Imper. ſexto Kalendas Februarii morte ſublato, Nerva Traianus ab eodem adoptatus, & Cæſar dictus, ſucceſſit in Imperium, tenuitque annos decem & novem, menſes ſex, & dies quindecim. Fuit natione Hiſpanus (*c*), patria Italicenſis, non Tudertinus ex

(*b*) *Dio in Traiano.*

(*c*) *Eutrop. lib. 8. Euſ. in Chron.*

(a) Panvin. de Rom. Princip. lib.1. (b) Aurel. Vict. in epitom. (c) Strab. lib.3.

ex Umbria, ut aliquis (*a*) exiſtimavit, deceptus nimirum auctoritate Aurelii Victoris (*b*) dicentis Traianum fuiſſe ex Urbe Tudertina: qui & ipſe errore lapſus eſt. Nam, cum apud majores in confeſſo eſſet Ulpium Traianum natum eſſe Italicæ, quæ civitas eſt Turditanæ provinciæ in Hiſpania, cujus meminit Strabo (*c*); ſimilitudine nominum irrepſit error, ut Tuderti, quæ eſt in Italia urbs, genitus putaretur. Sed admiratione res digna, hominem nulla avita nobilitate præclarum, ut olim Veſpaſianum & Titum, ad culmen Imperii eſſe provectum: ☞ natum tamen patre Tribuno, nam illius Traiani creditur eſſe filius qui in bello Judaico ſub iiſdem Imperatoribus militavit ☜. At ſicut illi ob debellatos ac penitus profligatos Judæos, una cum eorum primaria civitate, templo, atque provincia perditis, quaſi pro munere, Deo id agente, ſunt regimen Imperii conſecuti; ita pariter Traianus, qui ſub iiſdem in eadem expeditione contra Judæos egregiam navavit operam, quippe qui decimæ legionis, (ut Joſephus (*d*) eſt auctor) ductor erat; & ipſe, quod perinde ac illi, rem gratiſſimam numini divino præſtiterit, totius Orbis Imperium ☞ Filio ſuo, Traiano huic, ☜ eſt adeptus: ut plane appareat, adeo fuiſſe grave Judæorum ſcelus atque delictum, ut tantis habiti ſint digni muneribus, qui in eos tam immaniter ſævierunt.

Ingenti donati a Deo prœmio qui Judæos perdiderunt.

(d) Joſeph. de bel. Jud. lib.3.c.11. 16.17.

II. Status Eccleſiæ.

Sed antequam res geſtas Eccleſiaſticas per ſingulos Traiani Imperatoris annos recen-

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5591.

☉ 23. G. ☽ 4. P. 8. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 98. *ſecundum Baronium* 100.

EVARISTI PAPÆ 4.

TRAIANI IMP. 1.

SÆC. II Anno Urbis 851. Olymp. 210. an.2. An. C.98.

I. Conſules.

[1] AD num. I. Coſſ. *Nerva Aug. IV. & M. Ulpius Traianus Cæſar II.* Sumtus hic a Traiano Conſulatus juxta priorem Conſulatuum Cæſareorum regulam; a Nerva juxta tertiam.

II. Obitus Nervæ Aug.

Obiit Nerva Aug. ſexto Kalend. Februarias, ſeu die viceſima ſeptima Januarii, ut ex Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptoribus colligitur: *Regnavit annum unum, menſes quatuor, dies novem*, inquit Dio, ubi diem emortualem includit. Eutropius vero qui ait, Nervam regnaſſe annum unum, menſes quatuor, dies octo, diem natalem & emortualem excludit. Clemens denique Alexandrinus, & Theophilus Aniochenus tradunt, eum imperaſſe annum unum, menſes quatuor, dieſque decem; hique extremum diem incompletum pro completo numerant. Quos diverſos numerandi modos recentiores Chronologi non ſatis animadvertentes, iſtos Scriptores inter ſe diſſidere arbitrati ſunt, licet inter eos præclare conveniat.

III. Conſulatus III. hoc & ſequenti anno Traiano oblatus.

Traianus Conſulatum ſecundum hoc anno geſtum *jam Imperator quidem, ſub Imperatore tamen init, ideoque receperat, quia Princeps & pater*

[1] COſſ. *Nerva Auguſt. IV. & M. Ulpius Traianus Cæſar. II.* Fragmentum Gruteriani lapidis pag. CXXVIII. 3. & in Donianis inſcriptionibus cl. I. n. 137. pag. 48. alicubi reſtitutum:

LARIBUS. AUGUSTIS.

. . . .

TRAIANI. AUG. GERM. COS. II.

In iiſdem Donianis lapidibus cl. II. n. 89. pag. 92.

IMP. CAESAR. NERVA
TRAIANUS. AUG. GERM.
PONT. MAX. TRIB.
POT. P. P. COS. I. ITER F
AB. AUGUSTOBRIG
M. P. VIIII.

Mendum in conſulatus numero ſubeſt: legendum enim eſt COS. II. quam anno primo imperii Traianus conſulatum ſecundum gereret.

Jacobus Sponius in Hiſtoria Genuenſi tom. II. pag. 329. novæ editionis:

IMP. CAES. NERV.
ULP. TRAIAN. AUG. GERM.
PONT. MAX. TRIBUN. POT. COS. II.

Cuperus in epiſtola præfixa Faſtis Almelowenii. De ſecundo Traiani conſulatu, vivo adhuc Nerva Imp. Plinius in Panegyrico. Traianus, Cæſar factus eſt a Nerva circiter die XXVIII. Octobris A. D. 97. Faſti Idatiani: *Nerva* IV. *& Traiano* II. Proſperi Chronicon: *Sabino & Antonino: Nerva* III. *& Traiano* II. Suffecti apud Onufrium, ex *Kal. Jul. C. Soſius Senecio, & L. Licinius Sura. Ex Kal. Octob. Afranius Dexter*, qui in magiſtratu occiſus eſt. *De Afranio Dextro Conſule deſignato* Plinius lib. V. epiſt. XIV. Item in iiſdem epiſtolis de *Soſio Senecione*.

cenſere aggrediamur: ipſum Eccleſiæ hujus temporis ſtatum in primis ob oculos ponere, & velut in tabula quadam coloribus expreſſam imaginem repræſentare, operæ pretium exiſtimamus: quo totum id Dei opus eſſe, & non humanæ induſtriæ artem, perfacile intelligatur, ſi tot Judæorum atque Gentilium vexata procellis, atque hæreticorum inſidiis exagitata, ſique philoſophorum ventilata ludibrio, atque magorum deluſa præſtigiis, Dei Eccleſiæ novella germina non fuerint in ſuo cæſpite penitus arefacta, vel una cum radice omnino convulſa, ſed magis magiſque fœcundiori propagine latiſſime propagata, & uberrimo fœtu aucta, & copioſiſſima prole tam brevi temporis ſpatio creverit fœcundata; e contra vero Gentilium ſuperſtitio, ipſo veritatis aſpectu, velut quodam fulmine cælitus demiſſo, ſic concuſſa fuerit & quaſſata, ut magna ex parte collapſa, in perpetuum jam penitus extinguendam ſe fore monſtraret. Cujus rei graviſſimi, iidemque probatiſſimi teſtes ſunt ipſi ſcriptores Gentiles, qui inter eos præcipui fuiſſe videntur, & his ipſis temporibus claruere. Plinius (a) enim, cum in Aſia Proconſulem ageret, juſſuque Traiani (ut paulo inferius ſuo loco fuſius dicturi ſumus) ſæviſſima perſecutione Chriſtianos exagitaret, plane teſtatur, Chriſtianam religionem longe lateque eſſe diffuſam, nec tantum civitates repletas eſſe Chriſti cultoribus, ſed (ut ait) vicos, & agros: e contrario vero jam propemodum deſolata remanſiſſe templa deorum, eoque rem hoc exordio Traiani Imperii jacturæ deveniſſe, ut rariſſimus victimarum emptor inveniretur: hæc, inquam, ipſe ad eumdem Traianum Imperatorem ſcribens, egregie profitetur. Sed eas litteras ſuo loco integras deſcribemus.

(a) Plin. lib. 10. epiſt. 97. in fin.

III. Græciæ oracula reddita muta.

At ipſa etiam deorum oracula, quæ in Græcia maxime vocalia erant, his temporibus jam prope omnino exoleviſſe, & magna ex parte nedum rauca, ſed muta penitus reddita eſſe, Plutarchus locuples teſtis eſt, qui eo argumento commentarium edidit, ea inſcriptione notatum: Cur oracula edi deſierunt; ubi hæc inter alia: *Quin tu, inquam, Cleombrote, de oraculo nobis enarra, Ammonis ſcilicet: antiqua enim fama multum ei divinitatis tribuit, nunc quidem videtur emarceſcere. Tacente Cleombroto, & oculos in terram conjiciente: Demetrius, Nihil, inquit, attinet de iſto percunctari oraculo, & cauſam quærere; cum videamus, oracula, quæ in his ſunt locis, obſoleviſſe, atque adeo, duobus vel tribus exceptis, omnia defeciſſe. Id potius indagandum eſt, quibusnam cauſis extincta ſint. Nam (ut alia taceam) Bœotiam, quæ ſuperioribus temporibus ob oraculorum multitudinem vocalis admodum fuit, nunc prorſus deſtituerunt oracula, tamquam amnes ſiccati, ingenſque divinationis quaſi æſtu quodam abolitæ penuria regionem occupavit. Neque enim alibi hodie, quam apud Lebadiam Bœotia hauſtum vaticinationis reſponſa deſiderantibus præbet: reliqua partim ſilent oracula, partim vaſtata prorſus deſertaque jacent.* Hucuſque Plutarchus.

IV. Jovis Ammonis oracula extincta.

Quod autem ſpectat ad Jovis Ammonis oracula; ea ceſſaſſe iis ipſis diebus, apparet: nam Juvenalis (b), quando ſub Domitiano ſcribit, Jovis Ammonis idolum fuiſſe vocale demonſtrat, dum ait:

(b) Juven. ſatyr. 6.

——— quicquid
Dixerit Aſtrologus, credent a fonte relatum
Ammonis: quoniam Delphis oracula ceſſant:
Et genus humanum damnat caligo futuri.

Cur autem tam clamoſa oracula penitus obmutuerint, Plutarchus, ut veræ cauſæ inſcius, alias hinc inde venari conatus, vel ridendas prorſus, ac contemnendas, ve-

ter detuliſſet. *Geſſit autem non in hoc Urbis otio & intimo ſinu pacis, (conſederat enim ſtatim poſt adoptionem omnis Urbanus tumultus) ſed juxta barbaras gentes; ita ut exercitibus & Provinciis munus ſuum probaverit; Roma non oculis, ſed fama ac rumoribus de ejus juſtitia, humanitate & patientia crediderit.* Ita Plinius in variis locis ſui Panegyrici oſtendit, eum anno præcedenti Proconſulare Imperium accepiſſe; cum eum Imperatorem vocet; & præſenti in Germania, ubi erat, quando Cæſar dictus eſt, moratum eſſe. Plinius ibidem de Traiano inquit: *Tertium Conſulatum recuſavit, ex ea præcipue ratione, quod eum abſens gerere non poterat: & adhuc initio Principatus, ut jam expletus honoribus ab ea dignitate abſtinuit, quam novi Imperatores deſtinatam aliis in ſe transferebant.* Fabrettus qui pag. 172. Syntagmatis de Columna Traiani cap. 9. hæc loca coacervavit, ait, Traianum ſecundo anno Imperii tertium illum Conſulatum recuſaſſe, proximoque poſt illum rejectum anno, eum tandem Conſulatum, *qui Principi primus fuit*, recepiſſe. At cum Imperatores proximis poſt ſuſceptum Imperium Kalendis Januariis Conſulatum inire ſoliti eſſent; juxta primam Conſulatuum Cæſareorum regulam, facile eſt, Plinium etiam a Baronio aliiſque non ſatis intellectum explicare. Plinius itaque num. LVI. & LVII. loquens de tertio Conſulatu a Traiano recuſato, rem narrat præſenti anno peractam: *Geſturæ Conſulatum, inquit, mirer, an non receptum? Geſtus non in hoc Urbis otio, & intimo ſinu pacis, ſed juxta barbaras gentes*, &c. *Hæc laus acti Conſulatus; illa dilati, quod adhuc initio Principatus, ut jam exſatiatus honoribus & expletus Conſulatum recuſaſti: quem novi Imperatores deſtinatum aliis in ſe transferebant*, &c. Tandem numero inſequenti his verbis concludit: *Contigit ergo privatis aperire annum, Faſtoſque reſerare*, &c. quia ſcilicet Traianus Conſulatum hoc

Baron. an. 101. n. 1.

veriſimiles alias, alias vero aliqua ſaltem ex parte veras attulit. Siquidem, cum in primis eam ſtatuat firmetque concluſionem, non fuiſſe deos qui oracula ederent e ſimulacris, ſed qui minores diis haberentur, Genios; eos vel omnino eſſe deſiiſſe (poſſe enim Genios mori etiam exemplo confirmat) vel inde aufugiſſe, & alio commigraſſe, & niſi reverſi iterum eſſent, ſimulacra ſeu Pythiadas, veluti ſine flatu organa, ſiluiſſe tradit.

V. *Ex malo Dæmone oracula.*

Sed quoniam Geniorum alios bonos, malos alios, ex ſententia majorum affirmat: cujuſnam generis ii eſſent, qui Pythiadas afflare ſolerent, non tantum Paulus Apoſtolus (*a*) Philippis in Macedonia declaravit, cum ſpiritum Pythonis a Pythiade muliere exire coegit; ſed idem ipſe Plutarchus egregio plane exemplo demonſtrat, ſic dicens (*b*): *Cum enim quidam ſciſcitatum oraculum peregre veniſſent, fertur ad primas libationes victima immobilis manſiſſe, neque paſſa quicquam; tandem inſtantibus certatim libando ſacerdotibus, velut imbre rigata & madefacta, contremuiſſe aliquantum. Quid ergo Pythiadi uſu venit? Deſcendit in opertum oraculi invita, ut ajunt, & animo minime alacri. Statim autem in primis reſponſionibus apparuit ex aſperitate vocis, eam inſtar navis vento impulſæ non ſuſtinere vim ſpiritus, adeoque repletam eſſe ſpiritu maligno, & muto. Tandem prorſus exagitata cum terribili clamore ad exitum contendit, ibique ſeſe projecit: ita ut non tantum conſultores fugerint, ſed & Nicander vates, & quotquot aderant Oſiorum, id eſt, Sanctorum (ſic enim vatum ſodales appellantur). Paulo poſt tamen ingreſſi, ſuſtulerunt eam mente captam, ac ſupervixit paucos dies.* Hæc ipſe de Geniis cum ſimulacra tum Pythiadas afflare ſolitis. Cum ergo ſua etiam ipſius ſententia, hos conſtet pravos fuiſſe dæmones, quos malos Genios, & malignos ſpiritus nominat; quiſnam eos ſilere coegerit, vel inde exire compulerit, in confeſſo eſt. Chriſtus enim, qui in hunc venit mundum (ut ait Joannes Apoſtolus *c*) ut diſſolveret opera diaboli, non tantum vivens perpetuum adverſus eum certamen iniens, pene innumeros cacodæmones ab obſeſſis corporibus expulit, ſed & ſuis divinam quamdam vim atque virtutem id ipſum præſtandi tribuit, qua & loquaciſſima illa oracula ſunt penitus ſilere compulſa.

(*a*) *Act.* 16.

(*b*) *Plutar. de oracul. defect. in fine.*

(*c*) 1. *Joan.* 3.

VI. Cum igitur eo tempore ejuſmodi eſſet rerum noſtrarum ſtatus, nempe florentiſſimus, in dieſque magis nova credentium propagine illuſtrior atque præclarior redderetur: Gentilium omnium provocatur invidia, atque odium concitatur, præſertim ipſius Imperatoris, qui, cum Gentilium ſuperſtitioni addictiſſimus eſſet, eo magis ſævìit in Chriſtianos, quo deorum magis cultui in omnibus cupiebat eſſe conſultum atque proſpectum. Quamobrem ſævam nimis in Chriſtianos perſecutionem commovit: ſed quo potiſſimum anno ejus Imperii, eſt accuratius explorandum. Non enim aſſentimur Euſebio, qui anno decimo Traiani Imperatoris excitatam eſſe in Chriſtianos perſecutionem affirmat: Plinii enim Secundi, qui his ipſis temporibus claruit, auctoritas refragatur: qui cum de perſecutione adverſus Chriſtianos ad ipſum Traianum (*d*) ſcribit epiſtolam anno ejus Imperii quinto (ut ſuo loco dicemus) plane ſignificat, longe ante ab Euſebio præſcriptum tempus eam inchoatam. Immo cum ibidem dicat, Chriſtianorum, qui a fide deſciverant, alios ante triennium, alios vero ante plures annos, plures etiam ante viginti ad facinus perpetrandum adductos fuiſſe; ſignaſſe viſus eſt tres in eam diem perſecutiones in Chriſtianos indictas; nimirum primam ſub Nerone, ante annos viginti & amplius, excitatam: ſub Domitiano autem eam, quam ante annos plures permotam dicit: ante triennium vero

Traiani perſecutio quando cœpta.

(*d*) *Plin. lib.* 10. *ep.* 97.

hoc anno ſibi oblatum admittere noluit, ut paulo ante Plinius dixit. Cum vero num. LX. Orator ait: *Atque ego video proximo anno Conſulatus recuſandi hanc præcipuam fuiſſe rationem, quod eum abſens gerere non poteras, ſed jam Urbi votiſque publicis redditus, quod eſt in quo magis ſis approbaturus, quæ quantaque fuerint quæ deſiderabamus*, indicat anno ſequenti, Chriſti nempe XCIX. Traianum tertium illum Conſulatum rurſus recuſaſſe, tandemque admiſiſſe. Et ratio eſt, quia Plinius eam Orationem anno Chriſti centeſimo recitavit. Quare quando ait, *proximo anno* Traianum Conſulatum recuſaſſe, loquitur de anno nonageſimo nono, non vero de currenti, ut perperam Plinium interpretatur Fabrettus. Primæ repudiationis hanc rationem affert Plinius num. LVII. quod adhuc initio Principatus honoribus expletus Traianus eſſet: ſecundæ vero, quod abſens gerere non poterat Conſulatum illum tertium. Duæ itaque rationes illæ duobus diverſis annis, non vero uno eodemque a Traiano allatæ, recteque a Plinio diverſis locis ſuæ Orationis recitatis.

IV. Idem Fabrettus pag. 282. refert ex Goltzio hos duos Traiani Nummos:

NE: VA. TRAJAN. CAES. GER. NER. AUG. F. P. TR. P. COS. II. IMP.

NERVA. CAES. NERVAE. AUG. F. TRAJAN GERM. PONT. TR. P. COS. II. IMP.

Addit Fabrettus, ad hunc annum ante ſuſceptum a Traiano Imperium, vivente adhuc Nerva, eoſdem pertinere. *Ex quo*, inquit, IMP. *titulo huic Cæſari ſtatim ab initio uti conceſſo, ut ex Panegyrico etiam Plinii num. LXXV. & LXXXVI. habetur regula illa, ex tot multis, quibus argumentum ſuum involvit Auctor Diſſertationis Hypaticæ de Conſulibus Cæſareis pag. 54. Imperatoris ſcilicet nomen Cæſaribus ante M. Aurelium denegatum funditus ſubvertitur: immo ante Traianum non ſemel, ſed ter & decies falſa obſervatio ejuſmodi*

Traianus tam ob victorias quam ob Imperium Proconſulare dictus Imperator.

vero tertiam ſub Traiano, quæ ipſo propemodum Traiani Imperii exordio cœperit. Sed antequam de ipſa agere aggrediamur pauca quædam de ejuſdem Imperii primordiis præfari, operæ pretium ducimus.

VII. Traianus igitur in expeditione Germanica, apud Coloniam Agrippinam (*a*) delatum a Nerva ſuſcepit Imperium, agens annum ætatis (ut Dio (*b*) auctor eſt) quadrageſimum ſecundum. Verum etſi nonniſi poſt mortem Nervæ liberas Imperii rexit habenas; tamen Plinii (*c*) teſtimonio exploratum habetur, quod ipſo die, quo a Nerva Auguſto eſt adoptatus, ſimul etiam creatus eſt Cæſar, ac mox Imperator, cum Tribunitia poteſtate; idemque ob præclaras victorias in Germania partas Germanicus eſt pariter appellatus. At licet Nerva pater defunctus eſſet, tamen hoc ipſo anno, cum ſecundum gereret Conſulatum, foris egit in expeditione inter barbaros conſtitutus (*d*), egregium in omnibus optimi Principis ſpecimen edens: *Quippe qui* (inquit Dio *e*) *ubi primum Imperium aſſumpſit, edicta quædam ad Senatum miſit, atque illud in primis: Nunquam ſuo juſſu bonum virum occiſum iri, aut ignominia notandum: id quod non ſolum in præſens ſacramento confirmavit, ſed per totum Imperii tempus inviolatum ſervavit.* Hæc Dio. Atque utinam ſicut lex bona ac æquiſſima viſa eſt, ita pariter qui boni & optimi viri eſſent, majori delectu habito, prudentius exquiſiſſet: non eo erroris certe prolapſus eſſet, ut Chriſtianos vita innocentiſſimos, ac moribus æque ſanctiſſimos, quod deos non colerent, ut impios atque ſacrilegos condemnaſſet: eo namque nomine, quo magis ipſe erat ſuperſtitionis Gentilium affectator ac numinum cultor, eo acrius in Chriſtianos eorum contemptores ſævire, ſibi æquiſſimum videbatur. Quamobrem inter cetera edicta, quæ hoc ſuo primo Imperii anno Traianus Romam abſens ad Senatum miſit, illud de religione patria conſervanda viſus eſt primum omnium ingeſſiſſe: nam cum (ut auctor eſt Plinius) ipſi Jovi adeptum inſperato Imperium acceptum ferret; nihil antiquius habuit, quam avitæ ſuperſtitioni proſpicere, in omnibuſque conſulere; ſummam pietatem exiſtimans, de eadem bene mereri, ſicque deorum gratiam promereri.

(*a*) *Aurel. Vict. in Traian. & Eutrop. l.* 8.
(*b*) *Dio in Traian.*
(*c*) *Plin. in Panegyric.*
(*d*) *Plin. in Panegyr.*
(*e*) *Dio in Traian.*
Traiani Imp. exordium quale.

VIII. At licet nullum a Principe promulgatum inveniamus edictum, quo Chriſtiani necari juberentur expreſſe; tamen alio quodam prætextu, ut reos, a Præſidibus provinciarum jure eſſe plectendos, edita lege conſuluit. Cavit enim in primis edicto, ne collegia ſeu ſodalitia eſſent: qua ratione & Chriſtianos ſimul coire, conventus facere, aliiſque quam Imperatoriis legibus gubernari, vetitum pariter videbatur. Cujus vigore legis, ſatis amplam Præſidibus ſuppetiſſe facultatem ad infligendas pœnas Chriſtianam religionem profitentibus, Plinius (*f*) cum Proconſulem ageret in Bithynia, ad Traianum ſcribens, aperte ſignificat; dum teſtatur, ſe, eo promulgato edicto, Chriſtianorum conventus vetuiſſe, eoque nomine ſupplicia irrogaſſe: nam ait in fine: *Ipſos conventus facere deſiiſſe poſt edictum meum, quo ſecundum mandata tua hetærias eſſe vetueram.* At quid per hetærias Plinius ſignificare voluerit: ignoratione ejus vocis, textum eſſe depravatum complures exiſtimarunt. Verum a Græca voce ἑταῖρε, qua (ut auctor eſt Suidas *g*) Plato & ceteri Philoſophi germanos ejuſdem eruditionis amatores, ſodales vocabant, hetærias Plinius vocat ſodalitia: quo ſenſu etiam ipſe Traianus (*h*) eamdem vocem uſurpat, cum alias reſcripſit ad Plinium. Sic igitur non nova edicta proponendo, ſed illo de hetæriis ab Imperatore olim lato, in provincia promulgando, acerbam ſatis perſecutionem in Chriſtianos Plinium excitaſſe, ſuæ ipſius litteræ ad Traianum ſcriptæ ſignificant. Ita etiam ceteros

Vetita ſodalitia.
(*f*) *Plin. lib.* 10. *ep.* 97.
(*g*) *Suid. in hiſtor.*
(*h*) *Apud Plin. lib.* 10. *ep.* 43.

modi deprehenditur, tot vicibus in Tito adhuc Cæſare & Auguſti filio, multiplicato Imperatoris titulo, prout cap. 3. *pag.* 90. *allata Aquiſlavienſi Inſcriptione Gruteri probavimus. Hæc ea Inſcriptio:*

IMP. CAES. VESP. AUG. PONT
MAX. TRIB. POT. X. IMP. XX. COS. IX. PP.
IMP. TITUS. CAES. AUG. F. PONT. TRIB
POT. VIII. IMP. XIII. COS. VI. &c.

Sed valde hallucinatur Vir eruditiſſimus, dum nomen *Imperatoris*, qui in prænomen Auguſtorum tranſiit, cum Imperatoris nomine ob victorias Auguſtis dato confundit. Imperatoris itaque titulus, quando prænomen eſt, ſummamque potentiam oſtendit, præponitur; quando vero victorias denotat, daturque Auguſtis, vel quia rem feliciter geſſere, vel alii ipſorum auſpiciis, poſtponitur, & multiplicari ſolet, ut videre eſt in laudata Titi Inſcriptione. Ego de eo prænomine, non vero de titulo de more multiplicando locutus ſum, certamque regulam ſtatui. Hæc mea loco citato verba: *Poſt M. Aurelium pluresque Auguſtos ſimul imperantes, Imperatoris nomen tam Cæſaribus, quam Auguſtis datum, licet antea Collegis quidem Imperii, Cæſaribus vero minime tribueretur.* Pagina vero 4. ejuſdem Diſſertationis diſerte ſcripſi, Tiberium cum Auguſto, Titum cum Veſpaſiano patre, Traianum cum Nerva, Antoninum Pium cum Hadriano, ac M. Aurelium cum Antonino Pio corregnaſſe, & Imperii Collegas fuiſſe. Falſitur ſecundo Fabrettus, quando putat *Imperatoris* nomen, cum præponitur, omnibus indiſcriminatim Cæſaribus conceſſum fuiſſe: ſic enim Domitianus Cæſar & Ælius Cæſar eo cohoneſtati fuiſſent: nec verius loquitur, ſi intelligit, *Imperatoris* titulum ad victorias relatum attributum etiam puris putis Cæſaribus fuiſſe; cum certum ſit, illud eiſdem denegatum, & Collegis Imperii, aut ſaltem Imperio Proconſulari donatis tantum collatum.

teros provinciarum Præſides factitaſſe, nullus jure poterit dubitare: cum illorum omnium comparatione Plinius viſus ſit optimus: quippe qui exhorreſcens tot hominum Chriſtum profitentium carnificinam, ut in re maximi momenti, non ſponte agere, immaniterque ſævire, ſed conſulendum ſibi putavit Imperatorem: qui ejus permotus litteris, etſi omnino non abſtulit, perſecutionem tamen magna ex parte, dato reſcripto, cohibuit. Sed de his ſuo loco agemus inferius.

IX. Perſecutio in Chriſtianos Romæ.

Cum igitur ejuſmodi Imperatoris edictum ab eo una cum ceteris dignis optimo Principe datis legibus promulgatum pariter & pervulgatum fuiſſet: qui magiſtratus Romæ gerebant, nihil ſollicitius curantes, quam ut ipſa prima novi Augnſti ſtatuta a cunctis in honore haberentur & ſervarentur edicta: oculis luſtrantes Urbem, illos potiſſimum Traiani legibus comprehendi ac perurgeri ſenſerunt, qui maximum omnium contraxiſſe ſodalitium viſi, Chriſtiani nomine dicti eſſent, quippe qui non tantum in Urbe ſub uno colligi ſolerent Antiſtite, ſed longe lateque ubique terrarum, qui ejuſdem religionis reperirentur homines, quorum (ut nuper dictum eſt) erat innumera multitudo, ejuſdem regerentur Pontificia poteſtate. Sed (quod deterius videbatur) dum non colerent numina, & in deos iidem juraſſe viderentur; ſicut impii, ita & omnium ſceleſtiſſimi habebantur; quamobrem ſumma pietas, ſummaque viſa eſt eſſe religio, hos urgere, vexare, ac penitus profligare. His omnibus Gentiles omnes facile perſuaſi, quamlibet alioqui in eos occaſionem captantes, ſponte illam edicto Imperatoris oblatam, digniſſimam & æquiſſimam ſibi viſam arripientes, Chriſtianos Romæ agentes in primis exagitare cœperunt; & inter eos illum potiſſimum, qui adeo copioſi ſodalitii princeps eſſe videretur & caput. Erat is Clemens, totius Chriſtianæ religionis ſummus Antiſtes, in Pontificatu jam agens annum octavum: qui a Petro Apoſtolorum principe olim electus, poſt Linum & Cletum, libens volenſque illis cedens, maximam omnium ſubierat præfecturam; qua ſub Domitiano Imperatore Eccleſiam perſequente, & ſub Nerva Auguſto pacem reddente naviter functus, ad graviora ſubeunda certamina ſub Traiano videbatur eſſe ſervatus.

X. At licet Romanorum plurimi in Clementem Chriſtianæ religionis Pontificem paribus ſtudiis furerent, atque ad necem eum peterent: eorumdem numeroſa etiam multitudo eidem, ut viro innocentiſſimo atque ſanctiſſimo, deque omnibus optime merito, omni plane favebant officio. Sed adverſariis ſe inſtantius ingerentibus, ut Clemens coram urbis Præfecto Mamertino ſiſteretur cauſam dicturus, obtinuerunt. Compulſus ille de Clemente cognoſcere (invitus enim ad ejuſmodi trahebatur officium) quid de eo eſſet agendum, per litteras Traianum abſentem conſuluit. Qui cum audiſſet Clementem religionis patriæ deſertorem, & numinum contemptorem: licet in eum more majorum animadvertendum eſſe cenſeret; tamen quod etiam in ſontes ac criminoſos plectendos ſe humanum atque benignum exhibere ſtuderet, neve primordia ſui Imperii Romano ſanguine macularet, in hunc modum de Clemente reſcripſit: Oportere vel conſentire ſacrificantem, aut ultra mare Pontum in deſertam civitatem Cherſonam relegari, locum (ut in Notationibus ad Romanum Martyrologium (a) additis explicavimus) trans mare Euxinum, apud Cimmerium Boſphorum, in Taurica Cherſoneſo. Ea ab Imperatore oblata Clementi optione, abſque ulla mora duriſſimum exilium impietati prælpoſuit.

Traiani reſcriptum de Clemente.

(a) Die 23. Novemb.

XI. Clementis in exilio res geſtæ.

Sic igitur ab invito licet Urbis præfecto, ex Traiani ſententia, Clemens continuo ad locum exilii amandatur: ubi cum plures Chriſtianorum eadem pœna mulctatos, eoſdemque ærumnis afflictatos nactus eſſet, illud ſolatii illis præſtitit, ut divina ope implorata, uberrimum aquæ fontem ad potum neceſſarium (nam illa inſuper moleſtia urgebantur, ut humeris aquam ſex millibus paſſuum, procul poſitam, jugiter ferrent) e terra in loco divinitus agni ſigno monſtrato fecerit erumpere: quo miraculo edito, Chriſti fidem loci accolis, annuntiante Clemente, mirifice Chriſtiana fuit religio propagata; adeo ut idololatria, quæ in ea regione ante vigebat, extincta propemodum fuerit. Tum Iberos quoque, populos in eadem Orbis plaga poſitos, Evangelium ſuſcepiſſe, ut credamus, Irenæus (b) perſuadet, qui his temporibus proximus, inter alias remotiores Chriſti Eccleſias, eas recenſet quæ in Iberis eſſent. Manſit eo in loco S. Clemens ad biennium; ubi tandem glorioſo martyrio, de quo ſuo loco dicemus, diem clauſit extremum. Hæc de Clemente accepta ſunt ex Actis ejus tam Latine quam Græce (c) conſcriptis, licet haud illa ipſa eſſe exiſtimemus, quæ per Notarios Romanæ Eccleſiæ conſcripta putantur: nam magiſtratus ille Comitis officiorum, cujus illic habetur mentio, nondum fuiſſe videtur illis temporibus inſtitutus: ſed potius quæ ex antiquioribus illis in hominum memoria conſervata remanſerant (nam illa ipſa una cum ceteris a Diocletiano Imperatore juſſa ſunt comburi) ſcriptis fuerunt poſtea conſignata.

(b) Iren. lib. 1. c. 3.

(c) Metaph. 23. Novemb. ex quo Lipom. & Sur. item ſcripti codices.

XII. His Romæ adverſus Clementem Chriſtianæ religionis ſummum Pontificem geſtis, magna proculdubio facta eſt reliquorum

rum Chriſtianorum concuſſio: conventibus enim ſemel Imperatoris edicto ſublatis, nulla dabatur facultas, ut mutui congreſſus ſolatio mœrorem ex paſtoris abſentia ſuſceptum lenirent. Tunc accidit, ut qui a Domitiano proſcripti, & in inſulam relegati fuerant, Flavia Domitilla virgo, de qua ſuo loco pluribus actum eſt, & ejus eunuchi Nereus & Achilleus (*) una cum pluribus ejuſdem familiæ fuerint coronati martyrio, facti omnes impietatis rei. Traditi tunc ſunt Nereus & Achilleus Memmio Rufo Conſulari, a quo ſunt affecti ſupplicio Tarracinæ, quo fuerant amandati: pari pœna affecti alii ejus domeſtici Eutyches, Victorinus, & Maro, diverſis apud Urbem locis, licet Victorinus in agro Reatino ad Aquas Cutilias necari ſit juſſus. Demum ipſa Flavia Domitilla una cum Euphroſyna & Theodora, cum a Chriſti religione divelli nullatenus poſſent, incenſo cubiculo, feliciter martyrium conſummarunt: cum paulo ante, eamdem ob cauſam, Sulpitius & Servilianus capite truncati fuerint. Hæc omnia habent Acta ſanctorum Nerei & Achillei, quibus adſtipulantur antiqua Martyrologia: in illis enim horum omnium dies natalis anniverſaria commemoratione conſignatus habetur. Paſſus item Romæ eſt eodem ferme tempore eadem ex cauſa Hyacinthus (*b*), id agente Luxurio, cujus opera & hi quos recenſuimus martyres male affecti ſunt. Cæterum hos paucos ex multis recenſuiſſe ſufficiat; cum haud dubium ſit, quamplurimos alios non Romæ tantum, ſed ubique locorum, Chriſtianæ fidei cauſa, hoc eodem anno glorioſo occubuiſſe martyrio. Nam (ut teſtatur Euſebius *a*) per ſingulas Romani Imperii civitates in Chriſtianos concitatæ ſunt turbæ: ait enim: *Poſt Neronem & Domitianum ſigillatim in unaquaque civitate ſub Traiani Imperio ex ſeditione populi excitata, gravem contra Chriſtianos perſecutionis tempeſtatem commotam, fama & ſermone percrebreſcit.* Hæc Euſebius. Porro de reliquis, qui ſub eodem Imperatore ſunt paſſi, agemus ſingulis annis, quibus ejuſmodi certamen iniiſſe reperiuntur.

Flaviæ Domitillæ & aliorum martyria.

(*) Archilleus.

(a) Rom. Martyr. 26. Jul.

(b) Euſeb. lib. 3. c. 26.

XIII. Sic igitur tum ex his quæ dicta ſunt, tum etiam quæ dicturi ſumus, videas hominem omnium antiquorum calculo optimum Principem exiſtimatum, ac immenſis laudibus prædicatum, tantum in Chriſtianos, veluti infenſiſſimos hoſtes, iniquiſſime, non ſecus ac Neronem & Domitianum, ſæviſſe. Quod fortaſſe mirabitur, qui rei cauſas minus ſolicite perquiſierit. At indignabitur fortaſſe aliquis, ſi quem communi ſuffragio majores non tantum bonum virum, ſed optimum, ſolemnibus acclamationibus, ac publicis votis, iteratiſque præconiis celebrarunt; an hoc ipſum verum fuerit, poſt tot ſæcula videamur in controverſiam non minus invidioſe quam calumnioſe velle deducere: cum præſertim in mortuum obloqui, licet Nero ſit ille, nec Epicurus (*c*) Philoſophus patiatur, nec ſoleant (quod ait Plinius *d*) cum mortuis niſi larvæ luctari. Verum omni nos culpa vacabimus, ſi nullum recens a nobis excogitatum commentum, nec aliud aliquod ex Ariſtarchi ſchola deductum argumentum adducemus in medium, ſed quæ iidem ipſius laudatores ſuis commentariis egregie teſtata reliquerunt. Dio Caſſius (*e*), ſuorum temporum ſcriptorum facile princeps, cum multa de viro laude digniſſimo prædicet, hæc tandem: *Nihilque omnino erat, quod optime non exerceret. Vini dumtaxat appetens, & in adoleſcentulos pronus citra calumniam habitus eſt: utpote qui numquam ex eo turpe aut mali quicquam effecit. Nam qui vinum uſque ad ſatietatem biberet, ſobrius tamen erat, neque in crimen, prægravante vino propulſus eſt. Et in maſculorum amoribus ita ſibi temperavit, ut nihil per vim, dum voluptati obſequitur, moliretur.*

Traianus qualis.

(c) Lucian. in Nerone.

(d) Plin. in præf. ad Veſp. Imp.

(e) Dio in Traiano.

Egregiam plane laudem, ſi volentes tantum (proh pudor) pueros habuit in deliciis: quaſi reperiri poſſet qui non in omnibus aſſentiretur Imperatori. Quis non abſque culpa vel pœna præſtare putaret, quod tam bonus peteret Imperator? Sed provoco ipſos, qui eum laudant, ad ſuas ipſorum leges. Quid ipſorum poeta (*f*), qui his temporibus vixit. XIV.

(f) Juven. ſatyr. 2.

Quod ſi vexantur leges, ac jura: citari
Ante omnes debet Scantinia.

Qualis ergo habendus ſit Imperator, cujus comparatione hac ſaltem ex parte Domitianus omnium ſceleſtiſſimus, ſanctiſſimus habeatur; quippe qui eos cujuſvis conditionis eſſent, ſtatutis a lege pœnis mulctabat, qui ejuſmodi graviſſimi ſceleris rei dicti fuiſſent; quiſque conſideret: nam Suetonius (*g*) hæc de ipſo teſtatur: *Quoſdam ex utroque ordine lege Scantinia condemnavit.* Sed quam eidem pœnæ præ cæteris Traianus fuiſſet obnoxius, qui nec in ſua explenda libidine nepoti pepercit? ſcribit enim Ælius Spartianus hæc de Hadriano filio conſobrini Traiani: *Fuitque in amore Traiani; nec tamen ei per pædagogos puerorum, quos Traianus impenſius diligebat, Gallo favente, defuit.* Inter optimos ne, vel ſaltem bonos cenſendus ille videri poteſt, qui ſcriptorum Ethnicorum teſtimonio omnium turpiſſimus eſt habendus, quem & Julianus (*h*) ex perſona Sileni ſuggillat, quod a turpi & fœdiſſima voluptate victus eſſet, licet inter deos videretur eſſe receptus?

Traianus in quibus Domitiano deterior.

(g) Sueton. in Domit. c. 8.

(h) Julian. Caſ.

Traianus turpiſſimus.

XV. At ſi hæc clarioribus Solis radiis, ſi, inquam, fulgore Evangelicæ veritatis inſpi-

(a) Rom. 1. ſpiciantur: conſtat ſententia Pauli (a) ad Romanos ipſos ea de re ſcribentis, plane omnium ſceleſtiſſimos Dei ſententia judicatos, atque a Deo penitus derelictos, qui aliorum pondere ſcelerum in ejuſmodi imum turpitudinis cœnum ſinantur præcipites ferri; ait enim: *Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem uſum in eum uſum qui eſt contra naturam. Similiter & maſculi, relicto naturali uſu feminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis in invicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Et ſicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia*, &c. Ecce Dei ſententia, & Pauli teſtimonio, quam omnium ſceleſtiſſimi habendi ſint, patet, qui ita effecti eſſent omnium impuriſſimi: ſic in eos numine ulciſcente peccatum impietatis, ex qua omnium ſordium, velut e fonte, uberrimi fluant rivi.

XVI. Traianus novum inducit Deum.

At quam ceteris excellentius iſtæc Traianus præſtiterit, cum multa alia, tum quæ hoc ipſo anno geſſit, manifeſte declarant. Nam ejus opera augetur Romanum Imperium novo deo: ſiquidem Nervam Auguſtum, cui acceptum ferebat Imperium, hoc ipſo ſui Imperii exordio retulit inter deos. Plinius (b) enim, dum ejus celebrat laudes, hæc habet: *Tu ſideribus patrem intuliſti, non ad metum civium, non ad contumeliam numinum, non in honorem tuum, ſed quia deum credis. Minus eſt hoc, cum fit ab iis qui ſe deos putant: ſed licet illum aris, pulvinaribus, & Flamine colas, non alio magis tamen deum facis & probas, quam quod ipſe talis es.* Hæc Plinius homini adulatus, qui ſeipſum eſſe itidem deum exiſtimaret: gloriæ enim eum fuiſſe cupidiſſimum, etiam Dio (c) teſtatur. Ex quibus omnibus videas, qua morum integritate, qua vitæ innocentia Traianus præditus fuerit, qui in Chriſtianos perſecutionem commovit.

(b) Plin. in Paneg. Traian.

(c) Dio in Traiano.

XVII.

Refellemus, & pluribus, ſuo loco inanem illam opinionem, quæ apud aliquos rem haud diligentius perquirentes, fidem ſibi conciliat, de Traiani anima S. Gregorii Papæ precibus ab inferis liberata: nec patiemur hac levitate Chriſtianæ religionis majeſtatem amplius traduci, hominemque impuriſſimum dici inter ſanctos in cœlo una cum Deo in æternam beatitudinem cooptatum, quem Julianus (d) Apoſtata nec ſub ipſa Lunæ concavitate in deorum convivium admitti voluit, niſi ab intemperanti ejus animo prius cuſtoditus fuiſſet, cui admodum timebatur, Ganymedes. *Cum Traianum*, inquit, *conſpicatus Silenus, quamvis ſubmiſſa voce loqueretur, intelligi tamen volens, hæc verba protulit: Hoc tempore maxime ſumma cura & diligentia eſt adhibenda domino Jovi, quo illi cuſtodiatur Ganymedes.* Patietur ne quis, in ſummum cælum Traianum eſſe receptum, quem nec quidem in infimum, niſi ſalvo Ganymede, placuit in convivium ſuorum deorum admitti? Sed de his alias.

(d) Julian. Cæſ.

Traianum in Cœlum receptum nec Ethnici volunt.

XVIII. Chriſtiani cur a juſtis aſſerti: Principibus vexati.

Sed & aliæ inſuper ſuppetunt cauſæ, ut quantumlibet optimi viderentur Imperatores, tamen (ut ſibi videbatur) juſtis de cauſis in Chriſtianos commoverentur. Nam cum ex Judæis, qui omnium hominum contemptiſſimi ac nequiſſimi haberentur, ejuſmodi ſecta videretur prodiiſſe, plane erat eo nomine infamata. Rurſus vero, quod iidem eſſent Romanorum ac aliarum omnium gentium numinum contemptores, ab omnibus pariter impii cenſebantur. Accedebat his etiam, quod vano in vulgus rumore ſparſo, Chriſtianos omnes magos eſſe, atque magicis artibus, admiranda quæ ederent, operari: licet in cæteris vita ipſorum ab omnibus innocentiſſima probaretur, tamen ex eo tantummodo quod Chriſtiani eſſent, infamabantur. Unde Tertullianus (e) ex ipſorum verbis: *Bonus vir Caius Seius, ſed malus tantum quod Chriſtianus. Item alius: Ego Lucium ſapientem virum repente factum Chriſtianum defero.* Nomen igitur tantum condemnationi fuiſſe ſubjectum, idem auctor pluribus monſtrat. Sed hæc modo ſatis ſit leviter attigiſſe. Quomodo autem hæreticorum ſcelera redundarent in Chriſtianos fide moribuſque ſinceros, & aliorum facinoribus iidem innocentes periclitarentur, alias dicturi ſumus, cum de aliis calumniis, quibus ab iiſdem aſſiduo exagitabantur, diffuſius differemus.

(e) Tert. in Apolog. c. 3.

XIX. Abilius Epiſcopus Alexandrinus.

Eodem anno Abilius, tertius Epiſcopus Alexandrinus, cum ſediſſet annos tredecim, laudabiliter digneque paſtorali cura perfunctus, ex hac vita migravit: in cujus locum ſuffectus eſt Cerdo, qui ſedit annos undecim. Hæc Euſebius (f). Porro ne quis nominis ejuſdem occaſione errore labatur: quod ad Cerdonem pertinet Epiſcopum Alexandrinum, longe hic eſt diverſus ab illo Cerdone ſordidarum hæreſum inventore, qui vixit ſub Antonino Pio, nec Epiſcopus fuit, neque in Ægypto verſatus aliquando, ſed e Syria (g) progreſſus, Romam ſe contulit, ubi & ſub Hygino conatus eſt ad ſua perverſa dogmata pellicere homines: ſed de eo agemus ſuo loco.

(f) Euſeb. hiſt. lib. 3. c. 16. & in Chronic.

(g) Epiph. hæreſ. 4.

Annus

I. Annus Chriſti centeſimus primus conſignatur in Conſularibus Faſtis C. Soſio Senecione, & A. Cornelio Palma Coſſ. Hic ille Soſius Senecio, ad quem Plutarchus ſua inſcripſit Sympoſiaca: Cornelius vero Palma, bello Arabico feliciter confecto, clariſſimus redditus eſt. Laudatur a Plinio (*a*) Traianus, quod oblatum præſentis anni Conſulatum accipere recuſavit, ſic dicente, cum aggreditur recenſere res ab eo geſtas anno ſecundo ejus Imperii: *Secundum Conſulatum recepiſti, quia Princeps & pater deferebat. At poſtquam ad te Imperii ſumma, & cum omnium rerum, tum etiam tui poteſtatem dii tradiderint, tertium Conſulatum recuſaſti, cum agere tam bonum Conſulem poſſes:* & poſt alia: *Contigit ergo privatis aperire annum, Faſtoſque reſerare: & hoc quoque redditæ libertatis indicium fuit, quod Conſul alius quam Cæſar eſſet.* Quo ipſo anno idem Traianus in Urbem ſe contulit: cujus ingreſſum idem (*b*) auctor pluribus narrat; additque ipſum candidatum interfuiſſe comitiis tertii Conſulatus, quem auſpicatus eſt anno ſequenti. *Romam igitur regreſſus* (inquit Dio *c*) *multa in emendationem negotiorum publicorum, & beneficium bonorum, quos vehementer complexabatur, conſtituit. In puerorum alimenta in Italia dumtaxat multa largitus eſt.* Sed hæc pluribus Plinius (*d*).

(*a*) Plin. in Paneg.

Traiani adventus Romam.

(*b*) Plin. ibid.

(*c*) Dio in Traiano.

(*d*) Plin. in Paneg.

II. S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ obitus.

Hoc ipſo anno, qui numeratur a paſſione Domini ſexageſimus octavus, ſanctus Joannes Apoſtolus & Evangeliſta (ut auctor eſt Hieronymus *e*) Epheſi moritur, & juxta eamdem urbem ſepultus eſt. Ad hunc ipſum annum ſecundum Traiani Joannem perveniſſe, pariter teſtatur Euſebius (*f*) ex Irenæo. Polycrates (*g*) quoque, Theologorum antiquiſſimus, ſcribens ad Victorem Romanum Pontificem, hæc habet de ejuſdem Joannis obitu: *His accedit Joannes, qui ſupra pectus Domini re-*

(*e*) Hier. de Scrip. Eccl. in Joan.

(*f*) Euſeb. in Chron.

(*g*) Apud Euſeb. lib. 1. c. 25.

SÆC. II. Anno Urbis 852. Olymp. 219. an. 3. Anno Ch. 99.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5592.

☉ 24. F. ☽ 5. P. 4. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 99. *ſecundum Baronium* 101.

EVARISTI PAPÆ 5.

TRAIANI IMP. 2.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. C. *Soſius Senecio II.* & *Cornelius Palma*, ex Idacio, Auctore Chronici Alexandrini, Proſpero & Caſſiodoro. Baronius in Senecione notam numeralem prætermittit, quæ tamen, quando ſciri poteſt, accurate deſcribenda. Animadverti enim, iteratos Conſules, vel inſignioribus annis, vel in conſortio Imperatorum, Faſtis nomen dediſſe, præſertim in Decennalibus & id genus feſtis, ſi Imperatores, aut ejus propinqui annum non aperirent. Quare, cum Traianus hoc anno Conſulatum non acceperit, illum in Senecionem jam Conſularem tranſtulit.

II. *Traianus Conſulatum III. bis recuſavit.*

Traianus anno præcedenti Conſulatum tertium Imperii ſui Auguſtei initio debitum recuſavit, hac ratione, quod jam expletus honoribus eſſet. Præſenti vero anno iterum Conſulatum illum recuſavit, poſtquam in Urbem advenit, licet tandem ceſſerit, ut anno ſuperiori explicavimus. Traianum porro anno præcedenti Conſulatum tertium recuſaſſe, præter ibidem dicta, certum reddit Plinius in Panegyrico cap. 59. ubi de tertio Traiani Conſulatu a Traiano recuſato loquens ait: *Quouſque abſentes de abſente gaudebimus?* (erat itaque abſens Traianus, quando Conſulatum recuſavit) *Liceat experiri, an aliquid ſuperbiæ tibi ille ipſe ſecundus Conſulatus attulerit. Multum in commutandis moribus hominum medius annus valet, in Principibus plus.* Medius itaque tantum annus a ſecundo ejus Conſulatu jam elapſus erat, quando ei tertius oblatus. Secundum autem Conſulatum uſque ad Kalendas Martias anni Chriſti XCVIII. Traianus geſſit. Quare eo anno menſe circiter Septembri tertius ei Conſulatus in annum ſequentem oblatus. Quod ſi Plinius eo in loco loqueretur de rebus hoc anno geſtis, ac de ſecunda Traiani recuſatione, non diceret, *in commutandis moribus medium annum* multum valere, ſed annum & aliquot menſes multum valere aſſereret; cum Traianus præſenti anno ante vernum tempus Romam non advenerit, ubi Comitiis, in quibus tertium Conſul deſignatus eſt, interfuit, unde & præſens, non vero abſens Conſulatum illum recuſavit, *quamquam multum reluctata verecundia Principis noſtri, tamen tandem ceſſit*, inquit Plinius citatus cap. 60. Perperam itaque Baronius duas tertii Conſulatus denegationes, quæ diverſis annis contigere eidem anno aſſignat.

[1] COſſ. C. *Soſius Senecio* II. & *Cornelius Palma.* Fragmentum veteris lapidis ex Panvino apud Gruterum pag. CCCIV. 3. DEDICAVIT. A CORNELIO. PALMA. ET....... deeſt collegæ nomen. Faſti Idatiani & Vindebonenſes: *Palma & Senecione.* Proſperi Chronicon: *Senecione & Palma.* Traianus, ut moris erat, initio imperii initurus erat conſulatum, licet alii deſignati conſules fuiſſent, ſed noluit, *quod eum abſens gerere non poterat*, ait Plinius in Panegyrico cap. LX. Et ibidem paſſim de *tertio a Traiano conſulatu*, hoc anno recuſato. Onufrius *Senecionem* II. conſulem hoc anno ſtatuit. Verum *ſecundus* huic conſulatus hoc anno abnegat Tillemontius in notis ad vitam Traiani tom. II. pag. 493. & 510. cenſetque A. D. 99. *Senecionem primum conſulatum* geſſiſſe. *De Senecione* & *Palma* hæc habet Dio Xiphilini lib. LXVIII. pag. 778. *Soſſio quoque, & Palmæ, & Celſo* (Traianus) *ſtatuas poſuit, quos viros habuit in honore præ ceteris.* Hujus ergo anni conſules erunt; *A. Cornelius Palma, & C. Soſius Senecio.*

cubuit: quique cum eſſet ſacerdos, πέταλον geſtavit: qui denique martyr & doctor fuit, & Epheſi etiam obdormivit.* Hæc ipſe, quæ Euſebius recitat: magnum ſane teſtimonium ejuſdem loci Epiſcopi ſanctitate & doctrina celebris, quem haud potuerunt latuiſſe quæ de Joannis exitu vera eſſent: cui merito omnes de Joannis obitu debeant auſcultare, cum præſertim id ipſum Tertullianus (a) teſtatum expreſſe reliquerit, cum ait: *Tranſlatus eſt Enoch, & Elias, nec mors eorum reperta eſt, dilata ſcilicet; cæterum morituri reſervantur, ut Antichriſtum ſanguine ſuo exſtinguant. Obiit & Joannes, quem in adventu Domini remanſurum fruſtra fuerat ſpes.* Hæc idcirco Tertullianus quod vivente adhuc Joanne, multi ſententiam Domini de eo dicentis ad Petrum: *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? quando & exiit ſermo ille inter fratres, quod diſcipulus ille non moritur* in eum ſenſum acceperunt, ut putarent Joannem uſque ad Domini adventum fore ſuperſtitem: nec ſatis fuit, Joannem eos illa ſuſpicione liberaſſe, cum ſcripſit dicens: *Et non dixit Jeſus, non moritur;* ſignificans nimirum, noluiſſe illis verbis: *Sic eum volo manere donec veniam;* Ut non eſſet uſque ad illud tempus moriturus, intelligere.

(a) Tert. lib. de anim. c. 50.

III. Error de Joannis immortalitate.

Semel igitur illapſus in diſcipulos Domini de immortalitate Joannis error, licet ab ipſo Joanne videri potuiſſet eſſe omnino ſublatus, ſic tamen in nonnullos fuit poſtea propagatus, ut conſtanter etiam affirmarint, Joannem adhuc vivere, eumdemque venturum cum Enoch & Elia, ſecundi adventus Domini præcurſoribus. Porro qui primus opinionis hujus reperitur aſſertor, habetur Hippolytus Portuenſis, qui in brevi illa tractatione de mundi conſummatione ſic ait: *Prior ipſius adventus præcurſorem habuit Joannem Baptiſtam: poſterior vero, quo venturus eſt in gloria, Enoch & Eliam, & Joannem Theologum exhibebit.* An non hæc refelluntur ſatis ab ipſo Joanne, dum in Apocalypſi (b) nonniſi duos fore Chriſti adventus præcurſores & teſtes aperte demonſtrat? Quid ergo tertium addunt, eumdemque volunt eſſe Joannem, cum ipſe duos tantum futuros affirmet? At vero Joannem (ſicut eſt ſors omnium hominum) certo certius eſſe defunctum, non tantum quæ nuper ſunt a nobis adducta ſignificant, ſed & aliorum antiquorum teſtimonia. Siquidem Euſebius (c) dum agit de Papia & Joanne presbytero: *Dixerunt,* inquit, *duos eodem nomine nuncupatos in Aſia fuiſſe Joannes; duoque illorum, nempe Joannis Apoſtoli, & Joannis diſcipuli, dixerunt Epheſi eſſe ſepulcra, & utrumque ad hanc uſque ætatem Joannis nomine appellari.* Si ergo Euſebii tempore, qui claruit ſub Conſtantino Magno, duo illa Epheſi oſtendebantur ſepulcra, quis de morte poterit dubitare? Certe nonniſi mortuorum ſolent eſſe ſepulcra. Meminit ejuſdem quoque ſepulcri Joannis Evangeliſtæ Chryſoſtomus (d), dicitque illud, ſicut aliorum Apoſtolorum, eſſe manifeſtum: qui & alibi (e) de eodem ait, poſt mortem tanquam vivum, Epheſum curare. At non potuit hæc ipſe ignoraſſe, qui Epheſi verſatus eſt: quippe qui illic præfuit Synodo ſeptuaginta Epiſcoporum, in qua amotus eſt gradu Epiſcopus Epheſinus: idque hi qui res ab eo geſtas ſunt proſecuti, teſtantur, Socrates (f), Sozomenus (g), Palladius (h), & alii (i). Ad illud ipſum quidem Epheſi manens ſepulcrum Joannis Evangeliſtæ alluſiſſe viſus eſt Cœleſtinus Romanus Pontifex illis litteris, quas dedit ad Concilium Epheſinum, dum ait, reliquias ejuſdem Joannis Epheſi in honore haberi: idem habet Synodica Orientalium Epheſo miſſa ad Senatum Conſtantinopolitanum: quæ omnes intextæ habentur in Actis (k) SS. Synodi Epheſinæ. Sed prætermittimus hic de eadem veritate innumera pene recentiorum ſcriptorum teſtimonia, ac eorum præcipue, qui in ipſum Joannem Evangeliſtam commentarios edidere, cum ſatis ſuperque ex his hiſtoricæ veritati videatur eſſe conſultum.

(b) Apoc. 11.
(c) Euſeb. lib. 3. c. 33. & Hier. de Script. Eccl. in Joan.
(d) Chryſ. hom. 26. in epiſt. ad Hebr.
(e) Chryſ. hom. in laud. 12. Apoſtol.
(f) Socrat. lib. 6. c. 10.
(g) Soz. lib. 8. c. 6.
(h) Pallad. in Dialog.
(i) Metaph. in vita ejus.
(k) Act. Epheſ. Concil. edit. Pel. t. 2. c. 14. & tom. 3. c. 6.

IV. De Joannis ſepulcro fabula.

Cæterum qui eum adhuc vivere teſtati ſunt, nec (quod patens eſſet) quæ dicta ſunt de ejus ſepulcro negare poſſent, eo (dicam ne?) dementiæ provenerunt; ut dicerent eumdem intra ſepulcrum illud adhuc vivere. Auguſtinus (l) enim de his agens, hæc ait: *Sed cui placet, adhuc reſiſtat, & dicat & aſſerat Apoſtolum Joannem vivere; atque in illo ſepulcro ejus, quod eſt apud Epheſum, dormire eum potius, quam mortuum jacere contendat. Aſſumat in argumentum, quod illic terra ſenſim ſcatere, & quaſi ebullire perhibetur: atque hoc ejus anhelitu fieri, ſive conſtanter, ſive pertinaciter aſſeveret. Non enim poſſunt deeſſe qui credant, ſi non deſunt qui etiam Moyſem aſſerant vivere: quia ſcriptum eſt, ejus ſepulcrum non inveniri, & apparuit cum Domino in monte, ubi & Elias fuit, quem legimus non eſſe mortuum, ſed raptum:* & poſt aliqua: *Tradunt etiam, quod in quibuſdam ſcripturis, quamvis apocryphis, reperitur, quando ſibi fieri juſſit ſepulcrum, incolumem fuiſſe præſentem, eoque effoſſo & diligentiſſime præparato, ibi ſe tamquam in lectulo collocaſſe ſtatimque eum eſſe defunctum: ut autem iſti putant, qui hæc verba Domini ſic intelligunt, non defunctum, ſed defuncto ſimilem cubuiſſe; & cum mortuus putaretur, ſepultum fuiſſe dormientem: & donec Chriſtus veniat, ſic manere, ſuamque vitam ſcaturigine pulveris in-*

(l) Aug. in Joan. tract. 124.

dica-

dicare: qui pulvis creditur, ut ab imo ad ſuperficiem tumuli aſcendat, flatu quieſcentis impelli.

V. Quid creditum de Joannis corpore.

Hæc de quorumdam opinione recitans Auguſtinus, quidnam ipſe de ea re ſenſerit ex ejus verbis intelligamus: ſic enim ait: *Huic opinioni ſupervacaneum exiſtimo reluctari: Viderint enim, qui hunc locum ſciunt, utrum hoc ibi faciat, vel patiatur terra quod dicitur: quia & re vera non a levibus hominibus id audivimus:* ac demum: *Si autem (quod magis creditur) ideo S. Joannes ait, non dixiſſe Dominum: Non moritur; ne illis verbis, quæ dixit, hoc voluiſſe intelligi putaretur; corpuſque ejus in ſepulcro ejus exanime ſicut aliorum mortuorum jacet: reſtat, ut, ſi vere ibi fit quod ſparſit fama de terra, quæ ſubinde ablata ſuccreſcit; aut ideo fiat, ut eo modo commendetur pretioſa mors ejus; quoniam non eam commendat martyrium (non enim eum pro fide Chriſti perſecutor occidit) aut propter aliquid aliud, quod nos latet.* Hæc de his Auguſtinus. Ex iis autem, qui eum re vera vita functum dixerunt, nonnulli adjecerunt, ejuſdem corpus, refoſſo ſepulcro, cum non fuiſſet inventum, illud opinandi dediſſe occaſionem, quod e mortuis reſurrexerit, ac pariter ſicut Dei genitrix in cœlum Joannes aſſumptus fuerit. Porro rem geſtam Nicephorus (a) in hæc verba deſcribit:

Opinio de aſſumpto Joanne in Cœlum.

(a) *Niceph. lib. 2. cap. 42.*

VI. *Cum enim dudum tranſitionem ſuam ad Deum, diemque & horam ejus prævidiſſet, presbyteris miniſtriſque Eccleſiæ, & præterea quicumque eſſent flagranti fide fratribus aſſumptis, extra Epheſiorum urbem progreditur; & cum eis in vicinum quemdam tumulum, quo frequenter ire precationi operam daturus ſolebat, conſcendit. Ubi vehementius orans, Eccleſias Deo commendat: mox ſarculis quibuſdam & ligonibus celeriter ſepulcrum ſibi fodi præcipit: deinde eos qui tum aderant, arcanis de Deo verbis, & præceptis optimis de fide, ſpe, & potiſſimum dilectione (quippe dilectus erat) erudit.* At quænam eſſe ſolerent ejus argumenti verba Joannis, Hieronymus (b) docet his verbis: *Beatus Joannes Evangeliſta, cum Epheſi moraretur uſque ad ultimam ſenectutem, & vix inter diſcipulorum manus ad eccleſiam deferretur, nec poſſet in plura vocem verba contexere, nihil aliud per ſingulas ſolebat proferre collectas, niſi hoc: Filioli, alterutrum diligite. Tandem diſcipuli & fratres qui aderant, tædio affecti, quod eadem ſemper audirent, dixerunt: Magiſter, quare ſemper hoc loqueris? Qui reſpondit dignam Joanne ſententiam: Quia præceptum Domini eſt; &, ſi ſolum fiat, ſufficit.* Hæc Hieronymus. Sed ad Nicephorum redeamus.

(b) *Hier. in epiſt. ad Gal. lib. 3. cap. 6.*

VII. *Poſt hæc, corda eorum confirmans, Salvatori verbo commendat: poſtremoque illis in Domino ſalvere & valere juſſis, ubi ſe crucis ſigno communiſſet, in monumentum deſcendit: operculumque ei imponere, & id firmius communire, denique reverti eos poſtea ſepulchrum aperire, diligenterque proſpicere mandat. Hoc modo cum ille, ut veſtibus ſepulcralibus amictus erat, in foſſam deſcendiſſet, ſeque ad obitum compoſuiſſet, ſtatim eo, qui juſtis debetur, capitur ſomno; cum quidem ad ultimam ſenectutem, poſt paſſionem Salvatoris Chriſti ſexageſimo-octavo anno, perveniſſet. Et Joannes quidem ita diem ſuum obiit. Dei autem ineffabilis & inveſtigabilis gloria, ea quam ipſe ſolus novit hora illuceſcens, corpus ejus terrenum & corruptibile in immortale & incorruptibile (o miraculum ingens!) tranſmutavit, & in divinum paradiſum itidem, ut omnibus laudibus celebrandam Dei Genitricem, quæ per gratiam mater ejus fuit, recepit. Decebat quippe, & ipſum qui matris loco incorruptam ſemperque Virginem habuiſſet, & dilectus in primis mirifice Chriſto fuiſſet, fraterque adeo immortalitatis promptuarii extitiſſet, paulatim quodam modo immortalitatis participem fieri. Porro die ſequenti, quibus id commiſſum fuerat, ita ut præceptum acceperant, ad monumentum venerunt operculoque avulſo, nihil ibi aliud, quam ſepulcralia lintea, repererunt:* Hucuſque Nicephorus.

VIII. Ætas Joannis.

Cum vero illud de Joanne teſtatum habeatur, hoc ipſo tempore, anno nimirum ſexageſimooctavo a paſſione Chriſti, ex hac vita migraſſe: quotnam annos tunc natus eſſet, antiquiorum neminem invenimus affirmare. Beda (c) autem (quod unde acceperit, minime tradit) obiiſſe diem ait annum agentem nonageſimumoctavum: poſt ipſum Uſuardus (d) ponit nonageſimum nonum. Sed hæc quidem majores latuiſſe, certum eſt; ac proinde, qui hæc ſcripſere, conjectura aliqua ſibi probata dixiſſe potius, quam certa aliqua antiquorum aſſertione firmaſſe: quod nimirum (ut nuper dictum eſt) Hieronymi teſtimonio conſtaret, ad ultimam perveniſſe ſenectutem: Ceterum quomodo præſcriptum annorum numerum ex Hieronymi verbis exiſtimant colligendum, ſi idem ipſe Hieronymus (e) agens contra Jovinianum, affirmat Joannem pene puerum eſſe electum a Domino? cum alioqui, ſi dixerimus eum perveniſſe ad dictum ætatis ſuæ annum nonageſimumoctavum, oportuerit eum tempore, quo vocatus eſt, fuiſſe natum annos vigintiſeptem, tempore vero Chriſti paſſionis tricenarium fuiſſe: quibus ſi addas ſexagintaocto annos, quibus vixiſſe conſtat poſt Dominicam paſſionem, impletur dictus a Beda notatus Joannis ætatis numerus annorum nonagintaocto. Quamobrem ipſum a Hieronymo diſſentire certum eſt, cujus hæc ſunt verba: *Sed cur*, inquit, *non Joannes electus eſt virgo, primus Apoſtolorum? Æ-*

(c) *Beda de ſex ætat.*

(d) *Uſuard. Martyrol. die. 27. Decemb.*

(e) *Hier. in Jovinian. lib. 1.*

tati delatum eſt: quia Petrus ſenior erat: ne adhuc adoleſcens, & pene puer, progreſſæ ætatis hominibus præferretur: & paulo inferius: *Ut autem ſciamus Joannem tunc fuiſſe puerum, manifeſtiſſime docent Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quod uſque ad Traiani vixerit Imperium, id eſt, poſt paſſionem Domini ſexageſimooctavo anno dormierit*. Hæc ipſe, a Beda (ut apparet) opinione diſſentiens. Certe quidem antiquorum omnium aſſertione, & Eccleſiæ traditione, eum a Domino adoleſcentem fuiſſe electum, certiſſimum eſt: quod & exprimunt antiquiores muſivo opere expreſſæ ejuſdem Joannis imagines, ex quibus non leve Joannis ætatis deducitur argumentum: nam antiquiores Chriſtianos, qui præſertim ex Gentibus credidiſſent, Chriſti, & Apoſtolorum, vel aliorum a quibus ingens aliquod beneficium conſecuti eſſent, conſueviſſe honoris cauſa imagines coloribus expreſſas apud ſe retinere, teſtatur Euſebius (*a*).

(a) *Euſeb. hiſtor. lib. 7. c. 14.*

IX. Joannis Sacerdotium.

Ceterum eum non adoleſcentulum putamus a Domino electum fuiſſe, ut pueritiæ confinis eſſet: ſed (quod aſſequimur conjectura) a Domino vocatum eſſe annum agentem viceſimum ſecundum, ac tribus ferme manſiſſe cum Domino, ſicque tempore paſſionis ejus natum annos vigintiquinque initiatum fuiſſe ſacerdotio: nam ab ea ætate, divina lege (*b*) Levitis conceſſum erat, miniſtrare in tabernaculo fœderis, ſecundum editionem Septuaginta, quæ (ut ſæpe diximus) hoc tempore penes Hebræos erat frequentiori uſu recepta: ſecundum vero Hebraicam, triginta annorum numerum fuiſſe præſcriptum, Hieronymus (*c*) tradit. Verum ſecundum Septuaginta interpretes, Hebræos iis temporibus admittere ſolitos ex præſcripto legis ætatem annorum vigintiquinque ad functionem Leviticam, tradit Philo in eo libro, cujus eſt titulus: De eo quod deterius potiori inſidiari ſoleat. Certe quidem ex legali inſtituto tum Dominum, tum etiam Apoſtolos multa eſſe mutuatos, ſæpe ſuperius dictum eſt. Non ergo ætate minorem fuiſſe Joannem, cum tempore noviſſimæ cœnæ ſacerdotio initiatus eſt, nec majorem, adductæ a nobis rationes facile perſuadent. Ex his igitur omnibus, ſecundum initam a nobis de ætate Joannis rationem, dicendum eſſet, eum annos natum nonagintatres ex hac vita migraſſe. Huic noſtræ ſententiæ Epiphanius (*d*) faviſſe videtur, dum ait, Joannem ſcripſiſſe Evangelium poſt annos nonaginta vitæ ſuæ, cum Epheſum reverſus eſt: quod contigit triennio ante obitum. Sic itaque cum ſit apud omnes pariter in confeſſo, Joannem hoc anno ſecundo Traiani Imperii eſſe mortuum, impoſſibile eſſe patet ut ad annum nonageſimum octavum pervenerit, neque, quod Cedrenus (*e*) ait, diem obierit annos natus ſex ſupra centeſimum.

(b) *Num. 8.*

(c) *Hier. in Ezechiel. lib. 3. c. 11.*

(d) *Epiph. hær. 51.*

(e) *Cedren. in Compend.*

X. Joannes quo modo martyr.

At vero ſic vita functus eſt, ſed non quidem martyrio, ut aliqui exiſtimarunt, quod dixiſſet Dominus: *Calicem meum bibetis*: non enim voluit dicere (ut interpretatus eſt S. Joannes Chryſoſtomus *f*) Martyrii corona potiemini, & violenta morte, ſicut & ego, a vita decedetis. Nam & calicem bibiſſe dicitur, quod Romæ in dolium ferventis olei (ut ſuo loco dictum eſt) ut moreretur, immiſſus eſt: conſummaſſetque ſemel cœptum martyrium, niſi aliud de eo ſtatuiſſet divinum conſilium: quamobrem a majoribus martyr eſt etiam appellatus; ſic enim eum nominat Polycrates (*g*) Epheſiorum Epiſcopus, cujus ſententiæ ſuperius recitatæ hæc ſunt verba: *Joannes, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit: qui, cum eſſet ſacerdos* πέταλον *geſtavit: qui denique martyr & doctor fuit, Epheſi etiam obdormivit*. Ultimus omnium Apoſtolorum ad annum hunc uſque Joannes manſit in vita, ceteris jam ante diverſis in locis martyrio vita functis. Hinc eſt quod Epiphanius (*h*) ait: *Præteriit generatio Apoſtolorum, a Petro inquam, uſque ad Paulum, & Joannem, qui etiam diu fuit in mundo, uſque ad Traiani tempora*. Diſcipulorum autem Domini aliqui viſi ſunt remanſiſſe ſuperſtites, ut inter alios Simeon Hieroſolymorum Epiſcopus, de quo ſuo loco dicturi ſumus.

(f) *Chryſ. in Mat. ho. 66.*

(g) *Apud Euſeb. hiſt. lib. 3. c. 25.*

(h) *Epiph. hær. 66.*

XI. Oneſimus Epiſcopus Epheſinus.

Joanne igitur in hunc modum morte ſublato, Oneſimus Pauli diſcipulus ejuſdem loci factus Epiſcopus, his Traiani temporibus eamdem curavit Eccleſiam; prout Ignatius (*i*), qui ſub eodem Imperatore glorioſo martyrio vita functus eſt, ad ipſos Epheſios ſcribens affirmat, cum ait: *Excepi numeroſam veſtram multitudinem in Oneſimo, viro numquam ſatis ob charitatem prædicando, veſtro autem Epiſcopo*: & inferius: *Oneſimus ſupra modum laudat veſtrum decentem compoſitumque ordinem, quodque omnes ſecundum veritatem vivitis, & quod inter vos nullus ſit hæreſi locus, ſed nec audiatur nomen illius*. Hæc & alia hujuſmodi Ignatius de laudibus Eccleſiæ Epheſinæ, de qua ſuperius pluribus actum eſt: florentiſſimæ ſane; quam Paulus, Joannes, atque olim Timotheus vitæ ſanctitate atque doctrina pariter illuſtraſſent: quod non prætermiſit ad laudem eorum idem Ignatius, eadem ad eos ſcripta epiſtola, his potiſſimum verbis: *Faxit Deus ut aſſequar ut inveniar in ſortem Epheſiorum Chriſtianorum, qui & cum Apoſtolis in virtute Jeſu Chriſti ſemper converſati ſunt cum Paulo, & Joanne, & fideliſſimo Timotheo*. Hæc ipſe, qui & eadem epiſtola complures memorat Epheſios nobiliores inter ceteros Chriſtianos, haud dubium Joannis, Timothei,

(i) *Ignat. epiſt. 14.*

atque Pauli diſcipulos: meminit & de Polycarpo ejuſdem Joannis alumno. At de Joanne ſatis, qui noviſſimus omnium Apoſtolorum (ut dictum eſt) diem obiiſſe creditur.

JESU CHRISTI ANNUS 102. — CLEM. PAP. ANNUS 10. — TRAIANI IMP. ANNUS 3.

I. Anno Redemptoris noſtri centeſimo ſecundo, adſcribitur Faſtis tertius Traiani Conſulatus, in quo habuit collegam Frontonem & ipſum tertio Conſulem: meminitque ejuſdem Conſulatus Martialis (*a*) in epigrammate, quo pro ipſo precatur numina: ſed pluribus Plinius (*b*), ut cum de Trajano ait: *Recepit tertium Conſulatum, ut daret; noverat moderationem hominum, noverat pudorem, qui non ſuſtinerent tertio Conſules eſſe niſi cum ter Conſule*. Quo anno, nono Kalend. Decembris, ſanctus Clemens Romanus Pontifex in Cherſoneſo, quo fuerat relegatus, martyrio coronatur, cum ſediſſet annis novem, menſibus ſex, & diebus totidem, numerando ab ultima die vacationis ſedis Cleti. Quod autem ad tempus ſpectat: non tantum citatus ſæpius liber de Romanis Pontificibus, ſed & Euſebius (*c*), atque Hieronymus (*d*) æque affirmant obiiſſe diem tertio anno Traiani. Ait enim Hieronymus de ipſo agens: *Obiit tertio Traiani anno, & nominis ejus memoriam uſque hodie Romæ extructa cuſtodit eccleſia*.

Clementis Papæ martyrium.

(*a*) Mart. lib. 11.
(*b*) Plin. in Panegyr.
(*c*) Euſeb. hiſt. lib. 3. c. 28.
(*d*) Hier. de Scrip. Eccl. in Clem.

II. Quod vero pertinet ad ejus martyrium, & admiranda quædam ab eo geſta in Cherſoneſo trans Pontum; tam apud Latinos quam Græcos vetus extat hiſtoria, quam fuſius deſcriptam Græce habes in Epitome Recognitionum ejuſdem Clementis, ibique ab antiquo ſcriptore poſitam appendicem, a Perionio Latinitate donatam. Eamdem quoque Metaphraſtes (*e*) ex antiquioribus monumentis una cum ceteris ab ſe deſcriptis Vitis Sanctorum edidit: & ne quis exiſtimet eam eſſe recens inventam, habes ejus hiſtoriæ aſſertorem Gregorium Turonenſem (*f*), qui ante mille propemodum annos ex ea ſcribebat. Quod vero Traianus hominem, quem in adeo remotas Orbis partes relegaſſet, iterum vexaret, nonniſi illa cauſa præceſſit, quod Clemens (ut citata nuper de ejus martyrio Acta teſtantur) cum virtute præclariſſimi miraculi ibi editi, tum etiam Evangelica prædicatione, omnem fere illam provinciam ad Chriſti religionem perduxit, quorum opera & Gentilium deorum ſunt ſimulacra confracta, & ſeptuaginta diverſis in locis eccleſiæ excitatæ. Non enim potuerunt hæc latere Traianum: quid autem egerit, cum illa accepiſſet, eadem Acta his verbis ſignificant.

De actis Martyrii S. Clementis.

(*e*) Metaph. die 23. Novembr.
(*f*) Greg. Turon. de glor. martyr. c. 35. & 36.

III. *Cum ergo odioſa narratio pervenit ad Traianum Imperatorem quod illic ad innumerabilem multitudinem auctus eſſet populus Chriſtianorum: miſſus ab eo fuit Præſes Aufidianus, qui plurimos Chriſtianos diverſis tormentis ſubſtulit. Videnſque omnes ad martyrium cum gaudio accedentes, ceſſit multitudini, ſolum autem ſanctum Clementem cogens ſacrificare. Sed videns eum tam eſſe firmum ac ſtabilem in Domino, & nolle omnino a ſua dimoveri ſententia, dicit lictoribus: Accipite eum, & ducite in medium maris, & projicite in profundum, ne poſſint Chriſtiani tollere ejus corpus, & pro deo eum colere. Cum ergo factum eſſet, univerſa multitudo Chriſtianorum aſtans flebat in littore. Poſt hæc autem dixerunt Cornelius & Phœbus ejus diſcipuli: Omnes oremus unanimes, ut oſtendat nobis Dominus martyris ſui reliquias. Orante autem populo, retroceſſit mare in ſinum ſuum ad tria fere milliaria: per ſiccum autem egreſſi populi, invenerunt in figura templi marmorei paratum a Deo habitaculum, & illic ſitum corpus S. Clementis, & Anchoram, cum qua fuit projectus, prope ipſum jacentem. Revelatum vero fuit ejus diſcipulis, ne reliquias e loco tollerent: quibus etiam hoc fuit reſponſum, quod ſingulis annis in die ſuæ decertationis ceſſurum ſit mare venientibus, ſeptem dies ſiccum eis iter præbens*. Hæc & alia multa de miraculis illic edi ſolitis: ſed habetur illud celebrius, quod oratione ejuſdem loci Epiſcopi S. Ephræm martyris eſt memoriæ perpetuæ commendatum.

Sepulchrum Clementis.

IV. Narrant eadem quoque ex Græcis Nicephorus, ac Latini pariter: quæ quidem omnia in Paſſione Clementis antiquitus in Eccleſia legi ſolita, æque fuiſſe deſcripta, idem qui ſupra Gregorius Turonenſis teſtatur, ſic dicens: *Clemens martyr (ut in Paſſione ejus legitur) anchora collo ſuſpenſa, in mare præcipitatus eſt. Nunc autem in die ſolemnitatis ejus recedit mare per tria milliaria, ſiccumque gradientibus iter præbet, quo ad ſepulcrum martyris pervenitur; ibique vota reddentes, orantes populi regrediuntur ad littus*. Pergit narrare illud inſigne miraculum de puero illic incuria parentum relicto,

Miraculum ingens.

licto, ac poſt annum vivo ibidem invento, cui veritati (ut apparet) cum tam Latini quam Græci pariter adſtipulentur, eademque ex ſcriptione antiquiſſima noſcantur accepta, de his dubitandi nullus videtur locus eſſe jure relictus, niſi illis tantummodo, qui cælum palmo metiri contendunt, illis inquam, qui admiranda Dei opera humanæ audent infirmitati ſubjicere. Quonam autem tempore inde corpus ſancti Clementis tranſlatum ſit Romam, ſuo tempore dicturi ſumus. De loco autem Clementis exilii atque mortis; quod ab aliis in Cherſoneſo Lyciæ, vel (ut habet liber de Romanis Pontificibus) in Græcia habetur eſſe ſepultus; conſule a nobis notata in Romano (*a*) Martyrologio. (*a*) *Rom. Mart. die 23. Nov.*

V. Scripta Clementis. Quod vero ad ceteras a Clemente res geſtas pertinet, hæc in eodem libro de Romanis Pontificibus ſcripta leguntur: *Hic fecit ordinationes per menſem Decembrem: creavitque presbyteros decem, diaconos duos, & Epiſcopos per diverſa loca undecim.* At quod ſpectat ad ea quæ ab eodem eſſe ſcripta feruntur: *Scripſit* (in-

SÆC. II. Anno Urbis 853. Olymp. 219. an. 4. An. Ch. 100.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5593.

☉ 25. E. ☽ 6. P. 12. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 100. *ſecund. Baronium* 102.

EVARISTI PAPÆ 6.

TRAIANI IMP. 3.

I. *Conſules.* [1] A D num. I. Coſſ. *Traianus Aug. III.* & *M. Julius Fronto.* Traiani Conſulatus juxta priorem regulam Conſulatuum Cæſareorum. Non ſolum enim Traianus, ſed & alii quidam Imperatores Conſulatum in ſecundum Imperii annum diſtulere.

Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari exiſtimat, Traiani Collegam eſſe *Sex. Julium Frontinum*, qui de Aquæductibus ſcripſit, & cujus liber adhuc extat. Is tamen nuper ad me ſcripſit, M. Julium Frontonem probabilius Collegam Traiani poni; cum Dio in Nerva *Frontonem* tunc Conſulem nominet. Erat Conſul II. vir togatus, non vero militaris, qualis *Frontinus* fuit. In lib. 48. Digeſt. L. 5. *De pœnis*, recitatur reſcriptum Traiani *ad Julium Frontonem*. Ejus filius fuit Præfectus claſſis ſub Hadriano, Gruteri pag. 573. Hæc docte Card. Noriſius. Recte porro Onufrius ex Plinio in Panegyri probat, Traianum ejuſque Collegam Conſules III. ſcribendos; Plinius enim Imperatorem commendat, quod Conſul tertium duos itidem Collegas Conſules III. deſignavit.

II. *Obitus Clementis Papæ.* In Chronico Damaſi de Clemente Papa, qui hoc anno martyrium fecit, legitur: *Clemens annis novem, menſibus undecim, diebus duodecim. Fuit temporibus Galba, Veſpaſiani, a Conſulatu Trachali & Italici, uſque Veſpaſiano VII. & Tito.* Clemens itaque juxta eum Catalogum, quem hic ſequendum duco, anno Chriſti ſexageſimo ſeptimo S. Lino ſucceſſit, & Eccleſiam gubernavit uſque ad annum Chriſti ſeptuageſimum ſeptimum, quo abdicavit Pontificatum, ut colligitur ex Epiphanio hæreſi 27. Clementi ſucceſſit Cletus, qui anno octogeſimo tertio ad ſuperos tranſiit. Cletum excepere Anacletus, ac dein Evariſtus, qui hoc tempore ſedebat. Baronius aliam viam tenuit, & ſequenti anno Anacletum Pontificatum ſuſcepiſſe vult, ſed nullo teſte. De Pontificatu Clementis primi pluribus agit Schelſtratius part. 2. Antiquit. Illuſtr. Diſſert. III. cap. 2. ubi & poſt Cletum ſediſſe credit. Sed in re incerta nobis a Catalogo Damaſi non diſcedendum. Aliqua etiam non contemnenda de Clemente Cotelerius in Notis ad Conſtitutiones Apoſtol. pag. 300. habet.

A num.

[1] COſſ. *Traianus Aug. III. & M. Julius Fronto.* Lapis in ædibus Capitolinis: DICT. IMP. NERVA. TRAIANO. AUG. GERMANICO. III. COS. PRAEF. EIUS. T. VOLTEDIO MAMILIANO. &c. Columna Milliariti via Appia, ex collectione Ligoriana, in veteri Latio tom. 4. pag. 63. IMP. CAESAR. DIVI NERVAE. F. NERVA. TRAIANUS AUG. GERM. PONT. MAX. TRIBUNICAE. POTESTATIS. III. COS. III. Traianus geſſit hunc conſulatum uſque ad *Kal. Maias*. De collega ejus magna quæſtio eſt, an fuerit *M. Cornelius Fronto*; an *Sex. Julius Frontinus* III. uter horum conſul ordinarius Kal. Januariis cum Traiano proceſſerit, dubius hæret Noriſius in epiſtola conſulari ad hunc A. D. 100. pag. 62. In *Sex. Julium Frontinum* magis propendet, quod conſul ſuffectus fuerit ſub *Veſpaſiano*, item ſub *Nerva*, ac demum *tertius conſulatus* a *Traiano* hoc anno ei delatus. In Faſtis Idatianis legitur: *Traiano* III. & *Pontino* (corrupte), forte *Frontino*, ſeu *Frontone*. Proſperi Chronicon: *Traiano* IV. & *Frontone*. Faſti Vindebonenſes: *Traiano* III. & *Frontino*. Illud ex Plinii Panegyrico cap. LXI. certum eſt, *Traianum* in *tertio* ſuo *conſulatu* collegam habuiſſe eum, qui tum *conſul tertium* dicebatur. Apud Onufrium conſules ordinarii, & ſuffecti huius anni ſunt: *Imp. Traianus* III. & *M. Cornelius Fronto* III. ſuffecti ex Kal. Martii *Sex. Pompeius Collega* III. Ex Kal. Sept. C. *Plinius Cæcilius Secundus*, & *Sp. Cornelius Tertullus*. Ex Kal. Novemb. *Julius Ferox* & *Acutius Nerva*. Conſules ſuffecti hoc anno, ſed eorum præteritis nominibus memorantur a Plinio in Panegyrico cap. LX. LXI. *Julius Ferox conſul deſignatus* vocatur ab eodem Plinio lib. II. epiſt. XI. ut & *Cornutus Tertullus*, ibidem. Vide eius epiſtolam XX. lib. VI. Ceterum præter hos duo alii conſules ſuffecti hoc anno produntur, ex veteri lapide, dedicato IIII. KA. JAN. & edito a Fabretto in Syntagmate de columna Traiani cap. IX. pag. 273. qui nunc in ædibus Capitolinis aſſervatur, ubi habetur: IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. FILIO. NERVÆ TRAIANO. AUG. GERM. PONTIFICI. MAXIMO. TRIB. POT. IIII. COS. III. DESI..... in fine vero legitur..... L. ROSCIO. AELIANO..... TI. CLAUDIO SACERDOTAE, ſic, COS. Hinc Noriſius in epiſtola conſulari pag. 134. haberi hic ſcribit conſules ſuffectos poſtrema anni parte epochæ chriſtianæ 100. poſt bimeſtrem conſulatum C. *Plinii*, ac *Tertulli Cornuti*. Illorum primus *L. Roſcius Ælianus*, poſtea *Marii Maximi* collega, e conſulari *Roſciorum* genere.

(a) Hier. de Scrip. Eccl. in Clemente.

(inquit S. Hieronymus *a*) *ex perſona Romanæ Eccleſiæ ad Eccleſiam Corinthiorum valde utilem epiſtolam, quæ & in nonnullis locis etiam publice legitur*: ſed de ea ſatis tomo primo actum eſt. Deinde ſubdit: *Fertur & ſecunda ejus nomine epiſtola, quæ a veteribus reprobatur; & diſputatio Petri & Apionis, longo ſermone conſcripta, quam Euſebius in tertio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ volumine coarguit*. Hæc Hieronymus; qui agens contra Jovinianum (*b*), alias plures ab eodem Clemente affirmat ſcriptas eſſe epiſtolas, eaſdemque de virginitate ſermonibus textas. Teſtatur & S. Epiphanius (*c*), Clementem Romanum Pontificem ſuis litteris Encyclicis (ſic enim eas appellat, quod omnibus Eccleſiis communes eſſent, & per manus traditæ ſingulis, univerſum Chriſtianum orbem circumirent) virginitatem egregie prædicaſſe: quæ cum ſuo tempore extarent integræ, in ſanctis (ut ait) Eccleſiis legebantur. At de his iterum ſuperius, cum de oborto ſchiſmate Corinthiorum, Domitiani tempore actum eſt, opportune meminimus.

(b) Hier. contra Jovinian. lib. 1.

(c) Epiph. hæreſ. 30.

VI. De Clementis Papæ Epiſtolis.

Cum igitur tam Hieronymi, quam etiam Epiphanii, qui eas probe norunt, teſtimonio, cujuſnam argumenti fuerint epiſtolæ a Clemente conſcriptæ, ſatis ſuperque exploratum habeatur: diverſi plane generis eſſe eas quæ Clementis nomine editæ habentur, nemo non videt, cum in illis nulla ſit de virginitate inſtituta narratio: quamobrem illas ab Epiphanio atque Hieronymo citatas, magno Eccleſiæ damno periiſſe, dolendum eſt. Sed & mirandum, quomodo accidiſſe potuerit, ut Encyclicæ illæ per totius Orbis Eccleſias circumlatæ ac circumlectæ epiſtolæ, quarum complura exſcripta eſſent exemplaria, omnino perierint; & quæ ad certas perſonas miſſæ eſſent, manſerint integræ & illibatæ: duæ nimirum illæ, quæ ad Jacobum datæ habentur, & quæ ad Julium & Julianum eſt ſcripta, ac demum quarta ad Hieroſolymitanos miſſa: quæ autem reliqua eſt ad omnes Epiſcopos inſcripta, æque Encyclica dici poteſt, non tamen ex illis, in quibus de virginitate intexta tractatio erat. Sed quod duæ ex iis a Ruffino Aquileienſi tranſlatæ dicantur, valde dubito; nam Gennadius (*d*) de Ruffino agens, in cunctis a ſe e Græco editis verſionibus præfationem præponere conſueviſſe teſtatur: adeo ut quæ ſine prologo reperiuntur eſſe tranſlata, non Ruffini, ſed alterius eſſe opus, affirmet. Cujus autem fidei ſint ac firmitatis quinque illæ, quæ ejuſdem Clementis titulo no-

(d) Gennadius de vir. illuſt. c. 17.

III. *Decretales S. Clementis an germanæ?*

Baron. n. V.

A num. V. ad IX. Præter duas Clementis Papæ ad Corinthios Epiſtolas, de quibus ſupra actum, circumferuntur quinque ejuſdem Pontificis, quarum prior eſt ad Jacobum fratrem Domini; II. ad eumdem; III. ad omnes Epiſcopos, Presbyteros, & Fideles; IV. ad Julium & Julianum; V. ad Hieroſolymitanos: quas νοθείας multis nominibus ſuſpectas notat Labbeus in margine, apud quem hac de re plura.

IV. *Epiſtolæ Decretales ut genuinæ, ubique per Eccleſiam ſparſæ.*

Baron. n. VII. & VIII.

Quoad Epiſtolas Decretales primorum Pontificum ſummatim hic referemus, quæ de iis habent Schelſtratius in parte 2. Antiquit. Illuſtr. Diſſert. III. cap. 5. Petrus de Marca, & alii. Eorum antiquitatem videtur oſtendere vetuſtas Collectoris, qui non ſua ſponte, ſed rogatus ab octoginta Epiſcopis Opus illud aggreſſus eſt, & ſummo Hiſpaniæ plauſu in lucem edidit: quos intra ſolos Hiſpaniæ terminos non manſiſſe teſtatur Opuſculo contra nepotem cap. 54. Hincmarus Metropolita Remenſis: *de libro collectarum Epiſtolarum ab Iſidoro, quem de Hiſpania allatum Riculphus Epiſcopus Moguntinus in hujuſmodi, ſicut & in Capitulis Regiis ſtudioſus obtinuit, & iſtas regiones ex illo replere fecit*. Circa finem ſeculi Eccleſiæ octavi, & initium noni floruit Riculphus Moguntinus Epiſcopus, & a tempore, quo Iſidori Mercatoris Collectionem per Gallias divulgavit, Fidelium non minus quam Epiſcoporum veneratio erga Decretales Romanorum Pontificum Epiſtolas nata. Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis doctiſſimus lib. 3. de Concordia cap. 5. paragrapho 3. de tribus ultimis Capitularium libris loquens ait; *Hos ex ſcriniis Eccleſiæ Moguntiacenſis in unum corpus compegit Benedictus Levita, juſſu Autgarii ejus Eccleſiæ Epiſcopi; eoſque Lothario, Ludovico, & Carolo nobiliſſimis Regibus, filiis Ludovici Pii, inſcripſit circa annum DCCCL. In iis libris paſſim e Clementis, Anacleti, Pii, Evariſti, Fabiani, & ceterorum Pontificum..... Epiſtolis, quamvis ſuppreſſo Auctorum nomine, auctoritas petitur: quod uſurpatum etiam ab Auctoribus Additionum, quæ libris Capitularium adjuncta ſunt*, &c. Tum Marca lib. 3. cap. 6. paragrapho 2. inquit: *Eo deventum eſt, ut tantis nominibus veterum Pontificum ceſſerint una cum reliquis Epiſcopis etiam Gallicanæ Eccleſiæ Rectores, qui in Concilio Remenſi ab Hugone & Roberto Regibus Francorum coacto, anno DCCCXCII. Anacleti, Julii, Damaſi, & aliorum Pontificum Epiſtolas expendunt in cauſa Arnulphi, ac ſi in Canonum cenſum recepta eſſent. Quare Burchardus VVormatienſis Epiſcopus, cum novam Collectionem Canonum inſtitueret circa annum MX. eam ex ſeculi ſui ſenſu primorum Pontificum Epiſtolis auxit: quibus & ſelectos ex Auguſtino, Hieronymo, Gregorio & Iſidoro locos adjunxit. Eamdem rationem ſecutus eſt Ivo Carnotenſis in ea Collectione Canonum, quam ad Eccleſiæ Gallicanæ uſum circa annum MC. publicavit*, &c. *Succeſſit Gratianus, qui Decretorum Corpus nova quidem methodo adornavit, ſed Collectionem tam Dionyſii Exigui, quam Iſidori & Ivonis in partes diſſectam in unum corpus induſtria ſua temperatum compegit, & aliquot legibus, conſtitutionibus novis Pontificum, & Conciliorum & Patrum locis amplificavit, circa annum MCL. In Scholiis publice recitatur, & quotidie perlegitur Gratiani Decretum*, &c. Ex quibus patet, quanta Gallicanorum Præſulum conſenſione Decretales Epiſtolæ receptæ fuerint, donec anno MCL. publice in Scholis cœperint recitari; a quo tempore non ſolæ Romanorum Pontificum Epiſtolæ teſtimoniis illarum Decretalium abundarunt; ſed etiam omnium Doctorum ſcripta ubique perſonarunt.

Hac in opinione Fideles fuere uſque ad Conſtan- V.

notatæ habentur, in his non laboro: tu conſule quæ tum ab aliis, tum vero a Franciſco Turriano (*a*) locupletius ſunt diſputata: ſatis nobis viſum, rem his paucis egiſſe.

(a) Turrianus adverſus Magdeburg. lib. 2.

VII. *Non innitendum Apocryphis.*

Sed mirati ſumus, Eccleſiæ hoſtes omnem admoviſſe arietem, atque adeo laboraſſe, ut primas illas decretales epiſtolas Romanorum Pontificum fide minuerent, atque irritas prorſus redderent, perinde ac ſi his fundamentis tota Eccleſiæ ædificatio inniteretur, quibus convulſis, eſſet protinus collapſura. Abſit ut Dei Eccleſia, columna & firmamentum veritatis, tanta veritatis teſtandæ laboret inopia, ut, ſi ex illis petitæ probationes deeſſent, cauſa caderet; cum tam in his quæ ſpectant ad ſincera dogmata ſtatuenda, quam in iis quæ pertinent ad rectam diſciplinam Eccleſiaſticam declarandam, referta habeat locupletiſſima promptuaria probatiſſimæ veritatis, cujus nulla prorſus poſſit umquam de impoſtura eſſe ſuſpicio. Quamobrem conſulto quidem, cum agendum eſt nobis cum iis de Eccleſiaſticis controverſiis, ab earumdem epiſtolarum citatione interdum abſtinemus, ne unis his armis indigere credamur, quorum acies ipſorum objectionibus retuſa videri poſſit: cum ad faciendam vindictam in nationibus & increpationes in populis (quod habet pſalmus *b*) ex ſanctæ Eccleſiæ armamentario validiora arma ſuppetant ac fortiora. Ipſa namque eſt turris (*c*) David, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium; ubi inter alia arma gladius ille (ejuſdem David ſententia *d*). æſtimatur validior, quo aliquando uſus eſſet etiam hoſtis. Sed ad ſcripta Clementis redeamus: quæ ſi nos diutius detinebunt, lector ignoſcat.

(b) Pſal. 149.
(c) Cantic. 4.
(d) 1. Reg. 21.

VIII. *Nomine Clementis ſcripta.*

Multa quidem nomine Clementis ſcripta fuiſſe ſuppoſita, nemo jure poterit dubitare. Nam ejus titulo inſignita ferebatur diſputatio, longo (ut ait S. Hieronymus *e*) ſermone conſcripta, quam Euſebius in tertio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ volumine coarguit; ſunt enim hæc ejus (*f*) verba: *Jam vero quidam alia item opera, verboſa illa quidem & prolixa, heri prope & nudius tertius, perinde quaſi illius eſſent, introduxerunt; quæ quidem diſputationes Petri & Apionis continent, quorum apud veteres nulla omnino fit mentio: nam puram illam & ſinceram Apoſtolicæ Orthodoxæque doctrinæ notam minime retinent.* Hæc Euſebius. Porro ejus fingendi operis inde ſuppeditatum videri poterat argumentum, quod Apio Alexandrinus eodem plane tempore

(e) Hier. de Scrip. Eccl. in Clem.
(f) Euſeb. hiſt. lib. 3. c. 32.

Ab Hæreticis primum impugnatur.

ſtantienſis Concilii tempora; tunc enim eorum auctoritatem infringere conatus eſt Joannes Wiclefus, qui palam profeſſus eſt, Decretales Epiſtolas eſſe apocryphas; quod adeo graviter tulit Concilium Conſtantienſe, ut ſeſſione 8. inter alias propoſitiones Wiclefi damnarit hanc XXXVIII. *Decretales Epiſtolæ ſunt apocryphæ, & ſeducunt a Chriſti fide; & Clerici ſunt ſtulti, qui ſtudent iis.* Poſt Wiclefum alii Hæretici hæc Decretalia impugnarunt, ſed inventus Franciſcus Turrianus, qui Magdeburgenſes confutavit, & poſt Turrianum Severinus Binius; unde & jamdiu tomis Conciliorum inſerta. Aliud porro eſt inquirere, an erroneis diſciplinæ & fidei dogmatibus repletæ ſint Decretales Epiſtolæ, an tantum ex aliorum teſtimoniis interpolatæ. Poſtremum dumtaxat amplexi ſunt eruditiores Catholici, qui, cum de iis graviſſima noſtro ſeculo orta eſſet difficultas, num genuinæ ſint, num ſuppoſititiæ, eas ſuppoſitionis arguendas ingenue judicarunt. Marca lib. 7. cap. 20. paragrapho 2. *Certum quidem eſt & omnino indubitatum ex ſententia omnium Virorum eruditiſſimorum, ac Baronii quidem & Bellarmini Cardinalium, eas Epiſtolas veterum Pontificum, Clementis nimirum, Anteri, Evariſti, Teleſphori, Calliſti, Julii, Damaſi, & in univerſum omnes illas, quæ tempora Siricii & Innocentii antecedunt, fabricatas fuiſſe ab hoc Iſidoro*, &c. Quæ ſententia hoc noſtro ſeculo vulgaris.

VI. *Tum ab Orthodoxis, & quibus fundamentis.*

Rationes arguendi has Epiſtolas ſuppoſitionis attigit Petrus de Marca lib. 3. cap. 5. paragrapho 1. Primo ob verborum ſordes a ſecundi ſeculi, quo datæ dicuntur, elegantia & nitore alienas. Secundo ob ſtyli ſimilitudinem, & eumdem ſcribendi characterem, qui in omnibus Epiſtolis occurrit; ita ut ab uno Auctore, non a diverſis Pontificibus conſcriptæ eſſe videantur. Tertio ex uſu frequentiſſimo vulgatæ Scripturarum verſionis; unde fit, ut poſt Hieronymi ætatem effictas eſſe neceſſe ſit. Quarto, quod & Hieronymo, qui Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogum texuit, & Innocentio, Leoni, ceteriſque Pontificibus, quorum germanæ Epiſtolæ ad nos pervenerunt, omnino fuerunt incognitæ, uti Dionyſio Exiguo, qui dum Romæ magno ſtudio & diligentia præteritorum Apoſtolicæ Sedis Præſulum Conſtituta colligebat tempore Juſtiniani Imp. a Siricio initium ſumſit. Quinto, ex obſervatione Antonii Auguſtini Tarraconenſis Archiepiſcopi, qui in Notis ad Capitula Hadriani Papæ omnium primus annotavit: *Ipſa legum Imperatoriarum verba, & quæ ſub Aniani nomine extant ad Codicem Theodoſianum ſcholia, in illis Epiſtolis uſurpata fuiſſe: quamvis Pontifices, quibus Epiſtolæ tribuuntur, duobus & tribus ſeculis Codicis Theodoſiani editionem præceſſerint.* Videri poteſt Antonius Auguſtinus in laudatis Notis cap. 7. & 8. & 16. & ſeqq. Sexto, quia Blondelli induſtria ab aliquot annis eo proceſſerit, ut ſententiæ & verba ipſa, ex quibus Epiſtolæ contextæ ſunt, a quibus Auctoribus petita ſunt, accuratiſſime demonſtraverit in libro, qui inſcribitur *Pſeudo-Iſidorus & Turrianus vapulantes*: quo in Opere ſicut ejus criterium, quo Epiſtolas illas priſcis Pontificibus abjudicat, laudandum; ita ei *in eo ſuffragari non poſſum*, inquit Marca, *quod atrocioribus verbis Epiſtolas dilacerat: quas e ſententiis & verbis legum, Canonum antiquorum & Sanctorum Patrum, qui quarto ſeculo floruerunt, ſi pauca demas, concinnatas eſſe conſtat.* Septimo, quod uſque ad Hadriani primi tempora nullus Catholicorum Scriptorum, nullus Romanorum Pontificum, Synodorum nullæ teſtimonium aliquod ex hiſce litteris adduxerint, quin immo Photius tempore Nicolai I. eas ſe ſe in Oriente nuſquam vidiſſe teſtatus ſit, cui, licet earum auctoritatem admiſerit, favere vide-

pore quo Philo (ut vidimus) legatus pro Alexandrinis Romam ſe contulit, ac ſicut Philoni tunc Petrus innotuit, quo & familiariſſime uſus eſt, ita etiam ejus adverſario Apioni notus fuerit: & quem conſtaret Judæorum fuiſſe infenſiſſimum hoſtem, quos ſcripto commentario maledictis impetiſſet, & contumeliis adſperſiſſet, cum Petro etiam Judæorum omnium ſpectatiſſimo fingeretur certamen iniiſſe. Niſi potius dicere velimus, de alio Apione ea fuiſſe conficta, illo nimirum Pliſtonicenſi, diverſo ab illo Alexandrino, de quo ſuperius prolixius actum eſt: illum nempe ſocium fuiſſe Simonis magi, & altercatum eſſe cum Petro, in libro decimo Recognitionum Clementis habetur expreſſum. Sed miſſa iſtæc faciamus.

IX. De Conſtitutionibus Clementis.

(a) Athan. in Synopſ. & ex nona epiſt.
(b) Epiph. hæreſ. 45. & 70.

Ab eodem Clemente ſcriptæ traduntur Conſtitutiones Apoſtolorum, quas non ignoravit antiquitas: nam S. Athanaſius (*a*) eas Doctrinam Apoſtolorum Clementinam appellat, ea nimirum ex cauſa, quod ſit operis ejus exordium: *Audite doctrinam ſacram*, &c. Agnovit eas S. Epiphanius (*b*): uſi ſunt iiſdem, qui his antiquiores atque recentiores in Eccleſia claruerunt celebres ſcriptores Eccleſiaſtici; quorum ſeriem, qui pro eodem commentario ſcripſerunt apologias, texuerunt; ſed ita tamen, ut a nemine inter libros canonicos ſint receptæ, ſed inter apocrypha ab omnibus adnumeratæ. In illorum ſane claſſem adleguntur ab Athanaſio (*c*) & aliis: ſed non ſic quidem (quod de multis accidit) ut penitus improbentur: nam quæ de iis eſſet Patrum ſententia, Epiphanius (*d*) declarat his verbis, cum adverſus Audianos agit: *Cæterum ad hoc afferunt falſo iidem Audiani Apoſtolorum Conſtitutionem* (eo enim nomine commentarium ipſum appellat) *quæ apud multos in ambiguo eſt, ſed non reprobata. Omnis enim regularis ordo in ipſa habetur, & nihil a fide adulteratum, neque a confeſſione, neque ab Eccleſiaſtica gubernatione & regula. At vero dictum a quo accipiunt de Paſchate, prædicti male interpretantur, & per ignorantiam aliter intelligunt, &c.* Hæc ipſe. Verum ſicut aliqua, quæ in eis ſunt, hæretici ſunt perperam interpretati; ita etiam ab iiſdem multa fuiſſe corrupta, canon (*e*) nomine Sextæ Synodi teſtari videtur. Aliqua inſuper in eas ex Græcorum fontibus effluxiſſe, mihi facile perſuadeo; ut quod de jejunio ſabbati penitus interdicto in ipſis (*f*) habetur expreſſum. Sane quidem haud alia ſcripta eſſe a Clemente Romano Pontifice, quam quæ Romanæ Eccleſiæ Petrus & Paulus Apoſtolorum principes tradidiſſent; aut eamdem Eccleſiam aliam accepiſſe traditionem ab ea, quam ex Apoſtolica inſtitutio-

(c) Athan. in Synopſ.
(d) Epiph. hær. 70.
(e) Sext. Synod. c. 2. apud Theod. Balſ.
(f) Conſt. Apoſt. lib. 5. c. ult. & lib. 7. c. 24.

detur Hincmarus Metropolita Remenſis, qui & ideo frequentius a literis Siricii Papæ initium duxit, & in teſtimoniis ſubſequentium Siricio Pontificum hæſit. Octavo, ex Leone Papa IV. qui ante Nicolaum I. in Epiſtola ad Epiſcopos Angliæ, de his Decretalibus conſultus repoſuit, Sedem Apoſtolicam Decretalium regulas admittere: *id eſt* (inquit) *qui habentur apud nos ſimul cum illis in Canone: quibus autem in omnibus Eccleſiaſticis utimur judiciis, ſunt Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæſareenſium, Gangrenſium, Antiochenſium, Laodicenſium, Conſtantinopolitanorum, Epheſinorum, Chalſedonenſium, Sardicenſium, Africanenſium, Carthaginenſium, & cum illis regulæ Præſulum Romanorum Silveſtri, Siricii, Innocentii, Zozimi, Cæleſtini, Leonis, Gelaſii, Hilari, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicii, & Gregorii junioris, iſti omnino ſunt, & per quos judicant Epiſcopi, & per quos Epiſcopi ſimul judicantur.* Hæc circa annum DCCCL. Leo IV. ubi non Epiſtolas Decretales a Clemente, ſed poſt ſtatuta Silveſtri Papæ, a Siricio inchoat: *Etenim*, inquit Petrus de Marca lib. 3. cap. 4. paragrapho 5. *ſuppoſititiis antiquorum Pontificum Epiſtolis, quæ jam a ſexaginta annis ſub Iſidori nomine conſarcinatæ, per Europam ſparſæ vulgabantur, locum inter Canones dare noluit.* Nono, ex Codice Vigilano, quem a Vigila Monacho anno DCCCLXXVI. compilatum tradit Garzias Loalſia in Præfatione Conciliorum Hiſpaniæ, aitque, Epiſtolas Decretales continere centum & unam, ſed incipere a Damaſo, & finire ad Gregorium I. Decimo, ex veteri Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ iterum edito Moguntiæ anno MDXXV. ut adverſus Lutherum Eccleſia eo ſe tueretur. Habet titulus, hunc Codicem ex tribus vetuſtiſſimis exemplaribus tranſcriptum, & tamen ſolas Epiſtolas Decretales exhibet a Siricio uſque ad Gregorium Magnum.

VII. *Quis auctor Epiſtolarum Decretalium.*

Quæ a Turriano, aliiſque, qui eas Epiſtolas, ut genuinas, agnoſcunt, in medium afferuntur, levia ſunt, & a Viris eruditis ſoluta. Quoad Auctorem, qui præfatas Epiſtolas fabricavit, ac priſcis Pontificibus ſuppoſuit, Blondellus exiſtimavit, harum mercium auctorem fuiſſe aliquem Epiſcopum Germano Francum, Caroli Magni Imperio ſubditum, non vero Hiſpanum, ſive Monachum, ſive Antiſtitem. Sed rationes quibus nititur, rem non evincunt. Morinus arbitratur, illarum Auctorem fuiſſe Iſidorum quemdam magni nominis Monachum, qui ſe *peccatorem* dicere ſoleret, & nomini ſuo hoc ſemper elogium adderet, quem Epiſcopi ad has Epiſtolas cudendas impulerunt. Ex *peccatore* porro Mercatorem Scribas oſcitantes feciſſe conjicit Morinus. Alii hoc *peccatoris* elogium ſervantes Iſidoro, ipſum fuiſſe Epiſcopum ſuſpicantur; quod ſolennis eſſet mos Sanctorum Epiſcoporum, ut ſe *peccatores* ſubſcriberent. Ita conjicit Marca. Quare quiſnam fuerit, & cujus Iſidorus harum Epiſtolarum artifex, incertum.

VIII. *Conſtitutiones Apoſtolorum.*

Ad num. IX. & ſeqq. *Conſtitutiones Apoſtolorum* nomine inſcriptas, & octo libris comprehenſas Carolus Bovius Oſtunenſis Epiſcopus anno MDLXIII. in lucem emiſit e Græco in Latinum ſermonem a ſe tranſlatas, quas poſtea Turrianus Latine interpretatus eſt, & commentariis illuſtravit. Eas Labbeus in noviſſima Conciliorum editione, Franciſco Turriano interprete, ac libros 8.

tutione eorum Pontifex confirmaſſet, par eſt exiſtimare. At de jejunio ſabbati, primo Annalium tomo eſt fuſius diſputatum.

X. Rurſum vero poſt octavum librum Apoſtolicarum Conſtitutionum, ab eodem Clemente appendicem eſſe additam titulo, περὶ συνταξέως de compoſitione rerum Eccleſiaſticarum canones, Photius (a) tradit: ſicque quod in codice Conſtitutionum Apoſtolicarum, quæ a Clemente dicerentur conſcriptæ, iidem Apoſtolici canones eſſent appoſiti, ab eodem auctore illos eſſe editos nonnulli exiſtimarunt, cum alioqui complures codices abſque Clementis titulo illos habeant. Inde fortaſſe accidit, ut abſque Clementis nomine, Gelaſii cenſura (b) liber canonum Apoſtolorum adnumeretur inter apocrypha. At licet in Græcis codicibus, eo modo quo diximus, titulus Clementis eſſet inſcriptus: tamen, quod certa ratio ac perſpicua demonſtratio afferri non poſſet, eos ab ipſis Apoſtolis eſſe ſtatutos, Dionyſius Exiguus, ſummæ ſuorum temporum æſtimationis vir, ut qui a doctiſſimo viro Caſſiodoro (c) mirifice prædicetur, cum e Græco eos in Latinum verteret, rogatus non a Stephano Papa (ut opinatus eſt Sixtus *d*) ſed (ut habet Caſſiodorus *e*) a Stephano Epiſcopo Salonitano, ejuſmodi operi præpoſuit inſcriptionem: *Incipiunt Eccleſiaſticæ regulæ ſanctorum Apoſtolorum, prolatæ per Clementem Eccleſiæ Romanæ Pontificem: quæ ex Græcis exemplaribus in ordine primo ponuntur: quibus quamplurimi quidem conſenſum non præbuere facilem; & tamen poſtea quædam conſtituta Pontificum ex ipſis canonibus aſſumpta videntur.* Hæc Dionyſius apud Creſconianam Collectionem: habet eadem verba idem auctor in ipſa epiſtola ad eumdem Stephanum Epiſcopum Salonitanum ſcripta, quam editioni ipſorum canonum Apoſtolicorum præfixit: quæ hic deſcripſiſſe voluimus, ne quis adeo miretur, ſi Gelaſius, qui eadem ferme vixit ætate, eumdem commentarium notet apocryphum: ſiquidem ſi in omnibus certum exploratumque eſſet, ea ipſa omnia ab Apoſtolis fuiſſe ſtatuta, plane inter hagiographa, interque ipſos canonicos divinæ Scripturæ libros recenſenda fuiſſent: quod inconſulte nimis feciſſe reprehenditur Damaſcenus (f), dum recenſendo libros canonicos, poſt librum Apocalypſis mox ſubdit: *Canones denique ſanctorum Apoſtolorum per Clementem concinnati.*

XI. Quod ergo inter canonicos libros non ſunt

(a) Phot. in Clem.
(b) Concil. Rom. de lib. apocr.
De canonibus Apoſtolorum.
(c) Caſſiod. de divin. lect. c. 23.
(d) Sixt. Biblioth. lib. 2.
(e) Caſſiod. ubi ſupr. c. 23.
(f) Damaſ. de fid. orthodox. lib. 4. c. 21.

adiuncto textu Græco, exhibuit. Verum harum Conſtitutionum auctor non eſt Clemens Romanus, quia Euſebius, & Hieronymus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, cum de ſcriptis S. Clementis agunt, unam dumtaxat illius ad Corinthios Epiſtolam recenſent. Legatur Euſebius lib. 3. cap. 15. Præterea Humbertus Cardinalis Epiſcopus Sylvæcandidæ, Leonis IX. apud Conſtantinopolim Legatus, Nicetæ Pectorato Conſtitutionum Apoſtolicarum loca quædam contra Sabbati jejunium objicienti his verbis reſpondet: *Hoc aſſerere conaris ex apocryphis libris & canonibus pari ſententia SS. Patrum repudiatis.* Et paulo poſt: *Unde nos quoque omne apocryphum abjicientes, dedignamur audire eorum fabuloſas traditiones, quia non ſunt ut lex Domini.* Citaverat autem Nicetas quintum & ſeptimum librum Ordinationum ſeu Conſtitutionum Apoſtolicarum. Ex qua Humberti reſponſione Lupus Vir doctiſſimus in parte 2. ad Canonem 2. Trullanum colligit, Conſtitutiones illas apocryphas eſſe, Sedis Apoſtolicæ, cujus Legationem Humbertus gerebat, fuiſſe ſententiam. Addit Lupus: *Pariter Marco Epheſio apud Xiſtum Senenſem reſpondet Beſſarion Metropolita Nicænus. Earum in Clemente Romano non meminit ſcriptus a S. Hieronymo Catalogus virorum illuſtrium, quinimmo ut apocryphas abjicit in Romana ſua Synodo S. Gelaſius, ejuſque judicium omnis ſemper Latina Eccleſia eſt ſecuta, noſtris nominatim temporibus, D. Cardinalis Baronius, D. Cardinalis Bellarminus, D. Cardinalis Perronius, & Gabriel Albaſpineus doctiſſimus Epiſcopus Eccleſiæ Aurelianenſis, Quare bonas horas, quam illis vindicandis melius locare potuerant Carolus Bovius, & Franciſcus Turrianus,* &c. Videndi etiam Schelſtratius in parte 2. Antiquit. Illuſtr. Diſſert. II. cap. 2. & Natalis Alexander, aliique qui plura de his Conſtitutionibus habent.

IX. Circumfertur etiam *Collectio* ſub nomine *Clementis*, qui Apoſtolorum Canones numero LXXXV. in unum corpus collectos Fidelibus propoſuiſſe perhibetur. Hæc Collectio inquit Marca lib. 3. cap. 2. num. V. anterior Synodo Nicæna, ſed poſterior videtur anno CCLVIII. Firmilianus Cæſareæ Epiſcopus iis uſus non eſt ad probandam conſuetudinem, quæ vigebat in Oriente, repudiandi Hæreticorum baptiſmi. Enim vero Firmilianus in Epiſtola ad Cyprianum contra Hæreticorum baptiſma militans, conſuetudinem a Stephano laudatam ſtylo acriori, quam oportebat Catholicum Epiſcopum, excepit: *Infamans Petrum & Paulum beatos Apoſtolos, quaſi hoc ipſi tradiderint, qui in Epiſtolis ſuis Hæreticos execrati ſunt, & ut eos evitemus, monuerunt.* Unde & poſtmodum: *Conſuetudini Romanorum conſuetudinem, ſed veritatis opponimus: ab initio hoc tenentes quod a Chriſto & Apoſtolo traditum eſt.* Ubi ſolummodo reſpicit, quæ jam retulimus, ab Apoſtolo nimirum Paulo execratos fuiſſe Hæreticos, tanquam ab omnibus Catholicis evitandos; quæ ſane multo fortius urgere non dubitaſſet Firmilianus, ſi Canones Apoſtolorum tunc extitiſſent, inter quos XLVI. *Epiſcopus vel Presbyter eum, qui vere habet baptiſmum, ſi de integro baptizaverit, vel ſi eum, qui ab impiis pollutus eſt, non baptizaverit, deponatur, ut qui irrideat mortem & Crucem Domini, & non diſcernat Sacerdotes a falſis Sacerdotibus.* Et Canon XLV. præcedens: *Epiſcopum vel Presbyterum, qui Hæreticorum baptiſmum vel ſacrificium admiſerit, deponi jubemus. Quæ eſt enim conventio Chriſti cum Belial? Vel quæ pars eſt Fideli cum Infideli?* Hos canones Apoſtolorum aperte Firmiliano faventes, ſi extitiſſent, cum anno CCLVI. aut CCLVII. Epiſtolam ad Cyprianum miſit; locus erat allegandi ſupra: quod cum factum non ſit, e ſilentio Firmiliani, inquit Marca, licet colligere, incognitos ea ætate Orientalibus fuiſſe Canones Apoſtolicos. Sed divinat Pariſienſis Archiepiſcopus, inquit

Canonum Apoſtolorum antiquitas.
Baron. n. X.

ſunt adnumerati, ea ex parte, quod auctoritate careant ab Apoſtolis eſſe omnino ſancitos, apocryphi dici meruerunt: qua etiam ratione S. Athanaſius (*a*) ejuſdem Clementis ſcripta inter apocrypha illa connumerat, quæ ab antiquo Scripturarum canone eſſent aliena, poſtea vero recepta, ut Eſther, Judith, Tobiæ, & aliorum. Sic igitur ea ratione, quod cum Apoſtolorum nomine cenſerentur, non eſſent in canone librorum novi teſtamenti, merito ſunt Apocryphorum cenſura ſignati: quod vero a ſanctis Patribus privatim, & a ſacris Synodis publice ſunt recepti, merito authentici dici debent. Qua habita conſideratione, Iſidorus (non ille ſanctus Epiſcopus Hiſpalenſis, ut multi, nomine decepti, ſunt opinati, ſed ille dictus cognomento Mercator, ut ſuo loco dicemus) in præfatione ſuæ Collectionis hæc habet: *Denique propter eorum auctoritatem cæteris Conciliis præpoſuimus canones qui dicuntur Apoſtolorum (licet a quibuſdam apocryphi dicantur) quoniam plures eos recipiunt, & ſancti Patres eorum ſententias Synodali auctoritate roboravere, & inter canonicas poſuere conſtitutiones.* Hæc Iſidorus, quæ deſcripſimus ex vetuſtiſſimo codice, nulli quidem (audacter dico) antiquitate ſecundo, quem penes nos habemus in noſtra bibliotheca: quam eſſe veram germanamque lectionem, atque illi præſtare, quæ in Hiſpano codice habetur ſcripta, & a Gratiano (*b*) deſcripta quiſque poterit facile judicare. Nam quid eſt quod habetur? *Nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuere, pro eo quod ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur?* Unde iſta manifeſta probatio, quod ab hæreticis traditi fuerint? Quis umquam talia reperitur dixiſſe? Et quæ conventio lucis ad tenebras, cum nihil in illis quinquaginta, niſi quod Catholicam Apoſtolicamque doctrinam, & ſanctiſſimam morum diſciplinam redoleat, ſit invenire? Et quomodo rurſus non mendaciſſime dictum eſt, ſanctos Patres non eſſe illis aſſenſos, cum vix ſit reperiri Catholicum ſcriptorem Eccleſiaſticum, vel ſacrum conventum Epiſcoporum, penes quem aliquis ex canonibus illis non inveniatur pari conſenſione probatus? Exploſa igitur falſa Iſidori lectione, illa prorſus verior atque probatior eſſe cognoſcitur, quam idem Gratianus (*c*) paulo inferius ex legitimo atque germano textu reddidit.

(*a*) *Athan. ex nona epiſt. & ſup. in Synopſi.*

Canones Apoſtolorum quomodo apocryphi.

(*b*) *Diſt. 16. c. 1.*

(*c*) *Diſt. 16. c. 4.*

XII. At licet ea ex parte, qua diximus, iidem canones cenſeantur apocryphi, quod ſit incertum ab ipſis Apoſtolis eſſe conſcriptos (neque enim qui pro illis fortiſſimam ſcripſit defenſionem Franciſcus Turrianus (*d*) hoc contendit, quod ab Apoſtolis ſcripti fuerint, ſed ſine ſcripto traditos, a Clemente ſcriptorum memoria conſignatos) tamen quod nonniſi ex traditione Apoſtolica eos manaſſe ſanctiſſimi Patres exploratum haberent; ea de cauſa in primis factum eſt, ut, qui omnium diſertiſſimi habentur Romani Pontifices, Innocentius, Leo, Gelaſius, atque Gregorius, ſic ex illis videantur petiiſſe auctoritatem, ut tamen Apoſtolorum nomine ſpeciatim citare canones temperaverint; ut ex locis ab eodem auctore (*e*) collectis, quos brevitatis cauſa prætermittimus recenſere, facile poteſt intelligi; quod & nos in Gregorio demonſtramus, qui, ſcribens (*f*) ad Romanum Defenſorem, dum admonet ne permittatur Epiſcopus cum mulieribus habitare, hæc habet in fine: *Hoc tantummodo adjecto, ut (ſicut cano-nica*

(*d*) *Turrian. adverſus Magdeburg. lib. 1. c. 2.*

Canones Apoſtolici quomodo recepti.

(*e*) *Idem eod. lib. 1. c. 23.*

(*f*) *Gregor lib. 7. epiſt. 39.*

quit Schelſtratius in parte 2. Antiquit. Illuſtr. Diſſert. II. cap. 1. tunc fuiſſe pro parte Firmiliani collectos, ut contra Stephanum ad traditionem Apoſtolicam Petri & Pauli recurrentem, Orientalibus perſuaderetur ex his canonibus aliam fuiſſe Apoſtolorum Conſtitutionem. Unde Baluzius V. C. qui prolixiorem Marcæ diſcurſum in compendium redigit, ait: *Conjicitur poſt Synodum Iconii ea de re habitam initum fuiſſe conſilium edendæ hujus Collectionis ſub nomine Clementis & Apoſtolorum, ut Stephano Pontifici opponeretur Petri Apoſtoli auctoritas.*

X. *Quo ſenſu Canones Apoſtolorum Apocryphi dicti.*

Hos Canones ante Synodum Nicænam cognitos fuiſſe, liquet ex Conſtantino Imp. qui Epiſtola II. ad Euſebium & Antiochenos Epiſcopos citat canonem XIII. Item ex aliis plurimis, qui his Canonibus uſi videntur, poſt quorum tempora tam in Oriente, quam in Occidente apud quoſdam Catholicos prævaluiſſe, (varia tamen de eorum numero fortuna) licet colligere ex antiquiſſima Canonum Collectione, quæ primum in Oriente a Græcis fuit confecta, & ante tempora Dionyſii Exigui extitit. Unde quod Gelaſius Papa in Romana ſeptuaginta Epiſcoporum Synodo poſuit: *Liber Canonum Apoſtolorum apocryphus*, commodo ſenſu venit intelligendum. Præterquam enim quod hæc verba non habeantur in Codice Juſtelli, dici poteſt, id a Papa Gelaſio dictum, quia hi Canones non ſunt ab Apoſtolis, ſed ab aliis collecti. Recte Marca lib. 3. cap. 2. parag. 7. *Variæ ſunt claſſes apocryphorum in Notitia Gelaſii, ut obſervarunt Viri eruditi; cum non tantum figmenta Hæreticorum veniant in hunc ſenſum, ſed etiam Opuſcula Tractatorum, in quibus ſunt nævi quidam.* Nec alio exemplo indigemus, quam Euſebii Hiſtoria, quam apocryphis accenſet Gelaſius, cum tamen parum antea illam recipiendam ſtatuiſſet, quod nimirum velit hos Hiſtoriarum libros nævis quibuſdam permixtos, licet, inquit, *propter rerum notitiam ſingularem, quæ ad inſtructionem pertinent, uſquequaque non dicimus renuendos.* Idem dicendum de Canonibus Apoſtolorum ſingulari quadam Eccleſiæ primitivæ doctrina refertis, licet aliunde ob certos nævos inter apocrypha a Gelaſio recenſitis. Hæc Schelſtratius loco laudato, ex quo & ſequentia exſcribenda duximus.

Baron. n. XI. XII. & XIII.

XI. Neque ab antiquis, tam Græcis, quam Lati-nis

nica decrevit auctoritas) *uxores*, *quas caſte debent regere*, *non relinquant*. Quæ quidem ex Apoſtolico canone citata eſſe, nulli poteſt eſſe dubium, dum & ſummam illius canonis a Dionyſio, qui eos in Latinum vertit, eidem præfixam, Gregorius recitavit. Eſt autem hujuſmodi in Collectione Creſconiana, ubi ſingula a Dionyſio poſita verba deſcripta habentur: *Ut Epiſcopus aut presbyter uxorem ſuam, quam debet caſte regere, non relinquat*: ſequitur ibi canon ſextus: *Epiſcopus aut presbyter*, *&c.* Eadem quoque ratione vetera ſacra Concilia, ſive œcumenica, ſive provincialia, quorum catalogum idem qui ſupra auctor (*a*) ſuo intexuit commentario; cum eoſdem Apoſtolicos canones citare, recenſere, vel reſtituere, vel quoquo modo commemorare oportuit; potius ipſorum ſententiam, quam verba, & generatim antiquitatis nomine, quam ſpeciali atteſtatione canonum Apoſtolorum, deſcripſerunt. At quid hoc, niſi (quod dictum eſt) nomen incertum, & ob id apocryphum, veritas autem & firmitas rei eſſet in omnibus explorata? Sane quidem, quicquid ex veneranda antiquitate in S. Dei Eccleſia ad poſteros dimanavit, id non aliunde fluxiſſe, quam ex fontibus Apoſtolicis, Patres omnes, quorum ſumma fuit in Eccleſia cum ſanctitate conjuncta eruditio, ſæpius teſtati ſunt; quorum ſententias, cum de traditionibus Apoſtolicis egimus, ſuperius recitavimus: ut non ſit opus, in re tam ſolida firmaque, & certiſſime probata, diutius immorari.

(*a*) *Turr. adverſus Magdeburg. lib.*1. *cap.*12.13. 14.

XIII.
Num aliter quam Gelaſius ſenſerint poſteriores Romani Pontifices.

Sed cum qui a Gelaſio inter apocrypha recenſiti ſint canones Apoſtolici, a quibuſdam vero qui poſt aliqua ſæcula vixere, Romanis, Pontificibus probati videantur, & Concilii œcumenici teſtimonio rati firmique habeantur: quo modo id accipiendum ſit, operæpretium eſt intelligere. Eſt igitur Leonis papæ Quarti epiſtola (*b*) ad Epiſcopos Britanniæ, in qua hæc inter alia leguntur: *Quibus autem in omnibus Eccleſiaſticis utimur judiciis*, *ſunt canones Apoſtolorum*, *aliter*, *qui dicuntur Apoſtolorum*, *Nicænorum*, *Ancyranorum*, *&c.* Teſtatur & Rhemenſis (*c*) Epiſcopus, ſanctam Romanam Eccleſiam Apoſtolicos canones cuſtodire; eoſdemque cuſtodiendos eſſe, per Hadrianum Papam mandaſſe. Verum quod ad Hadrianum ſpectat, nihil hujuſmodi ab eo ſtatutum reperitur: ſed auctor reſpectum habuiſſe videtur, quaſi idem Pontifex receperit Sextam Synodum, ac ejus canones; in cujus canone ſecundo de octoginta-quinque Apoſtolorum canonibus recipiendis eſt conſtitutio promulgata; extat enim epiſtola Hadriani ad Tharaſium, ex qua fragmentum male citatur a Gratiano (*d*): non enim, ut ponit, dixerat Hadrianus: *Sextam Synodum* (*e*) *ſan-*

(*b*) *Diſt.* 20.*c.*1.

(*c*) *Hincmar. de var. eccl. c.*18.

(*d*) *Diſt.*16. *c.*5.

(*e*) *Ex Act.* 2. *Septimæ Synodi.*

Eccleſia Occidentalis quinquaginta Canones Apoſtolorum admittit.

nis Scriptoribus fuere rejecti, ut patet ex L. Canonibus ubique olim receptis, ut confirmat poſt Gelaſium Collectio Dionyſii Exigui a Baronio citati. Poſt Dionyſium Creſconius, neſcio cujus civitatis in Africa Epiſcopus, qui in ſua Collectione uſque ad L. Canones Apoſtolorum enumerat, & ad titulos ſuos comprobandos adducit. Meminit & Anaſtaſius Bibliothecarius Stephani Papæ IV. qui in Synodo Lateranenſi anno DCCLXIX. ſtatuit Actione IV.: *Non amplius ſuſcipiantur Apoſtolorum Canonum prolata per S. Clementem*, *niſi quinquaginta capita*, *quæ ſuſcipit ſancta Dei Catholica Romana Eccleſia*. Poſt Baronii mortem publicavit hoc Concilium Holſtenius, & laudatam ex eo deciſionem confirmat Humbertus Leonis IX. Legatus in reſponſione ad libellum Nicetæ Presbyteri & Monachi contra Latinos editum, *Clementis librum*, *id eſt*, *Petri Apoſtoli itinerarium*, *& Apoſtolorum Canones numerant Patres inter apocrypha*, *exceptis L. capitulis*, *quæ decreverunt orthodoxæ fidei adjungenda*. Et hæc quidem de Eccleſia Occidentali, quinquaginta Apoſtolorum Canones non improbante, ſed demum per Pontifices & Synodos approbante, & ubique fere recipiente.

Baron. n. XIV. XV. & XVI.

XII.
LXXXV. Canones Apoſtolorum ab Orientalibus admiſſi.

At latius ſe ſe extendit Orientis Eccleſia in recipiendis Apoſtolorum Canonibus, quos LXXXV. omnium primus ſuæ L. titulorum Collectioni inſeruit Joannes Scholaſticus, ut notat Juſtellus in Præfatione ad tomum 2. Bibliothecæ Juris Canonici, & idem Joannes Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter ex ordine Scholaſticorum, qui in Præfatione ait: *Sancti Domini Diſcipuli & Apoſtoli octoginta quinque Canones Clementis opera ediderunt*. Eos, poſt hanc Joannis Collectionem, recepit & probavit Synodus Trullana Canone II. & poſt eam Synodus generalis VII. quæ Actione I. conſenſit ex Bibliotheca Patriarchii Cpoleos tam Canonum SS. Apoſtolorum, quam SS. Synodorum libros in medium afferri: *& Notarius venerabilis Patriarchii legit*: *Canon SS. Apoſtolorum quinquageſimus tertius*: (nunc LII.) *Si quis Presbyter eum*, *qui convertitur a peccato*, *non ſuſceperit*, *ſed abjecerit*, *deponatur*, &c. Uſque ad LXXVII. recenſet Alexius Ariſtinus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconus, quæ nunc primo publicata eſt in tomo 2. Bibliothecæ Juris Canonici, ubi poſt Ariſtinum ſubnectitur Epitome Canonum Symeonis Magiſtri & Logothetæ, in qua exhibentur Canones Apoſtolorum octoginta duo. Subnectitur & Synopſis Canonum Arſenii Monachi, qui ad cap.4. ſubdit: *SS. Apoſtolorum canon LXXXV.* & alios Apoſtolorum Canones paſſim exhibet, ut octoginta quinque Canones admiſiſſe conſtet, quos & diu ante illos Collectores admiſit Photius in Nomocanone, ad quem edita Præfatione ſcribit: *Canones*, *qui SS. Apoſtolorum dicuntur*, *Clementis opera collecti LXXXV.* Ex quibus videre licet, Orientales paſſim omnes LXXXV. canones admiſiſſe, qui de facto poſt Decretum Gratiani juſſu Gregorii XIII. editum, inveniuntur, uti & paſſim in omnibus Conciliorum editionibus. Plura Schelſtratius laudatus, & Natalis Alexander, Diſſert. XVII. Seculi primi Eccleſiæ. Videndus etiam Cotelerius in Notis ad Canones Apoſtolicos, quæ habentur in parte ſecunda Operum SS. Patrum, qui temporibus Apoſtolicis floruerunt, pag. 327.

ſanctam recipio cum omnibus canonibus ſuis: ſed ut habet germana verſio Anaſtaſii, in hunc modum, ſecundum ea quæ propoſita fuerant a Tharaſio: *Quare eaſdem ſanctas ſex Synodos ſuſcipio cum omnibus regulis, quæ jure ac divinitus ab ipſis ſunt promulgatæ.* Sed de canonibus Sextæ Synodi ſuo loco fuſius agendum eſt: longiorem namque ea res expoſcit indaginem. Sane hæc & alia, quæ de auctoritate canonum Apoſtolorum a recentioribus nonnullis ſcripta habentur, non ſunt hujuſmodi, ut his quæ a Gelaſio vel aliis dicta ſuperius recitavimus, contraria videantur. Nam ne ſic quidem ab aliquo Romanorum Pontificum, vel Concilio œcumenico probantur iidem canones, ut vere ſint Apoſtolorum, ac proinde in divinæ Scripturæ canonem inferendi: ſed quod quæ in eis decreta eſſe noſcuntur, ab omnibus æque recepta eſſe videantur. A qua quidem ſententia minime Gelaſius diſcrepat; quippe qui ex eis, quæ in illis habentur, ſæpe videatur mutuatus teſtimonium & auctoritatem, ut ex compluribus locis a Turriano (*a*) collectis facile eſt pervidere. Quis enim non recipiat ut authenticos, quos a patribus, & ſanctis Synodis noverit, eſſe in firmam auctoritatem acceptos, atque una cum aliis ſacris canonibus ſimul intextos?

(*a*) *Turr. adverſus Magdeburg. lib. 1. c. 15.*

XIV. Sed jam de numero ipſorum agendum: nam Apoſtolicorum canonum nomine tam præclaro, ut honeſtiſſimo velamento, error irrepſiſſe cognoſcitur: quod perſpicue demonſtrabimus. Scimus in primis Zephyrini (*b*) Papæ citari ſolitam epiſtolam de ſexaginta vel ſeptuaginta (duplex enim eſt lectio) ſententiis, ab Apoſtolis & aliis quamplurimis Epiſcopis præfixis ac traditis, obſervandis. Certe quidem qui primus e Græco ſermone canones Apoſtolicos in Latinum vertit, accuratiſſimus atque fidiſſimus interpres Dionyſius, Græcus auctor, & inter Latinos magna cum laude diu verſatus, quinquaginta tantum reperit: quamobrem opinati ſunt nonnulli, ſexaginta illas ſententias, quinquaginta iis canonibus a Dionyſio tranſlatis contineri. Sed quicquid ſit, quinquaginta tantum canones, eoſdemque a Dionyſio in Latinum tranſlatos, novit antiquitas, qui in nova editione quadragintanovem numero continentur, ita ut ultimus habeatur ille quo agitur de trina in baptiſmate merſione. Equidem qui his ſuperſunt uſque ad numerum octogeſimumquintum, quos habet canon ille qui dicitur Sextæ Synodi, poſtea emanarunt.

(*b*) *Zephyr. epiſt. 2.*

De numero Canonum Apoſtolorum.

XV. Magnam vero impoſturæ faciunt ſuſpicionem tum canon ille ſexageſimus quintus, qui apud Theodorum (*c*) eſt ſexageſimusſextus, tum qui de libris canonicis omnium poſtremus habetur. Priori enim cum excommunicatione plectendus ſtatuatur laicus, & depoſitione clericus, qui ſabbato jejunaverint; quomodo, quæſo tot tamque diſertos antiquos patres, qui de jejunio ſabbati inſtituerunt diſputationem, canon ille præteriit, ut a nemine citatus reperiatur? Vel quonam pacto, obſecro (quod & ſuperius diximus) Romana Eccleſia contra omnium Apoſtolorum canonem ſabbati jejunium ſuſcepiſſet, vel eorum Epiſcopus Clemens id fieri permiſiſſet, qui quod ſtatuiſſent Apoſtoli & ipſe ſcripſiſſet, perquam optime ſciret? Vel quomodo ex traditione Petri & Pauli, Apoſtolorum principum, ejuſmodi diei ſabbati jejunii ſibi vendicare eſt ſolita eadem Eccleſia obſervantiam, quam Apoſtolorum canoni penitus adverſari noſſet? Sed de jejunio ſabbati ſatis ſuperque ſuperius primo tomo. Rurſum vero quod ad noviſſimum illum canonem ſpectat, quo libri canonici recenſentur: ecquis unquam antiquorum Latinorum atque Græcorum adnumerare inter canonicos libros præſumſiſſet Apocalypſim, quam ſciſſet in Apoſtolorum canone prætermiſſam, qui vel ſaltem cauſam aliquam ejuſmodi ſilentii non adduxiſſet? certe quidem, ſancto Hieronymo auctore, ſuperius demonſtratum eſt, a Latinis omnibus & antiquioribus Græcis æque fuiſſe receptam. Vel quid eſt, quod cum de his frequens inter patres oborta ſit controverſia, nemo penitus reperiatur qui ejuſmodi Apoſtolorum canonis vel ſaltem obiter meminerit?

(*c*) *Theod. Bal. in Nomoc.*

Canones adulterini appoſiti.

XVI. At omnino futilis & inanis eſt tergiverſatio illa, quod cum Joannes noviſſime omnium ſcripſerit, nimirum Domitiani tempore, quo cæteros Apoſtolos jam ex hac vita migraſſe ferunt, illos latuerit liber Apocalypſis, ſicque nulla ab illis de eo facta ſit mentio. Certe hac ratione, nec ejuſdem Joannis Evangelii, quod poſt Apocalypſim, vel eodem ferme tempore ſcriptum fuit, eoſdem oportuit meminiſſe; ſicut nec aliquarum canonicarum epiſtolarum, quas noviſſime ab earum auctoribus fuiſſe ſcriptas oſtendimus. Sed quoniam ea a Clemente oportuit eſſe addita, nulla ſubeſt ratio ut Clementem Romanum Pontificem latuerit Apocalypſis. At quis non videat hæc eſſe facta ex ſententia poſteriorum Græcorum, a quibus Apocalypſim non eſſe receptam, tum Hieronymi auctoritate, tum etiam exemplis compluribus demonſtravimus? verum de his plura ſuperius. Quod item ad eumdem ſpurium canonem ſpectat, taceo in præſentiarum dicere de ſacris libris veteris Teſtamenti, ut Eſdræ, Judith, Tobiæ, Sapientiæ, & Eccleſiaſtici, qui omnes in eo canone omittuntur. Cæterum quis æquo animo ferat, ut eodem canone inter canonicos libros, octo libri

Canon de libris canonicis ſuppoſitus.

libri Conſtitutionum Clementis, & duæ ejus epiſtolæ recenſitæ habeantur? Quis unquam tam Græcorum quam Latinorum ſcriptorum, aut quænam ex ſacris Synodis, tam in Oriente quam in Occidente antiquitus celebratis, quæ texuerunt catalogum canonicorum librorum, inter eos adnumeravit Conſtitutiones Clementis? Noverunt eas quidem, & complures eaſdem ſunt venerati, ſed nequaquam ejus æſtimationis eſſe quiſquam illorum putavit, ut inter canonicas eas ſcripturas adnumeraret. Præteriiſſent ne, ſi Apoſtolorum hoc monuiſſet auctoritas, & Clementis univerſalis Eccleſiæ Epiſcopi chirographum conſignaſſet? At qui nomine
(a) Sext. Synod. c.2 Sextæ Synodi fertur canon (a quod noſceretur magni eſſe periculi, omnes canones illos octogintaquinque æque probari) ſic ſe illos probare dicit, ut tamen inter libros canonicos non recipiendas tradat Conſtitutiones Clementis, quod ab hæreticis fuerint adulteratæ.

XVII. Canones Apoſt. qui authentici. His igitur de auctoritate & numero canonum Apoſtolicorum diſcuſſis, illi tantum nobis ex Apoſtolicis fontibus canones fluxiſſe jure videri poſſunt, qui vel a Patribus inter alios ſacros Conciliorum canones ſint recepti, vel Romanorum Pontificum auctoritate firmati, aut in communem uſum Eccleſiaſticæ diſciplinæ tranſiiſſe noſcuntur. Quæ enim ab Apoſtolis tradita eſſent, & ad poſteros temporum ſucceſſione dilapſa, ea ſummorum Pontificum auctoritate, Conciliorum decretis, & univerſalis Eccleſiæ conſuetudine roborata ac penitus ſtabilita eſſe, ut nefas ſit his adverſari, quis poterit dubitare? His includi quinquaginta illa capitula a Dionyſio e Græco tranſlata, certiſſimum eſt. Alia ſuperaddita, duobus illis exceptis, ſic aliis in locis poſita eſſe noſcuntur, ut in dubium æque revocari poſſit, an inde accepta fuerint, vel in ea tranſlata. Sed utcumque acciderit: quod ſancta Eccleſia ea probaſſe noſcatur, ſive quod ab Apoſtolis fuerint inſtituta, ſive quod Conciliorum decretis fuerint confirmata, merito jureque authentica habeantur.

XVIII. Quomodo ab Apoſtolis dicantur Canones inſtituti. Cæterum quod pertinet ad Apoſtolos (ne & hoc dicere prætermittamus) conſueviſſe ipſos ob ortas controverſias communi conſeſſu atque conſenſu ſtatutis quibuſdam regulis definire: quæ facta ſunt Hieroſolymis (b), cum de legalium uſu
(b) Act.15. agitata eſt controverſia, ſatis aperte ſignificant; ſed de his ſuperius actum eſt fuſius. Sane quidem non tantum de legalibus actum eſſe in eo Hieroſolymorum conventu, ſed & de aliis rebus ad Eccleſiæ regimen pertinentibus Apoſtolos per dies quindecim pertractaſſe, appendix ad
(c) Clem. Conſtit. lib. 6. c.12. epiſtolam Apoſtolorum apud Clementem (c) his verbis declarat: *Atque epiſtolam quidem miſimus: nos vero per aliquot dies manſimus Hieroſolymis, ſimul deliberantes, quæ ad communem utilitatem & ad corrigendas res pertinebant.* At Sophronius (d) tunc eos canones putavit fuiſſe ſtatutos, cum Paulus Hieroſolymam veniens (ut ipſe ſcribit ad Galatas e) manſit apud Petrum diebus quindecim: quod nobis haudquaquam probatur: nondum enim primo illo Eccleſiæ ortu eas obortas eſſe cauſas apparet, ut neceſſe fuerit tot ſancitis legibus opportunitati Eccleſiæ conſulere, cum liqueat, Apoſtolos, nonniſi novis emergentibus cauſis, novas regulas inſtituiſſe. (d) Sophr. hom. de agon. Petri & Pauli. (e) Galat. 1.

XIX. Synodus Antiochena Apoſtolorum. Tradunt alii, Antiochiæ ab Apoſtolis, ad ſedandas controverſias illic exortas, habitam eſſe Synodum; idque auctoritate Pamphilii martyris, cujus fragmenta recitat Turrianus (f), ſibi vendicant; qui & canones illos in compendium redactos recenſet. Certe quidem Innocentius Romanus Pontifex, in epiſtola (g) ad Alexandrum Epiſcopum Antiochenum, ejuſmodi Synodi Apoſtolicæ meminiſſe videtur, his verbis agens de Eccleſia Antiochena: *Ubi (inquit) & nomen accepit religio Chriſtiana, & quæ conventum Apoſtolorum apud ſe celeberrimum meruit: quæque Urbis Romæ ſedi non cederet, niſi quod illa per tranſitum meruit, iſta apud ſe ſuſceptum conſummatumque gaudet.* Hæc ipſe. Sed quinam hi canones fuerint, ab eodem auctore ſummatim deſcriptos hic intexere, haud erit otioſum. Eſt enim canon primus ordine; ut credentes in Dominum Jeſum, quos illius temporis homines (ut habent Acta h) appellabant Diſcipulos, dicerentur Chriſtiani. Secundus, ne baptizatus, Judaico more circumcideretur. Tertius, ut omni nationi ad Eccleſiam aditus pateret, nec quiſquam a Chriſtiana religione excluderetur. Quartus, de evitanda avaritia, & quæſtibus iniquis. Huic junctus eſt canon quintus ordine, de vitio gulæ coercendo, curioſitateque vitanda ludorum, qui in theatris exhiberi ſoliti eſſent, deque abſtinendo a juramento. Sextus ordine, de vitanda ſcurrilitate & moribus Gentium. (f) Turr. adverſ. Magdeburg. lib. 1. c. 25. (g) Innoc. epiſt. 18. (h) Act. 11.

XX. Quæ omnia quod deſiderari videantur in canonibus Apoſtolicis, ea videtur eſſe cauſa, ob quam recenſita habeantur in Conſtitutionibus (i) ejuſdem Clementis, illo excepto, qui ſeptimus ponitur ordine, ex Græco in hæc verba redditus: *Ne decipiantur ſalvati ob idola: ſed pingant ex oppoſito divinam humanamque manufactam, impermixtam effigiem Dei veri ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ipſiuſque ſervorum, contra idola & Judæos. Neque errent in idolis, neque ſimiles fiant Judæis.* Hucuſque verba canonis. At ne impoſturam ſuſpiceris, habes hunc ipſum canonem citatum in Concilio Nicæno ſecundo (k) a Gregorio Peſſinuntis Epiſco- (i) Clem. Conſtit. lib. 7. c. 25. Canon de Sacris Imaginibus. (k) Concil. Nicæn. Act. 1.

ſcopo in hæc verba in epitomen redactum: *In Antiochena Synodo ſanctorum Apoſtolorum dictum eſt, Salvatos non debere amplius ob idola aberrare, ſed certandum eſſe ante iconem Dei hominiſque Jeſu Chriſti Domini noſtri.* Hæc ibi conciſe & perperam tranſlata, ut ex Græca editione, quam idem qui ſupra deſcribit auctor, perfacile colligi poteſt. Fuiſſe quidem in ipſa primitiva Eccleſia, tempore Apoſtolorum, cultum venerabilium imaginum, ſuperius tomo primo demonſtravimus. Ultimus vero ille recenſetur canon, de non admittendo Judaicorum delectu ciborum. Sed hæc hactenus de Synodo Antiochena, & canonibus Apoſtolorum.

XXI. Clementis itinerarium.

Inter alia ſcriptorum ejuſdem Clementis monumenta recenſentur Circuitus Petri; qui ab aliis interdum, Itinerarium Clementis; ac rurſum, Recognitionum Clementis nomine libri illi decem ſunt appellati. Re vera a Clemente ejus argumenti libros eſſe conſcriptos, nulla fuit apud antiquos dubitatio; ſed eos, adhuc ipſo Clemente vivente, ab Ebionæis hæreticis fuiſſe depravatos, S. Epiphanius (*a*) teſtatur ſic dicens: *Utuntur* (Ebionæi ſcilicet) *& aliis libris, nimirum Circuitionibus Petri appellatis, per Clementem ſcriptis, multa corrumpentes in ipſis, & pauca vera relinquentes, veluti ipſe Clemens per omnia redarguit in epiſtolis, quas ſcripſit, Encyclicis:* & paulo poſt: *Itaque in Circuitionibus in totum ſe ipſos tranſtulerunt, mentientes contra Petrum multis modis, quaſi ipſe quotidie ſe in aquam merſerit purificationis gratia, ut ipſi faciunt; ab animatis item & a carnibus ipſum abſtinuiſſe, & ab omni edulio ex carnibus facto dicunt, veluti etiam ipſi faciunt* &c. Ab Eunomianis quoque eoſdem eſſe corruptos, Ruffinus (*b*) affirmat.

(*a*) *Epiph. hæreſ.* 30.

(*b*) *Ruffin. in præfat. ad Gaud.*

XXII. Recognitionum libri improbati.

Merito igitur jureque Gelaſius in Romano Concilio recenſuit eumdem commentarium inter apocrypha: *Itinerarium*, inquit, *nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur, S. Clementis libri decem, apocryphum:* citantur iidem libri, ut a Beda (*c*) nomine hiſtoriarum Clementis, quod fortaſſe exhorrerent lectores nomen apocryphum, prout feciſſe viſus eſt qui Recognitionum nomen indidit; tranſlati enim eodem titulo habentur a Ruffino Aquileienſi, ut ipſe in præfatione illis præfixa, a ſe ſcripta ad Gaudentium, profitetur: de quo non eſt qui dubitare debeat, cum Gennadius (*d*) hoc ipſum de Ruffino teſtetur. Feruntur eorumdem librorum Epitomæ, ſed quæ interdum aliquid habeant amplius ab his quæ in ipſis Recognitionum libris narrantur. Verum eodem utique nomine iidem cenſeri debent: nam Recognitionum duo fuiſſe volumina, in aliquibus inter ſe diverſa, idem Ruffinus in ſua ad Gaudentium præfatione teſtatur. Sed quam habet appendicem de ipſius Clementis martyrio, eſſe alterius qui ea ex Actis paſſionis ejus mutuatus eſt, manifeſte ſatis apparet. Temperaſſe quidem Patres ab eorumdem librorum uſu, nemo eſt qui antiquorum libris aſſuetus non intelligat. Clemens Alexandrinus aliquando & Origenes interdum eos citaſſe reperiuntur: de aliis vero neminem facile puto teſtimonium reperire, vel raro admodum. Quamobrem conſultius nobis viſum, ab iiſdem in noſtris Annalibus abſtinere; inſulſis enim fabulis eoſdem eſſe refertos, prudentes omnes, qui eos accurate perlegerint, puto cognoſcent.

(*c*) *Beda de rat. temp. c.* 3. *& in Act. c.* 5.

(*d*) *Gennad. de Script. Eccleſ. & de vir. illuſtr. c.* 17.

XXIII. Miſſa Clementis.

Traditio eſt inſuper, Clementem Romanum Pontificem, quem acceperat a S. Petro ritum offerendi ſacrificium, Miſſam nempe ipſam, Romanæ Eccleſiæ ſcriptis conſignatum reliquiſſe; cui quidem traditioni Proclus (*e*) adſtipulatur his verbis: *Multi quidem, & alii divini paſtores, qui Apoſtolis ſucceſſerunt, ac Eccleſiæ rectores, ſacrorum illius divinæ Miſſæ myſteriorum rationem explicantes, ſcriptis mandatam Eccleſiæ tradiderunt. In quibus primi & clariſſimi ſunt beatus Clemens, ſummi illius Apoſtolorum principis diſcipulus & ſucceſſor: qui ſacroſancta illa myſteria, a ſanctis Apoſtolis ſibi revelata, in lucem edidit.* Hæc de Clemente Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitanus; cui & alii Græcorum, qui de ſacris ritibus commentarios ſcripſere, pariter aſſenſerunt: licet nonnulli putarint, per Liturgiam Clementis, intelligi quæ de eodem ſacratiſſimo ſacrificio ab eodem ſcripta habentur in Conſtitutionum (*f*) libris ſeptimo & octavo. Cæterum quæ Latinis, univerſæque Occidentali Eccleſiæ præſcripta eſt ſacræ Miſſæ forma, quibuſdam exceptis quæ ſunt addita vel mutata, non tantum ab ipſo Clemente, ſed ab ipſo Apoſtolorum principe Petro ſibi vendicat antiqua traditio; cum ejus inſtitutionis nullum aliud ſit principium & originem demonſtrare. At de ſcriptis Clementis jam ſatis. Fuiſſe quidem Clementem omni ſcientia egregie imbutum, cum alii, tum ſanctus Eucherius (*g*) ejuſmodi de eo ſcripto elogio declaravit, ſic dicens: *Clemens vetuſta proſapia Senatorum, atque ex ſtirpe Cæſarum, omni ſcientia refertus, omniumque liberalium artium peritiſſimus ad hanc juſtorum viam tranſiit, itaque etiam in ea excellenter effloruit, ut principi quoque Apoſtolorum ſucceſſor extiterit.*

(*e*) *Habetur editus to.* 4. *Biblioth. ſanct.*

(*f*) *Clem. conſtit. lib.* 7. *c* 25. 26. 27. *& lib.* 8. *cap.* 15. *cum. ſeq.*

(*g*) *Eucher. epiſt. ad Valer.*

XXIV. Tempus vacationis ſedis.

Clemente igitur martyrio vita functo, ceſſaſſe Epiſcopatum ejus diebus viginti uno amplius, habet liber qui dicitur Damaſi de Romanis Pontificibus. Verum ſi ſucceſſoris electio Romæ (ut creditur)

fa-

facta eſt, longiori tempore ſedem vacaſſe, dicendum eſt: ante enim quam Cherſoneſo trans Pontum poſita de Clementis martyrio certum nuncium Romam deferri poſſet, ut de ſucceſſore eligendo poſſent haberi comitia; complures alios dies, immo & menſes, ante electionem ejus qui in locum ipſius ſubrogandus eſſet, interlapſos, quiſque ſibi facile perſuadet: revera autem ceſſaſſe ſedem Pontificiam uſque ad menſem Aprilis anni ſequentis, quæ dicturi ſumus in Anacleto facile declarabunt.

XXV. Perſecutio perſeverat. Ceterum nequaquam morte Clementis perſecutio in Chriſtianos excitata quievit: nam cum alii martyres, tum ſucceſſor Clementis Anacletus ſub ejuſdem Traiani Imperio (ut ſuo loco dicemus) martyrio coronati ſunt. Licet enim Traianus bellis, quæ adverſus barbaros parabat, evocaretur ab Urbe; qui tamen præfecturam urbanam gerebant (quod moris ſit, magiſtratus gerentes obſecundare animis Principum) haud ſegniter rem geſſerunt. In reliquis autem, quod ad politicum regimen ſpectat, hoc præfertim anno, quo idem Imperator conſulatum tertium geſſit, adeo ſe æquum præbuit, ut (quod ſcribit Plinius *a*) abiturus e Conſulatu, jurarit, nihil ſe contra legem feciſſe: quippe qui licet Chriſtianos ſit iniquiſſime perſecutus, tamen quod legibus Romanorum peregrina religio vetaretur, in Chriſtianos lege agere, qui non tantum peregrinam, ſed & novam ſuperinducerent, qui & ipſos Romanorum deos deteſtarentur, ſanctum piumque cenſeret. Hoc item ipſo anno, cum Traianus tertium gereret Conſulatum, & quartum Conſul jam deſignatus eſſet, menſe Octobri allectos ſequentis anni deſignat Conſules C. Plinium Juniorem, & Cornutum Tertullum ejus collegam: hæc ex ejuſdem Plinii Panegyrico, de quo pluribus anno ſequenti. Delegit hos Traianus prudentiſſimos viros, quos Conſularibus honoribus exornaret. Qualiſnam Plinius eſſet, manifeſtum omnibus erat; & de Cornuto Tertullo ipſius Plinii conſule teſtimonium in epiſtola, quam de eo ad Pontium ſcripſit (*b*).

(*a*) *Plin. in Paneg.*

(*b*) *Plin. lib. 5. ep. 15.*

JESU CHRISTI ANNUS 103. — ANACLETI PAP. ANNUS 1. — TRAIANI IMP. ANNUS 4.

I. Plinii conſulatus qualis. SEquitur annus Domini centeſimus tertius, quo Traianus Imper. quartum geſſit Conſulatum una cum Sex. Articuleio, aliter Aurunculeio: ſic eum nominat Spartianus in Hadriano. Meminit Plinius (*c*) de quarto Conſulatu Trajani mox poſt

(*c*) *Plin. in Paneg. dict. in ſuo Conſul.*

SÆC. II. Anno Urbis 854. Olymp. 220. an. 1. A. C. 101.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5594.

☉ 26. C. ☽ 7. P. 4. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 101. *ſecund. Baronium* 103.

EVARISTI PAPÆ 7.

TRAIANI IMP. 4.

[1] AD num. I. Coſſ. *Traianus Aug. IV.* & *Sex. Articuleius Pætus.* I. Conſules.

II. Quinquennalia Imperii Proconſularis Traiani. Sumtus hic a Traiano conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam, ob quin-

---

[1] COſſ. *Traianus Aug. IV. & Sex. Articuleius Pætus.* Lapides apud Gruterum pag. XXXV. 2.

DED. KAL. MART.
M. ULPIO. TRAIANO. IIII.
SEX. ARTICULEIO. PAETO
COS.

Ibidem pag. CCXLVI. 6.

IMP. CAESAR. DIVI. NERVAE. F.
NERVA. TRAIANUS GERMANICUS
DACICUS. PONT. MAX. TRIB. POT.
IIII. COS. IV. VICTO. DECEBALO.

At Noriſius in Epiſtola conſulari hanc inſcriptionem falſi coarguit; quod victoriam Dacicam ad IV. *Traiani* Tribuniciam Poteſtatem referat; quare eum vide, & de Epochis Syro-Maced. Diſſert. III. cap. VII. §. II. Item Gruter. pag. CXCVIII. 3. 4. jungit cum TR. POT. V. COS. IV. item nummi cum eadem TR. POT. V. COS. IV.

Saxum vetus inter Donianas inſcriptiones cl. II. n. 167. pag. 104. CAES. TRAIANO. N. IIII. COS. Figlina apud Frabrettum pag. 501. n. 69. EXPGOGMCAEN PÆT COS. Hujus ſiglas interpretatur Fabrettus de *Traiani & Articuleii Pæti* conſulatu. Eadem figlina cum iiſdem ſiglis extat nunc in ædibus Capitolinis. Spartianus in Hadriano cap. III. *Quæſturam geſſit* (Hadrianus) *Traiano quater* & *Arunculeio* (ſed repone *Articuleio*) *coſſ.* Faſti Idatiani, & Vindebonenſes: *Traiano IV. & Pæto.* Proſperi Chronicon: *Traiano IV. & Frontone.*

Suffecti conſules hoc anno a Panvinio & Almelovenio putantur, *ex Kal. Martiis, Cornelius Scipio Orfitus: ex Kal. Maiis, Bæbius Macer, & M. Valerius Paulinus: ex Kal. Juliis, Rubrius Gallus, & Q. Cælius Hiſpo. De Gallo* & ejus collega Plinius lib. IV. epiſt. IX. & Ulpianus Digeſtorum lib. XL. tit. XXVI.

poſt tertium ſubſecuto: quem cum gerere recuſaret, Senatus rogavit, immo & juſſit; ſunt enim hæc Plinii verba: *Quo juſtius Senatus, ut ſuſciperes quartum Conſulatum, & rogavit, & juſſit:* Quo item anno (ut nuper in fine anni ſuperioris eſt dictum) C. Plinius Junior & Cornutus Tertullus honorarium Conſulatum geſſerunt, deſignati anno ſuperiori atque allecti. Certe quidem eumdem C. Plinium & collegam Cornutum Tertullum, non ordinarium, ſed allectum Conſulatum hoc anno geſſiſſe, argumento ſunt quæ idem Plinius ait in Panegyrico pro gratiarum actione Traiano dicto, ſuperiori anno, cum tertium Conſul eſſet: ut inter alia dum ait: *Ergo non alia nos pagina, quam te Conſulem accipiet; & noſtra quoque nomina addentur Faſtis, quibus ipſe perſcriberis:* ſignificans nimirum, ipſo Traiano hoc anno quartum Conſule, addendum quoque Faſtis tam ſuum quam collegæ nomen: eodem ſane modo, quo de Frontone oratore ab Auguſto ſuffecto Conſule creato Auſonius ſcribit, quærendum fuiſſe quibus Conſulibus geſſerit Conſulatum: ea nempe ratione, quod Conſules ordinarii nomen darent anno; ſuffecti vero ſic adderetur Faſtis honoris cauſa, ut ſub ordinariis Conſulibus honorarium dicerentur gerere Conſulatum. Sed de his alias: hæc autem pro certa ratione temporum conſignanda breviter attigiſſe voluimus, quod magni intereſt ex Conſulatu Plinii pariter intelligere, quando idem Proconſulem egerit in provincia.

Ann. Eccl. Tom.II.

II. Anacletus Papa creatur.

Hoc eodem anno, tertia die menſis Aprilis, Anacletus natione Græcus, patre Antiocho, creatur Chriſtianæ religionis ſummus Pontifex, seditque (ut habet liber de Romanis Pontificibus, ac pariter indices Vaticani) annos novem, menſes tres, & dies decem: ex die nempe obitus ejus, qui ponitur decimustertius Julii, dies pariter ordinationis ejus facile colligi poſſe videtur, habita ſimul ratione annorum ſedis ipſius. Ceterum quod eodem textu ab his diverſa penitus chronologia deſignetur per Conſules ab alio aliquo ſuperadditos: ut hæc confutata cognoſcas, conſule quæ ſuperius primo tomo Annalium in ipſo limine ſucceſſionis Romanorum Pontificum, nempe in Lino Petri ſucceſſore, ſunt dicta.

III.

Quod vero ad res externas ſeu profanas pertinet: in hunc uſque annum Traianum Romæ commoratum eſſe, ex his quæ habet idem Plinius in Panegyrico, fa-

Quinquennalia nempe Imperii Proconſularis. Card. Noriſius in Epiſt. Conſul. pag.62. ex eo quod Traianus quartum iſtum Conſulatum ſibi delatum recuſarit, ac vix tandem Senatus precibus exoratus admiſerit, ut teſtatur Plinius in Panegyrico, infert: *Traianus ergo regulas de Quinquennalibus in Conſulari prætexta celebrandis ignoravit.* At cum anno præcedenti Conſulatus iſte Traiano a Senatu oblatus fuerit, in annum ſcilicet, quo Imperatores eam dignitatem ſuſcipere ſoliti erant, manifeſtiſſimum eſt Plinium regulis meis non refragari, ſed ſuffragari; quæ poſt Orationem Themiſtii de Conſulatu Saturnini in lucem editam, non videntur in dubium revocari debere. Occaſione horum ſolennium renovata memoria beneficii in Ægyptios a Traiano collati, dum præcedentibus annis Nilus Ægyptum non fœcundaret. Plinius enim in Panegyrico anno præcedenti Traiano dicto cap.31. ait: *Refudimus Nilo ſuas copias, recepit frumenta quæ miſerat, deportataſque meſſes revexit.* Hinc cuſus hoc anno Traiani Nummus, qui extat apud Mediobarbum pag.150. in cujus poſtica habetur: P. M. TR. P.IIII. IMP. II. COS. IIII. NILUS. Repræſentatur in ea Nili ſimulacrum. Conſulatum quartum Traianus hoc anno iniit. Quare annis præcedentibus Traianus frumentum in Ægyptum miſit, illaque providentia in Quinquennalibus, ut moris erat, rurſus laudata prædicataque. Cujus moris paſſim exempla occurrunt.

III. *Quo anno Plinius Panegyricum recitavit.* Baron. n. 3.

Plinius Panegyricum ſuum non hoc anno, ut putavit Baronius, ſed præcedenti recitavit, idque ineunte Septembri, cum Conſulatum ſuum ſuffectum auſpicatus eſt, ex lib.3. epiſt.XIII. & XVIII. Quod eo magis dicendum, quod certum eſt, tunc Traianum quartum Conſulatum non geſſiſſe. Quare perperam Baronius Plinii Conſulatum præſenti anno conſignavit, ex quo & male deduxit, Plinium anno ſequenti Proconſulem in Bithyniam miſſum.

IV. *Anacleti Papæ obitus.*

Ad num.II. In Chronico Damaſi legitur: *Anacletus annis duodecim, menſibus decem, diebus tribus. Fuit temporibus Domitiani a Conſulibus Domitiano X. & Sabino, uſque Domitiano XVII. & Clemente.* Succeſſerat itaque Cleto anno Chriſti octogeſimo tertio, quo Domitianus IX. & Rufus II. Conſules fuere. In Chronico enim Damaſi Pontificatus ſucceſſoris inchoatur a Conſulibus, qui poſt mortem deceſſoris annum aperuere. Ejus autem obitus contigit anno Chriſti nonageſimo quinto, quo Domitianus XVII. & Clemens Conſulatum geſſere. Colitur Anacletus decimo tertio die Julii. Sed is dies ad aliquam ejus Tranſlationem referendus, ut de aliis veteribus Pontificibus exiſtimandum eſſe jam diximus. Non deſunt viri doctiſſimi, qui Cletum & Anacletum non diſtinguunt, & unum eumdemque eſſe affirmant. Verum in re incerta a communi opinione non diſcedam. Anacleto ſucceſſit Evariſtus juxta idem Damaſi Chronicon.

V. *Anacleti Decretales.*

Circumferuntur Anacleti Epiſtolæ Decretales tres; quas Eruditi ſuppoſititias judicant. Prima eſt ad omnes Epiſcopos & Fideles, ſed conſuta eſt tam ex locis Scripturæ, quam ex Clementis ad Jacobum epiſtolis, uti ex Rufini, Damaſi, aliorumque auctoritatibus. Secunda eſt ad Epiſcopos Italiæ, in qua ſunt teſtimonia ex Auguſtino, Idacio, Gregorio Magno deprompta. Tertia ad omnes Epiſcopos, agitque de Patriarchis, quorum nomen hoc & ſequenti ſeculo ignotum; denique habet teſtimonium ex Concilio Romano ſub Gelaſio, & ex aliis poſterioribus Patribus.

Baron. an. 112. n. 1.

VI. *Duas adverſus Dacos expeditiones, Traianus ſuſcepit.*

Ad num.III. Traianus duas adverſus Dacos expeditiones ſuſcepit, quæ in Columna Traiana præ-

facile poteſt intelligi: hujus quoque anni exordio Urbe profectum eſſe adverſus Decebalum Regem Dacorum, tum ex his quæ ſcribit Dio (*a*), tum aliis antiquis monumentis, ſatis perſpicue demonſtratur. Antehac Urbe non receſſiſſe, ſæpe citatus Plinii Panegyricus fidem facit. Prima igitur hæc profectio fuit adverſus Decebalum Regem: nam (ut vidimus ſupra, anno ſecundo ſui imperii Romam ſe contulit: *ubi tantiſper* (inquit Dio) *commoratus eſt, dum expeditionem in Dacos paravit*, nempe toto tertio ſuo Conſulatu; *quarto vero* nempe hoc anno, *cum exercitu profectus, cum hoſte conflixit, quem obtinuit ingenti edita cæde. Tunc, cum vulneribus ligamenta ſuis deeſſent, propriæ veſti non pepercit, quam in lacinias conſciſſam ſauciatis partitus eſt. Militibus, qui in ea pugna conciderant, aras conſtitui, & annua parentalia peragi voluit.* Hæc & alia Dio de parta ab eo de ſuperbiſſimo Rege victoria: etenim quem Domitiani ignavia reddiderat ferociſſimum, eumdem humi procumbentem & ſe adorantem excepit, & perdifficiles pacis conditiones ſubire coegit; rebuſque compoſitis in Italiam rediens cum triumpho, Dacici eſt cognomentum adeptus: quæ omnia Dio. Hæc autem facta ſunt Conſulatu ipſius quarto, hoc videlicet anno: quod & vetus inſcriptio docet his verbis (*b*).

(*a*) *Dio in Traiano.*

Decebalus victus.

(*b*) *Panvin. lib.2. Faſt. hoc anno.*

IMP. CÆSAR. DIVI. NERVÆ. F. NERVA. TRAIANUS AUGUSTUS. GERMANICUS. DACICUS. PONTIF. MAXIMUS. TRIB. POT. IIII. COS. IV. VICTO. DECEBALO

IV. Difficillimi belli res præclariſſime geſtæ vix apud unum Dionem brevi compendio perſtrictæ inveniuntur: quamobrem multa eſſe ſilentio involuta, omnes exiſtimant; ſed quæ apud noſtros antiquitus de quodam nobiliſſimo exercitus duce ſub Traiano ſcriptis mandata, & aliis monumentis conſignata reperimus, prætermiſiſſe nolumus. In rebus geſtis ſanctorum Euſtathii & ſociorum, in earum narrationis exordio, Traiani exercitus dux magnopere commendatur, Placidus nomine, idemque ipſe poſtea Chriſtianus, Euſtathius nominatus, qui ſub armis egregiam Romano Imperio adverſus hoſtes navarit operam, domi militiæque ſpectatus. Cum vero mente recolimus Placidum illum virum clariſſimum, ejuſdem Traiani parentis ut puto olim in bello Judaico commilitonem, qui agebat Magiſtrum equitum, cum

De Placido duce.

præſentantur, & ab Antiquis ſine temporis nota numerantur, niſi quod Dio tradit, hoc bellum *ſecure magis, quam celeriter* geſtum, & Dacos *vix* tandem *ſubactos*, & Julianus Imperator lib. de Cæſaribus, Traianum hoc modo loquentem inducit: *& hoc quidem tantum opus annis fere quinque confeci.* Baronius priorem expeditionem præſenti anno conſignat, quod Onuphrius lib.2. Faſtorum recitet e veteri Lapide elogium Traiani, in quo legitur: DACICUS TRIB. POT. IIII. COS. IV. VICTO DECEBALO. Ex hac Inſcriptione Baronius, ac alii paſſim crediderunt a Traiano quartum Conſule bello Dacico priori victum Decebalum, *cum tamen ſpuria ſit illa Inſcriptio,* (inquit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag. 64.) *utpote ab eodem Panvinio conficta. Lazius lib. 12. cap.7. idem epigramma laceratum ac detritum recitarat, teſtatus extare in oppido Gumpendorff, primo a Vienna milliario, ex fragmentis male compactis, ubi legebatur:* NERU... ACICU.. US. AUG. *Item* VICT. D.. D.. V. ADIA.. T.. R. P. IIII. COS. V. *Gruterus pag.190. 1. idem elogium e Lazio repetit: at non fideliter, cum ibi ſcribat:* VICTO DECE... *uti &* DACICUS, *& alia verba minus detonſa. Panvinius tamen integre illud concinnavit, &* COS. IIII. *repoſuit, cum optime intelligeret, Conſulatum quintum Traiani non poſſe cum quarta ejuſdem Tribunicia Poteſtate componi.* Rejecta itaque ea Inſcriptione, quam Baronius Annalibus inſeruit, quærenda alia argumenta ad prioris belli Dacici epocham ſuo anno reddendam. Card. Noriſius in eadem Epiſtola mihi dicata, ait; *Meam de tempore utriuſque belli Dacici, ac de profectione Traiani in Orientem, ſimulque de quinto ac ſexto ejuſdem Conſulatu Romæ inito ſententiam tibi proponam, quam ipſe poſtea ad limam revoces, vel ad incudem.* Poſtea prius bellum Dacicum anno Chriſtianæ epochæ CII. a Traiano ſuſceptum ſcribit. Verum videtur illud præſenti anno inchoatum, cum Euſebius in Chronico anno Abrahami 2117. dicat: *Traianus de Dacis & Scythis triumphat.* Exorditur hic Abrahami annus a Kalendis Octobris præcedentis Chriſti anni. Sed cum Plinius in Panegyrico iiſdem anno & menſe recitato nullam belli Dacici mentionem faciat, certum eſt, illud tunc nondum inchoatum fuiſſe, ideoque Euſebium de præſenti Chriſti anno, ſeu de potiori Abrahamitici anni parte intelligendum. Nec ab Euſebio hac in re diſcedendum, cum in utraque editione tam Pontaci, quam Scaligeri eodem anno ea verba legantur, & Hermannus Contractus, ac Marianus Scotus in ſuis Chronicis eadem verba anno quarto Traiani recitaverint. Euſebium vero rerum geſtarum initium ac finem uno tenore plerumque recitare, & eidem anno illigare certum.

VII. *Initium prioris belli Dacici.*

Hanc opinionem confirmant Nummi, in quibus Traianus Imperatoris titulum non auget, niſi poſtquam Tribunitiam Poteſtatem ſextam & Conſulatum quartum iniit. Antea enim Imperator II. tantum, poſtea Imperator III. appellatur, ut in Nummis apud Mediobarbum videre eſt, apud quem hic exhibetur, IMP. CÆS. NERVA TRAIANUS AUG. in poſtica: P. M. TR. P. IIII. IMP.II. COS. IIII. Tribunitia Poteſtas quarta in curſu fuit uſque ad V. Kalend. Novemb. currentis anni, quo Traianus quintam capeſſiit. Quare cum Traianus præſenti anno Conſul IV. proceſſerit, is Nummus ante bellum Dacicum videtur percuſſus, cum titulum Imperatoris nondum Traianus multiplicaret. In omnibus vero Nummis præcedentibus annis cuſis Traianus Imperator ſine numerali nota appellatur. Gruterus pag.CXC.3. hanc Inſcriptionem refert.

IMP. CÆSAR. D. NERVA E. F. NERVA TRAIANUS GERMANICUS. PONT. MAX. TRIB. POT. VI. IMP. II. COS. IIII. P.P. INCHOATAM. A.D. NERVA PA-

cum Traianus ille ductor eſſet (ut ſuperius dictum eſt) legionis decimæ; cumque egregia virtus ejus in rebus bellicis a Joſepho (*a*) magnopere commendetur: in eam facile adducimur opinionem, ut ejuſmodi ex tempore, nomine, & rerum ſtudiis comparata conjectura, eumdem ipſum eſſe putemus, qui in his a Traiano adverſus barbaros paratis bellis primum militiæ ordinem duxit, ac deinde ad religionem Chriſtianam capeſſendam divinitus (ut ejus habent Acta) vocatus, tandem una cum ſuis ſub Hadriano (ut ſuo loco dicturi ſumus) martyrium glorioſiſſime conſummavit. Verum quod conjectura res agitur, quæ quantumlibet probabilibus admodum nitatur indiciis; quid de his prudens lector opinari velit, liberum eſto.

(*a*) *Joſeph. de bel. Jud. lib.3 c.3. 4. & lib.4 c.1. lib.5. c. 3. & in vita ſua.*

JESU CHRISTI ANNUS 104. | ANACLETI PAP. ANNUS 2. | TRAIANI IMP. ANNUS 5.

I. ANno ſequenti, qui numeratur Domini centeſimus quartus, Sura II. & Serviano Coſſ. (*b*) C. Plinius Secundus, poſt functionem ſuperioris anni Conſulatus, more majorum, provinciam ſuſcepit adminiſtrandam: tributa autem eſt illi Bithynia, ut ipſe ſuis ad Traianum de adventu ſuo in provinciam litteris datis affirmat. Quod vero Romanæ conſuetudinis eſſet (ut docet Varro *c*) de rebus divinis primum, ac ſubinde agere de humanis: Proconſulis quoque munus erat, cum provinciam ingrederetur, ædes ſacras (*d*) & opera publica circumire; ſicque, ne quid detrimenti religio pateretur, attendere; cum alioqui apud Plinium nihil religione eſſet antiquius, quippe qui inter alios magiſtratus ab eodem Imperatore Auguratum acceperat (*e*). Id ipſum egregie præſtitiſſe, litteræ ab eo ad Traianum ſcriptæ declarant; ut cum de transferenda vetuſtiſſima æde Matris deorum in locum decentiorem, ipſum conſuluit (*f*). Sed quod magis magiſque illi diſplicuit in provincia inveniſſe, illud fuit: religionem Chriſtianam adeo coalitam & propagatam, ut jam templa viderentur eſſe deſerta, perrarique invenirentur qui diis ſacrificia immolarent. Huic enim provinciæ olim Petrus Apoſtolus (ut dictum eſt ſuperius) Evangelium prædicaverat, & in ea credentes ſcriptis litteris ſtabilierat. Neque tantum vero Bithyniam, ſed & illi confinem Pontum repletam fuiſſe hoc ſæculo Chriſtianis, qui Gentilium deorum ſuperſtitionem execrarentur, apud Lucianum in

(*b*) *Spart. in Hadr. Plin. lib. 10. epiſt. 28.*
(*c*) *Varro de ling. Lat.*
(*d*) *l.7.ff. de offic. procons.*
(*e*) *Plin. l. 10. ep. 8.*
(*f*) *Plin. lib. 10. ep. 58. 59.*

Plinius proconſul in Bythinia.

PATRE. SUO. PERFICIENDAM CURAVIT.
Extat apud eundem pag. CLXXVII. 2. alia Inſcriptio, in qua Traianus dicitur etiam, TR. POT. VI. IMP. II. COS. IIII. Præterea Occo pag. 200. hunc Traiani Nummum producit: IMP. CAES. NERVA. TRAIAN. AUG. GERM. P. M. TR. P. VI. in poſtica, IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. P. P. S C. Fabrettus in Syntagmate de Columna Traiani cap. 9. duos alios Traiani Nummos exhibet, in quibus eadem verba leguntur. Ex quibus apparet, anno ſequenti, poſt V. Kal. Novemb. quo ſextam Tribunitiam Poteſtatem Traianus ingreſſus eſt, titulum Imperatoris multiplicaſſe, ideoque tunc bellum maxime arſiſſe. Tertiæ acclamationis Imperatoriæ mentio non occurrit neque in Nummis, neque in Inſcriptionibus. Sed Traianum ſequenti anno IMP. III. dictum, quartus Conſulatus junctus cum TR. POT. VI. IMP. II. indubitatum reddit. Fabrettus laudatus initium prioris expeditionis Dacicæ recte hoc anno collocavit, quemadmodum & clariſſimus Loydius in Specimine Imperii Traiani quod mecum communicavit.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5595.

SÆC. II. Anno Urbis 855. Olymp. 220. an. 2. An. Ch. 102.

☉ 27. B. ☽ 8. P. 24. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 102. *ſecundum Baronium* 104.

EVARISTI PAPÆ 8.

TRAIANI IMP. 5.

[1] AD num. I. & ſeqq. C. *Soſius Senecio III.* & *L. Licinius Sura II.* ut ex dicendis anno CVII. conſtabit. — I. *Conſules.*

Baronius, qui exiſtimabat Plinium Juniorem anno præcedenti Conſulatum ſuffectum geſſiſſe, Legationem ejus Bithynicam in hunc annum confert. Sed prætterquam quod is Plinii Conſulatus cum anno Chriſti centeſimo copulandus, Plinius nonniſi diu poſt abdicatum Conſulatum in Bithyniam miſſus. Card. Noriſius in Epiſtola Conſu- — II. *Reſcriptum Traiani in cauſa Chriſtianorum.*

[1] COſſ. *C. Soſius Senecio III. & L. Licinius Sura II.* Spartianus in Hadriano Cap. III. *Prætor factus eſt* (Hadrianus) *Sura bis*, *Serviano iterum Coſſ.* Iſaacus Caſaubonus ad hunc locum notat, *Sura*, *Surani* nomen fuiſſe, ut ex veteri lapide apud Onuphrium in Faſtis, ubi legitur: C. IULIO. SERVILIO URSO. SERVIANO. ET SURANO. II. COSS. Adeo ut ex Caſauboni ſententia *Licinius Sura* hoc anno conſul ordinarius fuerit, cujus collega *Senecio*; ſuffecti vero *Servianus*, & *Suranus*. Faſti Idatiani: *Severiano* (forte pro *Serviano*) & *Sura*. Vindebonenſes: *Servilio II. & Sura II.*

Suffecti autem apud Panvinium, & Almeloveenium ſunt: *Manius Acilius Rufus*, *C. Cæcilius Claſſicus*; nam memorantur a Plinio lib. III. epiſt. ad Macrinum, lib. IV. epiſt. ad Gallum, & lib. V. epiſt. XX. ad Urſum.

De profectione *Traiani* ad primum bellum *Dacicum*, vide Noriſium in epiſtola conſulari pag. 65.

in Pſeudomante teſtatum habes. Immenſa igitur Chriſtianorum multitudine, quos in provincia invenerat, permotus Plinius, quod in omnes animadvertere durum admodum videret, quid agendum foret, ſcripta epiſtola (*a*) in hæc verba Traianum conſuluit:

(*a*) Plin. lib. 10. epiſt. 97.

II. Plinii epiſtola ad Traianum.

Solemne mihi eſt domine, omnia de quibus dubito, ad te referre. Quis enim poteſt melius vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam inſtruere? Cognitionibus de Chriſtianis interfui nunquam: ideo neſcio quid & quatenus aut puniri ſoleat, aut quæri. Nec mediocriter hæſitavi, ſit ne aliquod diſcrimen ætatum, an quamlibet teneri, nihil a robuſtioribus differant: detur ne penitentiæ venia, an ei qui omnino Chriſtianus fuit, deſiiſſe non proſit: nomen ipſum etiam ſi flagitiis careat, an flagitia cohærentia nomini puniantur. Interim in iis, qui ad me tanquam Chriſtiani deferebantur, hunc ſum ſecutus modum. Interrogavi ipſos, an eſſent Chriſtiani: confitentes, iterum ac tertio interrogavi, ſupplicium minatus: perſeverantes duci juſſi. Neque enim dubitabam, qualecumque eſſet quod faterentur, pertinaciam certe & inflexibilem obſtinationem debere puniri. Fuerunt alii ſimilis amentiæ; quos, quia cives Romani erant, annotavi in Urbem emittendos. Mox in ipſo tractatu (ut fieri ſolet) diffundente ſe crimine, plures ſpecies inciderunt. Propoſitus eſt libellus ſine auctore, multorum nomina continens: qui negant ſe eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe; cum, præſente me, deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc juſſeram cum ſimulacris numinum afferri, thure ac vino ſupplicarent: præterea maledicerent Chriſto: quorum nihil cogi poſſe dicuntur, qui ſunt re vera Chriſtiani; ergo dimittendos putavi. Alii ab indice nominati, eſſe ſe Chriſtianos dixerunt, & mox negaverunt: fuiſſe quidem, ſed deſiiſſe, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti quoque; omnes & imaginem tuam & deorum ſimulacra venerati ſunt; ii & Chriſto maledixerunt.

III. Conventus Chriſtianorum matutini.

Affirmabant autem hanc fuiße ſummam vel culpæ ſuæ vel erroris, quod eßent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum invicem: ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent; quibus peractis, morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſumque coeundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen & in-

no-

ſulari pag.68. in tempus, quo is ad Traianum de Chriſtianorum cauſa e Bithynia ſcripſit, ſedulo inquiſivit. Plures enim Traiani Reſcriptum poſt acceptam Plinii Epiſtolam datum, eamque Epiſtolam interpretati ſunt, ut videre eſt in calce Operum Plinii Junioris in Hollandia editorum, ſed pauciſſimi, quo anno data fuerit Epiſtola, ex profeſſo examinarunt. Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag.69. ait: *Cum Plinius Junior Bithyniæ Proprætor Chriſtianos edictis ac ſuppliciis perſecutus fuerit, Traiano etiam tum Romæ degente libeat hujuſce perſecutionis tempus deſignare, quod ſibi incompertum fatetur Scaliger in Notis Euſebianis num.2124. Baronius ſcribit de Plinii Præfectura Bithynica:* Poſt functionem ſuperioris anni Conſulatus, more majorum, Provinciam ſuſcepit adminiſtrandam. *Is quidem mos ſtante Republica, ſed ſub Cæſaribus Africam & Aſiam decimo anno a geſto Conſulatu ſortiebantur, quæ tamen decennii intermedii deſcriptio in aliis Provinciis non ſervabatur. Et ſane mihi compertum eſt, Plinium non perrexiſſe ſtatim a geſto Conſulatu in Bithyniam. Rem altius, paucis licet, repetam. Tullius Juſtus anno Chriſti XCVII. Bithyniam regebat, ad quem extat Imperatoris Nervæ Epiſtola ante Epiſt.67. Plinii lib.10. Juſtus Proconſul ſucceſſorem habuit Julium Baſſum, qui in exilium a Domitiano miſſus, inquit Plinius lib.4. Epiſt.9.* revocatus a Nerva, ſortituſque Bithyniam, rediit reus. *Idem lib.6. Epiſt.29. narrans Quadrato ordinatim cauſas ab ſe agitatas ait;* Accuſavi Marium Priſcum; deinde tuitus ſum Julium Baſſum. *Accuſavit Marium Priſcum coram Traiano tertium Conſule anno centeſimo ex lib.2. Epiſt.11. menſe Januario, cum eſſet Conſul deſignatus in Kal. Septembris, ex lib.10. Epiſt.20. Idem lib.4. Epiſt.8. narrat ſe poſt Conſulatum accepiſſe a Traiano Auguratum; epiſtola vero ſequenti acta in cauſa Baſſi deſcribit. Itaque anno CI. Julii Baſſi cauſa cognita fuit. At lib.10. Epiſt.64. ex Bithynia ſcribit Traiano quemdam in perpetuum relegatum a Julio Baſſo Proconſule. Quod vero ſciebat acta Baſſi a Senatu reſciſſa, dato jure damnatis ab eodem* ex integro, *inquit*, agendi dumtaxat per biennium, interrogavi hunc, quem relegaverat, an adiiſſet, docuiſſetque Proconſulem, negavit, *cum idem captus coram Plinio ſtetiſſet. Cui Traianus reſpondit, eum, qui exiſtimans ſe injuria relegatum,* cum per biennium agendi facultatem habuerit, *nec adierit Proconſulem, vinctum dimittendum ad Præfectos Prætorio. Itaque anno CIII. hoc eſt, biennio poſt reſciſſa acta Julii Baſſi, alius ante Plinium Proconſul Bithyniæ præerat. Idem lib.5. Epiſt.20. Urſo ſcribit:* Iterum Bithyni poſt breve tempus a Julio Baſſo, etiam Rufum Varenum Proconſulem detulerunt. *Hæc autem Vareni cauſa in aliquot annos protracta eſt, teſtibus ex Bithynia advocatis a Vareno, Bithynis Legatos modo contra eumdem, modo mutata ſententia, pro eodem ad Traianum, tum in Daciam, tum Romam deſtinantibus, Plinio Varenum defendente, quæ quidem conſtant ex variis ejuſdem Epiſtolis lib.6. Epiſt.5. 13. & 29. & lib.7. Epiſt.6. & 10.*

III. Plinius poſt aliquot annos a geſto Conſulatu in Bithyniam miſſus.

Idem lib.10. Epiſt.113. ſcribit Traiano, Anicium Maximum Proconſulem Bithyniæ largitionem pecuniæ, quam ſuper numerum in Decuriones Traiani indulgentia allecti faciebant, in quibuſdam civitatibus ad eos quoque extendiſſe, qui a Cenſoribus legebantur. Itaque Anicius Maximus alius fuit ante Plinium ſub Traiano Proconſul Bithyniæ. Denique lib.10. Epiſt.64. ſignificat Traiano quemdam ſibi denuntiaſſe adverſarios ſuos a Servilio Calvo clariſſimo viro in triennium relegatos, *in Provincia morari, illis e contra affirmantibus, a Calvo Proconſule ſemel reſtitutos. Reſpondit Traianus Epiſt.65. ſe proxime reſcripturum de iis,* qui a P. Servilio Calvo Proconſule in triennium relegati *dicebantur, ubi primum rem ab ipſo Calvo didiciſſet.*

noxium: quod ipſum facere deſiiſſe poſt edictum meum, quo ſecundum mandata tua hetærias eſſe vetueram. Quo magis neceſſarium credidi, ex duabus ancillis, quæ miniſtræ dicebantur, quid eſſet veri, & per tormenta quærere. Sed nihil aliud inveni, quam ſuperſtitionem pravam & immodicam. Ideoque dilata cognitione ad conſulendum te decucurri. Viſa eſt mihi res digna conſultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis, utriuſque ſexus etiam vocantur in periculum, & vocabuntur. Neque enim civitates tantum, ſed vicos etiam atque agros ſuperſtitionis iſtius contagio pervagata eſt, quæ videtur ſiſti & corrigi poſſe. Certe ſatis conſtat, prope jam deſolata templa cœpiſſe celebrari, & ſacra ſolemnia diu intermiſſa repeti, paſſim venire victimas, quarum adhuc rariſſimus emptor inveniebatur. Ex quo facile eſt opinari, quæ turba hominum emendari poſſit, ſi ſit pœnitentiæ locus.

IV. Locorum epiſtolæ Plinii elucidatio.

Quod igitur ait, quoſdam Chriſtianorum ante triennium, quoſdam vero ante plures annos, ac rurſum nonnullos etiam ante viginti annos a Chriſtiana religione deſciviſſe; ad tria hæc tempora (quod ſuperius dictum eſt, hic quoque repetere non erit inutile) alluſiſſe videtur, nimirum cum ante triennium per Traianum excitata eſt perſecutio, vel cum ante plures annos Domitianus eos perſecutus eſt, ac denique cum longe ante Nero eſt aggreſſus perſequi Chriſtianos. Quod vero ſe ſacramento dicit obſtringere Chriſtianos non ad ſcelus, ſed ne quicquam perperam facerent: non puto de ſacramento juramentum eſſe intelligendum, cum nulla vetus conſuetudo fuiſſe in Eccleſia oſtendi poſſit, qua, ne peccarent, juramento promittere Chriſtiani adigerentur. Unde in eam potius adducimur ſententiam, ut exiſtimemus idem eſſe apud Plinium ſacramentum, quod ſacrum ritum; verbiſque Chriſtianorum locutum, ipſam ſacræ Euchariſtiæ ſumptionem ſacramentum appellaſſe, quod eam quidem non aliis impartirentur, quam iis qui mundi eſſent, & vitæ pravæ abdicationem ſponderent in futurum. Gentiles quidem mutuam illam inter Chriſtianos fieri ſolitam ſacræ Euchariſtiæ communicationem, in deteriorem partem accipere conſueviſſe, perinde ac ſymbolum eſſet aliquod inter ſe initæ conjurationis (ſicut Catilina poculo ſanguinis ſibi devinxiſſe (*a*) traditur ſceleris ſocios) docet Minutius Felix in Octa-

(*a*) *Salluſt. in Catil.*

ciſſet. At certum eſt nondum elapſum triennium, ex quo illi relegati fuerant, cum ea Plinius Principi ſcripſit, alias nullus fuiſſet accuſationi locus. Igitur & Servilius Calvus fuit proximus deceſſor Plinii in Præfectura ſeu Proconſulatu Bithyniæ. Unde apparet poſt aliquot annos a geſto Conſulatu eumdem in Bithyniam miſſum; cum plures ſuos deceſſores, Traiano imperante laudet, & aliquot etiam præter eidem memoratos, Bithyniam fortaſſis adminiſtrarint. Et quidem nullus dubito, quin Plinius novem libros Epiſtolarum ad privatos ſcripſerit, antequam in Provinciam Legatus proficiſceretur. Nuſquam enim in aliqua earumdem quidpiam legitur, quod Bithynicam ejuſdem Legationem attineat. At lib.6. Epiſt.10. ſcribit Albino vidiſſe ſe ſepulcrum Verginii Rufi imperfectum, ac poſt decimum mortis annum reliquias neglectumque cinerem. *Cum vero obierit Verginius anno XCVII. Chriſtianæ epochæ, ea Plinius ſcribebat anno CVII. aut etiam ſequenti CVIII. Item lib.8. Epiſt.4. laudat Geminum, qui deſtinaſſet bellum utrumque Dacicum ſcribere, ac carmine narrare* pulſum Regia, pulſum etiam vita Regem nihil deſperantem. Super hæc actos bis triumphos, quorum alter ex invicta gente primus, alter noviſſimus fuit. *Porro ex hucuſque narratis Legatio Bithynica Plinii videtur mihi ſtatuenda circa Septembrem anni CIX. aut ſequentis. Ille vero non Proconſul, ut alii, ſed Legatus Auguſti, ac Proprætor Conſulari Poteſtate in Provinciam miſſus fuit, ex vetuſto elogio ejuſdem Gruteri pag.CCCCLIV. 3.* (eam Inſcriptionem retuli anno LXIX. num.IX.) *& quidem Traiano adhuc Romæ degente, quod ex lib.10. Epiſt. 13. 14. 15. 49. & 82. aperte colligitur.* Ita Card. Noriſius, quæ ex literis ejus ad me ſcriptis magis declaranda.

IV. *Viri Conſulares in Provincias mitti poterant ſtatim poſt geſtum Conſulatum.*

Conſtat, inquit idem Cardinalis eruditiſſimus, Aſiam Minorem ſeu Proconſularem & Africam fuiſſe Provincias populi Romani, in quas viri tantum Conſulares a populo ſortito mittebantur. Cum vero plures uno anno Conſules ſuffecti & ordinarii eſſent, neque annua eſſet illarum Provinciarum gubernatio, debebant Exconſules expectare modo minus, modo plus, quouſque ordinatim eiſdem illæ Provinciæ deſtinarentur. Sergius Cornelius Maluginenſis fuerat Conſul ſuffectus EX KAL. JUL. anno Urbis DCCLXIII. ex Faſtis apud Gruterum in Fine pag.295. Is anno Urbis DCCLXXV. ex lib.3. Annal. Taciti, *ut Aſiam ſorte haberet, poſtulavit*. Repulſam tulit, ut inferius ait Tacitus, quod erat Flamen Dialis, qui non poterat pluſquam binotium Urbe abeſſe: *Ita ſors Aſiæ in eum qui Conſularium Maluginenſi proximus erat, conlata.* Tacitus de vita Agricolæ ait. *Conſul egregiæ tum ſpei filiam juveni mihi deſpondit, ac poſt Conſulatum collocavit, &* STATIM *Britanniæ præpoſitus eſt*. Cum vero fuſius narraſſet geſta *per octennium* ab Agricola in Britannia, ait eumdem a Domitiano revocatum, in Urbe degiſſe, & poſtea: *Aderat jam annus, quo Proconſulatum Aſiæ & Africæ ſortiretur.* Hinc vides juxta ordinem geſti Conſulatus, viros Conſulares Aſiam & Africam ſortitos, quod tempus medium modo minus, modo plus erat, quam decennium; ſed erat circiter decennium. In alias Provincias, quæ erant præter Aſiam & Africam, ſtatim etiam poſt Conſulatum viri Conſulares mittebantur. Sic Agricola ſtatim poſt Conſulatum legatus Proprætor in Britanniam miſſus fuit, ex laudato genero Tacito, qui lib.6. ſcribit L. Vitellium fuiſſe Conſulem ordinarium anno Urbis DCCLXXXVII. & anno ſequenti C. Ceſtio M. Servilio Coſſ. de Tiberio ait: *Et cunctis quæ apud Orientem parabantur, L. Vitellium præfecit*. Quare etiam in Bithyniam Conſulares ſtatim poſt geſtum Conſulatum mitti poterant: illa enim regula de Aſia & Africa tantum intelligitur. Porro ſcriptis a me in Epiſtola Conſulari obſtat Inſcriptio dicata Plinio, in qua dicitur in Provinciam.

Octavio, & alii qui olim pro Chriſtianis ſcripſerunt adverſus Gentiles apologias. Sed hac ex parte Plinius Chriſtianos excuſat, quod non ad ſcelus patrandum eo ſe obſtringerent ſacramento, ſed ad peccatum omne vitandum. Quod vero his peractis poteſtas fieret recedendi, ita tamen ut rurſum convenirent ad capiendum cibum promiſcuum; Chriſtianorum Agapen ſignificare voluiſſe, ſecundum ea quæ a nobis ſuperius dicta ſunt, mihi facile perſuadeo. Cæterum quod ſpectat ad conventus antelucanos: non Traiani tantum edicto, quo (ut ait) hetæriæ, hoc eſt, ipſa ſodalitia, vetita erant; ſed quod lege duodecim tabularum nocturnæ coitiones eſſent prohibitæ, ipſi videbantur Chriſtiani jure plectendi: & ob illud maxime, quod novam ac peregrinam, Romanæ ſuperſtitioni contrariam, religionem inducerent. Quid vero ad Plinii conſultationem Traianus redditis litteris reſponderit, videamus: ſunt autem hujuſmodi (b).

(b) *Apud Plin. lib. 10. epiſt. 98.*

V. Traianus ad Plinium.

Actum, quem debuiſti, mi Secunde, in excutiendis cauſis eorum, qui Chriſtiani ad te delati fuerunt, ſecutus es. Neque enim in univerſum aliquid, quod quaſi certam formam habeat, conſtitui poteſt. Conquirendi non ſunt: ſi deferantur & arguantur, puniendi ſunt. Ita tamen, ut qui negaverit ſe Chriſtianum eſſe, idque re ipſa manifeſtum fecerit, id eſt, ſupplicando diis noſtris, quamvis ſuſpectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret. Sine auctore vero propoſiti libelli, nullo crimine locum habere debent: nam & peſſimi exempli, nec noſtri ſæculi eſt. Hæc Traianus.

VI. At quod ad libellos accuſatorios ſine auctore propoſitos attinet: jure quidem eos notatos eſſe oportere Conſule, & die, atque judicis nomine, inſuper & nomine accuſatoris inſcriptos, Juriſconſultus (c) admonuit. Ceterum quod Chriſtianos inquiri vetuit; Tertullianus (d), cum meminit de hujuſmodi Imperatoris reſcripto, hæc ait: *Atqui invenimus inquiſitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus cum provinciam regeret, damnatis quibuſdam Chriſtianis, quibuſdam gradu pulſis; ipſa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, conſuluit Traianum Imperatorem: allegans præter obſtinationem non ſacrificandi, nihil aliud ſe de ſacris eorum comperiſſe, quam cœtus antelucanos ad canendum & Chriſto & Deo, & ad conferendam diſciplinam; homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam &*

(c) *l. libellorum ff. de accuſat. & inſcrip.*

(d) *Tertul. in Apolog. c. 2.*

AB IMP. CAESARE. NERVA TRAIANO. AUG. GERMANICO · MISSUS, &c. Cum Traianus DACICUS non dicatur, jam vides quid inde inferatur. At certum eſt, Plinio morante in Bithynia, Traianum fuiſſe Romæ, quod produnt epiſtolæ a me citatæ in Epiſtola Conſulari. Hic mihi, amicorum cariſſime, hæret aqua. Vadum ipſe tentabis; nolo enim hic corrigere ſcalptorem; neque lapides ſunt membranæ. Ita Card. Noriſius, qui in Epiſtola Conſulari pag. 70. ait, Legationem Bithynicam Plinii videri ſibi ſtatuendam circa Septembrem anni CIX. aut ſequentis: illum vero non Proconſulem, ut alios, ſed Legatum Auguſti, ac Proprætorem Conſulari poteſtate in Provinciam miſſum fuiſſe, ex vetuſto Elogio ejuſdem Gruteri pag. 454.

V. *Plinius in Bithynia fuit quando Traianus Natalem Imperii celebravit.*

Card. Noriſii & Loydii infra laudandi doctiſſimarum obſervationum, & ſecundæ Conſulatuum Cæſareorum regulæ ſubſidio, annum quo Plinius Bithyniæ Legatus de cauſa Chriſtianorum ad Traianum ſcripſit, me detexiſſe arbitror. Cum enim perſecutiones adverſus Chriſtianos annis Decennalibus & id genus feſtis deſtinatis de more excitarentur, aut ſi jam motæ eſſent, ingraveſcerent, & Plinius teſtetur ſe bis in Bithynia ejuſmodi ſolennia celebraſſe, apparet ipſum intelligendum de Quindecennalibus Imperii Proconſularis Traiani, ejuſque Imperii Auguſtei, quæ in annos Chriſti CXI. & CXII. incidunt; præſertim cum Idacius in Faſtis Traiano VI. & Africano Coſſ. anno nempe Chriſti CXII. ſcribat: *His Conſ. perſecutio Chriſtianorum.* Plinius lib. 10. Epiſt. 60. ad Traianum ſcribit: *Diem, Domine, quo ſervaſti Imperium dum ſuſcipis, quanta mereris lætitia celebravimus*, &c. Plinio Traianus reſpondet Epiſt. 61. *Quanta religione ac lætitia commilitones cum Provincialibus, te præeunte, diem Imperii mei celebraverint, libenter, mi ſecunde cariſſime, cognovi literis tuis*, ubi ſermonem eſſe de die, quo Traianus Imperii Collega dictus eſt, certum. Traianus enim ſuſcipiendo Imperium quando adoptatus eſt a Nerva, repreſſit ſeditionem quam Prætoriani moverant, quo pacto dicitur ſervaſſe Imperium, ut etiam Plinius in Panegyrico Traiani habet. Cum autem dies natalis Imperii non celebraretur ſingulis annis, ut Natalis genuinus, ſed tantum ſingulis quinquenniis, decenniis, & ſic deinceps, non dubium, quin Plinius de Quindecennalibus Traiani, aut ſaltem de aliqua hujuſmodi feſtivitate loquatur. Præterea Plinius lib. 10. Epiſt. 103. ad Traianum ſcribit: *Diem, in quem tutela generis humani feliciſſima ſucceſſione tranſlata eſt, debita religione celebravimus*, quod ſibi gratum fuiſſe ſcribit Traianus Epiſt. 104. ubi Plinium de Auguſteo Imperio Traiani, dieque, quo Nervæ ſucceſſit, verba facere manifeſtum eſt. Quare non tantum Imperii Proconſularis, ſed etiam Imperii Auguſtei Quindecennalia, aut ſaltem aliqua id genus ſolennia Plinium in Bithynia celebraſſe, ideoque & per tres annos utrinque incompletos in ea Provincia fuiſſe liquet. Alias exiſtimavi, uti paſſim etiam alii, Epiſt. 101. lib. 10. Plinii ad Traianum, in qua ait, *Vota, Domine, priorum annorum nuncupata, alacres, lætique perſolvimus*, de hujuſmodi ſolenniis interpretandam eſſe, ſed monuit me Cardin. Noriſius, eam explicandam eſſe de Votis, quæ pro *incolumitate* ac *ſalute* Cæſarum fiebant *III. Nonas Januarias*, quemadmodum & Epiſtolam 44. & 45. Paulus enim J. C. lib. 50. Digeſt. L. 233. De verborum ſignificatione, ait, *Poſt Kal. Jan. die III. pro* SALUTE *Principis Vota ſuſcipiuntur*, quod & indicavi anno Chriſti XXIV. num. 1. Ea itaque Vota, quemadmodum & pro Quindecennalibus, bis Plinius in Bithynia peregit.

Pli-

Traiani reſcriptum vacillat. *& cætera ſcelera prohibentes. Tunc Traianus reſcripſit: hoc genus inquirendum quidem non eſſe, oblatos vero puniri oportere. O ſententiam neceſſitate confuſam! negat inquirendos ut innocentes, mandat puniri, ut nocentes: parcit, & ſævit: diſſimulat, & animadvertit. Quid temetipſum cenſura circumvenis? Si damnas, cur non & inquiris? Si non & inquiris, cur non & abſolvis?*

VII. (a) Euſeb. hiſt. lib.3. c.27. Euſebius (a) quoque pluribus meminit de ejuſmodi Traiani reſcripto, ac demum ſubdit: *Hoc ubi factum eſſet, etſi fervor perſecutionis acerbæ in nos intentatæ quodam modo extinctus fuit: tamen his qui nobis mali aliquid ingerere cupiebant, non minor relicta videbatur occaſio; dum hic quidem populus, illic autem cujuſque generis magiſtratus parabat inſidias. Sic ut quamvis palam & aperte non perſequerentur, ſigillatim tamen in quacumque provincia ſuam in nos redintegrarent crudelitatem, & complures Fideles pro Chriſto decertantes variis martyrii generibus obtruncarentur:* Hæc Euſebius. Sed quod apud eum ejuſmodi Plinii & Traiani litteræ ponuntur anno undecimo ejuſdem Imperatoris; ex his quæ ſuperius dicta ſunt de profectione Plinii in provinciam, cujus magiſtratus exordio eædem datæ videntur, erroris redargui jure poſſe videtur. Quod vero ad perſecutionem pertinet; haudquaquam, quod vetarentur inquiri, eam ſævire deſiiſſe, vel tepuiſſe dixerimus: nam quod accuſationi atque delationi locus eſſet, ſatis amplus aditus ad eos perſequendos cunctis patefactus videbatur: etenim quoſnam temperaſſe putandum ab accuſatione illorum, ſi, ſecundum quod prædixerat Dominus (b), tradendi eſſent a parentibus, fratribus, cognatis, atque amicis? Si inſuper (quod ſuis locis uberius dicturi ſumus) ceſſantibus etiam Imperatorum edictis, Gentilis populus ſua ſponte ubique locorum in Chriſtianos, ut in deorum hoſtes, ſolerent inſurgere, acerbiſſimamque ea de cauſa in eos perſecutionem excitare; quomodo eos ab accuſatione Chriſtianorum temperaſſe dixerimus? Sed hæc ex iis quæ ſequentibus ſingulis fere annis dicturi ſumus, manifeſtiora reddentur.

Alii diverſis viis Chriſtiani exagitati.

(b) Luc. 21.

Ve-

VI. Quo anno Plinius de cauſa Chriſtianorum ad Traianum ſcripſit. Plinius igitur anno Chriſti centeſimo decimo Bithyniam intravit, idque *XV. Kal. Octob.* ut ipſemet lib.10. Epiſt.24. ad Traianum ſcribit, dieque inſequenti Natalem genuinum Traiani celebravit, ut ibidem ſcribit. Tum anno centeſimo undecimo Traianus Imperii Proconſularis Quindecennalia dedit. Horum autem ſolennium occaſione rurſus perſecutio in Chriſtianos excitata, quemadmodum & anno inſequenti, ut jam ex Idacio in Faſtis docuimus. Plinius, cum in omnes Bithyniæ Chriſtianos, quorum immenſa multitudo erat, animadvertere durum admodum exiſtimaret, celebrem illam epiſtolam, quæ 97. eſt libri decimi ad Traianum, ſcripſit. Tradit autem in ea, ex Chriſtianis unum *ante viginti annos* fidem Chriſtianam ejeraſſe, ubi ad perſecutionem Domitianeam anno nonageſimo tertio motam reſpicit. Quamobrem cum ab eo Chriſti anno ad centeſimum duodecimum viginti anni fluxerint, patet eum numero rotundo loqui. Marianus Scotus in Chronico ſub Traiani & Africani Conſulatu anno CXII. geſto eam epiſtolam exaratam tradit, & eum Conſulatum cum anno Chriſti CX. perperam conjungit. Hermannus Contractus in Chronico ſub anno Chriſti CXI. de eadem epiſtola loquitur, & ex utroque intelligimus, Euſebium in Chronico, quem illi exſcribere ſolent, quique de ea epiſtola ſermonem habet anno Chriſti CVII. aut CVIII. non ſenſiſſe eam epiſtolam anno CVII. datam, ſed *Tertiæ*, ut vocat, perſecutionis occaſione, uno tenore, ut aſſolet, narraſſe quæ ad illam perſecutionem ſpectabant. Hinc anno Hadriani decimo ejus Decennalibus inſignito loquitur de libro ab Ariſtide in Chriſtianorum defenſionem compoſito, & de Apologia in eumdem finem a Quadrato edita, quamvis hæc in Quindecennalibus Hadriani oblata fuerit, ut infra oſtendam. Nec huic ſententiæ contraria eſt Inſcriptio, de qua ſupra, in honorem Plinii Bithyniæ Legati poſita, ut arbitratur Card. Noriſius, quod in ea Traianus DACICUS non dicatur; quem titulum longe ante annum CXII. obtinuit. Cum enim idem titulus in quibuſdam Nummis Traiani ſexto ejus Conſulatu notatis, ideoque & poſt annum CXI. percuſſis non legatur, quid mirum ſi in inſcriptionibus prætermiſſa fuerit? Mediobarbus in Numiſmatis Impp. pag.159. hunc Nummum exhibet: IMP. CÆS. NER. TRAIANO OPTIMO AUG. GERM. in poſtica: P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. Repræſentatur columna Cochlydis Traiani. Tum pag. ſequenti: IMP. CÆS. NER. TRAIAN. OPTIM. AUG. P. M. COS. VI. in poſtica: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. Viſitur portus ferrea catena præcluſus. Sic in Nummis Marci Aurelii TR. P.XX. XXI. XXII. & XXIII. ſignatis aliquando dicitur tantum ARMENIACUS, aliquando ARM. PART. MAX. & aliquando, ſine neutro titulo ſolum ejus nomen legitur, ut videre eſt apud Mediobarbum citatum. Quare ex omiſſione tituli DACICI in laudata Inſcriptione nihil inferri poteſt contra noſtram ſententiam.

VII. Plinius ſtatim poſt Conſulatum in Bithyniam non miſſus. Ex his liquet; Baronii ſententiam, qui putavit Plinium ſtatim a Conſulatu in Bithyniam miſſum eſſe, ſuſtineri non poſſe, non quod aliqui Proconſules in eam, poſtquam ea dignitate functi ſunt, proximo anno delegati non fuerint, uti Cælius Clemens, qui, ut obſervat Clariſſimus Loydius in Epiſtola de Pliniana Legatione ad me data poſt Conſulatum ſtatim eidem Provinciæ præfectus eſt, qua de re Traiano gratias agit Plinius lib.10. epiſt.12. quod *ad finem Conſulatus Cælium Clementem in hanc provinciam* tranſtulerit, ſed quia, ut notavit Card. Noriſius laudatus, Plinius in lib.4. epiſt.9. narrat ſe defendiſſe in Senatu Julium Baſſum Proconſulem Bithyniæ, ſeque tunc Conſularem fuiſſe tradit illis verbis, *poſt duos, & Conſulares & diſertos,* &c. nempe poſt ſemet & Lucceium Albinum. Hæc cauſa acta eſt anno Chriſti CI. At Senatus decreto acta Baſſi in Bithynia reſciſſa ſunt. Et lib.10. epiſt. 64. & 65. cum Plinius eſſet in Bithynia, jam elapſum erat biennium, ex quo acta Baſſi abrogata fuerant.

VIII. Liquet ſecundo admittendam non eſſe Loydii ſententiam, qui exiſtimat Plinium menſe Septem-

bri

VIII. Cives Romani omnes Romæ paſſi.

Verum & illud ex eiſdem Plinii litteris obſervandum eſt, Proconſules ſic animadvertere ſolitos in Chriſtianos quoſlibet, ut tamen quos noviſſent Romana civitate donatos, Romam more majorum tranſmitterent judicandos. Ex quibus poſſumus intelligere, immenſum plane fuiſſe numerum martyrum, qui Romæ ſunt paſſi: quippe quoniam non ex iis tantum qui Romæ agerent Chriſtiani, quorum innumera erat propemodum multitudo, ob confeſſionem nominis Chriſti ultimo ſupplicio adigebantur; ſed nobiliores qui eſſent toto orbe Romano Chriſtiani, ad ſubeundum Romæ judicium capitis amandari ſolerent: ut factum ſcimus ejuſdem Traiani temporibus de ſancto Ignatio Epiſcopo Antiocheno, Oneſimo Epiſcopo Epheſino, & aliis.

IX. Aſiani Chriſtiani martyrii cupidiſſimi.

Cæterum tantum abfuit, ut Plinius fuerit aſſecutus, quod ſpe vana conceperat fieri poſſe, ut ſi Chriſtianis pœnitentiæ (quod ait) locus daretur, quod profitebantur, eſſe deſinerent, ac proinde Chriſtiana religio extingueretur: quin potius adeo in immenſum creverit multitudo Chriſtianorum in Aſia, in qua & Bithynia erat, ut unius tantummodo civitatis populus frequens, quod conferto agmine, ut pro Chriſto mortem oppeteret, liberaliter ſe offerret; Arium Antoninum tunc in Aſia Proconſulem (quod ſcribit Tertullianus *b*) in ſtuporem magnum addu-

(b) Tert. ad Scapul. c. 5.

Nec etiam anno Chriſti CIII.

bri anni Chriſti centeſimi tertii Bithyniam ingreſſum, ibique manſiſſe uſque ad initium anni centeſimi quinti per menſes octodecim. Arbitratur enim Vir doctiſſimus, Plinium poſt Conſulatum cauſas centumvirales non amplius egiſſe, *& omnibus advocationibus* renuntiaſſe, exceptis iis quas in Senatu agendas voluntate ampliſſimi Ordinis adactus ſuſceperit, & de rebus poſt ſuam Legationem a ſe geſtis, ante decimum Epiſtolarum ſuarum librum, variis in locis loqui. Verum utrumque fundamentum Card. Noriſius in
„ literis ad me datis evertit, Pliniumque poſt
„ Conſulatum cauſas Centumvirales agitaſſe o-
„ ſtendit. Ex XXXV. Tribubus Urbanis CV.
„ Judices eligebantur, terni ex ſingulis Tribu-
„ bus, qui rotundo numero Centumviri diceban-
„ tur. Hi erant tum plebeii, tum ex ordine E-
„ queſtri; ac Ovidius qui fuit Eques, non Se-
„ nator, lib. 2. Triſtium ad Auguſtum de ſe-
ipſo ait:

Nec male commiſſa eſt nobis fortuna reorum
Uſque decem decies inſpicienda viris.

„ Fuerat enim Eques; & in cauſis Centumvira-
„ libus Judex. At Advocati, ac præſertim æta-
„ te Plinii, quo tempore cauſæ Centumvirales
„ omnium erant celeberrimæ. Auctor Dialogi
„ de Oratoribus, qui, ut ibidem ait, librum
„ ſcripſit anno VI. Veſpaſiani, paulo ante finem
„ de ſe habet: *Quod majus argumentum eſt,*
„ *quam quod cauſæ Centumvirales, quæ nunc*
„ PRIMUM *obtinent locum, adeo ſplendore alio-*
„ *rum judiciorum obruebantur*, &c. nempe flo-
„ rente Cicerone. Et aliquanto ſuperius verſus
„ initium Dialogi Aprum ita loquentem indu-
„ cit: *Ego quidem, ut de meipſo fatear, non*
„ *eum diem lætiorem egi, quo mihi latus clavus*
„ *oblatus eſt, vel quo homo novus*, &c. *Quæſtu-*
„ *ram, aut Tribunatum, aut Præturam accepi,*
„ *quam*, &c. *aut reum proſpere defendere, aut*
„ *apud* CENTUMVIROS *cauſam aliquam feliciter*
„ *orare*, &c. *Tum mihi ſupra Tribunatus, &*
„ *Præturas, & Conſulatus aſcendere videor, tum*
„ *abire*. Hinc Plinius lib. 6. epiſt. 12. advoca-
„ tionem ſuam promittit *Vectio Priſco, præſer-*
„ *tim*, inquit, *in arena mea, hoc eſt apud Cen-*
„ *tumviros*. Infima enim, media, ſumma inge-
„ nia ea ætate ex cauſis Centumviralibus lau-
„ dem gloriamque captabant. Epiſt. 24. lib. 4.
„ ait: *Proxime cum apud Centumviros in qua-*
„ *druplici judicio dixiſſem, ſubiit recordatio egiſſe*
„ *me juvenem*, &c. Legenda tota epiſtola, ex
„ qua patet eumdem jam Prætorium, ac Con-
„ ſulem egiſſe cauſas Centumvirales, cum gran-
„ dior eſſet ætate. Ibi ait: *Studiis proceſſimus*,
„ (fuit enim Prætor ſub Domitiano ex epiſt.
„ 16. lib. 7.) *ſtudiis periclitati ſumus*, (poſtre-
„ mo anno Domitiani lib. 3. epiſt. 11.) *rurſum-*
„ *que proceſſimus*, nempe ſub Nerva ac Traiano
„ Præfectus Ærario, dein Conſul. Ex quo con-
„ ſtat eum Senatorem, ac Prætorium virum
„ (quod negari nequit) & Conſularem cauſas
„ Centumvirales egiſſe. Ego quidem, ſubdit
„ Card. Noriſius, puto omnes epiſtolas librorum
„ novem ſcriptas ante Legationem Bithynicam,
„ cum homo ſui laudator nec ſemel in tot e-
„ piſtolis quicquam quod eam Legationem atti-
„ neat, ſcripſerit.

Ceterum recte Loydio obſervatum, totum illud tempus Traianum Romæ egiſſe, quo Plinius
„ in Bithynia fuit. Quando intravit Provinciam,
„ XV. Kalend. Octob. tunc Traianus fuit Ro-
„ mæ, unde Plinius petiit Menſorem mitten-
„ dum, lib. 10. epiſt. 28. & 29. Traianus au-
„ tem reſpondit: *Menſores vix etiam iis operi-*
„ *bus, quæ aut Romæ aut in proximo fiunt, ſuf-*
„ *ficientes habeo*. Poſtea cum Architectum mit-
„ tendum petiiſſet, Traianus reſpondit lib. 10.
„ epiſt. 48. & 49. *Ne exiſtimes brevius eſſe ab*
„ *Urbe mitti, quam ex Græcia etiam ad nos ve-*
„ *nire ſoliti ſunt*. Denuo cum Liberatore ege-
„ ret, Traianus ait: *Ego hinc aliquem tibi mit-*
„ *tam*. lib. 10. epiſt. 50. & 51. Quando Plinius
„ excuſat, quod exemplaria edictorum non mi-
„ ſerat, *quia in ſcriniis tuis eſſe credebam*, lib.
„ 10. epiſt. 71. Traianus epiſt. 27. reſpondet ſe
„ ea non habere; nec quicquam inveniri in
„ commentariis eorum Principum, qui ante ſe
„ fuiſſent. Lib. 10. epiſt. 13. & 14. Plinius lo-
„ quens de Legatione a Rege Sauromata Ur-
„ bem petitura, protinus ait, nondum Lega-
„ tionem, ſed ad Traianum Tabellarium miſ-
„ ſum eſſe. Lib. 10. epiſt. 82. Traianus de Ju-
„ liopolitanis Romam venientibus vult a Pli-
„ nio præmoneri, *ſi in Urbem verſus venturi*
„ *erunt, mihi ſcribes*. Quibus Baronii ſenten-
tia convellitur, noſtraque confirmatur. Certum enim videtur, currenti anno Traianum in Dacia fuiſſe, anniſque CX. CXI. & initio inſequentis, quo Conſulatum ſextum iniit, ab Urbe non abfuiſſe. Quod ſi quis contendat, relationem ſeu conſultationem Plinii, & ad hanc Reſcriptum Traiani Imp. de Chriſtianis, ante annum CXI. miſſam fuiſſe, negare ille non poterit, eam ſaltem in Decennalibus Traiani ſcriptam eſſe, cum Plinius locis ſupra laudatis diſerte tradat, ſe bis hujuſmodi ſolennia in Bithynia celebraſſe.

duxerit. ☞ Niſi fortaſſe ante Plinii Proconſulatum id quis accidiſſe contendat; velitque Arrium Antoninum, de quo ibi loquitur Tertullianus maternum Pii Aug. avum fuiſſe, quem item Plinius alio loco, Proconſulatum Aſiæ ante hæc tempora, in quibus verſamur, geſſiſſe docet ☞(*a*); ſed de his ſuo loco uberius eſt dicendum. Quinam autem fuerint martyres, quos fortes in confeſſione perſiſtentes Plinius (ut ipſe ſcribit) duci juſſit; nullam apud Græcos vel Latinos mentionem inveni: ut vel hoc uno exemplo plane intelligas, innumeros eſſe propemodum martyres, quorum non tantum Acta oblivioni data ſint, ſed & omnis memoria ab Eccleſiaſticis tabulis penitus exciderit.

(*a*) *Plin. l.4. ep.3.*

JESU CHRISTI ANNUS 105. — ANACLETI PAPÆ ANNUS 3. — TRAIANI IMP. ANNUS 6.

I. Decebalus iterum victus.

CHriſti Redemptoris noſtri qui ſequitur annus centeſimus quintus adſcribitur Faſtis conſularibus Traiano quintum & Appio Maximo Coſſ. quo rebellante Decebalo, Traianus iterum comparato exercitu, facto ponte in Iſtro, eum debellavit, Daciamque redegit in provinciam; hæc pluribus Dio (*b*): alia quæ his addit Euſebius (*c*), non hoc anno, ſed ſequentibus eſſe geſta, quæ ibidem ſcri-

(*b*) *Dio in Traiano.*
(*c*) *Euſeb. in Chron. anno* 105. 106.

SÆC. II. Anno Urbis 856. Olymp. 220. an.3. A. C.103.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5596.

☉ 28. A. ☽ 9. P.9. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 103. *ſecund. Baronium* 105.

EVARISTI PAPÆ 9.

TRAIANI IMP. 6.

[1] AD num.I. Coſſ. *Traianus Aug. V. & L. Appius Maximus II.* — I. Conſules.

Hic cum numerali nota in Faſtis Cæſareis & Ano-

[1] COſſ. *Traianus Aug.V.* & *L. Appius Maximus II.* Hi conſules ante Noriſium huic anno æræ vulgaris ab omnibus ferme alligabantur; at eos loco movit Noriſius in epiſtola conſulari pag.64. & ſequentibus, propterea quod *quintus Traiani conſulatus*, nonniſi poſt bellum Dacicum ſtatuendus ſit. Belli Dacici chronologiam ita ibidem Noriſius diſponit, ut a *Traiano* ſuſceptum ſit A. D. 102. In vetuſtis lapidibus Gruterianis pag. CLXXVII. 2. *Traianus* dicitur GERMANICUS. TRIB. POT.VI. IMP.II. COS.IIII. pagina vero CXC. 3. TR. POT. VII. IMP.IV. COS.IV. DESIG. V. Tribuniciam poteſtatem *Sextam Traianus* inchoavit ſub initium Novembris anni Chriſti 102. Nummum Noriſius profert ex Muſeo Mediceo, in cujus antica: IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AUG. GERM. P. M. TR. P.VI. In poſtica vero: IMP.IIII. COS.IIII. DES. V. Alii ejuſmodi nummi apud Occonem Mediobarbi leguntur, in quibus ob victoriam de *Dacis* Traianus *Imperatoris titulum* multiplicavit, quum *ſextam* Tribuniciam poteſtatem A. D. 103. gereret; ſed in his *Germanicus* tantum, non *Dacicus* nuncupatur, quod cognomentum Romæ, triumphaturus de *Dacis*, a Senatu tulit. Nummus argenteus gazæ Mediceæ habet: IMP. CAES. NERVA. TRAIAN. AUG. GERM. In averſa parte DACICUS. COS.IIII. ſed & in eadem gaza æreus nummus Maximi Moduli, in quo additur DES.V. ut in duobus aliis Bononiæ tunc exſtantibus, in quibus IMP. CAES. NERVA. TRAIAN. AUG. GERM. DACICUS. & in poſtica: TR. POT.VII. IMP.IIII. COS.IIII. DES.V. P.P. S. C. Ibi viſitur *Victoria* cum laurea & trophæo, dextro pede globum tenens. His monumentis permoti Noriſius, & Fabrettus, vulgares Faſtos emendandos eſſe dixerunt, & quum victoria *Dacica* contigerit A. D. 103. quo anno, menſe Novembri *Traianus* Tribuniciam poteſtatem *ſeptimam* iniit, tunc in nummis dicitur COS. IIII. DES.V. Hinc in nummo rariſſimo Mediceo *Traianus* cum TR. POT.VII. IMP. IIII. COS.V. ubi Imperator in quadriga triumphator, dextra laurum, ſiniſtra ſceptrum tenens. Demum nummi aurei *Traiani* tres in Muſeo Theupolo, cujus præclara numiſmata a Jo. Dominico Theupolo, Patricio ac Senatore Veneto dudum collecta, nuper Laurentius Theupolus Eques ac ædis Divi Marci Procurator ampliſſimus, unaque Federicus Theupolus ejus frater, idemque Senator Venetus, Reip. litterariæ bono in lucem edenda curarunt, eadem confirmant. Nam pag.160. in altero ex his legitur in antica: IMP. TRAIANO. AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. & in poſtica: DAC. CAP. COS.V. P.P.S. P. Q. R. OPTIMO PRINC. Viſitur *Dacia* lugens, ſedens ſuper arma. Alii duo vero nummi, ibidem pag.158. 159. *Dacici* cognomen in averſa exhibent, & in poſtica: COS.V. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Exſtat lapis apud Sponium pag.185. ex ſchedis Guichenonii:

IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F.
NERVAE. TRAIANO. AUG. GERM. DACICO.
PONTIFICI MAXIMO
TRIBUNIC. POTEST. XII.
IMP. VI. COS. V.
PP. DEVICTIS. DACIS
FOROCLAUD. PUBL.

Hi populi A. D.109. hanc inſcriptionem *Traiano* ob victoriam *Dacicam* dedicarunt, ut ex ejus Tribunicia poteſtate XII. patet. Item apud eumdem Sponium Epiphilium in hortis Barberinis cum iiſdem Traiani titulis. De titulo *Dacici* Traiano tributo, rurſus eadem repetit atque confirmat Noriſius in Epochis Syro-Maced. Diſſert.III. Cap.VIII. pag.240. & ſequentibus.

His nos igitur præmoniti, Pagium deſerimus, & hoc anno conſules facimus .... *Suram II. & P. Neraſium Marcellum.* Ceterum Faſti Idatiani hæc exhibent: *Traiano V. & Maximo.* Proſperi Chronicon: *Traiano V. & Orphito.* Vindebonenſes: *Traiano V. & Maximo II.*

ſcribit Dio, demonſtrant. Porro hæc de victo Decebalo, & ponte ſuper Danubium collocato, antiqua numiſmata docent, quæ una cum ejuſdem Traiani Conſulatu quinto notata leguntur: quorum unum, ad certam fidem conciliandam, hic tibi expreſſimus.

(a) Ex Muſæo Lælii Paſqual. Canonic S. Mariæ Majoris.



(a)



II. His temporibus perſecutione (ut vidimus) in Chriſtianos inſtante, ſceleſtiſſimus pſeudo-Propheta, Elxai nomine, ex Judæis, qui & ſe Oſſenis conjunxit, Ebionæis, & Nazaræis, prodiit: de quo hæc S. Epiphanius (b): *Conjunctus eſt his poſtea Elxai appellatus, temporibus Traiani Regis; qui fuit pſeudo-Propheta. Conſcripſit autem hic librum, ſecundum Prophetam videlicet, aut velut ſecundum divinitus inſpiratam ſapientiam. Tradunt etiam de alio quodam Jexeo, hujus fratre,*

(b) *Epiph. hæreſ.19. lib.1. & hæreſ.30.*

Pſeudo Propheta infeſtat Eccleſiam.

Anonymo, quo uſus Cuſpinianus, editur, & in inſcriptione Onuphriana dicitur, *Appius Maximus, bis Conſul, confector belli Germani*, ſcilicet Dacici. Et itaque hic Conſulatus in præmium virtutis datus, ut aliquo modo in triumphi Dacici partem veniret. Ex quo & illum præſenti anno actum datur intelligi. Sic Promotus & Timaſius anno CCCLXXXIX. quo Theodoſius M. de Maximo Tyranno triumphavit Faſtis nomen dedere; quia in expeditione contra Maximum Promotus equeſtribus copiis, Timaſius pedeſtribus præfuerat, Mediobarbus cum Traiano V. Q. Meſſium Maximum profitetur, ſed ſine teſte.

II. *Quinquennalia Imperii Auguſtei Traiani.*

Traiani Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam, ob Quinquennalia nempe Auguſtei Imperii, quæ cum priori ejus triumpho Dacico fuere conjuncta. Sed gravis noſtris diebus controverſia exorta, an Traianus præſenti anno, ut hactenus creditum, vel inſequenti, hunc Conſulatum geſſerit. Mediobarbus in Numiſmatis Imperatorum Romanorum pag.152. Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag.64. & Fabrettus in Syntagmate de Columna Traiani cap.9. quintum Traiani Conſulatum anno tantum ſequenti geſtum contendunt fulti auctoritate trium Nummorum, in quibus Traianus dicitur: TR. P. VII. IMP.IIII. COS. IIII. DES. V. Sumſit Tribunitiam Poteſtatem ſeptimam Traianus V. Kal. Novembris anni centeſimi tertii, currentis nempe. Si itaque exeunte Octobri Traianus adhuc Conſul V. deſignatus erat, is Conſulatus nonniſi anno ſequenti ſuſceptus. Hoc Virorum eruditiſſimorum fundamentum.

III. *Quintus Traiani Conſulatus hoc anno geſtus.*

Anno CI. num.VII. diximus, tria Traiani Numiſmata ab Antiquariis referri, in quibus is dicitur: TR. POT. VI. IMP.IIII. COS.IIII. DES. V. quæ cuſa ſunt exeunte annno præcedenti & poſt diem V. Kalend. Novemb. quo Traianus Tribunitiam Poteſtatem VI. ingreſſus. Quare ſi Faſti vulgares, quos hactenus omnes ſecuti, depravati non ſunt, Nummi hoc anno percuſſi hanc Inſcriptionem præferre debuere: TR. POT.VI. IMP. IIII. COS. V. ſed nullus Antiquarius aliquem cum hujuſmodi epigraphe huc uſque produxit. Indeque factum, ut Mediobarbus & Fabrettus exiſtiment, tres illos citatos, in quibus dicitur Traianus: TR. POT.VI. IMP. IIII. COS.IIII.DES. V. ad præſentem annum, non vero ad præcedentis finem referendos. Verumenimvero cum Onufrius, Scaliger, Baronius, Petavius, Cointius, aliique ſummi nominis Scriptores Labyrintheis ſe alioſque flexibus implicarint, quoties Faſtos ſolicitarunt, ab unanimi conſenſu veterum Auctorum, qui Chronica Faſtorum condidere, non videtur diſcedendum; cum nunquam contigerit, ut in uno eodemque Conſulatu conſignando omnes errarint, licet inter ſe non raro diſſideant & diſcordent. In omnibus autem veteribus Faſtis quintus Traiani Conſulatus cum præſenti Chriſti anno connectitur, etiam in Anonymo MS. quo uſus eſt Cuſpinianus, quique in Bibliotheca Cæſarea aſſervatur. Hic Auctor, cujus luculentum fragmentum Bucherius publicavit, biſſextiles annos, & ferias, quibus ſinguli incipiunt, annotat, ceteriſque Faſtorum conditoribus longe accuratiſſimus eſt. Quare cum præſenti anno Conſulatum quintum Traiani exhibeat, non poteſt ipſe ſine Chronologiæ damno in ſequentem annum differri. Præterea Mediobarbus, qui in Præfatione ſuæ Collectionis ait: *Sciant, me Faſtos ad fidem Nummorum accommodare, non Nummos ad fidem Faſtorum debuiſſe*. Tamen pag. 360. poſtquam retulit Galli Auguſti, qui ſecundum Imperii annum tantum delibavit, Numiſmata, inquit: *Etſi in Nummis Galli & Voluſiani* TR. P. IIII. *repeͅriatur, eoſque ex hac Inſcriptione occiſos anno ſequenti* (Chriſti nempe CCLIV.) *dicendum eſſet; tamen cum & nullus Hiſtoricorum ultra biennium eorumdem Imperium extendant, & anni non ſuppetant, quibus poſſit augeri epocha eorumdem, hac in parte potius Hiſtoricis & Chronologiæ ſtandum duxi quam Nummis*. At ſi in Imperio Galli ex Chronologiæ regulis deſcribendo Nummi deſerendi; cur in Imperio Traiani ad temporis rationem exigendo, iiſdem adhærendum? Quamobrem quemadmodum iis omnibus, qui in Imperio Galli juxta accuratam Chronologiam declarando, Nummos Tribunitia Poteſtate IV. notatos contemnere noluere, res infeliciſſime ſuccef-

re. Fuit autem hic homo erroneus moribus, fraudulentæ mentis, a Judæis oriundus, & cum Judæis ſentiens, non ſecundum legem converſans: verum alia pro aliis obiter introduxit. Salem, & aquam, & terram, & panem, & cœlum, & æthera, & ventum, jusjurandum ipſis in divinum cultum præfinivit, ac tradidit. Aliquando vero rurſum alios ſeptem teſtes præſcripſit: cœlum, inquam, & aquam, & ſpiritus, & ſanctos (velut ait) angelos orationis, & oleum, & ſal, & terram. Cujus ſtultitiam ut eluderet S. Joannes Evangeliſta, ejuſmodi hæreſim fortaſſe odoratus (nam, ut vidimus, ſub eodem Imp. diem obiit) illud præmonuerat, dicens (a): *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt: & tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, Spiritus, aqua & ſanguis, & hi tres unum ſunt.* Pergit Epiphanius.

(a) 1. Joan. 5.

III. *Adverſatur autem virginitati, & odio habet continentiam, & cogit ad nuptias. Imaginaria vero quædam velut ex revelatione introducit: hypocritas autem docet,* di-

ceſſit; contra vero, qui antequam tot difficultates in ſerie Conſulum occurrentes, quæ inſuperabiles videbantur, complanatæ eſſent, eaſdem diſſimularunt, & tritam viam ſecuti ſunt, cautius ſeſe geſſere. Sic qui in Traiani Imperio Chronologice exponendo tribus præfatis Nummis Tribunitia Poteſtate VII. & Conſulatu V. deſignato inſignitis adhæreſcere voluerit, Faſtos ſine dubio perturbabit. Neque negari poteſt, quin artifices, ſi Gallo imperante, in Nummis cudendis errarunt, Traiano imperante, in ſimilem errorem induci potuerint. Profecto plura Traiani Numiſmata & Marmora extant, quam aliorum Imperatorum, quæ aut dubia, aut conficta, vel quæ ex parte corrigenda veniunt, ut liquet ex illis, quæ Fabrettus in Syntagmate de Columna Traiani cap. 8. & 9. habet. Denique ſi Traianus legitimo tempore Imperii Auguſtei Quinquennalia celebravit, non alio anno, quam currenti Conſulatum capeſſiit. Unde donec major lux affulgeat, a vulgari Faſtorum diſpoſitione per Traiani tempora non recedendum.

IV. *Nummus Traiani ſuſpectus.*

Ex tribus Nummis, in quibus Traianus dicitur: TR. POT. VII. IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. Prior aſſervatur in Muſeo Coſpiano, alter in Muſeo Magnavaccæ, tertius in Gaza Regia. Priores duo certæ indubitatæque fidei ſunt. Sed ultimus difficultatem facere non debet. Hæc varia ejus fortuna. Cum anno MDCLXXXVI. Pariſiis agerem, & manuſcripta Bibliothecæ S. Genovefæ percurrerem, in manus meas incidit Catalogus præcipuorum Numiſmatum, qui in Muſeo ejuſdem Monaſterii extant; quo in Catalogo ipſa Numiſmata delineata, & in uno Traiani hæc verba dicuntur deſcripta: TR. P. VIII. IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. P. P. Hinc ſtatim intuli, mirum non eſſe, ſi Monetarii Tribunitiam Poteſtatem VII. Traiani cum ejus Conſulatu quinto deſignato, per errorem injunxerint, qui Tribunitiam Poteſtatem VIII. eidem illigarint; adiique Virum clariſſimum Carolum *du Molinet*, Bibliothecarium, ac rogavi, ut mihi hujuſmodi Numiſma oſtendere vellet. Reſpondit is poſſideri illud a V. C. Quenello, a quo Bibliotheca Genovefana aliqua manuſcripta habuiſſet. Cum vero paucos poſt dies eum Nummum ad Gazam Regiam e Muſeo Quenelli tranſiiſſe accepiſſem, Verſaliam, ubi ea nunc aſſervatur, me contuli, ut illum videre & in examen vocare poſſem. Ibi tam a Rainſantio eidem Gazæ Præfecto, quam ab Andrea Morellio, ſingulari urbanitate exceptus ſum; propter tamen aliqua, quæ occurrere impedimenta, Nummum videre non potui; ſed poſt aliquot hebdomadas Morellius Pariſios veniens illum ſecum detulit, ſignificavitque, ſe & Rainſantium non dubitare, quin hæc Inſcriptio, quæ in eo legitur; TR. P. VII. IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. P. P. ab aliquo imperito inſculpta Nummo fuerit; cum antea in eo legeretur, SPQR. OPTIMO PRINCIPI, idque adeo verum eſſe, ut artifex oblitus fuerit delere duas ultimas litteras PI, quæ adhuc diſtinctæ in Nummo apparent. Eſt autem æreus magnæ molis. Illum Vaillantius in tomo I. Selectorum Numiſmatum pag. 51. delineavit cum TR. P. VII. qui tamen perperam paulo poſt ſcribit, extare in Muſeo Genovefano Traiani Nummum inſcriptum: Tr. P. VIII. IMP. IIII. &c. quia ſcilicet Catalogum Numiſmatum in eo Muſeo extantium legens, eam epigraphen reperit, neque ei in mentem venit videre, an reapſe Nummo inſculpta eſſet, vel ſcriba in eo delineando peccaſſet.

V. *Duo Traiani Nummi explicatus difficiles habentes.*

Reſtant igitur tantum duo Numiſmata, quorum unum, nempe Coſpianum, Noriſius, alterum vero quod eſt Magnavaccæ, Fabrettus examinarunt, & utrumque indubitatæ fidei eſſe concluſerunt, quæ Toinardus ſic explicanda cenſet: Tribuni plebis *IV. Idus Decembris* creabantur, ut teſtatur Dionyſius Halicarnaſſenſis. Dio autem lib. 53. de Imperatoribus ſcribit: *Tribuniciam Poteſtatem, quanta unquam maxima fuit, accipiunt, & quia quotannis eam cum Tribunis plebis ejus anni renovant, annorum Imperii ipſorum hinc ſumma concipi ſolet.* Ex his infert Toinardus, Traianum anno Chriſti XCVII. V. Kalend. Novemb. Tribunitia Poteſtate ornatum eſſe, ac IV. Idus Decemb. ejuſdem anni cum Tribunis plebis Tribunitiam Poteſtatem renovaſſe, id eſt, Tribunitiam II. numeraſſe. Quo pacto anno Chriſti CII. IV. Id. Decembris, cum adhuc Conſul V. deſignatus eſſet, Tribunitiam Poteſtatem VII. inchoare potuit. Variis Nummis ſuam opinionem Vir doctiſſimus mihique amiciſſimus confirmat. v. g. in Nummo Græco Galbæ Imperatoris legitur: TR. POT. II. quem tamen certum eſt ſecundum Imperii annum non inchoaſſe. Is itaque juxta Toinardi conjecturam, Tribunitiam Poteſtatem ineunte menſe Aprili anni LXVIII. ſuſcepit, eodemque anno IV. Idus Decemb. ſecundam Tribunitiam Poteſtatem ingreſſus eſt, occiſus menſe Januario inſequentis anni. Eo modo de multis aliis Numiſmatis, quæ germana eſſe conſtat, Toinardus diſcurrit. Sed quidquid de hac conjectura ſit, quæ ſupra dixi, a vulgaribus Faſtis recedendum non eſſe demonſtrant.

VI. *Imperatores Trib. poteſtatem a die ſuſcepti Imperii inchoabant.*

Jamdiu Chronologos torquent varia Numiſmata; in quibus plures tribuuntur anni quibuſdam Imperatoribus, quam ex certis Hiſtoriæ monumentis eos regnaſſe conſtat. Superſunt Nummi Græci *Nervæ*, in quibus tertius annus notatur; cum tamen ſecundum Imperii tantum delibarit. Sic in Nummo Græco *Heliogabali* a Vaillantio Tom. 2. Nu-

dicens non eſſe peccatum, etſi ſimulacra ipſos adorare contingat perſecutionis tempore inſtante, ſi ſolum conſcientia non adorent; & ſi quid etiam confiteantur ore, non autem corde. Atque hujus rei teſtem adducere fraudulenter ille impoſtor non erubeſcit Phinees ſacerdotem quemdam de genere Levi & Aaron, & priſci Phinees, quod in Babylone tempore captivitatis adoraverit Dianam, & in Suſis effugerit perniciem mortis coram Dario Rege. Quare omnia ipſius falſa ſunt & vana; & poſt multa: *Sed & rurſum Chriſtum confitetur nomine, dum dicit: Chriſtus magnus ille Rex; non autem ex doloſa & adulterata tractatione nugaciſſimi libri ejus comprehendi, an de Domino noſtro Jeſu Chriſto narravit: neque enim hoc determinat; verum Chriſtum ſimpliciter dicit. Prohibet etiam orare ad Orientem, aſſerens non oportere ſic intendere, verum faciem ad Hieroſolymam convertere ex omnibus partibus: ita ut hi qui in Oriente ſunt, in Occaſum Hieroſolymis intendant:* & poſt alia de eodem: *Deſcribit Chriſtum eſſe quamdam virtutem, cujus etiam menſuras ſignificat, vigintiquatuor ſchœnorum in longitudinem, hoc eſt, milliariorum nonaginta ſex: latitudinem vero ſchœnorum ſex, ideſt, milliariorum vigintiquatuor; & craſſitudinem ſimiliter emetitur, & pedes, & reliqua fabulamenta. Eſſe autem &* Portenta Hæreticorum.

Numiſmatum Coloniarum recitato, legitur annus quintus, quem is prætermiſit, quod Heliogabalus ad illum non pervenerit. Toinardus, qui me monuit de illa Nummi Heliogabali mutilatione, exiſtimabat difficultatem ceſſare, ſi advertamus, Imperatores annos Imperii, ac Tribunitiam poteſtatem a die *IV. Idus Decembris* cum Tribunis iniiſſe, & menſes, qui a die ſuſcepti imperii ad IV. Idus Decembris fluxerant, pro anno computaſſe, eodemque die annum ſecundum, ſeu Tribunitiam poteſtatem II. inchoaſſe, & ſic deinceps. Verum eam ſententiam Nummi refellunt. Mediobarbus duos *Neronis* exhibet, in quibus is dicitur TR. P. III. COS. II. qui tamen anno Chriſti LVII. quo ſecundum Conſulatum geſſit, TRIB. POT. IV. COS. II. diceretur, ſi menſe Decembri anni LIV. ſecundam Tribunitiam poteſtatem, ut vult Vir doctiſſimus, auſpicatus eſſet: menſe enim Octobri illius anni Claudio ſucceſſerat. Sic *Domitianus* in Nummo apud Mediobarbum dicitur TR. P.II. COS. VIII. imperare cœpit Domitianus die XIII. Septembris anni LXXXI. quare anno LXXXIII. quo Conſulatum IX. ſumſit non TRIB. P.II. Sed TR. P.III. diceretur ſi ea ſententia vera eſſet. *Marcus Aurelius* Tribunitia poteſtate anno Chriſti CXLVII. ornatus eſt, qui ideo initio anni CLXI. quo tertium Conſul proceſſit, dictus fuiſſet TRIB. POT.XVI. & tamen Mediobarbus varios hujus Imperatoris nummos profert, in quibus legitur, TRIB. POT.XV. COS.III. denique *Severus Alexander* in variis nummis apud Mediobarbum dicitur, TRIB. P.IIII. COS.II. qui, cum anno Chriſti CCXXII. menſe Martio regnare cœperit, annoque CCXXVI. ſecundum Conſulatum capeſſierit, prius Tribunitiam poteſtatem V. quam Conſulatum II. ſuſcepiſſet, ſi IV. Idus Decembris eam exorſus eſſet.

VII. *Nummi in contrarium explicantur.* Hæc mea de hujuſmodi nummis conjectura. Omnes nummi Latini, in quibus anni Tribunitiæ poteſtatis, annos Imperii excedunt, aut mendoſe deſcripti, aut a Monetariis in iis cudendis erratum, aut anni unius Imperatoris, alteri attributi, ut de Gallo & Voluſiano loquens oſtendi. Quoad Nummos Græcos, in quibus plures Imperii anni leguntur, quam reipſa Auguſti regnarint, vel idem dicendum ac de Latinis, in quibus anni Tribunitiæ poteſtatis annos Imperii ſuperant, vel exiſtimandum annos illos, non ad Imperium, ſed ad aliquod aliud nobis incognitum referri. Extant in Gaza Regia Baſiliſci Tyranni, qui menſes tantum viginti imperavit, Numiſmata in quibus ſignatur annus III. in aliis annus IV. in aliis annus V. quos nullus dicet de ejus imperii annis intelligendos eſſe, ſed quos nullus negabit ſine aliquo conſilio illis Nummis Græcis inſculptos. Anno CCXXXVIII. num. VII. varios nummos exhibui Tarſi percuſſos, in quibus annus ſecundus ad annos Imperatorum in iiſdem expreſſorum ordinem non habent. Denique annus tertius qui in quibuſdam Nervæ Nummis habetur, ad ejus Imperium referri non poteſt; cum tam apud Mediobarbum, quam in Cimeliis Principûm, complures Nummi Latini extent in quibus Nerva (qui anno Chriſti XCVI. menſe Septembri Imperium iniit, annoque XCVIII. exeunte Januario mortuus eſt, cum Kalendis ejuſdem menſis Conſulatum IV. cepiſſet) dicitur TR. P.III. COS. IIII. Quare in Nummis illis annus tertius ad ejus Imperii durationem pertinere non poteſt.

VIII. *Traiani prior triumphus.* Baron. ann.103. n.III. Traianus hoc anno e Dacia Romam redux de Decebalo Dacorum Rege triumphavit, ut certum facit Nummus a Card. Noriſio in Epiſtola Conſulari pag.67. ex Theſauro Mediceo productus: IMP. CAES. NERVA. TRAIAN. AUG. GERM. DACICUS. P.M. in poſtica: TR. P.VII. IMP. IIII. COS. V. P.P. S.C. Viſitur Imperator in curru; ſeu in quadrigis triumphans, qui dextra laurum, ſiniſtra ſceptrum tenet: quo Nummo prior Traiani trimphus ſine dubio ſignatus, & hoc anno, quo Tribunitiam Poteſtatem VII. iniit, & Auguſtei Imperii Quinquennalia dedit, ductus. Animadverti enim, Imperatores poſt Veſpaſianum annis, quibus triumpharunt, Conſulatum cepiſſe, vel ſaltem triumphum cum Decennalibus & id genus feſtis conjunxiſſe. Quia vero *Maximus* belli Dacici confector fuit, ut num.I. dixi, anno quo Traianus triumphavit, ejus in Conſulatu Collega fuit, ut in partem aliquam triumphi veniret. Traianum vero poſt debellatos Dacos plures colonias, non vero unicam deduxiſſe in Daciam recte oſtendit Fabrettus in Syntagmate de Columna Traiani pag.143. tam ex Inſcriptionibus, quam ex Ulpiano J. C. in L.1. D. *de cenſibus*: quæ coloniæ vel in Quinquennalibus, vel in Decennalibus Traiani, ut moris erat, inſtitutæ; quod Virum eruditiſſimum fugit, qui nuſquam hujuſmodi feſtorum a Traiano celebratorum meminit. Hæc porro Inſcriptio, quam ipſemet pag.288. ex Grutero refert, Quinquennalium Auguſtei Imperii Traiani indicium: IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F. NERVAE TRAIANO. AUG. GERMANICO. DACICO. PONTIFICI. MAXIMO. TRIBUNIC. POT. VII. IMP. IIII. COS. V. P.P. TRIBUS. XXXV. QUOD LIBERALITATE. OPTIMI. PRINCIPIS. COMMODA. EARUM. ETIAM. LOCO-

RUM

& ſanctum Spiritum, & ipſum fœminei ſexus ſimilem Chriſto, inſtar ſtatuæ ſuper nubes, & in medio duorum montium ſtantem: & reliqua ſilentio prætertibo, ut ne legentium aures ad fabulas concitem. Hæc Epiphanius: qui addit verſutum hominem prohibuiſſe interpretationem ſuorum ſcriptorum.

IV. (a) Epiph. hæreſ.53. Helceſæi Hæretici.

Tradit idem auctor (a) Helceſæos, qui ſe ab Elxai deſcendere gloriarentur, tanti exiſtimaſſe duas mulieres, quæ ex ſemine ejus dicerentur deſcendiſſe, ut eas adorarent veluti deas, videlicet Marthus alteram, alteram vero Marthanam nuncupatam, quæ vixerunt ipſius S. Epiphanii tempore; has igitur propter Elxai ſic colebant, ut (quod idem tradit auctor) iidem Elxai gregales ipſarum ſputa & reliquas ſordes corporis auferrent, eademque ut res ſacras adhiberent in auxilium morborum, cum nullam tamen ex eis ſalutem conſequerentur. At de his ſatis: quæ non oportuit prætermiſiſſe; ut quibus telis ſtuduerit diabolus puritatem Catholicæ fidei omni tempore labefactare, omnibus innoteſcat; ut merito de S. Eccleſia dictum eſſe appareat (b): *Sicut lilium inter ſpinas: ſic amica mea inter filias*: eo quippe viſu pulchrior facies Eccleſiæ redditur, quo magis inter tot mendaciorum portenta, velut lux in tenebris nitenti veritatis fulgore coruſcat.

(b) Cantic. 2.

An-

RUM ADIECTIONE.CUMULATA.SINT.

IX. Traianus Dacicus appellatur.

Xiphilinus ex Dione lib.68. narrato priori bello Dacico ait: *Traianus de Dacis triumphavit, & Dacicus cognominatus eſt.* Et tamen Cardin. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag.65. ait, extare in Gaza Medicea Nummum argenteum cum epigraphe: IMP. CÆS. NERVA TRAIAN. AUG. GERM. & in averſa parte: DACICUS COS. IIII. Viſitur Hercules ibidem dextra clavam, ſiniſtra ſpolium leonis tenens. Mediobarbus pag.51. duos alios Traiani Nummos habet in quibus is dicitur: GERM. DAC. P. M. TR. P. COS. IIII. P. P. qui, ſicut præcedens, anno elapſo percuſſi. Traianus itaque Dacicus antequam triumpharet, appellatus. Sic Spartianus in Severo cap.9. ait, hunc Imperatorem in priori bello Parthico recuſaſſe Parthici nomen: *Recuſavit & Parthici nomen, ne Parthos laceſſeret:* quod tamen in Nummis Severi tunc cuſis legitur. Immo idem Xiphilinus ex Dione lib.68. poſtquam de victoriis de Parthis a Traiano reportatis locutus eſt, ait: *Tum vero multa decreta ſunt a Senatu, ſed in primis Optimus cognominatus eſt:* quod etiam Zonaras habet. Et tamen Plinius in Panegyrico anno Chriſti centeſimo dicto, cap.88. inquit: *Juſtiſne de cauſis Senatus Populuſque Romanus Optimi tibi cognomen adjecit?* Extat apud Mediobarbum pag. 158. Traiani Numiſma inſcriptum: IMP. CÆS. NER. TRAIANO OPTIMO AUG. GER. DAC. in poſtica: P.M. TR. P. XIIII. IMP. VI. COS. V. P. P. OPTIMO PRINCIPI. Vides Traianum diu ante Armeniam captam *Optimum* nominari; licet tradat Dio illum poſt eam victoriam *Optimum* cognominatum. Quare ſicut cognomen *Optimi*, quod primis Imperii annis Traiano conceſſum, Senatus, poſt captam Armeniam, eidem rurſus confirmavit; ſic & Dacici cognomen, quod ardente bello Dacico, Traiano attributum, eidem poſt priorem triumphum a Senatu confirmatum.

X. Poſterioris expeditionis Dacicæ epocha. Baron. n. 1.

Cum Decebalus Dacorum Rex, præter conditiones fœderis icti multa ageret, bellum Traianus adverſus illum iterum ſuſcepit, tuncque lapideum pontem ſuper Iſtrum fecit, cui cetera illius opera vix adæquari poſſunt. Pons, ut obſervavit Cuſpinianus in Auſtriæ Deſcriptione, in inferiori Pannonia, non procul a Canizza oppido ſitus erat. Dio pluribus eum deſcribit. Sed ejus conſtructio, & ſecunda in Daciam expeditio perperam hoc anno in Annalibus conſignatur. Exiſtimavi alias ſecundam expeditionem Dacicam ante annum CVI. ſuſceptam non fuiſſe, quod ſub illius anni Conſulibus Auctor Chronici Alexandrini ſcribat: *His Coſſ. gravi bello Romanis incumbente a Perſis, Gothis, & aliis gentibus Traianus expeditione in hoſtes ſuſcepta, ſuis gratiam tributorum, quoad reverteretur, fecit.* Præterea Spartianus in Hadriano cap.3. ſcribit de eodem: *Tribunus plebis factus eſt Candido & Quadrato iterum Coſſ.* Et ſtatim: *Secunda expeditione Dacica Traianus eum primæ legioni Minerviæ præpoſuit, ſecumque duxit.* Illud collegium Conſulum ſignatur in Faſtis anno Chriſti CV. Quo anno cum Hadrianus Romæ Tribunus plebis fuerit, altero anno CVI. Legatus legionis ad bellum ſecundum Dacicum a Traiano ductus fuit. Tribunatus enim Magiſtratus annuus erat. Ex quo cum Card. Noriſio in Epiſtola Conſulari pag. 67. inferebam, Hadrianum toto anno, quo illud munus geſſit, Romæ manſiſſe. Verum poſtquam vidi Specimen Imperii Traiani a doctiſſimo Gulielmo Loydio ex Anglia ad me tranſmiſſum, non dubitavi, quin ea expeditio anno CV. inchoata fuerit. Tribunatus enim plebis, ut ad me idem Vir clariſſimus ſcripſit, ſtante veteri Republica munus quidem annuum fuit; ſed Traiani temporibus etiam ſemeſtre fuiſſe Plinius lib. 4. epiſt. IV. teſtatur. Immo forſan & bimeſtre fuit, ſicut Conſulatus. In veteri autem Republica quando Tribunis plebis ne una quidem nocte extra Urbem morari liceret, tamen ex Senatuſconſulto aut Plebiſcito tunc licebat quovis proficiſci Reipublicæ cauſa. Quanto magis nunc quando Tribuni omni munere vacarent, quando tantum locum in Senatu ſupplerent, & ſibi ad majora gradum præſtruerent: præſertim a Principe juſſi, qui pro more horum temporum omnem populi Romani poteſtatem in ſe tranſtuliſſet. Sane de Tribunis plebis in hujus ævi Scriptoribus tam pauca habentur, ut unius exemplum, qui Tribunatus anno militavit, vix edere poſſimus. Sed Quæſtoris exemplum habemus in ipſo Hadriano Traianum ad primum Dacicum bellum familiarius profecuto. Ædilem vero videmus Clodium Albinum *non ultra decem dies* munere defunctum, ut ait Capitolinus in Albino cap.6. *Quod ad exercitum feſtinanter mitteretur.* Quidni igitur Hadrianum etiam ab initio Tribunatus quarto Idus Decembris quarto aut quinto menſe Traianus in Daciam feſtinans ſecum ducere potuerit, inquit Loydius? Auctoritas Chronici Alexandrini hac in re parvipendenda; exſcripſit enim Euſebium in Chronico, ubi eodem Chriſti anno uno tenore varia bella recitat, quorum aliqua, uti bellum Parthicum, ultimis Imperii Traiani annis geſta eſſe conſtat. Julianus in Cæſaribus ſcribit Traianum *intra annos quinque* Getas ſubjugaſſe. Quare Romam rediit anno CVII. aut CVIII. & ſecundum triumphum Dacicum Decennaliaque exhibuit, ut infra dicetur. Loydius quidem ejus reditum in annum CIX. differt; ſed cum triumphi cum Decennalibus & id genus feſtis, ſi Imperatores Conſulatum non ſumerent, conjungi ſoliti eſſent, ei hac in re non adhæreo.

I. ANno Domini centeſimoſexto, Coſſ. Surano atque Marcello, Traianus Dacico bello confecto, Romam rediit: *Quem* (inquit Dio *a*) *Romam repetentem plurimæ barbararum gentium legationes, atque etiam Indorum legati adiere*: addit bibliothecas extruxiſſe, & columnam ingentem ſtatuiſſe in foro, quod dictum eſt Traianum, cæterorum omnium celeberrimum: ipſum enim præ cæteris Urbis nobiliſſimis ſtructuris in admiratione habuiſſe Conſtantium Imper. cum Romam venit, tradit Ammianus his verbis: (*a*) *Verum cum ad Traiani forum veniſſet, ſingularem, ſub omni cœlo ſtructuram* (*ut opinamur*) *etiam numinum aſcenſione mirabilem, hærebat attonitus, per giganteos contextus circumferens mentem, nec relatu effabiles, nec rurſus mortalibus appetendos*, &c. Hæc ipſe, ſignificans nimirum columnam cochlidem in medio foro ſitam; quam hoc anno cœptam, nonniſi poſt ſeptennium abſolutam eſſe, demonſtrant antiqua numiſmata, in quibus una cum Conſulatu ſexto ejuſdem Imperatoris, quem geſſit anno decimoquinto ſui Imperii, ipſa columna una cum Traiani ſimulacro deſuper collocato habetur expreſſa, ante vero illud tempus numquam ipſa columna effigiata alicubi reperitur; cujus rei indicem hic tibi antiquum numum effigiandum curavimus.

(*a*) *Dio in Traiano.*

(*a*) *Ammianus Marcel. lib. 16.*

Columna Traiana.

Opus

SÆC. II. Anno Urbis 857. Olymp. 220. an. 4. A. C. 104.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5597.

☉ 1. GF. ☽ 10. P. 31. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 104. *ſecundum Baronium* 106.

EVARISTI PAPÆ 10.

TRAIANI IMP. 7.

I. Conſules. II. *Secundus Traiani triumphus & Columna Traiana erecta.*

[1] AD num. I. & ſeq. Coſſ. *Sura II*, & *Marcellus*. Cum utrumque bellum Dacicum per annos ferme quinque durarit, ut jam diximus, Traianus, ſecundo bello Dacico confecto Romam non rediit, niſi exeunte anno Chriſti CVII. aut veroſimilius, anno Chriſti CVIII. quo Decennalia celebravit, & ſecundum triumphum Dacicum duxit. Patinus in Nummis Theſauri Mauroceni pag. 116. unum Græcum Traiani producit, in quo legitur: L I. A. id eſt, *anno undecimo*. Viſitur in eo Quadriga triumphalis. Superſunt quidem multa hujus Imperatoris Latina Numiſmata, quæ ad iſtum triumphum ſpectant; ſed cum in eis annus Tribunitiæ Poteſtatis non exprimatur, incertum quo anno illi cuſi. Gruterus pag. CXC. 4. exhibet Inſcriptionem Traiani, in qua is dicitur: GERMANICUS. DACICUS. PONT. MAXIM. TRIB. POTEST. XII. IMP. VI. COS. V. P. P. OPERIBUS. AMPLIATIS. RESTITUIT. Sumta Tribunitia Poteſtas XII. a Traiano quinto Kalend. Novem. anni Chriſti CVII. Quare anno CVIII. dictus is Imperator VI. occaſione ſecundi triumphi Dacici ac Imperii Auguſtei Decennalium, in quibus præcedentes victoriæ de more renovatæ, & opera publica, ut etiam moris erat, ampliata. Quoad Columnam Tra-

[1] COſſ. *Sura II. & Marcellus*. Ex Noriſii ſententia, ut vidimus, hoc anno conſules habentur: *Traianus Aug. V. & ...... Maximus*. Nummi Traiani, & lapis apud Panvinium, de quo Noriſius in epiſtola conſulari pag. 67. Lapis item apud Gruterum pag. CCXLVI. 8. cum *Traiani* TR. POT. VII. IMP. IV. COS. V. & pag. CCXLVII. 1. cum TR. POT. VIIII. IMP. III. (mendoſe) COS. V. Alius lapis olim in hortis Colotianis, editus poſt vitam Angeli Colotii pag. 97. ex ſchedis Barberinis.

IMP. CAES. DIVI. NERVAE. F.
TRAIANO &c.
GERMANICO. DACICO. PARTHICO
PONT. MAX. TRIBUNIC. POT. VII.
IMP. IIII. COS. V.

Fabrettus pag. 413. num. 360.

IMP. CAESAR. NERVAE. F.
TRAIANUS. AUGUSTUS
GERMANICUS. DACICUS
PONT. MAX. TRIBU-
NICIA. POTESTATE
IMP. IIII. COS. V.

Faſti Idatiani: *Suburano* II. mendo librarii, &. *Marcello*, qui ad A. D. 103. referendi ſunt: ut habent Faſti Vindebonenſes.

(a) Ex Musæo Lælii Paſqual. Canonici S. Mariæ Major. in Urbe.



(a)



opus plane admirabile, nec antea viſum: qua, in hanc uſque diem divina providentia, ceteris fere omnibus nobilibus Urbis antiquis monumentis barbarica manu vel terræmotu dirutis atque proſtratis, vel ſaltem quaſſatis, integra permanente: hoc ipſo anno, quo hæc noſtra prælo mox ſubiicienda deſcribimus, Sixtus V. Pontifex Maximus, ſuper ejus verticem, præclariſſimum Chriſtianæ religionis monumentum, Principis Apoſtolorum Petri ingentem æneam magna impenſa ſtudioque conflatam ſtatuam, inauratamque, ſacris ritibus ſolemniter collocavit.

II. At antequam Traiani columna conſurgeret, erant Petri trophæa Romæ conſpicua: ejuſdem namque memoria nobilis in Vaticano fulgebat. Anacletus enim (ut antiquæ Eccleſiaſticæ tabulæ (*b*) habent) cum adhuc presbyter eſſet, conſtruxit atque compoſuit deſuper ejus corpus; velut trophæa victoriæ, inſignem claramque memoriam: quam quidem (quod admirationem omnem ſuperat) non valuit turbo perſecutionis aliquo modo proſternere; ſed & perſeveraſſe in poſterum, majoribuſque in dies acceſſionibus gloriæ auctam affirmare videtur Caius antiquus Theologus (*c*), qui eodem ſæculo claruit, nempe Zephyrini Papæ temporibus: immo non Petro tantum erectam memoriam fuiſſe celebrem, ſed & Paulo, tradit, eaſque trophæa Apoſtolorum appellat, ſic dicens: *Ego Apoſtolorum trophæa perſpicue poſſum oſtendere. Nam ſi lubet in Vaticanum proficiſci, aut in viam, quæ Oſtienſis dicitur, te conferre; trophæa eorum, qui iſtam Eccleſiam ſuo ſermone & virtute ſtabilierunt, invenies.* Hæc Caius.

(b) Lib. Pont. in Anacleto. Petri trophæa & Pauli.

(c) Apud Euſeb. hiſt. lib.3.c.24.

III. De memoriis Sanctorum.

Quod igitur habet liber de Romanis Pontificibus in Anacleto: *Hic B. Petri memoriam conſtruxit atque compoſuit*; per memoriam nonniſi ædificii ſtructuram deſignari conſtat, quam olim antiquitas uſitatius dicere Eccleſiam conſuevit: nam & Auguſtinus (*d*): *Nos*, inquit, *martyribus noſtris non templa ſicut diis, ſed memorias, ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt ſpiritus, fabricamus*; quas merito Caius trophæa appellat, quippe quæ victorias ſanctorum de ſubactis hoſtibus repræſentent. Ceterum columnam hoc anno conſtrui cœptam, nonniſi ad ſextum ejus Conſulatum fuiſſe abſolutam, inſcriptio in ea inciſa declarat.

(d) Aug. de Civit. Dei lib.22.c.10.

Cen-

Traianam, quæ etiamnum Romæ viſitur; & cujus hoc anno Nummum exhibet Baronius, in quo Conſulatus tantum ſextus exprimitur, præſenti anno non erecta; cum Traianus anno tantum CXII. Conſulatum ſextum inierit. Ea itaque anno tantum CXIII. Traiano poſita, ut legitur in baſi ejuſdem Columnæ in medio Foro Traiani: SENATUS. POPULUSQUE. ROMANUS IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F. NERVAE TRAIANO. AUG. GERM. DACICO. PONTIF. MAXIMO. TRIB. POT. XVII. IMP. VI. COS. VI. P. P. AD DECLARANDUM. QUANTAE ALTITUDINIS MONS. ET. LOCUS. TANTIS RUDERIBUS. SIT. EGESTUS

I. CEnteſimus ſeptimus Chriſti annus Candido & Quadrato II. Coſs. adſcribitur Faſtis; quo Traianus ab Urbe recedens, Armenis ac Parthis, aliiſque finitimis populis bellum intulit: quorum alios in deditionem recepit, alios vero bello ſubegit: hæc Dio (*a*) pluribus. Tunc quoque accidit (quod Suidas (*b*) meminit) ut Abagarus Rex Edeſſæ (puto hunc ab illo ſeniore Abagaro, qui Chriſti temporibus vixit, de quo ſuo loco ſuperius facta eſt mentio, eſſe progenitum) Traiano munera miſerit.

(*a*) *Dio in Traiano.*
Abagarus rex Edeſſæ.
(*b*) *Suid. in hiſt.*

II. Eccleſia Edeſſena vexata. Ceterum conſtat Eccleſiam Edeſſenam Tra-

SÆC. II. Anno Urbis 858. Olymp. 221. an. 1. A.C. 105.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5598.

☉ 2. E. ☽ 11. P. 20. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 105. *ſecundum Baronium* 107.

EVARISTI PAPÆ 11.

TRAIANI IMP. 8.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Ti. Julius Candidus II. & A. Julius Quadratus*, ex Inſcriptione Onuphriana. Mediobarbus pag. 153. C. Julium Candidum II. & C. Numid. Quadratum profitetur. Sed neſcio unde id acceperit. In veteri enim Inſcriptione apud Sponium in Itinerario Atheniensi legitur: Γάϊον Ἄντιον Ἰούλιον, Αὔλου ὑὸν Κουάδρατον, δὶς ὕπατον, Ἀντίπατον Ἀσίας, &c. id eſt, *C. Antium Julium, Auli filium Quadratum, Conſulem iterum Proconſulem Aſiæ*, &c. Additur, *ex auctoritate Imp. Nervæ Traiani Cæſ. Aug. Germanici, Dacici, Provinciæ Syriæ*, &c. adeo ut indubitatum ſit, ſermonem hic eſſe de Quadrato hoc anno Conſule, aliis poſtea dignitatibus exornato.

II. *Bellum Parthicum.* Bellum *Parthicum* anno tantum Chriſti CXII. inchoatum; cum Traianus in Nummis *Parthicus* non dicatur, niſi poſt Conſulatum ſextum, quem eo Chriſti anno ſuſcepit. Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag. 72. profert ex Gaza Medicea inſigne Numiſma Traiani cum epigraphe: IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. & in poſtica: PROFECTIO AUG. S. C. Ibidem viſitur Imperator eques milite ſcutato præeunte, tribus aliis haſtatis ſubſequentibus. Hinc, inquit Card. Noriſius, ante ſextum Conſulatum, qui in Nummis obſignatur, in Orientem non tranſmiſit. Sed cum ultimis Imperii Traiani annis is Nummus percuti potuerit, & de facto a Mediobarbo cum anno Chriſti CXVI. copuletur, certus inde annus deduci non poteſt. Nec eſt quod quis dicat, male cum eo anno a Mediobarbo conjungi; cum Traianus non Parthicus, ſed Dacicus tantum in eo nuncupetur. Nam in Nummis ſæpe antiqui tituli Imperatorum ſervati, novi vero neglecti. Sic in Portu Anconæ a Traiano ædificato extat Inſcriptio ab Onuphrio anno Urbis DCCCLIX. recitata, cujus initium: IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F. NERVAE. TRAIANO. OPTIMO. AUG. GERMANIC. DACICO. PONT. MAX. TR. POT. XVIIII. IMP. IX. COS. VI. P. P. &c. Et tamen jam tum Parthicus in Nummis & Inſcriptionibus de more Traianus dicitur. Standum itaque alteri argumento a Card. Noriſio ibidem allato. Obſervat Cardinalis doctiſſimus Traianum bello Parthis illato, cum Athenas appuliſſet, Legatos Parthorum Regis illic cum muneribus conveniſſe, teſte Dione lib. 68. rogantes ut delatum Parthamiſiri Armeniæ regnum ratum haberet. Traianus repudiatis muneribus, reſpondit ſe cum primum in Syriam adveniſſet, facturum omnia, quæ fieri par eſſet. Athenienſes, quo præſentis Imperatoris gratiam magis emererentur, Hadrianum ejuſdem conſobrinum Archontem crearunt, ex Phlegonte cap. 25. de Mirabilibus, ſcribente mulierem Romæ edidiſſe maſculum bicipitem, qui monitu poſtea Aruſpicum in Tiberim projectus fuit: *Athenis*, inquit, *Archonte Hadriano, qui Imperator factus eſt: Conſulibus Romæ Imperatore Traiano VI. & Tito Sextio Africano.* Cujus Magiſtratus anno Chriſti CXII. Hadriano delati nulla ratio aſſignari poteſt, niſi ejuſdem cum Traiano adventus Athenas.

III. *Bellum Parthicum poſt annum CXII. ſuſceptum.* Sed Dio loco laudato aliam rationem ſuggerit, quæ mihi rem evincere videtur. Poſtquam is de ultimo bello Dacico locutus eſt, ait: *Bibliothecas extruxit, ac in foro (ſuo) Columnam maximam collocavit, partim ſepeliendi ſui cauſa, partim ut opus quod ipſe circa forum fecerat, poſteris oſtenderet. Nam eum locum montuoſum, quanta eſt altitudo columnæ, perfodit, forumque eo pacto complanavit. Poſt hac bellum intulit Armenis Parthiſque, propterea quod (ut ipſe dicebat) Rex Armeniorum non ab ſe, ſed a Rege Parthorum diadema accepiſſet: ſed revera id bellum ſuſcepit adductus gloriæ cupiditate.* Victor de Cæſaribus de Traiano ait: *Adhuc Romæ a Domitiano capta Fora, atque alia multa magnifice coluit, ornavitque.* Alter vero Victor de Traiano ſcribit: *Hujus exuſti corporis cineres relati Romam, humatique Traiani Foro ſub ejus columna*: quod & Eutropius habet. Cum itaque Traiani Columna in eo Foro anno Chriſti CXIII. exeunte erecta fuerit, illud anno antecedente, nempe CXII. Traiani Quindecennalibus nobilitato dicatum fuit. Mediobarbus pag. 100. Traiani Nummum refert, in quo legitur: IMP. TRAIANUS. AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. in poſtica: FORUM TRAIANI. Repræſentantur ædificium pulcherrimum & Quadrigæ triumphales. Quod forum in alio ibidem Nummo ſexto etiam Conſulatu notato memoratur. Mediobarbus utrumque Nummum cum anno Chriſti CXIV. conjungit. Sed cum Traiani Columna in eo anno Chriſti CXIII. collocata fuerit, nullus dubito, quin ea dedicatio anno CXII. peracta fuerit; quod & præfatæ Quadrigæ indicant. Annis enim Decennalibus & id genus feſtis addictis annorum præcedentium victoriæ, tri-

[1] COſſ. *Ti. Julius Candidus II. & A. Actius Quadratus II.* Gruterus pag. CLXXIV. 5. ex Panvinii Faſtis TI. JULIO CANDIDO. II. A. JULIO QUADRATO II. COS. Perperam ergo apud Pagium *Actius*: pro *Julio* ponitur. Spartianus in Hadriano cap. III. *Tribunus plebis* (Hadrianus) *factus eſt, Candido & Quadrato iterum Coſſ.* Faſti Idatiani & Vindebonenſes: *Candido II. & Quadrato.*

Traiani perſecutione diu vexatam : præerat tunc illi Barſimæus Epiſcopus, qui cum Gentiles plurimos convertiſſet ad fidem, eoſdemque ad ſubeundum martyrium cohortatus, ipſe demum eamdem quoque martyrii coronam promeruit; agitur ejus

natalis anniverſaria celebritas trigeſima Januarii (*a*). Illuſtre item inter alia fuit tunc martyrium Sarbelii, & Barbeæ ſororis ejus, qui ambo a Barſimæo Epiſcopo fuerant baptizati. Ceterum Sarbelius, quod ſacerdos idolorum fuiſſet, gra-

(*a*) *Rom. Martyrolog. die 29. Januar.*

triumphi, aliaque id genus rurſus Nummis inſculpta, & dedicationes de more factæ. Ammianus lib. *16.* cap. 10. de Conſtantio Auguſto Romam inviſente loquens ait: *Verum cum ad Traiani forum veniſſet, ſingularem ſub omni cælo ſtructuram, ut opinamur, numinum aſſenſione mirabilem hærebat attonitus, per giganteos contextus circumferens mentem, nec relatu effabiles*, &c. Unde non mirum, ſi Nummis inſcriptum fuerit. Columnam vero Traianam Imperatore Tribunitiam Poteſtatem XVII. gerente poſitam in eo foro *fuiſſe*, liquet ex epigraphe anno proximo a nobis relata. Quare, cum teſte Dione Traianus in Parthos non moverit, niſi poſt Forum a ſe conditum ac dedicatum, & prædictam Columnam erectam, bellum illud poſt annum CXII. quo Traianus Conſulatum VI. & Tribunitiam Poteſtatem XVI. iniit, certiſſime ſuſceptum.

IV. *Geſta in Oriente a Traiano.* Traianus, relictis Athenis, *Aſiam, Ciliciamque finitimis cum Provinciis peragravit; ac Seleuciam appulit. Antiochiæ cum eſſet, Augarus Oſdroenus ei munera & Legatos cum mandatis ab amicitia non alienis miſit.* Quæ ad annum CXII. referenda. Anno inſequenti Traianus in fines hoſtium pervenit, ac *cepit cuncta, nullo facto prælio: dein Satala & Elegiam, quæ ſunt urbes Armeniæ, profectus, Heniochorum Regem honore affecit, & Parthamiſirem Regem Armeniorum punivit: captaque Armenia tota, Reges, qui deditionem fecerant, habuit in numero amicorum.* Quæ ad annum CXIII. & CXIV. pertinent. Traianus *ad oppidum Armeniæ Elegiam Parthamiſiridi copiam adeundi ſui fecit.* Hic *diadema capiti detraxit*, & ad Traiani pedes poſuit. Quo facto milites clamorem una ſuſtulerunt, *ac Traianum tamquam in victoria quadam Imperatorem* appellarunt, ut teſtatur Dio, qui addit, Traianum Parthamiſirim quidem dimiſiſſe, ſed Armeniam retinuiſſe. Traianus dum gerit Tribunitiam Poteſtatem XVII. Imperator VI. dicitur, ut videre eſt in Inſcriptione ſuperiori anno relata, nec Imperator VII. dicitur, niſi quando gerit Tribunitiam Poteſtatem XVIII. ut liquet ex duabus Inſcriptionibus apud Fabrettum in Syntagmate de Columna Traiani pag. 293. ex quibus unam refero:

IMP CAESAR. DIVI. NERVAE. F. NERVA. TRAIANUS OPTIMUS. AUG. GERMANICUS. DACICUS. PONTIF. MAX TRIBUNIC. POTEST. XVIII. IMP. VII. COS. VI. P. P. SACRARIA. NUMINUM. VETUSTATE. DILAPSA. RESTITUIT. Tribunitiam Poteſtatem XVIII. die V. Kalend. Novemb. anni CXIV. Traianus ſuſcepit; ideoque eo Chriſti anno exeunte vel inſequenti incipiente, Traianus Imperator VII. dictus. Eo autem Tribunitiam Poteſtatem XVIII. gerente, bellum maxime exarſiſſe colligo ex Inſcriptione ibidem a Fabretto deſcripta, in qua Traianus dicitur: TRIB. POT. XVIII. IMP. VIII. COS. VI. vel, TRIB. POT. XVIII. IMP. VIIII. COS. VI. P. P. Tunc itaque Traianus Edeſſam venit, cui adventanti cum Augarus Rex obviam profectus eſſet, ſeque purgaſſet, veniam conſecutus eſt. Inde in Meſopotamiam & Adiabenem venit, & Singara ac alia quædam oppida citra pugnam ullam opera Luſii ducis cepit. *Tum vero multa Traiano decreta ſunt a Senatu, ſed inprimis Optimus cognominatus eſt .... Ad hæc Niſibi, Batniſque captis, Parthicus cognominatus eſt .... dum moraretur Antiochiæ, terræ motus factus eſt*, &c. inquit Dio lib. *68.* Quare cum terræ motus ille, ut ſuo loco oſtendam, exeunte anno Chriſti CXV. contigerit, nullus dubito, quin eo anno Niſibis & Batnæ expugnatæ fuerint, Traianus *Imperator VIII. & VIIII.* ac præterea *Optimus* & *Parthicus* dictus fuerit. Fabrettus citatus pag. 291. ait, in nullo vel Marmore vel Nummo non ſuſpecto titulum PARTHICI ante XIX. Trib. Pot. reperiri, & omnia certiora monumenta hac *Parthici* nuncupatione deſtitui, quod & obſervavit doctiſſimus Aſaphenſis Epiſcopus in ſpecimine Imperii Traiani a ſe in lucem edendo, quod ad me ex Anglia tranſmiſit; licet, cum illud compoſuit, Fabretti Opus non vidiſſet. A neutro itaque diſcedendum, exiſtimandumque titulum Imperatoris IX. Traiano attributum anno Chriſti CXV. poſt diem V. Kalend. Novembris, quo Tribunitiam Poteſtatem XIX. capeſſiit. Quoad cognomen *Optimi*, Fabrettus pag. 203. Inſcriptionem exhibet dicatam, IDIBUS. JANUARIIS. L. VIPSTANO MESSALLA M. PEDONE. COSS. anno ſc. CXV. in qua *OPTIMI* Vox pro cognomine, non vero laudationis loco accipienda videtur: & pag. inſequenti obſervat, appellationem *Parthici* cum alia *Optimi*, ſeu ΑΡΙΣΤΟΥ in Græcis ſemper copulatam procedere. Hæc ad varia Annalium loca reſtituenda explicare neceſſe fuit.

Dio lib. *68.* narrato utroque bello Dacico, ait: *Per id tempus Palma Præfectus Syriæ cepit eam Arabiæ partem, quæ Petram attingit, redigitque in ditionem populi Romani.* In Collectaneis Græcis apud Scaligerum pag. 341. prius bellum Dacicum illigatur anno primo Olympiadis CCXX. qui menſe Julio anni Chriſti CI. inchoatur: victoria Palmæ de Arabibus Petreis, anno ſecundo ejuſdem Olympiadis. Quare Palma anno Chriſti CIII. quo annus ſecundus Olympiadis CCXX. adhuc in curſu erat, adverſus Arabes Legatus, iique non multo poſt debellati. Auctor enim Chronici Alexandrini ſub Candidi & Quadrati Conſulatu hoc anno geſto, hæc habet: *Petrei, & Boſtreni ab hoc anno ſuam Eram inchoant.* Quare eo anno vel antecedenti in Romanorum poteſtatem redacti. Quæ cum apud me certa eſſent, non parum turbatus ſum, lecta Nummi Græci Traiani inſcriptione, a Patino V. C. in Theſauro Numiſmatum Mauroceniano relata, in qua legitur: ARABIA L. id eſt, *anno XIII.* Ait Patinus in Nummo cerni figuram ſtantem. Quo pacto, Arabia anno CX. acquiſita fuiſſet. Unde Fabrettus, (qui tamen Nummum illum non viderat) pag. 290. putat Palmam anno CIX. Conſulatum conſecutum ob Arabicam expeditionem tunc tandem per eumdem confectam, & Traiano novum Imperatorium titulum, nempe VI. quæſitum fuiſſe. Quæ cum mihi minime probarentur, & tamen præfata Inſcriptio a Patino relata negotium faceſceret, dubium meum ad Toinardum V. C. ſcripſi,

viora tormenta coactus eſt experiri: quibus omnibus Dei gratia ſuperior factus, tandem inter duo ligna ligatus, ſectus eſt: ſoror autem ejus, truncato capite, martyrium conſummavit. Agitur de omnibus quoque (*a*) commemoratio, celebritate anniverſaria in Eccleſia repeti ſolita.

(*a*) *Rom. Martyrol. die 30. Januar.*

JESU CHRISTI ANNUS 108. ANACLETI PAP. ANNUS 6. TRAIANI IMP. ANNUS 9.

I. (*b*) *Cuſpin. de Conſul.* Milites Chriſtiani martyres.

SEquenti Chriſti anno centeſimooctavo, Coſſ. Commodo Vero ac Cereale, Traianus Imp. in Orientali expeditione perſeverans (*b*), Iberos, Sauromatas, Hoſdroenos, Arabas, Boſphoranos, Cholcos in fœdus accepit; Seleuciam, Cteſiphontem, Babylonem occupavit & tenuit. Tunc more majorum luſtrans exercitum, inventos in eo undecim mille Chriſtianos, qui ſacra diis facere recuſaſſent, a ceteris ſegregatos in Armeniam relegavit: ea nimirum ſpe, ut ea ignominia notati, Chriſtiani eſſe deſinerent. Cum vero Romulus V. C. Imperatoris domus præpoſitus eum admoneret ut de re haud prudenter geſta; profeſſus ſe quoque eſſe Chriſtianum, verberibus primum juſſu ejus affectus, demum capite truncatus eſt: cujus tam glorioſe ſumptum martyrium Orientalis & Occidentalis Eccleſia certa die, nempe quinta Septembris, annua celebritate recolere conſuevit; (*c*) de eo autem non tantum Græcorum Menologium, ſed & Metaphraſtes (*d*) ex antiquioribus monumentis accepta Acta brevi compendio narrant.

(*c*) *Rom. Martyrolog. die 5. Septemb.* (*d*) *Metaph. die 5. Septembr.*

II. Milites crucifixi in Armenia.

De militibus vero relegatis quid factum ſit, licet auctor ibi non narret; Menologium tamen, agens de Romulo, mox addit: *Chriſtianos plurimos in exilium miſit, & in fidei confeſſione perſtantes ſupplicio mortis ſubjecit.* Quamobrem conjectura ducimur, ut exiſtimemus hos illos ipſos eſſe decem mille præſtantiſſimos martyres, qui in ſilvis montis Ararat in Armenia ſunt crucifixi: & licet ſub Hadriano habeant ipſorum Acta eos eſſe paſſos, tamen (niſi velimus uſque ad Hadriani Imperium eſſe reſervatos) cum certum ſit ipſum Traiani nepotem, cui & ſucceſſit in Imperium, in militaribus expeditionibus ſecutum eſſe Traianum, & apud eum locum principem obtinuiſſe, nihil eſt quod veritati hiſtoriæ; cujus diverſa extant exemplaria, deroget; ſicut & alia quædam minima, quæ ſcriptorum incuria irrepſerunt. Tu velim conſulas quæ de his notavimus in Romano Martyrologio vigeſima ſecunda Junii, qua tam apud Græcos, quam Latinos, eorumdem annua celebritas agitur; cum eam a quorumdam ca-

qui reſpondit, ſe illud ad Vaillantium in Numiſmatographia verſatiſſimum retuliſſe, eumque ſibi dixiſſe, Patinum Hadriani Nummum Traiano per errorem attribuiſſe: penes ſe enim, alias fuiſſe Hadriani Nummum, in quo eadem Inſcriptio inſculpta. Impliciti nodi enucleata explicatio; cum Hadrianus XIII. Imperii ſui anno Arabiam peragrarit, ut ſuo loco dicam. Hinc intelligere eſt, quantum obſint eruditioni Antiquarii, dum quæ in Nummis & Inſcriptionibus habentur, non ſatis accurate deſcribunt, & quod pejus aliquando corrumpunt, correctionis prætextu, ne quidem Lectores monendo quid in eis immutarint. Cum itaque in Nummo Mauroceniano, Traianus Hadrianus legatur, ut in infinitis aliis, Patinus illum Traiano aſſignavit. Quod tacendum non fuit, ne alii in errorem inducantur.

VI. *Bellum Dacicum.* Secundum bellum Dacicum hoc anno cœptum, & duobus ſequentibus continuatum, ut oſtendi anno CIII.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5599. — SÆC. II. Anno Urbis 859. Olymp. 221. an. 2. A. C. 106.

☉ 3. D. ☽ 12. P. 5. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 106. *ſecund. Baronium* 108.

EVARISTI PAPÆ 12.

TRAIANI IMP. 9.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *L. Ceionius Commodus Verus*, & *L. Tutius Cerealis*, ex Onuphrio.

II. *Varii populi a Traiano victi.*

Euſebius in Chronico, ad annum V. Traiani hæc habet: *Traianus, victo Rege Decebalo, Daciam fecit Provinciam: Iberos, Sauromatas, Oſroenos, Arabas, Boſphoranos, Cholchos in fidem accepit: Seleuciam, Cteſiphontem, Babylonem occupavit & tenuit. In mari Rubro, claſſem inſtituit,*

[1] COſſ. *L. Ceionius Commodus Verus*, & *L. Tutius Cerealis*, De his Spartianus, & Capitolinus in Ælio Vero, & Plinius lib. II. epiſt. XI. Faſti Idatiani & Vindebonenſes; *Commodo* & *Cereali*, extremis tantum nominibus.

calumniis vindicavimus. Eodem quoque tempore paſſum putamus Hyacinthum, qui eidem Traiano erat a cubiculo: qui cum Chriſtum adorare deprehenſus eſſet, & Cæſareæ in Cappadocia variis tormentis affectus, ſuperari non poſſet: incluſus in carcere, fame confectus eſt; agitur de eo dies anniverſaria quinto Nonas Julii.

JESU CHRISTI ANNUS 109. | ANACLETI PAP. ANNUS 7. | TRAIANI IMP. ANNUS 10.

I. CHriſti Domini anno centeſimo nono, Senecione & Sura Coſs. cum Traianus ageret in Imperio annum decimum, Simeon frater Domini dictus, filius Cleophæ, Hieroſolymitanus Epiſcopus, glorioſa pro Chriſti nomine confeſſione, crucis ſupplicio martyrium ſubiit. Hæc autem cum conſignata habeat Euſebius (a) in Chronico, in hiſtoria (b) ex Hegeſippo rem geſtam fuſius narrat, ſed primum præfatur hæc verba: *Hegeſippus, cum de quibuſdam qui erant ex ſeptem Judæorum ſectis, verba facit, perſpicue adjungit, Simeonem, quem diximus, propterea quod Chriſtianus erat, ab illis eodem tempore callide, & malitioſe in crimen vocatum. Qui cum dies complures graviter eſſet verberibus cæſus, judicemque ipſum, & eos qui in conſilio aderant, ſua tolerantia in primis obſtupefeciſſet, tandem non diſſimilem vitæ exitum a Domini paſſione ſubiit. Verum multo commodius eſt, mea quidem ſententia, ipſum ſcriptorem, hæc eadem iſto modo ad verbum explanantem, ad verbum audire: Ab eodem ſcilicet ſectarum numero quidam Simeonem Cleophæ filium non modo ex Davidis ſtirpe editum, verum etiam ut Chriſtianum, in judicium adduxerunt: atque ita, cum annos centum & viginti compleviſſet, coram Traiano Cæſare, & Attico Conſulari, fidem Chriſti conſtanter profeſſus eſt. Eſt porro apud eumdem auctorem; accuſatores Simeonis, cum Judæi ex regia tribu Davidis prognati diligenter conquirerentur, forte fortuna ex eadem ſtirpe manifeſto deprehenſos fuiſſe. Quod ſi quis Simeonem cum oculis Dominum conſpexiſſe, tum auribus ejus ſermonem accepiſſe dixerit; ratione certe id quidem poteſt, non ſolum longinquitate temporis quo vixerit, ſed Evangeliorum teſtimonio, quod Mariæ Cleophæ meminerit, ubi citatur Maria Cleophæ, pro argumento utens, cujus filius (ut ſupra poſuimus) fuit Simeon.*

(a) *Euſeb. in Chron. an.* 10. *Traiani.* (b) *Euſeb. lib.* 3. *c.* 26. Simeonis martyrium.

II. Reſidui ex familia Salvatoris. *Rurſus idem ſcriptor alios etiam ex genere Judæ ortos (Judas autem fuit unus ex illis, qui Salvatoris fratres dicebantur) poſt teſtimonium illud jam antea demonſtratum, quod coram Domitiano pro fide Chriſti dixiſſet, ad hujus Traiani Imperium vitam protraxiſſe narrat. Scribit enim in hunc modum: Veniunt, & præſunt univerſæ Eccleſiæ, ut martyres, & ut ge-*

tuit, ut per eam Indiæ fines vaſtaret. Baronius non animadvertens, Euſebium belli Dacici occaſione de aliis a Traiano ſequentibus annis geſtis agere, & quæ ad varios annos pertinent uno tenore, ut plurimum, recitare, hæc hoc anno conſignavit. Et tamen Dacia anno Chriſti CVIII. in Decennalibus Traiani Provincia facta, aliæque victoriæ a Traiano, ſextum Conſule reportatæ, ut anno præcedenti inſinuavimus, magiſque infra explicabitur.

III. *Martyres ſub Traiano in Oriente agente.* Ad num. II. Martyrium S. Romuli & militum Chriſtianorum a Traiano, dum in Oriente eſſet, morti addictorum, ante annum centeſimum duodecimum, quo is Imperator in Orientem tranſmiſit, ut anno præcedenti probavimus, contingere non potuit.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5600.

☉ 4. C. ☽ 13. P. 28. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 107. *ſecundum Baronium* 109.

EVARISTI PAPÆ 13.

TRAIANI IMP. 10.

SÆC. II. Anno Urbis 860. Olymp. 221. an. 3. A. C. 107.

I. *Conſules.* [1] A Num. I. ad XVIII. Coſſ. C. *Soſio Senecio IIII. & L. Licinio Sura III.* Ita Onuphrius, ex Figlina & Caſſiodoro. Suram etiam tertium Conſulem Auctor Chronici Alexandrini profitetur,

[1] COſſ. C. *Soſius Senecio IV. & L. Licinius Sura III.* Figlina apud Onuphrium, quam & Pagius citat: L. LICINIO. SUR. III. C. SOSIO. IIII. COS. Vetus inſcriptio apud Boldettum in Obſervationibus ad Cœmeteria ſacra pag. 79. SURRA. ET. SENEC. COSS. ſine nota multiplicati conſulatus. Ambo autem ſuffecti conſules fuere A. D. 98. quare ad eum annum hic lapis pertinere poteſt. Faſti Idatiani: *Sura III. & Senecione II.* Proſperi Chronicon: *Senecione II. & Sura.* Faſti Vindebonenſes: *Sura & Senecione.*

Suffecti dicuntur Panvinio *ex Kal. Juliis ...... Suranus II. & C. Servilius Urſus Servianus*, de quibus vide quæ A. D. 102. attulimus, & quæ dicemus A. D. 134.

nere Salvatoris & Domini noſtri fati : & pace tranquilla in tota Eccleſia vigente, ad Traiani quoque Cæſaris tempora permanent ; ad quæ quidem Simeon filius Cleophæ, quem ſupra monſtravimus, vitam producens, a ſectis Judæorum, quod ex divina Domini progenie genus ducebat, per calumniam ſimiliter vocatur in judicium ; & ejus nomen ea de re ad Atticum virum Conſularem defertur. Qui, cum multis diebus acerbas plagas pateretur, teſtimonium fidei Chriſti fortiter perhibuit : adeo ut cum omnes, tum ipſe Conſularis ſupra modum miraretur, quo pacto, cum eſſet centum & viginti annos natus, talem & tam acerbum plagarum cruciatum ſuſtinuerit. Quibus rebus confectis, ad extremum mandatum erat, ut in crucem ageretur : huc uſque de Simeonis martyrio Hegeſippus : in cujus locum, rejecto Thebule quodam, de quo paulo inferius dicemus, ſuffectus eſt Juſtus, qui tenuit eum annos tres. Sed (a) pergit Euſebius.

(a) Euſeb. in Chronico.

III. *Deinceps idem auctor a nobis citatus, ea quæ temporibus noſtro ſermone modo percurſis geſta ſunt, addit : Nempe, quod ad illa uſque tempora (quandoquidem ſi qui erant qui ſalubrem & ſinceram ſalutaris prædicationis regulam depravare & corrumpere ſtudebant, in obſcuris tenebrarum latebris delituerunt) Eccleſia integra & incorrupta permanſerat. Ceterum poſtquam ſacer Apoſtolorum chorus varium vitæ exitum & diverſa mortis genera pertulerat, præterieratque illorum ætas, quibus a Chriſto donatum erat ut auribus divinam ipſius ſapientiam coram acciperent : tunc certe falſa & veteratoria impii erroris conſpiratio exordium cœpit ; idque illorum fraude, & aſtutia ; qui doctrinam a veritate penitus alienam diſſeminare laborarent : quique cum nemini Apoſtolorum amplius vita ſuppeteret, de cetero jam nudo capite (ut ajunt) ſincero veritatis ſermoni falſam & commentitiam doctrinam ex adverſo opponere pro viribus niterentur. Hegeſippus quidem de his rebus hæc oratione complexus*, ſic fere memorat. Hucuſque de his Euſebius plane ſignificans, hæreticos, etſi etiam Apoſtolorum temporibus prava dogmata diſſeminare numquam ceſſarint, tamen quod tam certis teſtibus aperte redargui poſſent, haud adeo procaciter & perfricta fronte adverſus Catholicæ Eccleſiæ ſincera dogmata aperto marte confligere præſumpſiſſe, ut poſtea, illis ex hac vita ſublatis, facere aggreſſi ſunt.

Hæreſes invaleſcunt.

IV. Quinam autem hi fuerint, idem Hegeſippus (b) narrat his verbis, dum de eodem Simeone hæc repetit, dicens : *Poſtquam Jacobus cognomento Juſtus, pro veritatis defenſione, ſicut & Dominus ipſe trucidatus fuit, Simeon filius Cleophæ qui avunculus Chriſti fuit, Epiſcopus creatus eſt : quem omnes diſcipuli, quoniam Domini conſobrinus erat, ſecundo loco ſuffragiis illi adminiſtrationi præfecerunt. Et quoniam Eccleſia nondum erat falſa perverſæ hæreticorum doctrinæ immanitate corrupta, idcirco virgo appellata fuit. At Thebulis, propterea quod in petitione Epiſcopatus repulſam tulerat, eam erroris labe ex occulto inficere exorſus eſt : qui quidem unus erat ex eorum numero, qui ex ſeptem ſectis in populo Judaico proſeminatis oriebantur. Ex quibus ſectis originem erroris duxit Simon, unde Simoniani ; Cleobius (*), unde Cleobiani ; & Doſitheus, unde Doſitheani ; & Gortheus, unde Gortheani ; & Maſbotheus, unde Maſbotheani. Atque ex iſtorum fontibus profluxerunt Menandrianiſtæ, &c.* Proſequitur recenſere ſectas ad ſua uſque tempora obortas ; ſed de eis nos alibi.

(b) Apud Euſeb. lib. 4. c. 21.

Hæreticus Thebulis.

(*) al. Cleobolus

V. Eodem quoque decimo Traiani anno, ob Chriſti nominis confeſſionem S. Ignatius Epiſcopus Antiochenus vinctus adducitur Antiochia Romam, tradendus beſtiis. Quod autem ad tempus ſpectat : cum epiſtola ab eo data ad Romanos Smyrnæ ſcripta appareat ante nonum Kalen. Septembris ; dicere opus eſt, eum æſtatis tempore vinctum Antiochia eductum, iter in-

Ignatius Romam mittitur.

tur, indeque liquet hunc anno CIV. cum nota numerali II. proponi debuiſſe.

II. Decennalia Imperii Proconſularis Traiani.

Decennalia Imperii Proconſularis uno anno dilata Traianum exhibuiſſe indicant uterque Conſul ea dignitate alias exornati, & perſecutio Chriſtianorum, quæ ita aucta eſt, ut ab hoc anno Euſebius in Chronico tertiam Eccleſiæ ortus fuerit.

III. Martyrium Ignatii Epiſcopi Antiocheni.

Euſebius in Chronico ſub anno decimo Traiani, tertiam perſecutionem conſignans ait, in ea & *Symeonem* Cleophæ Hieroſolymorum Epiſcopum, & *Ignatium* Antiochenum Antiſtitem paſſos eſſe : hincque factum, ut omnes S. Ignatii Martyrium, vel cum hoc vel cum ſequenti anno conjunxerint. Verum Euſebius Epitomatorum more variis annis geſta uno tenore recitavit. Nam infra demonſtrabimus, Traianum ante annum centeſimum duodecimum in Orientem profectum non eſſe ; ideoque & ante eum annum hoc martyrium contingere non potuit ; cum Traiano Antiochiæ exiſtente, Ignatium ad eum adductum Acta ejus referant. Quæſtio igitur eſſe poteſt, an Ignatius Traiano & Africano Coſſ. ut vult Marianus Scotus in Chronico, ſcilicet anno Chriſti CXII. Romam perductus fuerit, ibique beſtiis traditus, an vero anno tantum centeſimo decimo quinto morte affectus fuerit, ut Joannes Malela Antiochenus ab Uſſerio in Notis ad Acta S. Ignatii citatus inſinuat. Ait enim Malela in Chronico : *Agebat in ea Urbe Traianus Imperator, quando divina illa erupit ira. Martyrium vero paſſus tunc ſanctus eſt Ignatius civitatis Antiochenæ Epiſcopus : indignatione enim in illum commotus eſt, quod ipſum convicio affeciſſet.* Loquitur is Auctor de terræ motu Antiocheno, quem menſe Decembri anni Chriſti centeſimi decimi quinti accidiſſe narrat, eo tempore, quo Traianus Antiochiæ hiemabat. Cum vero

ingreſſum. Sed cum paſſus ipſe ſit Kalendis Februarii (ut Romanum habet Martyrologium) idque factum ſcribant Euſebius (*a*) & Hieronymus (*b*) anno undecimo Traiani Imperatoris: merito hoc anno ejus abductio & iter, ſequenti vero martyrium ponitur. Quod autem Ignatius Romam ad dicendam cauſam & ad ſupplicium mittitur; inde accidiſſe putamus, quod non eos tantum (ſicut ex litteris Plinii vidimus) qui inter Chriſtianos nobiliores eſſent, ut qui fuiſſent Romana civitate donati, provinciarum Præſides Romam mittere conſueverant, ſed eos etiam qui inter delinquentes præ ceteris infamati, factioſorum viderentur auctores, ut Joſephus pluribus declarat exemplis, & alii rerum Romanarum ſcriptores: cujus certe æſtimationis apud Gentiles erat Ignatius; quippe qui inter ceteros Orientales Epiſcopos primus merito habetur, qui non tantum ſedis prærogativa, ſed & vitæ meritis, & Evangelica prædicatione omnes facile antecelleret. Qualis enim quantuſve fuerit in Eccleſia S. Ignatius, qui non uni Eccleſiæ Antiochenæ, vel uni provinciæ Syriæ præfectus Epiſcopus videretur, ſed toti penitus Orienti; epiſtolæ illæ, quas, cum Romam vinctus a militibus duceretur, obiter in tranſitu ad diverſas Eccleſias ſcripſit, manifeſte declarant; ipſæ enim, velut excellens quædam pictura, vivam ipſius imaginem repræſentant. Sed relegamus ejus itinera, ut, ubinam loci quæque earum ſit ſcripta, videamus.

(*a*) *Euſeb. in Chron.* (*b*) *Hier. de Script. Eccl. in Ignat.*

VI. Status Eccleſiæ Antiochenæ.

Sed in primis, quod pertinet ad eccleſiam Antiochenam: priuſquam Ignatius Romam mittendus, inde abduceretur, graviſſima eſt perſecutione vexata, ſed ejus abductione viſa eſt conquieſcere: exiſtimantibus nimirum perſecutoribus, ne in ſingulos Chriſtianos, quorum in tota civitate atque provincia immenſus pene erat numerus ac propemodum infinitus, cogerentur animadvertere, quod impoſſibile videbatur; ſatis eſſe, ſi, qui erat omnium princeps ac ductor, in quem omnes intueri, & cui auſcultare omnes in omnibus conſueverant, inde abductus, ad ſumendas, ut impoſtor quidam, pœnas, Romam amandaretur. Quamobrem factum eſt, ipſo in itinere conſtituto, ut Antiochena Eccleſia ex inſperato pacem ſit conſecuta. Quod ſane idem ipſe teſtatur Ignatius, ſcribens, dum eſſet in via, ad ipſos Antiochenos (*d*) his verbis: *Levia minuſque gravia vincula mea Dominus fecit, ubi didiciſſem vos pacem habere, & in omni concordia & corporali & ſpirituali degere:* & ad Philadelphios (*e*): *Per orationem veſtram, & viſcera quæ habetis in Domino Jeſu, nuntiatum eſt mihi, pacem habere Eccleſiam Antiochenam, quæ eſt in Syria:* & ad Smyrnenſes: *Precationes veſtræ* (inquit) *appropinquarunt ad Eccleſiam Antiochenam, & pacem habet. Unde vinctus omnes ſaluto: qui non ſum dignus, cum extremus eorum ſim qui ibi ſunt.* Hæc ipſe, & alia hujuſmodi. Ex quibus ſane, quam florens eſſet tunc Eccleſia Antiochena; adeo ut ſub tali admonitore, qui in ea erant Chriſtianæ fidei profeſſores, præſtantiſſimi eſſent; aperte ſatis demonſtrat: ac etiam ex iis quæ ſcribit ad Epheſios, inquiens: *Orate pro Eccleſia Antiochena, quæ eſt in Syria, unde vinctus Romam abducor, noviſſimus Fidelium eorum qui ibi ſunt.* Sed de ea rurſum inferius, & de pace ejuſdem Eccleſiæ ſcribit ad Polycarpum.

(*d*) *Ignat. epiſt.* 12. (*e*) *Ignat. epiſt.* 9.

VII.

Vinctus porro catenis Ignatius decem militibus traditur cuſtodiendus, qui eum Romam perducerent: delectos autem ad opus non humanitate aliqua viros præditos, qualis fuit Julius ille Centurio, qui Paulum Apoſtolum Romam vinctum perduxit, de quo Lucas (*f*) ait, quod humaniter tractabat Paulum; ſed inhumanos prorſus ac feros fuiſſe, idem ſcribens ad Romanos (*g*) docet his verbis: *A Syria Romam uſque terra marique cum beſtiis depugno, nocte diuque alligatus decem leopardis; quæ eſt militaris cuſtodia, qui* &

(*f*) *Act.* 27. (*g*) *Ignat. epiſt.* 15. Milites cuſtodes Ignatii quales.

vero anno inſequenti, verno tempore, Traianus in Parthos moverit, Actaque S. Ignatii referant, Traiano in Parthos movente, illum Romam perductum eſſe, Ignatii Martyrium quod die vigeſima menſis Decembris, ut mox oſtendetur, contigit, ad annum CXVI. potius referendum. Verum eſt in eodem Malelæ Chronico legi: *Ex Daphne proceſſit Imperator, & per viam Chriſſeam ſive Daphniticam intravit Antiochiam Syriæ coronam capite geſtans ex olivarum ramuſculis contextam menſe Audinæo ſive Januario, die ſeptimo, feria quinta, hora quarta matutina.* Qui Character; inquit Uſſerius in Notis ad Epiſtolas S. Ignatii, ubi locum illum refert, indicat annum CVII. quo dies VII. Januarii in feriam quintam incidit. Sed cum poſt annum centeſimum duodecimum, quo Ignatium paſſum, certum videtur, dies VII. Januarii & feria quinta in toto Traiani Imperio non concurrant, non dubito quin error in numeros irrepſerit. *Joannes Fellus* Epiſcopus Oxonienſis nuper defunctus, Joannis Malelæ Chronicon ex Typographia Sheldoniana edendum ſuſceperat; ſed poſtquam comperit, Auctorem fuiſſe nullius judicii, & librum fabulis ſcatere, noluit eum edendo, tum prælo tum opera ſua abuti: Liber tamen non eſt nihili. Habet quædam præclara, præcipue in ea parte Hiſtoriæ, quæ ad ſua tempora pertingebat. Vixit autem ſub Magno Juſtiniano, & videtur anno ejus XXXV. aut circiter, ſcribere deſiiſſe. Ita clariſſimus Guilielmus Loydius Epiſcopus Aſaphenſis, e Secta Proteſtantium, vir ſolidiſſimi criterii. Chronicon illud adhuc ineditum cum videre non potuerim, ad Loydium ſcripſi, qui non tantum quæ de eo Martyrio in eo habentur, mihi deſcribenda curavit; ſed & mihi ſuam de illo ſententiam indicavit.

IV. „ Suppono, inquit, illud eſſe verum, quod „ tum

& beneficio affecti pejores fiunt. At ego eorum injuriis magis erudior: & ad Tarſenſes (*a*) in eamdem ſententiam: *A Syria Romam uſque cum beſtiis pugno: non quod a beſtiis feris devorer; hæ namque (ut noſtis) Deo volente, pepercerunt Danieli: ſed a feris humanam gerentibus formam, in quibus immitis illa fera cubat, quæ me quotidie pungit & vulnerat. Verum nihili pendo ſupplicia hæc dummodo Chriſtum videam, Salvatorem meum & Deum, qui pro me mortuus eſt.* Hiſce igitur militibus traditus, æſtivo tempore abducitur Antiochia, & menſe Auguſto pervenit Smyrnam, maritimam Joniæ civitatem: terra marique illud confeciſſe iter, citatus nuper locus epiſtolæ ad Romanos indicat.

(*a*) *Ignat. epiſt. 7.*

VIII. Itineris autem comites ſe Ignatio adjunxerunt e Syria Gavia & Agathopus, e Cilicia Philodiaconus; quorum meminit ſcribens ad Philadelphios (*b*), ſic dicens: *De Philone diacono viro a Cilicia teſtimonium habente, qui & mihi in ſermone miniſtrat una cum Gavia, & Agathopode viro electo, qui a Syria me comitatur, vitæ renuntiantes.* Quanta autem charitate Chriſtiani eſſe ſolerent erga vinctos, quod & corruptis pecunia cuſtodibus, una cum eis in carcere pernoctare conſueverant, ſatis abunde dictum eſt primo Annalium tomo, cum egimus de Peregrino. Smyrnam igitur cum perveniſſent, qui ducebant Ignatium, aliquantiſper ibidem conſtiterunt: an ne ut opportunum tempus navigandi expectarent, an vero alia ex cauſa, incertum eſt. Præerat tunc Smyrnenſi Eccleſiæ ſanctiſſimus Polycarpus, qui eum omnibus quibus licuit (ut par eſt credere) officiis proſecutus eſt. S. Joannes (*c*) Chryſoſtomus, de ejuſmodi Ignatii itinere agens, hæc ait: *Civitates quæ erant in via, undique concurrentes, pugilem excipiebant, & cum magno commeatu dimittebant, precibus & legationibus ipſum adjuvantes. Et ipſi non vulgarem conſolationem ex ipſo percipiebant, cernentes martyrem tanta cum alacritate ad mortem currere, utpote qui ad regna cælorum proficiſceretur.*

(*b*) *Ignat. epiſt. 9.*

Ignatius venit Smyrnam.

(*c*) *Chryſ. orat. de tranſlatione S. Ignatii.*

IX. Cum igitur ſanctiſſimi viri fama in toto Oriente omnium celeberrimi vincula Aſiæ Eccleſiæ innotuiſſent; & quæ propinquiores erant, de ejus adventu Smyrnam fuiſſent redditæ certiores; continuo unaquæque ex illis legatos, qui debitæ ſalutationis officia impenderent, ad eum miſit; immo & ipſi illarum Eccleſiarum Epiſcopi una cum aliis eodem functi munere, ad eumdem Smyrnæ agentem quantocyus accurrerunt. Epheſii enim ad eum miſerunt Oneſimum ſuum ipſorum Epiſcopum, una cum aliis: teſtatur id ipſe Ignatius (*d*), ad eos cum ſcribit, his verbis: *Poſtquam itaque numeroſam veſtram multitudinem in Oneſimo, viro numquam ſatis ob charitatem prædicando, veſtro autem Epiſcopo, exceperim*: & paulo poſt: *Crocus autem & Deo & vobis dignus, quem veluti exemplar veſtræ charitatis accepimus, per omnia me recreavit, & illum catenæ meæ non puduit: quo modo & ipſum refrigeret Pater Jeſu Chriſti una cum Oneſimo, Byrrho, Euploe, & Frontone, per quos omnes vos quo ad charitatem vidi*: & in fine: *Utinam meam pro veſtra liceat commutare animam, & pro his quos ad honorem Dei miſiſtis Smyrnam.* Meminit ejuſdem quoque Croci in epiſtola ad Romanos, dicens: *Eſt una mecum*

Epiſcoporum legatio ad Ignatium.

(*d*) *Ignat. epiſt. 14.*

Geſta a Traiano ante martyrium S. Ignatii.

,, tum omnes Veteres docent, tum præſertim
,, Acta martyrii, Ignatium paſſum ſub Traiano
,, Imp. poſt Dacicum bellum confectum; & eo
,, potiſſimum tempore quando ipſe Traianus An-
,, tiochiæ fuit in expeditione adverſus Parthos,
,, ſive Perſas: tunc a Traiano Antiochiæ damna-
,, tum; & poſt aliquamdiu Romæ paſſum fuiſſe.
,, Dacicum bellum a Traiano confectum anno
,, Chriſti CVIII. exiſtimo. Anno autem Chriſti
,, CXII. ad bellum adverſus Parthos gerendum
,, Traianum Roma profectum probavi iis argu-
,, mentis, quibus non video quid poſſit opponi.
,, Cum ea æſtate fuerit Athenis, & inde in A-
,, ſiam profectus ſit, teſte Dione pag. 778. D.
,, cum Phlegonte & Nummis collato, puto ex
,, Aſia moviſſe menſe Octobri, idque Antiochiæ
,, auditum Joanni Malelæ Auctori occaſionem de-
,, diſſe tradendi, Roma profectum Traianum men-
,, ſe Octobri anni XV. Imperii ſui, (repono IE
,, pro IB, ut Malela cum ſeipſo conveniat)
,, dein menſe Decembri (XVI. Imperii) veniſſe
,, Seleuciam; & (CXIII. Chriſti) Januarii die
,, VII. die Veneris Antiochiam veniſſe (hic iti-
,, dem repono ς pro E, die Veneris pro die Jo-
,, vis.) Hæc vera eſſe poſſunt, aut ſaltem ve-
,, roſimilia: ad meam autem de morte S. Igna-
,, tii ſententiam nihil faciunt, nec officiunt. Hoc
,, anno Chriſti CXIII. puto Traianum in hoſti-
,, cum progreſſum, ea, quæ Dio pag. 779. D.
,, narrat, *Samoſatis*, &c. feciſſe, dein anno An-
,, tiocheno CLXII. & XVII. Imperii in Armenia
,, hibernaſſe. Annum noto Antiochenum Male-
,, læ cauſa. Anno Chriſti CXIV. Armeniæ omnia
,, reliqua in ſuam poteſtatem redegiſſe, & *Par-*
,, *thamiſiri* eum adorante IMP. VII. audiiſſe, &
,, ea Provincia conſtituta anno Antiocheno CLXIII.
,, XVIII. Imperii *Edeſſæ* hibernaſſe. Anno Chri-
,, ſti CXV. Meſopotamiam & Adiabenem ſuæ di-
,, tionis feciſſe, IMP. VIII. & VIIII. acclamatum
,, fuiſſe. Demum anno Antiocheno CLXIV. &
,, XIX. Imperii ſui, *Antiochiam* rediiſſe, poſt in-
,, tegrum biennium, & quod excurrit. Ita enim
,, intelligo illa Malelæ verba, quando ait, *bien-*
,, *nio poſt Traiani in Orientem profectionem terræ*
,, *motum contigiſſe*. Antiochia Romanis fuit O-
,, riens: Malelæ autem homini Antiocheno Oriens
,, fuit majoris Aſiæ Provincia.

V. *S. Ignatius anno* CXVI. *martyrium ſubiit.*

,, Terræ motum Malela nos docet contigiſſe
,, die XXIII. Decembris. Dio pag. 782. DE. ait
,, ex eo Traianum ægre evaſiſſe, poſtea mul-
,, tos dies urbis reliqua trepidaſſe, Traianum
,, interea ſub dio in Circo ſe tenuiſſe. Quid
,, agentem putemus? Victor in Epitome nos do-
,, cebit: *Terræ motus gravis, atroxque peſtilen-*
tia,

cum cum aliis multis, exoptatiſſimum mihi nomen, Crocus. Tralliani quoque id ipſum præſtiterunt per Epiſcopum ſuum Polybium, de quo idem Ignatius (*a*) ad eoſdem ſcribens, ait: *Inculpatam ſine omni ſimulatione mentem in patientia cognovi habere vos, non perfunctorie ea utentes, ſed ſolide poſſidentes, quemadmodum ſignificavit nobis Epiſcopus veſter Polybius, qui Smyrnæ adfuit per voluntatem Dei Patris, & Domini Jeſu Chriſti Filii ejus, & cooperante Spiritu, ut univerſam multitudinem veſtram in eo contemplatus ſim.* E Magneſia quoque civitate Joniæ ad Mæandrum fluvium Demas Epiſcopus una cum presbyteris & diaconis adfuit; de quibus idem ad ipſos ſcribens (*b*): *Dignus*, inquit, *fui videre vos per Demam Epiſcopum veſtrum Deo dignum, & Deo dignos presbyteros Baſſum & Apollonium & contubernalem meum Sotionem diaconum.*

(*a*) Ignat. epiſt. 5.

(*b*) Ignat. epiſt. 6.

X. Ignatius ſcribit ad diverſas Eccleſias.

Dum igitur Smyrnæ ageret S. Ignatius, ea bene uſus eſt mora; ad eaſdem Eccleſias, a quibus honeſtiſſimas legationes acceperat, litteras ſcribens; eaſdemque ad pietatem retinendam, Eccleſiaſticamque diſciplinam conſervandam, vehementer impulit. Smyrna enim inſignem illam epiſtolam, ad Epheſios dedit, & ad Trallianos huic non imparem, necnon ad Magneſianos aliam, ut ex iiſdem apparet. Nam ad Epheſios: *Utinam*, inquit, *meam pro veſtra liceat commutare animam, & pro his quos ad honorem Dei miſiſtis Smyrnam unde hæc & ſcribo:* & ad Trallianos: *Saluto vos e Smyrna, una cum Eccleſiis Dei, quæ mecum ſunt: quarum præfecti prorſus refocillaverunt me & carne, & ſpiritu:* & prope finem: *Salutat vos charitas Smyrnæorum & Epheſiorum:* & ad Magneſianos: *Salutant vos Epheſii & Smyrna, unde hæc ſcribo.* Sed cum Epheſiorum meminit, haud dubium illos intelligere, quos Epheſo legatos venientes Smyrnæ ſuſceperat. Sed & cum comperiſſet Chriſtianos quoſdam Epheſios Romam recta venturos, eiſdem ad Romanos celeberrimam omnium dedit epiſtolam, ut ipſe ad finem ejuſdem teſtatur, ſic dicens: *Scribo autem vobis hæc a Smyrna per Epheſios merito beatiſſimos:* ac demum quota die ſcripſerit, docet his verbis: *Scripſi vobis hæc ante nonum Kalendas Septembris.*

XI. Ignatii magnanimitas & humilitas.

Dignum equidem eſſet, ut omnes ſanctiſſimi viri catena martyrii nobilitatæ epiſtolæ hic pariter velut nobiliſſima quædam intexerentur emblemata: ſed cum illæ in omnium manibus verſentur, haud placuit eis legendis remorari lectorem. Sed ex ipſis ſaltem perpauca quædam, quæ tum ſublimis illius animi ſubmiſſionem, qua, licet omnium Præſes, ſe cunctis ſubjicit; tum e contra ejuſdem ſubmiſſi animi ſublimitatem, qua, licet vinctus, ſuper omnes deſiderio martyrii ſubeundi ſe fortiſſime erigit; adeo ut mira quadam connexione ſummis ima conjungat: nequaquam prætermiſiſſe voluimus, quæ lectoris animum admiratione ac delectatione ſimul afficiant. Quam enim humiliter de ſe ſentiret, oſtendit hæc ad Trallianos ſcribens: *Vinctus ſum*, inquit, *propter Chriſtum; ſed necdum Chriſto ſum dignus: ſi vero conſummatus fuero, fortaſſe dignus ero:* & ad Magneſianos: *Tametſi vinctus ſum, comparandus tamen uni veſtrum ſolutorum non ſum.* Rurſus ad Romanos, cum de paſtoribus agit: *Me in-*

„ *tia, fameſque & incendia facta ſunt, quibus* „ *omnibus Traianus per exquiſita remedia opitulatus eſt.* Proculdubio ea ſedulo procuravit, „ quibus ira Deum maxime avertenda fuit. In „ quibus nihil antiquius habuerunt Dæmonia „ quam Chriſtianorum excidium, quibus omnes publicas calamitates deberi perſuaſerant „ cultoribus ſuis. Hoc de omnibus ejuſmodi caſibus oſtendit S. Cyprianus in libro ad Demetrianum. Hoc præcipue de terræ motu Dodwellus meus Diſſert. Cyprianica XI §. XXXIV. „ Eo magis veroſimilia exiſtimo, quæ habet Joannes Malela de S. Ignatii martyrio quod evenit hoc tempore, & hac occaſione. Vix „ fieri potuit, quin ob hanc cauſam Epiſcopus „ Chriſtianorum, quiſquis ille fuiſſet, ab Ethnicis Traiano ſiſteretur. Unde ab eo interrogatum & faſſum oportuit puniri, ſecundum ſua „ reſcripta (Plinius lib. 10. epiſt. 98.) Hero „ autem S. Ignatii ſucceſſor viginti annis Cathedram tenuit, & diu Traiano ſuperſtes fuit. „ Non igitur tunc temporis (auſim dicere) Hero Epiſcopus fuit, ſed ipſe S. Ignatius. Hoc „ rationi eſt maxime conſentaneum, & hoc diſerte aſſerit Joannes Malela; cui certe idem „ Auctor, qui annum terræ motus recte tradidit, æque recte Ignatii martyrium tradere „ potuit. Neque tamen confeſtim S. Ignatius „ martyrium perpeſſus eſt, ſed poſtquam Traiano illi pravam ſuperſtitionem objicienti, ille „ viciſſim idololatriam increpuiſſet, (quod indicat Malela) tunc ab eo damnatus, & poſtea perſeverans, ductus eſt, primum Seleuciam una cum Rufo & Zoſimo; dein mari aperto Smyrnam navigavit. Ibi aliquando detentus (& forſan juſſu Traiani) ad ejus conſtantiam frangendam, quod ait diſerte Chryſoſtomus Orat. ad Antiochen. tom. 5. pag. 502. „ edit. Savil. Ibi certe die XXIV. Auguſti ad „ Romanos Epiſtolam dedit. Inde Troadem, illinc Neapolim, &c. Demum, ut nos Acta „ docent, Romam delatus, ibi martyrium complevit, in Sigillaribus, videlicet XIII. Kalend. „ Januarias anni Chriſti CXVI.

VI. *Quo anno S. Symeon Cleopæ martyrium paſſus ſit.*

„ Hoc eodem anno etiam S. Symeonem Cleopæ, Hieroſolymorum Epiſcopum, paſſum oſtendit Dodwellus meus Diſſert. Cypr. XI. „ §. XXI. Rationes, quas profert, meis ſunt „ ſatis conſentaneæ. Ille ait, S. Symeonem ob „ motum Judaicum accuſatum, idque potius „ quod ex ſtirpe Davidica; quam quod eſſet „ Chriſtianus. Mihi videtur veroſimile motum „ illum Judaicum hinc originem traxiſſe, quod „ terræ motus, &c. procurarentur eorum ſanguine æque ac Chriſtianorum. Noſtram quippe Religionem iis temporibus pro Judaiſmo a Gen-

Baron. n. 1.

inquit, *pudet de illorum numero dici: non enim dignus ſum, cum noviſſimus eorum ſim, & abortivum quidpiam.* Et ad Epheſios: *Non præcipio vobis, quaſi ſim aliquid: quamvis vinctus ſum propter nomen ejus: necdum tamen perfectus ſum in Chriſto Jeſu: nunc incipio diſcipulus eſſe, & alloquor vos ut conſervus:* & in fine: *Romam vinctus abducor, noviſſimus Fidelium eorum qui ibi ſunt, qui ad honorem Dei has geſtare catenas dignus habitus ſum:* Ibidem hæc de ſuorum gloria vinculorum: *Hic enim ſpes mea, hic mea gloriatio, hic meæ indeficientes divitiæ, in quo a Syria Romam uſque hæc vincula circumfero, ſpirituales margaritas, in quibus contingat mihi conſummari precibus veſtris:* ſed & ſuperius ad eoſdem: *Audiſtis me vinctum a Syria abduci, idque pro Chriſto communi ſpe noſtra, confiſum veſtris precibus me conſecuturum, ut Romæ adverſus beſtias pugnem, quo per martyrium diſcipulus eſſe poſſim illius, qui pro nobis ſe ipſum obtulit Deo Patri.*

XII. Flagrans martyrii deſiderium.

At in ea quæ ad Romanos, hæc de martyrii, quo totus flagrabat, ardentiſſimo deſiderio: *Ego omnibus Eccleſiis ſcribo quod voluntarius morior, ſi modo vos non prohibueritis. Obſecro vos, ne intempeſtiva benevolentia me complectamini. Sinite me ferarum eſcam fieri, per quas licebit Deum adipiſci. Frumentum ſum Dei: dentibus ferarum molar, ut mundus Dei panis inveniar:* recitantur hæc ultima verba Ignatii ab Irenæo libro quinto adverſus hæreſes, dicente: *Quidam de noſtris dixit propter martyrium Dei adjudicatus ab beſtias. Quoniam frumentum ſum Chriſti, & per dentes beſtiarum molar, ut panis mundus Dei inveniar.* Sed & poſt multa hæc Ignatius ſubdit: *Fruar beſtiis mihi paratis, quas opto truculentiores mihi inveniri; quas & blanditiis demulcebo, ut crudelius me devorent; non ut quoſdam metuentes non attigerunt. Et illæ ſi ſponte nolint, ego illas vi adigam. Ignoſcite mihi: quid mihi utile ſit, ego novi. Nunc incipio diſcipulus Chriſti eſſe, cum nihil expetam aut viſibilium aut inviſibilium, ut Jeſum Chriſtum aſſequar. Ignes, cruces, ferarum concurſus, ſectiones, laniena, oſſium diſcerptiones, membrorum conciſiones, totius corporis ſolutio, diaboli tormenta in me veniant: tantummodo ut Chriſtum nanciſcar. Nihil me juvabunt fines mundi, nec regna hujus ſæculi. Melius eſt mihi emori propter Jeſum Chriſtum, quam imperare finibus terræ.* Habet alia plura id genus Ignatius in epiſtola ad Tarſenſes: ſed de ea ſuo loco inferius. At de his hactenus.

XIII. Ignatii de Romana Eccleſia præconia.

Quibus autem titulis atque præconiis, ad Romanos ſcribens, ipſam Romanam Eccleſiam exornet, dicere non prætermittam. Ipſo enim ejus exordio hæc habet: *Ignatius, qui & Theophorus, miſericordiæ conſecutæ in magnificentia altiſſimi Dei Patris, & Jeſu Chriſti unigeniti ejus Filii, Eccleſiæ ſanctificatæ & illuminatæ, per voluntatem Dei operantis omnia, quæ pertinent ad fidem & charitatem Jeſu Chriſti, Dei & Salvatoris noſtri, quæ præſidet in loco Romanæ regionis, Deo digna, decentiſſima, beatificanda, laudanda, digna qua quis potiatur, caſtiſſima, & eximiæ charitatis Chriſti & Patris nomen ferens, Spirituque plena, quam & ſaluto in nomine Patris omnipotentis, &c.* Hæc igitur non oportuit prætermiſiſſe, ut cum ſcriptorum inopia res Romanæ Eccleſiæ hujus temporis ſubobſcuræ remanſerint, eam florentiſſimam fuiſſe, ex ea Ignatii ad ipſam data epiſtola facile intelligi poſſit.

XIV. Ignatius ducitur Troadem.

Smyrna tandem abductus S. Ignatius, Troadem delatus eſt: ubi & aliquantiſper permiſſus agere, alias ad diverſos ſcripſit epiſtolas; tunc enim Eccleſiæ Philadelphiæ Epiſcopus (ut alii fecerant Smyrnæ) Ignatium Troade convenit: quod ad eos ſcribens teſtatur, ſic dicens (a): *Conſpecto Epiſcopo veſtro, cognovi quod non a ſe ipſo neque per homines ad dignitatem evectus eſt, &c.* Quod autem Troade

(a) *Ignat. epiſt. 9.*

„ a Gentibus habitam fuiſſe, tum ex Dione in „ Domitiano & in Nerva, tum aliunde con„ ſtat. De tempore ſatis patere videtur, quod S. „ Symeon, aiente Hegeſippo apud Euſeb. lib. 3. „ cap. 32. *coram Traiano Cæſare & Attico Con„ ſulari fidem Chriſti conſtanter profeſſus ſit.* „ Hunc Atticum Syriæ Legatum, Conſularem „ fuiſſe non dubito. Græca autem S. Ignatii Acta „ ejuſdem Attici meminerunt (quidni Conſula„ ris?) & Urbani & Marcelli (forte Conſulum „ ſuffectorum. Non abſonum eſt Conſulatum „ ſuffectum Roma abſentes geſſiſſe. Hi ſane An„ tiochenis notiores fuiſſe videntur, quam anni „ Chriſti CXVI. novi Conſules ordinarii.) An„ no CXVI. hæc geſta fuiſſe oſtendit, quod *co„ ram Traiano*, qui antea ſemel tantum fuit An„ tiochiæ, & nunc primum hoc ex terræ mo„ tu irritamentum habuit adverſus Chriſtianos. „ S. Symeonem autem ſenem CXX. annorum, „ quod minus idoneus eſſet qui Romam mitte„ retur, non abſimile eſt, Antiochiæ paſſum. „ Sin autem paſſus fuerit Aprilis XXVII. quem „ ejus Natalem habent Græci in Menæis ſuis, „ eadem tempeſtate Traianum in hoſticum diſ„ ceſſiſſe, ideoque tunc temporis hunc occiſum, „ & S. Ignatium Antiochia Seleuciam miſſum „ fuiſſe crediderim. Hæc eruditiſſimus Loydius, quibus in utroque martyrio nihil veroſimilius afferri poteſt. Illud certum, Ignatium poſt annum Chriſti CXII. ac poſt inchoatum a Traiano bellum Parthicum, morte affectum eſſe, & quidem die XX. Decembris, ut non tantum ad eum diem habent Menæa, ſed etiam Acta Græca martyrii ejus. Denique Marianus Scotus in Chronico anno penultimo Traiani, Ignatium Antiochenum Romæ paſſum ſcribit, quamquam ſub Traiano VI. & Africano Coſſ. id eſt, anno Chriſti CXII. jam eum Romam ductum, & beſtiis traditum ſcripſiſſet.

de ad eos ſcripſerit, ipſe in fine epiſtolæ declarat his verbis: *Salutat vos charitas fratrum, qui ſunt in Troade, unde hæc ſcribo vobis per Burgum, qui miſſus eſt ab Epheſiis & Smyrnenſibus honoris cauſa.* Admiratione equidem digna res eſt, hominem vinctum, ferali militum cuſtodia ſeptum, ad beſtias damnatum, vel Romæ damnandum, perinde ac ſi non ad pœnas, ſed ad triumphum duceretur, omnium Eccleſiarum per quas tranſiret, & quæ de illo audiſſent, omnibus omnium acceptum officiis & honoribus cumulatum. Quæ quidem, ut ſibi liceret in ſanctiſſimum virum conferre, quemque ipſorum a truculentis militibus ejus cuſtodibus ingenti redemiſſe pecunia (ut ab aliis fieri ſolitum eſſe, alibi diximus) certiſſimum exiſtimamus: haſque moras in diverſis locis vario prætextu dilatas, avarorum cuſtodum fuiſſe nundinas, in quibus tali occaſione corraderent quantas vellent pecunias: cum tamen (ut idem ait S. Ignatius *a*) beneficiis affecti, redderentur crudeliores; nimirum ut eo carius id venderent, quo nulli parcentes impenſæ Chriſtianos auctione ejuſmodi pietatis officia libenter redimere intelligerent. Sed redeamus ad Ignatium.

(*a*) *Ignat. epiſt.* 5.

XV. Scribit ad Smyrnenſes.

Troade cum adhuc eſſet, eidem nuncio, Burgo ſcilicet, dedit litteras ad Smyrnenſes: nam in fine ipſarum (*b*): *Salutat vos*, inquit, *charitas fratrum veſtrorum, quæ eſt Troade, unde & ſcribo vobis per Burgum, quem miſiſtis mecum una cum Epheſiis confratribus veſtris.* Scripſit tunc & ad Polycarpum ipſorum Epiſcopum; ſcripſiſſet quoque ad reliquas Aſiæ Eccleſias; ſed juſſus ex improviſo navem conſcendere, quod conceperat animo, perficere minus potuit; nam in ea ad Polycarpum data epiſtola hæc (*c*) ait: *Quoniam vero omnibus Eccleſiis ſcribere nequivi, quod repente juſſus ſum a Troade navigare Neapolim, ſcribens Eccleſiis anteriori loco poſitis, &c.* Hæc ad Polycarpum ſcribit, cum commendavit ei Eccleſiam Antiochenam.

(*b*) *Ignat. epiſt.* 10.

(*c*) *Ignat. epiſt.* 11.

XVI. Ignatius Philippos perducitur.

Sic igitur navi impoſitus vinctus Ignatius Neapolim, primam quæ ad mare ſita occurrit in Macedonia civitatem, tum Philippos inde perducitur: ubi cum eſſet, nihil antiquius habuit, quam ut ad ſuos Antiochenos ſcriberet: nam in fine ejus epiſtolæ hæc ait (*d*): *Salutant vos Philo & Agathopus diaconi, qui una me comitati ſunt. Salutate invicem in oſculo ſancto. Hæc a Philippis ſcribo vobis.* Inde etiam tunc ſcripſit ad Heronem ejuſdem Eccleſiæ Antiochenæ diaconum virtute clariſſimum, ad quem in fine (*e*): *Salutant te Epiſcopi, Oneſimus, Bitus, Demas, Polybius, & omnes qui ſunt Philippis in Chriſto, unde & hæc vobis ſcripſi.* Et poſt pauca, futura vaticinatur, fore nimirum, ut ſibi in Eccleſia Antiochena ſuccederet: nam ait: *Credo enim in Patrem Domini Jeſu Chriſti, & in unigenitum ejus Filium, quod oſtendit mihi Deus, Heronem ſuper thronum meum.* Et poſt nonnulla: *Saluta populum Domini nominatim a parvo uſque ad magnum; quos commendo tibi, ut Moyſes ipſi Joſue duci exercitus. Nec grave tibi videatur aut inſolens, quod a nobis dictum eſt: etſi enim non ſumus tales, quales illi, verum optamus tales fieri, quandoquidem & Abrahæ filii ſumus. Eſto itaque robuſtus, o Hero: virili & heroico animo eſto: Tu enim introduces, & educes poſthac populum Domini, qui eſt Antiochiæ: & non erit grex Domini velut oves quibus non eſt paſtor.* Hæc de Herone futuro ſucceſſore ſe divino ſpiritu prænoviſſe, ſcribens ad ipſos Antiochenos, teſtatus eſt, tacito tamen ipſius nomine, cum ait: *Saluto ſanctos diaconos, & optabile illud nomen ejus, quem video in ſpiritu locum meum tenere, ubi Chriſtum nactus fuero, pro cujus anima meam libenter commutavero.*

(*d*) *Ignat. epiſt.* 12.

(*e*) *Idem epiſt.* 13.

XVII. Ignatius ſcribit ad Tarſenſes.

Philippis etiam ſcripſit ad Tarſenſem Eccleſiam: quod ipſe in fine datæ ad ipſam epiſtolæ his verbis ſignificat (*f*), *Salutant vos Eccleſiæ Philippenſium, unde & ſcribo hæc.* At in ejus exordio, quam ardenti eſſet animo ad ſubeundum mortis ſupplicium, demonſtrat, cum ait: *Verum nihili pendo ſupplicia hæc, neque tanti facio vitam meam, ut eam plus amem quam Dominum: quare paratum me offero igni, ferris, gladiis, cruci, dummodo Chriſtum videam Salvatorem meum, qui propter me mortuus eſt. Obſecro vos ego vinctus Jeſu Chriſti, qui terra marique exagitor, ſtate in fide.* Poſt hæc autem Philippis recedens, per Macedoniam terreſtri itinere Dalmatiam verſus a cuſtodia militari perducitur: cum ad Philippenſes, quos reliquerat, dedit epiſtolam; nam in ejus exordio ait (*g*): *Memor charitatis veſtræ, & propenſi in Chriſto erga nos animi, quæ declaraſtis, decere exiſtimabam, ut ſcriberem ad charitatem veſtram, &c.* Sic igitur noviſſima hæc omnium Ignatii epiſtolarum fuiſſe videtur.

(*f*) *Ignat. epiſt.* 7.

Et ad Philippenſes.

(*g*) *Ignat. epiſt.* 8.

XVIII.

Porro ut omnes tunc in via ſcriptæ ab Ignatio epiſtolæ ad diverſas Eccleſias atque

VII. *Epiſtolæ S. Ignatii.*

A num. XVIII. ad XXXV. Epiſtolæ S. Ignatii Martyris noſtro ſeculo in magnam controverſiam vocatæ. Et quidem ex Proteſtantibus Salmaſius, Blondellus & Dallæus eas omnes adulterinas eſſe contendunt; Uſſerius vero, Pearſonius hoc anno MDCLXXXVI. demortuus, ac Iſaacus Voſſius pro iiſdem pugnant, & pleraſque ex iis ſinceras eſſe docent. Ait enim Pearſonius in

Polycarpus colligit epiſtolas Ignatii.

que perſonas in unum colligerentur, atque integræ ſervarentur, opus fuit ſanctiſſimi Polycarpi Smyrnenſium Epiſcopi: nam ex his quæ ipſe ſcripſit hoc eodem tempore poſt diſceſſionem S. Ignatii e Macedonia, ad Philippenſes, id facile poteſt intelligi; ait enim: *Epiſtolas ſane Ignatii, quæ tranſmiſſæ ſunt vobis, habeo; & alias quantaſcumque apud nos habuimus, tranſmiſimus vobis, ſecundum quod mandaſtis, quæ ſunt huic ſubjectæ epiſtolæ: ex omnibus enim vobis magnus erit profectus: continent enim fidem, patientiam, & omnem ædificationem ad Dominum noſtrum pertinentem.* Hucuſque Polycarpus de ſcriptis ab Ignatio epiſtolis. Sed pergit: *Et de ipſo S. Ignatio, & de ipſis qui cum eo ſunt, quod certius agnoveritis, ſignificate.* His enim ſatis perſpicue declarat, haud multos poſt dies a diſceſſione Ignatii Philippis, a ſe ſcriptam eſſe epiſtolam ad Philippenſes, cujus meminit Euſebius (*a*) & ne de ea, quænam fuerit, dubitare quis poſſit, recitans duo fragmenta, eam ipſam eſſe quam nos citavimus, perſpicue demonſtrat. Eamdem in Aſiæ Eccleſia legi ſolitam, S. Hieronymus tradit (*b*).

(*a*) *Euſeb. hiſtor. lib. 5. c. 30.*
(*b*) *Hier. de Script. Eccleſ. in Polycarpo.*

XIX.
Numerus & Fides Epiſtolarum Ignatii.

Ceterum, quod ad Ignatii epiſtolas pertinet, de illis agens Euſebius, illarum tantum meminit, quæ datæ ſunt Smyrnæ primum, ac deinde Troade: ſic & Hieronymus eaſdem recenſet, omnes numero ſeptem, videlicet ad Epheſios, ad Magneſianos, ad Trallenſes, ad Romanos, poſtea quæ datæ ſunt Troade ad Philadelphios, ad Smyrnenſes, & Polycarpum; omnes ſcilicet, quas priuſquam ex Aſia proficiſceretur, conſcripſit. Quæ autem ab eo ſunt ſcriptæ Philippis in Macedonia, ad Antiochenos, & ad Heronem ejus Eccleſiæ diaconum, quæve ad Tarſenſes, eos prætiriiſſe videntur, ſicut & quæ noviſſime ſcripta ab eo fuit ad Philippenſes; quas Ignatii eſſe germanas, eaſdemque ſinceriſſimas, nemo jure poterit dubitare: ſicut & quæ data eſt ad Mariam Caſſobolitem, de qua ſuperius actum eſt; de quarum fide parum eſt ut citem vetuſtiſſimos Græcos codices, qui non in Urbe tantum in diverſis bibliothecis habentur, ſed & aliis ubique locorum; vel Photium in teſtem adducam: quandoquidem judicio omnium eruditorum, ſtylo, charactere, aliiſque compluribus notis verborum, ſententiarum, ac rerum, ex ſeptem illis omnium auctoritate probatis epiſtolis certam ſibi vendicant fidem; adeo ut nulla manifeſtior vel vehementior de earum integritate poſſit afferri probatio, quam ex reliquis epiſtolis ejuſdem Ignatii, conteſſeratione & connexione quadam ſibi invicem omnibus cohærentibus: ut nulla prorſus de impoſtura poſſit oriri ſuſpicio. Quod igitur ſeptem illæ ſeorſum poſitæ haberentur; fuit illa prima collectio facta a Polycarpo: qui (ſecundum Euſebii lectionem, eamdemque legitimam, & antiquioribus Græcis codicibus magis conſentientem) non tantum ad ſe miſſas, ſed & alias in unum collegit, quæ ad Aſiæ nominatas Eccleſias ſcriptæ fuiſſent, quas (ut teſtatur) miſit ad Philippenſes. Hi vero, iis a Polycarpo acceptis, quatuor alias volumini addiderunt, tres nimirum Philippis apud ſe datas, ad Antiochenos, ad Tarſenſes, & ad Heronem diaconum, quarum exempla apud ſe remanſiſſent; quartam vero ad ſeipſos poſt receſſum Philippis ab eodem Ignatio ſcriptam: hancque ipſam poſteriorem collectionem Philippenſium non Græcis tantum, ſed & Latinis poſtea innotuiſſe conſtat.

XX.
Magni ponderis Ignatii Epiſtolæ.

Magna quidem in primis Dei providentia factum eſt, ut numeratæ omnes epiſtolæ ab Ignatio ſcriberentur: ſed & admirando plane divino conſilio procuratum; ut inter tot tantaque naufragia ſcripturarum, eædem ad noſtram ætatem incorruptæ atque integræ ſervarentur. In illis quippe ejus temporis Orientalis Eccleſiæ facies propemodum viva redditur: atque adeo, ut non tantum res tunc geſtæ, ſed & Eccleſiaſtica diſciplina, & mores, & Apoſtolicæ ipſæ traditiones Apoſtolicarum Eccleſiarum, velut in tabula quadam eruditæ manus penicillo habeantur expreſſæ. Quæ enim Petrus & Paulus docuerant Antiochenos, quæ iidem atque Joannes tradiderant Aſiæ Eccleſiis, quas ad pietatem inſtituerant; quæ eædem Eccleſiæ tradita ſuſceperant atque ſervarant; hæc eadem ſuis epiſtolis Ignatius memorans & inculcans, illis cuſtodienda præſcribit.

XXI.

Certum quidem eſſe, & per omnia exploratum haberi debet, ea ſua prædicatione Apoſtolos alumnas Eccleſias docuiſſe,

in Vindiciis Epiſtolarum S. Ignatii, ingens diſcrimen verſari inter tres Latinas, & duodecim Græcas; ac illas, quarum una ad B. Mariam, duæ aliæ ad S. Joannem Apoſtolum, ſuppoſititias eſſe, tum quod Græcis omnibus fuerint incognitæ, neque Græciſmum omnino redoleant; tum quod in vetuſtiſſimis vulgatæ verſionis Mſſ. Codicibus non inveniantur. Addit Pearſonius, ne ipſas quidem Græcas duodecim, quas Baronius amplectitur, & incorruptas exiſtimat, parem ſibi auctoritatem vindicare, ac recte poſitam diſtinctionem inter ſeptem Epiſtolas ab Euſebio in ſua Hiſtoria memoratas, & antiquiſſimis Patribus frequenter laudatas, ac quinque alias, quæ nonniſi poſt aliquot ſecula in lucem prodiere, atque ideo jure vel in dubium vocantur, vel etiam plane rejiciuntur: idque non tantum, quia veriſimile non eſt, Euſebium, ſi ejus ævo extitiſſent, latere potuiſſe; ſed etiam quia vel ob modum loquendi ab Euſebianis multum diſcrepan-

cuiſſe, quæ his temporibus ipſæ ſervaſſe reperiuntur; quæ & Ignatius ne præterirent admonuit; nam & Euſebius (*a*) ait, nihil aliud conatum eſſe Ignatium ſuis epiſtolis, niſi ut Apoſtolicas traditiones illis conſignatas relinqueret; ait enim: *Deinde hortatus eſt, ut Apoſtolorum traditioni mordicus inhæreſcerent: quam quidem aſſeveranter teſtificatus, quo tutius poſteritati ſervaretur, neceſſario ſcriptis mandandam exiſtimavit*. Hæc Euſebius. Quæ igitur ipſi Apoſtoli, vel Apoſtolorum diſcipuli docuerunt Eccleſias; illa eſſe germana atque legitima, ab omnibuſque ſervanda, nemo jure poterit dubitare. Quamobrem ejuſmodi fortiſſimo argumentandi genere adverſus hæreticos uſus eſt Tertullianus (*b*), dum eos provocans ad Eccleſias Apoſtolicas, id ratum firmumque eſſe habendum oſtendit quod Eccleſiæ ab Apoſtolis inſtitutæ ſervarent: ſed eo fortius atque validius redditur argumentum quo a propinquioribus Apoſtolorum temporibus petuntur exempla. Cum igitur uſque ad Traiani tempora omnium teſtimonio vixiſſe noſcantur Apoſtoli; cujus anno tertio (ut vidimus) Joannes Evangeliſta eas, ad quas Ignatius ſcribit, curavit Eccleſias: neceſſe eſt, ut pariter dicamus, quæ ab illis ſervari laudat Ignatius, & quæ ut retineant atque cuſtodiant idem admonuit, eadem eſſe Apoſtolicam traditionem, ac proinde Catholicam diſciplinam. Sed age jam, quod pertinet ad res geſtas: qui eſſet ſtatus Eccleſiæ Orientalis hujus temporis, videamus: ac deinde quæ in ea vigerent inſtituta, omnia compendio perſtringentes addamus.

(*a*) Euſeb. hiſtor. lib. 3. c. 30.

Apoſtolicæ traditiones litteris Ignatii conſignatæ.

(*b*) Tert. de præſcr. c. 36.

XXII. Quinam Hæretici tempore Ignatii.

Præter illam, de qua diximus, quæ foris erat Eccleſiæ perſecutio, Imperatoris arbitrio in orbe Romano (ut vidimus) graſſans, qua & Ignatius Antiochia Romam vinctus abducebatur, vexabat quoque haud mediocriter eamdem Dei Eccleſiam perfidia hæreticorum: quos cavendos, in ſingulis ad diverſos datis epiſtolis idem Ignatius vehementer admonuit. At de his eo ordine, quo ſcriptæ & a nobis ſunt recenſitæ, ex ejus agamus epiſtolis. Ad Epheſios ſcribens: *Nonnulli*, inquit, *improbiſſimi ſolent dolo malo nomen quidem circumferre, ſed patrant quædam indigna Deo, & ſentiunt ea quæ pugnant cum Dei doctrina, in exitium proprium, & eorum qui illis credunt: quos oportet vos, ut feras, evitare:* & poſt multa: *Novi nonnullos per vos tranſeuntes habere perverſam doctrinam peregrini & maligni ſpiritus: quibus negaſtis tranſitum ad ſpargendum zizaniam, obturatis auribus, ne reciperetis errorem quem docent*. Hæc de hæreticis vagantibus Ignatius: quos eo quod vitaſſent Epheſii Chriſtiani, ea de cauſa appellat Epheſiorum Eccleſiam puriſſimam & celeberrimam, omnibus laudandam ſæculis. At licet quinam hi fuerint hæretici, non nominet; in ea tamen, quam tunc item ad Trallianos dedit, epiſtola, nominatim recenſet, quos admonet fugiendos; ut Simonis hæreſim habentes, Menandrum, & Baſilidem, & eorumdem ſectatores Nicolaitas, Theodotum, & Cleobolum, de quibus ſuperius: *Sunt enim*, inquit, *nonnulli vaniloqui & seductores, non Chriſtiani, ſed Criſtempori, Chriſti lucriones, quique ex nomine Chriſti quæſtum faciant, fraude circumferentes illius nomen, & adulterantes verbum Evangelii*, &c.

XXIII. Cerinthum vitandum admonet.

Quænam autem fuerint horum hæreſes, ſuperius, cum de eorum origine tomo primo Annalium egimus, dictum eſt. Ad Magneſianos vero ſcribens: *Non patiamini*, inquit, *vos ſeduci aliis opinionibus nec fabulis, nec genealogiis numquam finiendis: nec faſtui Judæorum attendatis*, &c. pluribus enim monet cavere eos, qui una cum Evangelio Legem quoque dicerent eſſe ſervandam: hæc Cerinthum, & alios docuiſſe, ſuo loco diximus. In ea item quam ſcripſit Troade ad Philadelphenos (ſic eos vocat Plinius) non tantum monianos & Nicolaitas ut vitent, admonet, ſed & Ebionem hæreſiarcham cavendum inculcat.

XXIV. Traditio ſine ſcripto.

Inſuper & quorumdam taxat improbam aſſertionem, dicentium, nihil penitus eſſe credendum, niſi quæ deſcripta haberentur in Evangelio poſito in archivis: in quos hæc ipſe: *Audivi quoſdam dicentes: Niſi Evangelium invenero in archivis, non credo. Talibus ego dico, quod Jeſus mihi pro archivis eſt:* & paulo poſt: *Nec enim Spiritui debent archiva præferri. Durum eſt contra ſtimulum calcitrare: durum eſt Chriſto nolle credere: durum eſt prædicationem Apoſtolorum rejicere*. Hæc Ignatius; quibus plane inſinuat, fidem Catholicam ea etiam quæ ſine ſcripto traderentur, debere complecti, ac proinde traditionibus contineri. Ad Smyrnenſes inde ſcribens, eos in primis cavendos monet hæreticos, qui Chriſti incarnationis

pantes apparent; vel ob materiam doctrinæ, inſtitutis & moribus poſterioris Eccleſiæ magis conſonæ, & Ignatianis Euſebio memoratis ſola imitatione, eaque nimis affectata, ſimiles. Ait denique Pearſonius, etiam illas ſeptem antiquiſſimas & maxime genuinas Epiſtolas, in editione Græca tunc temporis vulgata interpolatas & corruptas fuiſſe; quod planum faciunt, cum loca a veteribus Patribus adducta, quæ in ea editione aut non comparent, aut non recte repræſentantur, tum etiam alia non pauca, quæ neque antiquitati, neque ſententiæ S. Ignatii congruunt, neque tenori Epiſtolarum ſatis convenienter inſeruntur. Diligentia incredibili quæcumque ad Græcas

œconomiam ſubverterent. Ac demum in ea quam ſcripſit ad Philippenſes, in his fere totus eſt, ut eos vitent hæreticos, qui Chriſti crucem negabant: qui, inquam, dicerent Chriſtum nequaquam fuiſſe crucifixum, niſi per imaginem quamdam. Qui hæc ſentirent poſt Simonem magum, alias diximus. Has igitur his temporibus vagantes hæreſes cum in nuper citatis epiſtolis cavendas admoneret: ſimul & adverſus venena antidotum parans, quid pure atque ſincere in Catholica Eccleſia credendum eſſet, edocuit; teſtatamque locupletiſſime in omnibus Apoſtolicam fidem, eamdemque Catholicam, poſteris tradidit.

XXV. Ignatii Epiſtolæ promptuarium traditionum.

Sed & de iis quæ ſpectant ad Eccleſiæ ritus, mores, traditiones, & diſciplinam, quæ illi ab Apoſtolis, qui eos ad pietatem inſtituerant, accepiſſent; dum ut ea omnia ſervent atque cuſtodiant, ad eoſdem ſcribens, vehementer inculcat; quænam illa fuerint, certo certius, eadem ſæpius repetendo, ſignificat, ut in primis de conventu Eccleſiaſtico, ipſa ſacra ſynaxi, atque uſu divinorum ſacramentorum. Ecce tibi ad Epheſios ſcribens, de conventu Eccleſiaſtico, & Euchariſtia in eo exhiberi ſolita: *Omnes*, inquit, *nominatim congregamini*: & infra: *Obedientes Epiſcopo & presbyterio, mente indivulſa frangentes panem unum, quod immortalitatis pharmacum eſt, mortis antidotum, vitam in Deo concilians per Jeſum Chriſtum, medicamentum purgans vitia, & omnia pellens mala*. Sed & ſuperius: *Nemo erret: Niſi quis intra altaris ſepta ſit, privatur pane Dei*. Et ad Magneſianos: *Omnes adorandum in idem loci convenite, ſit una communis precatio, una mens, una ſpes in charitate, & fide inculpata in Chriſtum Jeſum, quo nihil eſt præſtantius. Omnes velut unus quiſpiam ad templum Dei concurrite, velut ad unum altare, ad unum Jeſum Chriſtum ſummum ſacerdotem Dei ingeniti*. Et ad Romanos de Euchariſtia ſic: *Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus hujus vitæ: panem Dei volo, panem cæleſtem, quæ eſt caro Chriſti Filii Dei, qui factus eſt poſterioribus temporibus ex ſemine David & Abrahæ: & potum volo ſanguinem illius, quæ eſt charitas incorruptibilis, & vita æterna*. Hæc ex epiſtolis Smyrnæ datis. Ex illis autem quas ſcripſit Troade, ac primum ad Philadelphios: *Obſecro vos, ut una fide, una prædicatione, una Euchariſtia utamini. Una enim eſt caro Domini noſtri Jeſu Chriſti, & unus illius ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt: & unus calix, qui pro omnibus nobis diſtributus eſt: unus panis, qui omnibus fractus eſt: unum altare omni Eccleſiæ*. Et ad Smyrnenſes, ſecundum Theodoreti (a) lectionem: *Euchariſtias & oblationes non admittunt, quod non confiteantur Euchariſtiam eſſe carnem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ pro noſtris peccatis paſſa eſt, quam Pater ſua benignitate ſuſcitavit*. Hæc ille, cum hæreticos his adverſantes redarguit.

De S. Euchariſtia traditio.

(a) Theod. in Impatib. dialog. 3.

XXVI. Quid Ignatius de ordinibus Eccleſiaſticis.

Rurſum vero de his quæ ſpectant ad ordines Eccleſiaſticos, hæc ad Epheſios: *Enitimini, cariſſimi, ſubjecti eſſe Epiſcopo & presbyteris & diaconis. Qui enim his obedit, obedit Chriſto, qui hos conſtituit. Qui his reluctatur, reluctatur Chriſto Jeſu*. Ad Trallianos in hunc modum: *Epiſcopo ſubjecti eſtis, velut Domino*: Et paulo poſt: *Sed & presbyteris ſubjecti eſtis, ut Chriſti Apoſtolis*: Et poſt multa: *Quid enim aliud eſt Epiſcopus, quam is qui omni principatu & poteſtate ſuperior eſt, & quoad homini licet, pro viribus imitator Chriſti Dei factus? Quid vero ſacerdotium aliud eſt, quam ſacer cœtus, conſiliarii, & aſſeſſores Epiſcopo? Quid diaconi, quam imitatores Angelicarum virtutum, qui purum & inculpatum miniſterium exhibent, ut S. Stephanus B. Jacobo, Timotheus, & Linus Paulo, Anacletus & Clemens Petro? Qui igitur his non obedit, atheos & impurus eſt, & Chriſtum contemnit, & conſtitutionem ejus imminuit*.

XXVII. Epiſcopis obediendum.

De obedientia item præſtanda Epiſcopo, plura inculcat, ſcribens ad Magneſianos, necnon ad Philadelphios; hacque gradatione hierarchiam in Eccleſia docet, ſic dicens: *Principes obediunt Cæſari, milites Principibus, diaconi presbyteris ſacrorum præfectis: presbyteri, diaconi, & reliquus clerus una cum populo univerſo, militibus, Principibus, & Cæſare, ipſi Epiſcopo pareant, Epiſcopus Chriſto ut Chriſtus Patri*. Et poſt multa: *Exclamavi voce magna inter eos quibus locutus ſum: Non eſt meus ſermo, ſed Dei: Epiſcopo attendite, presbyteris, & diaconis, &c.* Spiritus enim ſancti de ejuſmodi in Eccleſia ordine teſtimonium certum adducit. Et ad Smyrnenſes: *Omnes Epiſcopum ſequimini, ut Chriſtus Patrem, & presbyterorum collegium, ut Apoſtolos. Dia-*

cas & Græco-Latinas Polycarpi & Ignatii Epiſtolarum editiones, earumque verſiones antiquas, novas, novantiquas, pertinent, inveſtigavit Vir doctiſſimus, & libros duos Latinos MſS. nactus eſt, qui Ignatii Epiſtolarum interpretationem a Latina vulgata diverſiſſimam continebant. Et ſtatim collatione facta, teſtimonia Patrum omnium, qui intra quinque poſt Chriſtum ſecula floruere, a Græcis Latiniſque Codicibus diſſidentia, cum hac verſione optime convenire, & multa a Græculis poſterioribus inſerta & intertexta, ab eadem pariter abeſſe deprehendit, ac ex veteris Verſionis fide Græcas Ignatii Epiſtolas recognovit, & aſſumenta ſtellionum ope a ge-

Diaconos revereamini, ut ex præcepto Dei miniſtrantes. Sine Epiſcopo nemo quicquam faciat eorum quæ ad Eccleſiam ſpectant. Rata Euchariſtia habeatur, quæ ſub Epiſcopo fuerit, vel cui ipſe conceſſerit. Et paulo poſt: *Non licet ſine Epiſcopo baptizare, vel offerre, neque ſacrificium immolare.* Ac demum: *Laici diaconis ſubjiciantur, diaconi presbyteris, presbyteri Epiſcopo, Epiſcopus Chriſto, ut ipſe Patri.*

XXVIII. Idem de Eccleſiaſtica Hierarchia. De reliquis item Eccleſiæ miniſtris ſic ad Antiochenos: *Saluto hypodiaconos, lectores, cantores, janitores, laborantes, exorciſtas, confeſſores. Saluto cuſtodes ſacrorum veſtibulorum diaconiſſas.* Et ad Heronem quoque de munere ſacerdotum & diaconorum: *Nihil ſine Epiſcopis facito: ſacerdotes enim ſunt, tu vero ſacerdotum miniſter. Baptizant, miniſtrant, eligunt, manus imponunt; tu vero illis miniſtras, ut ſanctus ille Stephanus Jacobo.* Et ad Trallenſes: *Presbyteri ſubjecti eſtote Epiſcopo; diaconi presbyteris, populus presbyteris & diaconis. Qui hunc ordinem ſervaverint, pro eorum animabus ego libens animam meam commutavero, & Dominus ſit cum ipſis perpetuo.* Et ad Polycarpum: *Meam animam libenter commutavero cum animabus eorum, qui Epiſcopo parent, presbyteris & diaconis: faxit Deus, ut mihi portio cum illis contingat a Deo.* Idem quoque ad Philippenſes, dicens: *Subjecti eſtote Epiſcopo, presbyteris, & diaconis.*

XXIX. Eccleſiæ unitas. Sicque in omnibus unam ſemper prædicat eſſe Chriſti Eccleſiam; in eaque pacem & unitatem eſſe ſitam, ſi uni omnes Epiſcopo pareant; a quo ordine aberrare, idem eſſe, quod cum ſchiſmaticis & hæreticis in caſtris hoſtium profiteri: ut non mirandum ſit, ſi in his crebro verſetur, at totus in his eſſe penitus videatur. Quæ ſingula recitaſſe, non otioſum exiſtimamus, quod debitores ſimus etiam inſipientibus, illis inquam, qui in tam apertiſſima luce cæcutiunt. Ignoſcat interea Catholicus lector, ſi in adeo notis videamur diutius immorari: magni quippe intereſſe putamus, ſi Apoſtolica conſtituta per Ignatium, veluti canalem quemdam, in Eccleſiam Catholicam ſemel derivata monſtremus: quod & noſtro inſtituto eſt maxime conſentaneum. Sed ad rem.

XXX. Idem de Virginibus & viduis. Florentiſſimam præterea, his ipſis temporibus, Dei Eccleſiam fuiſſe germine ſanctarum virginum, & continentia viduarum, itidem iiſdem litteris ſæpe citatis inſinuat. Qui ad Philadelphios in primis, præſtare virgines nuptis docens, ſic ait: *Uxores maritis ſubditæ ſint in timore Dei, virgines Chriſto in puritate, non abominantes nuptias, ſed id quod præſtantius eſt amplectentes; non in calumniam matrimonii, ſed ut liberioribus animis divinæ legis meditationi vacetis.* Plura inferius habet de inſtitutione virginum & viduarum. Et ad Smyrnenſes ſcribens, ſalutari mandat virgines, quæ in perpetua degunt virginitate, & viduas. Scribens item ad Polycarpum, de virginibus, & continentibus ait: *Si quis poteſt in caſtitate permanere, ad honorem carnis Dominicæ, vitet jactantiam. Si gloriatus fuerit, periit: & ſi id ipſum ſtatuatur ſine Epiſcopo, corruptum eſt.* Non enim ſponte ejuſmodi, ſed per Epiſcopum Deo dicabantur, de quibus idem ad Antiochenos: *Virgines agnoſcant cui ſe ipſas conſecrarunt.* Et de iiſdem ad Heronem ejuſdem Eccleſiæ Antiochenæ diaconum: *Virgines ſerva, ut pretioſa Chriſti monilia:* & ad Tarſenſes: *Eas quæ in virginitate degunt, in pretio habete, veluti Chriſti ſacerdotes; viduas in pudicitia permanentes, ut altare Dei.* Sed & ad Philippenſes: *Saluto,* inquit, *collegium virginum, & cœtum viduarum:* poſt continentiam vero virginum & viduarum ut primo loco nuptiæ habeantur, admonet: illæ tamen, quæ (ut ſcribit ad Polycarpum) ſecundum Domini præceptum, arbitrio Epiſcopi contrahuntur, nimirum ut in facie Eccleſiæ celebrarentur, & ſacerdotis benedictione pariter ſanctificarentur.

XXXI. Hæc & alia complura de Eccleſiæ ejus temporis ritibus ac moribus; ut de jejunio Quadrageſimæ, necnon quartæ & ſextæ feriæ, de obſervatione diei Dominicæ, Paſchatis die, & aliis feſtivitatibus non tamen Judæorum more celebrandis, idem ſcribit ad Magneſianos, & ad Philippenſes. Ex his igitur, quantum licuit, paucis nec admodum longis epiſtolis, quales eſſent Eccleſiæ ab Apoſtolis inſtitutæ, quibuſve moribus, ritibus, & inſtitutionibus compoſitæ, Ignatius, dum in iiſdem eas confirmare atque ſtabilire ſtudet, egregie magna ex parte repræſentat archetypum: ad cujus antiquitatis exemplar Catholicam Eccleſiam, eamdemque Apoſtolicam, quænam ſit, & penes quos habeatur, perfacile eſt demonſtrare: ac proin- Eccleſiæ Archetypus.

a genuinis facile & aperte ſecrevit. Ad cumulum acceſſit, quod poſt eam editionem publicatam, Iſaacus Voſſius Græcum exemplar e Medicea Bibliotheca deſcriptum produxerit, & cum Latina verſione ab Uſſerio publicata imprimendum ac notis illuſtrandum anno MDCXLVI. curavit. Quo factum, ut eaſdem Epiſtolas Ignatii nunc habeamus, quas habuit Euſebius, quas edidit Polycarpus, quas ſcripſit Ignatius; quo ſubſidio Baronius deſtitutus, qui ideo loca ex Epiſtolis Ignatii interpolatis, in Annalibus aliquando in medium adducit. Joannes Baptiſta Cotelerius menſe Auguſto currentis Chriſti anni MDCLXXVI. Pariſiis denatus, idem de Ignatia-nis

proinde nullo negotio liceat judicare, non Eccleſiam, ſed Synagogam ſatanæ eſſe dicendam, quæ prototypi lineamentis ab Ignatio ſic deductis reperitur in omnibus eſſe difformis; nam (quod ſæpe diximus) non aliter Ignatium quam Apoſtolos, nec aliud Apoſtolos eaſdem Aſiæ Eccleſias, quam quod Ignatius, docuiſſe, certum & exploratum omnibus eſſe debet.

XXXII. (a) *Deut.* 1. *Matth.* 18. Polycarpi epiſtola confirmat ſcripta ab Ignatio.

Et ne ulla umquam de his dubitatio vel levis oriri poſſit (quod in ore (*a*) duorum vel trium ſtet omne verbum) eadem de presbyteris & diaconis, virginibus atque viduis (quantum brevi epiſtola licuit) confirmata habes a Polycarpo Smyrnenſi Epiſcopo, epiſtola hoc anno (ut diximus) ſcripta ad Philippenſes: quam majores omnes, ut authenticam, contradicente nemine, venerati ſunt. Ad iſtiuſmodi ig tur vivum exemplar Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ ab Ignatio in vinculis conſtituto affabre exculptum, ac demum glorioſo martyrio conſignatum, omnes provoco Novatores hæreticos; cujus vel uno dumtaxat aſpectu facile valeant intelligere, quam longe diſpar Eccleſiæ pulchra ſit facies a turpiſſimo ſimulacro, quod ipſimet ſibi effinxerunt, portentoſiſſimi monſtri, dum pro captu ingenii ſui novam quotidie Eccleſiam formant.

XXXIII. Signum epiſtolarum Ignatii.

Sed quod rurſum ad eaſdem Ignatii epiſtolas ſpectat: prætériiſſe nolumus, quod alibi alia diximus occaſione, conſueviſſe S. Ignatium in ſingulis ſuis epiſtolis ad calcem illa apponere, tamquam ſpeciale quoddam ſignum epiſtolarum, Apoſtolico more: AMEN. GRATIA. quo etiam charactere ejus ſucceſſores uſi fuere, ut Gregorius Papa (*b*) ſcribens ad Anaſtaſium Epiſcopum Antiochenum teſtatur his verbis: AMEN. GRATIA. *Quæ videlicet verba de ſcriptis veſtris accepta, idcirco in meis epiſtolis pono, ut de S. Ignatio veſtra beatitudo cognoſcat, quia non ſolum veſter, ſed etiam noſter. Sicut enim magiſtrum ejus Apoſtolorum principem habemus communem, ita quoque ejuſdem principis diſcipulum nullus noſtrum habeat privatum.* Hæc Gregorius. Ceterum neſcio qua incuria aut oſcitantia librariorum factum ſit, ut nonniſi in epiſtola ad Epheſios, & in ea quæ eſt ad Polycarpum ſcripta, eadem verba ultimo loco poſt ſalutationem poſita habeantur.

(b) *Gregor. lib. 4. epiſt.* 37.

XXXIV. Quamvis autem ſuperius duodecim numeraverimus Ignatii germanas epiſtolas ad diverſos; plures tamen ab eo fuiſſe conſcriptas, ex ejus verbis ad Romanos facile conjici poteſt, quibus ait: *Ego omnibus Eccleſiis ſcribo, quod voluntarius morior, ſi modo, vos non prohibueritis.* Sane quidem niſi ad hyperbolem ejuſmodi verba referantur, multo plures oportuit eum ſcripſiſſe epiſtolas; & alioqui plurimas ab eo ante vincula diverſis occaſionibus datas fuiſſe, neminem puto dubitare, cum id præſertim poſtularet munus Epiſcopale. Hæc idcirco diximus, quod leguntur ejuſdem Ignatii titulo tres epiſtolæ, quarum priores duæ ad S. Joannem Apoſtolum & Evangeliſtam, tertia vero ad ſanctiſſimam Deiparam datæ habentur; cui noviſſimo loco poſitæ juncta eſt epiſtola ſanctiſſimæ Mariæ Virginis ad ipſum reddita: quæ cujus fidei ſint, judicium eſto penes prudentem piumque lectorem. Scimus eas S. Bernardum (*c*) citaſſe aliquando, earumque meminiſſe alios recentiores.

Plures Epiſtolæ ab Ignatio ſcriptæ.

(*c*) *Bernard. in Pſalm.* 90. *ſerm.* 1.

XXXV. Ignatii temperantia.

Ceterum quod ad genus ſcribendi attinet, eodem uſus eſt dum ad omnes paræneticas epiſtolas ſcriberet, quod perſonarum ad quas ſcriberet & temporis ratio poſtularet, verum ſeipſum cohibens, cum alioqui hoc itinere abundantiori Spiritus gratia perfunderetur: unde ſcribens ad Trallianos: *An (inquit) nolebam abſtruſiora vobis ſcribere? At ne parvulis vobis obſim, metuo (id mihi ignoſcite) ne vim myſteriorum minime capientes ſtrangulemini. Etenim & ego, non quatenus vinctus ſum, etiam cæleſtia intelligere poſſum, angelicos ordines Archangelorum, Militiarum cæleſtium diſcrimina, Virtutum Dominationumque differentias, Thronorum Poteſtatumque diverſitates, Principatuum magnificentias, Cherubim Seraphimque excellentias, & Spiritus ſublimitatem, & Domini regnum, & incomparabilem Dei Patris omnipotentis divinitatem. Hæc cum noverim, non continuo perfectus prorſus ſum, aut diſcipulus, qualis Paulus & Petrus, multa enim deſunt, ne a Deo derelinquar.* Hucuſque ipſe, atque primus in Eccleſia, qui nomina novem ordinum Angelorum una conjunxerit, cum alioqui eadem in diverſis Scripturæ locis (ut S. Gregorius (*d*) docet) inveniantur. Nam Dionyſium, qui de cæleſti hierarchia plura conſcripſit, cum in ſuis commentariis Ignatium citet (*e*), poſt ipſum ſcripſiſſe æquum eſt exiſtimare, de quo plura inferius. At de S. Ignatii epiſtolis hactenus; quarum (ut

(d) *Greg. hom.* 34.

(e) *Dionyſ. de Divin. nom.*

nis Epiſtolis judicium, ac Pearſonius, tulit in libro cui titulus, *Sanctorum Patrum, qui temporibus Apoſtolicis floruerunt, Opera;* ubi tamen queritur Uſſerium Epiſtolam ad Polycarpum contra expreſſum teſtimonium Euſebii & Hieronymi, & contra Epiſtolam Polycarpi ſub finem a reliquis ſex disjunxiſſe, & Ignatio abjudicaſſe.

Certum itaque nunc apud Catholicos, & doctiores ex Proteſtantibus, Epiſtolas Ignatii ab Euſebio laudatas, ſinceras & legitimas eſſe. Quæ vero adverſus eaſdem a Salmaſio, aliiſque afferuntur, ſolide confutata ab illis, qui opinionem a nobis explicatam tuiti ſunt.

(a) Polycarp. ad Philippen. (b) Iren. lib. 5. (c) Athan. lib. de Synod.

(ut vidimus) meminit Polycarpus (*a*), citant Dionyſius, Irenæus (*b*), Athanaſius (*c*), Euſebius (*d*), ſæpe Hieronymus (*e*), crebrius Theodoretus (*f*), & alii Latinorum atque Græcorum complures.

XXXVI. Navigatio Ignatii.

(d) Euſeb. hiſt. lib. 3. c. 30. (e) Hier. de Scrip. Eccl. in Ignatio, & in Matth. (f) Theod. in lib. dialog.

Ignatius itaque tranſiens per Epirum, Adriaticum mare primum, inde Mediterraneum navigans, Puteolos tandem appulit, ubi una cum militibus cuſtodibus a Chriſtianis ibi agentibus hoſpitio ſuſceptus eſt; ac demum Romam perductus. Hæc de itinere Ignatii recitat Metaphraſtes, dum ex antiquis monumentis Acta ejus recenſet. Reliqua autem de eo, cum Romæ conſummavit martyrium, quoniam Euſebium & S. Hieronymum ſequimur, qui id accidiſſe tradunt anno undecimo Traiani Imperatoris, dicemus anno ſequenti.

XXXVII. Martyres Philippenſes.

Certaverunt hoc eodem anno pro confeſſione nominis Chriſtiani Philippis in Macedonia Zozimus & Rufus, quorum meminit Polycarpus in epiſtola ad Philippenſes, ſic dicens: *Rogo igitur omnes vos inſiſtere verbo juſtitiæ & patientiæ, quam oculata fide vidiſtis non ſolum in beatiſſimis illis, Ignatio ſcilicet, Zozimo, & Rufo, ſed & in aliis, qui ex vobis ſunt: nam in ipſo Paulo & in cæteris Apoſtolis conſiderantes, quod hi omnes non in vacuum cucurrerunt, &c.* Recitat eumdem locum Euſebius (*g*). Porro ſcriptam fuiſſe eam epiſtolam a Polycarpo ante Ignatii martyrium, quod diximus, ipſe in ejus fine demonſtrat. Agitur anniverſaria dies horum martyrum decima octava Decembris. Sub eodem Traiano Imp. (ſed quo anno, incertum eſt) paſſus habetur item Philippis in Macedonia Parmenas, unus ex ſeptem primis diaconis, cujus natalis dies conſignatus habetur in tabulis Eccleſiaſticis vigeſimatertia Januarii. Zozimus miles quoque martyrium ſubiit ſub eodem Traiano Imp. damnatus a Domitiano Præſide in Piſidia, de quo Græci pariter, ac Latini memoriam celebrant decimanona menſis Junii; extant ejus Acta fuſius ſcripta (*h*).

(g) Euſeb. lib. 3. cap. 33.

(h) Metaph. ea die.

XXXVIII.

At quoniam nuper mentio facta eſt de Dionyſio, qui ex epiſtola ad Romanos locum & nomen Ignatii citavit in libro quem ſcripſit de Divinis nominibus, dicentis: *Amor meus crucifixus eſt:* hic neceſſario de perdifficilis hiſtoriæ veritate agendum eſt: num ſcilicet ille ipſe habendus ſit Dionyſius Areopagita, ut præſefert titulus commentarii. De his acturi, ante omnia meminiſſe debemus, quæ in tomo primo Annalium præfati ſumus in fine anni Domini nonageſimiooctavi, quo diximus Dionyſium Areopagitam a Clemente Rom. Pont. eſſe miſſum in Gallias, cum interim Eccleſiæ Athenienſi loco ipſius ſufficeretur Publius, & poſt eum Quadratus uſque ad tempora Hadriani ſucceſſoris Traiani; ſub quo & ipſe Dionyſius martyrio eſt coronatus. Sed hæc tunc paucis perſtricta, hic ſunt fuſius explicanda: & illud primo inveſtigandum, quonam tempore Dionyſium Areopagitam mortuum eſſe, verius aſſeratur.

De Dionyſio Areopagita.

XXXIX.

Qui dixerunt eum ſub Domitiano Imperatore conſummaſſe martyrium, ſibi ipſis contraria ſcribere certum eſt: fuerunt qui hæc opinati ſunt ex Græcis Metaphraſtes (*i*), ex Latinis Hilduinus (*k*), & Hincmarus (*l*) Rhemenſis Epiſcopus. Si enim germana eſt epiſtola Dionyſii Areopagitæ ad Joannem Evangeliſtam ſcripta cum adhuc eſſet exul in Patmo (probant iidem omnes eam ut legitimam, & ipſe præcipue Metaphraſtes *m*) cum in ea dicat Dionyſius ſibi divinitus revelatum, brevi illum fore ab ea relegatione ſolvendum, ac mutuo fruituros eſſe congreſſu: ſi dixerimus Dionyſium ſub Domitiano ſuſcepiſſe martyrium, ipſum ea de mutuo congreſſu eſſe mentitum, & vana illuſione deceptum (quod nefas eſt dicere) neceſſe eſſet affirmare: nam omnium teſtificatione (quod dictum eſt) Joannem Evangeliſtam nonniſi poſt obitum Domitiani, ſub Nerva eſſe ſolutum exilio, exploratiſſimum eſt. Sed reddamus eadem hic verba Dionyſii: *Poſt paululum vero (dicam, etſi audax dictu videatur) tibi cariſſima ſocietate jungemur. Ero autem prorſus dignior cui fides habeatur, ſi quæ tibi præcognita ſunt, quæ ex Deo didici, hæc loquar: quod ſcilicet ex Patmi cuſtodia dimittendus es liber, & in Aſiaticam terram reverſurus.* Hæc ipſe. Cum igitur nonniſi poſt necem Domitiani ſub Nerva Joannes ſit liberatus, & reverſus in Aſiam, quando Dionyſium illum adiiſſe oportuit: certe manifeſtum redditur, ipſum poſt Domitianum fuiſſe ſuperſtitem. Rurſum vero cum idem ejus recipiant ſcripta, idemque Dionyſius in ſuperius citato loco de Divinis nominibus Ignatii epiſtolæ ad Romanos ſcriptæ verba illa adduxerit in teſtimonium: plane certum redditur, eum poſt obitum Domitiani, & Nervæ ſucceſſoris, complures ſub Traiano vixiſſe annos. Nulla itaque prorſus veritate nituntur, qui eum ſub Domitiano ex humanis deceſſiſſe contendunt. Denique quomodo ſub Domitiano paſſus Dionyſius dici poteſt, ſi idem qui ſupra Hincmarus, eodem tempore quo Clemens Romanus, eum paucis interpoſitis diebus, martyrio vita functum affirmat; cum conſtet ex his quæ a nobis ſuperius dicta ſunt, Clementem tertio Traiani Imp. anno martyrem obiiſſe?

(i) Metaph. in Dionyſ. die 9. Octob. (k) Hilduin. in Areopagit. (l) Apud Sur. tom. 5. die 9. Octob. (m) Metap. in vita Joan. Evang. apud Lipom. tom. 1.

De tempore martyrii Dionyſii Areop.

XL.

His igitur confutatis, quid alii de tempore martyrii Dionyſii ſcripſerint, inveſtigemus. Michael Syngellus (*n*), presbyter Hieroſolymorum, qui (ut profitetur, &

(n) Mich. Syng. in encom. de Dionyſ. apud Lipom. tom. 4.

(a) Suid. in hiſt. in Dionyſio Areopag.

& de eo teſtatur Suidas a) tum ex iis, quæ a majoribus ſcripta eſſent, tum ex traditione accepiſſet, res geſtas Dionyſii eſt proſecutus, ejus obitum ad extremum Traiani Imperium contigiſſe ſcribit: licet in eo hallucinatus videatur (niſi, ut accidit ſæpe, in notam numeri irrepſit error) dum numerat annos tantum ſeptuaginta ætatis ejus: longe enim hac ætate majorem, obiiſſe martyrem, ſuo loco inferius dicturi ſumus. Rurſum vero antiqua Martyrologia, quorum major eſt fides, Bedæ (b), Adonis, & alia antiquitus ſcripta, ſub Hadriano Imp. Dionyſium Areopagitam martyrium ſubiiſſe, teſtantur his verbis: *Natale S. Dionyſii Areopagitæ, qui ab Apoſtolo Paulo inſtructus, credidit Chriſto, & primus Athenis ab eodem Apoſtolo Epiſcopus eſt ordinatus, & ſub Hadriano Principe poſt clariſſimam confeſſionem fidei, poſt graviſſima tormentorum genera glorioſo martyrio coronatur:* addita vero hæc habentur apud Adonem: *Ut Ariſtides Athenienſis vir fide ſapientiaque mirabilis teſtis eſt in eo opere, quod de Chriſtiana religione compoſuit.* Meminit non ſolum ejuſdem Ariſtidis, ſed & commentarii ab eo ſcripti S. Hieronymus (c), eumque ſuo tempore extitiſſe ſignificat, qui tamen penitus excidiſſe videtur; claruit ipſe Hadriani temporibus, quo & Dionyſius dicitur ab eodem Imperatore necatus eſſe. Quamobrem ſicut non credimus Adonem falſa citaſſe, ita nec Ariſtidem de Dionyſii martyrii tempore mentitum eſſe putandum.

(b) Beda & Ado die 3. Octob.

Ariſtides proſecutus res Dionyſii.

(c) Hieron. de Script. Eccleſ. in Ariſtid.

XLI. Dionyſius Areop. idem Pariſiorum Epiſcopus.

His itaque de tempore martyrii Dionyſii ſtabilitis, nimirum nullo modo contingere potuiſſe ut ſub Domitiano martyrium conſummarit, ſed ex ſententia clariſſimorum virorum, Traiani Imp. poſtremo tempore, vel ſub Hadriano: apud nonnullos in dubium revocatum eſt, an idem Areopagita ſit ille Dionyſius Pariſiorum Epiſcopus. Beda (d) diverſis diebus duos ponit Dionyſios, videlicet Areopagitam quinto Nonas Octobris, Pariſienſem vero Epiſcopum ſeptimo Idus ejuſdem: quem ſecutus Ado, id ipſum aſſeruit. Ceterum antiquiſſimum Bedæ Martyrologium, quod extat apud nos ſcriptum, itidem & Romanum dictum, acceptum olim (quod alibi diximus) ex reliquiis monaſterii S. Cyriaci, unum tantum habet Dionyſium, Pariſienſem ſcilicet, ſeptimo Idus Octobris: unde non a Beda poſita, ſed ad Bedam ea de Dionyſio Areopagita addita eſſe oportuit, ex Græcorum videlicet Menologio: nam eo die tertia Octobris iidem agunt de Dionyſio Areopagita.

(d) Beda in Martyrol.

XLII. Verum Bedæ tempore ea de Dionyſio Areopagita, quod unus idemque eſſet cum Dionyſio Pariſiorum Epiſcopo, adeo viſa ſunt explorata, ut poſtea temporibus Ludovici Pii Imperatoris (ad quem Hilduinus commentarium ab eo rogatus conſcripſit, qui extat e) abſque aliqua dubitatione accepta fuerint; eademque viſa atque recognita, inventa fuerint in omnibus illis conſentientia, quæ ex antiquis Græcorum Archivis, fide publica obſignata, ſunt miſſa Pariſios. His igitur omnibus viſis atque exacte recognitis, omnium eruditorum calculo eſt firmata ſententia, unum eumdemque eſſe Dionyſium Areopagitam cum Dionyſio Pariſiorum Epiſcopo. Quamobrem Hincmarus illorum temporum vir eruditione & pietate clariſſimus, ſcribens ad Carolum Calvum Imperatorem, ut in re comperta atque omnium fide teſtata hæc ait: *Patrem veſtrum Dionyſium eſſe Areopagitam, a beato Paulo Apoſtolo baptizatum, & Athenienſem ordinatum Epiſcopum, & in Gallias a beato Clemente directum: ex his quæ Græca teſtificatio, & S. Romanæ Eccleſiæ atteſtatio, & Gallicana intima conteſtatio, ratum in hac cauſa (quod longe ante nos dictum eſt) recognoſcant.* Hucuſque Hincmarus.

(e) Habet Surius to. 5. die 9. Octob.

Rei veritas probata & recepta.

XLIII. Sed ne hæc eſſe obiter vel inaniter dicta quis exiſtimet: operæpretium ducimus, ad ea ſingula atteſtanda, hic paululum immorari. Ignoſcat lector: nec ſcabra petentem orationem urgeat importune calcaribus, quæſo. Licet autem hæc in Notis ad Martyrologium Romanum meminerimus nos ſcripſiſſe: tamen quia hinc ea deſumpta eſſe teſtati ſumus, haud æquum putavimus, propter exemplum, prototypi faciendam eſſe jacturam; cum præſertim proprius hic locus eſſe noſcatur, quo ſecundum hiſtoriæ ordinem uberius pertractentur. Quod igitur auctor ad ea de Dionyſio teſtanda, Græcam adducat (ut ait) atteſtationem: ſapienter quidem. Quid enim aliud profeſſus eſt Michael Imperator, qui ad hoc ſubtilius perſcrutandum, omne impendit ſtudium, atque egregiam navavit operam, cum ad Ludovicum Pium Imp. publica legatione miſit commentarios Dionyſii Areopagitæ? Qui cum Pariſios perlati tunc eſſent, cum natalis ipſius Dionyſii vigiliæ agerentur: cujuſnam illi fuerint (ut ad tantam rem teſtandam divinum quoque ſuffragium accederet) divinitus miracula edita certo certius declararunt; narratur rei geſtæ hiſtoria in eadem epiſtola, quam ad eumdem Ludovicum Imp. Hilduinus tunc ſcripſit, quæ in ſuperius citato commentario continetur. Quod inſuper ad Græcorum atteſtationem pertinet: Anaſtaſius S. R. Eccleſiæ Bibliothecarius, vir tum Græcis tum Latinis litteris inſigniter eruditus, æque teſtatur S. Methodium Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſcriptis mandaſſe vitam Dionyſii Areopagitæ, in eaque de

Quid Græci de Dionyſio.

ejus adventu in Gallias fidem confirmaſſe, eamque egregie teſtatam, cum olim presbyter legatum ageret apud Romanam Eccleſiam, eidem tradidiſſe. Tranſtulit eam ex Græco ipſe Anaſtaſius, miſitque ad Carolum Calvum Imp. prout data ad eum (quæ extat) epiſtola docet (*a*): ipſa tamen Vita non habetur.

(*a*) *Apud Surium tad. die 9. Octob.*

XLIV. Fides ſincera cum doctrina Michaelis Syngelli.

Sed & de Dionyſio (quod divinis literis eſt traditum (*b*): *in ore duorum vel trium ſtat omne verbum*) præſtitit hoc ipſum etiam Michael Syngellus Methodio æqualis: claruerunt ambo eodem tempore Ludovici Imp. ſub Michaele Balbo, & ejus ſucceſſore Theophilo Imp. hæretico Iconoclaſta, a quo pietatis cauſa martyrium ſuſcepere; ut de ambobus teſtatur Cedrenus (*c*): adeo ut nulla de impoſtura in ſanctiſſimis viris poſſit vel levis ſuboriri ſuſpicio: ſed & quod ejus ætatis omnium diſertiſſimi eſſent, nec de imperitia poſſint aliquam pati calumniam: Hic, inquam, beatus Michael (hoc enim titulo eum Græci nominant) ſcripſit oratione panegyrica res geſtas Dionyſii Areopagitæ, qua eum avocatum ab Eccleſia Athenienſi, & miſſum in Gallias, curaſſe Eccleſiam Pariſienſem, ac tandem ibidem ad ultima Traiani tempora martyrium conſummaſſe, pluribus profitetur (*d*). Scripſiſſe ea Syngellus videtur, cum ſub eodem Theophilo Orientalis Eccleſia dira perſecutione vexaretur: ut ipſe in fine orationis teſtari videtur, dum Dionyſium enixius rogat, ut tyrannidem, quæ graſſabatur in Eccleſias, pellat, & pacem perditam reſtituat.

(*b*) *Matth. 18.*

(*c*) *Georg. Cedr. in Theophilo.*

(*d*) *Apud Lipom. to. 4.*

XLV. Antiqua monumenta de Dionyſio.

Quod item ad Græcorum atteſtationem pertinet, Metaphraſtes ex antiquioribus memoriis ejuſdem Dionyſii vitam deſcribens, iiſdem adſtipulatus eſt, & alii complures ex recentioribus. At ne quis putet ea tum primum Acta Dionyſii Areopagitæ a citatis auctoribus fuiſſe inventa atque conſcripta; accipiat, quid, ſcribens ad eumdem Imperatorem Ludovicum, Hilduinus de antiquorum Græcorum monumentis his verbis teſtatus ſit: *Uſque hodie Græcorum majores, & Athenarum incolæ perhibent, hiſtoriarum ſcriptis, & ſucceſſionum traditionibus docti, in eadem civitate Dionyſium tunc temporis primum fuiſſe Epiſcopum, quando Timotheus Pauli æque diſcipulus Epheſiorum rexit Eccleſiam; ipſumque ſubrogato ſibi Epiſcopo Romam adiiſſe, & (ut compererunt) apud Gallorum gentem glorioſo martyrio conſummatum fuiſſe. Quod & Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus per legatos ſuos ſollicite inquiſivit; & ita ſe eam rem habere certus, eamdem Athenienſium civitatem pallio Archiepiſcopali, quod jam ex ea diuturno tempore, orta quadam contentione, ſubtractum fuerat, redonavit*, &c.

XLVI. Conſenſus Græcorum magni ponderis.

Certe quidem etſi nulla umquam de Græcorum mutua conſenſione, & ex ſuis ſcriptis atteſtatione ſuppeterent teſtimonia; ſuum ipſorum ſilentium loco mille teſtium foret. Etenim mente recolentes, quam ipſi fuerint ſemper rerum ſuarum tenaciſſimi cuſtodes ac vindices, hocque illis eſſe inſitum a natura; quippe qui de Homeri patria inter ſe adeo concertarint: haud putamus fuiſſe adeo liberales, ut tantum virum, ſapientium ſapientiſſimum, Athenarum reliquias, Pauli inſignem diſcipulum, primum ipſorum Epiſcopum, tam facile donarint Gallis, ut ipſis ſibi eum vendicantibus, penitus tacuerint, ac veluti jurato ſilentio, nullus umquam auſus fuerit vel leviter contradicere. Nam ſi leviſſima aliqua probatione, vel ex Athenarum Eccleſiæ monumentis, vel incerta aliqua & dubia traditione, aut relatione undecumque accepta, his de Dionyſio æmuli Latinorum gloriæ adverſari potuiſſent; haud ſibi eos temperaſſe, putandum eſt, ut non ſibi vendicarint ſua. Sed quod in re probe teſtata ac plane perſpecta nimis calumnioſe agere viſi eſſent; tantum abeſt ut reclamantes contradixerint; ut potius omnes qui de ea re egerunt, calculum ſuæ ſententiæ mutua conſenſione ſponte contulerint. Sed de Græcorum atteſtatione jam ſatis.

XLVII. De Dionyſio Areopagita quid Romana Eccleſia.

Quod vero de eadem veritate idem qui ſupra auctor Hincmarus in teſtimonium adducit S. R. Eccleſiam: aliqua fortaſſe ea de re extabant Pontificum Romanorum diplomata: vel, ſi ea defuiſſent, dum ille citat ad eamdem rem probandam antiqua Miſſalia Gallicana, quæ ait probata fuiſſe auctoritate Romanorum Pontificum, Innocentii, Gelaſii, atque Gregorii, quorum extare dicit ad Pariſienſem Eccleſiam eo argumento ſcriptas epiſtolas; ſatis ſuperque eadem veritas S. Romanæ Eccleſiæ auctoritate teſtata atque probata dici potuiſſe videtur. Nam moris erat, ut in ſanctorum natalibus in ſacræ Miſſæ præfatione res ab eis geſtæ, brevi perſtrictæ compendio, in eccleſia publice recitarentur: cujus veteris conſuetudinis fidem faciunt Miſſale Ambroſianum, atque Sacramentarium S. Gregorii.

XLVIII. Facto rem teſtatus eſt Stephanus Papa.

Sed alia inſuper ratione acceſſiſſe viſum eſt Romanæ Eccleſiæ teſtimonium: quod Stephanus Papa, cum eſſet in Galliis, & ejuſdem Dionyſii ope e morbo convaluiſſet, tranſlatis Romam ejus reliquiis, in ejuſdem honorem monaſterium Romæ erigendum curavit, quod Græcis monachis ſuis gentilibus tradidit habitandum. Dici namque poſſe videbatur, his publicis monumentis in Eccleſia Romana ratum haberi, Dionyſium Areopagitam eumdem prorſus eſſe cum Dionyſio Pariſiorum Epiſcopo. Hæc ipſa de Papa Stephano, Dionyſii auxilio reddito ſanitati, & ejus gra-

grati animi ſtudio, Ludovicus Imp. ab eodem Hilduino voluit ſcriptis memoriæ commendari ex litteris ejuſdem Stephani Papæ hæc teſtantis. Quod inſuper Romana Eccleſia ſcriptam a S. Methodio Dionyſii vitam, atque ab eodem Romam perlatam, ſuſcepiſſet, eamdemque ejuſdem S. R. Eccleſiæ Bibliothecarius Anaſtaſius Latinitate donaſſet, atque ad Carolum Imp. in Gallias, datis ad eum (quæ adhuc extant *a*) litteris, miſiſſet: argumentum haud leve videri poterat, eamdem veritatem ab Eccleſia Romana eſſe receptam.

(*a*) *Apud Hild. ubi ſupra.*

XLIX. Obiectio de Gregorio diluitur.

At de fide Eccleſiæ Gallicanæ, quam idem Hincmarus adducit de ea re probanda, ſatis videri poſſunt quæ ex antiquioribus monumentis Acta Dionyſii Hilduinus collegit: quæ ſi aliqua in re, ut de tempore ejus martyrii (quod diximus) minus vera habeantur; non ob eam cauſam cetera omnia, quibus tam Græci, quam Latini adſtipulantur, falſa eſſe dicenda ſunt: cum in divinis tantum Scripturis nullum ſit reperire errorem atque mendacium. Re igitur in hunc modum firmiter conſtituta, his obſtare videbatur Gregorius Turonenſis (*b*), dum ait miſſum Pariſios Dionyſium tempore Decii Imp. quod quidem tam verum eſt, quam quod ibi aſſerit ejuſdem Decii tempore Trophimum Arelate, Paulum Narbonam, & Martialem item in Gallias amandatos; quos conſtat fuiſſe Apoſtolorum diſcipulos, & Apoſtolorum temporibus ad prædicandum Evangelium in Gallias eſſe miſſos. Sed hæc, ſicut alia plura, auctoris ſimplicitati multa tam facile admittenti donanda ſunt, prout etiam Hilduinus excuſat, ſic dicens: *Ceterum parcendum eſt ſimplicitati viri religioſi Gregorii Turonenſis Epiſcopi, qui multa aliter quam veritas ſe habet, æſtimans, non calliditatis aſtu ſed benignitatis & ſimplicitatis voto, litteris commendavit.*

(*b*) *Greg. Turon. hiſt. Franc. lib. 1. c. 30.*

L. Ætas Dionyſii ex ſcriptis ejus.

Quoniam vero in colligendis annis ætatis ejus, alios vidimus eſſe deceptos; operæpretium exiſtimamus, rei veritatem (quantum licet) ex ſuis ipſius ſcriptis hic conſignatam relinquere. Cum ipſe ad Apollophanem ſcribens teſtetur, tempore obitus Salvatoris, quo contigit admirandum illud Solis deliquium, ſe annum ætatis vigeſimum-quintum agentem fuiſſe: ſi ad Hadriani Imperium dixerimus perveniſſe (quod, ut vidimus, teſtantur antiqua Martyrologia) neceſſe eſt affirmare, ipſum ſuæ ætatis anno decimo ſupra centeſimum obiiſſe: nam ſecundum chronographiam a nobis aſſertam, anno Chriſti centeſimo decimonono ponitur ingreſſus Hadriani Imperatoris. Quod haud adeo mirandum videri debet, ſi quis conſideret, divina providentia factum ut complures Apoſtolorum diſcipuli longiorem ætatem vixerint, ut Apoſtolicarum inſtitutionum eſſent viva quædam monumenta; velut Ignatius, de quo egimus, qui Dominum in carne viderat, & Quadratus, qui temporibus ejuſdem Traiani rexit Eccleſiam Athenienſem, complures ſe vidiſſe tradit, qui tempore Chriſti in Judæa variis oppreſſi languoribus ſanati eſſent, ac eos qui a mortuis reſurrexiſſent: quod ex ſuis ipſius ſcriptis narrat S. Hieronymus (*c*). Adde his Hermam Pauli diſcipulum, cujus & fuiſſe dicitur liber ille, *Paſtor* (*d*), inſcriptus: hunc uſque ad Antonini Pii tempora, qui ſucceſſit Hadriano, conſtat perveniſſe, quippe qui ſub Pio Romano Pontifice librum illum conſcripſit (*e*). Sed ante omnes in exemplum adducendus fuiſſet Simeon Hieroſolymorum Epiſcopus, quem annum agentem centeſimum atque vigeſimum, hoc anno martyrio vita functum eſſe diximus. At nec (quod ad hanc rem ſpectat) præteriiſſe oportuit Polycarpum Joannis Evangeliſtæ diſcipulum, præfectum hoc tempore Eccleſiæ Smyrnæorum; quem tamen conſtat ſub Marco Antonino & Lucio Vero, qui ſucceſſerunt Antonino Pio, martyrium conſummaſſe. Sed de his quæ ad longævam ætatem hominum ſpectant, lectorem provoco ad ea quæ tomo primo Annalium ex tabulis Romani cenſus ſunt ſuperius recitata.

(*c*) *Hier. de Scrip. Eccl. in Quadrato.*
(*d*) *Hieron. eod. lib. in Herm.*
(*e*) *Lib. de Rom. Pontif. in Pio.*

LI. De Scriptis Dionyſii Diſputatio.

Jam vero difficilior remanet de Dionyſio enodanda quæſtio: num illa ipſa quæ Dionyſii Areopagitæ nomine feruntur ſcripta, vere ipſius ſint. Sane quidem in re ante annos ſeptingentos communi Græcorum omnium ac Latinorum conſenſione firmata, haud putamus æquum dignumque ſic agere, perinde ac ſi re integra, nunc primum hi commentarii prodiiſſent in lucem, & quid de his cenſendum foret, rogarentur eruditorum ſententiæ. Sed cum ante tot ſæcula eadem Scripta fuerint ut Dionyſii Areopagitæ cognita, examinata, probata, ac totius Catholicæ Eccleſiæ uſu atque auctoritate recepta, & jam (ut ita dicamus) præſcripta penitus videantur: in re adeo probata atque confeſſa erubeſcit oratio ſic verſari, ut in quæſtione recens oborta, ad utrumlibet, quid ipſa ſentiret, liberas laxare habenas eloquii debeat. Ceterum quod jura veritatis ſint ampliora omni

VIII. Opera Dionyſii Areopagitæ.

Ad num. LI. & ſeqq. An D. *Dionyſius* Areopagita, Opera, quæ ejus nomen præferunt, ſcripſerit, in magna diſceptatione poſitum. Plures enim tam ex Orthodoxis, quam Proteſtantibus contendunt, Opera illa non ab eo, ſed ab aliquo Dionyſio juniore conſcripta fuiſſe; de quo etiam certatur, vixeritne ante Concilium Chalcedonenſe, an poſt illud. Legendi inter ceteros

mni antiquitate, quippe quæ nulla pluximorum ſæculorum valeant præſcriptione lædi, nec innumera teſtium multitudine obrui atque labefactari: ſic de his agendum nobis proponimus, ut rei dignitati ac veritati ſit omni pariter ex parte conſultum; cum alioqui nullus ſit reliquus fidei locus, niſi ipſi in omnibus veritas ſuffragetur. Quamobrem noſtræ narrationis argumentum illud erit, accuratius perveſtigare, num quæ ab iis objiciuntur qui contrarium nituntur adſtruere, ejuſmodi ſint, quæ a majorum ſententia diſcedere prorſus cogant; quandoquidem haud æquanimiter pati poſſumus, quæ ſunt tot tantiſque teſtibus obſignata, levibus quibuſdam conjecturis convelli, & nonniſi certis firmiſque atque adeo veriſſimis rationibus irrita reddi. At quoniam probe ſcimus, pro defenſione nominis auctoris a compluribus eruditis viris conſcriptas eſſe apologias, quas numerat Sixtus (*a*), & a recentioribus alias additas eſſe: haud noſtri ratio patitur inſtituti, omnia hic adverſantium hæreticorum (*b*), vel curioſorum argumenta retexere: ſed inſulſa quædam ac leviſſima prætermittere, fortiora tantum, quæ ipſis videantur penitus inſolubilia, pro virili diſſolvere.

(*a*) *Sixt. Senenſ. Biblioth. lib.2. in Dionyſ.*
(*b*) *Matth. Gal. in Areop. & alii ſparſ.*

LII. Diluuntur obiectiones.

Quod igitur in primis objicitur, ritus, cæremonias Eccleſiaſticas, ac monaſticas, inſtitutiones ab auctore aſſertas ac ſæpius inculcatas, non fuiſſe in Eccleſia Dionyſii Areopagitæ temporibus: quam falſum ſit, conſulat prudens lector quæ primo Annalium tomo dicta ſunt, ubi de diverſis Eccleſiaſticis ritibus egimus, & cum de Eſſenis fuſius pertractata eſt controverſia: inveniet enim ſatis perſpicue demonſtratum, Eccleſiaſticas cæremonias ex Apoſtolorum fontibus in Eccleſiam dimanaſſe, vitamque monaſticam in Eſſenis (quos fuiſſe Chriſtianos, aperte docuimus) prodiiſſe, ſed primitus in Joanne exordium ſumpſiſſe: adeo ut non ſit opus in his diutius immorari.

LIII. Clemens Philoſophus quis.

Rurſum vero quod Dionyſius de Divinis nominibus citet Clementem philoſophum; calumniantur ipſum intellexiſſe Clementem Alexandrinum, qui ea teſtatus ſit de exemplaribus libro octavo Stromatum: in quo cum nihil hujuſmodi prorſus inveniatur, manifeſtæ calumniæ arguuntur, dum Chriſtiano homini de Ideis Platonis opinionem impingunt. Ceterum cum auctor citans Clementem, non ſicut in aliis ſolet, cum Chriſtianos allegat auctores, aliquo digno ac excellenti honeſtet titulo, ſed tantum dicat, *Philoſophus Clemens*, &c. plane demonſtrat, ſe haud quempiam Chriſtianæ religionis hominem intelligere, ſed Ethnicum philoſophum aliquem. Cum enim citat Ignatium: *Divinus* (ait) *Ignatius*; de Hierotheo: *Eximius Hierotheus*; *Divinus Bartholomæus*; & alia id genus: cum vero quempiam Gentilium nominat, abſque aliquo honoris titulo, cujus ſit profeſſionis tantum indicat; ſicut cum nominat Apollophanem, ſophiſtam appellat. At quiſnam fuerit Clemens ille Platonicus Philoſophus, quem citat Dionyſius, eſt paulo accuratius perveſtigandum. Claruit his ipſis temporibus Dionyſii Platonicus philoſophus, nomine Actius Clemens, ad quem extat Plinii (*c*) Junioris epiſtola, qua eum hortatur ut inhæreat Euphrati, itidem Platonico philoſopho omnium celeberrimo, Romæ tunc agenti, ut ſuorum ſtudiorum ab illo extremam manum accipiat; fuerit ne hic ille a Dionyſio citatus, certo affirmare non auderem. Sed quis negabit, ejus nominis antiquiorem reperiri philoſophum; niſi qui ſe legiſſe jactet ex Græcis Antigonum, Caryſtium, Satyrum, & Ariſtoxenum, ex Latinis vero Varronem, Sentram, Nepotem, Hyginum, atque Tranquillum? qui omnes (ut tradit S. Hieronymus *d*) Scriptorum Gentilium texuere catalogos; quorum vix nomina, eaque paucis nota, tantummodo remanſerunt: quique ſi nullum ejus nominis inter philoſophos numeratos Clementem reperiſſet, etſi non penitus convincere, in ſuſpicionem tamen de impoſtura auctorem adducere potuiſſet.

(*c*) *Plin. lib.1. epiſt. 10.*
(*d*) *Hieron. de Scrip. Eccleſ. in præfat.*

LIV. Inanis quoque prorſus redditur & illa ipſorum argumentatio, qua dicunt: Cum auctor citet Ignatium, & Dionyſius ſit ſub Domitiano defunctus, longe antequam Ignatius eam ad Romanos citatam epiſtolam ſcriberet: certum reddi, alium a Dionyſio eſſe operis illius auctorem. Sed hæc omnia evaneſcunt ex his quæ a nobis ſuperius dicta ſunt, nempe Dionyſium ad ultima ſaltem Traiani tempora perveniſſe, immo & ſub Hadriano martyrium conſummaſſe.

LV. De Timotheo obiectio.

Verum major inde ſuboritur difficultas: Quomodo auctor libros illos inſcripſerit ad Timotheum, quem ſententia Ignatii conſtat, jam antequam ipſe ſcriberet eam epiſtolam ad Romanos, fuiſſe defunctum? teſtatur enim id ipſe in epiſtola ad Philadelphios; ſed & cum ad Epheſios ſcribens tradat, ei tunc Eccleſiæ præfectum eſſe Oneſimum; ſatis aperte ſignificat, Timotheum, qui eis præerat Epiſcopus, jam vita functum eſſe. Primus enim illi Ec-

ros Iſaacus Habertus in Archieratico, Joannes Launoius in Opuſculis de duobus Dionyſiis, Athenienſi, & Pariſienſi, Joannes Morinus in Opere de Sacris Ordinationibus, Schelſtratius in ſecunda parte Antiquit. illuſtr. Petrus Franciſcus Chifletius in Diſſertatione ſingulari de hac re, aliique. Hoc enim examinare in tam brevi Opere non vacat.

Eccleſiæ a Paulo Apoſtolo præfectus eſt Timotheus, cui ſubrogatus eſt Oneſimus: Joannes autem Evangeliſta, non Epheſinæ, ut privatim ejus Epiſcopus præeſſet Eccleſiæ, ſed ut Paulus ibi olim & Petrus, Aſiæ omnes curabat Eccleſias, ut ſuperius fuſius demonſtravimus. Quando autem Timotheus martyrio vivendi finem fecerit, ut ei Oneſimus fuerit ſubſtitutus, ex Ignatii epiſtola ad Epheſios colligi poſſe videtur: nam cum de ipſo agens hæc addat: *Benedictus Deus, qui donavit vobis, qui tales eſtis, talem habere Epiſcopum*: haud pridem eum creatum Epiſcopum Epheſinum ſignificat. Porro ea epiſtola hoc ipſo anno ſcripta eſt, ut ſuperius demonſtravimus. Neque enim aſſentimur Metaphraſti (*a*) vel cuivis alii, qui eum ſecutus affirmet Timotheum ſub Domitiano conſummaſſe martyrium: nam ipſe ſibi pugnantia ſcribit, nimirum dum ibidem tradit Timotheum vita functum, poſtquam Joannes Evangelium ſcripſit: alibi vero cum agit de Joanne (*b*), ipſum ait non ſub Domitiano, ſed poſtquam ex Patmo Epheſum rediit (quod ſub Nerva factum eſt) Evangelium conſcripſiſſe. Si igitur poſt Evangelium a Joanne ſcriptum Timotheus necatus eſt; certe non ſub Domitiano, neque ſub Nerva, ſub quo permiſſa erat Chriſtiana religio, ſed Traiani temporibus id contigiſſe oportuit, eumque perſeveraſſe in eadem Eccleſia Epiſcopum ad hunc propemodum annum; verumtamen certum eſſe, Timotheum ante Ignatium martyrio coronatum eſſe. Quod vero Dionyſius, ſcribens ad Timotheum de Divinis nominibus commentarium illum, citet Ignatii epiſtolam poſt Timothei obitum ſcriptam: haud inſulſa videtur illa reſponſio, qua dicitur, ab auctore ea verba Ignatii poſtea eſſe addita. Quis enim dubitet, quemlibet tractatorem ad extremum uſque ſuæ vitæ diem ſuas lucubrationes, aliquid addendo, minuendo, vel immutando, ſolitum expolire? immo & ſæpe accidere, quæ prius ſunt ſcripta, penitus abolere, & nova meliori judicio cudere? ut de ſe ipſo S. Hieronymus in præfatione in Abdiam Prophetam teſtatur, & S. Auguſtinus ſæpius profitetur.

(*a*) Metaph. 22. Januar.

(*b*) Metaph. die 27. Decemb.

LVI. Timothei plures hoc eodem tempore.

Ceterum quis nos compellit, ut affirmemus, auctorem ea ſcripſiſſe ad Timotheum Pauli diſcipulum, Epiſcopum Epheſiorum? nam germana, & ab auctore illa operi de Eccleſiaſtica hierarchia præpoſita eſt inſcriptio: *Compresbytero Timotheo Dionyſius presbyter:* ſicut & in titulo commentarii de Myſtica Theologia; quæ autem præfixa eſt libro de Divinis nominibus, in hæc verba: *Sancti Dionyſii Areopagitæ Athenienſis Epiſcopi ad Timotheum Epiſcopum Epheſinum liber de Divinis nominibus*, a librariis eſſe appoſitam, omnes jure conſentiunt. Verum quod auctor ipſo in exordio commentarii de Eccleſiaſtica hierarchia dicat: *Sacerdotii quidem noſtri functionem, ſanctiſſime fili Timothee*, alium quempiam juniorem Timotheum ſignare viſus eſt; cum alioqui ætate majorem Dionyſium Areopagitam fuiſſe Timotheo, ex his quæ dicta ſunt, facile colligi poſſit. Nam Epiſcopus coepiſcopum nominare conſueviſſe fratrem, non filium, mille exemplis eſſet facile demonſtrare: quamobrem cum Dionyſius appellet Timotheum filium, evidens eſt, alium aliquem, quam Timotheum Epheſinum Epiſcopum intellexiſſe. Et quid abſurdum, plures ejus nominis eo tempore fuiſſe Chriſtianos? conſueviſſe autem Fideles, Apoſtolorum nominibus, ipſorum amore, filios ſuos nominare, auctor eſt Dionyſius (*c*) Alexandrinus Epiſcopus: ac proinde plures inter Fideles eodem, quo illi, fuiſſe nomine inſignitos, par eſt credere. Conſtat tunc quoque vixiſſe filium Pudentis Romani nobiliſſimi Senatoris Timotheum, eumdemque Petri & Pauli diſcipulum, atque presbyterum, de quo mentio habetur in Actis ſanctarum Pudentianæ & Praxedis, necnon in Romano Martyrologio (*d*), cum agitur de Novato, ejuſdem Pudentis filio.

(*c*) Apud Euſeb. lib. 7. c. 20.

(*d*) Mart. Rom. 20. Jun.

LVII. Verum ſi velimus ea (quomodocumque id acciderit) ad Timotheum Epheſiorum Epiſcopum eſſe conſcripta; non eo quidem conſilio (ut alii cavillantur) ad ipſum ſcripſit, ut, quem jam Paulus inſtituerat, theologicis imbueret facultatibus: nam ipſe aliquando hæc ad eum (*e*): *Mihi igitur ipſe quoque, o amice, perfectioris intelligentiæ conſortium trade, meiſque oſtende luminibus quaſcumque videre potueris decentiores, uniuſque illius ſacratiſſimæ effigiei præſeferentes venuſtates*: ſed potius, quod ait Paulus (*f*), *Sapientiam loquimur inter perfectos*: nam idem quoque Apoſtolus inferius conqueritur, dicens: *Ego, fratres, non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed tamquam carnalibus: tamquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis, ſed nec poteſtis*: ac rurſum in eumdem ſenſum ad eoſdem (*g*): *Sive mente excedimus, Deo: ſive ſobrii ſumus, vobis*. Sicque magna Dei providentia factum videtur, ut, quæ eſſet ſapientia illa perfectioribus communicanda, ſolidusque ille cibus ætate grandioribus impartiendus, abdita ſanctioribus revelanda, quid item altiſſimas illas ſedes Angelis tantum pervias dono Spiritus penetrare, ac denique quid eſſet hominum loqui linguis & Angelorum, Dionyſius egregiis tradiderit exemplaribus, ac formis expreſſerit.

(*e*) Dionyſ. de Eccleſ. hierar. in fine.

(*f*) 1. Cor. 2. 3.

(*g*) 2. Cor. 5.

LVIII. Auctoris majeſtas luſum non admittit

Ceterum indignum plane ac nefas eſt exiſtimare, tam ſublimem ac excellentem & mente divinitus illuſtratum Theologum,

gum, cæli cardines perambulantem, choros angelicos perveſtigantem, Divinitatis thronum adeuntem, & ſecreta rimantem; ipſum, inquam, tamquam ludionem in ſcena, ſuperinducta larva, ludere, aliumque ab eo qui eſſet, voluiſſe mendaciter fingere, alias mentiri perſonas, multaque falſa componere ac ſimulare, quæ ut vera certaque vellet ab omnibus accipi: idque magno ſuæ gloriæ detrimento, cum impoſtura ſugillandus eſſet; & immortalem illam, quam ſibi ex ſuis ipſius divinis plane ſcriptionibus gloriam comparaſſet, proprio occultato nomine, & alieno ſuperinducto, inaniter prodigere viſus eſſet: quam ſi (quod decet ſapientem) dixerimus contempſiſſe; certe multa mentiri, ſapientis non fuit, ejus præſertim, qui cæleſtia ac divina pertractans, a leviſſima quaque opinione mendacii procul debeat abhorrere. Ceſſat igitur plane omnis de nominum impoſtura ſuſpicio: pariterque ex his, quæ dicta ſunt, exploratum habetur (quod præſtare polliciti ſumus) nihil obſtare quæ objecta ſunt, quo minus illum ipſum (ut præſefert titulus) germanum illorum operum, legitimumque auctorem fuiſſe dicamus Dionyſium Areopagitam.

LIX. De ſilentio Euſebii atque Hieronymi.

Sed quod reliquum eſt, videamus: cur ii qui de ſcriptoribus Eccleſiaſticis catalogum antiquitus conſcripſerunt, ut Euſebius ſparſim, & S. Hieronymus una ſimul ordine temporum deducta ſerie ſcripto de ea re commentario, de Dionyſio Areopagita ne verbum quidem feciſſe noſcantur? Quod ad Euſebium ſpectat, ſuſpectum quidem nec teſtimonio dignum ejus videtur eſſe ſilentium; quippe qui Arianorum patronus, ac ſectæ illius vexillarius (ſic enim appellat eum S. Hieronymus) haud edere ſibi ſuiſque opportunum putavit, quæ ipſo ſolo aſpectu Arianorum dogmata potuiſſent infringere: nam ex nobiliſſima illa Cæſarienſi libris omnibus refertiſſima bibliotheca Pamphili martyris, quæ fuerat Origenis, haud ea omnino prodidit majorum monumenta, quæ Arianam hæreſim labefactare ac confutare penitus potuiſſent: ac proinde agens in hiſtoria quam ſcripſit de Scriptoribus Eccleſiaſticis, nequaquam fecit omnium mentionem. Et, ut omittamus de aliis dicere, nonne dolo malo Theognoſti Theologorum celeberrimi nomen atque ſcripta ſilentio obvoluta reliquit, quod Conſubſtantialis nominis eſſet aſſertor? At is non præteriit S. Athanaſium, qui eum ſæpius citat, ut cum ait (a): *Diſcite nunc Chriſti rebelles Ariani, Theognoſtum, virum diſertum, non abhorruiſſe a vocabulo ſubſtantiæ: ſcribens enim de Filio Dei in ſecundo Hypotypoſeon ita locutus eſt, &c.* recitat ibidem graviſſimam diſertiſſimi viri ſententiam de una eademque Filii Dei cum Patre ſubſtantia. Itemque alibi (b): *Priſci igitur homines, inter quos & Origenes, vir omnium diſciplinarum & multum induſtrius, & Theognoſtus ille admirandus & perquam ſtudioſus (horum enim opera legebam, cum tuam epiſtolam acciperem) tradunt nobis, &c.* Haud ſane putandum Theologorum celeberrimum, Athanaſio probe notum, Euſebium præteriiſſe; quin potius dolo malo eum prætermiſiſſe, ac penitus ſuppreſſiſſe.

(a) Athan. de Synod. Nicæn. decret. contr. Arian. hæreſ.

(b) Athan. de peccat. in Spiritum ſanct. ad Serapionem.

LX. Diluitur obiectio de ſilentio S. Hieronymi.

At non ego primus, ſed jam olim S. Maximus monachus, ſtrenuus pro veritate Catholica adverſus Monothelitas propugnator, Euſebii ſilentium de Dionyſio impietatis nota ſugillavit. Ceterum ipſius Dionyſii opera potentiſſima arma continuiſſe ad expugnandam Arianam impietatem, citatus jam ante a nobis Michael Syngellus in illis apprime verſatus pleniſſimam fidem facit: quamobrem ſi quid in iis ſubtilis inſpector offenderit; quod aliter ſe habere interdum ſibi videatur; boni conſulat, & aliunde illud irrepſiſſe non dubitet. Quod vero ad S. Hieronymum ſpectat; cum ejus fides ſinceriſſima nulla prorſus ſuſpicionis labe conſperſa habeatur, & nullus omnino in eo dolus ſubeſſe poſſit; aliunde ejus ſilentii ratio petenda eſt, nimirum ab ejus ſcribendi operis inſtituto: quo videlicet in præfatione ad Dexterum, eos ſe colligere profitetur antiquos ſcriptores Eccleſiaſticos, quos inveniſſet ab Euſebio recenſitos: quod & præſtitiſſe, certum eſt, illis tantum ſuperadditis, qui poſt Euſebii obitum uſque ad ſua tempora in Eccleſia floruere; reliquos vero Sophronium addidiſſe, omnes intelligunt: nec fuit ejus ratio inſtituti, ſi quæ ab Euſebio fuiſſent prætermiſſa, perquirere, ipſumque propterea vel oſcitantiæ vel doli mali arguere.

LXI.

Quando autem eadem Dionyſii opera in lucem prodierint, & an omnia ſimul, incertum eſt, ſed ſicut alia complura ejuſdem auctoris deſiderantur, quorum ipſe meminit: necdum ab aliis hactenus viſa; ita neque omnia ſimul reperta putamus; ſi quidem Athanaſio notus tantum videtur fuiſſe liber, qui tractationem continet de Cæleſti hierarchia, quem tantummodo citaſſe (c) reperitur: quod eſt mirum, ſi verum eſt quod ſcribit idem qui ſupra Maximus, Dionyſium Alexandrinum noviſſe opera Dionyſii Areopagitæ, eademque ſcholiis illuſtraſſe; adducens in ejus rei teſtimonium Anaſtaſium Epiſcopum Antiochenum in eo commentario, cujus eſt titulus Ἐν τῷ ὁδηγῷ. Innotuiſſe eadem Joanni Chryſoſtomo, qui eum ob ſublimem Theologiam appellavit πετεινὸ· τοῦ οὐρανοῦ, hoc eſt, volucrem cæli, auctor eſt Anaſtaſius Bibliothecarius in epiſtola ad Carolum Calvum Imperatorem. ☞ His neceſſario addenda putavi quæ Romæ acce-

(c) Athan. lib. quæſt. q. 3.

Quibus nota Dionyſii ſcripta.

cepi a noſtro Henrico Spondano Gallo Vaſcone Typographiæ Vaticanæ in correctione edendorum librorum inſerviente, viro ſane integra fide & doctrina conſpicuo, qui teſtatus eſt ſe accepiſſe a Jacobo Dauy de Perronio Epiſcopo Ebroicenſi, quem hoc noſtro ſæculo in omni genere litterarum quiſque jure vocabit antiſtitem, ipſum vidiſſe, Venetiis cum eſſet, orationem illam Chryſoſtomi Græce ſcriptam, in qua elogium illud de Dionyſio recitatur, ejuſque homiliæ titulum eſſe, Cygnæa vox Chryſoſtomi; quam ſcilicet habuerit Conſtantinopoli, antequam in exilium proficiſceretur. Inſuper oblatum ibidem fuiſſe librum illum Dionyſii in Areopagitam, quem in modum catenæ compoſitum eſſe dicebat. Adhuc Deo favente, ſupereſt ipſe magno Catholicæ Eccleſiæ beneficio ☞. Cyrillum quoque Alexandrinum Epiſcopum noviſſe ſcripta Dionyſii Areopagitæ, eaque citaſſe in libris quos ſcripſit adverſus Dioſcorum & Theodorum, & in libro de Incarnatione Verbi, fidem facit Liberatus diaconus in breviario (*a*), quod de cauſa Neſtoriana &
(*a*) *Liberat. in Breviar. c. 10.* Eutychiana conſcripſit; ſed neſcio qua injuria vel fraude ea exciderint. Eſt &
(*b*) *Orig. hom. de diverſ. 2.* apud Origenem (*b*) ſermo (& licet Origenis non ſit, antiqui tamen auctoris eſt tractatio pugnantis adverſus Arianos) in quo idem Dionyſius Areopagita citatur.

LXII. *Opera Dionyſii majoribus cognita.* Ex his itaque haud recte ſenſiſſe noſcuntur, qui putarunt Dionyſii Areopagitæ lucubrationes, antiquiores Patres, quos recenſuimus, omnino præteriiſſe: ut Conſtantinus cognomento Philoſophus, qui ſolebat deplorare majorum infelicia tempora, quod Patres his Dionyſii caruerint commentariis, quibus potuiſſent Arii, Eunomii, Neſtorii, Eutychetis, & aliorum errores facile confutare. Cæteri autem Græcorum, qui poſtea claruere, ut Anaſtaſius Sinaita, Anaſtaſius Nicænus, Maximus monachus, Photius, Damaſcenus, Andreas Cretenſis, Suidas, & alii denique omnes, nemine adverſante, non ſolum noverunt Dionyſii Areopagitæ ſcripta, eiſque ſunt uſi; ſed & eadem ejus eſſe auctoris, pugnaciter defenderunt.

LXIII. Eadem Dionyſii ſcripta a Romanis Pontificibus, quorum in his ſumma eſt auctoritas, citantur. In primis enim citatur a
(*c*) *Greg. in Evang. homil. 34.* S. Gregorio (*c*) Magno liber de Cæleſti Hierarchia, & a Martino Papa & martyre, atque in Romana Synodo ab Agathone Papa in epiſtola ad Heraclium & Tiberium Imperatores, quæ recitata eſt in Sexta Synodo, actione quarta. *Rom. Pontificibus nota Dionyſii ſcripta.* Hadrianus (*d*) Papa in epiſtola ad Carolum Ma-
(*d*) *Hadr. epiſt. ad Carol. c. 36.* gnum Imp. citat ejuſdem Dionyſii epiſtolam ad Joannem Evangeliſtam conſcriptam: Nicolaus Papa item allegat, ſcribens ad Michaelem Imp. epiſtolam Dionyſii Areopagitæ ad Demophilum. Sed utinam extaret commentarius ille Theodori presbyteri, cujus Photius meminit, quo ſolvit objectiones negantium ea opera eſſe Dionyſii Areopagitæ: ſane quidem haud nobis vel aliis fuiſſet adeo laborandum. Quæ enim hodie a Novatoribus objectiones refricantur, olim a Græcis curioſis fuerunt vehementius inculcatæ. Non enim majores noſtri, ſimulac Dionyſii lucubrationes prodierunt in lucem, oſcitanter, nulla de illis habita exactiſſima perveſtigatione, eas receperunt; ſed iiſdem propemodum, quibus modo, controverſiis ab illis accurate diſcuſſis atque examinatis, eaſdem germanas inventas, & ab omnibus objectionibus vindicatas, tam Orientalis quam Occidentalis Eccleſia uſu probavit atque recepit.

De commentario itaque Theodori preſbyteri fidem facit Photius, dum in ſua Bibliotheca ſic ait: *Legimus Theodori presbyteri librum, quo demonſtrat, ea quæ S. Dionyſii habemus opera, germana eſſe, nec pſeudepigrapha. Quatuor enim objectiones ſolvit; quarum prima, qua arguitur illa non eſſe legitima, talis exiſtit: Si enim, inquit, pſeudepigrapha minus eſſent, quomodo Patres poſteriores de illorum verbis & ſententiis nullam fecerunt mentionem? Secunda. Quod Euſebius Pamphilus opera a ſanctis Patribus conſcripta recenſens, de S. Dionyſii operibus nec verbum quidem. Tertia: Si traditiones in Eccleſia longo tempore ſenſim & pedetentim ortæ & progreſſæ ſunt; quomodo apud S. Dionyſium ita ſpecialis illarum quædam habetur deſcriptio?* Et paulo poſt ſic meminit de quarta objectione; *Quod loquitur de B. Ignatii epiſtola, cum ſanctus quidem Dionyſius Apoſtolorum temporibus floruerit, Ignatius vero ſub Traiano martyrii certamen perfecerit, qui paulo ante obitum epiſtolam illam conſcripſit, de qua apud S. Dionyſium eſt ſermo. Has igitur quatuor objectiones ſolvere contendens Theodorus, pro viribus nititur demonſtrare, germana eſſe ſancti Dionyſii opera:* Hactenus Photius. LXIV. *Theodorus defenſor ſcriptorum Dionyſii.*

Addendus iis eſſet Georgius Pachimerius, qui in Dionyſium Areopagitam commentarium elaboravit: ſed nequaquam inter antiquos adnumerandus, qui claruit temporibus Michaelis Palæologi, a cujus Imperii tempore cœpit hiſtoriam ſcribere. Quamobrem rejiciendus eſt commenticius ille titulus, qui affixus eſt ejuſdem paraphraſi in ejudem Dionyſii epiſtolas, quo dicitur auctorem opus illud aggreſſum eſſe hortatu S. Athanaſii Patriarchæ Alexandrini tunc agentis Conſtantinopoli. Miratus ſum equidem, virum eruditum Godefridum Tilmandum, qui eamdem paraphraſim Latinis edidit, & longam diſputationem pro iiſdem ſcriptis ela- LXV.

laboravit, hæc adeo manifeſta non cognoviſſe, nec etiam correxiſſe. Quonam pacto, rogo, potuit ea ſcripſiſſe Georgius tempore S. Athanaſii, ſi in illis commentariis meminit auctor hæreſum Neſtorii & Eutychetis, quæ poſt multos annos ab Athanaſii obitu emerſere? Nec eſt quod de ſecundo Athanaſio, itidem Epiſcopo Alexandrino, ea potuiſſent intelligi, qui ſedere cœpit anno Domini quadringenteſimo octogeſimonono, longe ante etiam quam viveret Pachimerius: fuitque ille non ſanctus, ſed hæreticus, & Acephalorum patronus. His addendi eſſent & alii complures recentiores: ſed de Dionyſio hactenus. Quod autem ad martyrium ejus ſpectat, conſule quæ a nobis ſunt in Martyrologio Romano adnotata.

JESU CHRISTI ANNUS 110. | ANACLETI PAP. ANNUS 8. | TRAIANI IMP. ANNUS 11.

I. (a) Euſeb. in Chron. (b) Hieron. de Scrip. Eccl. in Ignat. Ignatii martyrium.

ANnus ſequens, qui numeratur Domini centeſimus decimus, adſcribitur Faſtis Gallo, & Bradua Conſulibus, cum Traianus undecimum annum ageret in imperio: quo (ut auctor eſt Euſebius (a), & Hieronymus b) S. Ignatius Epiſcopus Antiochenus, qui (ut vidimus) anno ſuperiori vinctus Antiochia Syriæ ductus eſt Romam, martyrium feliciter conſummavit. Quonam autem genere mortis? Plane accidit, quod optarat, ut leonum dentibus dilaniatus,glorioſam martyrii coronam fuerit conſecutus; rem geſtam paucis Euſebius (c) abſolvit, his ſcilicet verbis: *Ignatius item qui ad noſtram uſque memoriam multorum ore & ſermone prædicatur, poſt Petrum ſucceſſione ſecundus Epiſcopatum Antiochiæ nactus eſt. Fertur porro, hunc ex Syria ad Urbem Romam amandatum, beſtiis prædam, & laniatum, ob teſtimonium quod Chriſto perhibuiſſet, eſſe projectum.* Hæc tantum ipſe.

(c) Euſeb. hiſt. lib. 3. c. 30.

II. (d) Metaph. apud Sur. 1. Februar. Acta de ſancti Ignatii martyrio.

Ceterum Metaphraſtes (d) ex vetuſtioribus tabulis, poſt alia multa, hæc de ejus adventu Romam, atque martyrio: *Venit Romam; & ſiſtitur ante Præfectum Urbis. Is cum Theophorum vidiſſet Ignatium, & litteras accepiſſet Imperatoris; dies autem adveniſſet opportunus, quando erat dies feſtus & celebris Romanorum; ducit eum in medium theatrum, ſicut jubebat improbum edictum Imperatoris. Cum ergo univerſa civitas ſederet in theatro, cum ardenti ſpiritu & oculis jam ſpectaculum amantibus; utpote quod jam fama ubique annuntiaſſet, Syriæ Epiſcopum cum feris eſſe pugnaturum: converſus ille ad populum quodam generoſo & inflexibili animo, ut qui gloriaretur, & ſibi placeret; propter eam, quæ pro Chriſto ſuſcipi cernebatur, ignominiam: Viri (inquit) Romani, & præſentes hujus certaminis ſpectatores; non hæc mihi fiunt, ut luam pœnas alicujus maleficii (maleficos enim*

ÆC. II. Anno Urbis 861. Olymp. 221. an. 4. A. C. 108.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5601.

☉ 5. BA. ☽ 14. P. 16. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 108. *ſecund. Baronium* 110.

ALEXANDRI PAPÆ I.

TRAIANI IMP. 2.

I. *Conſules.*

[1] Anum. I. ad VIII. Coſſ. *Ap. Annius Trebonianus Gallus, & M. Atilius Metilius Bradua*, ex Inſcriptionibus ab Onufrio in Faſtis relatis.

II. *Decennalia Auguſtei Imperii, & II. triumphus Traiani.*

Traianus Imperii Auguſtei Decennalia dedit, & ſecundum triumphum Dacicum exhibuit, ut anno 103. oſtendimus. Ad hæc Decennalia, referenda quæ habet Dio lib. 68. poſtquam ſecundum bellum Dacicum narravit: *Ad Traianum reverſum in Urbem quamplurimæ legationes a barbaris gentibus, & inprimis ab Indis venerunt. Is ſpectacula edidit dierum centum viginti trium, in quibus interdum cæſæ ſunt feræ manſuetæque beſtiæ mille, interdum etiam ad decem millia: itemque gladiatorum decem millia (inter ſe) certaverunt. Iiſdem temporibus ſtravit paludes Pontinas lapidibus, extruxitque juxta vias ædificia,ronteſque magnificentiſſimos fecit, ac nummum omnem adulterinum conflavit.* Hæc enim omnia Decennalium indicia. Cum vero in hujuſmodi ſolemniis novi ſæpe tituli Imperatoribus darentur, hæc Inſcriptio in Traiani honorem tunc dicata. Refert eam Sponius in Miſcellaneis Eruditæ Antiq. pag. 168.

IMP.

---

[1] COſſ. *Ap. Annius Trebonianus Gallus, M. Atilius Metilius Bradua.* Gruterus pag. XXIII. 7. DD. XII. KAL. JULI. APPIO. ANNIO. TREBONIO. GALLO. M. ATILIO. METELLO. BRADUA. COS. Ibidem num. 8. DEDICAVIT. X. KAL. MAIAS. APPIO. ANNIO. M. ATI..... COS. Pag. LXV. 7. DEDICAVERUNTQUE XI. KAL. MAIAS. APPIO. ANNIO. TREBONIANO. GALLO. M. ATILIO METELLO, BRADUA. COS. Pag. MLXXXII. 15. AP. ANNIO GALLO. M. ATILIO. BRADUA COS. Male ergo apud Pagium *Metilius* eſt, quum ex lapidibus *Metellus* dicendus ſit. Faſti Idatiani: *Gallo & Bradua*; ita & Vindeboneneſ, poſtremis de more nominibus.

Panvinius & Almelovenius ſuffectos credunt *ex Kal. Martiis C. Julium Africanum, & Clodium Criſpinum.*

enim, quod ſæpe diximus, Gentiles dicebant eſſe Chriſtianos, atque ut maleficos eſſe damnandos: aut ſceleratæ alicujus actionis auctores) ſed ut Deum aſſequar, cujus quidem teneor deſiderio, & quem cupio inſatiabiliter. Sum enim ejus frumentum, & molor per dentes beſtiarum, ut fiam ejus purus panis. Hæc dixit; & dimiſſi leones, eum ſtatim laceraverunt & devoraverunt, a ſolis aſperioribus illis oſſibus abſtinentes: & re vera impletis
III. *votis, ut beſtiæ eſſent ejus ſepulchrum:* Hæc ille de Ignatii martyrio.

(a) *Mart. Adon. die 1. Februar.*

Quanta paſſus Ignatius.

Eadem de Ignatii conteſtatione ad populum facta apud Adonem (a) leguntur, licet ab eo multa alia Ignatius Romæ paſſus tradatur, nimirum quod ait: *Pilis plumbeis ſcapulas ejus primum contuſas, deinde ungulis latera eius dilaniata, & lapidibus aſperis confricata: manus ejus igne fuiſſe repletas, & papyro oleo infuſo latera ejus aduſta, juſſumque ſuper carbones ardentes inſiſtere, rurſumque inflammatum lateribus, & ungulis laceratum, ac teſteis cruſtis perfricatum.* Hæc & alia unde acceperit, non invenimus, & certæ ne ſint fidei dubitamus. Diſſentit quoque Ado a citato nuper auctore, dum carnes ejus intactas a leonibus remanſiſſe tradit. Verum cum hæc ſcribat acta coram Traiano Imperatore, haud probantur, cum conſtet eum in Oriente egiſſe his temporibus cum exercitu. Sed nec veritati conſentientia ſunt, quæ ait accidiſſe hoc anno undecimo Traiani Attico & Marcello Conſulibus: Marcelli enim Conſulatus, ſed cum Surano, tunc accidit, cum Traianus ageret in Imperio annum ſeptimum. Scimus alioqui, martyrium Ignatii ab aliis poni aliis ac diverſis Traiani Imperii an-
IV. nis: ſed præſtat antiquioribus, nempe Euſebio & S. Hieronymo, fidem præſtare.

(b) *Joan. Chryſoſt. ſerm. de S. Ign. tom. 5. in fine.*

Cur Romæ paſſus.

Quid vero S. Joannes Chryſoſtomus (b) de Ignatio Romæ paſſo? *At illi* (inquit) *qui Romæ habitabant, cum illic magna vigeret impietas, majore auxilio indigebant. Ideo Petrus, & Paulus, & Ignatius poſt illos ibi fuerunt immolati, ut civitatem illam, idolorum cruoribus pollutam, proprio ſanguine abluerent, & operibus ipſis reſurrectionis Jeſu Chriſti crucifixi teſtimonium afferrent, demonſtratis iis qui Romæ degebant, ſe præſentem vitam tanta cum voluptate numquam fuiſſe deſpecturos, niſi ſibi omnino perſuaſiſſent quod ad crucifixum Jeſum eſſent aſcenſuri:* & poſt nonnulla: *Ut autem illi qui Romam incolebant, hæc eſſe vera, re ipſa cognoſcerent, permiſit Deus eum ſanctum virum illic morte affici. Quod autem hæc ſit cauſa, ex genere ipſius mortis conabor oſtendere. Neque ut extra muros in barathro, aut in carcere, aut in angulo aliquo occideretur, damnatus eſt; ſed in medio theatro, univerſa civitate ſeorſum conſidente & ſpectante, beſtiis in ipſum immiſſis & concitatis, martyrium pertulit: ut ſub omnium oculis adverſus diabolum tropheum erigeret, cunctoſque ſuorum certaminum imitatores efficeret; cum non modo fortiter, ſed etiam cum lætitia mortem oppeteret, feraſque cum omni voluptate ſpectaret, non quaſi raperetur e vita, ſed tamquam ad vitam meliorem ac præſtantiorem vocaretur. Unde hoc fit perſpicuum? ex verbis quæ moriturus loquebatur. Cum enim id genus ſupplicii ſibi eſſe ſubeundum intellexiſſet: Ego, inquit, feras illas adjuvarem.* Hæc Chryſoſtomus, alludens, puto, ad ea quæ ip-
ſe ſcripſerat ad Romanos. V.

Ignatii Reliquiæ Antiochiam allatæ.

Poſt vero necem ſanctiſſimi viri, Syros, qui eum comitati ſunt Romam, ſuſceptas ejus ſacras reliquias, Antiochiam ovantes magno gaudio retuliſſe, idem auctor teſtatur, ſic ſuos alloquens Antiochenos: *Exiguum ad tempus eum vobis ademit Deus, ſed majore cum gratia reſtituit. Et quemadmodum pecuniam mutuantes, cum fœnore ea reddunt quæ acceperunt: ſic etiam Deus pretioſum hunc theſaurum pauliſper ſuſcipiens ut oſtenderet Romæ, majore cum gloria illum vobis retulit. Emiſiſtis eum Epiſcopum, & martyrem recepiſtis: emiſiſtis cum precibus, & cum coronis ſuſcepiſtis: nec vero vos ſoli, ſed cunctæ quæ interjectæ ſunt civitates. Quomodo enim eas affectas exiſtimatis, cum reportatas reliquias cernerent? quem voluptatis fructum percipere? quanta lætitia geſtire? quam fauſtis undique acclamationibus coronatum amplecti? Quemadmodum pugilem generoſum, qui omnes devicerit adverſarios, ſpectatores e cavea cum plauſu conſurgentes ſublimem ſtatim excipiunt, nec terram attingere patiuntur; ſed humeris ſublatum, innumerabilibus laudibus exornantes, domum reportant: ſic quoque ſanctum illum omnes ex ordine civitates ab Urbe relatum ſuſcipientes, humeriſque geſtantes, Antiochiam uſque ſunt comitatæ, martyrem coronatum celebrantes, diabolum deridentes, quod e contrario illi verſutia ſucceſſiſſet. Et tunc quidem cunctis illis civitatibus profuit, do-*

cu-

Imp. Caesar Divi Nervae F. Traiano Aug. Germ. Dacico Pontif. Max. Trib. Pot. XII. Imp. VI. Cos. V. Propagatori Orbis Terrarum Locupletatori Civium Cultores Larum et Imaginum Domus Augusti Solo Privato Sua Pecunia Fecerunt.

Egregii certe tituli, quibus poſtea Hadrianus Traiani filius adoptivus coheneſtatus eſt, & ut ex uſu, qui invaluerat, conjicere licet, in Decennalibus, vel aliis id genus feſtis.

Martyrium S. Ignatii longe poſt præſentem annum contigit, ut ex dictis anno ſuperiori certum redditur. III.

S. Ignatius

cumentoque fuit, & patriam hanc uſque in præſentem diem locupletavit. Hucuſque Chryſoſtomus de ipſius reliquiarum tunc facta tranſlatione. Poſitas eas fuiſſe in ſuburbiis Antiochiæ, ad portam Daphniticam, auctor eſt S. Hieronymus (*a*): quando autem intra civitatem perlatæ fuerint, ſuo loco dicemus: agitur hujus tranſlationis anniverſaria celebritas decimaſeptima menſis Decembris.

(*a*) *Hier. de Script. Eccleſ. in Ignat.*

VI. Sed quod ait Chryſoſtomus, eam ſic ſolemniter omnium plauſu, concurſu, & accurſu eſſe factam: cum conſtet antiquo jure Romanorum, reliquias defunctorum prohibitas eſſe transferri; ſcribatque Plinius (*b*) his temporibus ad Traianum, pro ea re impetranda, collegium Pontificum adiri ſolitum: dicendum eſt, Chriſtianos ejuſmodi licentiam, nulli parcentes impenſæ, ingenti pecunia redemiſſe. Diſtrahere pecunia conſueviſſe Gentiles reliquias martyrum, notavimus in Romano Martyrologio. At ſicut qui nuper, licet vinculis alligatus, cum duceretur ad beſtias, magno honore (ut vidimus) a civitatibus per quas tranſiret, fuit affectus: ita, Deo ſic diſponente, cum ab iiſdem qui eum Romam ad martyrium fuerant comitati, Antiochiam reduceretur, factum eſt, ut eadem loca, & civitates eidem occurrentes, quem vinctum magno fuerant honore proſecutæ, eumdem corona martyrii redimitum exultantes ubique ſuſciperent. Suſpenſos enim omnes fuiſſe animo, anxie expectantes quid Ignatio Romæ accidiſſet: ſed hæc avidius S. Polycarpum ſcire optaſſe, ipſe in fine epiſtolæ, quam ſcripſit ad Philippenſes, declarat.

(*b*) *Plin. lib. 10. epiſt. 73.*

Ignatii digna tranſlatio.

VII. Miracula multa ex Reliquiis S. Ignatii.

Perlatas autem S. Ignatii Antiochiam reliquias, ac in ſuburbio (ut dictum eſt) in cœmeterio collocatas, permultis magniſque coruſcaſſe miraculis, idem Joannes Chryſoſtomus teſtatur his verbis: *Non aliter quam theſaurus quidam perpetuus, qui quotidie exhauritur, & numquam deficit; ſic etiam beatus hic Ignatius cunctis ad ſe accedentibus bene dicens, fiducia, & ſtrenua alacritate, magnaque fortitudine plenos remittit domum. Itaque non hodie tantum, ſed quotidie confluimus, ſpirituales ex eo fructus percipientes. Quiſquis enim cum fide ad illum accedit, magnis afficitur beneficiis. Sanctorum enim non modo corpora, ſed ipſi loculi & monumenta ſpirituali gratia conferta ſunt.* Hæc & alia multa Chryſoſtomus de cultu reliquiarum ſanctiſſimi viri. Videas itaque ex his, quanti fecerint Chriſtiani hujus temporis (omnes haud dubium Apoſtolorum diſcipuli) reliquias ſanctorum martyrum; dum ſæviente licet perſecutione, nihil veriti invidiam ſævitiamque Gentilium, nec viarum pertæſi difficultates & longitudinem, Roma Antiochiam uſque eas magna veneratione & lætitia retulerunt, & loco honeſtiſſimo collocarunt.

VIII. Hero Epiſcopus Antiochenus.

Subrogatus fuit ab Antiochenis in locum Ignatii (quod ipſe prædixerat) Hero ejuſdem Eccleſiæ diaconus, ad quem extat ipſius Ignatii hæc præmonentis epiſtola; ſeditque annos viginti (*c*). Legimus in codice Vaticano, poſt S. Ignatii epiſtolas, hujus Heronis ad ipſum jam martyrio coronatum precationem, his verbis Latine redditam:

(*c*) *Euſeb. in Chronico.*

IX. Heronis Epiſcopi Antiocheni precatio.

Sacerdos, & aſſertor ſapientiſſimi Dei, Ignati, immaculata ſtola indute, perenni fonte ſaturate, cum Angelis laudem canens, primogeniti certe amice, a peccatis liberate, a diabolo ſeparate: agoniſta conſtitutus in ſtadio veritatis, acquiſiſti pretioſam ſalutem, confudiſti Traianum, & Senatum Romæ, prudentiam nunc non habentem: domeſticus nunc factus es Chriſti in dilectione, fide, & vita. Memor eſto mei, filii tui Heronis: ut & ego ex hac vita exiens, ſanctis connumerer; ut dignum nomen merear adipiſci, & de iniuſta ſtatione atque a Deo aliena extraneus inveniar. Ter quaterque beate, qui ad talia perveniſti, pater Ignatii, currus Iſrael, & auriga ejus. Evaſiſti mortem, fugiendo, & de terrenis ad cæleſtia evolaſti: coronam deificam & magnam meruiſti, & in amabili Dei agone viciſti. Memento ejus quem nutriviſti, beate martyr, & præſta mihi colloquium, ſicut prius faciebas. Hucuſque Heronis precatio ad Ignatium.

X. At non ſolum Ignatius, ſed & alii Epiſcopi ex ſuis ipſorum ſedibus abſtracti, æque petebantur ad necem; quod S. Joannes Chryſoſtomus (*d*) teſtatur his verbis: *Neque vero id ſolum diabolus, ſed & aliud non minus grave machinabatur. Nam cum urbium Præfectos ad trucidandos Epiſcopos impellebat; tum etiam operam dabat, ut in externas civitates abſtracti, de medio tollerentur. Id autem agebat, ſimul ut neceſſariis rebus ſpoliarentur ſimul ut itineris labore confecti redderentur imbecilliores.* Hæc Chryſoſtomus; quod quidem non tantum in Ignatio factum vidimus, ſed & id ipſum poſtea contigiſſe Oneſimo Pauli diſcipulo, Epheſiorum Epiſcopo; qui dudum Ignatium, in itinere conſtitutum, Smyrnæ convenit. Hic, inquam, ab Aſiæ Proconſule teneri ac vinciri juſſus, Epheſo abductus Romam, ibi lapidibus obrutus, martyrium egregie conſummavit; hæc quidem de eo antiquæ Eccleſiaſticæ tabulæ (*e*), in quibus ejus martyrii memoria annis ſingulis repetenda, notata olim fuerat, his ver-

(*d*) *Chryſ. de S. Ign. ſerm. tom. 5.*

Oneſimi martyrium.

(*e*) *Rom. Martyrol. 16. Febr. & alia.*

IV. *S. Oneſimus.*

Ad num. X. Oneſimus Pauli diſcipulus, aliique de quibus Baronius, eodem circiter tempore, quo Ignatius, martyrii palmam conſecuti videntur.

bis ſcripta habent: *Hic vinctus Romam perductus, pro fide Chriſti lapidatus, primo ibidem ſepultus fuit; inde ad locum ubi fuerat Epiſcopus ordinatus (nempe Epheſum) corpus ejus delatum eſt*. Sed de (a) Niceph. lib. 3. c. 11. eo erraſſe conſtat Nicephorum (*a*), dum ipſum ſub Domitiano tradit occubuiſſe martyrio; nam quem certum eſt ſupervixiſſe Ignatio, qui ſub Traiano martyr factus eſt, quomodo ante Ignatium ſub Domitiano martyr potuit ex hac vita migraſſe?

XI. Martyrium Antiſtii Epiſcopi Dyrrachii. In Macedonia etiam Dyrachii S. Aſtius (aliter Antiſtius) ejus civitatis Epiſcopus ſupplicio crucis martyrium magna cum gloria conſummavit; quem cum ſic pendentem in cruce vidiſſent ſeptem Chriſtiani, qui eadem urgente perſecutione ex Italia illuc confugerant; tanto permoti exemplo, magno animi ardore Chriſtianos eſſe profitentes, ſe obtulere martyrio, qui omnes juſſu Præſidis in mare demerſi ſunt; agitur horum anniverſaria commemoratio tum a Græcis, tum etiam a Latinis (*b*). (b) Martyrolog. Rom. 7. Julii.

XII. Cerdo Epiſcopus Alexandrinus. Hoc eodem anno undecimo Traiani Imperatoris, Cerdo Epiſcopus Alexandrinus, cum ageret in ſede annum undecimum, ex hac vita deceſſit, ſubrogatuſque eſt in locum ejus Primus, qui tenuit eamdem ſedem annos duodecim. Hæc omnia Euſebius in Chronico. Quod vero ſpectat ad electionem Epiſcoporum Alexandrinorum; S. Hieronymus ſcribens ad Evagrium, hæc ait: *Alexandriæ a Marco Evangeliſta uſque ad Heracleam & Dionyſium Epiſcopos, presbyteri ſemper unum ex ſe electum, in excellentiori gradu collocatum, Epiſcopum nominabant; quo modo ſi exercitus Imperatorem faciat; aut diaconi eligant de ſe quem induſtrium noverint, & Archidiaconum vocent*. Hæc Hieronymus. Quam vero ingentem calamitatem, in ultionem ſceleris in Ignatium perpetrati, paſſa ſit civitas Antiochena, dicemus anno ſequenti, quo contigit, ulciſcente numine viri ſanctiſſimi necem.

JESU CHRISTI ANNUS 111. | ANACLETI PAP. ANNUS 9. | TRAIANI IMP. ANNUS 12.

1. SEquens annus ab Ignatii martyrio, numeratur Domini centeſimus undecimus, Traiani vero duodecimus. Contigit nos in prima editione Annalium ponere Conſules Meſſalam atque Pedonem, (c) Evag. lib. 2. cap. 21. Evagrii error. fidem ſecutos (*a*) Evagrii numerantis annos prioris terræmotus Antiocheni ſub Traiano uſque ad poſteriorem terræmotum ſub Leone Imp. Sed quod vetus inſcriptio reperta non ſinat ſuo loco in Faſtis poſitum Conſulatum Pedonis moveri, conſignatum ipſum certo anno ab Urbe condita, calculus ipſe potius Evagrii mendacii arguendus, quo nos ductos, cum ipſo pariter erraſſe contigit, ut hic ejus auctoritate Conſulatum Pedonis, & recenſitum ſub ejus Conſulatu terræmotum Antiochenum poſuerimus, reſtituendum ipſum ſub ipſo Conſulatu Pedonis poſt ſex annos ſuo loco. Venia tamen dignus error, cum Caſſiodori Faſtis per hæc Traiani & Hadriani tempora nihil ſit perturbatius, ut in his de Conſulatu Pedonis illapſus error ex Evagrio potuerit exiſtimari. Sed re comperta, ponatur hic Conſulatus Palmæ iterum & Calviſii Tulli; inter ſuffectos autem T. Ælius Hadrianus is, qui

V. Obitus Cerdonis Epiſc. Alexand. Ad num. XII. Cerdo Epiſcopus Alexandrinus *defunctus eſt die Sabbati undecima Luna*, inquit Auctor Patriarcharum Coptitarum poſt Baronii mortem publicatus, id eſt, die quinta Junii, ideoque anno præcedenti, quo is dies in Sabbatum incidit.

VI. Alexand. ſit Papa. Evariſto Papæ hoc anno demortuo ſucceſſit Alexander; juxta Chronicon Damaſi.

SÆC. II. Anno Urbis 862. olymp. 222. an. 1. A.C. 109.

ANNO PERIODI GRÆGO - ROMANÆ 5602.

☉ 6. G. ☽ 15. P. 8. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 109. *ſecund. Baronium* 111.

ALEXANDRI PAPÆ 2.

TRAIANI IMP. 12.

[1] AD num. I. Coſſ. *A. Cornelius Palma II. & C. Calviſius Tullus II.* Hunc bis Conſulem fuiſſe docet Capitolinus in Marco cap. 1. Palmam vero, Aulum Cornelium vocatum, patet ex Inſcriptione Onuphriana anno XCIX. quo priorem Conſulatum geſſit, relata. I. Conſules.

[1] COſſ. *A. Cornelius Palma II. & C. Calviſius Tullus II.* De his Capitolinus in vita M. Aurelii. Faſti Idatiani & Vindebonenſes: *Palma II. & Tullo*.

Hoc anno Hadrianus conſul ſuffectus fuit. Spartianus in vita cap. III. *Sarmatas* (Hadrianus) *compreſſit, diſciplinam militarem tenuit, procuratores latius evagantes coercuit: ob hoc conſul factus eſt*. Fuit autem Hadrianus *conſul ſuffectus* cum *L. Publilio Celſo*, ut Spartiani interpretes tradunt. Panvinius quoque, Almelovenius & alii, ſuffectos faciunt *P. Ælium Hadrianum, & L. Publilium*, ſeu *Publicium Celſum*. Vide Dionem lib. LXIX. pag. 788.

qui Imperium poſtea, Traiani adoptione, cujus ſpem certam in hoc ei magiſtratu factam ferunt (*a*), conſecutus eſt. Tertius enim hic annus erat ab ejus Prætura, quam Serviano II. Conſule ab eo geſtam, notat Spartianus. Cæterum ab hoc anno ad annum ſecundum Leonis Auguſti, quo terræmotus ille contigit, qui civitatem Antiochenam graviſſime afflixit, numerantur anni tercentum quadragintaſeptem, quot ſcilicet Evagrius Scholaſticus interlapſos tradit ab altero ejuſdem civitatis terræmotu, qui Traiani temporibus acciderat. Unde ſi calculum ejus ſequamur (ut fecimus) priorem hanc cladem Antiochenam, hoc ipſo anno, & his quos dixi, Conſulibus adſcribi oportebit. Sed cum ex Dione conſtet, illam Pedone Conſule, quem in ipſo terræmotu Antiochiæ oppreſſum affirmat, contigiſſe, Conſulatuſque Pedonis, ut certiſſima nota demonſtrabitur, non ante ſextum ab hinc annum collocari queat; ad id tempus neceſſario rejiciendus erit hic terræmotus; ac docendum, fidem dandam Dionis narrationi, ipſum vero Evagrium potius in numeri ſui computatione lapſum eſſe ☜.

(*a*) *Spart. in Hadriano.*

JESU CHRISTI ANNUS	EVARISTI PAP. ANNUS	TRAIANI IMP. ANNUS
112.	1.	13.

I. Annus præſens, qui ponitur Chriſti centeſimus duodecimus, Traiani vero decimus-tertius, a diverſis chronographis diverſis Conſulibus conſignatur: nam Caſſiodorus habet Piſonem, & Haſtam, ☞ alii quod certius eſt, Criſpinum, & Orfitum ☜; ſed in his modo non laborandum, quod Imperatoris annis vera certaque temporis ratio conſtituatur, nec de Conſulibus aliquid certi valeat definiri: ☞ ſiquidem ut ſuperius dictum eſt his Traiani, ſive Hadriani temporibus, Caſſiodori Faſti mendoſiſſimi inveniuntur ☜. Hoc igitur anno Anacletus Papa, cum ſediſſet annos novem, menſes tres, & dies decem, martyrio coronatur decimatertia die menſis Julii, qua tabulæ Eccleſiaſticæ (*c*) anniverſariam ejus memoriæ celebritatem antiquitus notatam habent. Res ab eo geſtæ, quas plane fuiſſe mirificas, multis argumentis aſſequi licet, communi naufragio ſcripturarum remanſerunt plane obſcuræ: nam hæc tantum in libro de Romanis Pontificibus de eo ſcripta habentur: *Hic memoriam beati Petri conſtruxit, & compoſuit dum presbyter factus fuiſſet a beato Petro, ſeu alia loca ubi Epiſcopi reconderentur ſepulturæ; ubi autem & ipſe ſepultus eſt in pace juxta corpus beati Petri, tertio Idus Julii. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, creavitque presbyteros quinque, diaconos tres, Epiſcopos per diverſa loca numero ſex; & ceſſavit Epiſcopatus ejus dies tredecim.* Hæc ibi.

Obitus Anacleti.

(*c*) *Rom. Martyrol. 13. Jul.*

II. Leguntur ejus titulo epiſtolæ tres; in quarum ultima quod trium ſedium Patriarchalium ſeries ponatur, tum nomen Patriarcharum, tum res ipſa diſplicet Novatoribus. Nomen quidem antiquiſſimum eſt, tum a Judæis, tum etiam a Gentilibus uſurpatum, quod, ſicut alia multa, in Eccleſiam ſe-

Patriarchæ nomen.

SÆC. II. Anno Urbis 863. Olymp. 222. an. 2. A.C. 110.

Anno Periodi Græco-Romanæ 5603.

☉ 7. F. ☽ 16. P. 24. Mart. Indict. 8.

Jesu Christi 110. *ſecund. Baronium* 112.

Alexandri Papæ 3.

Traiani Imp. 13.

I. *Conſules.* II.

[1] Ad num. I. & ſeqq. Coſſ. *Criſpinus Priſcianus*, & *Solenus Orfitus*.

Anacletus Papa anno Chriſti nonageſimo quinto demortuus. In Chronico enim Damaſi legitur: *Anacletus annis duodecim, menſibus decem, diebus tribus. Fuit temporibus Domitiani a Conſulibus Domitiano X. & Sabino* (qui anno Chriſti LXXXIV. Faſtis nomen dedere) *uſque Domitiano XVII. & Clemente*, anno Chriſti XCV. Conſulibus. Sed loco *menſibus decem*, legendum *menſibus duobus*, cum Catalogo Palatino. Colitur Anacletus die XIII. Julii. Verum is dies ad aliquam ejus Tranſlationem referendus, ut jam de aliis Natalibus attributis antiquis Pontificibus diximus. Cir-

Anacleti Papæ obitus.

[1] Coſſ. *Criſpinus Priſcianus*, & *Solenus Orfitus*. Mendoſe exhibentur a Pagio; ſunt autem: *Ser. Salvidienus Orfitus*, & *M. Peducæus Priſcinus*. Vetus lapis apud portam Capenam effoſſus, & editus a Blanchino in notis ad tomum II. Anaſtaſii pag. 122. SER. SALVIDIENO. ORFITO. M. PEDUCACEO (pro PEDUCAEO) PRISCINO. COS. Figlinæ apud Fabrettum pag. 508.

BRUT......
MAR. LUPI......
ORFITO. ET
PRISCINO. COS.

Faſti Idatiani; *Orfito & Priſciano*. Vindebonenſes; *Priſcino & Orfito*.

liciter tranſiit; non tantum enim Judæi, ſed & Ægyptii utebantur eo nomine atque primaria dignitate: nam & Herodotus, cum agit de ſacris Ægyptiorum, Patriarchas illos nominat, qui principem locum in ſacris tenent. Inſuper uſus eſt eo nomine Hadrianus (*a*) Imperator, Traiani ſucceſſor, in epiſtola ad Servianum Conſulem de Ægyptiorum inconſtantia, ubi hæc verba: *Ille ipſe Patriarcha cum Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Chriſtum:* ſed de ea re ſuo loco inferius, ubi, quod de Serapide loquitur, calumniam eſſe aperte monſtrabimus. Ceterum de ſedium prærogativa a Petro primum inſtituta, deque ipſarum ordinis ratione diximus primo Annalium tomo.

(*a*) *Flav. Vopiſc. in Saturnino.*

III. Hæc eadem habentur in Romanis Conciliis ſæpe repetita; nimirum primum ſub Damaſo, quæ continet Creſconiana Collectio; deinde ſub Gelaſio (*b*); cenſentur enim hæ tres ſedes una, unius nimirum Petri nomine & auctoritate firmata; nam ea ratione Gregorius (*c*) ad Eulogium ſcribens, hæc ait: *Cum multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorum principis ſedes in auctoritate convaluit, quæ in tribus locis unius eſt. Ipſe enim ſublimavit ſedem, in qua etiam quieſcere, & præſentem vitam finire dignatus eſt. Ipſe decoravit ſedem, in quam Evangeliſtam diſcipulum miſit. Ipſe firmavit ſedem, in qua ſeptem annis, quamvis diſceſſurus, ſedit. Cum ergo unius atque una ſit ſedes, cui ex auctoritate divina tres nunc Epiſcopi præſident; quicquid ego de vobis boni audio, mihi imputo.* Hæc Gregorius, conſentientia omnibus quæ in dictis Conciliis ſub Damaſo atque Gelaſio acta ſunt. At de his ſedibus ſæpe inferius. Sed nunc ad res Romæ geſtas redeamus.

(*b*) *Habetur tom. 1. Concil.*
(*c*) *Gregor. lib. 6. epiſt. 37.*
Tres ſedes Patriarchales una Petri.

IV. Cum (ut dictum eſt) poſt Anacleti martyrium ſedes vacaſſet diebus tredecim, in locum ejus eſt ſuffectus Evariſtus, & ipſe natione Græcus, ex patre Judæo, nomine Juda Bethlehemitico: qui ſedit annos novem, & menſes tres. Hæc ex libro de Romanis Pontificibus; in quo (ut alias ſæpe diximus) Conſules ſunt perperam ſuperadditi. Meminerunt Evariſti Irenæus (*d*), Optatus (*e*), Epiphanius (*f*), & Auguſtinus (*g*). Cum autem in ſuperius citato libro mox ſubditur: *Hic titulos in urbe Roma diviſit presbyteris;* quid per titulos intelligi debeat, eſt accuratius perveſtigandum. Haud tamen dubium per titulos accipi domos divino cultui mancipatas, in quibus Chriſtiani ſynaxes agere conſueverant. Eſt de his exemplum in brevioribus illis, ſed plane aureis Pii Papæ (*b*) epiſtolis ad Juſtum Epiſcopum Viennenſem, in quarum priori hæc de nuper erecto titulo: *Antequam Roma exiiſſes, ſoror noſtra Euprepia (ſicut bene recordaris) titulum domus ſuæ pauperibus aſſignavit; ubi nunc cum pauperibus noſtris commorantes, Miſſas agimus:* & poſteriori: *Presbyter Paſtor titulum condidit.* Sic igitur quod dicatur Evariſtus titulos diviſiſſe presbyteris, de illis plane intelligendum eſt qui recens eſſent inſtituti; ſicut enim Chriſtiana religio in dies majoribus augebatur incrementis, ita pariter novos adjicere titulos opus erat, prout & poſterioribus temporibus eſſe factum apparet.

Evariſtus Papa.
(*d*) *Iren. lib. 2. c. 3.*
(*e*) *Optat. contra Parmen. lib. 2.*
(*f*) *Epiph. hæreſ. 26.*
(*g*) *Aug. epiſt. 165.*
(*b*) *Habentur tomo 1. Biblioth. ſanct.*
De titulis Romæ inſtitutis.

V. Sed unde acciderit ut domus Fidelium in ſacrum uſum converſæ, quas nos Eccleſias dicimus, a majoribus Tituli dicerentur, paucis aperiendum. A rebus Fiſcalibus videtur accepta eſſe nomenclatura: tituli namque impoſitione, rem aliquam ſibi Fiſcus ſolitus erat vendicare, atque Principi conſecrare; ut cum ait Imperator (*i*): *Tituli vero, quorum adiectione prædia noſtris ſunt conſecranda ſubſtantiis, nonniſi publica teſtificatione proponantur.* Fuiſſe hujuſmodi titulos vela quedam, quæ regiam repræſentarent poteſtatem, vel imaginibus Imperatorum vel nominis ipſorum inſcriptione inſignita, multa ſunt quæ poterunt demonſtrare: ſed nos breviter tantum rem attingemus. Ejuſmodi vela cortinas regias S. Ambroſius nominat, dum ſcribens ad Marcellinam de Valentiniano Imperatore agit, qui cortinarum illatione intra baſilicam, illam ſibi eo modo ſtuduit vendicare, ſed eiſdem a pueris ſciſſis, omnia irrita ſunt reddita. Porro titulos & litteris notari ſolitos, S. Auguſtinus (*k*) his verbis demonſtrat: *Ne domum ipſius invadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces; ipſe vult eſſe poſſeſſor, & frontem domus ſuæ de titulo alieno muniri; ut, cum titulus fuerit lectus, conterritus quis potentia nominis, abſtineat ab invaſione.* Vetuit (*l*) Gregorius hujuſmodi titulos imponi Eccleſiaſticis rebus; quippe qui ſciret titulos Eccleſiaſticos longe a Fiſcalibus diverſos eſſe debere.

(*i*) *l. ſi quando C. de bon. vacant. lib. 11.*
Tituli quales.
(*k*) *Aug. in Pſal. 21. exp. 1.*
(*l*) *Gregor. lib. 5. epiſt. 44.*

Fuiſſe

III. *Anacleti Decretales.* Circumferuntur Anacleti Epiſtolæ Decretales tres, quas Eruditi ſuppoſititias judicant. Prima eſt ad omnes Epiſcopos & Fideles, quæ confuta eſt tam ex Scripturæ locis, quam ex Clementis ad Jacobum Epiſtolis, uti ex Rufini, Damaſi, aliorumque auctoritatibus. Secunda eſt ad Epiſcopos Italiæ, in qua ſunt teſtimonia ex Auguſtino, Idacio, Gregorio Magno depromta. Tertia ad omnes Epiſcopos, agitque de Patriarchis, quorum nomen hoc & ſequenti ſeculo in Eccleſia incognitum; denique habet teſtimonium ex Concilio Romano ſub Gelaſio, & ex aliis poſterioribus Patribus. Anacleto ſucceſſit Evariſtus, qui ante hunc annum jam ad cœleſtem vitam migrarat, ut oſtendit initium Alexandri ejus ſucceſſoris, qui ab anno Chriſti CVIII. ſedit, ut ex dicendis in ejus morte liquebit.

VI. Fuiſſe autem apud Chriſtianos titulum, quo domus aliqua cultui divino manciparetur, vexillum crucis, ex iis poſſumus intelligere, quæ Theodoſius Imp. edicto præcepit (*a*), ut delubra Gentilium Chriſtianæ religionis cultui mancipanrentur, collocato in eis (ut ait) venerandæ Chriſtianæ religionis ſigno. Eaque ratione quod titulo crucis cenſerentur res dicatæ eſſe religioni, Leo Imperator (*b*), ne ſignum crucis inferretur in loca publica, quæ gratia popularis voluptatis eſſent erecta, lege vetuit, cum ſic ait: *Decernimus, ut poſthac neque monachi, aut quicumque alii cujuſque ſtatus atque fortunæ, in ædes publicas, vel in quæcumque loca populi voluptatibus fabricata venerabilem crucem, & ſanctorum martyrum reliquias illicite inferre conentur, vel occupare audeant ea quæ ad publicas cauſas vel ad populi oblectamenta extructa ſunt.* Ad hæc inſuper, alia ſunt complura exempla, & auctoritates, quibus crucis vexillo illato, velut præfixo titulo, res cenſeretur Deo dicata, quæ collegimus in noſtris Notis in Romanum Martyrologium (*c*) editis, ut non ſit opus eadem hic denuo repetere. Cum igitur domus aliqua publico religioſo Chriſtianorum uſui manciparetur, crucis titulo inſignita, ex eo & nomen accipiens, Titulus dicebatur; ex his & alluſio facta eſt apud Ambroſium (*d*) cum dicitur: *Domum ſalutat; tam enim devota fuiſſe videtur, ut omnis domus ejus ſigno titulata eſſet crucis.* Sed & alia quoque ratione dici poteſt, Eccleſiam dictam eſſe Titulum; nimirum quod, qui illi presbyter adſcriberetur, ab ea nomen titulumque acciperet, ut ejus loci presbyter diceretur.

(*a*) l. ult. de Pagan. C. Theod.

(*b*) l. decernimus. C. de Epiſc. & cleric.

Titulus crux.

(*c*) Die 26. Jul.

(*d*) Apud Ambroſ. in epiſt. ad Coloſſ. c. 4. in fine.

VII. Diaconorum munus & miniſterium. Poſt hæc de Titulis diviſis presbyteris, hæc mox de diaconorum munere ibidem adduntur: *Et ſeptem Diaconos ordinavit, qui cuſtodirent Epiſcopum prædicantem, propter ſtylum veritatis:* quæ non ſic accipias, ut ab Evariſto primum in Romana Eccleſia fuerint diaconi ordinati; nam S. Ignatii teſtimonio ſuperius vidimus, Linum Paulo, Clementem & Cletum Petro miniſtraſſe diaconos; ſed Evariſti opus fuiſſe videtur, ut diaconis munus injungeret aſſiſtendi Epiſcopo prædicanti. Inſtar enim cæleſtis illius præſtantiſſimæ hierarchiæ Eccleſiaſticam pariter eſſe compoſitam, certiſſimum eſt. In illa namque ſeptem ſpiritus in circuitu throni Deo aſſiſtere viſi ſunt (*e*), oſtenſumque eſt divinitus Zachariæ (*f*) in lapide illo ſeptem infixos eſſe oculos, alia quoque de iiſdem ſeptem Angelis ante thronum Dei aſſiſtentibus ſunt ſymbolice demonſtrata. Qua ratione, ſicut Angeli, qui adminiſtratorii ſpiritus ab Apoſtolo dicti ſunt, & olim a Propheta (*g*): *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem urentem*, Deo adſtant; ita pariter & diaconi, qui miniſtri Eccleſiæ ſunt, non tantum ut Epiſcopo aſſiſtant (quod ab ipſa primitus ipſorum inſtitutione factum eſt) ſacrificium offerenti, ſed etiam eidem Evangelium annuncianti præſto ſint, inſtitutum fuit.

(*e*) Apoc. 3.

(*f*) Zachar. 3.

(*g*) Pſal. 103.

VIII. De ejuſmodi conformatione Eccleſiaſticæ cum cœleſti hierarchia, in his quæ ad diaconos ſpectant, hæc S. Ignatius (*h*) ſcribens ad Trallianos: *Quid vero diaconi, quam imitatores Angelicarum virtutum? qui purum & inculpatum miniſterium illis exhibent, ut S. Stephanus beato Jacobo, Timotheus & Linus Paulo, Anacletus & Clemens Petro*: ejuſdem quoque Ignatii teſtimonio exploratum habetur, in verbo etiam diaconos miniſtrare conſueviſſe Epiſcopo; nam hæc habet ad Philadelphios: *De Philone Diacono, viro a Cilicia teſtimonium habente, qui mihi in ſermone miniſtrat una cum Gavia & Agathopode viro electo.* Erat pariter & Agathopus diaconus, ut in aliis epiſtolis (*i*) idem ipſe teſtatur: putatur ejuſdem quoque fuiſſe ordinis Gavia, eo nomine vir dictus, Ignatii ſtudioſiſſimus. Sic igitur Epiſcopum Evangelium prædicantem ſeptem vallabant diaconi, ob muneris majeſtatem, & functionis amplitudinem: hocque ſignificare conſtat quod ſubdit: *Propter ſtylum veritatis*: Gaudet quippe multorum teſtimonio veritas. Non enim puto, quod ait auctor, diaconos juſſos eſſe Epiſcopum prædicantem cuſtodire (ut aliqui ſunt interpretati) ut ab irruentibus Chriſtianæ fidei hoſtibus eum tuerentur; nullum certe extat exemplum, ut diaconi, more Prætorianorum militum pro defenſione Imperatoris, pro tuendo ſuo ipſorum Epiſcopo adverſus perſecutores vel leviter obniſi fuerint; aut fuiſſe aliquando conſuetudinis, Eccleſiam Dei caſtrorum more tueri.

(*h*) Ignat. ad Trall. epiſt. 5.

Excellentia muneris Diaconorum.

(*i*) Ignat. epiſt. 7. c. 12.

IX. Perſeveravit per multa ſæcula, ut, more illius primitus factæ ab Apoſtolis diaconorum ordinationis, ſeptem tantum in Eccleſia Romana diaconi miniſtrarent; quanam autem ratione fuerit diaconorum auctus numerus, ſuo loco dicemus. Cæterum ſicut Evariſtus id illis injunxit muneris, ut etiam Epiſcopo Evangelium prædicanti aſſiſterent; ita & Fabianus (*k*) addidit, ut iidem quatuordecim Urbis regionibus præeſſent, ſingulis binas aſſignans, ut pauperum in eis degentium curam gererent; unde eſt nomen ex munere inditum, nempe ut iidem diaconi Regionarii dicerentur, qui etiam in Concilio Romano ſub Silveſtro (*l*) nominati repeπriuntur diaconi Cardinales, quod, licet diverſis in locis agerent, unius tamen Eccleſiæ, ejuſdemque primariæ, cardine continerentur; cum alioqui non deeſſent alia-

(*k*) Rom. Pontif. in Fabiano.

Diaconi Cardinales.

(*l*) Concil. Rom. 1. c. 7.

liarum Eccleſiarum in Urbe exiſtentium diaconi, in ſingulis ſaltem duo, ut ejuſdem Silveſtri Papæ in Romano Concilio (*a*) inſtitutio edita oſtendit.

(*a*) *Eod. Concil.* 2. *c.*6.

X. Cæterum quantæ æſtimationis & reverentiæ diaconi in Eccleſia eſſe apud omnes deberent, ex eo poteſt facile perſpici, quod ſicut Apoſtolica inſtitutione & auctoritate monet Timotheum Paulus (*b*), ne adverſus presbyterum accuſationem abſque teſtibus recipiat, ne videlicet detrahendi atque calumniandi improbis pateret aditus: ita pariter S. Ignatius terribili conteſtatione, ne quis diaconos accuſet, exterret, dum ait ſcribens ad Trallianos de diaconis: *Cavendum itaque, non ſecus atque ignem ardentem fugitis, ne quis eos accuſet:* ut non mirum videatur, ſi de Epiſcopis, ne quis eos accuſet, tum in epiſtolis Romanorum Pontificum, tum etiam in ſacris Conciliis ſæpius ſtatutum legatur. At de his hactenus.

(*b*) 1. *Tim.* 5.

Non accuſandi Diaconi.

XI. Hoc eodem anno decimotertio Traiani Imperatoris, Pantheon Romæ templum celeberrimum ictum fulmine conflagraſſe, auctor eſt Euſebius in Chronico. Quod erat Jovis Ultoris (*c*) delubrum, juſte numine ulciſcente, de cœlo tactum incenditur, cum vera religio Romanorum perſecutione vexatur. Non enim Anacleti ſanguine exatiata eſt perſequentium rabies; ſed aliis ad pœnam quæſitis, majori aucta furore, in quoſlibet, quos reperiret Chriſtiani nominis, ſæviebat.

Pantheon ictum fulmine.

(*c*) *Plin. lib.*36. *c.*5.

JESU CHRISTI ANNUS 113. EVARISTI PAP. ANNUS 2. TRAIANI IMP. ANNUS 14.

Epiſcopi Hieroſolymitani.

ANno Domini centeſimo decimotertio, Coſſ. Calpurnio Piſone & Ruſtico Bolano, Juſtus Hieroſolymitanus Epiſcopus ex hac vita ſubtractus eſt, qui ſucceſſorem habuit Zachæum, poſt quem Tobias, in cujus locum ſuffectus eſt Benjamin, qui ſucceſſorem accepit Joannem, cui eſt ſubrogatus Matthias, cui ſucceſſit Beniamin. Omnes hi ſex intra annos tredecim, nimirum uſque ad octavum Hadriani annum (ut Euſebius ponit in Chronico) conſumpti ſunt; adeo ut hac conjectura facile ſit colligere, Hieroſolymitanam Eccleſiam dira fuiſſe perſecutione vexatam. Certe quidem cum Traianum non in Chriſtianos tantum, ſed & in Judæos infenſiſſimo fuiſſe animo, Dio, qui res ab eo geſtas memoriæ commendavit, affirmet; ardentiori furore in eos ſæviſſe viſus eſt, qui & genere Judæi eſſent, & religione Chriſtiani. Sed valde dolemus excidiſſe nobiliſſimæ Eccleſiæ & præclariſſimorum virorum egregia monumenta. Se-

SÆC. II. Anno Urbis 864. Olymp. 222. an. 3. A.C. 111.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5604.

☉ 8. E. ☽ 17. P. 13. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 111. *ſecundum Baronium* 113.

ALEXANDRI PAPÆ 4.

TRAIANI IMP. 14.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. C. *Calpurnius Piſo*, & *M. Vettius Bolanus*, ex Inſcriptionibus Gruterianis pag. 163, 7. & pag. 128.

II. Imperii Proconſularis Quindecennalia, quorum cauſa Dacicarum victoriarum memoria renovata, Traianus exhibuit, ut deducitur ex duobus apud Mediobarbum Nummis, in quorum uno legitur: IMP. CÆS. TRAIANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. DES. VI. in poſtica: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI DACIA. Cernitur Victoria inſcribens clypeo. Præterea Traianus *Optimi* cognomen admiſit, ut apparet ex Nummo anno CIII. a nobis recitato, cuſoque dum Traianus Trib. Pot. XIV. gerebat, quæ hoc anno uſque ad diem V. Kalend. Julii in curſu fuit.

Quindecennalia Imperii Proconſ. Traiani.

AN-

[1] C*Off. C. Calpurnius Piſo*, & *M. Vettius Bolanus*. Lapis Gruterianus pag. CXXVIII. 5. C. CALPURNIO. PISONE. M. VETTIO. BOLANO. COS. Fabrettus pag. 696. num. 173. K. JUNII. C. CAL......... ONE ....NO. COS. Boldettus ad cœmeteria ſacra pag. 78. num. 1. PIS. ET. BOL. COSS. Blanchinus in Chronologia ad hunc annum Cuperum emendat, qui in Faſtis Almelovenii conſules hujus anni ſtatuit, *M. Calpurnium Piſonem*, & *L. Junium Ruſticum Junianum Bolanum*. Faſti Idatiani: *Piſone*, & *Juliano*, *pro Bolano*. Vindebonenſes: *Piſone*, & *Bolano*.

Suffecti apud Panvinium & Almelovenium, *ex Kal. Jul. C. Julius Urſius Servilius Servianus II.* & *L. Fabius Juſtus*.

JESU CHRISTI ANNUS 114.	EVARISTI PAP. ANNUS 3.	TRAIANI IMP. ANNUS 15.

I. Traiani proſperæ res geſtæ. SEquenti anno Domini centeſimo decimo-quarto, Traiano Auguſto ſextum & Julio Africano Coſſ. cum idem Traianus ante biennium, tranſmiſſo Euphrate, Aſſyrios atque Perſas debellaſſet, aliaſque finitimas nationes, ac munitiſſimas civitates, ut Babylonem inter alias; Arabiam quoque poſtea abſque certamine in poteſtatem redegit; hæc pluribus Dio, qui & addit: *Jactabat, ſe ultra quam Alexander penetraſſet, progreſſurum; id quod Senatui per epiſtolam ſignificavit, ſubjungens ægre ſe poſſe eas gentes, quas deviciſſet, in fide & officio continere, aut a vi & injuria defendere; quamquam non ceſſaret quotidie Orientis populos armis agitare & debellare. Nomina præterea victarum a ſe gentium Senatui recitavit; quarum numerus tantus erat, ut vix recenſeri aut numerari poſſent.* His Romam allatis litteris, & in Senatu lectis, *Triumphalis tunc arcus* (idem inquit auctor) *præter alia multa, quæ in honorem ejus decreta & facta ſunt, in illius foro ſubſtructus eſt. Jamque cives ſe ornabant, ut illi in patriam reverenti, læti & plaudentes occurrerent; ſed langueſcente corpore, deficientibus viribus, neque Romam redire, neque quicquam ſuperiore vita, & rebus ante geſtis dignum efficere valuit. Immo vero præ tedio bellorum, & magnitudine curarum, coactus aliqua ex parte gentes, quas ſubegiſſet, liberas facere.* Hucuſque Dio. Cujus etiam auctoritate, & aliis vetuſtioribus monumentis ſatis exploratum habetur, hoc anno, cum ſextum gereret Conſulatum, appellatum eſſe Parthicum, & Arabicum. Extant quidem numiſmata Traiani, in quibus una cum ſexto ipſius Conſulatu, ARABIA ADQUISITA ponitur; alia, in quibus expreſſa habetur columna in foro ipſius erecta, de qua ſuperius dictum eſt; alia rurſus, in quibus itidem cum ſexto ejus Conſulatu, ſignificantur alimenta Italiæ diſtributa.

Magna

SÆC. II. Anno Urbis 865. Olymp. 222. an. 4. A.C. 112.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5605.

☉ 9. D C. ☽ 18. P.4. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 112. *ſecund. Baronium* 114.

ALEXANDRI PAPÆ 5.

TRAIANI IMP. 15.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ *Traianus Aug. VI. & T. Sextius Africanus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari ex Phlegonte lib. de Mirabilibus cap. 25.

II. *Quindecennalia Traiani Aug.* Sumtus hic a Traiano Conſulatus juxta ſecundam regulam, ob Quindecennalia ſc. Auguſtei Imperii. *Forum* Traiani, in quo Columna Cochlidis erigenda erat, hoc anno dedicatum, ut dixi anno CIII: ſed Columna, quæ hæc ſolennia, quemadmodum & Forum exornavit, anno tantum ſequenti, propter cauſas nobis ignotas, poſita. Mediobarbus pag. 161. hunc Traiani Nummum producit: IMP. TRAIANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. in poſtica: DACIA PROVINCIA S. C. Cernitur figura ſedens cum puerulis. In alia poſtica ejuſdem anticæ: DACIA AUGUST. PROVINCIA S. C. Vides in Decennalibus & id genus feſtis præteritarum victoriarum memoriam renovatam.

III. *Bellum Parthicum.* Traianus currenti anno in Orientem profectus, ut adverſus Armenos Parthoſque bellum gereret, juxta dicta anno CIII. quæ huc retrahenda.

IV. *Perſecutio Chriſtianorum.* Idacius in Faſtis ſub hujus anni Conſulibus habet: *His Coſſ. perſecutio Chriſtianorum.* Ea enim annis hujuſmodi ſolenniis deſtinatis de more decreta; unde & ad Traianum celebrem Epiſtolam de cognitione cauſæ Chriſtianorum Plinius Junior ſcripſit, ut anno CII. diximus, idque anno præcedenti, quo etiam in Oriente Chriſtianos vexatos fuiſſe dicendum.

---

[1] COſſ. *Imp. Traianus Aug. VI. & T. Sextius Africanus.* Inſcriptio Gruteriana pag. MXXIX. 6. T. SEXTIUS. T. F. VOL...... &c. AFRIGANI. CON...... FILIUS SALI.......... Vide Noriſium in epiſtola conſulari pag. 71. Gruterus pag. CCXLVII. 2. lapidem exhibet cum *Traiani Trib. Pot.* XIII. *Imp. VI.* COS. VI. Num. 3. cum *Trib. Pot.* XV. COS. VI. Num. 4. cum *Trib. Pot.* XVII. COS. VI. Num. 6. cum *Trib. Pot.* XVIIII. COS. VI. Vetus inſcriptio apud Fabrettum pag. 398. n. 289. cum *Traiani* TR. POT. XIX. IMP. XI. COS. VI. Columna milliaria apud Reinerium cum TR. POT. VIIII. (at mendoſe, pro XIX.) COS. VI. Nummi apud Occonem Mediobarbi, ubi *Traianus* COS. VI. Mendum eſt apud Gruterum pag. CCXLVII. 5. ubi legitur COS. VI. nunquam enim *Traianus* COS. VII. fuit. Faſti Idatiani: *Traiano VI. & Africano.* Ita Vindebonenſes.

(*a*) *Ex Muſæo Lælii Paſq. Canonic. S. Mariæ Majoris.*



(*a*)







II. Tentatio Chriſtianorum.

Magna profectò tentatio Chriſtianis, qui fide nutarent, ejuſmodi Traiani immenſa felicitas fuit; cujus quidem rei exemplum perſpicuum ſatis apud Lucianum extat in dialogo illo, qui inſcriptus eſt, *Philopater*; in quo cum multa inſumpſiſſet verba Triephon quidam, ut Critiam redderet Chriſtianum; ad extremum perlatum eſt nuntium ejuſmodi a Cleolao de rebus bene geſtis a Romano Imp. adverſus hoſtes, quod ab auctore his deſcribitur verſibus:

Cecidit ſupercilium illud olim Perſidis
Fama celebratum, atque Suſa urbs inclyta,
Cadet autem & omnis terra nobilis Arabum
Valida imperantis dextera, & vi roboris.

Quod cum accepiſſet Triephon ille, de Chriſtiana fide nihil loqui auſus eſt amplius, ſed factus plane deſertor, ad Ignotum Deum Athenis (quod nec deos colere vellet Romanorum) quem Critiæ cordi fuiſſe, auctor ſuperius demonſtraverat, quaſi ad tutum religionis portum ſe contulit: *Nos*, inquiens, *illum Athenis Ignotum inventum adorantes, & manus in cœlum tendentes, gratias illi agamus, ut qui digni facti fuerimus hujuſmodi poteſtati atque virtuti ſubjecti eſſe. Reliquos autem iſtos* (nempe Chriſtianos) *nugari ſinamus: contenti pro ipſis dicere notum illud, quod proverbio dici ſolet: Non eſt curæ Hippoclidi.* Quod ab illis uſurpatur, qui nec perperam facta curant, ſed plane negligunt; hæc quidem Triephon, indigne ferens quod a Critia relatum acceperat de Chriſtianis quibuſdam aſſidue pſallentibus & jejunantibus, qui rerum mutationem in malum, & Romani exercitus cladem venturam prænuntiabant: ſed cum omnino contraria iis quæ ab ipſis fuerant prædicta, tunc Romæ ſibi per Cleolaum familiarem eſſent nuntiata; Chriſtianos ipſe una cum Critia ſic deriſit atque deſpexit.

III. Chriſtianorum vaticinia vera.

Ceterum haud falſa fuiſſe illa Chriſtianorum vaticinia, probavit eventus; nam teſte Dione, non tantum Traianus nihil poſthac rebus geſtis & ſuperiori vita dignum efficere potuit; ſed rebellantibus provinciis, quas ſubegerat, eædem Romanos milites, qui fines tuebantur, partim ejecere, partim interfecere. Itemque rebellantibus in Arabia Agarenis, tantum abfuit ut ad eos accedens Traianus domare potuerit, ut pene periclitatus, prohibente numine, recedere coactus fuerit. Quænam vero prodigia tunc acciderint memoria plane digna, idem auctor ſic ſubdit: *Prodigia inibi multa ſunt facta, tonitrua atque fulgetra; arcus ingens in cœlo viſus eſt, tempeſtas, & grandines immenſæ; præterea (quod monſtro ſimile exiſtimatum eſt) quoties Romanus cum hoſte manus confereret, ictu fulminis avertebatur. Orta ſubito muſcarum vis, eduliis & poculis inſidens, fœdo contactu cuncta Romano gravia & moleſta faciebat. Digrediens inde Traianus, morbo primum tentatur, &c.* Sed levia ſunt hæc comparatione eorum quæ a Judæis Romani ſunt paſſi; quæ nos inferius eo anno, quo ab Euſebio geſta ponuntur, ordine temporum recenſebimus. Sic igitur, ſecundum vaticinia Chriſtianorum, omnia ab eo tempore tetra ac infelicia Romano Imperio acciderunt.

Quod

IV. Martyrium Phocæ Episcopi. Quod autem ad Julium Africanum ſpectat qui hoc anno (ut diximus) Conſulatum geſſit ; illum exiſtimamus fuiſſe Africanum , qui Ponti provinciam adminiſtrans , ut de ſuperſtitione Gentilium bene mereretur , inter alios illuſtriſſimum fama virum ſanctum Phocam Synopidis Epiſcopum , multis antea affectum ſuppliciis, martyrio coronavit (*a*). Res geſtæ ipſius in antiquis tabulis Eccleſiaſticis cum apud Græcos , tum Latinos, anniverſaria die commemorationis ejus ſummatim collectæ habentur ; ſed & Aſterius Epiſcopus Amaſeæ in Ponto eaſdem encomiaſtica oratione recenſuit ; tu conſule quæ de eo a nobis in Martyrologio Romano notata ſunt . Sed cum in multis, tum in his non aſſentimur dicenti (*b*), eum triduo ante Traiani obitum (nam multa ſunt quæ repugnant) eſſe paſſum.

(*a*) *Bed. Martyrol. 14. Julii. & alii.*

(*b*) *Petr. in catalog. lib.6. c.98.*

JESU CHRISTI ANNUS 115. | EVARISTI PAP. ANNUS 4. | TRAIANI IMP. ANNUS 16.

Annus Domini centeſimus decimusquintus Conſulatu Publii Celſi & Clodii Criſpini adſcribitur in Faſtis, licet ab aliis ponantur alii Conſules . Quod autem hoc anno decimoſexto Traiani Imp. recenſeatur ab Euſebio terræmotus ille admirandus Antiochenus ; errore temporis lapſum eſſe, tum Dionis, tum Evagrii certa auctoritate monſtravimus. Ceterum rebellione gentium domitarum fuit annus hic Romano Imperio plane funeſtus .

SÆC. II. Anno Urbis 866. Olymp. 223. an. 1. An. Ch. 113.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5606.

☉ 10. B. ☽ 19. P.24. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 113. *ſecund. Baronium* 115.

ALEXANDRI PAPÆ 6.

TRAIANI IMP. 16.

I Conſules. [1] AD num.I. Coſſ. L. *Publius Celſus II.* & *C. Clodius Criſpinus*, ex Inſcriptione ab Onuphrio in Faſtis recitata. Priorem Baronius Publium Celſum ſine numerali nota perperam edit . Ad hunc annum referenda Columnæ Traiani erectio, ut liquet ex inſcriptione , quam anno CIV. recitavi. Præterea Traianus a Lyttiis novo titulo exornatus, & *Orbis Conditor* appellatus, ut videre eſt in Inſcriptione Græca apud Gruterum pagina MLXXXIV. 2.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙϹΑΡΙ.
ΘΕΟΥ. ΝΕΡΡ. ΥΙΩ. ΝΕΡΟΥΑ.
ΤΡΑΙΑΝΩ ϹΕΒΑϹΤΩ.
ΑΡΧΙΕΡΕΙ. ΜΕΓΙϹΤΩ.
ΔΗΜΑΡΧΙΚΗϹ. ΕΞΟΥϹΙΑϹ. ΤΟ. ΙΖ.
ΥΠΑΤΩ. ΤΟ. Γ ΠΑΤΡΙ. ΠΑΤΡΙΔΟϹ.
ΤΩ ΤΗϹ. ΟΙΚΟΜΕΝΗϹ. ΚΤΙϹΤΗ.
ΛΥΤΤΙΩΝ Η. ΠΟΛΙϹ.
ΔΙΑ ΠΡΩΤΟϹΜΟΥ Μ. ΠΟΜΠΗΙΟΥ.
ΚΛΕΙΜΕΝΙΔΑ.

Id eſt, *Imp. Cæſarei Divi Nervæ F. Nervæ Traiano, Auguſto , Pontifici Max. Trib. Pot.XVII. Conſuli III. Patri Patriæ, Orbis Conditori , Lyttiorum civitas, per Protocoſmum M. Pompeium Climenidæ F.* Eſt Coſmus apud Cretenſe Magiſtratus idem, qui apud Lacedæmonios Ephorus. Porro loco ΥΠΑΤΩ ΤΟ. Γ. id eſt, *Conſuli III.* legendum ΥΗΑΤΩ ΤΟ. ϛ. id eſt, *Conſuli VI.* Erravit enim Gruterus , qui purum gamma poſuit loco gamma longiori tractu inferius ſinuato , quæ nota numeralis æquivalet minori ϛ & deſignat ſextum numerum. Similem Gruteri errorem anno ſexto Antonini Pii infra emendabimus . De Lyttio urbe legendus Strabo lib.10. pag.476. & Harduinus V. C. in Nummis antiquis illuſtratis pag.300.

II. *Bellum in Oriente inchoatum.* Rebelliones adverſus Traianum a gentibus domitis excitatæ pertinent ad ultimum ejus Imperii annum, ubi de iis mentio erit. Hoc enim anno bellum in Oriente inchoatum, & ſequentibus continuatum, ut diximus anno CIII. quæ huc ex parte referenda.

[1] COſſ. *L. Publius Celſus II.* & *C. Clodius Criſpinus*. Gruterus pag.CCXIV. L. PUBLILIO. CELSO II. C. CLODIO CRISPINO. COS. IDIBUS. APRILIBUS. Ergo male Pagius *Publium pro Publilio* poſuit. Duplicandus quoque videtur *Criſpini conſulatus*. Donianæ inſcriptiones Cl.II. num.163. pag. 303. ex Schedis Vaticanis Manutii: CELSO. II. ET CRISPINO COS.

Gorius in notis, hos conſules fuiſſe putat A.D. 164. & *Criſpinum in Macrini* locum ſuffectum ; quum hi clare ad hunc annum 113. pertineant. Faſti Idatiani: *Celſo II. & Priſciano, pro Criſpino II.* Vindebonenſes: *Celſo & Criſpino*, ſine nota geminati conſulatus.

JESU CHRISTI ANNUS 116.	EVARISTI PAP. ANNUS 5.	TRAIANI IMP. ANNUS 17.

I. Judæi rebellant.

SEquenti vero anno Domini centeſimo decimo ſexto Coſſ. Ninnio Haſta & Manilio Vopiſco, agente Traiano in Imperio annum decimum ſeptimum, Judæos ab Imperio Romano rebellaſſe, tradit Euſebius in Chronico; qua vero audacia & feritate, ex Dione accepimus, qui ait: *Per idem ſane tempus Judæi, qui circa Cyrenem incolebant, Andrea duce conſtituto, Romanos & Græcos ſine diſcrimine ſtatim obtruncant; nec cæde contenti, humanis carnibus veſci cœpere; horum inteſtinis, ſtillante adhuc ſanguine, cincti, tum pellibus obvoluti, multos per medium uſque ad verticem ſecuere, plures beſtiis dilaniandos objecere, alios inter ſe digladiari coegere; ut ducenta, & amplius hominum millia eo furore, & armis Judæorum interierint.*

II. Cyprii quæ paſſi a Judæis.

Nec minore clade Cyprii affecti fuere; ſiquidem in ea inſula, duce Artemione, conſpirantes Judæi circiter ducenta & quadraginta capitum millia trucidarunt. Qua facti atrocitate Judæus de cætero legibus & pœnis Cyprum attingere prohibetur. Si vel vi tempeſtatis, vel per errorem illuc delatus fuerit, ceu capite damnatus, ſtatim morte mulctatur. Sed inulta clades non manſit; nam Traianus miſſo cum exercitu L. Quieto cum antecedentibus aliis ducibus, Judæos, qui per univerſum terrarum orbem tantum cædis ediderant, profligavit. Hucuſque Dio. De rebellione autem a Judæis facta in Meſopotamia Euſebius in Chronico agit anno ſequenti, decimooctavo Traiani, quo hæc omnia accidiſſe in hiſtoria (*a*) affirmare videtur. (*a*) *Euſeb. hiſt. lib.4. c.2.* Cæterum quod ad Judæorum effuſam rabiem ſpectat; quod non Romanis tantum, ſed & Chriſtianis eſſent infeſtiſſimi, ab horum nece haud ſe temperaſſe, putandum eſt. Quomodo autem iidem a Romanis compreſſi ſint, auctore Euſebio, anno ſequenti dicemus.

AN-

SÆC. II. Anno Urbis 867. Olymp. 223. an. 2. An. Ch. 114.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5607.

☉ 11. A. ☽ 1. P.9. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 114. *ſecundum Baronium* 116.

ALEXANDRI PAPÆ 7.

TRAIANI IMP. 17.

I. *Conſules.*

[1] AD num.I. Coſſ. *Q. Ninius Haſta*, & *P. Manilius Vopiſcus*, ex Inſcriptionibus Onuphrianis.

II. *Judæorum rebellio.*

Narrat Baronius ex Dione, rebellionem Judæorum, *qui circum Cyrenen habitabant, Andrea duce conſtituto*, & cladem Judæis in Inſula Cypro Ægyptoque commorantibus illatam. At cum hæc recitentur a Xiphilino ex Dione longe poſt terræ motum Antiochenum, qui ſub ipſum finem anni ſequentis contigit, ea rebellio ad annum CXVI. quo in Chronico Euſebii narratur, retrahenda. De hac totius Ægypti & Libyæ vaſtatione a Judæis facta, Oroſius in lib.7. hæc habet: *Incredibili deinde motu ſub uno tempore Judæi quaſi rabie efferati, per diverſas terrarum partes exarſerunt. Nam & per totam Libyam adverſus incolas atrociſſima bella geſſerunt; qua adeo tunc interfectis cultoribus deſolata eſt, ut niſi poſtea Hadrianus Imp. collectas illuc aliunde colonias deduxiſſet, vacua penitus terra abraſo habitatore manſiſſet.* Quæ ex Dione Oroſius accepit.

---

[1] COſſ. *Q. Ninius Haſta*, & *P. Manilius Vopiſcus*. Inſcriptio Gruteriana pag.CCXIV.

ACT. IDIB. JUNIS. Q. NINNIO HASTA
P. MANILIO. VOPISCO COS.
DEDICATUM. K. AUG. ISDEM. COS.

Ibid. pag.CCXV. I.

DEDIC. II. ID. JUN. Q. NINNIO HASTA
P. MANILIO. VOPISCO. COS.

Ninnii nomen ex lapidibus ſcribendum eſt duplici *n*. Faſti Idatiani: *Haſta & Voluſo*, pro *Vopiſco*. Vindebonenſes: *Vopiſco & Haſta*.

JESU CHRISTI ANNUS 117.	EVARISTI PAP. ANNUS 6.	TRAIANI IMP. ANNUS 18.

I. De Conſulatu Pedonis. ANnus Chriſti centeſimus decimuſſeptimus, qui eſt Traiani decimus octavus, non ut in prima editione poſuimus ex Caſſiodoro, Hadrianum & Salinatorem Conſules habuit, ſed magis L. Vipſtanum Meſſalam, & M. Vergilianum Pedonem. Sic enim in antiquis lapidibus eorum nomina deſcribuntur, adiecta etiam in uno eorum nota numeri annorum ab Urbe condita, quæ illos hoc anno Chriſti fuiſſe Conſules dubitari non ſinat totamque Chronologiæ noſtræ rationem mirifice confirmet; ſic igitur habet ejus inſcriptionis pars, quæ ad annum hunc facit. D. JUNIUS CARUS COOPT. L. VIPSTANO MESSALA M. PEDONE VERGILIANO COSS. P. R. C. ANN. DCCCLXVIII. id eſt: Poſt Romam conditam anno octingenteſimo ſexageſimoſeptimo. Sane ſi ad annum Urbis ſeptingenteſimum quinquageſimumprimum, in quem Chriſti Domini ortum ſecundum carnem incidiſſe docuimus, annos centum & ſeptemdecim, qui ad hos uſque Conſules numerati ſunt, adiicias: eamdem ipſam annorum Urbis ſummam conficies, octingentos ſcilicet atque ſexagintaſeptem ſive octo, quod utrumque verum eſt; quia cum anni Urbis a Palilibus, Aprili menſe inciperent, quemlibet annum ordinarium in duos Urbis annos, ſive in duas illorum partes incurriſſe certum eſt. Quare hujuſce Chriſti anni centeſimi decimiſeptimi prior pars a Januario ineunte, uſque ad 11. Kalend. Maias, quo die Urbs condita fuit, octingenteſimo ſexageſimoſeptimo illius anno, reliqua deinceps ſexageſimooctavo reſpondeat.

II. Terræmotus ingens Antiochiæ. Ex his ergo certa atque fixa Conſulatus Pedonis Sede conſtituta, ſequitur, ut dirum illum terræmotum, quo civitas Antiochena concuſſa atque proſtrata eſt, cum in ea eſſet Imperator in hibernis, & Pedo ipſe Conſul, Dione teſte, interiit; non alio, quam hoc ipſo anno, contigiſſe intelligamus. Res autem atrox & luctuoſa, prout ſe habuit, pluribus enarranda, quam (*b*) Dio idem his verbis præclare admodum deſcribit. *Dum vero Antiochiæ Traianus ageret, atrox & funeſtus motus terræ accidit, vicinis urbibus atque populis cladem etiam afferens; quamquam ipſa Antiochia inſigni & publica clade vaſtata fuit. Hiemabat in ea forte Traianus, atque illuc milites frequenter, & privati complures convenerant, alii præterea ut jura acciperent; quoſdam legationis officium, merces, & privata compendia traxerant; quamplurimi videndi Imperatoris, & ſpectandorum ludorum gratia, confluxerant. Ita vix ulla natio aut civitas a detrimento & clade immunis extitit; ut plane univerſus terrarum orbis, & populi qui Romano parebant Imperio, calamitatem ingentem acceperint. Motum terræ ful-*

(*b*) *Dio in Traiano.*

SÆC. II. Anno Urbis 868. olymp. 223. an. 3. A.C. 115. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5608.

☉ 12. G. ☽ 2. P. 1. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 115. *ſecundum Baronium* 117.

ALEXANDRI PAPÆ 8.

TRAIANI IMP. 18.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. & ſeqq. Coſſ. *L. Vipſtanus Meſſala, & M. Vergilianus Pedo.* Baronius falſa Evagrii ſupputatione deceptus terræ motum Antiochenum ac utrumque Conſulem cum anno Chriſti CXI. illigaverat, ſed poſtea in Appendice tomi 9. ex Romana Inſcriptione, quæ integra Gruteri pag. CCC. recitatur, veros Conſules atque annum terræ motus Antiocheni optime expoſuit.

II. *Terræ motus Antiochenus.* Terræ motus, quo Antiochia afflicta, hoc anno recte conſignatur, ut jam diximus. Xiphilino enim ſuffragantur Collectanea Græca, quæ apud Scaligerum leguntur. Ibi pag. 241. is terræ motus collocatur ſub anno tertio Olympiadis CCXXIII. qui menſe Julio currentis Chriſti anni inchoatur. Ex quo vulgaris Baronii, Calviſii in Opere Chronologico, Card. Noriſii in Epiſtola Conſul. pag. 73. & aliorum error detegitur. Exiſtimarunt enim terræ motum ante vernum tem-

[1] COſſ. *L. Vipſtanus Meſſalla, & M. Vergilianus Pedo.* Gruterus pag. LXX. IV. I. DEDICAT. V. K. FEB. L. VIPSANIO: lege VIPSTANIO: MESSALLA. M. VERGILIANO. PEDONE. COS. Item pag. MLXVI. 5. DEDICAT. V. K. FEB. L. VIPSTANIO. MESSALLA. M. VERGILIANO. PEDONE COS. Alia hujuſmodi pag. MLXX. 1. legitur. Denique pag. CCC. 1.... VIPSTANO. MESSALLA. M. PEDONE VERGILIANO COS. P. R. C. ANN. DCCCLXVII.
De qua Baronius in Appendice Annalium tomi X. & Noriſius in epiſtola conſulari pag. 75. Lapis vetus apud Reineſium pag. 142. DEDICAVITQUE (C. Julius Nymphius) IDIBUS. JANUARIS. L. VIPSTANO. MESSALA. Q. PEDONE COSS. Vides aliquando *Vipſtanium*, quandoque *Vipſtanum*, Meſſalam vocari. *Pedoni* in Reineſiano *Quincti* prænomen datur, at ſuſpicor mendoſe prænomen exſcriptum. Faſti Idatiani: *Meſſala, & Pedone.* Ita Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon.
Hoc anno *Traianus*, capta Cteſiphonte, *Parthici* cognomen ab exercitu ſibi iterum delatum, tum primum admiſit. Noriſius in Epochis Syro-Maced. Diſſert. III. cap. VII. §. II. pag. 248.

fulmina primum anteceſſerunt, tum venti inſoliti & peregrini vehementius ſpiravere: quibus monſtris atque prodigiis, quæ gravia, & horrenda videbantur, nemo tamen quæ mala ſecuta ſunt extimuit. Tum magno & repentino oborto fragore, maria ferveſcere, fluctus intumſcere, adhuc æſtus vehementius, & violentius inſurgere, terra omnis ſuccuti, domus, ædificia contrario ictu quaſſari, diſſilire alia, & ſuperne aſſultantia tecta concidere; crepitus audiebatur ingens & horribilis. Mœnia contrario pulſu, modo huc, modo illuc nutantia, confringi & ruere; mare ipſum turbine contorquebatur; terra autem, ubi ædificia non erant maxima, compulſa motu aſſultabat.

III. Dira clade afflicti Antiocheni.

Tetra omnia erant, ſimul contrita ligna, colliſa vaſa fictilia, & ſaxa acervatim magno cum ſtridore proruebant. Pulvis denſus atque concretus excitari; tantaque obducta caligo cunctos oppreſſerat, ut alterum videre, alloqui, & audire minime cuiquam, immo ne ſpirare quidem, ingruente vento ac pulvere, liceret. Multi mortales extra domum vitæ periculum adiere, præcipites tectis erumpebant, & velut agmine fugientes in acervos cogebantur; qui omnes ceu e præcipiti loco dejecti, colliſi ſunt; non pauci adhuc mutilato corpore abiere. Arbores radicitus convulſæ procubuerunt. Ingentem turbam proſtrata tecta, & ſubverſi muri obruere; primo impetu denſi alius ſuper alium incidentes, extinguebantur. Si qui vero lacero corpore, vel lapide, vel ligno converberati ceſſiſſent: hi profecto omnium miſerrimi erant, utpote quibus aut vivere, aut ſubito mori negaretur. Non ſimplex fuit clades; ſiquidem de tantorum mortalium numero vix ſine noxa unus vel alter evaſit. Videre erat hunc confracto humero, illum amiſſis brachiis fugere; complures capite adempto jacebant; quidam eliſo pectore ſanguinem evomebant, inter quos Pedo Conſul, qui tamen haud multo poſt animam emiſit. Atque ut ſemel omnia complectar, nullum non calamitatis, & miſeriæ genus mortales illi ſubſtinuere. Sed diutius noctu & interdiu, id agente fato, terra contremuit. Tunc vitæ dubii, & pavore conſternati miſeri, tanto malo remedium & effugium invenire non poterant; oblæſi tectorum caſu paſſim moriebantur; & quamquam fornices, & concamerata atque vacua loca, prout caſus adegerat, tum periſtylia, penſileſque horti intercedente ligno a morte quoſdam ſervaſſent; hi tamen omnes durante motu, fame & inedia, priuſquam opem quis ferre poſſet, confecti fuere.

IV. Spectaculum Lugubre.

Deſinente tremore, quidam ruinas aſcenderunt. Tunc mulieris vox, & infantis vagitus auditus eſt; matrem & filium ruinæ oppreſſerant; mirandumque fuit quo pacto alendo puero lac ſufficere potuerit. Sed & mater, & filius e terra incolumes educti ſunt. Dum vero accuratius per trita cadavera, & collapſas domos rimarentur, alter infans inventus eſt, qui matris mortuæ ubera adhuc ſugeret. Omnibus autem, qui ab excidio & a clade ſuperfuerant, ſalus ingrata & vita moleſta extitit, cum luctuoſum ubique caſum, totque obrutos mortales cernerent. Hac communi ac miſeranda populorum ſtrage miſerrima, & infeliciſſima tunc Antiochia afflicta fuit. Traianus vero a tam fœdo diroque periculo per feneſtram domus, quam habitabat, vix ablatus eſt; accedens enim forte quidam humana major effigie, illum inter exiguos tectorum lapſus incolumem ſubtraxit. Sed tanta deinceps Cæſarem formido tenuit, ut cum jam aliquot dies tremor quieviſſet, in hippodromo ſub divo, & in puplicis tabernaculis vitam ageret. Mons Caſius ita concuſſus eſt, ut nutante cacumine, quaſi convulſus in ſubiectas urbes labi exiſtimaretur; ſubſedere & alii montes; quinetiam aquarum fontes non ante viſi emicuere, fluvii quoque defecerunt. Hucuſque Dio, licet cauſam immaniſſimæ cladis, nempe necem Ignatii, non intellexerit, vel fortaſſe diſſimulaverit.

V. Cauſa Cladis Antiochenæ.

Avulſa enim ab ea ſemel ingenti illa, & animata columna, cujus virtuti, inviſibili quodam modo, innitebatur urbs illa, ipſam in terram proſterni, omnique ex parte corruere neceſſe fuit; hiſce namque cladibus Deum ulciſci ſolitum neces ſanctorum, complura exempla declarant, de quibus agitur ſuis locis. Quod vero ad Chriſtianos Eccleſiæ Antiochenæ ſpectat, nequaquam putamus iiſdem cum Gentilibus affectos malis eſſe. Etenim ſi ex his quæ poſt multa ſæcula ſub Leone Imp. eidem civitati terræmotu iterum proſtratæ horribilia contigerunt, argumentum ſumendum eſt; hæc obventura mala Chriſtianos minime latuiſſe putandum. Sed ſicut ea tunc fuerunt antea divinitus revelata; ita etiam, ne cum impiis perirent pa-

tempus currentis anni accidiſſe, cum tamen poſt menſem Novembrem, initio hiemis contigerit, anno nempe tertio Olympiadis CCXXIII. ab aliquot menſibus jam inchoato. Certe *Pedo* Conſul per priorem bimeſtrem, quo Conſulatum ordinarium geſſit, neque ad Traianum venire, neque ſeſe rebus militaribus immiſcere debuit; Conſulatus enim inermis erat. Anni tempeſtatem nos etiam docuit Joannes Malela Antiochenus in ſuo Chronico hactenus inedito: *Divino Traiano imperante tertiam ſuam calamitatem paſſa eſt magna Antiochia ad Daphnen poſita, menſe Apellæo ſive Decembri die XIII. feria prima poſt gallicinium anno Eræ Antiochenæ CXLIV.* id eſt, præſenti Chriſti anno. Sed loco *die XIII.* legendum, *die XXIII.* quia hoc anno cum die XXIII. Decembris

pariter juſti (quod non eſſe Dei voluntatis, conteſtatus eſt Abraham (*a*) jam ante, ut alias fecit Deus, ſuos præmonuiſſe Fideles credendum eſt. Nam ſi Traiano, ne periret, occulto Dei judicio, quomodocumque acciderit, conſultum fuit; ſane quidem metuentibus ſe (quod eſt (*b*) in Pſalmis) dediſſe ſignificationem, ut fugerent a facie arcus, & liberarentur dilecti ſui, æquum eſt exiſtimare. Certe magnum illum Heronem, ejus civitatis Epiſcopum, his malis ſupervixiſſe, & multis annis eam Eccleſiam adminiſtraſſe, certiſſimum eſt; licet quæ tum ab eo, vel aliis Chriſtianis geſta ſint, ſcriptorum inopia, vel potius ſcripturarum naufragio, remanſerint ſilentio conſepulta. Ceterum cum ex Pedonis Conſulatu, tamquam certiſſimo indicio, demonſtratum ſit, præſenti anno, id eſt Traiani decimooctavo contigiſſe terræmotum Antiochenum: ab hoc autem anno uſque ad ſecundum Leonis Auguſti, quo alteram ingentem ac plane mirandam ex terræmotu cladem Antiochiæ itidem accidiſſe, commemorat Evagrius (*c*), non plures quam trecenti quadraginta & unus anni reperiantur, quod male calculos idem ſubduxerit, neceſſe eſt affirmare, cujus & nos error fecit errare, dum inter utrumque terræmotum trecentos quadragintaſeptem annos enumeravit. Propius ad verum acceſſit Euſebius in Chronico, dum eamdem cladem decimo ſexto Traiani anno collocat, & fortaſſe (niſi quod innumeris ejus locis eveniſſe conſtat, ut rerum ordo a librariis perturbaretur, id huic etiam accidiſſet) ſuo prorſus anno, hoc eſt, octavodecimo Traiani legeretur. Sub finem plane Imperii Traiani rem geſtam id confirmat, quod Traianum poſt hæc ſtatim Antiochia profectum, trans Euphratem copias duxiſſe, Dio teſtatur, in eaque expeditione, quod ſuo loco dicetur, diem clauſiſſe. Atque hæc de his ſatis.

(*a*) *Geneſ.* 18.

(*b*) *Pſal.* 59.

(*c*) *Evag. lib.* 2. *cap.* 12.

VI. Judæorum clades immenſæ.

Judæis in Meſopotamia rebellantibus, præcepit (inquit Euſebius *d*) *Imperator Traianus Lucio Quieto, ut eos provincia exterminaret: adverſus quos Quietus aciem inſtruens, infinita millia eorum interfecit, & ob hoc Procurator Judææ ab Imperatore decernitur.* Hæc ibi: idemque ea de Judæis fuſius proſecutus, hæc alibi (*e*): *Quemadmodum Salvatoris noſtri doctrina, & Eccleſiæ ſtatus magnopere jam tum florebat, & in dies majores amplioreſque faciebat progreſſus: ſic Judæorum calamitates, malis alio poſt aliud importatis, magis magiſque accreſcebant. Nam cum Imperator ad annum decimumoctavum regni ſui perveniſſet, ingens Judæorum multitudo, novo tumultu de integro concitato, e medio ſublata eſt. Siquidem non Alexandriæ ſolum, & in reliquis Ægypti partibus, verum apud Cyrenen etiam complures, veluti crudeli aliquo & ſeditioſo ſpiritu exagitati, contra Gentes quæ una cum illis habitabant, ſeditionem conflare cœperunt. Atque ſeditione mirum in modum exardeſcente, ſequenti anno (Lupo id temporis univerſæ Ægypti præfecturam gerente) bellum non exiguum illud quidem & leve moverunt. At in prima dimicatione illi a Gentibus victoriam forte conſecuti ſunt. Ac propterea Gentes Alexandriam propere confugientes, Judæos, qui in ea civitate commorabantur, ſubito captos oppreſſoſque interfecerunt. Judæi ergo, qui tum incolebant Cyrenen, ſociorum auxilio, qui habitabant Alexandriæ, penitus jam deſtituti, duce Lucua, Ægyptum depopulari, prædas agere, agros illius vaſtare aggreſſi ſunt.*

(*d*) *Euſebius in Chron. an.* 18. *Traiani.*

(*e*) *Euſeb. hiſt. lib.* 4. *cap.* 2.

Adverſus quos Imperator Marcium Turbonem cum pedeſtribus, equeſtribus, & navalibus copiis miſit. Hic multis prœliis commiſſis, belloque contra eos non exiguo tempore continuato, infinitas copias Judæorum, non ſolum qui a Cyrene, ſed etiam qui ab Ægypto ad auxilium ipſorum duci Lucuæ ferendum ſe contulerant, trucidavit. Imperator igitur admodum veritus, ne Judæi qui erant in Meſopotamia, in Gentes eam regionem incolentes, per inſidias impetum facerent; L. Quieto in mandatis dedit, ut illos e provincia funditus tolleret, deleretque. Qui quidem facta illuc expeditione, immenſam Judæorum multitudinem, qui ibi domicilia rerum ſuarum collocaverant, occidit. Cujus rei cauſa tam proſpere geſtæ, Præfectus Judææ ab Imperatore declaratus eſt. Iſta etiam Gentiles ſcriptores, qui illorum temporum res geſtas litteris mandaverunt, iiſdem fere verbis poſteris prodiderunt. Hucuſque Euſebius. Quomodo autem Hadrianus Traiani ſucceſſor eoſdem acerbiſſima clade affecerit, dicemus ſuo loco inferius ☞. VII. Judæi ubique male habiti.

Cen-

bris Dominica concurrit. Ita Uſſerius in Notis ad martyrium S. Ignatii Antiocheni Epiſcopi. Porro Traiani in Orientem profectione & terræ motu Antiocheno accurate conſignatis, liquet Evagrium turpiter lapſum, quando hunc terræ motum cum anno Chriſti CXI. copulat, & Traianum præſenti anno & *Optimum*, & *Parthicum* cognominatum, *Armenia ſubacta*, ut inquit Zonaras. In Collectaneis Græcis apud Euſebium pag. 341. Olympiade CCXXIII. anno ſecundo habetur: Τραιανὸς πᾶσαν τῶν Ἀρμενίων χώραν εἷλε, id eſt, *Traianus omnem Armenorum regionem cepit*. Annus ſecundus præfatæ Olympiadis menſe Julio ſuperioris anni incipitur, & uſque ad menſem Julium currentis anni in curſu eſt, ideoque Armeniæ expugnatio recte a nobis ſuperius collocata.

JESU CHRISTI ANNUS 118.	EVARISTI PAP. ANNUS 7.	TRAIANI IMP. ANNUS 19.

I. CEnteſimo decimoctavo Chriſti anno, Æliano & Vetere, vel ſecundum Caſſiodorum, Hadriano ſecundum & Ruſtico Coſſ. cum Traianus Imp. nullum unquam perſequendi Chriſtianos finem faceret; quid demum addiderit cum rediit Antiochiam, Nicephorus (*a*) rem prodigioſam narrat his verbis: *Multos Chriſtianorum interimit, in quibus & quinque virgines fidem palam profitentes comburit; & oſſibus earum ad ſummum combuſtis, cineribuſque æri commixtis, ænea quædam, & alia vaſa fieri curat; eaque publico lavacro, quod ipſe magnificentiſſime conſtruxerat, dicat. Verum enimvero quicumque eo lavatum ingrediebantur, quamprimum calidas attigiſſent aquas, caligine ſimul & vertigine correpti, cum impetu inde procurrebant & concidebant. Cauſa autem ejus mali cognita, Traianus, ut alia ex ære puro vaſa balneo pararentur, mandat; priora autem illa in fornacibus conflata, in quinque transformat ſtatuas, eaſque virginum combuſtarum forma, & habitu pro balneo collocat.* Hucuſque Nicephorus; qui cum dicat hæc accidiſſe, cum poſt debellatos Perſas Traianus rediit Antiochiam; & ex his quæ ſcribit Dio, ipſum nonniſi ultimo Imperii tempore in diverſas Orientis provincias ad Oceanum peragraſſe, & in Syriam rediiſſe, conſtet; hæc his temporibus facta eſſe, dicere opus eſt, nam, etſi (ut vidimus) jam antea Antiochiam venerat; tamen tunc temporis nondum attigiſſe populum trans Euphratem poſitum, aperte Dio teſtatur. Quamobrem, quod tradit Suidas a Traiano promulgatum eſſe edictum de perſecutionis ceſſatione; ultimo ejus Imperii tempore contigiſſe oportuit: ſed quibus tandem permotus Traianus ſero ſapiens hæc pro Chriſtianis decreverit, idem Suidas (*b*) docet his verbis: *Tiberianus, qui primæ Palæſtinorum genti præerat, ad Traianum retulit, ſe non parem eſſe Chriſtianis occidendis, qui ultro ſupplicia appeterent. Unde Traianus omnibus Præfectis ſuis mandavit, ne ſuppliciis eos afficerent.* Hæc ipſe.

(*a*) Niceph. lib. 3. cap. 23.

Quinque virgines martyres.

(*b*) Suid. in hiſt. verb. Traian. Imp.

II. Iiſdem temporibus ultimis Traiani Imperatoris error ille irrepſit in nonnullos Fideles, auctore Papia Epiſcopo Hierapolitano, de millenario; qui tamen non eo uſque progreſſus eſt, ut tranſiret in hæreſim, niſi poſtquam in Apollinare, qui eum pertinacius propugnabat, a Damaſo Papa (ut ſuo loco dicemus) damnatus eſt. Papias quidem magnæ in Eccleſia auctoritatis Epiſcopus, Joannis auditor, quod eſſet in (*c*) Apocalypſi, regnaturos Fideles cum Chriſto mille annis, ex perperam facta verborum illorum interpretatione, de regno terreno putavit intelligendum: quem ob magnam hominis æſtimationem complures magni nominis viri ſunt ſecuti, ut inter alios Irenæus, Ju-

Error de millenario.

(*c*) Apoc. 20.

SÆC. II. Anno Urbis 869. Olymp. 223. an. 4. An. Ch. 116.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5609.

☉ 13. FE. ☽ 3. P. 20. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 116. *ſecund. Baronium* 118.

SIXTI PAPÆ 1.

TRAIANI IMP. 19.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *L. Ælius Lamia*, & *Ælianus Veter*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari. Imperii Proconſularis Vicennalia.

II. *Tiberiani Epiſtola parum ſincera.* Quod ait Suidas a Baronio citatus, a Traiano promulgatum eſſe edictum de perſecutionis ceſſatione; ea videlicet occaſione, quod Tiberianus, qui primæ Palæſtinorum genti præerat, ad ipſum retuliſſet, ſe non parem eſſe Chriſtianis occidendis, fabuloſum videtur: quia, ut notat Dodvvellus in Diſſert. XI. Cyprianica *de Paucitate Martyrum*, diviſio Palæſtinæ in primam & ſecundam, neque hoc, neque inſequenti ſeculo cognita. Refert Tiberiani Epiſtolam Uſſerius in Appendice Ignatiana, ſed ea ad exemplum Plinianæ videtur efficta. Plura de hujus Epiſtolæ ſuppoſitione apud Dodvvellum laudatum.

III. *An S. Papias magno ingenio præditus fuerit.* Baron. num. III. & ſeqq. Ad num. II. & ſeqq. Quæ ab Iſaaco Caſaubono contra *S. Papiam* Epiſcopum Hierapolitanum, exercitat. 16. ad Annales Baronii num. XVI. congeruntur, tanquam exaggeratæ calumniæ & mendacia rejiciuntur & perſtringuntur a Petro *Halloix* in Notis ad Vitam S. Papiæ. Fatendum tamen illud non male a Caſaubono ſcriptum, *Papiam* ſcilicet mediocri admodum ingenio præditum fuiſſe; cum Euſebius lib. 3. cap. ultimo diſerte tradat, id ex illius ſcriptis conjicere licere. Nec eſt quod reſpondeat Halloixius, ea Euſebii verba benigna interpretatione mollienda eſſe, cum ipſemet Euſebius antea cap. 36. ejuſdem libri dixerit: *Papias quoque Hierapolitanus Epiſcopus eadem ætate celebris fuit, vir inprimis diſertus & eruditus, ac Scripturarum peritus.* Nam, ut obſervavit Valeſius in Notis Euſebianis, totum hoc elogium Papiæ, παπίας ἀνὴρ τὰ πάντα ὅτι μάλιστα λογιώτατος καὶ τῆς γραφῆς εἰδήμων, deeſt in tribus codicibus Mſſ. Mazarino nempe, Medicæo, & Fuketiano. Sed nec Rufinus hæc verba in ſuis exemplaribus legerat, cum tan-

[1] COſſ. *L. Ælius Lamia*, & *Ælianus Veter*. Phlegon apud Noriſium in epiſtola conſulari pag. 76. Faſti Idatiani: *Æliano & Vetere*. Ex uno conſule duos faciunt, & *Lamia* ſilentio prætermittitur. Proſperi Chronicon: *Æmiliano*, & *Vetere*. Et hic corrupte, ut vides. Ceterum *Æliani* prænomen adhuc latet.

Juſtinus martyr, & alii, de quibus ſingulis ſuo loco dicturi ſumus. Sed quid de Papia Euſebius (a) habeat, referamus: *Polycarpi, inquit, ætate, Papias Eccleſiæ quæ eſt Hierapoli, Epiſcopus magna fama & celebritate fuit, vir plane cum omnium aliarum artium ſcientia diſertiſſimus, tum cognitionis ſacrarum litterarum non ignarus;* & inferius (b): *Papiæ item libros quinque eſſe aiunt, qui Expoſitio ſermonum Domini inſcribuntur: quorum, tamquam ab eo ſolo ſcriptorum, Irenæus ſic mentionem facit: Iſta Papias Joannis auditor, Polycarpi familiaris, vir antiquus, in quarto libro operis ſui teſtata reliquit. Sunt enim quinque ab eo libri confecti.* Hæc Irenæus.

(a) Euſeb. lib.3. cap. 39.

De Papia Epiſcopo Hierapolitano.

(b) Euſeb. lib.3. cap. 39.

III. Idem ipſe Papias in exordio ſui operis declarat, ſe minime quidem ſanctorum Apoſtolorum vel auditorem fuiſſe, vel eoſdem oculis ſuis conſpexiſſe: ſed ea quæ ad fidem pertinent, ab illis qui iiſdem noti, & familiares erant, ſe accepiſſe, docet his verbis: *Non gravabor tua cauſa, illa, quæ a presbyteris commode perdiſcebam, & accurate mandabam memoriæ, cum explicationibus eorumdem contexere, quo veritatem ab illis traditam pro viribus corroborare queam. Non enim (ut vulgus hominum ſolet) iis qui multa dicunt, ſed qui vera docent, oblector: neque enim ex illis qui aliena & nova mandata commemorant, ſed ex his qui recordatione renovant ea quæ ſunt a Domino per fidem tradita, & ab ipſa veritate profecta, voluptatem capio. Si quis presbyter mihi forte occurrebat, qui cum Apoſtolis verſatus fuiſſet, dicta Apoſtolorum ab eo diligenter ſciſcitabar; nempe quid Andreas dixiſſet, quidve Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Joannes, quid Matthæus, aut quis alius diſcipulus Domini, quæ denique Ariſtion, & Joannes presbyter, qui in numero diſcipulorum Domini habebantur, locuti fuiſſent. Neque enim ea quæ ex libris petebantur, tantum mihi ſubſidii allatura exiſtimavi, quantum ea quæ acceperam ex hominum voce & ſermone, qui adhuc in vita manebant.* Hæc Euſebius ex Papia, quibus ſacrarum traditionum excellentia mirifice commendatur; dum illum pluris feciſſe conſtet, quæ ex aliorum Apoſtolicorum virorum traditione, quam quæ ex ſcriptis ipſorum accepiſſet: ſed ſubdit:

IV. Rurſum ex Scriptis Papiæ.

Quinetiam Papias, quem modo poſuimus, Apoſtolorum dicta ab his qui cum illis verſati eſſent, fatetur ſe excepiſſe: Ariſtionis & Joannis presbyteri ſe fuiſſe auditorem: nam ſæpenumero illorum memoriam uſurpat nominatim, & traditiones illorum in ſua ſcripta illigat. Atque iſta a nobis non incommode ad legentium utilitatem explanata ſint. Neque ſane erit ab inſtituto alienum, ſi Papiæ teſtimoniis quæ ſupra inculcavimus, alia quoque ejus verba, quibus mirabilia quædam tanquam ex traditione ad ipſum delata commemorat, adjungamus. Philippum Apoſtolum cum filiabus Hierapoli commoratum, ſuperiore noſtro ſermone monſtravimus: verum quemadmodum Papias, qui temporibus iiſdem vixit, hiſtoriam permiram a Philippi filiabus ſe excepiſſe aſſerat, in præſentia exponendum videtur. Mortuum enim ſuo tempore narrat excitatum. Aliud etiam

---

tantum in ſua verſione dicat: Florebat & *Papias ſimiliter apud Hierapolim Sacerdotium gerens.* Quare non dubitat Valeſius, quin ea verba ab imperito quodam Scholiaſte adjecta ſint, præter Euſebii mentem atque ſententiam. Quomodo enim fieri poteſt, ut Euſebius *Papiam* appellet virum doctiſſimum, & Scripturarum peritiſſimum; cum ipſemet in fine libri tertii affirmet. Papiam fuiſſe mediocri ingenio præditum, planeque rudem ac ſimplicem. Quæ Euſebii emendatio eo magis facienda, quod ibidem Caſauboni non meminit.

IV. S. Papiæ nomen an Martyrologiis inſcriptum.

Quærit Halloixius laudatus, cur nec in veteri Romano Martyrologio, nec in Græcorum Menæo, aut Menologio, ulla fiat *S. Papiæ* mentio, reſpondetque, exiſtimare ſe nomen ejus primis temporibus inſcriptum fuiſſe ſacris Tabulis, ſed poſtmodum ob unam aut alteram ejus opinionem, olim quidem ſatis communem, ſed minus poſtea probatam ab Eccleſia & receptam, eraſum eſſe. Nec poteſt, inquit, eſſe dubium, quin Martyrologia ſæpe variata fuerint; cum illud quod recenter a Gregorio XIII. fuerat approbatum, & literis ejus Apoſtolicis communitum, poſtea per occaſionem Notationum Baronii (qui ſuggeſſerat nonnullos ſe in eo errores reperiſſe) fuerit aliqua ex parte commutatum, non variatis modo quibuſdam, ſed nonnullis etiam adjectis atque detractis, ut patebit utramque editionem, antiquam ac novam, conferenti, Gregorianam ſcilicet & Sixtinam; quamquam hæc poſterior non appelletur *Sixtina*, quamvis ſub Sixto V. facta. Viſum eſt enim, quod haud adeo magna eſſet facta mutatio, relinqui bullam & nomen Gregorii XIII. Jam autem uſus fere obtinuit, ut poſtrema illa editio ſub Sixto V. facta & Notationibus Baronii illuſtrata, vocetur *Martyrologium Baronii*. Et ſane egregie in eo & fructuoſe ad gloriam Dei, & Eccleſiæ utilitatem laboravit. Verum non eſt unius hominis videre omnia, nedum examinare. Unus in uno clarius videt, alter in altero, alius in alio. Sic in dies lux creſcit & eruditio, & multorum ſplendoribus redditur Eccleſia illuſtrior: ſic & bona melioribus, dum multi intendunt oculos, permutantur. Ita docte Halloixius.

V. *S. Papias auditor Joannis Apoſtoli.*

Porro S. *Papias* in variis Martyrologiis ab Henſchenio die XXII. Februarii, quo ejus Vitam illuſtrat, citatis, dicitur auditor S. Joannis Apoſtoli, quod etiam ſcribunt Hieronymus lib. de Script. Eccleſiaſt. & in Epiſtola XIX. ad Theodoram, Irenæus lib. 5. adverſus hæreſes cap. 33. Andreas Cæſarienſis, Anaſtaſius Sinaita, Oeconomius, & S. Maximus Martyr. Baronius tamen contendit, Papiam non Joannis Apoſtoli, ſed Joannis Senioris diſcipulum fuiſſe. Euſebius enim lib. 3. cap. 39. dicit fuiſſe, qui

duos

tiam, quod non minus habet admirationis, Juſto cognomento Barſabæ contigiſſe: nimirum ubi venenum mortiferum ebiberat, eum, propter gratiam ipſi a Domino tributam, moleſtiæ nihil aut incommodi pertuliſſe. Et paulo inferius:

V. Delectus in traditionibus habendus. *Alia præterea idem auctor quaſi traditione non ſcripta ad ſe perveniſſe commonſtrat, quæ peregrinas quaſdam Salvatoris parabolas, & novas ejus doctrinas, aliaque nonnulla commentitiis fabulis referta continent, in quibus aſſerit, regnum Chriſti, poſt univerſæ carnis a mortuis reſurrectionem, mille annos humano & corporeo more in terra hac continuatum & ſtabilitum fore: quæ quidem dogmata credo eum propterea excepiſſe: quod Apoſtolicas interpretationes, quæ ab illis eſſent arcanis figuris & parabolis ſuboſcuris expoſitæ, male intellexiſſet: nam homo erat (ſicut ex ejus ſcriptis facile licet conjecturam capere) ingenii pertenuis. Ceterum pleriſque Eccleſiaſticis viris, qui hominis antiquitatem pro ſuarum partium defenſione citabant, perſimilis erroris auctor extitit, ut Irenæo, & ſi quiſquam alius eadem cum illo ſentire videbatur.* Hæc de eo Euſebius: ex quibus facile intelligas, in traditionibus habendum eſſe delectum; ut non mox, ut quis ſe aliquid ex majorum traditione accepiſſe tradit (ut de Papia accidit) fidem illi omnes adhibeant, ſed illam eſſe traditionem tenendam & amplectendam, quæ ab Eccleſia Catholica ſibi auctoritatem vendicat.

VI. Quod vero dicat Euſebius, eam de mille annis opinionem Papiam ex traditione non ſcripta accepiſſe: ſic (quod etiam Euſebius ipſe innuit) accipienda putamus, quod ex perperam facta ab aliis Joannis Apocalypſis interpretatione, in eam ipſe inductus fuerit opinionem. Alia præterea de eodem auctore narrat Euſebius, nempe de Marci in Evangelio conſcribendo conſilio, deque Matthæi item Evangelio, de prima Joannis, ac Petri ſimiliter priori epiſtola, necnon de Evangelio ſecundum Hebræos, quorum omnium a nobis ſuperius mentio facta eſt. Quod igitur Papiæ opera penitus deperierint, haud otioſum fuiſſe putavimus, pauca illa, quæ ab Euſebio ſunt recitata, fragmenta hic intexuiſſe. Ceterum ipſum ſanctitate ſpectatum vitæ finem clauſiſſe, certiſſimum eſt: nam Dei Eccleſia ejus natalis diem anniverſaria celebrare jugiter conſuevit: irrepſit tamen error (*a*), ut qui dicendus eſt Joannis ſenioris auditor, dicatur Joannis Apoſtoli: quod, quæ nuper ſunt dicta, facile manifeſtant. Papias inter ſanctos relatus.

(*a*) *Martyrol. Rom. 22. Febr.*

VII. Sub ejuſdem Traiani imperio paſſus eſt in Galliis Creſcens, de quo plura ſuperius; ejus quoque natalis dies anniverſaria memoria (*b*) celebratur. Immo & qui ei ſucceſſit in ſede Vienneſi Zacharias, ſub eodem Traiano martyrium conſummaſſe traditur (*c*): Sed in Apulia Maurus Epiſcopus cum ſociis ſub eodem Traiano martyrio defunctus (*d*) eſt, quorum omnium & aliorum memoria in Eccleſia viget.

(*b*) *Martyrolog. Rom. 27. Junii.*
(*c*) *Martyrolog. Rom. 26. Maii.*
(*d*) *Idem 27. Julii.*

Annus

duos eodem nomine appellatos, in Aſia vixiſſe ſcripſerint, & utrumque hactenus Joannem nominari. Sed poſito utroque Joanne, Apoſtolo ſcilicet, & presbytero, Baronius ex verbis Papiæ apud Euſebium citatum, non recte infert, *Papiam* non vidiſſe Apoſtolos, aut non fuiſſe S. Joannis Apoſtoli diſcipulum. Eſto enim, inquit Henſchenius, S. Papias alicubi ſcripſerit, ſe Joannis Presbyteri aut Senioris auditorem fuiſſe, in verbis non demonſtrat ſe neutiquam S. Joannis Apoſtoli auditorem aut adſpectorem non fuiſſe, quod tamen ex Proœmio librorum Papiæ ab Euſebio recitato male infertur. Qua de re plura Halloixius & Henſchenius citati.

VI. Geſta hoc anno a Traiano in Oriente. Xiphilinus ex Dione, narrato terræ motu Antiocheno, ait: *Ineunte vere, Traianus in hoſtilem terram ingreditur. Cumque ea regio, quæ ad Tigrim fluvium ſpectabat, materiam ad ædificandas naves non ferret, ea navigia, quæ in ſylvis apud Niſibin fecerat, plauſtris in flumen convehi juſſit.* Addit, barbaris fugientibus, Romanos flumen tranſiiſſe, Adiabenemque omnem in ſuam poteſtatem redegiſſe: poſtea Babylonem uſque veniſſe, Tigrique trajecto, Cteſiphontem ingreſſum. *Qua urbe capta, Imperator appellatus eſt, confirmato Parthici cognomine*, inquit Xiphilinus. Traianus huc uſque Imperator VIIII. appellatus fuerat, ut liquet ex Nummis. Cteſiphonte itaque capta Imperator X. nuncupatus eſt. Onuphrius in Faſtis producit Traiani Nummum, in quo legitur: IMP. CAES. NERVAE. TRAIANO, OPT. AUG. GERM. DAC. PARTH. P. M. TR. P. XX. COS. VI. IMP. X. P. P. Tribunitiam Poteſtatem XX. quinto Kal. Novembris currentis anni Traianus ſuſcepit, ſed jam antea Imperator X. appellatus fuerat, dum Tribunitiam Poteſtatem XIX. adhuc gerebat, licet nulli Nummi ſuperſint, quibus id probare poſſimus. Nam cum Xiphilinus inſinuet Cteſiphontem ante initium hiemis expugnatam, illud aſſerendi locum præbet. Ait enim, Traianum poſtea *Meſſanam* inſulam Tigridis cepiſſe, *atque iis in locis propter vim hiemis, & rapidum Tigrim, æſtumque maris in magnum periculum veniſſe*. Ubi de præſentis anni hieme ſine dubio ſermo eſt. Sed *dum navigat verſus Oceanum, atque inde revehitur, ea quæ ceperat, omnia maximo tumultu defecerunt*, &c. inquit Xiphilinus. Quare Traianus Cteſiphontem redire coactus eſt. Baronius eam rebellionem anno CXIII. quem ipſe CXV. vocat, refert. Sed ex dictis conſtat, eam ſub currentis anni finem, aut inſequentis initium contigiſſe. Eo etiam tempore Judæi rebellarunt. Qua de re legenda, quæ anno CXIV. diximus.

VII. *Alexandri Papæ obitus.* Alexandri Papæ martyrium hoc anno contigit, ut infra explicabimus. Alexandrum Sixtus excepit.

JESU CHRISTI ANNUS 119.	EVARISTI PAP. ANNUS 8.	TRAIANI IMP. ANNUS 20.

I. ANnus Domini centeſimusdecimusnonus Conſules habuit Nigrum & Apronianum: alios Caſſiodorus ponit, nempe Catilium & Fulvum. ☞ Hadrianus vero non Conſul factus hoc anno, ſed in ſequentem eſt deſignatus ſecundo Conſul. Sic enim intelligendum quod de hoc anno loquens Spartianus ait in Hadriano, ipſum favore Plotinæ ſecundo Conſulem eſſe factum. De anno quidem ſequenti loqui Spartianum, ex eo patet, quod Hadrianus, quo tempore mortuo Traiano ſucceſſit, ideſt Auguſto menſe hujus anni, Conſul ſecundo deſignatus tantum erat. Id enim docet antiqua veterum nummorum inſcriptio, quæ ſic habet (*a*). (*a*) *Hub. Golt. in Theſauro.* Traiani ætas & obitus.

IMP. CAES. DIVI TRA. F. DIVI NERVAE N. TRAIANO HADRIANO L AUG.

Ann. Eccl. Tom.II.

SÆC.II. Anno Urbis 870. Olymp. 224. an.1. An. Ch. 117.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5610.

☉ 14. D. ☽ 4. P. 4. April. Indict.15.

JESU CHRISTI 117. *ſecundum Baronium* 119.

SIXTI PAPÆ 2.

HADRIANI IMP. 1.

I. *Conſules.* [1] AD num.I. & ſeq. Coſſ. *Quinctius Niger*, & *C. Vipſtanus Apronianus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari.

II. *Vicennalia Traiani.* Imperii Auguſtei Traiani Vicennalia in hunc annum incidunt. Ad ea referendus Nummus, qui apud Stradam pag.57. extat: IMP. CÆS. NERVA TRAIAN. AUG. GERM. DAC. PARTH. PONT. MAX. TR. POT. COS. VI. P. P. In poſtica: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Præterquam quod cernuntur Forum Traiani cum Bibliotheca, Baſilica Ulpia, & Circo: in medio Columna Cochlidis. Nam cum eo in Nummo Traianus *Parthicus* appelletur, horum operum publicorum memoria poſt annum Chriſti CXV. & quidem in Vicennalibus, ut mos ferebat, renovata.

III. *Geſta a Traiano ante mortem.* Baron. n. 1. Traianus, *ut Cteſiphontem venit, Parthis Regem Parthamaſpatem deſignat, eique diadema imponit. Inde profectus in Arabiam, adoritur Agarenos, qui & ipſi defecerant*, inquit Xiphilinus, qui ſubdit, Traianum eam urbem expugnare non potuiſſe, dumque inde proficiſcitur, *nec multo tempore poſt in morbum* incidiſſe, quo ingraveſcente in Syriam veniſſe, ibique Hadriano *cum exercitu relicto*, iter in Italiam cepiſſe: tandem perlatum *Selinuntem urbem Ciliciæ* mortem illico obiiſſe. Antequam extingueretur, *Armeniam*, *Aſſyriam*, & *Meſopotamiam Provincias fecit*, inquit Caſſiodorus ſub hujus anni Conſulibus, quod hoc anno geſtum Traiani Vicennalia etiam indicant. Eum Selinuntis, non vero *apud Seleuciam Iſauriæ*, ut habent Eutropius & Caſſiodorus, mortuum oſtendit Nummus a Mediobarbo pag. 163. recitatus.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAIANO OPTIMO AUG. GER. DAC. PARTH. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI SELINUNTEM. In periſtylio portæ latæ ædificii ſphærici. Qui Nummus ante Traiani apotheoſim, ad indicandum locum, in quo mortalitatem explevit, cuſus. Præterquam quod Onuphrius in Faſtis pag. 221. refert Inſcriptionem, in qua dicitur M. Ulpium Libertum Traiani abſceſſiſſe, SELINUNTE. PRID. IDUS. AUGUS. NIGRO. ET. APRONIANO. COS. Duos itaque ante dies Traianus in eadem urbe e vivis exceſſerat.

IV. *Adoptio & Conſulatus Hadriani.* Baron. n. 11. *Defuncto Traiano ſine liberis*, Hadrianus *quod non procul abeſſet, quodque magnas copias haberet*, favore Plotinæ Auguſtæ Imperator deſignatus eſt. Nam mors *Traiani per aliquot dies in occulto* fuit, *ut adoptio procederet*, quemadmodum ſcribit Dio lib. 69. qui addit, Hadrianum, quo die Imperator deſignatus eſt, Antiochiæ Syriæ, cui præerat, fuiſſe. *Quinto Iduum Auguſti die Legatus Syriæ literas adoptionis accepit*, inquit Spartianus in Hadriano. Quo pacto, adoptio die nona Auguſti facta. Paulo ante ſcripſerat Spartianus: *In adoptionis ſponſionem venit Palma & Celſo inimicis ſemper ſuis* &c. *Secundo Coſ. favore Plotinæ factus, totam præſumptionem adoptionis emeruit.* Quæ verba egregie in Notis a Caſaubono explicata: *Pro incerta*, inquit, *ſpe, quam dudum conceptam hactenus foverat*, πληροφορίαν *eſt conſecutus ac ſpem certam.* Præſumptio, πρόγνωσις tota præſumtio, *plena & perfecta cognitio futuri. Primo Hadrianus de Imperio cogitavit ex ſuggeſtione patrui magni, & Maſi cujuſdam Mathematici; ſed id votum erat potius, quam ſpes. Deinde autem donatus a Traiano adamante gemma* ad ſpem ſucceſſionis eſt evectus. *In ea ſpe poſtea confirmavit eum Sura*, a quo comperit adoptandum ſe a Traiano. *Itaque auſus eſt aliquanto poſt* in adoptionis ſponſionem venire cum Palma & Celſo. *Tandem vero ſecundum Conſul deſignatus*, totam præſumptio-

---

[1] COſſ. *Quinctius Niger*, & *C. Vipſtanus Apronianus*. Gruterus pag.DLXXVIII. 1. ABSCESSIT. SELINUNTE. PRI. IDUS. AUGS. NIGRO. ET. APRONIANO. COS. Pag.MVIII. 7. VI. ID. FEBR. APRONIANO. ET. NIGRO. COS. Pag.MIX. 2. VI. ID. FEB. APRONIANO. ET NIGRO COS. Figlina apud Boldettum pag.529. NIGRO. ET APRONIANO. COS. Vide Noriſium in epiſtola conſulari pag.77. *Nigri & Aproniani* prænomina, ac item *Vipſtani* nomen adhuc erui ex vetuſtis monumentis non potuere; quare ex arbitrio ab Onuphrio, & a Pagio poſita fuiſſe judico. Hoc anno *Hadrianus* in annum inſequentem *conſul ordinarius* deſignatus eſt, ut produnt notæ apud Spartianum in vita cap. IV. ad ea verba: *Secundo conſul favore Plotinæ factus eſt*; nam hoc anno, *Traiano* mortuo ad III. Idus Auguſti, Hadrianus imperium iniit Antiochiæ die XI. Auguſti, qua de re Noriſius in Epochis Diſſert.I. cap.II. & Philippus a Turre in Diſſert. Apologetica de nummo Anniæ Fauſtinæ cap.III. pag.34. Hinc nummi *Hadriani* apud Mediobarbum pag.167 cum TR. POT. COS. DES.II. ex quibus patet *Hadrianum* hoc anno in annum proximum COS.II. fuiſſe deſignatum.

AUG. P. M. TR. P. COS. DES. II. His ergo dictis anni hujus Conſulibus, Hadrianus Conſul deſignatus, & ſtatim adoptatus Imperium poſt Traiani obitum hæreditate ſuſcepit ☞: cum Traianus Auguſtus Romam reverſurus, apud Selinuntem Ciliciæ civitatem, quæ poſtea cognominata eſt Traianopolis, ſive morbo, ſive veneno (quod etiam ferebatur) extinctus eſt, cum imperaſſet annos undeviginti, menſes ſex, & dies quindecim: Hæc Dio (a); anno vero ſuæ ætatis ſexageſimoprimo, & menſibus & diebus modo enumeratis: nam (ut idem teſtatur auctor) annum erat agens quadrageſimumſecundum, cum imperare cœpit. Sed Aurelius Victor annos tribuit ejus ætati ſexagintaquatuor: exuſti autem corporis cineres Romam eſſe perlatos, & ſub ejus columna poſitos, & imaginem ejus ſuper-

(a) *Dio in Traiano.*

ptionem adoptionis emeruit. *Hæc ita Spartianus, ſane quam hac in re diligentiſſimus*, inquit Caſaubonus, cui Salmaſius ſuffragatur. Conſulatus itaque, ex illorum temporum uſu, omen Imperii erat. Unde Imperatores antequam Cæſares aut alios Auguſtos renuntiarent, prius eos Conſules, ac poſtea Cæſares aut Imperatores deſignabant. Hadrianus Ælium Verum licet jam Conſulem, non prius Cæſarem creavit, quam eum iterum Conſulem deſignaſſet, ut docet Spartianus in Ælio cap. 3. *Mox Conſul creatus; & quia erat deputatus Imperio, iterum Conſul deſignatus eſt*. Capitolinus in Marco cap. 6. de Marco Aurelio jam ab Antonino Pio adoptato loquens ait: *Adhuc Quæſtorem & conſulem ſecum Pius Marcum deſignavit, & Cæſaris appellatione donavit*. Themiſtius in Orat. 16. de pace & Conſulatu Saturnini anno Chriſti CCCLXXXIII. recitata, Theodoſium Magnum laudat, quod Saturninum in eum annum ſuis Quinquennalibus deſtinatum Conſulem deſignaſſet, aitque; *Cum in poteſtate eſſet tua, ſi nondum tibi tempeſtivum illum honorem (nempe Conſulatum) judicares, unicum tuum deſignare filium, hunc, inquam, cum pro te renuntiare liceret, (quod & antiquis & recentioribus Imperatoribus ſolenne fuit, ut illud tamquam futuri Principatus initium liberis ſuis ante purpuram traderent) cum hac facere tibi omnia liceret, noluiſti tamen*, &c. Ubi vides Conſulatum tanquam futuri Principatus initium reputatum, & ante purpuram Imperatorum filiis deſtinatum. Obiter etiam obſervabis, quod in Diſſertatione Hypatica, antequam nova Themiſtii Operum editio, cui ea Oratio addita, publicata fuiſſet, jam inſinuaveram, ſi Imperatores annis Quinquennalibus & id genus feſtis addictis Conſulatum non capeſſerent, illum in parentes aut illuſtriores perſonas de more tranſtuliſſe; hiſque Themiſtii verbis reſponſiones omnes præcludi quibuſdam cenſoribus, qui Conſulatuum Cæſareorum regulas fictitias eſſe, perſuadere conati ſunt. Sed ad Hadrianum redeo, qui jure merito certam ſpem de Imperio conſequendo habuit, ubi ſe iterum Conſulem deſignatum accepit.

V. *Deputati Imperio de more Conſules deſignabantur.* Dodvvellus in Appendice ad Diſſert. Cyprianicas num. XLV. de Ælii adoptione ejuſque ſecundo Conſulatu loquens, dicit, in ſecundo Conſulatu præcipuum fuiſſe, pro receptis Imperii moribus, omen Imperii, præſertim in nova Nervæ familia, quod Traiani, Hadriani, Ælii & Antonini exemplo oſtendi exiſtimat. At, ut ex Themiſtii Oratione mox laudata quam V. C. non viderat, diſcimus omen & initium Imperii in Conſulatu, ad quem inaugurandus deſignabatur; non vero in iterato Conſulatu ſitum erat: nec aliquid ad eam rem prior Conſulatus conferebat, ut videre eſt in Marco Aurelio, qui numquam Conſulatum geſſerat, quando Conſul & Cæſar deſignatus eſt.

Hac obſervatione, prima Conſulatuum Cæſareorum regula mirum in modum illuſtrata. Addit Dodvvellus, hanc Hadriani adoptionem anno præcedenti factam, ac tunc illum Tribunitia Poteſtate donatum; quod tamen ſilentio involutum, & nonniſi poſt Traiani mortem publicatum. At Traianum non prius Hadrianum adoptaſſe, ſi tamen adoptavit, quam in morbum incideret, & hoc tantum anno morbo tentatum ex Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptoribus certo deducitur. Vide quæ anno CXIX. de ſecundo Hadriani Conſulatu ordinario ſcribo.

VI. *Obitus Traiani.* Baron. n. 1. Obiit *Traianus* die decima Auguſti, poſtquam imperaſſet annos XIX. menſes VI. & dies XV. ut habet Xiphilinus ex Dione, qui diem emortualem numerat. Major de Natali Traiani genuino, & annis, quibus vixit, difficultas. Illum tamen Plinius in Panegyrico cap. 92. indicat, ſignificatque, die decima octava Septembris Domitianum occiſum, Nervam electum, ac Traianum in lucem editum: *Diem illum*, inquit *triplici gaudio lætum, qui Principem abſtulit peſſimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit*. In Kalendario a Petro Lambecio edito, ad XIV. Kal. Auguſti legitur: N. TRAIANT. id eſt, *Natale Traiani*. ubi mendoſe littera T. loco I. in ultimam ſyllabam irrepſit. Cumque Xiphilinus tradat, Traianum vixiſſe annos ſexaginta, menſes decem, dies viginti quatuor, ultimum terminum, diem nempe emortualem includit, demonſtratque, eum die XVIII. menſis Septembris anni Chriſti quinquageſimi ſexti in lucem prodiiſſe, erraſſeque Eutropium ac Victorem in Epitome a Baronio laudatos, ipſumque etiam Baronium, quos fugiebat, Traiani Natale in diem XVIII. Septembris incidiſſe, ſine quo definiri non poteſt, quot annos, menſes, ac dies in vivis fuerit.

VII. *Initium Imperii Hadriani.* Baron. n. 11. Hadrianus Traiano currenti anno ſucceſſit. *Vettius Valens* Aſtrologus Antiochenus in τολογιῶν μενεθλιακῶν libris comparat annum primum Hadriani cum *anno centeſimo quadrageſimo octavo Auguſtorum*. Quare Auguſtorum annos incipit ab anno Periodi Græco-Romanæ 5463. licet Ægyptii eamdem Eram, ſeu annos *Imperii Auguſtei*, ut Ptolomeus loquitur, ab anno ejuſdem Periodi 5454. exordiantur. Unde annus centeſimus quadrageſimus octavus Actiacus ſeu Auguſtorum, ab anno ejuſdem Periodi 5610. hoc anno incepto inchoatur, liquetque, initium Imperii Hadriani ad præſentem annum certo pertinere, ac Scaligerum in Animadverſionibus Euſebianis, Calviſium in Opere Chronologico, & Uſſerium in Annalibus Veteris & Novi Teſtamenti hallucinatos, quando ſcripſere *Vettium* adhibere Eram Actiacam Ægyptiorum. In eadem remora hæſit Scaliger lib. 5. de Emendat. Temp. dum de Encæniis urbis Conſtantinopoleos loquitur. Affert enim locum Suidæ, verbo *Conſtantinopolis*, ubi dicitur a Monarchia Auguſti Cæſaris, id eſt, a pugna Actiaca ad de-

perpoſitam tradit. Sed oſſa tranſlata fuiſſe, Dio teſtatur. Diſſentit ab his, quod ad annos ætatis ejus pertinet, Eutropius (*a*), illi tribuens vitæ annos ſexaginta-duos, menſes novem, & dies quatuor: qui hæc addit: *Inter divos relatus eſt: ſolus omnium intra Urbem ſepultus: oſſa collata in urnam auream, in foro quod ædificavit, ſub columna ſita ſunt, cujus altitudo centum quadraginta pedes habet. Hujus tantum memoriæ delatum eſt, ut uſque ad noſtram ætatem non aliud in Senatu Principibus acclametur, niſi, Felicior Auguſto, Melior Traiano.* Hæc Eutropius: ſed de moribus ſatis ſuperius.

(*a*) *Eutrop. lib.*8.

II. Hadrianus Imperator.

Porro quod de Traiani probitate a nonnullis recentioribus illud recitetur exemplum, quod proficiſcens ad bellum, equo deſilierit, ut viduæ cauſam de occiſo filio conquerentis cognoſceret: addantque alii, eidem filium ſuum oppigneraſſe, & uſque ad reditum reliquiſſe obſidem:

dedicationem Conſtantinopolis intercedere annos CCCLX. Quod verum eſt, ſi eos ab anno Periodi Græco-Romanæ 5463. incipias: falſum vero, ſi cum Scaligero & Petavio lib. II. de Doct. Temp. cap. 42. a ſequenti auſpiceris. Quæ obiter dicta ſunto.

VIII. *Sententia Loydii de titulo Imp. abſque victoria.*

Hadrianus in Nummis hoc anno, ſequentique, quo Conſul II. proceſſit, (ſuffectum enim Conſulatum, antequam imperaret, geſſerat) percuſſis, Imperatoris titulo ob victorias dari ſolito non inſignitur, ut videre eſt apud Mediobarbum in Numiſmatis Imperatorum, ubi ei hoc nomen tantum tribuitur, cum Conſulatum tertium gerit; in hoc ſcilicet Nummo ab illo pag. 173. recitato: HADRIANUS AUGUSTUS P.P. In poſtica: IMP. P. M. TR. POT. COS.III. Verum ipſo Imperii initio eum nomine illo cohoneſtatum fuiſſe, exiſtimandum. Gulielmus enim Loydius Vir eruditiſſimus in literis ad me ex Anglia ſcriptis arcanum me docuit, quod hic prætermittere non debeo, quia illud nemini obſervatum vidi: *Titulum* IMP. inquit, *victorias denotantem Nervæ una cum Imperio primum accepit. Hoc feciſſe omnes Imperatores Romanos non dubito. Nervæ autem nullam victoriam legimus obtigiſſe ante illam Traiani Germanicam. Hujus victoriæ cauſa* IMP.II. *Nervam appellatum fuiſſe oſtendit ei conjuncta* TR. P.II. *in Inſcriptione Gruteriana CLXXXIX.* 13. *ubi Nerva Cæſar* TR. P.II. IMP.II. *dicitur. Nam ingreſſus eſt annum ſecundum Tribunitiæ Poteſtatis die XVIII. Septembris anni Chriſti XCVII. Intra proximum menſem Traiano obtigit illa victoria, ob quam Nerva lauream Jovi Capitolino dicavit. Hinc Nervam conſtat* IMP.II. *audiviſſe. Hanc lauream cum a Traiano acceperat, huic viciſſim Imperii conſortium reddidit; & omnia quæ Titus a patre acceperat, voluit a Traiano uſurpari, ideoque & titulum* IMP. *victorias denotantem, quem Titus patre vivo quatuordecies multiplicaverat.* Ex qua egregia obſervatione liquet, Hadrianum ipſo Imperii initio titulum illum obtinuiſſe, licet in Nummis tunc cuſis non legatur, quia nempe in Nummis omnes Imperatorum tituli aliquando leguntur, aliquando vero ex iis aliqui pætermittuntur, ita ut uſus hac in re diverſus fuerit.

IX. *Sententia Card. Noriſii de titulo Imp.*

De nova hac Loydii obſervatione lætus dubia alia propoſui Cardinali Noriſio qui reſpondit, ſe in Notis ad Faſtos ſuos alias publicandos de *Imperatoris* titulo iſta inſeruiſſe, quæ cum Loydii obſervationi magnam lucem afferant, hic deſcribenda duxi, eoque magis, quod Card. Noriſius aliqua in medium adducat, quæ fundamentis a me jactis adverſantur, ideoque & a me examinari debeant: *Julius Cæſar*, inquit Card. Noriſius, *omnium primus prænomen Imperatoris ab adulante Senatu tulit, ex Suetonio cap.*49. *ac Dione lib.*43. *qui eum titulum poſt victos Pompeii liberos eidem delatum ſcribit. Hinc, cum antea diceretur C. Julius Cæſar* IMP. *poſtea vocatus eſt* IMP. *C. Julius Cæſar. Sub Auguſtis poſtea, cum ab his nomen Cæſaris ac Imperium Proconſulare alteri dabatur, is ab Imperio Proconſulari non dicebatur* IMP. *ſed Proconſul. Domitianus, qui, uti putas, habuit Imperium Proconſulare, nuſquam in Nummis ante Imperium dicitur* IMP. *Marcus Aurelius a Pio habuit Imperium Proconſulare, ex Capitolino cap.*6. *nec uſquam in Nummis ante Imperium Auguſteum,* IMP. *vocatur. Cum Auguſti ceteros inter titulos in ſaxis vocentur* PROCOS: *undenam tales dicebantur, niſi ab Imperio Proconſulari? Itaque ex Imperio illo non* IMPERATORES, *ſed* PROCONSULES, *nuncupabantur. Num Veſpaſianus Tito filio prænomen* IMP. *contulerit, diſputari forſan poſſit: etenim in Nummis fere ſemper ſine illo prænomine legitur, uti & in Inſcriptione Romana una cum patre ac fratre, Gruteri pag.* CCXLIV. *At alii quidem Nummi, & altera Inſcriptio pag.* CCXLIII. 8. *dant illi prænomen* IMP. *Titus, cum ſolus bellum Judaicum geſſit, erat cum Imperio Proconſulari, ſine quo bellum geri non poterat; poſtea vero a patre etiam prænomen* IMP. *accepiſſe dicitur. Hinc tranſeo ad Traianum, qui ea omnia a Nerva accepit, quæ proxime Titus a patre. Nerva in templo Jovis Capitolini Traianum filium adoptans, eumdem Cæſarem creavit, ac paulo poſt eidem prænomen Imperatoris ac Tribunitiam poteſtatem contulit, quæ ex Dione & Plinio colliguntur. Cum vero dicit Plinius:* Jam Cæſar, jam IMPERATOR, jam Germanicus abſens & ignarus, &c. *nomine illo* IMP. *non deſignat Imperium Proconſulare, ſed prænomen* IMP. *Cum vero mortuo Nerva, Auguſti titulum accepit, tunc* IMP.II. *dictus fuit. Hoc mihi pluribus probandum. Cum Traianus Hadrianum adoptavit, equidem puto eo modo adoptaſſe, quo & ipſe a Nerva fuerat adoptatus. Hadrianus tantum* IMP.II. *dictus fuit, ac titulum* IMP. *multiplicavit mortuo tantum Traiano, cum Auguſtus dictus fuit, qua die Natalem Imperii celebravit, cum Traiani defuncti nuntium accepit. Hadrianus Antonino Pio Tribunitiam Poteſtatem, ac Imperium Proconſulare in adoptione donavit, & inſuper prænomen* IMP. *Hoc prodit inſignis Inſcriptio Gruteri pag.*CCLVI. 4. *ubi dicitur:* IMP. *Aelio Cæſari Antonino, &c. Ibi Hadrianus non vocatur Divus, Antoninus vero dicitur* TR. P. COS. *nec additur* DES.II. *nec vocatur* PONT. MAX. *Itaque Inſcriptio poſita vivente adhuc Hadriano, & quidem* IDIB. MAI. *ut ibidem legitur. Quare ex illa infero, Antoninum Pium prænomen* IMPERATORIS *ab adoptante accepiſſe. Idem poſtea cum mortuo Hadriano dictus fuit* AUG. *una ſimul acclamatus fuit* IMP. *ac proinde in Nummis* IMP.II. *ſemper dictus apparet. Et quamvis victorias obtinuit per Legatos, titulum* IMPE-

dem ; quo etiam exemplo tradunt commotum fuiſſe S. Gregorium, ut pro ejus anima Deum deprecaretur ; hæc cum nulla antiquorum ſcriptorum fulciantur teſtificatione, apertiſſima quoque ratione mendacii arguuntur ; quod conſtet majorum omnium auctoritate, nullum fuiſſe illi filium, nec adoptivum quidem. Hadrianus autem antiquum genus ex Hadria Picentum civitate, ac recentius ex Italica Hiſpaniæ urbe ducebat, natus Romæ Ælio Hadriano, Traiani conſobrino, parente, Coſſ. Veſpaſiano ſepties & Tito quinquies: qui hoc anno Legatum agens in

RATORIS *de more ab exercitu datum, ex Tacito in fine lib.3. Annal. admittere noluit. Hinc ad mortem uſque fuit tantum* IMP. II.

X. *De prænomine Imp. M. Aurelio & Commodo collato juxta Noriſium Card.*

Cum vero Pius Marcum Aurelium adoptavit, neutiquam illi contulit prænomen IMPERATORIS, *quod mortuo Pio cum titulo Auguſti primum recepit. Hoc centeni Nummi produnt, qui eo prænomine carent. At Marcus Aurelius aliter ſe geſſit cum filio Commodo. Nam anno Chriſti CLXXV. eidem dedit Tribunitiam poteſtatem cum Imperio Proconſulari, at prænomen* IMPERATORIS *eidem conceſſit anno CLXXVI. antequam triumpharet. Lampridius in Commodo cap.12.* Appellatus, *inquit*, IMPERATOR V. Kal. Exuperatorias Pollione II. & Apro Coſſ. *Vulgo credunt nomine* IMP. *deſignari ibidem Auguſteam dignitatem, ſed errant: ſiquidem prænomen tantum* IMPERATORIS *indicatur. Extant Nummi apud Mediobarbum pag.241.*

L. AURELIO CAES AUG. F. SAR. IMP.
PROVIDENTIAE AUG. IMP.

Hic Nummus ſcalptus eſt, cum Commodus ſolum titulum IMPERATORIS obtineret; ac ſolus Marcus pater vocaretur Auguſtus.

L. AUREL. COMMODUS CAESAR AUG.
L. AUREL. COMMODUS AUG.

Hic ſcalptus, cum AUGUSTI titulum accepit; unde AUG. in utraque parte Nummi inſcribitur.

IMP. CAES. L. AUREL. COMMODUS
GERM. SARM. TR. P. COS.

Vides anno Chriſti 176. quo Conſul proceſſit, nondum in Nummis AUG. dici, quamvis cum prænomine IMPERATORIS.

Hinc ad inſtitutum probandum redeo. M. Aurelius anno Chriſti CLXXV. occiſo Caſſio, ab exercitibus dictus fuit IMP. VIII. *Hoc probant duo Nummi apud Mediobarbum pag. 225. Rurſus vidi hos Nummos inter Mediceos.*

M. AUREL. ANTONINUS GERM. SARM. TR. P. XXII. Eſt Nummus maximi moduli. IMP. VIII. COS. III. P. P. S. C. Hercules cum tropheo ſub quo captivæ figuræ.

M. ANTONINUS AUG. GERM. SARM. TR. P. XXII. Eſt primæ magnitudinis.

P. M. IMP. VIII. COS. III. CLEMENTIA. S. C. Figura Muliebris cum patera & haſta pura.

M. AUREL. ANTONINUS AUG. TR. P. XXII. Primæ magnitudinis.

IMP. VIIII. P. P. FELICITAS AUG. S. C. Figura muliebris cum caduceo & haſta.

Alius: IMP. VIIII. COS. III. P. P. S. C. Novem figuræ ad templum ſacrificantes.

Ex his Nummis mihi contrectatis ac legitimis colligimus, Marcum Imperatorem anno Chriſti CLXXV. dictum IMP. VIII. *& poſtea anno Chriſti CLXXVIII. appellatum* IMP. VIIII.

XI. *Hadrianus aliique Imp. II. dicti initio Imperii juxta Noriſium Card.*

Jam vero apud Mediobarbum pag. 242. Nummi Commodi laudantur cum epigraphe in poſtica: TR. P. II. IMP. II. COS. PP. *Commodus accepit Tribunitiam Poteſtatem circa Auguſtum anni CLXXV. Quare annus* TR. P. II. *exiit eidem anno Chriſti CLXXVII. Quæſo te, Vir eruditiſſime, undenam Commodo titulus* IMPERATORIS *multiplicatus fuerit ab anno CLXXV. ad annum CLXXVII. cum Marcus pater, nec anno CLXXVI. nec anno CLXXVII. titulum* IMPERATORIS *multiplicaverit, ſed fuerit tantum nuncupatus* IMP. VIII. *Si Nummi iſti duo Commodi ſunt legitimi, & recte exſcripti, evidenter patet, Cæſares qui antea nomen* IMPERATORIS *ferebant, cum poſtea Auguſti titulum accipiebant,* IMP. II. *dictos fuiſſe. Adde his duos priores Nummos anno CLXXVIII. apud Mediobarbum pag. 243. in quibus Commodus dicitur* TR. P. III. IMP. III. COS. DES. II. *Itaque cum anno Chriſti CLXXVIII. M. Aurelius dictus fuerit* IMP. VIIII. *Commodus vocatus fuit* IMP. III. *cum anno CLXXIX. M. Aurelius, quod Dio ac Nummi teſtantur, dictus ſit* IMP. X. *filius appellatus eſt* IMP. IIII. *ut in Nummis apud Mediobarbum pag. 243. Mortuo vero M. Aurelio, anno Chriſti CLXXXII. Commodus titulum* IMP. *multiplicavit, antea ſemper appellatus* IMP. IIII. *ut liquet ex Nummis. In Mediceis hoſce vidi.*

L. AUREL. COMMODUS AUG. TR. P. IIII.
IMP. III. COS. II. P. P. S. C.

L. AUREL. COMMODUS AUG. TR. P. V.
VIRTUS AUG. IMP. IIII. COS. II. P. P. S. C.

Anno Chriſti CLXXIX. menſe Auguſto Commodus inibat TR. P. V. *qua (labente patri* TR. POT XXXIII. *dicebatur* IMP. IIII. *pater vero Marcus Aurelius* IMP. X. *Commodus ſtatim poſt obitum patris, Lucii prænomine relicto, Marci prænomen ſibi impoſuit, quod Nummi produnt. Quare cum in Mediceo & aliis Nummis dicatur* L. AUREL. IMP. IIII., *illi Nummi patre vivente cuſi ſunt. Itaque tibi inquirendum eſt, cur Marcus pater ab anno Chriſti CLXXV. ad CLXXX.* TER *titulum* IMP. *multiplicaverit, filius vero* QUATER *eo temporis ſpatio* IMPERATOR *dictus fuerit. Ex hiſce Nummis Commodi deſcendi in illam opinionem de titulo* IMP. II. *Traiano, Hadriano & Pio initio Imperii Auguſtei delato. Jam vero diſce aliud hactenus non obſervatum. Sequiori ætate Cæſarum tituli* IMP. *multiplicabantur juxta numerum victoriarum, ita ut titulus* IMPERATORIS AUG. *initio Imperii acceptus in numerum non veniret. Lege titulum Epiſtolæ Galerii Maximiani apud Euſebium lib. 8. cap. 17. Ibi dicitur* IMP. XIX. *nempe Germanicus Max. &c. numera victorias ibidem recitatas, e quibus eum titulum iteravit, ſunt numero XIX. Ac proinde titulus ſeu prænomen* IMP. *&* AUG. *initio accepti in numerum non venit. Hæc diligentius inquiſivi, inveſtigans rationem, cur Hadrianus & Antoninus Pius initio ſtatim Imperii* IMP. II. *titulum tulerint, ac collatis Nummis Marci ac filii Commodi, in eam ſententiam deſcendi; & ex illo titulo* IMP. II. *Commodo collato, intuli, non eodem anno prænomen* IMP. *ac titulum* AUG. *accepiſſe, ſed priorem anno Chriſti CLXXVI. alterum paulo poſt initium anni CLXXVII.* Ita Card. Noriſius

XII. *Titulus Imp. Auguſtis & Collegis Imperii conceſſus.*

Verum varia in medium adducit Cardinalis in Numiſmatum intelligentia exercitatiſſimus, quæ mihi probari non poſſunt; ideoque tria apud me certiſſima hic ſupponenda. Primum, aliud eſſe prænomen, aliud eſſe titulum IMPERATORIS victoriæ cauſa datum: prænomen IMP. de more præponebatur, neque unquam multi-

in Syria, quinto Idus Auguſti adoptionis tabulas a Traiano in extremis poſito accipiens, eo defunćto tertio Idus ejuſdem, nunciato ſibi ejus obitu, capeſſit Imperium: hæc omnia pluribus Spartianus (*a*). Certe quidem argenteum cuſum numiſma vidimus, quod hic tibi formis expreſſum reddendum curavimus, ubi adoptio una cum Conſulatu & Tribunitia poteſtate habetur expreſſa.

(a) Spartian. in Hadrian.

(b) Ex Muſæo Lælii Paſqualini Canon. S. Mariæ Majoris in Urbe.



(*b*)



Se-

tiplicabatur; cum tamen titulus Imp. vićtoriis reſſponderet, ideoque & multiplicaretur, quod utrumque certum faciunt Nummi Imperatorum & Imperii Collegarum, de quibus hic tantum loquor. Duos tantum Titi afferam, in quibus tam prænomen quam titulus Imp. diſerte leguntur: T. Cæsar. Imp. Vespasianus. In averſa parte, Imp. XIII. Cos. VI. In altero: Imp. T. Cæs. Vespasian. In poſtica: Imp. XIII. Uterque Nummus anno Chriſti lxxvii. quo Titus nondum Auguſtus erat, percuſſus. Mitto infinitos alios paſſim obvios. Secundum, Collegas Imperii a me appellari, qui Tribunitia Poteſtate & Imperio Proconſulari donati fuere. Qui enim Tribunitia Poteſtate tantum, uti Ælius Cæſar, aut ſolo Imperio Proconſulari, uti Nero antequam imperaret, decorati erant, nobiliori quidem modo, quam puri puti Cæſares, Imperii conſortes erant, ſed Collegæ Imperii non erant. Collegæ itaque Imperii extitere Tiberius, Titus, Traianus, Antoninus Pius, Marcus Aurelius, & Commodus, qui omnes non minus quam Auguſti, prænomen Imp. tulere, ac præterea Imp. titulum, ſi ipſi aut patres eorum Auguſti inſignem aliquam vićtoriam reportarent. Sed tam prænomen quam titulus Imp. puris putis Cæſaribus denegatus, ut videre eſt in Nummis ante Quinquennalia Getæ Cæſaris cuſis. Verum quidem eſt, nec in Numiſmatis Tiberii, nec in Numiſmatis Marci Aurelii, antequam Auguſteam dignitatem adipiſcerentur, prænomen Imp. legi; ſed hoc vel eorum voluntati, vel Monetariis, vel aliis cauſis nobis ignotis attribuendum. Certe Veſpaſianus Aug. in Nummis apud Mediobarbum nunquam dicitur Imp. propter vićtorias, niſi in unico anno ejus emortuali cuſo, in quo Veſpaſianus dicitur: Tr. P. X. Imp. XX. Cos. VIIII. ut habetur apud Mediobarbum pag. 117. Si quis tamen inde inferre vellet, eum annis præcedentibus titulo Imp. ob vićtorias dari ſolito cohoneſtatum non fuiſſe, is profećto audiendus non eſſet; cum contrarias haberet varias Inſcriptiones, præſertimque unam apud Gruterum pag. 573. in qua Veſpaſianus dicitur: Tr. Pot. II. Imp. VI. Cos. III. Quare mirum videri non debet, ſi idem titulus in Nummis Marci Aurelii Cæſaris & Imperii Collegæ non habeatur, quemadmodum nec in quibuſdam Titi Cæſaris & Collegæ Imperii prænomen Imp. Uſus enim in cudendis Nummis non unus idemque ſemper fuit.

Tertium, duplicem eſſe Proconſulatum, alium qui privatis ad certum tempus deferebatur, aliumque, qui pars erat ſupremæ Poteſtatis, ideoque & perpetuum. Hic Proconſulatus uni Neroni ex Cæſaribus, omnibus vero Imperii Collegis ac Auguſtis attributus. Scaliger, aliique ſummi Viri omnem diligentiam adhibuere, ut rationem detegere poſſent, cur Auguſti in Nummis vix Proconſules appellentur, nihilque quod ſatisfaceret, protulere. Verum opus non erat, ut Auguſti ac Imperii Collegæ in Nummis Proconſules dicerentur; cum Imp. prænomine facultas bellorum gerendorum ſatis exprimeretur. Stante enim Republica Proconſules, qui cum Imperio militari in Provincias mittebantur, poſt relatam aliquam vićtoriam Imperatores vocabantur, Imp. titulo poſt Proconſulis nomen appoſito. Qui uſus a Julio Cæſare immutatus, & Imp. prænomen nomini præpoſitum, ut doćte Card. Noriſio citato animadverſum. Traianus quidem in uno aut altero Nummo apud Mediobarbum pag. 149. & pauci alii Auguſti in quibuſdam Nummis cum prænomine Imp. vocantur *Proconſules*, ſed retentum in illis Nummis Imp. prænomen propter uſum, qui jam invaluerat. Julius Cæſar prænomen Imp. primus aſſumſit, ut majori ſe poteſtate ad bella gerenda præditum eſſe demonſtraret, quam Proconſules, quibus ob Vićtorias dumtaxat Imp. titulus delatus fuerat. At Cæſar Auguſtus præter illud prænomen, titulum Imp. vićtoriis reſpondentem uſurpare voluit, quem deinde ſucceſſores imitati ſunt. Profećto incredibile videtur, Cæſarem Auguſtum Patris Patriæ, & Pontificis Max. titulos, alioſque a Dione lib. 53. enuntiatos ſibi dari voluiſſe; nullum vero, qui militare Imperium, quod in Republica ſumma rerum fuerat, exprimeret.

XIII. Verum opus non erat, ut Auguſti ac Imperii Collegæ Proconſulis nomen in Nummis & Inſcriptionibus uſurparent; cum prænomen Imp. non tantum illud ac bellorum gerendorum facultatem; ſed & omnem potentiam, quæ in populari Reipublicæ forma fuerat, deſignaret, ut teſtatur Dio loco laudato, ubi de inſtitutione Imperii Romani, ac Imperatoribus verba facit. Hæc ejus verba: *Conſules fiunt ſæpenumero, & quoties extra pomerium ſunt, Proconſules dicuntur: nomenque* Imperatoris, *non modo ſi qui aliquam vićtoriam retulerint, ſed & alii omnes,* ad

In prænomine Imp. omnis potentia Auguſtis conceſſa deſignatur.

ad ſignificandam plenam ſuam & perfectam potentiam ſemper gerunt loco nominis Regii & Dictatoris: quæ ſemel e Republica ſublata, ut non imponunt ſibi, ita eorum vim ac rem ipſam Imperatorio titulo confirmant. Horum nominum ratione exercitus ſcribendi, pecuniæ conficiendæ, bella ſuſcipiendi, pacem faciendi, peregrinis & civicis legionibus ſemper & ubique ſimiliter imperandi, atque etiam intra pomerium Equites, Senatoreſque necandi, aliaque omnia quæ Conſulibus, aliiſque cum pleno imperio Magiſtratibus facere licet, agendi jus habent. Dicit poſtea Dio, ex Cenſoria appellatione Imperatores in vitam & mores inquirendi poteſtatem conſecutos, ſummum Pontificatum geſſiſſe, ut omnes Religiones in ſua haberent manu: Tribunitiam Poteſtatem accepiſſe, ut intercedere iis poſſent quæ contra ipſorum ſententiam moverentur. Cæſaris & Auguſti vocabula nihil eis potentiæ adjeciſſe peculiaris; ſed alterum ſucceſſionem ſtirpis, alterum ſplendorem dignitatis ſignificare, & Patris nomen tuliſſe, ut admonitioni eſſet ipſis, ut ſubditos liberorum loco charos haberent. Certum itaque videtur, Julium Cæſarem titulum IMP. antea Proconſulibus ob victorias dari ſolitum, in prænomen mutaſſe ut majori ſe ad bella gerenda poteſtate præditum eſſe oſtenderet, & Cæſarem Auguſtum præter prænomen IMP. potentiam illam deſignans, etiam titulum IMP. ob victorias in Republica conceſſum ſibi tribui voluiſſe; ac tandem Auguſtos & Imperii Collegas IMP. prænomine ad ſupremam potentiam oſtendendam inſigniios fuiſſe, licet aliqui præ modeſtia illud recuſarint, uti Tiberius, in cujus Nummis tam initio quam in fine Imperii ejus percuſſis apud Mediobarbum nunquam legitur, licet IMP. titulum octies multiplicaverit. Quare verum eſt quod ſcribit Suetonius in Tiberio cap. 26. *Prænomen*, inquit, *Imperatoris, cognomenque Patris Patriæ, & civicam in veſtibulo coronam recuſavit*, nam Patris Patriæ nomen in eiſdem etiam non legitur. His poſitis, aliquæ nunc difficultates circa IMP. prænomen & titulum ſolvendæ.

XIV. *Auguſti initio Imperii Imperatores abſque victoria dicti.*

Et primo quidem Loydii opinionem de titulo IMP. Auguſtis initio Imperii abſque victoria dari ſolito, poſtquam nempe Nerva conſuetudinem illam induxit, optime fundatam eſſe exiſtimo. Ei enim ſuffragantur duæ egregiæ Card. Noriſii obſervationes num. VIII. & IX. hujus anni legendæ. Ex iis enim, quæ ibidem dicuntur, liquet, titulum IMP. ob victorias Commodo multiplicatum fuiſſe ab anno CLXXV. ad annum CLXXVII. cum Marcus pater nec anno CLXXVI. nec anno CLXXVII. illum auxerit, ſed fuerit tantum, uti antea, nuncupatus IMP. VIII. Ideo enim IMP. titulum Commodus multiplicavit, quia anno CLXXVI. Auguſtus vocatus eſt. Fallitur vero Card. Noriſius, quando ibidem ait, Lampridium in Commodo intelligendum eſſe de titulo IMP. non vero de Auguſteo nomine, quando tradit: *Appellatus Imperator V. Kal. Exuperatorias.* Nam Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores ſæpe quidem diem, quo quis dictus eſt Cæſar aut Auguſtus, exprimere ſolent, nunquam vero eum, quo ob victorias IMPERATORES vocati ſunt. Probat & Loydii opinionem titulus Epiſtolæ Galerii Maximiani, in quo dicitur IMP. XIX. cum tamen victoriæ ob quas illum adeptus eſt, ſint tantum numero XVIII. ut videre eſt apud Euſebium a Card. Noriſio citatum. Uſus tamen ille non videtur ſemper ſervatus. Commodus enim, qui Marco patri anno CLXXX. ſucceſſit, dum IMP. IV. vocaretur, IMP. V. appellatus non eſt ante annum Chriſti CLXXXII. Idem de Collegis Imperii dicendum. Traianus enim quando Tribunitia Poteſtate & Imperio Proconſulari donatus eſt, ideoque & Imperii Collega factus, ob victoriam Germanicam titulum IMP. conſecutus eſt, ut patet ex duobus Nummis a Goltzio relatis: NERVA. TRAIAN. CAES. GER. NER. AUG. F. P. TR. P. COS. II. IMP. qui IMP. titulus in alio ibidem Nummo eidem datus. Et tamen in tribus Numiſmatis a Mediobarbo pag. 149. recitatis, titulum IMP. Traianus factus Auguſtus non geminat. In uno legitur: NERVA TRAIANUS CEASAR AUG. P.M. TR. P. IMP. P.P. In alio: IMP. CAES. TRAIANUS IMP. P.P. P. N. CONS. ubi Patris Patriæ elogium eum jam Auguſtum fuiſſe deſignat. Dici forſan poteſt IMP. titulum hic ſimpliciter ac prætermiſſo numero poni, ut non raro alibi ac ſæpe etiam Tribunitia Poteſtas. Commodum tamen anno CLXXV. quando Imperii Collega dictus, titulum IMP. obtinuiſſe, oſtendit Numiſma a Noriſio ſupra recitatum, in cujus antica legitur: L. AURELIO CAES. AUG. F. SAR. IMP. ubi prænomen IMP. tacetur, quod tamen eidem attribuitur in alio Nummo a Noriſio ſupra relato: IMP. CAES. AUREL. COMMODUS. GERM. SARM. In poſtica: TR. P. COS. ubi e contra titulus IMP. omittitur: quod obſervandum, ne hujuſmodi omiſſiones nos in errorem inducant.

XV. *Titulus Imp. initio Imperii non ſolitus geminari.*

Hadrianum porro & Antoninum initio Imperii titulum IMP. non geminaſſe, quod tamen vult Noriſius, liquet ex Nummis apud Mediobarbum pag. 173. Extat ibidem Numiſma inſcriptum: HADRIANUS AUGUSTUS P. P. In poſtica: IMP. P. M. TR. POT. COS III. Nec dici poteſt titulum IMP. hic abſolute poni, aut Hadrianum illum titulum in adoptione, ac poſtea iterum quando Traiano ſucceſſit, accepiſſe; quia vivente Traiano Hadrianus quidem adoptatus, ſed nomen Cæſaris & Auguſti nonniſi poſt Traiani mortem conſecutus eſt, ideoque nec titulum IMP. quare ejus adoptio Traiani adoptioni in omnibus ſimilis non fuit. Sic Antoninus, quando Auguſtus inauguratus, IMP. tantum appellatus eſt, non vero IMP. II. ut videre eſt apud Mediobarbum pag. 191. ANTONINUS AUG. PIUS P. P. TR. P. COS. In poſtica: IMPERATOR. In altera poſtica eidem anticæ reſpondente legitur, IMPERATORI. Nec obſtat Inſcriptio a Noriſio Card. producta, in qua habetur: IMP. AELIO. CAESARI ANTONINO, &c. eidemque dicata ante Hadriani mortem. Nam, ut jam monui, prænomen IMP. cum titulo IMP. ob victorias confundendum non eſt: in ea vero Inſcriptione vox IMP. prænomen eſt, non vero titulus victoriæ cauſa datus. Diſtinguendus etiam Proconſulatus privatis & putis puris Cæſaribus dari ſolitus, a Proconſulatu Auguſtis & Collegis Imperii conceſſo. Priorem Proconſulatum tantum Domitianus Cæſar aſſecutus eſt, ideoque ante Auguſteam dignitatem, nec prænomine IMP. nec titulo IMP. ob victorias inſignitus fuit, ſicut nec alii Cæſares qui Tribunitia Poteſtate ac Imperio Proconſulari donati non ſunt. Denique Plinius in Panegyrico Traiani nomine IMP. Imperium Proconſulare Traiano in adoptione datum deſignat, uti in hoc loco: *Jam Cæſar, jam Imperator*, &c. & in iſto: *Simul filius, ſimul Cæſar, mox Imperator, & conſors Tribunitiæ Poteſtatis.* Ubi Plinius num. VIII. ordine explicat quæ in adoptione Traiani facta. Primum enim filius Nervæ ac Cæſar dictus; mox Imperio Proconſulari & Tribunitia Poteſtate decoratus; quæ explicatio certiſſima, quamvis aliquibus non probata. Si enim nomine Imperatoris Plinius Imperium Proconſulare non intelligeret, nullam in toto ſuo Panegyrico de inſigni illo honore Traiano a Nerva collato mentionem feciſſet. Jam autem diximus, omnes Imperii Collegas tam prænomine quam titulo IMP. fuiſſe ornatos. Dicebantur quidem Proconſules a Proconſulatu, ſed hoc non impedit, quin ab Imperio militari, quod eam dignitatem ſequitur, dicerentur Imperatores. Quæ ad majorem Annalium Eccleſiaſt. illuſtrationem prætermittenda non fuere.

I. ☞ SEquentis anni Conſules fuerunt Hadrianus Auguſtus ſecundum, qui ut ex Spartiano & vetere nummo vidimus, vivente adhuc Traiano deſignatus fuerat, & Fuſcus Salinator. Quo anno Hadrianus in Urbem ex Syria per Illyricum reverſus eſt. Sub ſecundo ſuo Conſulatu ipſum hoc anno veniſſe Romam, antiqui nummi inſcriptio docet; quæ cum habeat ex altera parte ſecundum ejus Conſulatum (*a*), ex altera primum ejus in Urbem adventum notat hoc modo. (*a*) *Apud Sebaſt. Erizium.*



II. Confirmat autem & altera vetus marmorea inſcriptio, quam cum a S. P. Q. R. in gratiam beneficii, de quo mox dicendum, paulo poſt quam in Urbem advenit, collati, Hadriano poſitam fuiſſe conſtet; neceſſe eſt dicamus, ipſum ſecundo, qui in ea notatur, Conſulatu adveniſſe; ea eſt hujuſmodi.

S. P. Q. R.

IMP. CÆSARI DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NERVAE NEP. TRAIANO HADRIANO AUG. PONT. MAX. TR. POT. II. COS. II. QUOD UNUS OMNIUM PRINCIPUM ET SOLUS REMITTENDO HS. NOVIES MILLIES CENTENA MILLIA N. DEBITUM FISCIS NON PRAESENTES TANTUM CIVES SUOS SED ET POSTEROS EORUM PRAESTITIT HAC LIBERALITATE SECUROS.

SÆC.II. Anno Urbis 871. Olymp. 224. an. 2. A.C. 118.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5611.

☉ 15. C. ☽ 5. P. 28. Mart. Indict. 20.

JESU CHRISTI 118. *ſecund. Baronium* 120.

SIXTI PAPÆ 3.

HADRIANI IMP. 2.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Hadrianus Aug. II. & Fuſcus Salinator.* Hadrianus aliquot ante Imperium annis Conſulatum ſuffectum geſſerat, annoque præcedenti ante Traiani obitum Conſul iterum deſignatus fuerat. Quare is Conſulatus, ei antequam imperaret, decretus, non procedit juxta primam regulam, ſed is tantum quem anno ſequenti geſſit. Jam autem in Claudio & Nerone vidimus, Imperatores Conſulatus ſuſcipere ſolitos, ad quos, dum privati erant, deſignati fuerant. In Chronico Alexandrino Hadrianus ſine numerali nota, quemadmodum & Veſpaſianus in primo ſuo Conſulatu editur; quia illius Chronici Auctor Conſulatus ſuffectus prætermittere ſolet.

II. *Primus Hadriani Romam adventus.* Traiano demortuo, *Hadrianus* Antiochia digreſſus *per Illyricum Romam venit*, inquit Spartianus in Hadriano cap. 6. qui addit, eum divinos honores Traiano tribuiſſe, & cum Senatus ipſi eum qui Traiano debitus erat, detuliſſet, *recuſabat ipſe atque Imaginem Traiani curru*

[1] COſſ. *Hadrianus Aug. II. & Fuſcus Salinator.* Fabrettus pag. 677. num. 33. IMP. HADRIANO. AUG. II. COS. Donianæ inſcriptiones Cl. II. num. 13. pag. 67. ex Reatino lapide. IMP. CAES. DIVI. TRAIANI. PARTHICI..... DIVI. NERVAE NEPOTI. TRAIANO. HADRIANO....... COS. II. IMP. II. PP. Ibidem num. 82. pag. 91. in columna milliaria prope Mundam in Hiſpaniis.

IMP. CAESAR. D. NERVAE. TRAIANI. F.
NERVAE. N. HADRIANUS. TRAIANUS
AUG. DACICUS. MAXIMUS. BRITANNICUS
MAXIMUS. PONTIF. MAXIMUS. TRIB.
POT. II. COS. II. P. P.

Antiquæ inſcriptiones Etruriæ P. 1. pag. 386. IMP. HADRIANO. AUG. II. COS. In annum inſequentem *Hadrianus*, *conſul tertium* deſignatus erat. Nummus Hadriani in Muſeo Theupolo cum epigraphe in poſtica: ANNONA AUG. PONT. MAX. COS. DES. III. Ibid. eadem epigraphe: COS. II. Faſti Idatiani: *Hadriano, & Salinatore*. Ita & Proſper. Vindebonenſes; *Hadriano II. & Salinatore.* Nonnulli *Salinatori* prænomen, ac aliud nomen addunt, ut ſit *Tib. Claudius Fuſcus Salinator.*

III. Quæ vero ſequuntur impreſſæ pariter nummorum imagines non præſentis anni, ſed magis ſequentis indicant ejuſdem Hadriani in Urbem reditum, cum jam tertio gereret Tribunitiam poteſtatem; quo eadem Principis liberalitate (ut vides in una ex ipſis inſcriptum) RELIQUA VETERA HS. NOVIES MILLIA ABOLITA fuerunt per eumdem Imperatorem ☞.



(a) Ex Sambuci Emblem.



(b) Ex Sebaſtian. Eriz.



Hadriani ſtudia erga Populum Rom. Romam igitur cum perveniſſet, nihil antiquius habuit, quam exemplo Traiani de Republica bene mereri: nam quod ejus ſævitia ſuſpecta eſſet, juravit numquam Senatorem aliquem, niſi ex Senatusconſulto, ſe puniturum: præſtitit & illud, quod mox per edictum, donavit omnia debita, ſive ea pertinerent ad Imperatorem, ſive ad Ærarium: & decennium præſcripſit, a quo tempore quiſquam deſineret. Hæc cum Dio ſcribat facta mox ut Romam advenit, vetus quoque inſcriptio, qua & ſumma eſt expreſſa, demonſtrat contigiſſe ipſo Hadriano ſecundum Conſule: ut plane intelligas, hoc anno (ut dictum eſt) ipſum ſecundum Conſulatum geſſiſſe cum ſecunda Tribunitia poteſtate, ſed (ut dictum eſt ex alia forma inſculpti nummi) ejus liberalitas propagata eſt in annum ſequentem, quo cum tertio Conſulatu tertiam geſſit Tribunitiam poteſtatem; ſiquidem ut Dio ſcribit in Hadriano, vigintiduas myriadas auri cum dimidia idem Hadrianus civibus Romanis dimiſit, ſyngraphis in foro Romano combuſtis. Sic itaque multis officiis & beneficiis tum publice tum privatim ſæpe collatis, animos ſibi omnium conciliavit: ſed eo magis, quod quæ a Traiano fuiſſent optime conſtituta, integra eadem & a ſe aucta cuſtodivit atque ſervavit. Hæc quidem de eo, & alia multa, ſumma laude digna, tum a Dione, tum etiam a Spartiano narrantur, quæ ut parum ad res noſtras facientia prætermittimus. Cum

ru triumphali vexit, ut optimus Imperator, ne poſt mortem quidem triumphi amitteret dignitatem. Hujus apotheoſeos ac triumphi teſtis hic Nummus, qui extat apud Mediobarbum: DIVO TRAIANO PARTH. AUG. PATRI. In poſtica: TRIUMPHUS PARTHICUS. Cernuntur Quadrigæ triumphales inſidente Imperatore. Subjungit Spartianus: *Patris Patriæ nomen ſibi delatum ſtatim & poſtea diſtulit; quod hoc nomen Auguſtus ſero meruiſſet.* Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis ad num. 2142. Spartianum hallucinatum exiſtimat, refertque Inſcriptiones duas, in quibus Hadrianus dicitur COS. II. P. P. qui ſecundus Conſulatus præſenti anno geſtus. Cum itaque Spartianus abſolute non dicat, Hadrianum Patris Patriæ nomen recuſaſſe, ſed tantum aſſerat, illud *ſtatim & poſtea* diſtuliſſe, veroſimile eſt, titulum illum, dum in Syria eſſet, primum rejeciſſe, ac ſtatim admiſiſſe, & poſtea tempore ſc. incerto, illud rurſus recuſaſſe, ac quemadmodum prima vice, paulo poſt gratum habuiſſe. Novi tituli annis Decennalibus & id genus feſtis addictis ab Imperatoribus uſurpati. Sed Hadrianus ante Quinquennalia & poſt illa *Pater Patriæ* dictus. Quare vel Spartianus erravit, vel annus, quo ſecunda vice nomen illud recuſavit, nobis ignotus.

Ut primum Romam venit, quidquid fiſco ærario- III.
que

IV. Hadrianus perſequitur Chriſtianos.

Cum igitur Hadrianus Traiani in politicis omnibus ſectari veſtigia, illumque, ſi poſſet gloria antecellere conaretur; tantum abeſt ut perſecutionem in Chriſtianos jam a Traiano excitatam Romæ compeſceret, ut acrius atque acerbius inſtauraret: quippe qui cum nihil carius ſe habere monſtraret, quam patriam ſuperſtitionem tueri, ut ei eſſet omni ex parte conſultum, adverſantem ei in omnibus Chriſtianam religionem immenſo eſt odio proſecutus. Sed nova inſuper additur cauſa; quæ enim nuper ſub Traiano acciderat rebellio Judæorum, & immanis eorum in Romanos ſævitia, (quod Chriſtiana religio videretur Judæorum eſſe cognata, & ab illis ſcirent hos eſſe prognatos, quos etiam Judæorum interdum nomine nuncuparunt) ſummam in Chriſtianos Gentilium omnium concitaverunt invidiam. Sic igitur Hadrianus ſæviit in Chriſtianos. Severus (*a*) perſecutionem quartam ordine ponit, quæ eſt ab eodem Imperatore conflata: licet alii aliam in perſecutionibus numerandis rationem iniiſſe noſcantur.

(*a*) *Sever. hiſtor. lib.* 2.

V. Abſque edicto ſancita perſecutio.

At licet nullum in Chriſtianos edictum ab Hadriano promulgatum appareat, quod & teſtatur Tertullianus (*b*), tamen (quod aliàs dictum eſt) ſatis erant antiqua Romanorum jura, quibus nova & peregrina vetabatur religio, ut quilibet magiſtratus in eoſdem poſſet lege agere: quod & faciendum eſſe, vetus Traiani exemplum non tantum admonebat, ſed propemodum compellebat; ſiquidem quæ ab ipſo facta eſſent, ſancta utique & pia atque omni ex parte juſtiſſima cenſerentur. Sed & licet edictum ipſe adverſus Chriſtianos non promulgarit: tamen illud ſatis eſſe poterat, quod (ut ſcribit Dio in fine) ad vindictam eorum quos haberet infenſos, ſatis eſſe putaret, ſi ad eorum civitates ſcriberet, quod ſibi non placerent: cognito enim ſemel animo Imperatoris, quales putas in noſtros fuiſſe Gentiles? Certe quidem quæ a Chriſtianis philoſophis Ariſtide & Quadrato Apologiæ pro Chriſtiana religione luculentiſſime ſcriptæ ſunt, de quibus ſuo loco dicendum, magnæ ab eo in Chriſtianos concitatæ perſecutionis ſunt indices.

(*b*) *Tertull. in Apolog. c.* 3.

VI. Euſtachii & ſociorum martyrium.

Hadrianus igitur ipſo in Imperium ingreſſu, etſi erga omnes Romano ſubjectos Imperio optimum Principem, tamen in Chriſtianos exhibuit ſe Phalaridem: eo nimirum conſilio, ut pœnarum atrocitate atque ſævitia a Pietatis cultu, & religione quam ſuſceperant, abſtinerent: quamobrem Romam reverſus, Euſtachium (*), qui Placidus olim dictus erat, diuturna militia ſpectatiſſimum, & præclaris victoriis celeberrimum (de quo ſuperius locuti ſumus) certo jam ſigno Chriſtianum detectum, explorata tum ipſius, tum conjugis Theophiſtæ, Traianæ olim dictæ, & filiorum fide: cum ab inſtituto eos divelli non poſſe cognoſceret, leonibus tradi jubet qui cum contra naturalem ferociam non modo illis parcerent, ſed etiam adblandirentur; majori excandeſcens ira tunc Princeps, bovem æneum parari juſſit, intra quem igne candentem immiſſi martyres: glorioſum martyrium conſummarunt; duodecimo Kalendas Octobris, quo die tam Græci, quam Latini pari conſenſione eorumdem anniverſariam celebritatem agunt. Porro tam nobilis martyrii memoria Romæ egregiis illuſtrata eſt monumentis: at de ipſis plura notavimus in Romano Martyrologio. Hunc autem ob miram quamdam in tolerandis quamplurimis adverſis patientiam Nicephorus (*c*) alterum Job appellat; cujus Acta citantur a S. Joanne Damaſceno (*d*), ex quibus adverſus Iconoclaſtas mutuatur exemplum; putamus tamen eis multa ſuperaddita eſſe.

(*) Euſtathium.

(*c*) *Niceph. lib.* 3. *cap.* 29.

(*d*) *Damaſ. de imag. lib.* 3.

VII. Qui Hæretici ſub Hadriano.

At non ejuſmodi tantum acerbiſſima perſecutione vexabatur Eccleſia: ſed & (quod gravius videbatur) hæreticorum pravis dogmatibus impugnabatur: erant (*e*) hi, qui adhuc vivente S. Ignatio cœperant ſinceræ fidei integritatem hæreſum labe conſpergere, Baſilides nempe, Saturninus, atque omnium ſordidiſſimus Carpocras: hi enim etſi jam ante ſua monſtra conceperant: tamen quoad vixerunt Apoſtoli, vel diſcipuli Domini, qui Traiani temporibus eſſe penitus deſiere, haud tam procaciter, ut poſtea fecerunt, in Eccleſiam graſſantes irrumpere conati ſunt: quamobrem (ut ſuperius dictum eſt, Hegeſippo auctore) Eccleſia ejus temporis, virgo antonomaſtice dicta erat: quæ licet numquam, quovis hæreticorum excreſcente diluvio, quod ſemel fuit, incorrupta ac illibata eſſe deſierit; tamen, quod hujuſmodi hæreſeon ſordibus forinſecus

(*e*) *Apud Euſeb. lib.* 4. *c.* 21.

Hadriani liberalitas.

que debebatur, remiſit; definito tempore annorum ſedecim, ex quo id beneficium collatum eſſe voluit, inquit Dio lib. 69. id eſt, a præſenti anno uſque ad ſua Quindecennalia, ut in Diſſert. Hypat. cap. 5. num. VI. oſtendi adverſus Scaligerum, qui in Animadverſionibus Euſebianis ad numerum 2134. ait, pulcherrimum hinc deſumi *Indictionis* exemplum. Meminit hujus indulgentiæ Euſebius a Mediobarbo recitato: IMP. CÆSAR TRAIANUS HADRIANUS AUG. P.M. TR. P. COS. II. In poſtica: RELIQUA VETERA HS. NOVIES MILL. ABOLITA S. C. Viſitur ibi Imperator ſtans, dextra facem, qua ſyngraphas adurit, ſiniſtra ſceptrum tenens. Fuit illa, inquit Scaliger loco laudato, immaniſſima ſumma, quæ ad rationes Gallicani collybi 17. milliones aureorum ſolatorum, & amplius aſcen-

ſecus adſpergeretur, facies ejus haud decora, ut prius, intuentibus videri poterat: perinde ac ſi Sol denſis nubibus obtegatur; licet ſemper perſeveret eſſe quod erat, tamen ſpectantibus haud apparet, qualis ante fulgebat. De his agens Cle-
(a) Clem. Alexandr. Strom. lib. 7. mens Alexandrinus (a), hæc ait: *Inferius circa tempora Hadriani fuerunt qui hæreſes excogitarunt, & pervenerunt uſque ad ætatem Antonini majoris, ut Baſilides, etiam ſi Glauciam ſibi adſcribat magiſtrum (ut ipſi gloriantur) qui fuit interpres Petri.* Addit & alios, qui poſtea emerſerunt, ſic dicens: *Similiter quoque Valentinum dicunt audiviſſe Theodatum: is autem fuit Pauli familiaris. Marcion enim, cum natus eſſet eadem qua ipſi ætate, verſabatur ut cum ſenibus junior, poſtquam Simon Petrum audivit paululum prædicantem. Quæ cum ita ſint; clarum eſt, ex antiquiſſima & veriſſima Eccleſia has recentiores, & quæ his ſunt adhuc inferiores tempore, fuiſſe innovatas ad ulterinæ notæ hæreſes. Ex his quæ dicta ſunt, manifeſtum eſſe exiſtimo, unam eſſe veram Eccleſiam, eam quæ vere eſt antiqua, in cujus catalogum referuntur hi qui ſunt juſti ſecundum propoſitum, cum unus ſit Deus, & unus Dominus: propterea id etiam, quod eſt ſumme venerabile, laudatur ex unione, & ex eo quod ſit ſolum, ut quod ſit imitatio principii, quod eſt unum. In unius ergo naturæ ſortem cooptatur Eccleſia, quæ una eſt; quam conantur hæreſes in multas diſcindere.* Hucuſque Clemens de præſentis temporis Eccleſiæ ſtatu.

VIII. (b) Euſeb. hiſt. lib. 4. c. 7. Eccleſiæ ſtatus ſub Hadriano.

Euſebius (b) etiam his conſentientia hæc ſcribit: *Jam vero cum Eccleſiæ, tamquam clariſſima quædam lumina, ſuum ſplendorem per totum terrarum orbem diffudiſſent, & fides in Salvatorem & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in univerſo hominum genere magnopere vigeret: diabolus oſor probitatis, veritatis inimicus, ac humanæ ſalutis ſemper hoſtis infeſtiſſimus, omnes ſuas machinas & fallacias contra totam Eccleſiam verſans, ſicut jampridem externis perſecutionum procellis, & impetu adverſus eam dimicaverat; ſic tum quidem ab illis viis interclſus, viris perditis & plenis præſtigiarum, tamquam quibuſdam inſtrumentis ad perniciem animorum, atque adeo miniſtris ad interitum comparatis uſus, alio inſidiarum genere oppugnare, omneſque vias excogitare ſtuduit, quibus hi præſtigiatores & homines fraudulenti, illam ipſam noſtræ religionis appellationem callide prætexentes, non modo Fideles, quos forte laqueis ſuis irretirent, in profundam internecionis voraginem una ſecum præcipitarent, ſed etiam fidei ignaros rudeſque perditis illis conatibus pariter ab auditu, qui ad ſalutare Dei verbum patebat, penitus averterent. Nam virus quoddam erroris ſubdolum & biceps inſtar ſerpentis cujuſdam ex Menandro (quem jam dudum Simonis ſucceſſorem fuiſſe monſtravimus) quaſi ex peſtifero fonte erumpens, duos duarum ſectarum inter ſe diſcrepantium auctores & duces edidit, Saturninum genere Antiochenum, & Baſilidem Alexandrinum; quorum ille in Syria, hic vero in Ægypto ſcholas errorum Deo & pietati repugnantium inſtituit. Saturninum autem magna ex parte eadem cum Menandro falſo confixiſſe declarat Irenæus: Baſilidem vero ſecretiorum quorumdam myſteriorum ſimulatione, dum ſibi ipſi portentoſas fabulas, eaſque pleniſſimas impii erroris comminiſcebatur, conatus ſuos in immenſum intendiſſe.* Hactenus Euſebius.

Sed quibus artibus Baſilides primo Eccleſiam Dei impugnare aggreſſus ſit, eumdem auctorem ſcribentem audiamus: *Ex pleriſque igitur Eccleſiaſticis viris, qui id temporis veritatis patrocinium ſuſcipiebant, & ſolertiori ratione ac prudentia Apoſtolicam Eccleſiaſticamque fidem & opinionem propugnabant: nonnulli jam etiam libros, quos litteris prodiderunt, tanquam præſidia ad errorum impetus, quos ſupra poſuimus, depellendos, poſteris reliquerunt. Ex quorum numero Refutatio Caſtoris Agrippæ, ſcriptoris eo tempore præſtantiſſimi, valentiſſima illa quidem quam contra Baſilidem compoſuit, ad nos pervenit: quæ quidem ſubtile præſtigiarum & captionum viri illius acumen apertiſſime detexit patefecitque. Ac dum occulta illius & nefanda manifeſto prodit myſteria, aſſerit etiam illum quatuor & viginti libros in Evangelium ſcripſiſſe: & non modo novos Prophetas ad errorem ſuum nobilitandum excogitaſſe, eoſque Barabbam & Barchoph appellaſſe novis nominibus: verum etiam Angelos, qui numquam extitiſſent, ſibi ipſi confinxiſſe, barbaraque illis impoſuiſſe nomina, quo hi qui hujuſmodi res vehementer ſuſpicerent, in multo*

IX. Baſilides Hæreſiarcha.

cenderet. Ea porro debitorum remiſſio præſenti anno facta, ut demonſtrat ſecundus Traiani Conſulatus in Nummo expreſſus, & confirmat Inſcriptio in Annalibus a Baronio memorata, in quo Hadrianus dicitur COS. II. In Collectaneis Græcis apud Scaligerum pag. 341. laudata Dionis verba cum anno primo Olympiadis CCXXIV. connectuntur, ideoque hæc indulgentia in annum ſequentem non propagata, ut exiſtimavit Baronius, quia annus ille Olympiadicus menſe Julio currentis anni abſolvitur. Ait Baronius, eam in annum ſequentem & Tribunitiam Poteſtatem III. eſſe propagatam, tum cum Romam Hadrianus rurſus advenit, & Conſulatum III. iniit; cum, inquit, Tribunitia Poteſtas III. cum tertio Conſulatu conveniat; in Nummo vero alio legatur: IMP. CAESAR TRAIANUS HADRIANUS AUG. P. M. TR. P. COS. III. In poſtica;

multo majorem traducerentur admirationem. Docuiſſeque præterea, quod hoſtias idolis immolatas comedere, & perſecutionum tempore fidem audacter & libere ejurare, res eſſent indifferentes: ac denique Pythagoreorum more inſtitutoque iis qui ſe in ipſius diſciplinam tradebant, quinquennii ſilentium præcepiſſe. Iſta aliaque ejus generis ſimulatque Agrippa, quem dixi, de Baſilide enumeravit, veteratorias fraudes illius erroris, quem commemoravimus, ſuis quaſi tegumentis pulchre evolvens, in oculis atque in conſpectu omnium defigit. Hucuſque Euſebius de Baſilide.

X. Baſilidis Hæreſes. Sed quæ fuerint ſceleſtiſſimi nebulonis dogmata, recenſeamus: illa enim in primis peperiſſe monſtra videtur, quæ S. Ignatius primus omnium confutavit: aliaque inſuper poſtea addidiſſe, quæ ille non novit. Scribens ipſe ad Trallianos, ut fugiant Simonis, Menandri, atque Baſilidis impietates admonet: nimirum quod ſic Chriſtum loquantur, non ut Chriſtum annuncient, ſed damnent atque rejiciant, quem a Deo patre alienum prædicent, partum Virginis calumnientur, paſſionem negent, nec reſurrectionem credant, Deum ignotum introducant, & Chriſtum ingenitum cenſeant, Spiritum ſanctum nec eſſe confiteantur: licet ex his aliqui unam eſſe perſonam Patris & Filii & Spiritus ſancti commenti ſint, omniaque a Deo creata, ſed non per Chriſtum, ſed per alienam poteſtatem affirment. Hæc de Baſilide, & iis e quibus Baſilides ducebat originem, ſcribit atque egregie confutat S. Ignatius. Agens Irenæus (a) de Baſilide nominatim, hæc ait: *Baſilides autem, ut altius aliquod & veriſimilius adinveniſſe videatur, in immenſum extendit ſententiam doctrinæ ſuæ: oſtendens, Nun primo ab innato natum Patre, ab hoc autem natum Logon, deinde a Logo Phroneſin, a Phroneſi Sophiam & Dynamin, a Dynami autem & Sophia Virtutes & Principes & Angelos, quos & primos vocat, & ab iis primum cœlum factum. Dehinc ab horum derivatione alios item factos, aliud cœlum ſimile priori feciſſe, & ſimili modo ex eorum derivatione alii facti eſſent, antytipi eis qui ſuper eos eſſent, aliud tertium deformaſſe cœlum, & a tertio deorſum deſcendentium quartum, & deinceps, ſecundum eum modum alteros & alteros Principes & Angelos factos eſſe dicunt, & cœlos trecentos ſexagintaquinque, quapropter & tot dies habere annum ſecundum numerum cœlorum. Eos qui poſterius continent cœlum Angelos, qui etiam a nobis videntur, conſtituiſſe ea quæ ſunt in mundo omnia, & partes ſibi feciſſe terræ, & earum quæ ſuper eam ſunt gentium. Eſſe autem principem ipſorum eum, qui Judæorum putatur eſſe Deus: & quoniam hic ſuis hominibus, ideſt, Judæis voluit ſubigere reliquas gentes, reliquos omnes principes contraſtetiſſe ei, & contra egiſſe: quapropter & reliquæ reſiluerunt gentes, ejus genti. Innatum autem & innominatum Patrem, videntem perditionem ipſorum miſiſſe primogenitum Nun ſuum, & hunc eſſe qui dicitur Chriſtus, in libertatem credentium ei, a poteſtate eorum qui mundum fabricaverunt. In gentibus ipſorum autem apparuiſſe eum in terra hominum, & virtutes perfeciſſe. Quapropter neque paſſum eum eſſe, ſed Simonem quemdam Cyrenæum angariatum portaſſe crucem ejus pro eo, & hunc ſecundum ignorantiam & errorem crucifixum, transfiguratum ab eo ut putaretur ipſe eſſe Jeſus; & ipſum autem Jeſum Simonis accepiſſe formam, & ſtantem irriſiſſe eos. Quoniam enim virtus incorporalis, erat æterna innati Patris, transfiguratum quemadmodum vellet, & ſic aſcendiſſe ad eum qui miſit eum, deridentem eos, cum teneri non poſſet, & inviſibilis eſſet omnibus.* Hæc Irenæus de hæreſi totam Chriſti œconomiam diſſolvente.

(a) Iren. lib. 1. cap. 23.

Baſilidis vanæ imaginationes.

XI. Crucis negator Baſilides. Ad quas autem hæc principia concluſiones ille deduceret, mox ſubdit, ſic dicens: *Liberatos igitur eos qui hæc ſciant, a mundi fabricatoribus principibus, non oportere confiteri eum qui ſit crucifixus, ſed eum qui in hominis forma venerit, & putatus ſit crucifixus, & vocatus ſit Jeſus miſſus a Patre, ut per diſpoſitionem hanc opera mundi fabricatorum diſſolveret. Si quis igitur, ait, confitetur crucifixum, adhuc hic ſervus eſt, & ſub poteſtate eorum qui corpora fecerunt. Qui autem negaverit, liberatus eſt quidem ab iis: cognoſcit autem diſpoſitionem innati Patris, animæ autem ſolius eſſe ſalutem, &c.*


ca: RELIQUA VETERA HS. NOVIES MILL. ABOLITA. S. C. Hæc Baronius. Sed cum tertius ille Conſulatus jungatur etiam cum aliis omnibus annis Tribunitiæ Poteſtatis inſequentibus; & Hadrianus nullum poſtea alium Conſulatum ſuſceperit, argumentum Baronii non procedit. Præterquam quod verum non eſt, Hadrianum anno ſequenti rurſus Romam veniſſe, ideoque hoc anno inde diſceſſiſſe; cum, ut videbimus, Hadrianus Romæ uſque ad annum ſequentem verſatus fuerit. Mediobarbus hunc Nummum cum Baronio in annum ſequentem confert. Sed ex regula mihi primum obſervata liquet, illum in Decennalibus, aut Quindecennalibus Hadriani percuſſum; cum annis hujuſmodi feſtivitatibus addictis victoriarum ac rerum glorioſe a Principe antea geſtarum, tam in Nummis, quam in inſcriptionibus, memoria renovari ſoleret. Nec refert, quod in eo Hadrianus non dicatur *Pater Patriæ*, quem titulum in Decennalibus ſumſit; nam præterquam quod antequam appellationem illam admitteret, cudi potuit, hujuſmodi tituli ſæpe in Nummis neglecti.

&c. Verſutum plane diaboli commentum, ut, qui (quod ſcribit Ignatius) crucis potentia victus eſſet, eam negando, crucifixum etiam negandum eſſe contenderet; hæc enim addentes iidem Chriſti crucis inimici, ventri inſerviendum, veſci idolothytis, & univerſa utendum eſſe libidine, facile ſuis perſuadebant; illam eos ſententiam docentes: Tu omnes cognoſce: te autem nemo cognoſcat. Quapropter parati ſunt, ait, ad negandum, qui ſunt tales, caventque ne quid ea cauſa patiantur: ac ne in aperto eſſent exercenda ſua ipſorum myſteria, ea ſuos effari prohibuit. Addit ad hæc omnia, eos uti ſolitos imaginibus, & incantationibus, & invocationibus: idemque tradit Irenæus.

XII. Imagines Baſilidis quales. Non erant certe ejuſmodi quibus Baſilidis ſectatores utebantur (quod Novatores ſtulte fingunt) imagines Chriſti Redemptoris: nam quomodo, quæſo, cum ille credi nolebat Chriſtum eſſe corporeum ac crucifixum? ſed potius id genus illas fuiſſe, quibus ad ſuas perficiendas artes incantatores uti ſolerent. Sed ad hæc certius comprobanda atque firmanda, dignum quidem fideque exploratum antiquitatis monumentum accedit, quo ſatis perſpicue declaratur, quales eſſe ſolerent imagines, quibus ait S. Irenæus (*a*) uti conſueviſſe Baſilidis ſectatores. Siquidem haud pridem, nempe poſt primam editionem tomi hujus Romæ factam, e ruderibus (ut accidit) emerſit in lucem gemma ex amethyſto hiſce imaginibus & notis inciſa, cujus exemplum hic (ut vides) repræſentandum curavimus. Extat ipſa apud virum inſignem, ſincera fide & egregia eruditione ſpectatum, Fulvium Urſinum, cujus in rebus antiquioribus explorandis ac dignoſcendis ſolertia incomparabilis de gemma elucidavit, quæ cæteris rerum antiquarum ſtudioſis penitus videbantur obſcura; nimirum hanc unam ex illis imaginibus eſſe, quibus uti ſolelerent Baſilidiani hæretici, quas loco bullæ vel amuleti, aut alia cauſa ſuperſtitioſe geſtarent.

(*a*) *Iren. lib. 1. c. 23.*





XIII. De Abraſax. Ad quod manifeſte probandum, evidens illud in primis ſuppetit argumentum ex nomine ſummi dei Baſilidis, quem ipſe ΑΒΡΑΣΑΞ nominabat, quod diſertis (ut intueris litteris) inciſum legitur ad finem haſtæ. His namque elementis (ut teſtantur Irenæus (*b*), Tertullianus (*c*); Epiphanius (*d*), Auguſtinus (*e*), Theodoretus (*f*), & alii) Baſilides concepit ſummæ Virtutis nomen, ex qua dii reliqui dimanarent omnes numero trecenti ſexagintaquinque, ſecundum anni dierum numerum, totidemque cælorum (ut ſomniabat) quibus ſingulis eodem numero dii ſive Angeli ab eo nominati præeſſent. Porro eorum (ut dictum eſt) numerus litteris illis exprimitur, quibus evidens ſummi omnium deorum ΑΒΡΑΣΑΞ nomen compoſitum eſt, nempe A, & B, unum & duo, P, & A, centum & unum, C, & A, ducenta & unum, Ξ, ſexaginta ſunt, quæ ſimul juncta ſummam efficiunt CCCLXV. Ita enim S. Irenæus, & citati ſuperius auctores omnes interpretantur, & numerant ex mente Baſilidis.

(*b*) *Iren. ibid.* (*c*) *Tertul. de præſcr. c. 46.* (*d*) *Epiph. hæreſ. 24.* (*e*) *Aug. de hæreſ. ad Quodvult. c. 4.* (*f*) *Theod. hæret. fabul. lib. 1.*

XIV. Germana lectio. Sed & hic illud animadvertendum eſt, ex eodem nomine in gemma inciſo magis probari lectionem S. Epiphanii ſcribentis Abraſax, quam S. Irenæi, Tertulliani, S. Auguſtini, necnon S. Hieronymi (*g*) pluribus in locis, & aliorum legentium Abraxas: quamvis cum eædem in utraque lectione reperiantur litteræ, licet diverſo loco poſitæ, idem ſignificent, atque neceſſario eamdem ſummam efficiant. Cæterum tum ex eadem gemma, tum etiam ex dictis auctoribus prorſus exploditur lectio illa vulgata Tertulliani, cum loco Abraxas, legitur Abraxan. Sed nec ipſum, Abraxas, rectum eſt; cum Abraſax ex gemma & ſcriptis libris Tertulliani legendum ſit.

(*g*) *Hier. adverſus Luciferian. prope finem, & in Amos c. 3. in Abdiam cap. 1. in Naum c. 1.*

XV. Nomina portentoſa. Rurſum vero quod totum ferme corpus imaginis hujus ad plantas pedum uſque

uſque portentoſis nominibus habetur inſcriptum: inde quoque evidentius deducitur argumentum, eamdem eſſe id genus imaginum, quas ſolerent iidem Baſilidis ſectatores effingere. Nam Epiphanius hæc de eodem Baſilide & numero ex ejus ſententia nominis Abraſax ait: *Deinde hinc*, inquit, *& homo habet trecenta ſexaginta quinque membra*, *& unicuique Virtutum attribuitur unum membrum &c.* Hæc cum Baſilides diceret: eadem ratione factum apparet, ut in ejuſdem imaginis diverſis corporis membris diverſa nomina earumdem Virtutum habeantur inſcripta: illa nimirum, quibus opus habere videretur qui geſtabat imaginem; cum alioqui impoſſibile eſſet in tam arcto ſpatio omnia trecenta illa & ſexagintaquinque nomina exarari. Cætera vero, ut quod altera manu clypeum, bidentem altera tenere videatur imago, quodque virga ſuper caput extet appoſita, remanent prorſus obſcura, quod non omnia ſecreta Baſilidis Catholicis innotuerint. Quod vero habeatur in poſtica leonis ſignum & tauri caput; ad genituram pertinet ejus qui eamdem gemmam ex amethyſto geſtabat.

XVI. ☞ Poſt hæc autem cuſa, ante annum, Gemmarius in Urbe emptam a ſe gemmam caſu inventam, ad nos attulit, referentem ejuſmodi figuram portentoſam, ſpectrumque potius atque monſtrum, & ex parte adverſa inſcriptionem habentem, ABPACAΞ, quæ cuncta cum nec ipſe, nec aliquis ex iis quibus oſtendiſſet, intelligere penitus potuiſſet, nos conſuluit. Ipſam igitur grate acceptam in ampliorem teſtificationem eorum quæ dicta ſunt de imaginibus, quas factitarent Baſilidiani, hic tibi quam exactiſſime licuit, reddendam curavimus, ad majorem confutationem calumniantium recentiorum hæreticorum: ſic ſe habet.

Gemma Baſilidianorum.





XVII. Quod autem hiſce characteribus atque figuris diverſimode concinnatis uti ſolerent ejuſmodi hæretici impoſtores ad Amuleta conficienda: habes de his egregium exemplum apud Q. Serenum Samonicum antiquum medicum, & ejuſdem (ut apparet) Baſilidis ſectatorem, qui præcepta medica carmine ſcripſit heroico, & ad curandum morbum Hemitritæum, his characteribus conficiendum curavit Amuletum ad collum ægrotantis appendendum, continens ABPACA, junctis aliis elementis quidpiam portentoſum ipſo ſonitu reboantibus:

(a) Extant inter epig. & poemat. Vat. pag. 158.

(a) *Inſcribis chartæ, quod dicitur* ABPACAΔABPA
Sæpius & ſubter repetis, ſed detrahe ſummam,
Et magis atque magis deſint elementa figuris
Singula, quæ ſemper rapies, & cetera figes,
Donec in anguſtum redigatur littera conum.
His lino nexis collum redimire memento.

& in fine:

Talia languentis conducent vincula collo,
Lethaleſque abigent (miranda potentia) morbos.

ABPACAΔABPA
ABPACAΔABP
ABPACAΔAB
ABPACAΔA
ABPACAΔ
ABPACA
ABPAC
ABRA
ABP
AB
A

Ex his igitur perſpicue, lector vides, quam longe diſpares ſint Baſilidis, quæ ab Iræneo damnantur, imagines, ab illis quibus Chriſtiani Catholici religioſe pieque uti ſolerent, unde & recentiorum Iconoclaſtarum hæc in nos tum imperitia tum dolo malo objectantium habeas calumniam exploratam, atque pariter confutatam.

Rurſum vero quod ſpectat ad ejuſdem Baſilidis hæreſes recenſet eadem Baſilidis dogmata Tertullianus (b), qui addit reſurrectionem carnis a Baſilide vehementer impugnatam, negante ſalutem corporibus eſſe promiſſam. Sed & Clemens Alexandrinus (c) inſuper addit, dixiſſe Baſilidem, non omnia a Deo dimitti peccata, ſed tantum involuntaria, quæ per ignorantiam facta eſſent: qui multis diſputat adverſus Baſilidem & Baſilidianos; quos & redarguit (d), quod dicerent, animam prius peccaſſe in alia vita, hic autem pati ſupplicium. Tradit hæc de eo Clemens libro quarto Stromatum: ac rurſum de ejuſdem ſectatoribus, qui affirmarent, fidem eſſe naturalem, in homine habitare exercitum ſpirituum, qui eſſent paſſiones per quas unuſquiſque movetur; dicerentque, non pugnandum adverſus naturales inſurgentes paſſiones, ſed eis eſſe aſſentiendum, ac proinde libidinibus inquinari licitum atque conceſſum eſſe: quos nimirum talia perpetrantes, Chriſtiano ſuperinducto nomine, magnam infamiæ notam ceteris Fidelibus irrogaſſe, penes quos nihil eſſet antiquius quam mentis & corporis caſtitatem excolere, eamque nuncupato interdum voto

XVI. Aliæ hæreſes Baſilidis.

(b) Tertul. de præſcr. c.46.

(c) Clem. Alexandr. Strom. lib. 4.

(d) Clem. Alexandr. Strom. lib. 2.3.

ut

ut ſeleстiſſimum donum Deo pie offerre; de qua ait (a): *Eſt ergo continentia, corporis deſpicientia, convenienter pactis conventis cum Deo initis: non ſolum enim in rebus venereis, ſed etiam in aliis, quæ anima perperam concupiſcit non contenta neceſſariis, verſatur continentia. Eſt autem & in lingua, & in acquirendo, & in utendo, & in concupiſcendo continentia. Non docet autem ea ſolummodo eſſe temperantes, ſiquidem præbet nobis Deus temperantiam, ut quæ ſit divina poteſtas & gratia. Dicendum eſt ergo quidnam noſtris videatur de eo quod eſt propoſitum. Nos quidem caſtitatem, & eos, quibus hoc a Deo datum eſt, beatos dicimus.* Hæc Clemens de S. Eccleſiæ moribus.

(a) Clem. Strom. lib. 3.

Vera continentia.

XIX. Sed ad Baſilidem redeamus. Eo ſuperbiæ & faſtus hominem perveniſſe, Epiphanius (b) tradit, ut ſe ac ſuos ſolos diceret eſſe homines, ceteros omnes ſues & canes: ob idque non propalanda eſſe aliis (c) ſua myſteria, quod præceptum ſit: *Nolite projicere margaritas ante porcos*. Hæc & alia de Baſilide idem recitat atque refellit. Auſum porro fuiſſe Baſilidem ſcribere Evangelium, & ſuo ipſius inſcribere nomine, auctor eſt ante Ambroſium Origenes, qui & alibi hæc de eodem (d): *Quid aliud ſunt niſi peſtilentiæ Baſilidis quoque ſermones, detrahentes quidem eis qui uſque ad mortem certant pro veritate, ut confiteantur coram hominibus Jeſum, indifferenter autem agere docentes ad negandum, & ad ſacrificandum diis alienis? Non minus peſte afficiunt, & corrumpunt audientes ſe, qui in iiſdem ſermonibus docent non eſſe alias peccatorum pœnas, niſi tranſcorporationem animarum poſt mortem* (e). Hæc Origenes. Quod inſuper negaret ille carnis Chriſti veritatem, ea falſa aſſumptione ſacratiſſimam quoque Euchariſtiam damnaſſe, ex S. Ignatio ad Smyrnenſes recitat Theodoretus (f). *Mortuus eſt autem Baſilides* (inquit Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Agrippa) *in Alexandria temporibus Hadriani: qua tempeſtate Chochibus dux Judaicæ factionis Chriſtianos variis ſuppliciis enecavit*: Hæc ipſe: ſed Barchochebas, loco Chochibus, reſtituendum eſt.

(b) Epiph. hæreſ. 24.

(c) Theod. lib. 3. dialog.

Pſeudo-Evangelium Baſilidis.

(d) Orig. in Luc. homil. 1.

(e) Orig. in Matt. tract. 28.

(f) Theod. lib. 3. dialog.

XX. Fuiſſe Baſilidi filium Iſidorum nomine, paternæ impietatis hæredem & propugnatorem, auctor eſt Clemens Alexandrinus (g), qui ab eo Moralia eſſe ſcripta teſtatur, quæ tamen eſſent omnium impuritatum cloaca: aliud ejuſdem citat opus de Adnata anima. Adverſus hos pro Catholica veritate ſcripſiſſe conſtat Agrippam Caſtorem, Juſtinum martyrem, Irenæum, qui omnes hæreſes, quæ ante ſe extiterunt diſerto eloquio confutarunt. His addit Theodoretus Clementem Alexandrinum, & Origenem: quibus adnumerandus quoque eſt Epiphanius, & alii recentiores ſcriptores.

Iſidorus filius Baſilidis.

(g) Clem. Alexandr. Strom. lib. 2. & 3.

Sed quorſum (dicet aliquis) quæ profundo perpetuoque fuiſſent ſepeliendæ ſilentio, hujuſcemodi ſordes, ſuo putore aerem ipſum corrumpentes, hinc inde ex induſtria veluti ſcopa collectæ, produntur in lucem? Ratione id quidem multipliciter ſuadente. Abſolutiſſimi enim hiſtorici muneris in primis eſſe novimus, non tantum bella externa ſcriptis proſequi, ſed & civilia, cum acciderent: ejuſmodi quippe eſſe cenſemus, quæ ab his qui Chriſtiano nomine in Catholicam Eccleſiam inſurgunt, civilia bella conflantur, longe periculoſiora illis, quæ ab iis qui foris ſunt inferuntur, ſane quidem hæc præteriiſſe, maximæ tribueretur oſcitantiæ. Magnam rurſus ex his quiſque utilitatem capeſſere poteſt. Sicut enim, Apoſtoli (h) ſententia: *Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant*: ita opus eſt hæreſes propalari, ut quæ qualiſve ſit Eccleſia Catholica, pariter innoteſcat; & plane omnes intelligant, qui continentiam impugnant, Chriſti crucem negant, & martyrium ab Eccleſia auferunt, & alia id genus nefandiſſima perpetrant, hos in Baſilidianorum claſſem eſſe rejectos, & a Catholicis ſeparatos. At quis inſuper negarit hæc ſpectanda proponere nihil aliud eſſe, quam pulcherrima trophæa Eccleſiæ victoria ex hoſtium ſpoliis comparata, ſurſum erigere, & in ſingulis veluti quibuſdam notis inſculptis & ſignis præfixis Dei gloriam de Eccleſiæ patrocinio prædicare? Sed propoſita perſequamur.

XXI. Cur hæreſes recenſeantur.

(h) 1. Cor. 11.

Saturninum, quem alii Saturnillum dicunt, poſt Baſilidem ordine recenſemus (licet nonnulli, qui de iis agunt, de Saturnino primum mentionem inſtituerint) ea nimirum ratione nos perſuaſi, quod cum hic (ut ſuperius dictum eſt) fuerit patria Antiochenus, & in Syria ſcholam erroris aperuerit, & S. Ignatius, ſicut multos hæreſiarchas, ita Baſilidem nominatim expreſſerit. Saturnini vero Antiocheni, ipſe Epiſcopus Antiochenus & totius Syriæ Orientiſque magiſter nullam prorſus habuerit mentionem, præſertim ea epiſtola, quam ad ſuos ſcripſit Antiochenos, vel ad Heronem dedit ejuſdem Eccleſiæ diaconum & curatorem: in eam facile adducimur ſententiam, ut exiſtimemus, poſt mortem Ignatii emerſiſſe impudentem hæreticum; quo vivente, tantæ lucis fulgore perculſus, ut noctua quædam in tenebris delituerit. Et quidni clamaſſet in Saturninum domeſticum furem Ignatius, qui Baſilidem in Ægypto agentem, Chriſti crucem negantem, tot jaculis feriit?

XXII. De Saturnino hæreſiarcha.

Sed quæ eſſent dogmata Saturnini, ab Ire- XXIII.

(a) Iren. lib. 1. c. 22.
Dogmata impietatis.

Irenæo (*a*) veluti antiquiore petamus. *Hic Menandro inhærens, ſic Deum Patrem omnium dixit eſſe creatorem, ut tamen mundum a ſeptem Angelis creatum hominemque voluerit Angelorum eſſe factuam: rurſus Judæorum Deum unum ex Angelis eſſe dixerit; quodque adverſus Patrem rebellaſſet, in ejus deſtructionem miſſum eſſe Chriſtum, & in ſalutem credentium, eumdemque ignotum, & incorporalem, & ſine figura, putative tamen viſum eſſe hominem. Duo inſuper hominum genera ab Angelis eſſe facta tradebat, alterum quidem nequam, alterum vero bonum: & quod hoc dæmones peſſimos adjuvaret, miſſum eſſe Salvatorem ad perditionem malorum, in ſalutem vero bonorum. Addidit inſuper illam blaſphemiam, ut nubere & generare a ſatana eſſe diceret: complures vero ejus ſectatores, ſic colere abſtinentiam, ut ab animatis abſtinerent: qua quidem virtutis ſpecie, veluti ſanctitatis impoſita larva, multos ſeducerent. Rurſum quaſdam prophetias ab Angelis, quaſdam vero a ſatana tradebat eſſe revelatas.* Hæc de Saturnino Irenæus. Addit his Tertullianus, Saturninum negaſſe reſurrectionem futuram: eadem de Saturnino, qui de hæreſibus tractatus edidere, nimirum Epiphanius, Theodoretus, & alii ex Græcis; ex Latinis S. Philaſtrius, S. Auguſtinus, & alii recentiores.

XXIV. Eodem plane tempore, quo Baſilides & Saturninus, Carpocras fæx omnium hæreticorum, & fax totius continentiæ, vixit, ut ex Irenæo tradit Euſebius (*b*). Sed horret animus de eo narrationem aggredi, ut quæ Chriſtianis auribus prorſus indigna ob turpitudinem portentoſa nimium & horribilis videatur. Sed quæ de eo a Patribus ſcripta reperimus, audire, licet averſo vultu, omnes æquanimiter ferant. Satis autem verecundiæ putamus eſſe conſultum, ſi in cœnoſo gurgite eorum impolluta veſtigia affectantes, quæ de iis ab illis ſunt memoriæ commendata ipſorum verbis adducamus in medium. Alexandrinum patria hunc fuiſſe, tradit Clemens Alexandrinus (*c*), gentilis ejus. In nonnullis conſenſiſſe Baſilidi, ſed illo longe deteriorem eſſe conſtat effectum. Mundum quidem (ut ille) ab Angelis factum dixit: Jeſum vero Redemptorem ex Joſeph natum, ut ceteros homines, probitate tantum præſtaſſe aliis, ſed ſe ſuoſque illi ſimiles eſſe, & ex eis nonnullos illo fortiores. Conſtat inſuper artes magicas operari ſolitos Carpocratianos, & dæmones alligatos habere glorianteſ, ſe ea arte illos habere ſubjectos. Transmigrationem animarum Carpocratis ſchola docebat.

(b) Euſeb. Hiſt. lib. 4. c. 7.
De Carpocrate hæreſiarcha.
(c) Clem. Alexandr. Strom. lib. 3.

XXV. Horrenda Carpocratis monſtra.

Omne delictum non ſolum apud eos vetitum, ſed imperatum: uſque adeo, ut pœna dignus eſſe duceretur, qui ſuæ ipſius quæcumque cupienti adverſaretur voluntati: uſurpans illud Evangelicum (*d*): *Conſentiens eſto adverſario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te adverſarius judici, & judex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris:* ac proinde, qui ſuæ adverſaretur concupiſcentiæ, tranſanimatione fore plectendum, ac rurſum alia, niſi ea omnia quæ mundi & concupiſcentiæ ſunt opera prava expleverint: quibus jam conſummatis, fore, ut tunc libere proficiſcantur ad illum Deum, qui eſt ſupra Angelos mundi fabricatores. Scripturæ igitur ille ſuperinducens velamen turpitudini, quaſi ex legis præſcripto hæc eſſe facienda docebat: hæc etiam de Carpocrate Irenæus (*e*), qui adeo auditu horrenda de hujuſmodi ſectæ hominibus ſe accepiſſe tradit, ut non induci poſſit ad credendum talia. Addit Tertullianus (*f*), ipſum tum Chriſti, tum ceterorum mortalium carnis reſurrectionem negaſſe. Eadem de Carpocrate, ac ſuis ſectariis, eorumque turpitudine Epiphanius (*g*) narrat, & alii qui commentarios de hæreſibus conſcripſerunt. Inſuper hos in velamen obſcœnitatum multarum perpulchrum ſibi ipſis nomen indidiſſe, ut Gnoſtici dicerentur, ita ſuos appellandos eſſe, Carpocratem docuiſſe tradunt: licet S. Hieronymus (*h*) velit a Baſilide Gnoſticos eſſe nominatos, ſicut & Euſebius in Chronico. Sed ſicut venena, ita nomina inter ſe iſtos communicaſſe, dici poſſe videtur: nam eadem ratione, qui ex Nicolaitis prodierunt, æque Gnoſticos eſſe dictos, Epiphanius (*i*) affirmat.

(d) Matth. 5. Luc. 12.
(e) Iren. lib. 1. cap. 24.
(f) Tert. de præſcrip. c. 48.
(g) Epiph. hær. 27.
Gnoſtici unde.
(h) Hier. de Scrip. Eccl. in Agrip.
(i) Epiph. hær. 26.

XXVI. Turpitudines Gnoſticorum.

Quoniam vero Epiphanius, licet renitens admodum, ſtylum tandem immittit ad Gnoſticorum turpitudines deſcribendas, nos ſua ipſius verba hic reddemus, quod ſciamus ea conducere ad veritatem hiſtoricam dignoſcendam: nam quæ hi agebant in occulto, palam facta, Gentiles in omnes æque convertebant Chriſtianos. Sed audiamus ipſum loquentes (*k*), cum agit de eorum turpitudine: *Qualem*, inquit, *actionem? dicere rurſus timeo, ut ne ſterquilinii occultati canalem revelem, & quibuſdam videar peſtilentis graveolentiæ inductionem operari. Attamen quandoquidem ex veritate dependemus, me ipſum*

(k) Epiph. hær. 27.

IV. *Diſciplina arcani accurate explicata.*

Ad num. XXIV. & ſeqq. Aliquot ſeculis diſciplinam arcani ſeu occultationem quorumdam myſteriorum Religionis Catholicæ viguiſſe, & ex ea diſciplina complures Patrum ſententias, quas Proteſtantes contra Catholicos adducunt, exponi poſſe docte demonſtrat Schelſtratius in Diſſert. ſingulari *de Diſciplina Arcani*, quam nuper Romæ in lucem emiſit. Hanc conſuetudinem Albertinus lib. 2. diſp. *de Reticentia myſteriorum*, fuſius probandam ſuſcepit, & Caſaubonus Exer-

ſum cogam, ut impoſtorum illorum facta revelans, & caſtius loquar, & a veritate ipſa minime excedam. Quid vero aliud quam omnem nefandam ac ſceleſtam actionem, quam nec fas ore referre, hi perpetrant? Et omnem ſpeciem virilis coitus, ac libidinoſæ ad mulieres conſuetudinis in ſingulis corporis membris, incantationeſque ac veneficia ac idololatrias perficientes: & hoc dicunt eſſe rationem redditionis debitorum in corpore, ut non amplius accuſentur, nec aliud opus ab ipſis exigatur, &c. Superiori autem tractatu, quo de Gnoſticis fuſius agit, hæc habet (a). *Ipſam enim ſuam ſynaxin ac communionem turpitudine multiplicis coitus polluunt, comedentes ac contingentes tum humanas carnes, tum immunditias: ut ne audeam quidem totum loqui, niſi ſane cogerer, propter excellentem animi mei dolorem, ab his quæ vane ab ipſis fiunt, ſtupore perculſus. Ad qualem magnitudinem ac profunditatem malorum, hoſtis hominum diabolus ducit ſibi credentes, ut polluant & mentem & cor & manus & ora & corpora & animas eorum, qui ab ipſis in tanta cæcitate eruditi ſunt. Timeo autem ne forte magnum hoc venenum totum revelem, veluti cujuſdam baſiliſci ſerpentis faciem, ad perniciem magis legentium, quam ad correctionem. Polluit enim re vera aures magnæ hujus audaciæ blaſphema collectio, & hæc turpitudinis coacervatio ac enarratio, & fraudulentæ hujus turpis operationis cœnoſa maleolentia.* Et poſt multa.

(a) Epiph. hær. 26.

XXVII. Scelus infandum Gnoſticorum.

Primo quidem communes uxores habent: & ſi peregrinus acceſſerit de ipſorum dogmate; ſignum eſt apud ipſos virorum ad fœminas, & fœminarum ad viros in extendendo manum, ad ſalutationem videlicet, ſubter palmam contrectationem quamdam titillationis, per hoc ſe indicare oſtendentes, quod ejuſdem religionis ſit qui acceſſit. Hinc igitur mutua cognitione accepta, ſtatim ad epulationem convertuntur: larga vero & opipara edulia, carnis eſum & vini potum apponunt, etiamſi pauperes fuerint. Ex hoc autem ubi compotarunt, & venas (ut ita dicam) ſutietate impleverunt: vir quidem concedens uxorem alteri, ad ipſam dicit: Surge, fac dilectionem cum fratre. Miſeri autem illi ubi inter ſe mixti fuerunt, & re vera erubeſco dicere, quæ apud ipſos fiunt, juxta Apoſtoli illius ſancti dictum (b): Quæ apud ipſos fiunt, turpe eſt etiam dicere. *Attamen non erubeſcam dicere, quæ ipſi facere non erubeſcunt; ut omnibus modis horrorem incutiant audientibus turpia, quæ ab ipſis perpetrantur facinora. Poſtquam enim inter ſe permixti fuerunt per ſcortationis affectum, inſuper blaſphemiam ſuam in cælum extendunt. Et ſuſcipit quidem muliercula, itemque vir fluxum a maſculo in proprias ſuas manus; & ſtant in cælum intuentes, & immunditiam in manibus habentes, & dicunt: Offerimus tibi hoc donum, corpus Chriſti, & ſic ipſum edunt, aſſumentes ſuas ipſorum immunditias, & dicunt: hoc eſt corpus Chriſti, & hoc eſt Paſcha. Ideo patiuntur corpora noſtra, & coguntur confiteri paſſionem Chriſti. Eodem vero modo etiam de fœmina, ubi contigerit ipſam in ſanguinis fluxu eſſe, menſtruum collectum de ipſa immunditiei ſanguinem acceptum in communi edunt: Et hic eſt (inquiunt) ſanguis Chriſti.*

(b) Epheſ. 5.

XXVIII. (c) Apocal. 22. Execrandum facinus.

Quapropter etiam cum in apocrypho (c) legerint: Vidi arborem ferentem duodecim fructus in anno, & dixit mihi: hoc eſt lignum vitæ: ipſi figurate interpretantur fluxum muliebrem ſingulis menſibus fluentem. Porro ubi invicem coeunt, liberorum generationem averſantur, & interdicunt. Et paulo poſt: *Si præter ſententiam acciderit, ut prægnans facta fuerit mulier, quid gravius & horribilius deſignent tales, audi: Detractum enim fœtum, quocumque tandem tempore id aggreſſi fuerint, accipiunt, & in mortario quodam piſtillo tundunt: & admixto melle & pipere, & aliis quibuſdam aromatibus ac unguentis ad avertendam nauſeam, ſic congregati omnes porcorum ac canum horum ſodales participes fiunt contuſi pueri: atque ſic humanæ carnis eſu peracto, deinde preces fundunt ad Deum; & hoc perfectum Paſcha dicunt. Sed & alia horrenda ipſi au-*

au-

ercitatione XVI. in Baronium ait: Quis ita hoſpes in Patrum lectione, cui ſit ignota Formula, in mentione Sacramentorum potiſſimum uſu trita, *ἴσασιν οἱ μεμυημένοι, norunt initiati quod dicitur*. Quæ formula in unius Chryſoſtomi aut aliis ſcriptis minimum quinquaginta locis poteſt obſervari. Apud Auguſtinum in Epiſtolis, in enarrationibus in Pſalmos, Tractatibus in Joannem, Homiliis, ſive Sermonibus, aut aliis Scriptis non multo rarius, &c. Notum eſt illud Auguſtini Tractatu 96. in Joannem: *Catechumenis Sacramenta Fidelium non producuntur;* & illud magni ejuſdem Eccleſiæ Doctoris: *Neſciunt Catechumeni quid accipiant Chriſtiani*. Notum quoque eſt illud Chryſoſtomi homilia XXVII. in Matthæum: *Eucbariſtia myſterium ..... initiati ſolummodo noverunt*. Et illud Catecheſis prioris Cyrilli Hieroſol. ad baptizandos: *Sciunt initiati vim hujus poculi; ſcietis vos quoque paulo poſt*. Immo apud ipſas Philoſophorum ſectas, diu ante Chriſti adventum obſervatum fuit, ut prophani procul a ſacris arcerentur, teſte Jamblicho lib. 1. de vita Pythagoræ cap. 28. *Cum externis, &, ut ita dicam, prophanis, ſi quandoque uſus ferret congrediendum eſſe, nequaquam ſua Sacramenta enuntiabant, ſed per ſymbola & arcanas teſſeras obſcure & latenter ſibi mutuo ſenſa mentis velut ænigmatibus ſignificabant*. Ita Jamblichus, cujus Opera nuper in Anglia publici juris facta. Idem omnino teſtatur Clemens Alex. lib. 5. Stromatum: *Non ſolum autem Epicurei, & Plato multa occultabant, ſed etiam Epicurei dicunt, quædam*

eſſe

audent. Cum enim rurſus inſaniam in ſe ipſis conceperint, imbutis manibus turpitudinis ſuæ ſurgunt, & manus ſuas inquinatas habentes, nudi toto corpore precantur, tamquam per hujuſmodi operationem inveniant dicendi apud Deum libertatem. Corpora autem ſua tum muliebria, tum virilia, noctu ac diu curant unguentis, balneis, epulationibus, & ebrietatibus vacantes. Deteſtantur jejunantem, dicentes quod non oportet jejunare: principis enim qui fecit ſæculum, eſt jejunium: verum oportere nutriri, ut corpora ſint robuſta, quo poſſint fructum reddere in tempore ſuo. Hucuſque de eorum turpitudine & execrandis myſteriis Epiphanius, qui hæc omnia exploratiſſima habuit, cum in Ægypto eſſet, ab iis qui ejuſdem ſectæ erant, ut ipſe teſtatur, de iiſdem agens in fine.

XXIX. Hæc ergo cum hi omnium ſceleſtiſſimi operarentur, quæ nec quævis gentes barbaræ, quæ ignorant Deum, auſæ fuerint meditari; tamen non tantum ſe Gnoſticos, ſed & Chriſtianos nominabant: hæc omnia illis ſuggerente diabolo, ut horum nefandis ſceleribus poſſet ſancta ac pura Chriſtiana religio infamari: unde idem auctor hæc habet inferius (a): *Indiderunt enim ſibi cognomen Chriſtianorum, ad hoc ut Gentes per ipſos offendantur, & ſanctæ Eccleſiæ Dei utilitatem & veram prædicationem propter illorum nefaria facta & incomparabilem improbitatem averſarentur: & ipſorum aſſiduo nefaria opera conſiderantes, putent etiam ſanctas Dei Eccleſias tales eſſe, & avertant (velut dixi) aures a Dei & veritatis doctrina.* Hæc ipſe: ſed & longe ante ipſum ſic Irenæus: *Ipſi ad detractionem divini nominis & Eccleſiæ, quemadmodum & Gentes, a ſatana præmiſſi ſunt: uti ſecundum alium modum quæ ſunt illorum audientes homines, & putantes omnes nos tales eſſe, avertant aures ſuas a præconio veritatis: aut videntes quæ ſunt illorum, omnes nos blaſphement, in nullo eis communicantes, neque in doctrina, neque in moribus, neque in quotidiana converſatione.* Hæc Irenæus (b).

(a) *Epiph. hæreſ.27.* Conſilium diaboli de Gnoſticis.

(b) *Iren. lib.1. cap. 24.*

XXX. Porro Judæorum opera Chriſtianis ſemper adverſantium has eſſe calumnias adverſus eos toto Orbe divulgatas, Origenes (c) agens contra Celſum teſtatur, ſic dicens: *Apparet ſane nil ſecus egiſſe, ac Judæi in ipſo Chriſtianæ religionis & veræ diſciplinæ primordiis factitabant, qui ad noſtræ doctrinæ notam & infamiam illud diſſeminarent, quod Chriſtianis puerum aliquem immolandi mos eſſet, cujus & carnem ſinguli deguſtarent. Inſuper & id mendacio effingebant, quemadmodum qui ex Chriſtiana eſſent hac diſciplina, cum ea quæ in operto fiunt, facere vellent, extinctis luminibus, ei quam quiſque nactus eſſet, admiſcerentur. Quæ infamia olim temere edita, plurimos occupabat, qui eſſent a fide hac alieni, perſuaſumque haberent iſtiuſmodi jam eſſe Chriſtianos: & ad id temporis ſic fallit nonnullos præſumpta hæc & prava opinio, ut ea de cauſa Chriſtianos averſentur, ne vel ſimplicia cum eis ineant verba.* Hæc Origenes.

(c) *Origen. contra Celſ. lib.6.* Infamia gravis irrogata Chriſtianis.

XXXI. *His igitur diabolus* (inquit Euſebius d), *qui ex maleficiis capit lætitiam, tamquam ſuæ nequitiæ miniſtris forte uſus eſt, quo qui fidem receperant, illorum ſuaſu non ſolum in fraudem inducti, ad acerbum adeo & miſerabilem interitum quaſi conſtricti arriperentur, verum etiam Gentibus, quæ erant a fide alienæ, copiam & tamquam anſam præberent ſacroſancto Dei verbo petulanter impieque obtrectandi; eo plane conſilio, ut fama de iſtorum flagitioſæ vitæ ratione paſſim diſſipata, tur-*

(d) *Euſeb. lib.4. c.7.* Calumniæ in Chriſtianos.

pem

eſſe apud ſe arcana, & non permittere omnibus, ut ea ſcripta legant.

V. Porro inter omnes convenit, eam diſciplinam pro Catechumenis, Judæis & Gentilibus obſervatam fuiſſe, non vero pro Fidelibus ſeu baptizatis, quibus cuncta Religionis Catholicæ myſteria abſque ulla verborum ambage exponi poterant. Putabant enim Patres ſequendum ſibi grave illud Chriſti mandatum apud Matthæum cap.7. *Non eſſe dandum ſanctum canibus, nec margaritas projiciendas eſſe ante porcos.* Cum vero SS. Patres unanimi voce ex verbis Chriſti relatis diſciplinam arcani introductam fuiſſe aſſerant, liquet eam ex traditione Apoſtolica proveniſſe: neque enim communis ille Eccleſiarum conſenſus ex decreto alicujus particularis vel generalis Concilii ortum duxit, ſed omnes per orbem Eccleſiæ eamdem diſciplinam obſervarunt, abſque eo quod certo quodam tempore ea cœpiſſe reperiatur. Quare, juxta D. Auguſtini regulam, hæc una ex iis eſt, quæ ex traditione Apoſtolica ad nos pervenere.

Diſciplina ſilentii fideles non reſpiciebant.

Non ſolum Sacramentorum ritus, ſed etiam dogmata occultari olim ſolita. Caſaubonus Exercitatione XVI. in Baronium ait: *Cum in Sacramentis tria occurrant conſideranda, ſymbola ſignificantia, res ſymboli ſignificata, & ritus celebrandorum Sacramentorum; Veteres non adeo res in Sacramentis ſignificatas, & efficaciam illorum ſiluiſſe, quam ſymbola ipſa, & ritus ac rituum cauſas.* Et quamvis propter Euchariſtiæ Sacramentum Caſaubonus dicere debuiſſet non ſolum res ſymboli ſignificatas, ſed etiam *ſub eis contentas*, ac magnum ejus verba errorem contineant, in eo quod negant, res in Sacramentis ſignificatas vel contentas olim occultari conſueviſſe; ejus tamen obſervationem veriſſimam eſſe clamat Albertinus, aitque, arcani diſciplinam apud Orthodoxos in mera rituum occultatione olim ſitam fuiſſe. At complura ſunt SS. Patrum teſtimonia, ex quibus luce clarius monſtrari poteſt, antiquam Eccleſiæ diſciplinam non ſolum in ſymbolis Sacramentorum, eorumque ritibus, ſed etiam in rebus per ipſa ſignificatis,
ſeu

VI. *Ritus & dogmata Sacramentorum olim occultata.*

pem ignominiæ notam univerſæ Chriſtianorum multitudini inurerent. Unde certe accidit, ut nefaria quædam opinio de nobis concitata, eaque ab omni ratione alieniſſima, per infidelium animos longe lateque pervaderet: quod videlicet tum nefando concubitu matres & ſorores violare, tum etiam ſcelerato quodam alimenti genere uti non vereremur. Verum iſta mala ad prolixius temporis ſpatium diabolo ex ſententia non proceſſerunt: quod ipſa veritas ſuum extulit caput, & progrediente tempore, claro quaſi lumine reſplenduit. Etenim fraudulenti adverſariorum conatus, ejus vi refutati & oppreſſi, confeſtim evanuerunt. Quippe alii ex aliis novi & inauditi errores evaneſcentes, & priores pedetentim ad nihilum prolabentes, obſoleſcere cœperunt: inque multiplices, ac non uniuſmodi ſectas & formas dirempti, ad extremum funditus exciſi ſunt.

XXXII. Chriſtiana fides omnibus malis ſuperior.

Ceterum inſignis veræ & Catholicæ Eccleſiæ ſplendor, perpetuo eodem modo & eiſdem virtutum veſtigiis incedens, mirandum in modum propterea crevit, & dilatatus eſt, quod veneranda, ſincera, libera, modeſta, pura divinæ vivendi rationis, Chriſtianæque pietatis inſtitutio per univerſum cum Græcorum tum barbarorum genus claritate quadam eximia & decora enituit: utque etiam deformis infamiæ labes, quæ a malevolis noſtræ religioni adſperſa fuerat, ſimul cum tempore deleta, protinus ad nihilum recidit. Noſtra igitur ſola permanſit diſciplina, utpote quæ tum propter gravitatem & modeſtiam, tum propter divinæ ſapientiæ præcepta inſtitutaque ſola eſſet apud omnes & auctoritate poſita, & ſumma amplitudine præſtare judicata: ſic ut nemo ex illo tempore hactenus turpem aliquam dedecoris maculam fidei noſtræ auderet inferre, nec ullam talem ignominiam importare, quali illis, qui contra vos jam pridem nefarie conjuraſſent, uti volupe fuiſſet. Hucuſque Euſebius: qui tamen quod ait ejuſmodi errores citius evanuiſſe, non ſic accipiendum eſt ut protinus Gnoſtici eſſe deſierint, ſed quod iis omnibus veritas ſuperenituit, nec ejus lux potuit hiſce temporibus obſcurari. Ceterum Epiphanio (*a*) conſtat auctore, ſua quoque ætate perſeveraſſe Gnoſticos turpiſſimos in Ægypto; e quorum illecebris, quibus illectus erat, ne in errorem laberetur, ſe fuiſſe divinitus liberatum, gratias Deo egit.

(a) Epiph. hæreſ. 26. prope fin.

XXXIII. Apologiæ pro Chriſtianis.

Ceterum vix dici poteſt, quantum laboraverint qui in Eccleſia erant ſanctiſſimi ac eruditiſſimi viri, ut ejuſmodi calumnias dictorum occaſione hæreticorum in omnes Chriſtianos a Gentilibus jactari ſolitas omnino diluerent, & ab eorum animis prorſus abluerent. Teſtes ſunt ejus rei graviſſimæ ac diſertiſſimæ ab iiſdem pro Chriſtiana religione ſcriptæ diverſis temporibus Apologiæ. Ac in primis quod Juſtinus martyr (*b*) in ſua ad Antoninum Pium Auguſtum Apologia his verbis habet, cum de hæreticis agit, quorum occaſione infamaretur Chriſtiana religio: *Omnes qui ab his prodeunt (quemadmodum dixi) Chriſtiani vocantur: haud aliter atque philoſophi, cum eis non ſint communia dogmata; quod tamen a philoſophia dicitur, commune eſt omnibus nomen. An vero etiam hi infamia illa & fabuloſis in vulgus ſparſa ſermonibus facinora in ſe admittant, lucernæ everſionem, & promiſcuos concubitus, & humanarum carnium viſcerationes, neſcimus: perſecutione quidem eos non expeti, neque occidi a vobis, ob ipſa etiam dogmata ſua ſcimus. Eſt autem nobis liber contra hæreſes & ſectas omnes compoſitus, quem, ſi legere volueritis, dabimus.* Et poſt multa, hæc de moribus vere Chriſtianorum: *Quin omnino vel matrimonium non aliter contrahimus, niſi liberorum creandorum atque edu-*

(b) Juſtin. in orat. ad Ant. Pium.

Caſtitas Chriſtianorum.

ſeu contentis, occultandis viguiſſe. Extat celeberrimum totius Italiæ teſtimonium, quod Julius primus ſuo nomine ad Euſebianos tranſmiſit, & contra eoſdem urget Athanaſius in Apologia II. Non ſolum enim accuſant Euſebianos, quod de calice & menſa ſermonem habuiſſent in præſentia Præfecti, aſſiſtentibus tum Ethnicis, tum Judæis; ſed quod coram iiſdem, præſentibus quoque Cathecumenis, *quæſtionem de Sanguine & Corpore Chriſti habuiſſent.* Quæ his verbis totius Ægypti Epiſcopi in Synodica ad omnem ſub cœlo Eccleſiam deplorant; *Coram Ethnicis hominibus quæſtiones de Eccleſia, de calice, de menſa Domini, de Sanctis Sanctorum habuere.* Nam per ſancta Sanctorum intelligenda ſunt Sacramenta Corporis & Sanguinis Chriſti, quæ Gentilibus, Judæis, Cathecumenis occultanda, non publicanda erant.

VII. *Quædam dogmata olim occultata, quædam publicata.*

Oſtendit Origenes lib. I. contra Celſum, eamdem de myſterio Arcani diſciplinam in Eccleſia, tam quoad dogma, quam quoad ritus, receptam fuiſſe. Nam cum Celſus homo Ethnicus & Chriſtiani nominis hoſtis, dixiſſet, *Chriſtianos clam quidquid ipſis libet facere vel docere*, opponit ſe Origenes, aitque; *Deinde quoniam ſæpius nominat doctrinam clanculariam, coarguendum eſt hoc quoque; quando per totum Orbem notior eſt Chriſtianorum prædicatio, quam Philoſophorum placita. Quis enim Jeſum e Virgine natum crucifixum ignorat? Quis reſurrectionem ejus multis creditam, & denunciationem judicii redditurі pro dignitate pœnas peccatoribus, & juſtis præmia? Quin & reſurrectionis futuræ myſterium vulgatum eſt, tametſi rideatur ab infidelibus. Quæ cum ita ſe habeant, perabſurdum eſt doctrinam hanc vocare clanculariam. Quod vero quædam inſunt, quæ non annunciantur quibuſvis, id non ſolius doctrinæ Chriſtianæ proprium eſt, verum etiam Philoſophicæ. Nam & illi exteriorem & peritiorem doctrinam habebant, & alii Pythagoram audiebant contenti ipſius auctoritate, alii ſecrete diſcebant rationes non evulgandas in prophanos, nondumque pur-*

educandorum gratia: vel conjugium detrectantes, perpetuo nos continemus. Et jam noſtrorum juvenum quidam, ut vobis perſuaderet non eſſe nobis myſterium promiſcuam & propatulam mixtionem, libellum obtulit Alexandriæ Felici Præſidi, medico permitti poſtulans, ut teſtes ſibi abſcinderet (nam ſine permiſſu Præſidis id facere, loci ejus medici interdictum eſſe dicebant). Felice prorſus petitioni hujuſmodi ſubſcribere nolente, perſeverans in propoſito ſuo adoleſcens, in ſua tandem, & eorum qui idem ſecum ſentiebant, conſcientia acquievit. Hucuſque Juſtinus.

XXXIV. Athenagoras (a) itidem Chriſtianus philoſophus, pro Chriſtianis & ipſe ſcribens defenſionem, illatam vulgi rumore in Chriſtianos calumniam refert, atque refellit, ſic dicens: *Tria nobis rumoribus impingunt crimina, nullorum deorum pietatem, cœnas Thyeſteas, & Oedipodis concubitus. Enimvero ſi vera ſunt iſta, nulli parcite generi: animadvertite in hujuſmodi facinora: una cum conjugibus & liberis radicitus nos extirpate & occidite, ſi quidem mortalium quiſquam ad inſtar ferarum vivit.* Hæc ipſe: & alia addit pro veritatis defenſione. Sed & Theophilus (b) Epiſcopus Antiochenus, qui ſextus poſt Petrum eidem Eccleſiæ præfuit, hæc de iiſdem poſt recitatas leges, quibus viverent Chriſtiani: *Nunc*, inquit, *vide an hi qui talia docentur, taliaque diſcunt, poſſint more brutorum animalium vivere, & pollui nefariis commixtionibus; aut poſſint (quod quidem omnium immaniſſimum eſt) carnes humanas attingere, præſertim cum etiam monomachias ſpectare nobis interdictum ſit, ne videlicet participes hujuſmodi cædium reddamur: nec cetera ſpectacula ſpectare audemus, ne oculi noſtri inquinentur, & aures noſtræ hauriant profana, quæ ibi decantantur, carmina; nempe dum Thyeſtis tragica facinora commemorant, & Terei liberos devoratos recitant. Nec fas nobis eſt audire adulteria deorum hominumque, quæ ſuavi verborum modulantur mercede, & præmiis inducti celebrant. Verum abſit, abſit (inquam) a Chriſtianis, penes quos modeſtia & temperantia florent, continentia viget, unius uxoris matrimonium legitimum ſervatur, caſtitas colitur, injuſtitia expellitur, peccatum eradicatur, juſtitia exercetur, lex regnat divina, religio tractatur vera, quos veritas gubernat, gratia ſervat, pax protegit, divinum verbum ducit, ſapientia docet, Chriſtus, qui vera eſt via, regit, Deuſque ſolus Imperio temperat: abſit, inquam, ut talia facinora vel cogitemus, nedum faciamus.* Hucuſque Theophilus.

(a) Athen. orat. pro Chriſtian.

Defenſiones pro moribus Chriſtianorum.

(b) Theoph. ad Autolic. lib. 3.

XXXV. At non tantum hæc ſcriptis, ſed coram judicibus pro veritate certantes proprii diſpendio ſanguinis, cum de his quæſtio haberetur, Chriſtiani libere profeſſi ſunt: quod vetus illa ac nobilis ſcriptio, epiſtola inquam, Viennenſis ac Lugdunenſis Eccleſiæ ad Chriſtianos, qui in Phrygia & reliqua Aſia eſſent, conſcripta, quam Euſebius (c) recitat, demonſtrat his verbis: *Quidam etiam Ethnici noſtrorum ſervi una capiebantur (ſiquidem Præſes omnes nos paſſim requiri præceperat) qui tormenta, quæ ſanctos tolerare cernebant, reformidantes, contra nos militibus, ſatanæ impulſu, illos in hoc idem incitantibus, Thyeſteas cœnas, & inceſtus Oedipodis falſo commenti ſunt, & alia quæ nobis nec eloqui, nec cogitare fas quidem eſſe judicatur: quin tale facinus aliquando inter homines admiſſum fuiſſe, nec credi quidem propemodum debet. Quæ ſane cum eſſent fama & ſermone hominum paſſim diſſipata, omnes velut immanes belluæ contra nos furere cœperunt: ita ut ſi qui antea propter neceſſitudinem moderate ſe erga nos geſſiſſent, tunc veluti rabie quadam incitati dentibus frendere, inſanireque prope viderentur.* Hæc ibi: quanta autem conſtantia ſancti martyres tam viri quam fœminæ pro veritate adverſus objecta mendacia ſteterint, ſuo loco fuſius dicendum erit. De his etiam Origenes (d), diſputans contra Celſum, ut turpis Epicurei retundat dicacitatem, hæc ait:

(c) Euſeb. hiſt. lib. 5. c. 1.

(d) Orig. contra Celſum lib. 7.

purgatos. Ex hoc loco conſtat, Celſi temporibus non ſolum ritus, ſed Religionis quoque Chriſtianæ dogmata juxta Eccleſiæ diſciplinam occultata fuiſſe. Enumerat Origenes dogmata, quæ palam prædicabantur, ut Incarnationis, Paſſionis, & Reſurrectionis Dominicæ, extremi judicii, & reſurrectionis noſtræ. Non loquitur autem de Sanctiſſimæ Trinitatis myſterio, neque de Sacramento Euchariſtiæ, neque de aliis Sacramentis, quod illa ex iis eſſent, quæ non communicabantur quibuſvis, adeoque circa quæ diſciplina Arcani obſervanda erat, prout de myſterio Euchariſtiæ tractaturus, homilia 13. in Exodum diſertis verbis præmonuit.

VIII. Denique dogma de Sanctiſſima Trinitate olim Judæis & Cathecumenis occultatum fuit, Apoſtoli vero illud coram Judæis non reticuere; quia idem myſterium in propheticis Sermonibus antiquitus acceperant. Chryſoſtomus homilia 40. in primam ad Corinthios Epiſtolam expreſſe profitetur, ſe non audere loqui de forma baptiſmatis & ſymbolo, quibus Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium exponitur: *Non audeo*, inquit, *propter eos, qui non ſunt initiati: ii enim expoſitionem nobis faciunt difficiliorem, ut qui nos cogunt, vel non aperte dicere, aut eis arcana enuntiare. Sed tamen dicam, quoad ejus a me fieri poterit, tecte & adumbrate*, &c. S. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi VI. agens de myſteriis ſymbolo contentis ait: *Hæc myſteria Sacramentaque nunc patefacit Eccleſia ei, qui ex Cathecumenis excedit; nec moris eſt Gentilibus exponere: non enim Gentili cuiquam de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto arcana myſteria declaramus, neque palam apud*

Myſterium Trinitatis celari ſolitum.

Noſtri vero per Celſum ex imperitia abjectiores quidam, & ſtolidi, & ſerviles jam vocitati, ſi vel parum per ſe Deo crediderint, ſuſcepta Jeſu jam diſciplina, tantum abſunt a flagitio & immunditia & quavis cuncubitus fœditate, ut haud ſecus ac perfectiores ſacerdotes nonnulli quemvis coitum averſentur, ita ut vel in cœlibatu ex his quidam omnino permaneant, ne dixerim, ut a quovis venereo congreſſu abſtineant. Hæc & alia plura id genus Origenes de his qui non ex neceſſitate, ſed volentes erant continentes, atque virgines, ut purius Deo vacarent. Sed & Tertullianus (*a*) in ipſo pene limine defenſionis, quæ primo objici calumnia ſoleret, profert ac diluit: *Dicimur* (inquit) *ſceleratiſſimi de ſacramento infanticidii, & pabulo inde, & poſt convivium inceſto: quod everſores luminum canes, lenones ſcilicet tenebrarum & libidinum impiarum inverecundia procurent.* Hæc itaque a Gentilibus in Chriſtianos jactari ſolita, ipſe quam accuratiſſime diluit.

(*a*) *Tertul. in Apolog. c. 7.*

XXXVI. Sed audiamus hæc ipſorum Ethnicorum verbis narrata, quæ in ipſo diſputationis ingreſſu Cæcilius objicit in Octavium apud Minutium (*b*) Felicem, in hunc ſcilicet modum: *Jam de initiandis tyrunculis fabula tam deteſtanda, quam nota eſt. Infans farre contectus, ut decipiat incautos, apponitur ei qui ſacris imbuitur. Is infans a tyrunculo farris ſuperficie quaſi ad innoxios ictus provocato cæcis occultiſque vulneribus occiditur. Hujus (proh nefas) ſitienter ſanguinem lambunt, hujus certatim membra diſpertiunt: hac fœderantur hoſtia: hac conſcientia ſceleris ad ſilentium mutuum pignorantur: hæc ſacra ſacrilegiis omnibus tetriora. Et de convivio notum eſt: paſſim omnes loquuntur, id etiam Cirtenſis noſtri teſtatur oratio. Ad epulas ſolemni die coeunt cum omnibus liberis, ſororibus, matribus, ſexus omnis homines, & omnis ætatis. Illic poſt multas epulas, ubi convivium caluit, & inceſtæ libidinis ebrietate fervor exarſit, canis qui candelabro nexus eſt, jactu offulæ ultra ſpatium lineæ qua vinctus eſt, ad impetum & ſaltum provocatur: ſic everſo & extincto conſcio lumine, impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis involvunt per incertum ſortis: etſi non omnes opera, conſcientia tamen pariter inceſti, quoniam voto univerſorum appetitur, quicquid accidere poteſt in actu ſingulorum.* Hæc Cæcilius. At dum hæc refellunt tum Tertullianus, tum etiam ibi Octavius, hoſce omnes manifeſtæ calumniæ redarguunt; pariterque declarant multis, apud Chriſtianos nihil eſſe antiquius, quam caſtitatem tueri: nempe eos vel unis nuptiis eſſe contentos, vel ex animo excolere virginitatem: adeoque eſſe caſta eorum conjugia, ut interdum inter conjuges, mutuo conſpirante conſenſu perpetua ſervetur continentia.

(*b*) *Min. Felix in Octav.*

Summa obiectio Gentilium in Chriſtianos.

XXXVII. Hæc igitur occaſione Gnoſticorum in Chriſtianos ſæpiſſime objecta, quæſtionibus examinata, tormentis perveſtigata, nec inventa, certiſſimis rationibus confutata, tum verbis, tum ſcriptis a Chriſtianis diluta penitus remanſerunt: ut magno plane miraculo acciderit, quod religioni tam vehementer infamatæ, & tot calumniis non tantum vulgi ore traductæ, ſed etiam eruditorum ſtylo notatæ, tam ingens toto terrarum orbe credentium acceſſio facta eſt, ut plane perſpicuum omnibus redditum ſit, eam non hominum ſapientia, ſed divino eſſe conſilio gubernatam. Sed quæ reliqua ſunt Carpocratis, audiamus. Tradit Irenæus (*c*), & alii poſt eum, conſueviſſe Carpocratis diſcipulos dexteræ auris poſteriorem partem perforare, ut eo ſigno ab aliis ſecerni atque dignoſci poſſent: habere ſolitos inſuper imagines quaſdam vel depictas vel aliter compoſitas, ex eis aliam Chriſti, quam dicerent a Pilato factam, Pythagoræ aliam, itemque alias Platonis, & Ariſtotelis, & aliorum; eas venerantes, ſicut Gentes idola colere conſueverunt. Alexandrum Imperatorem eaſdem quoque habuiſſe in ſuo larario, ſuo loco dicemus.

Fides Magis aucta, cum magis depreſſa eſt.

(*c*) *Iren. li. 1. c. 25. in fine.*

XXXVIII. Permagni quidem intereſt in imaginibus conflandis, effingendis, & conſervandis, quo quis hæc intuitu faciat, num ſcilicet ob memoriam beneficiorum acceptorum, ut Emorroiſſam feciſſe conſtat, quæ ob eam cauſam magnam conſecuta eſt laudem: an vero Gentilium more, ut quis ea ſimulacra, perinde atque Gentiles idola, colat, quod feciſſe Carpocratem tradunt. Priore enim modo a S. Eccleſia ſemper receptus, conſervatus, atque laudatus eſt uſus, quo quis in compoſita ima-

Imaginum cultus diverſus.

Cathecumenos de myſteriis verba facimus, ſed multa ſæpe loquimur occulte, ut Fideles, qui rem tenent, intelligant, & qui non tenent, non lædantur. Vide quæ anno Chriſti LV. num. V. de Canone XXXVII. Concilii Illiberitani dixi.

IX. Ex hac Arcani diſciplina provenit, quod primis Eccleſiæ ſeculis nulli Tractatus de ſeptem Sacramentis, quorum noſtris temporibus tam frequens mentio, ſcripti ſint. Dicunt quidem Proteſtantes, antiquiores Patres a Commentariis de ſeptem Sacramentis abſtinuiſſe, quod numerum illum Sacramentorum non admiſerint. Sed id ex Orientalis Schiſmaticæ & Occidentalis Orthodoxæ Eccleſiæ conſenſione facile refellitur. Neque enim Orientales Schiſmatici cum Orthodoxis Latinis in unam eamdemque ſententiam ab octingentis annis conſpiraſſent, niſi illam a majoribus accepiſſent. Alia itaque ratio quærenda. Cum Tractatus de ſeptem Sacramentis eduntur, neceſſe eſt eorum ritus exponere, materiam & formam, quibus conficiuntur, determinare, dogma ipſum de omnibus ad Sacramentorum conſe-

Ex Diſciplina Arcani ſeptem Sacramenta comprobata.

imagine acceptum mente recolit beneficium, ac in illa eum qui contulit, legitime veneratur: a reliquo vero imaginum ac ſignorum uſu, quod ſapiat idololatriam, ſemper abhorruit. Sed de his alias pluribus. Quomodo autem Marcellina alumna Carpocratis auſa fuerit ejuſmodi portenta ſub Aniceto Papa Romam inferre, ſuo loco dicemus.

XXXIX. De Filio Carpocratis Epiphane.

Ut autem de omnibus quæ ad Carpocratem ſpectant, notitia plenior habeatur; de filio, quem reliquit impietatis hæredem, ex Clemente Alexandrino (*a*) pauca dicenda ſunt: ſic enim ait: *Qui vero a Carpocrate deſcendunt & Epiphane, cenſent uxores oportere eſſe communes; a quibus in nomen Chriſtianum ſcilicet, maximum emanavit probrum. Hic autem Epiphanes, cujus etiam ſcripta feruntur, filius erat Carpocratis, & matris Alexandræ nomine, ex patre quidem Alexandrinus, ex matre vero Cephaleneus. Vixit autem ſolum ſeptemdecim annos, & Samæ, quæ eſt urbs Cephaleniæ, ut deus eſt honore affectus: quo in loco templum ex ingentibus lapidibus, altaria, delubra, muſæum ædificatum eſt & conſecratum: & cum eſt nova luna, convenientes Cephalenei, natalem in deos relationem Epiphani ſacrificant, libantque & convivantur, & hymnos canunt. A patre enim didicit & orbem diſciplinarum, & Platonis philoſophiam. Fuit autem auctor & princeps Monadicæ cognitionis: a quo etiam profluxit hæreſis eorum, qui nunc ſunt, Carpocratianorum.* Hæc Clemens, qui tum ipſius, tum parentis hæreſim confutat, & præſertim in libro quem inſcripſerat, de Juſtitia.

(*a*) *Clem. Alexandr. Strom. lib. 3. & Epiph. hær. 32.*

XL. Ex Philoſophis hæreſes.

Accidit enim iis quod de philoſophis tradit Origenes (*b*): qui cum ſuam ipſorum, quam ſectabantur, philoſophiam introducere in Eccleſiam conati eſſent, polluerent ipſam non habentem maculam neque rugam: ut merito dixerit Tertullianus (*c*), philoſophos extitiſſe patriarchas hæreticorum. Nam de Carpocrate & Epiphane idem tradit Clemens Alexandrinus, quod hi, cum legiſſent in Republ. Platonis, ejus inſtituto uxores debere eſſe communes, hæc ipſa ſuos docuerunt obſervare: ſed, quod de his qui ſemel errore labuntur ſcriptum eſt (*d*): *Et qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc;* lineam veritatis ſemel tranſgreſſi, per abrupta præcipitia ſe dederunt. Quod igitur Gnoſtici abuterentur Platonis ſententiis, ea de cauſa Plotinus (*e*), Platonicorum facile princeps, adverſus Gnoſticos edidit commentarium, quo cum deſtruat ipſorum inſanias, eorumdem incantationes & magicos ſuſurros, quibus ſe cæleſtia movere poſſe profiterentur, ſugillat, moribuſque longe deteriores Epicureis eſſe confirmat. Addit Porphyrius (*f*) Plotini diſcipulus, ſuo tempore Gnoſticos Romæ vulgaſſe libros quoſdam, quos Zoroaſtris revelationes appellabant.

(*b*) *Orig. in Joſue homil. 7.*
(*c*) *Tertul. adverſ. Herm.*
(*d*) *Apocal. 22.*
(*e*) *Plotin. contra Gnoſtic.*
(*f*) *Porphyr. in vita Plotini.*

XLI. Prodicus auctor Adamitarum.

Ceterum pravum genus Carpocratis latius eſt propagatum: nam ejuſdem ſtirpis fuit Prodicus nefandiſſimus, qui Adamitarum auctor extitit; qui nihilo ſecius eadem, quæ Carpocratiani ac Gnoſticorum reliqui, turpiſſima perpetrabant: indiderunt ſibi & ipſi nomen, ut Gnoſtici dicerentur, quod Theodoretus (*g*) teſtatur. De his plura Epiphanius (*h*), qui horum eccleſias lupanaria fuiſſe tradit, ubi nonniſi nudos commorari liceret, quas Paradiſum nominabant. Addidit his Prodicus alias inſanias ac nova dogmata: nam quatuor elementa deos eſſe dicebat (*i*), deinde Solem & Lunam. Porro idem Epiphanius (*k*) tradit Gnoſticos diverſis nominibus appellatos, nimirum Borborianos, Coddianos, Stratioticos, Phibionitas, Barbelitas, & Zacchæos: Naaſianos etiam eſſe dictos tradit Theodoretus. Addit de eo Clemens Alexandrinus (*l*), ipſum ſuoſque affirmare, ſe eſſe liberos, nec ulla lege teneri, nec etiam eſſe orandum. Adverſus hæc idem auctor pluribus diſputat, atque egregie confutat. Fuiſſe illi communem cum ceteris Gnoſticis ſententiam illam, qua diceret, non eſſe palam confitendum Chriſtum, nec pro eo ſubeundum martyrium, tradit Tertullianus (*m*).

(*g*) *Theod. lib. 1. hæretic. fab.*
(*h*) *Epiph. hæreſ. 52.*
(*i*) *Epiph. in Comp.*
(*k*) *Epiph. hæreſ. 26.*
(*l*) *Clem. Alexandr. Strom. lib. 3. & lib. 7.*
(*m*) *Tertul. in Scorpiaco.*

XLII. Antitactæ Hæretici.

Addit ubi ſupra Clemens aliam Gnoſticorum ſobolem, Antitactas dictos, qui enormiter dicerent peccatum non eſſe malum, ſed præmio dignum. Verum hac ex parte, quod pertinet ad corporis voluptatem explendam, idem ſenſiſſe Baſilidianos, Carpocratianos, Valentinianos, Secundianos, & Epiphanis ſectatores, Epipha-

ſecrationem & adminiſtrationem ſpectantibus minime celare. Quæ tamen priſca Eccleſiæ diſciplina oculis & auribus Gentilium, Judæorum & Cathecumenorum religioſe occultabat; quorum prophanationem metuentes Antiqui ab iis abſtinebant in ſermonibus, & ſibi cavebant, neque in ſcriptis de iis agebant. Contra vero poſtquam ſexto Eccleſiæ ſeculo diſciplina illa abolita fuit, ut ibidem viſuri ſumus, frequens Sacramentorum memoria non tantum apud Græcos, ſed etiam apud Latinos, ſaltem a Caroli Magni tempore: apud Græcos vero poſt tempora Photii, qui in ſua Bibliotheca ex Jobio Monacho *ſeptem ſacroſancta Chriſti Eccleſiæ myſteria celebrat*. Diſciplina itaque Arcani in cauſa fuit, quod ſex primis Eccleſiæ ſeculis Catholici Scriptores a Tractatibus de Sacramentis abſtinuerint, rarius & obſcurius de iis ſcripſerint, neque de eorum numero recenſendo ſoliciti fuerint. Quæ omnia ex Schelſtratio in egregia Diſſertatione de Diſciplina Arcani excerpta, quibus Annales in multis lucem accipere poſſunt.

phanius docet, cum ait: *Neceſſario vero has appoſui voces ad hos redarguendos, cum non recte vivant nec Baſilidiani, nec Carpocratiani, nec Valentini aut Epiphanis ſectatores: cui ſane Epiphani conjunctus eſt prædictus Secundus; inter ſe enim connexi, ita ut aut hic illi tradiderit, aut ille huic errorem impertierit, etiam ſi aliqua parte inter ſe differant, tamen in una hæreſi ſeipſos collocarunt: quare etiam poteſtatem habere peccandi docuerunt, cum propter perfectionem omnium naturalia ſint ſervanda; & ſi peccent, propter naturaliter inſitam electionem id faciant.* At de Valentino & Secundo inferius. Hæc jam de Carpocrate & Gnoſticis ſatis.

JESU CHRISTI ANNUS 121. | ALEXANDRI PAP. ANNUS 1. | HADRIANI IMP. ANNUS 2.

I. ☞ CHriſti Redemptoris anno centeſimo vigeſimoprimo, qui eſt ſecundus Hadriani, in Faſtis Græcis, aliiſque recentioribus recte notantur Conſules, Hadrianus ipſe tertium, & Junius Ruſticus, licet mendoſe Græci Hadrianum Conſulem ſecundo, pro tertio ſcriptum habeant. Revera enim, ut ſuperius probatum eſt, ſecundum Conſulatum ſuperiore anno Collega Salinatore geſſerat. Caſſiodori autem, ſive Mariani Scoti, qui ex illius Codice jam depravato, ſumpſit, nulla per hos Hadriani annos habenda eſt ratio ☜. Hoc igitur anno Evariſtus

Evariſtus martyr coronatur.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5612.

SÆC. II. Anno Urbis 872. Olymp. 224. an. 3. A. C. 119.

☉ 16. B. ☽ 6. P. 17. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 119. *ſecundum Baronium* 121.

SIXTI PAPÆ 4.

HADRIANI IMP. 3.

I. *Conſules.* [r] AD num. I. & ſeq. Coſſ. *Hadrianus Aug. III. & Ruſticus.* Sumtus is Conſulatus ab Hadriano juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam, quod in annum præcedentem Conſulatus, ad quem adhuc privatus deſtinatus fuit, inciderit. Atque hinc manifeſte intelligimus, Hadrianum, quando a Traiano iterum Conſul deſignatus eſt, ac in filium adoptatus, in conſortium Imperii adſcitum non fuiſſe, ut aliqui Eruditi volunt; cum ſi Cæſar tunc dictus fuiſſet, ac in partem Imperii veniſſet, duplicem Conſulatum non geſſiſſet, alterum ob adoptionem, alterum ob Imperium, ſed unicum tantum, ob Imperium ſc. ſuſcepiſſet. Ex tertio itaque Conſulatu hoc anno ab eo ſumto apparet, ſecundum eidem ob adoptionem tantum conceſſum. Onuphrius in Faſtis ait: *Hadrianum Aug. II. mendoſe pro III. & Ruſticum Conſules digerunt Caſſiodorus, Faſti Græci, & liber Cuſpiniani.* Idem ſcribit Baronius in Annalibus. At ab illis Auctoribus minime peccatum; ſed tantum Conſulatus ſuffectus, quem ante conſecutum Imperium geſſerat Hadrianus, neglectus ac prætermiſſus; quod tam in Faſtis quam in Nummis & Inſcriptionibus ſæpe contigit.

II. *S. Evariſtus* Papa anno Chriſti centeſimo octavo Braduæ & Galli Conſulatu notato martyrio coronatus eſt, juxta Chronicon Damaſi, in quo legitur: *Evariſtus annis tredecim, menſibus ſeptem, diebus duobus. Fuit temporibus noviſſimis Domitiani, & Nervæ & Traiani, a Conſulatu Valentis & Veri* (legendum Veteri) *uſque Gallo & Bradua.* Sed loco, *annis tredecim*, legendum, *annis duodecim*, ut Conſulatus ſub quo cœpit, & ſub quo deſiit, oſtendit. Pontificatum inierat anno XCV. Domitiani XVII. & Clementis Conſulatu notato, obiitque anno CVIII. menſe ac diebus incertis. Colitur quidem Evariſtus die XXVI. Octobris, legiturque in auctiori Chronico veterum Pontificum: *Sepultus eſt juxta corpus B. Petri in Vaticano VI. Kalend. Novembris.* Sed dies, quibus priores Pontifices Romani coluntur, potius ad aliquas eorum Tranſlationes, quam ad eorum Natalia pertinere, jam ſæpe monuimus. Evariſto ſucceſſit *Alexander*, non quidem Hadriano imperante, ut exiſtimavit Baronius, ſed Traiano Rempublicam Romanam adminiſtrante, ut teſtantur Euſebius tam in Hiſtoria, quam in Chronico, Marianus Scotus, Hermannus Contractus, aliique. Non itaque dubitandum videtur; quin Alexander anno Chriſti CVIII. Eccleſiæ Romanæ gubernaculo admotus fuerit.

Obitus Evariſti P. P.

III. *Decretales Evariſti.* Decretales duæ Evariſto ſupponuntur. Prima *ad omnes Epiſcopos Africæ data IX. Kalend. Aprilis, Valente & Vetere Coſſ.* quam falſam oſtendit locus prolixus Idatii Clari ad Warimarum Arianum huic Epiſtolæ inſertus. Idatius enim exeunte quarto Eccleſiæ ſeculo floruit. Secunda ſcripta eſt *omnibus per Ægyptum Dominis conglutinatis fratribus. Data Kal. Novembris, Gallo & Bradua Coſſ.* Sed refertur in ea tacito Auctoris nomine prolixus alius locus ex prima Epiſtola

[r] COſſ. *Hadrianus Aug. III. & Ruſticus.* Sponius in Miſcellaneis pag. 278. in ænea tabula: DAT. NON. OCTUBRIS, CALLAGORI. IMP. CAES. TRAIANO. HADRIANO. AUG. III. COS. Lapis Reineſianus pag. 252. IMP. CAES. TR. P. AILIO. HADRIANO. AUG. P. M. TRIB. POT. COS. III. P. P. Donianæ inſcriptiones Cl. III. num. 11. ubi *Hadrianus* cum TR. POT. V. COS. III. & num. 13. & 15. cum TR. POT. II. COS. III. Claſſe vero II. n. 83. ex columna milliaria in Hiſpania cum TRIB. POT. IIII. IMP. III. COS. IIII. ubi mendoſe *quartus* pro *tertio* conſulatu ponitur; nam notum eſt, *Hadrianum* tres tantum Conſulatus geſſiſſe. Spartianus in Hadriano cap. VIII. *Tertio conſules, quum ipſe ter fuiſſet, plurimos fecit. Infinitos autem ſecundi conſulatus honore cumulavit. Ipſum autem tertium conſulatum & quatuor menſibus tantum egit, & in eo ſæpe jus dixit.* Faſti Idatiani, corrupte: *Hadriano IV. & Ruſtico.* Proſperi Chronicon: *Hadriano II. & Ruſtico.* Vindebonenſes: *Adriano III. & Ruſtico.* Nonnulli *Ruſtico* prænomen *Quinctii*, & *Junii* nomen tribuunt.

ſtus Papa cum ſediſſet annos novem & menſes tres, vigeſimaſexta Octobris martyrio coronatus eſt; ea enim die in tabulis Eccleſiaſticis natalis (*a*) ejus conſignatus habetur. Tribuit Euſebius (*b*) Evariſti ſedi annos novem tantum, quod non conſueverit ipſe menſes & dies, quibus ſupervixiſſent Romani Pontifices, addere. Quod vero omnes annos ejus ſub Trajano recenſet, inde accidit, quod Cletum una cum Anacleto conflans, unum prætermiſit Romanum Pontificem: in quo ipſum, & qui eum ſecuti ſunt, erraſſe certum eſt. Statuta enim ſemel chronographia Romanorum Pontificum ſuperius ex ſede Clementis, quem antiquorum omnium ſententia perveniſſe uſque ad Trajani annum tertium conſtat, addendo annos novem & menſes ſedis Anacleti, ac totidem Evariſti: inſpectiſque ipſorum diebus natalibus, ut antiquitus in Martyrologio Romano deſcripti habentur; annos, menſes, & dies, ut ſupra poſuimus, eſſe ponendos, ratio perſuadet. Cur autem interdum chronographiam annorum Romanorum Pontificum in libro de Romanis Pontificibus Conſulibus adnotatam, ut mendacem, & ab eodem ipſo auctore penitus diſcrepantem prætermittamus, ſuperius reddidimus rationem tomo primo Annalium in Lino. Index Romanorum Pontificum ab Honorio Papa Tertio collectus, quem exſcripſimus ex Vaticana bibliotheca, hoc anno centeſimo vigeſimoprimo Alexandri Papæ ponit ingreſſum.

(*a*) Rom. Martyrol. 26. Octob.

(*b*) Euſeb. in Chronicô.

Chronographia Romanor. Pontif.

Rurſus vero in ſæpius citato libro de Romanis Pontificibus hæc leguntur poſt alia ſuperius recenſita de Evariſto: *Hic fecit ordinationes quatuor per menſem Decembrem, presbyteros decem & ſeptem, diaconos duos, & Epiſcopos per diverſa loca quindecim*. In quibus deſcribendis, quod numeri lectio varia habeatur, eam poſuimus, quam antiquioribus codicibus invenimus comprobatam. Sed poſt hæc: *Sepultus eſt juxta corpus beati Petri in Vaticano VI. aliter VII. Kalend. Novembris, & ceſſavit Epiſcopatus ejus dies decem & octo*. Hæc ibi. Porro titulo Evariſti duæ leguntur epiſtolæ. *Succeſſit Evariſto Alexander Romanus, patre Alexandro natus, de regione Caputtauri*. Sed quod ait auctor: *E regione Caputtauri*: Cum nulla apud antiquos e quatuordecim regionibus eo nomine dicta habeatur, facile inducor ut exiſtimem locum illum circumſcriptum eſſe juxta Palatium, quem Suetonius (*c*) in Octavio nominat Capita bu- II.

Alexander Papa.

(*c*) Sueton. in Octav. c. 5.

ſtola Clementis Papæ, juxta Latinam interpretationem a Rufino editam; cum tamen hic quinti Eccleſiæ ſeculi initio adhuc in vivis fuerit. Denique incipit cum verbis S. Leonis primi:
IV. *Unum vos, fratres, ſentire oportet & agere*, &c.

Ad num. III. Hadrianus, qui anno ſuperiori Romam venerat, in eadem urbe Conſulatum tertium iniit, quod ex Spartiano in Hadriano cap. 8. colligo: *Ipſum autem tertium Conſulatum, & quatuor menſibus tantum egit, & in eo ſæpe jus dixit*; ubi loquitur Spartianus de geſtis ab Hadriano, dum adhuc Romæ eſſet. Abdicato tertio Conſulatu Roma diſceſſit, & in Palæſtinam venit. Auctor enim Chronici Alexandrini ſub hujus anni Conſulibus ſcribit: *His Coſſ. tumultuantibus Judæis, Hadrianus venit Hieroſolyma, captiſque Hebræis, Terebinthum urbem, ubi celebritatem publicam inſtituit, Judæoſque ſingulos ad equi pretium venales expoſuit, relictos Gazam traxit, ibique propoſito foro vendidit, feſtumque diem inſtituit, qui hodieque appellatur Hadriani. Everſo porro Hieroſolymorum templo, condidit duplex forum, theatrum item, & triſtegum ſeu trizonium atque tetranymphum, & dodecapylum (ædificium duodecim portarum) quod antea gradus appellabant, & denique Codram. Diviſit hinc urbem in ſeptem vicos, creavitque ſeptem Vicomagiſtros, ſinguliſque ſingulos aſſignavit vicos: a quibus hodieque nomina retinent. Urbem, quod ille Ælius Hadrianus diceretur, Æliam nuncupavit*. Sed falſum eſt, Hadrianum Judæorum templum demolitum eſſe, cum id Veſpaſiano imperante contigerit. Veroſimile tamen eſt quod ait Petavius in Animadverſionibus Epiphanianis ad librum de Menſuris & Ponderibus, paulatim accidiſſe, ut *partim Judæi, partim Chriſtiani, ſive in ſuperſtite illa urbis parte, ſive in propinquo aliquo loco, domicilia collocarint. Quæ omnia una cum veteribus Hieroſolymorum reliquis Hadrianus demolitus eſt, ac novam a fundamentis urbem extruxit: non tamen iiſdem in veſtigiis, quibus prior conſtiterat, ſed ut in urbium inſtauratione ſæpius uſu venit, haud procul a veteri ſede*. Huc referendum quod ait Epiphanius in libro de ponderibus & Menſuris num. XIV. *Itaque in Ægyptum profectus, cum Roma diſcedens, urbes illas, quæ in itinere poſitæ ſunt, obire ac perluſtrare vellet, inter ceteras Antiochiam, ac Celem, Syriam, Phœnicem, & Palæſtinam, quæ Judæa dicitur, anno, quam everſa fuerat, ſeptimo & quadrageſimo peragrans, Hieroſolymam celeberrimam urbem ac nobiliſſimam contendit, quam Titus Veſpaſiani filius ſecundo ſui Imperii anno ſubverterat. Hanc ille ſolo æquatam, templum ipſum deſtructum ac proculcatum reperit, paucis ædibus exceptis, ac parva quadam Chriſtianorum Eccleſia &c.* Addit Epiphanius, Hadrianum de urbe inſtauranda cogitaſſe, quod ab eo factum infra ſuo loco oſtendemus. Verum quidem eſt, Baronium hunc Epiphanii locum anno CXXXV. ſeu, ut ipſe numerat, anno CXXXVII. narrare, quod Æliam eo dumtaxat anno conditam exiſtimet. Sed, ut anno CXXXII. dicemus, Ælia non alio anno quam præſenti ædificata. Porro quadraginta illi ſeptem anni ab anno Chriſti ſeptuageſimo primo, quo triumphus Judaicus ductus, deſumendi, & ultimus, quo Hadrianus Hieroſolymam venit, ut ſæpe ab Antiquis fit, excludendus; ac præterea annus ſecundus Veſpaſiani loco ſecundi Titi numerandus. Denique, Hadrianum currenti anno quo Conſulatum tertium geſſit, in Ægyptum veniſſe demonſtrat Nummus a Mediobarbo productus pag. 175. HADRIANUS AUG. COS. III. P. P. In poſtica: ADVENTUI AUG. S. C. ALEXANDRIAE. Cernitur Imperator habitu Conſulari, dextram porrigit Jovi Serapidi, poſt quem Iſis ſtans ſiniſtra ſiſtrum tenens,

Hadrianus in Palæſtinam & Ægyptum venit.

Baron. an. 137. nu. VIII.

bubula, ubi natum fuiſſe Octavium tradit.

III. Hoc eodem anno ſecundo Hadriani Imp. cum Judæi captata occaſione abſentiæ Principis, qui ſuperiori anno (ut vidimus) ex Syria Romam venit, iterum rebellaſſent, rurſus domiti ſunt: hæc enim Euſebius (*a*) hoc anno contigiſſe tradit. At quoniam non ſemel, ſed iterum ab eodem Imp. Judæi in Palæſtina afflicti ſunt; ne quis hæc confundendo, errore labatur, diſtinguenda eſt altera ab altera clade, & quid prius, quidve poſterius factum ſit, diligentius exquirendum. Priorem hanc factam eſſe ſub Hadriano Judæorum debellationem ſub Tinio Rufo, teſtatur S. Hieronymus (*b*): huncque in ejuſdem adminiſtratione provinciæ perſeveraſſe uſque ad annum decimumſextum ejuſdem Imp. Euſebius (*c*) auctor eſt. Poſterior Judæorum vexatio accidit ſub Julio Severo, homine ſtrenuiſſimo, quem (ut tradit Dio *d*) ea de cauſa ex Britannia Hadrianus in Syriam evocavit: hanc autem contigiſſe poſtquam idem Imp. in Orientem reverſus eſt, tum Dio, tum Spartianus (*e*) teſtantur, qui prioris, nempe hujus quam hoc anno accidiſſe tradit Euſebius, nullam penitus habuerunt mentionem, quod reſpectu poſterioris, quam Euſebius in Chronico anno decimoſexto Hadriani Imperii factam fuiſſe tradit, leviſſima viſa ſit. Quamobrem haud ſatis videtur poſſe firmari, quod S. Hieronymus (*f*) de his agens, ait: *Tres autem anni & ſex menſes ſub Hadriano ſupputantur, quando Jeruſalem omnino ſubverſa eſt, & Judæorum gens catervatim cæſa, ita ut Judæi quoque finibus pellerentur*: Nam hæc tum Euſebii, tum etiam Dionis & Spartiani teſtimonio refelluntur. S. Epiphanius (*g*) cum hæc jure facta dicat poſt reditum Hadriani Antiochiam, quando Hieroſolymam quoque petiit: tamen cum numeret a clade illata ſub Tito uſque ad ultimam, quæ facta eſt ſub Hadriano, annos tantum quadragintaſeptem, ad ipſum potius Imperium Hadriani, quod eo ipſo anno cœptum eſt, quam ad certum annum ejus Imperii, quo ea accidit, reſpexiſſe videtur. His igitur de tempore utriuſque cladis elucidatis, cætera quæ in poſteriori atque noviſſima acciderunt clade ſuo loco pluribus dicturi ſumus.

(*a*) *Euſeb. in Chronico.*

Quæ Hadrianus in Judæos.

(*b*) *Hier. in Daniel. c. 9. in fin.*

(*c*) *Euſeb. in Chronico.*

(*d*) *Dio in Hadriano.*

(*e*) *Spartian. in Hadriano.*

(*f*) *Hier. in Daniel. c. 9.*

(*g*) *Epiph. lib. de menſur.*

JESU CHRISTI ANNUS	ALEXANDRI PAP. ANNUS	HADRIANI IMP. ANNUS
122.	2.	3.

I. ANno Chriſti centeſimovigeſimoſecundo, Conſulatum inierunt Cæcilius Severus, & Aurelius Fulvus, qui poſtea dictus eſt Antoninus pius Imperator. Meminit hujus Conſulatus Spartianus in Antonino Pio. Hoc igitur anno, qui numeratur tertius Hadriani, in Eccleſia Alexandrina defuncto Primo Epiſcopo, ſubrogatus eſt in locum ipſius Juſtus, qui ſedit annos undecim. Hæc Euſebius (*a*). Quo tempore Hadrianus Imp. cum res Urbanas compoſuiſſet atque

Juſtus Epiſcopus Alexandr.

(*a*) *Euſeb. in Chronico.*

nens; poſt Imperatorem alia figura muliebris manum ſiſtro intendens. Quare perperam negavit Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis, Hadrianum hoc tempore Alexandriam veniſſe, ſcribens erraſſe Euſebium, quando primo Hadriani anno ait: *Hadrianus Alexandriam a Romanis ſubverſam publicis inſtauravit expenſis*. Nam res quidem anno ſuo non conſignata, & Alexandriæ ſubverſio Veteribus non memorata; ſed Hadriani ad eam urbem adventus indubium non revocandus, cum tertius Conſulatus ultimus ſit, quem Hadrianus ſuſcepit.

Anno Periodi Græco-Romanæ 5613.

☉ 17. AG. ☽ 7. P.1. April. Indict. 3.

Jesu Christi 120. *ſecund. Baronium* 122.

Sixti Papæ 5.

Hadriani Imp. 4.

SÆC. II. Anno Urbis 873. Olymp. 224. an. 4. A. C. 120.

[1] AD num. I. Coſſ. *L. Catilius Severus*, & *T. Aurelius Fulvus*, ex Inſcriptione Onuphriana. Ha-

I. *Conſules.*

[1] COſſ. *L. Catilius Severus*, & *T. Aurelius Fulvus*. Gruterus pag. DXCVIIII. 9. EXCESSIT. IIII. IDUS. SEPTEMB. L. CATILIO. SEVERO. T. AURELIO. FULVO. COS. Capitolinus in Pio cap. I. hæc ejus nomina fuiſſe tradit, nempe *Titi Aurelii Fulvii Boionii Pio*. De eo Gruterianum lapidem, quem nunc dedimus, loqui putant. In Donianis inſcriptionibus Cl. II. num. 162. pag. 103. lapis affertur ex ſchedis Manutiis Vaticanis, ubi L. AELIO ANTONINO. ET. PETO COS. legitur; ex quo primus *Antonini* conſulatus ordinarius hoc anno una cum *Peto* conſule ſuffecto geſtus denotari forte videtur. *T. Aurelius Fulvus*, de quo Gruteriana inſcriptio, eſt certe *Antoninus Pius* Imperator ex ſententia Noriſii de Epochis Syro-Maced. cap. II. pag. II. ubi nonnulla habet de *L. Catilio Severo* ejus collega, qui poſt conſulatum, *Aſiæ Proconſul* fuit, ut patet ex Græca ſepulcrali inſcriptione apud Sponium in Itinerario P. I. pag. 398. *Catilio Severo* ſcribit Plinius lib. I. epiſt. XXII. & lib. III. epiſt. XII. Fuit autem *Catilius Severus*, maternus proavus *Antonini Philoſophi* Auguſti. Faſti Idatiani: *Severo II. & Fulvo*. Proſperi Chronicon: *Serviliano & Fulvo*. Faſti Vindebonenſes: *Severo, & Fulvo*.

que firmaſſet, peregrinationem per univerſas Romani orbis provincias inſtituit; & (ut habet Spartianus *a*) primo in Galliam atque Germaniam tranſiit, inde in Britanniam tranſmiſſurus. Ita circumiens provincias uniuſcujuſque proſpiciebat ſecuritati, atque utilitati. Quamobrem cuſus eſt nummus hujuſmodi inſcriptione (*b*): LOCUPLETATORI ORBIS TERRARUM. & alius cum hujuſmodi faſtus pleno titulo: RESTITUTORI ORBIS TERRARUM, quem hic tibi excuſum typis reddimus.

(*a*) *Spart. in Hadriano.*

(*b*) *Adolph. lib. numiſmat.*



(*c*)



(*c*) *Ex Muſæo Lælii Paſqual. Canonic. S. Mariæ Maior. in Urbe.*

Ventoſi plane atque vani tituli ex adulatione aſſentantium comparati. *In ea item peregrinatione* (inquit Spartianus) *Procuratores & Præſides earum pro factis ſupplicio affecit ita ſevere, ut accuſatores per ſe crederetur immittere.* Et inferius: *De judicibus omnibus ſemper cuncta ſcrutando tandiu requiſivit, quamdiu verum inveniret.* Sed & ſuperius: *Cum judicaret, in Concilio habuit non amicos ſuos aut comites ſolum, ſed Juriſconſultos, & præcipue Julium Celſum, Salvium Julianum, Neratium Priſcum, alioſque, quos tamen Senatus omnis probaſſet:* Hæc Spartianus; qui cum de eodem ſcribat, quod ſacra Romana diligentiſſime curavit, peregrina vero contempſit: quod ſciret Chriſtianam religionem peregrinam, & Romanorum ſuperſtitioni penitus adverſantem; in eam quo cœperat animo infenſiſſimo ſævire non deſiit.

¶. Nam cum ituro in Gallias, Italicus Præſes, qui Rhetias curabat provincias, ad Abduam fluvium illi occurriſſet, inter alia de Chriſtianis ſuggeſſit, quod obſtinatiſſime deos averſarentur: impetratoque ab eo reſcripto, ut qui deos venerari nollent, diverſis affectos ſuppliciis neci traderet, Fauſtinum presbyterum & Jovitam diaconum Brixiæ aſſumit in quæſtionem. Cumque eos Hadrianus audire voluiſſet, nec blanditiis illos, ut Solis ſimulacrum venerarentur, adducere potuiſſet, condemnat ad beſtias: quæ cum illis parcerent, eo miraculo Calocerus & alii complures ex familia Principis, necnon Afra Præſidis uxor, Chriſtianam religionem prædicare, ac etiam profiteri cœperunt: quos primum tentatos, ſed in ſententia ſtabiles, inventos, Imperator capite truncari mandavit. Calocerus vero una cum Fauſtino atque Jovita Mediolanum perductus diris ſubjicitur quæſtionibus, ac tandem morte mulctatus eſt: re-

Martyres Brixiani.

II. *Geſta anno præſenti ab Hadriano.* Hadrianus anno tantum ſequenti per univerſas Imperii Provincias peregrinationem inſtituit, ut tunc commodius oſtendetur. Incertum autem, an currenti vel ſequentis initio Romam redierit. Spartianus in Hadriano cap.6. loquens de Hadriano, dum adhuc Romæ eſſet, ait: *Audito dein tumultu Sarmatarum & Roxolanorum, præmiſſis exercitibus, Mœſiam petiit.* Ac paulo poſt: *Cum Rege Roxolanorum, qui de imminutis ſtipendiis querebatur, nullo cognito negotio pacem compoſuit.* In Collectaneis Græcis apud Scaligerum dicitur, Hadrianum urbem in Mœſia ædificaſſe, eamque *Hadriani venationes* appellaſſe, idque anno tertio Olympiadis CCXXIV. qui menſe Julio currentis Chriſti anni abſolvitur. Quare Hadrianopolis hoc anno ædificata videtur. Verum eſt, Euſebium in chronico tam ſecundum Pontacum, quam ſecundum Scaligerum, anno Abrahami 2135. qui cum menſe Septembri præcedentis Chriſti anni terminatur ſcribere: *Bellum in Sauromatas geſtum.* Sed Chronologia, per tranſpoſitionem annorum Librariorum errore factam, in eo Chronico non parum labefactata. Unde Marianus Scotus & Hermannus Contractus, qui ſinceriora Chronici Euſebiani exemplaria viderant, hæc verba cum anno quarto Hadriani copulant.

III. *Fauſtini & Jovitæ martyrium.* Ad num.II. Acta *SS. Fauſtini & Jovitæ*, qui martyrium Brixiæ ſubiere, refert ex Auctore anonymo Henſchenius die XV. Februarii, cenſetque eos præſenti anno ab Hadriano morte affectos; quæ etiam ſententia Baronii fuit. Sed Henſchenius in Vita *S. Afræ*, quæ, *Italico* comite marito crudeli pagano a leonibus, leopardis & urſis cum idolorum Sacerdotibus devorato, converſa eſt, & cum Fauſtino & Jovita fratribus plurimum cruciata, ac tandem martyrio coronata fuit, obſervat, in ſecunda Vita Fauſtini & Jovitæ num.VIII. dici; Fauſtinum, Jovitam, Calimerium & Afram veniſſe ad locum, qui dicitur *Catacumbas*, & ibi inveniſſe *B. Teleſphorum* Epiſcopum, qui & ipſe latitabat inter ſepulcra Martyrum, propter paganorum metum. Unde recte deducit Henſchenius, Jovitam & Fauſtinum circa annum 133. quo Teleſphorus ſedebat, morte affectos; eo magis, quod in Vita S. Calimerii die XXXI. Junii idem legitur. Colitur *S. Afra* die XXIV. Maii, quo ejus Acta Henſchenius illuſtrat.

liqui duo Romam miſſi ſunt, ubi per Pontifiçes diu tentati, demum Brixiam remiſſi, mortis ſententiam acceperunt: notatus fuit ſingulorum natalis dies in tabulis Eccleſiaſticis, ut ex inſtituto Eccleſiæ, annis ſingulis eorumdem memoria ageretur, prout in Romano Martyrologio ſcriptum legitur. Nec prætẹrimus, in eorumdem martyrum Actis (*a*) notatum haberi, Romanum Pontificem, qui his temporibus præerat Dei Eccleſiæ, una cum multis in Catacumbis, perſecutionis cauſa, latuiſſe, atque Calimerum Epiſcopum ordinatum Mediolanum miſiſſe. Paſſi etiam his Hadriani temporibus Romæ compluresalii martyres reperiuntur, ut Seraphia (*b*) virgo Antiochena, & Sabina (*c*) nobilis fæmina Romana, Sophia (*d*) cum tribus filiabus ad pietatem egregie inſtitutis, & alii, de quibus inferius.

(*a*) *Apud Sur. to.1. die 16. Feb.*

(*b*) *Rom. Martyrol. 3. Septemb.*
(*c*) *Ibidem 20. Aug.*
(*d*) *Ibidem 1. Auguſt.*

JESU CHRISTI ANNUS 123. | ALEXANDRI PAP. ANNUS 3. | HADRIANI IMP. ANNUS 4.

I. CEnteſimus vigeſimuſtertius Chriſti annus Glabrionem & Torquatum (ſecundum Caſſiodori Chronicon) habuit Conſules, vel (ut alii) Annium Verum & Augurem: ☞ quod magis verum probatur, quam quod Caſſiodori Chronicon depravatum habet ☜, *quo Hadrianus Britanniam petens* (inquit Spartianus *e*) *multa correxit, murumque per octoginta millia paſſuum primus duxit, qui barbaros Romanoſque divideret*: Et inferius: *Compoſitis in Britannia rebus, tranſgreſſus in Galliam, Alexandrina ſeditione turbatus, quæ nata eſt ob Apim; qui cum repertus eſſet poſt multos annos, turbas inter populos creavit; apud quem deberet collocari, omnibus ſtudioſe certantibus*. Hæc Spartianus. Magna Dei providentia factum eſt, ut quo tempore Hadrianus Chriſtianam religionem inſectabatur, quales eſſent dii Gentium, fierent manifeſti. Apim enim non Ægyptios tantum coluiſſe, ſed ejuſdem cultum tranſiſſe ad Romanos, Minutius Felix eis exprobrat in Octavio, cum ait: *Nonne & Apim bovem cum Ægyptiis adoratis & paſcitis? Erat Apis* (inquit Herodotus *f*) *idemque Epaphus e vacca genitus, quæ nullum alium poteſt concipere fœtum; quam Ægyptii ajunt fulgure ictam concipere ex eo Apim. Habet autem hic vitulus, qui appellatur Apis, hæc ſigna: Toto corpore eſt niger, in fronte habens candorem figuræ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ, cantharum in palato, duplices in cauda pilos*. Hæc Herodotus, dum de Cambyſe Rege recenſet hiſtoriam, qui educto mucrone femur Apis percuſſit, cachinnanſque ſacerdotibus dixit: *O capita nequam, hujuſcemodi dii exiſtunt ſanguine atque carne præditi, & ferrum ſentientes?* di-

(*e*) *Spartian. in Hadriano.* Rixæ Alexandrinorum ob Apim inventum.

(*f*) *Herodot. in Thalia.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5614.

SÆC. II. Anno Urbis 874. Olymp. 225. an. 1. A.C. 121.

☉ 18. F. ☽ 8. P. 21. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 121. *ſecundum Baronium* 123.

SIXTI PAPÆ 6.

HADRIANI IMP. 5.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *M. Annius Verus II. & L. Augur.* Baronius priorem ſine numerali nota profitetur. Sed Capitolinus in Vita Marci Aurelii ait, hunc natum eſſe *VI. Kal. Maias avo ſuo iterum & Augure Coſſ.* Geminum itaque Conſulatum geſſit M. Annius Verus M. Aurelii poſtea Imperatoris avus, ut pluribus oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari.

II. *Hadriani Quinquennalia.* Atque hinc lucet, Hadrianum hoc anno Quinquennalia exhibuiſſe; annis enim id genus feſtis deſtinatis, ſi Conſulatum Imperatores non ſumerent, eum in viros Conſulares, aut propinquos de more conferebant. Hujus feſti ſuperſunt alia indicia. Extat Hadriani Nummus inſcriptus, IMP. CAESAR TRAIANUS HADRIANUS AUG. P. M. TR. P. COS. III. P. P. In poſtica: ANN. DCCCLXXIIII. NAT. URB. P. CIR. CON. S. C. Cernitur figura humi ſedens, cum rota & tribus obeliſcis. Præfata vero verba ſic legenda. *Anno* (Urbis) *DCCCLXXIV. Natale Urbis, Circus conditus, Senatuſconſulto*. Quid litera P. ſignificet, mihi incompertum. Valeſius in Notis ad Ammianum lib. 16. ubi eam Inſcriptionem recitans, loco P. legit R. id eſt, *Roma*; ſed Nummos corrumpere non licet. Hæc vero verba, *Cir. Con.* vertit, *Circenſes conceſſi*. Sed perperam: cum enim de more Ludi Circenſes exhiberentur, in Nummis annis Quinquennalium addictis non memorabantur. Hadrianus itaque ante præſentem annum Roma non diſceſſit, ibique, ut ex ea epigraphe deducitur, Natale Urbis celebravit, quo nomine vocari eum diem juſſit, qui ante *Parilia* dictus erat, & Urbis templum, de quo mentio apud Ammianum lib. 16. cap. 10. extruxit, ut indicat Athenæus lib. 8. cap. 16. *Celebrantur*, inquit, *Parilium dicta quondam feria, nunc Romanas appellant, extructo* di-

[1] COſſ. *M. Annius Verus II. & L. Augur.* Inſcriptio Aricina apud Cuperum num. 2. in epiſtola præfixa Almelovenii Faſtis. Collegam *Veri* nonnulli *Aurelium Augurinum* appellant. Capitolinus in vita M. Aurelii cap. 1. *Natus eſt Marcus Romæ ſexto Kal. Maias in monte Cælio in hortis, avo ſuo iterum, & Augure Coſſ.* Faſti Idatiani, & Vindebonenſes; *Vero II. & Augure.* Proſperi Chronicon: *Vero & Augurino.*

dignus nimirum Ægyptiis hic deus, &c.

II. *Cultores Apis Judæi apoſtatæ.*

Idem teſtatur, conſueviſſe ejuſmodi animal raro videri; cum autem appareret, Ægyptios omnes præ lætitia pulcherrima ferre veſtimenta: quod cum accidiſſet in reditu Cambyſis ex Æthiopia, multis de exercitu amiſſis, putans lætari Ægyptios ſuis ipſius infortuniis, quampluꝛimos ex iis necari juſſit, immo omnes qui a feriatione Apis non deſtitiſſent. Judæos qui olim in Ægypto aſſueverant, ſecundum ſuam ipſorum ſuperſtitionem in deſerto conflaſſe Apim, juxta illud Pſalmi (*a*): *Mutaverunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum;* prout & in Exodo (*b*) ſcriptum eſt: *Fecerunt ſibi vitulum conflatilem:* certa ſententia eſt, plurium auctoritate firmata. Juſto etiam Dei judicio factum eſt, ut Ægyptii illi, qui hactenus in ſuo cæco errore manſiſſent, hujus apparitione ipſorum dei, mutuo con-

(*a*) *Pſal.* 105.

(*b*) *Exod.* 32.

Ann. Eccl. Tom.II.

certarint, ſeque confecerint. Sed de Api & aliis Ægyptiorum diis plura ex antiquis collegit Euſebius (*c*).

(*c*) *Euſeb. de præpar. Evang.lib.* 2. *c.*11.

III. Arrius Antoninus proconſ. in Aſia.

Hoc eodem anno Aurelius Antoninus, idemque (ut auctor eſt Spartianus in Hadriano) ab avo materno dictus Arrius Antoninus, qui & poſtea Auguſtus cognominatus eſt Pius, cum ſuperiori anno (ut dictum eſt) Conſulatum cum Catilio Severo geſſiſſet, more majorum provinciam accipiens adminiſtrandam, Proconſul in Aſiam miſſus eſt. Meminit ejus Proconſulatus in Aſia, ubi omen futuri accepit Imperii, Spartianus (*d*), dum res ab eo geſtas deſcribit. ☞ Functus olim fuerat, Domitiani, ut opinor, temporibus, eodem magiſtratu maternus Pii avus Arrius alter Antoninus, ad quem poſt geſtum Aſiæ proconſulatum ſcriptæ extant litteræ Plinii Junioris ☞. Ad hunc ipſum Proconſulatum agentem in Aſia

(*d*) *Spartian. in Antonino Pio.*

dicatoque fortunæ Urbis templo ab optimo & humaniſſimo Imperatore Hadriano. Eum ſcilicet diem cum ſolenni celebritate quotannis feſtum agunt, non ſolum Romani cives, ſed etiam quotquot externi homines tum Romæ ſunt. En quot indicia horum Quinquennalium. Hadrianus Urbis templum condidit, quod in Quindecennalibus dedicavit. Præterea eum diem, qui ante *Parilia* dicebatur, *Natalem* urbis Romæ vocari voluit, ut ex laudatis Athenæi verbis elicit Valeſius citatus. Denique Circum cum tribus obeliſcis condidit Hadrianus. Quæ omnia in Quinquennalibus & id genus feſtis de more fieri ſolita, templa nempe dedicari, urbibus nova nomina imponi, ac publica monumenta conſtrui. Nec refert, Spartianum alioſque nullam de aliquo peculiari Circo ab Hadriano condito mentionem facere; cum multa ex Nummis diſcamus, quorum nullum apud Auctores veſtigium. Hanc conjecturam confirmat alius Nummus apud Occonem pag.232. inſcriptus: IMP. CAES. HADRIANUS AUG. COS. III. cum Circo, ut in præcedenti, repræſentato. Interim obſervandum, Hadrianum in Nummo, in quo Natale Urbis exprimitur, Senatus auctoritate percuſſo, Patrem Patriæ appellari, ideoque per hæc tempora illud nomen tuliſſe, quemadmodum & ſequentibus annis, ut infra videbitur. Poſtquam hæc ſcripſeram in manus meas venit Commentarius Sertorii Urſati de Notis Romanorum, ubi cum pag.370. iſtas P. R. C. A. DCCCXLIV. hoc modo explicet, poſt Romam conditam annis octingentis quadraginta quatuor, minime dubitandum, quin iſtæ: ANN. DCCCLXXIIII. NAT. URB. P.CIR. CON. S. C. hoc modo legendæ ſint, anno DCCCLXXIIII. Natale Urbis. Poſt Circum conditum. Senatus Conſulto.

III. *Hadrianus poſt Quinquennalia profectionem ſuam inſtituit.*

Xiphilinus in Hadriano ait: *Præterea ſpectacula die ſuo natali* (id eſt, in Quinquennalibus ſuis, quæ eo nomine ab Antiquis ſæpe ſignificata, quod die natali Imperii de more celebrarentur) *populo gratis dedit, ubi ita magnus numerus beſtiarum cæſus eſt, ut ſimul leones centum, ac totidem leænæ confectæ fuerint. Dona in Theatro & Circo viris atque mulieribus ſeparatim in ſphæris miſſilibus dedit: & ne mulieres cum viris lavarentur, vetuit. Quo anno hæc facta ſunt, Euphrates Philoſophus obiit mortem voluntariam; cum ei Hadrianus propter ſenectutem & morbum cicutam bibere conceſſiſſet. Poſt hæc Hadrianus in alias ex aliis Provincias, regioneſque & urbes proficiſcitur viſendi cauſa.* Ex quibus manifeſtiſſimum redditur, Hadrianum præſenti anno Romæ Quinquennalibus ſuis interfuiſſe, & nonniſi iiſdem celebratis profectionem ſuam inſtituiſſe. Nam Euphratem Philoſophum hoc anno tantum demortuum, habemus ex Collectaneis Græcis apud Scaligerum, ubi hujus Philoſophi mors copulatur cum anno primo Olympiadis CCXXV. qui præſenti Chriſti anno menſe Julio auſpicatur. Præterea Euſebius in Chronico mortem Euphratis recitat anno Abrahami 2137. ſecundum editionem Scaligerianam, Pontacena per Hadriani tempora accuratiorem. Unde & Marianus Scotus anno quinto Hadriani eamdem narrat. Is porro annus Abrahami cum currentis Chriſti anni menſe Septembri abſolvitur.

IV. *Quas regiones Hadrianus hoc anno peragravit.*

Hadrianus, Quinquennalibus Romæ celebratis, profectus eſt in *Gallias*, indeque in *Germaniam* tranſiit, ac poſtea *Britanniam petiit, in qua multa correxit, murumque per octoginta millia paſſuum primus duxit, qui Barbaros Romanoſque divideret.* Hæc Spartianus in Hadriano capit. 12. Hujus valli ac muri etiamnum reliquias extare teſtatur Cambdenus in Deſcriptione Britanniæ. *Compoſitis in Britannia rebus tranſgreſſus in Galliam Alexandrina ſeditione turbatus, quæ nata eſt ob Apim,* &c. ait ibidem Spartianus, qui ſubjungit: *Per idem tempus in honorem Plotinæ Baſilicam apud Nemauſum opere mirabili extruxit, poſt hæc Hiſpanias petit, & Tarracone hiemavit.* Quas regiones hoc anno Hadrianus mira celeritate peragravit, cum Spartianus de hieme præſentis anni loquatur, ut, quæ anno ſequenti dicemus, manifeſtum facient. Hadrianus itaque Tarracone manſit uſque ad menſem circiter Aprilem anni Chriſti inſequentis. Ex his deduco, eum, Quinquennalia anticipaſſe, & ea prioribus hujus anni menſibus exhibuiſſe; alioquin ad tot regiones inviſendas tempus non habuiſſet. Baronius, quem paſſim alii ſecuti ſunt, profectionem Hadriani Gallicam & Germanicam, in annum præcedentem, Hiſpanicam vero in annum ſequentem confert; quod ex dictis ſubſiſtere non poteſt. Apud Mediobarbum extat Nummus Hadriani inſcriptus: HADRIANUS AUG. COS. III. P. P. In poſtica: ADVENTUI AUG. GALLIÆ. In averſa parte alterius, BRITANNIA S. C. In poſtica alterius, ADVENTUI AUG. S. C. HISPANIÆ.

Baron. an. 122. n.1. & an.123. n.1.

(a) Plin. lib.4.epiſt. 5. extant litteræ Plinii Junioris (*a*) quibus eumdem cum in multis laudet, illud etiam in eo eſt admiratus, quod Romanus homo cum eſſet, adeo litteris Græcis eſſet excultus, ut eos qui nati eſſent Athenis ſuperaret: quod & aliis (*b*) ad eum litteris datis inculcat: ut dubitari jam poſſit & quæri uter horum fuerit ille Aſiæ proconſul Arrius Antoninus. Sed quorſum hæc? ob id ſcilicet, ut oſtendatur hic ille eſſe Arrius Antoninus, quem, dum provinciam adminiſtraret, & de Chriſtianis quæſtiones haberet in una Aſiæ provinciæ civitate, quæ Chriſtianam religionem fuerat amplexata, omnes qui in ea erant Fideles pro tribunali ſedentem adiere, palam ſe Chriſtianos eſſe profitentes, eaque de cauſa omnes ſe libenter mortem oppetituros: cum is rei magnitudine & novitate perterritus, paucis ex illis damnatis; in reliquos, ut præcipitia atque ſuſpendia, ſi mori optarent, ſibi ſponte deligerent, exclamavit.

(b) Idem l.4. ep.18. & l.5. ep. 10.

IV. Recitat hæc Tertullianus ad Scapulam (*c*), ſic dicens: *Arrius Antoninus in Aſia cum perſequeretur inſtanter, omnes illius civitatis Chriſtiani ante tribunalia ejus ſe manu facta obtulerunt. Cum ille, paucis duci juſſis, reliquis ait:* Ὦ δειλοὶ, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε hoc eſt: O *miſeri, ſi cupitis perire, præcipitia & reſtes habetis:* hæc Arrius Antoninus: qui (ut dictum eſt) poſtea ſuccedens in Imperium, Pius eſt dictus; ſed & tertius alius poſtea fuit, ad quem referri hæc poſſe videantur Arrius Antoninu, idemque Proconſul in Aſia, qui claruit temporibus Commodi Imperatoris, ſub quo & fuit occiſus. Meminit de eo Lampridius in Commodo, ſic dicens: *Inſidiis Cleandri Arrius Antoninus fictis criminibus in Attali gratiam, quem in Proconſulatu Aſiæ damnaverat, fuit occiſus.* De quolibet autem trium horum Antonino Tertulliani verba interpretemur: ex his certe palam fit, magnas olim in Chriſtianos perſecutiones excitatas fuiſſe: Nam ſi qui omnium æquiſſimi habebantur Præſides provinciarum, ut Antoninus, inſtanter (ut ait Tertullianus) Chriſtianos perſequebantur, quid alios feciſſe credendum? Videas ex his pariter flagrantem in Chriſtianis amorem pro Chriſti nomine martyrii ſubeundi.

(c) Tert. ad Scapul. c. ult.

Chriſtianorum ingens Martyrii ardor.

JESU CHRISTI ANNUS	ALEXANDRI PAP. ANNUS	HADRIANI IMP. ANNUS
124.	4.	5.

I. QUi ordine ſequitur annus Domini centeſimus vigeſimus quartus, qui eſt Hadriani Imperii quintus, notatur a Caſſiodoro Coſs. Aſiatico & Quinto, ab (*d*) aliis Aviola & Panſa quos magis ſequimur, cum tam a Græcis, quam a recentioribus noſtris approbentur. Quo anno (inquit Euſebius *e*) Hadrianus Impe-

(d) Panvin. & alii eum ſecuti.

(e) Euſeb. in Chronic.

SÆC. II. Anno Urbis 875. Olymp. 225. an.2. A.C. 122.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5615.

☉ 19. E. ☽ 9. P.13. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 122. *ſecund. Baronium* 124.

SIXTI PAPÆ 7.

HADRIANI IMP.6.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Acilius Aviola, & Corellius Panſa*, ex Inſcriptione Onuphriana.

II. *Itinerarium Hadriani.* Hadriani profectio Hiſpanica, quam hoc anno Baronius recitat, ad annum præcedentem pertinet, ut ibidem oſtendimus. Addit Baronius in Annalibus Euſebium in Chronico teſtari, Hadrianum in Libyam colonias deduxiſſe. Verum in Diſſertatione Hypatica jam oſtendi, id anno præcedenti contigiſſe, & annis Quinquennalibus & id genus feſtis addictis colonias fuiſſe inſtitutas. Subjungit denique ibidem Baronius, Hadrianum in Achaiam veniſſe, & Athenis commoratum eſſe, quod ad annum Chriſti CXXV. ſpectat, ut infra videbitur.

Ex Hiſpania Hadrianus Athenas profectus eſt. Euſebius enim in Chronico anno Abrahami 2138. qui cum menſe Septemb. præſentis Chriſti anni abſolvitur, ait: *Hadrianus Athenienſibus leges petentibus ex Draconis & Solonis reliquorumque libris jura compoſuit.* Tum anno Abrahami 2139. qui Kalendis Octobris præſentis Chriſti anni auſpicatur, inquit: *Cephiſus fluvius Eleuſinam inundavit, quem Hadrianus ponte conjungens, Athenis hyemem exegit*, præſentis nempe Chriſti anni; ideoque Hadrianus Athenis fuit uſque ad vernum tempus anni inſequentis. Quæ omnia confirmantur ex Chronico Alexandrino, ubi hoc anno legitur: *His Coſſ. Hadrianus in Ægyptum profectus condidit Antinoum Thebaidis III. Kal. Novembris*, quæ urbs nunc in ruinis jacet, diſtatque a Nilo decem leucis in Ortum. Hadrianus igitur præſenti anno Athenis in Ægyptum profectus eſt; indeque Athenas rediit, ubi hiemem tranſegit. Hinc apud Mediobarbum Nummus Hadriani: HADRIANUS AUG. COS. III. P. P. In poſtica, ÆGYPTOS, vel ALEXANDRIA, vel NILUS, vel S. C. RESTITUTORI ÆGYPTI.

III. *Hadrianus Athenas & in Ægyptum venit.* Baron. an. 125. n.1.

[1] COſſ. *Acilius Aviola, & Corellius Panſa.* Gruterus pag. CCCXXXV. ACILIO AVIOLA. ET CORELLIO, (pro CORNELIO) PANSA. COS. Hinc nonnulli hos conſules ita deſcribunt: *Manius Acilius Aviola, & C. Cornelius Panſa.* Faſti Idatiani: *Aviola & Panſa.* Ita Proſperi Chronicon, & Faſti Vindebonenſes.

peratōr in Libyam, quæ a Judæis vaſtata fuerat, colonias duxit. Accidit autem ejuſmodi clades (ut ſupra meminimus) ſub Traiano. Hoc item anno Hadrianum Hiſpanias peragraſſe, ſecundum ea quæ a Spartiano (a) ſcribuntur; & quod Euſebius tradit, anno ſexto ejus Imperii, eumdem in Achaiam veniſſe, & Athenis commoratum eſſe, habita exacta temporis ratione, dicere opus eſt. Quæ autem ab eo in peregrinatione ſint geſta, quod ad res Eccleſiaſticas minime pertinere noſcantur, prætermittimus: habent Dionem & Spartianum quos conſulant qui iſta cupiunt: hæc autem quæ dicta ſunt ad rectam temporum conſtituendam chronographiam, prætermiſiſſe minime oportuit.

(a) Spartian. in Hadrian.

JESU CHRISTI ANNUS 125. — ALEXANDRI PAP. ANNUS 5. — HADRIANI IMP. ANNUS 6.

I. *Anno Domini centeſimo vigeſimoquinto Coſſ. Vero & Ambiguo* (b), *vel ſecundum alios* (c) *Arrio Petino & Aproniano, Hadrianus Imperator ex Hiſpania recta navigans, in Achaiam venit; Athenaſque abiens exemplo Herculis, & Philippi, ſacra Eleuſinia ſuſcepit, multaque in Athenienſes contulit.* Hæc Spartianus (d). Recenſet Dio (e) alia plura, quæ eiſdem eſt impartitus, ſed & addit Caſſiodorus (f): *Sub iiſdem Conſulibus, Athenienſibus leges petentibus Hadrianus ex Draconis & Solonis reliquis libris compoſuit.* Eadem ante ipſum Euſebius in Chronico, hoc item anno. Cæterum quantumlibet Athenæ, Areopagitarum collegio probatiſſimo, omnium civitatum optimis legibus excultarum præſtantiſſimæ haberentur; quamvis & antiquis legibus rurſum reſtitutis ab Hadriano, egregie excul-

Quid Hadrianus Athenis.

(b) Caſſiod. in Chronic. (c) Panvin. in Faſt. (d) Spartian. in Hadrian. (e) Dio in Hadrian. (f) Caſſiod. in Chronic.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5616.

SÆC. II. Anno Urbis 876. Olymp. 225. an. 3. An. Ch. 123.

☉ 20. D. ☽ 10. P. 29. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 123. *ſecundum Baronium* 125.

SIXTI PAPÆ 8.

HADRIANI IMP. 7.

I. Conſules. [1] AD num. I. Coſſ. *Q. Arrius Patinus, & Ventidius Aproniamus*, ex Inſcriptione Onuphriana.

II. Hadrianus Aſiam perluſtrat. Baronius ait, Hadrianum hoc anno Achaiam, indeque Athenas petiiſſe, & ſacra Eleuſinæ ſuſcepiſſe, ex Chronico Euſebii, ubi tamen hæc tardius deſcribuntur, ut infra videbitur. Ad hunc itaque annum referendum quod Auctor Chronici Alexandrini habet: *Horum Conſulatu Apollonius Tyaneus naturæ ſatisfecit. Hadrianus Nicomediæ & Nicææ fora condidit, & quatuor regiones ac mœnia, quæ Bythiniam ſpectant. Cyzici præterea fanum excitavit, & pavimentum marmore ſtravit. Nec in paucis aliis illuſtribus oppidis delubra haud pauca a fundamentis extruxit. alia inſtauravit, ſtatuaſque multas ac diverſas poſuit.* Hoc itaque anno Hadrianus in Aſia fuit. Hinc apud Mediobarbum extant Hadriani Nummi tertio ejus Conſulatu notati, in quibus legitur: ADVENTUI AUG. S.C. ASIAE, vel, BITHYNIAE, vel CAPPADOCIAE, vel CILICIAE, vel, PHRYGIAE, vel PAMPHYLIAE, vel LYCIAE, vel SYRIAE. In aliis: S. C. RESTITUTORI BITHYNIAE, vel ARMENIAE, vel ASIAE, vel CAPPADOCIAE, vel CILICIAE, vel LYBIAE, vel NICOMEDIAE, vel PHRYGIAE.

[1] COſſ. *Q. Arrius Patinus, & Ventidius Apronianus*. Gruterus pag. MLXXIX. 10. ex figlinarum ſignis: PAETINO. ET APRONIANO. COS. Pag. MLXXXII. 16. Q. ARR. PAETIN. C. VENTID. APRON. COS. Figlinæ aliæ apud Fabrettum pag. 503. & 509. APRON. ET. PAET. COS. ET PAETIN. ET APRONIAN. COS. Ibidem n. 133. Q. AR. PAET. T. VEN. APRON. Hinc Fabrettus monet, prænomen *Aproniani*, *Titi*, non *Caji* eſſe, quare emendandum Gruterianum laterem, & qui illius fidem ſequuntur. At ſignum figlinæ nunc in ædibus Capitolinis hæc omnia evertit; nam in eo legitur:

EX. FIGL. ANNI. VERI. SALAR. P. P. R.
L. VENULEIO. APRON. Q. ARTIC. PAET. COS.

Hic vides, *Aproniani* prænomen *Lucium* eſſe, non *Caium*, aut *Titum*, nomen quoque *Venuleium* non *Ventidium*: *Patino* demum *Arrii* nomen non tribui, ſed *Articuleji*. Ut autem figlinarum ſigna proſequamur; in Donianis inſcriptionibus cl. II. n. 115. pag. 9. C. CALPETANI. HERMET. D. EX. FIG. CAEM. PAETIN. ET APRONIANO. COS. Num. 130. PAET. ET. APRONIANO. COS. Num. 145. PAE. ET APR. COS. Plura item ſigna figlinarum inter rudera villæ Tiburtinæ Hadriani Auguſti detecta A. D. 1735. 1736. in quibus PAETINO ET APRONIANO COS. Interdum: APRON. ET PAETINO COS. In tegula reperta via Appia A. D. 1736. prope Cynthianum.

DOMITIAE DOMITIANI SULPIC...
PETINO ET APRONIANO COS.

Faſti Idatiani: *Aproniano & Paupino* pro *Patino*. Vindebonenſes: *Patino & Aproniano*. Proſperi Chronicon: *Paterno* pro *Patino*, & *Torquato* mendoſe; quia ad annum inſequentem *Torquatus* pertinet.

cultæ eſſent: nihil eſt tamen quod ea Reſpublica comparari potuiſſet Chriſti Eccleſiæ, quæ Athenis erat his temporibus florentiſſima, illuſtrata nimirum Publii Epiſcopi, & poſt eum Quadrati & Ariſtidis Chriſtianorum philoſophorum, qui tunc vivebant, ſingulari doctrina pariter & eximia ſanctitate. Hinc Origenes Athenis diu verſatus & in aliis præcipuis Romani Imperii civitatibus comparans Chriſti Eccleſias cum Gentilium optimis moribus ac legibus inſtitutis civitatibus, ac præſtantiſſimis magiſtratibus, contra Celſum agens, hæc ait (*a*):

(*a*) *Origen. contra Celſ. l.3.*

II. Collatio Reip. Athenienſium cum Eccleſia Chriſtianorum.

Cæterum Eccleſiæ Dei pereruditæ, collatæ ad vulgares cœtus hominum, plane mundi ſunt lumina. Quis enim non fateatur deteriorem Eccleſiæ noſtræ partem collatam cum vulgaribus concionibus longe præſtantiorem eſſe? nam Eccleſia Dei quæ Athenis eſt, verbi gratia, manſueta eſt & quieta, quippe quæ uni Deo ſe approbare cupiat: Athenienſis autem populi concio ſeditioſa, nec ullo modo conferenda cum ejus urbis Eccleſia Dei: idem dicendum de Eccleſia Dei quæ eſt Corinthi, & concione populi Corinthiorum, quam ipſi etiam ſua lingua vocant Eccleſiam: ſimiliter de Eccleſia Dei quæ eſt Alexandriæ exempli gratia, & concione Alexandrini populi. Quæ ſi quis candidus & veritatis ſtudioſus audiens examinet, res mira videbitur, conatum hoc aliquem, atque etiam effeciſſe ut per civitates intra eadem mœnia cohabitarent Eccleſiæ Dei cum profanis populis ſuas conciones celebrantibus. Sic etiam Senatum Eccleſiaſticum ſi componas ad Senatus ſingularum civitatum, invenies quoſdam Senatores Eccleſiaſticos dignos ubivis gentium adminiſtrare divinitus conſtitutam Rempublicam: Senatores vero iſtos, qui paſſim reperiuntur, nihil in moribus habere eximium præ plebeiis hominibus. Eodem modo magiſtratus Eccleſiaſtici cum urbanis magiſtratibus conferendi; ut intelligas, magiſtratus Eccleſiæ, etiam qui inter collegas paulo frigidius verſantur in officio, tamen in morum & virtutum ratione vulgaribus Senatoribus atque magiſtratibus præcellere. Hucuſque Origenes: ſed ad Hadrianum revertamur.

III. Exiſtimavit Euſebius, Hadrianum non hoc primo Athenas adventu ſacris Eleuſiniis initiatum, ſed poſt annos duos, cum (ut tradit Spartianus) iterum eſt reverſus illuc. Verum qui utrumque ejus Athenas adventum Spartianus ſcribit, id in ejus primo adventu factum affirmat. Porro quidnam eſſet Eleuſiniis initiari, & Eleuſinia ſacra quam turpia & obſcœna, omnes fere non tantum ex ſcriptis Gentilium norunt, ſed Chriſtianorum, qui pro Chriſtiana religione ſcribentes Apologias, Gentilium deorum ſacra abominanda ex eorum penetralibus abducta, palam ludibrio expoſuerunt: & inter alios Tertullianus (*b*) libro adverſus Valentinianos, de ritibus, quibus ſacris Eleuſiniis quis initiabatur, pluribus agit; ſed & Arnobius (*c*) quoque ea eſt fuſius proſecutus. Quo igitur ardentius Hadrianus colere viſus eſt ſuperſtitionis Gentilitiæ deos, eo vehementius Chriſtianam religionem inſectatum eſſe, nemo poterit dubitare: ipſamque Athenarum Eccleſiam ab eodem vehementer exagitatam, quæ ſcribit Euſebius (*d*) atque S. Hieronymus (*e*) in Quadrato, facile monſtrant: *Hic enim* (inquit Hieronymus) *Apoſtolorum diſcipulus, Publio Athenarum Epiſcopo ob Chriſti fidem martyrio coronato, in locum ejus ſubſtituitur, & Eccleſiam grandi terrore diſperſam, fide & induſtria ſua congregat.* De Apologia, quam pro Chriſtianæ religionis defenſione Hadriano dedit (quod in ſecundo ejus Athenas adventu factum eſſe tradit Euſebius) ſuo loco dicemus. Hoc enim primo Hadriani adventu contigiſſe Publii Epiſcopi martyrium, & poſt Hadriani diſceſſionem anno ſequenti creatum eſſe Quadratum, verius arbitramur.

(*b*) *Tert. adverſ. Valent. c.1.*

(*c*) *Arnobius adv. Gent. lib. 5.*

(*d*) *Euſeb. lib.4. cap. 3.*

Quadratus Epiſcopus Athenienſis.

(*e*) *Hieron. de Scrip. Eccleſ.*

JESU CHRISTI ANNUS 126. | ALEXANDRI PAP. ANNUS 6. | HADRIANI IMP. ANNUS 7.

Sequenti anno Chriſti centeſimo vigeſimo ſexto Gallicanus & Titianus a Caſſiodoro ponuntur Conſules: e Græcis autem Faſtis promuntur Glabrio atque Torquatus, quos ſic ſequemur in chronologia Conſulum, ut tamen nequaquam eis in omnibus deferamus; ſed cum ratio poſtulat, illi vel aliis potius hæreamus: inverſos plane eſſe conſulares Faſtos annorum Traiani atque Hadriani Imperatorum, cum ſuperius egimus de Conſulatu Pedonis, perſpicue eſt demonſtratum: ſed id abſque præjudicio fit rectæ chronographiæ, quæ ex annis Imperatorum exacte diſponitur. Hoc ipſo anno, Hadrianus tranſacta (inquit Euſebius *f*) Athenis hieme, inde

(*f*) *Euſeb. in Chronic.*

de receſſit: rediiſſe tum Romam, & inde in Africam trajeciſſe, ut omnes Romano Imperio ſubjectas provincias viſitaret, auctor eſt Spartianus (*a*), qui addit, Hadrianum multa beneficia in Africanas provincias contuliſſe: ut merito hac inſcriptione inveniantur ſignata numiſmata (*b*): RESTITUTORI AFRICÆ: in eiſque Africæ typus ineſt cum capite elephantis vel proboſcide. Licet & alia ejuſdem Hadriani numiſmata de aliis provinciis eumdem plane titulum reddant, ut de Gallia, Hiſpania, Italia, Achaia, Bithynia, & Phrygia, quæ vidimus, & aliis quæ extare dicuntur, ſed non vidimus. De Africana Eccleſia, quid ſub Hadriano ſit paſſa, periere vetera monumenta rerum indices, quæ hoc potuiſſent demonſtrare.

(*a*) *Spartian. in Hadrian.*

(*b*) *Adolph. Occ. lib. numiſm.*

Annus

SÆC. II. Anno Urbis 877. Olymp. 225. an. 4. A. C. 124.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5617.

☉ 21. CB. ☽ 11. P. 17. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 124. *ſecund. Baronium* 126.

SIXTI PAPÆ 9.

HADRIANI IMP. 8.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *M. Acilius Glabrio*, & C. *Bellicius Torquatus*, ex Inſcriptione Onuphriana.

II. *Hadrianus per Aſiam & inſulas ad Achaiam navigat.* Euſebius in Chronico anno Abrahami 2141. qui Kalendis Octobris præſentis Chriſti anni inchoatur, ait: *Hadrianus ſacris Eleuſinæ initiatus multa Athenienſibus dona largitur.* Baronius in Annalibus anno præcedenti, quo hæc refert, reprehendit Euſebium, quod non primo Hadriani Athenas adventui, ſed ſecundo hanc initiationem conſignarit: cum tamen Spartianus in Hadriano cap. 13. de hac re in ſecundo Hadriani adventu loquatur, & Euſebius ipſa fere Spartiani verba exſcribat, ut legenti manifeſtum ſit: *Poſt hoc*, inquit Spartianus cap. 13. *per Aſiam & inſulas ad Achaiam navigavit, & Eleuſina ſacra ſuſcepit: multa in Athenienſes contulit. Poſt in Siciliam navigavit*, &c. Cum vero in Collectaneis Græcis apud Scaligerum anno primo Olympiadis CCXXV. dicatur, Hadrianum Athenis initiatum eſſe, & primus ille annus ab anno tantum Chriſti inſequenti exordiatur, Euſebius loco citato de poſteriori parte anni Abrahami intelligendus, ideoque adhuc hoc anno Hadrianus per Aſiam & inſulas ad Achaiam navigavit. Hinc in Nummis Hadriani tertio Conſulatu inſignitis legitur: ADVENTUI AUG. S. C. ACHAIAE, vel, EUBOEAE, vel S. C. RESTITUTORI ACHAIAE, vel, MACEDONIAE. Baronius Hadrianum hoc anno in Africam veniſſe ſcribit; ſed ſine dubio fallitur, ut ex dicendis liquebit.

Baron. ar. 125. n. 1.

[1] COſſ. *M. Acilius Glabrio*, & *C. Bellicius Torquatus*. Gruterus pag. XVIII. 5. C. BELLICIO TORQ......... M'. ACIL.......... COS. Deletæ ſunt in inſcriptione litteræ, ubi punctæ ſunt. Item pag. CCCXXXVII. M'. ACILIO. GLABRIONE. C. BELLICIO TORQUATO. COS. Fabrettus pag. 506. n. 124. GLABRION. ET TORQUAT. COS. Signum figlinæ inter rudera Villæ Tiburtinæ Hadriani Cæſaris, erutum A. D. 1735.

EX PRAED. AR...
FAD. CAEP. CAS DOR.
GLAB. ET TORQ. COS.

Aliud in laterculo effoſſo A. D. 1736. in vinea Sorbina, via Appia prope villam Lanvvinam Antonini Auguſti:

GLABR. ET TORQUAT. COS.
PROCILIA EX PR MAMM.....

Itaque vera horum conſulum prænomina, ac nomina ſunt: *Manius*, non *Marcus Acilius Glabrio*, & C. *Bellicius Torquatus*. Faſti Idatiani & Vindebonenſes: *Glabrione & Torquato*. Proſperi Chronicon: *Glabrione*, & *Aproniano*; librarii mendo, qui anno ſuperiore, loco *Aproniani*, *Torquatum* poſuit.

JESU CHRISTI ANNUS 127.	ALEXANDRI PAP. ANNUS 7.	HADRIANI IMP. ANNUS 8.

I. Annus Domini centeſimus vigeſimus ſeptimus Scipionem & Aquilinum conſules habet: quo Hadrianus (ut tradit Spartianus) ex Africa Romam reverſus eſt. *Quo item anno* (inquit Euſebius (a)) *poſt Philippum Hieroſolymorum Epiſcopum conſtituitur Seneca, poſt quem Juſtus, cui ſucceſſit Levi, poſt quem Ephræm, inde Joſes, inde demum Judas: hi omnes uſque ad everſionem quam ab Hadriano perpeſſa eſt Hieruſalem, ex circumciſione Epiſcopi præfuerunt*; nempe uſque ad annum decimumnonum ejus Imperii. Frequens hæc Hieroſolymorum Epiſcoporum ſucceſſio (quod alias dictum eſt) tam brevi tempore, ejus Eccleſiæ gravem perſecutionem arguit: quantum autem quiſquis horum ſederit, licet recentiores ediderint, cum id non ſcribat Euſebius, qui ſolet aliorum numerare ſedis annos, hoc ſibi fuiſſe obſcurum ſignificat: at quod ipſe ejus provinciæ Epiſcopus non novit, nos ignorare fateri malumus, quam divinare.

(a) *Euſeb. in Chronic.* Epiſcopi Hieroſolymitani.

II. Ceterum quod ſpectat ad perſecutionem in Chriſtianos commotam, ea in dies magis magiſque ſæviebat, eoque jam pervenerat, ut non amplius de illis legitima exercerentur judicia, velut in cauſis etiam criminoſorum fieri conſuevit; ſed clamore vulgi fideles delati, tamquam de crimine convicti neci darentur. Quæ quidem adeo inhumana atque ferocia unius ex Proconſulibus animum exterruere, indigne ferentem, innocentiſſimos homines rumore dumtaxat vulgi in mortem damnari: fuit hic Serenius Granianus, qui cum ageret Proconſulem Aſiæ, de his e provincia diſceſſurus, ad Hadrianum ſcripſit: quid autem ipſe ad ejus ſucceſſorem Minutium Fundanum reſcripſerit, anno ſequenti ſuo loco dicemus.

Serenius Granianus ſcribit pro Chriſtianis.

Cen-

SÆC. II. Anno Urbis 878. Olymp. 226. an. I. A. C. 125.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5618.

☉ 22. A. ☽ 12. P. 9 April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 125. *ſecundum Baronium* 127.

SIXTI PAPÆ 10.

HADRIANI IMP. 9.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Cornelius Aſiaticus II.* & *Vettius Aquilinus*, ex Inſcriptione Onuphriana.

II. Hadrianus hoc anno ſacris Eleuſinis initiatus eſt, & multa in Athenienſes contulit, ut anno præcedenti ex Spartiano cap. 13. diximus, qui addit: *Poſt in Siciliam navigavit*, &c. *Inde Romam venit*, &c. Hinc Nummus Hadriani tertio ejus Conſulatu notatus, ADVENTUI AUG. S. C. SICILIAE, vel S. C. RESTITUTORI SICILIAE. E Sicilia Romam profectus Hadrianus, ubi anno ſequenti Decennalia celebravit, ut mox oſtendo.

Hadrianus in Siciliam venit. Baron. an. 125. n. 1.

---

[1] COſſ. *Cornelius Aſiaticus II.* & *Q. Vettius Aquilinus*. Figlina apud Gruterum pag. MLXXXII. 17. P. CORN. ASIATIC. II. T. VETTIO. AQUIL. COS. Hic prænomen *Aquilini*, *Titi*, non Q. eſt; niſi mendoſe exſcriptum ſit. Aliæ figlinæ apud Fabrettum pag. 504. n. 109. ASIATIC. II. ET AQUILI. COS. Faſti Idatiani, & Vindebonenſes: *Aſiatico II.* & *Aquilino*. Proſperi Chronicon: *Aſiatico*, & *Quintillo*.

JESU CHRISTI ANNUS 128.	ALEXANDRI PAP. ANNUS 8.	HADRIANI IMP. ANNUS 9.

I. CEnteſimo vigeſimooctavo Chriſti anno, Coſſ. Vero & Bibulo (habent alii Celſum & Marcellinum) Hadrianus Imperator, cum præterito anno ex Africa Romam veniſſet, atque (ut tradit Spartianus *a*) in Orientem profectus eſſet, Athenas repetiit, ubi opera quæ apud Athenienſes cœperat, dedicavit, ut Jovis Olympii ædem, & aram ſibi. *Tunc Quadratus diſcipulus Apoſtolorum* (inquit Euſebius *b*) *& Ariſtides Athenienſis noſter philoſophus libros pro Chriſtiana religione Hadriano dedere compoſitos*. Hæc ipſe hoc anno nono imperii Hadriani. At quod ad Quadratum pertinet: non tantum librum dediſſe, ſed coram ipſo ea de re orationem habuiſſe, idem Euſebius (*c*) alibi his verbis teſtatur: *Hunc*, Hadrianum ſcilicet, *Quadratus oratione coram habita compellat: & apologiam quam pro noſtræ religionis defenſione propterea contexuerat, quod nonnulli nequam & perditi homines noſtris moleſtiam, faceſſere conarentur, ei offert. Quod quidem opus cum apud multos fratres ad hoc uſque tempus, tum apud nos habetur in manibus: ex quo præclaræ mentis intelligentiæ & Apoſtolicæ veritatis excutiendæ regulæ indicia, quæ in illo viro elucebant, facile licet pervidere. Idem porro auctor ſuam ipſius oſtendit antiquitatem, ſcribens in hunc modum: Salvatoris noſtri res geſtæ ſemper hucuſque ante hominum oculos verſatæ ſunt, & veræ etiam ſunt. Nam nonnulli ab eo ad ſanitatem reſtituti, alii a mortuis excitati, tum id quidem temporis cum eſſent morbis liberati, viſi ſunt; poſtea etiam ſemper hactenus una nobiſcum commorati, propterea quod non ſolum cum Salvator apud nos verſabatur, ſed etiam poſt ejus deceſſionem, ad longinquum tempus fuere ſuperſtites, adeo ut ad noſtra uſque tempora non pauci eorum vitam perducerent. Verum de Quadrato iſta accepimus*. Hucuſque de eo Euſebius: qui & de Ariſtide hæc ſubdit:

(*a*) *Spartian. in Hadrian.*
Quadratus Epiſcopus agit pro Chriſtianis.
(*b*) *Euſeb. in Chron.*
(*c*) *Euſeb. hiſt. lib.*4. *c*.3.

II. *Ariſtides etiam ſcriptor fidelis, & inſtitutis noſtræ religionis imbutus, apologiam pro fide noſtra ſcriptis poſt ſe reliquit: quam quidem Hadriano dedicavit, ut Quadratus antea ſuam: qui ejus liber adhuc a pleriſque cuſtoditur.* Eadem de iiſdem ſcribit S. Hieronymus (*d*), cum agit de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & in epiſtola ad Magnum oratorem (*e*) ubi quantum in primis Quadratus profecerit apud

Ariſtides patronus Chriſtianorum.
(*d*) *Hieron. de Script. Eccleſ.*
(*e*) *Hier. epiſt.*84.

SÆC.II. Anno Urbis 879. Olymp. 226. an.2. A.C. 126.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5619.

☉ 23. G. ☽ 13. P.25. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 126. *ſecund. Baronium* 128.

TELESPHORI PAPÆ I.

HADRIANI IMP. 10.

I. *Conſules.* [1] AD num.I. & ſeq. Coſſ. *M. Annius Verus III. & L. Varius Ambibulus*, ut certis argumentis oſtendit Card.-Noriſius in Epiſtola Conſulari.

II. *Hadriani Decennalia.* Annius Verus Marci Aurelii avus in Quinquennalibus Hadriani ſecundum Conſulatum geſſit: indeque confirmatur, quod ſæpe inſinuavimus, annis hujuſmodi feſtivitatibus dicatis, Imperatores, ſi Conſulatum non ſuſciperent illum in propinquos ac Conſulares viros transferre ſolitos. Sunt & alia horum ſolennium veſtigia. Euſebius in Chronico anno Abrahami 2142. qui præſenti Chriſti anno cum menſe Septembri deſinit, ait: *Imp. Hadrianus Pater Patriæ appellatur, & uxor ejus Auguſta*. Auctor Chronici Alexandrini & Caſſiodorus eadem fere verba repetunt, licet hic anno non ſuo. Eiſdem ſuffragatur Oroſius lib.7. cap.8. ubi narrata perſecutionis Chriſtianorum ceſſatione, ſtatim ſubdit: *Idem quoque continuo Pater Patriæ ultra morem majorum appellatus, & uxor ejus Auguſta.* Ubi adverbium *continuo* non ad ejus Imperii initium, ut Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis ad numerum 2142. perperam explicat; ſed ad perſecutionis finem referendum, præſertim, cum dicat Oroſius, id *ultra morem majorum* factum, ceterique Imperatores ipſo Imperii initio Patres Patriæ de more appellarentur. Verum jam ante præſentem annum Hadrianum Patrem Patriæ appellatum, liquet ex Nummis a me annis præcedentibus laudatis, in quibus memoratur adventus hujus Imperatoris ad aliquam urbem, vel in quibus dicitur *Reſtitu-*

tu-

[1] COſſ. *M. Annius Verus III. & L. Varius Ambibulus*. Vide Noriſium in epiſtola conſulari pag. 79. Lapis in ædibus Capitolinis num. XXXII.
ANNIO. VERO. III. ET EGGIO AMBIBULO. COS.
Ibidem plura figlinarum ſigna: VERO. III. ET AMBIBUL. COS. Fragmentum veteris lapidis apud Noriſium, ubi ſupra, ex Fabretto: DEDICA... V. K. OCT. VERO. III. ET AMBIBULO. COS. Extat inter ejuſdem Fabretti inſcriptiones pag. 446. n.53. Ibidem etiam lateres quinque, in quibus: VERO III. & AMBIBUL. COS. & contracte: AMBIBO. Capitolinus *in Pertinace* cap. ultimo: *Natus autem* (Pertinax) *Cal. Auguſtis, Vero & Bibulo*. Ergo nomen *Amibuli*, *Eggius* eſt; prænomen nondum ſatis certum. Faſti Idatiani: *Vero III. & Ambigulo*, pro *Ambibulo*. Vindebonenſes: *Vero III. & Ambibulo*. Proſperi Chronicon: *Vero & Ambiguo*.

apud Imperatorem, ut concitatum ejus in Chriſtianos animum cohibuerit, hæc ait: *Quadratus Apoſtolorum diſcipulus, & Athenienſis Pontifex Eccleſiæ: nonne Hadriano Principi Eleuſinæ ſacra inviſenti librum pro noſtra religione tradidit? & tantæ admirationis omnibus fuit, ut perſecutionem graviſſimam illius excellens ſedaret ingenium? Ariſtides philoſophus vir eloquentiſſimus, eidem Principi Apologeticum pro Chriſtianis obtulit contextum philoſophorum ſententiis.* Hæc de iis S. Hieronymus.

III. *Hadrianus reddit pacem Eccleſiis.* Sed Hadrianum mitiorem redditum, inſuper ad concedendam pacem Eccleſiis impulerunt litteræ Serenii Graniani antea redditæ. Nam Euſebius eodem hoc anno nono Hadriani hæc ſcribit in Chronico: *Et Serenius Granianus Legatus, vir apprime nobilis litteras ad Imperatorem mittit, iniquiſſimum eſſe dicens, clamoribus vulgi innocentiſſimum hominum ſanguinem concedi, & ſine ullo crimine, nominis tantum & ſectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus, Minutio Fundano Proconſuli Aſiæ ſcripſit, ſine objectu criminum Chriſtianos non condemnandos: cujus epiſtolæ uſque ad noſtram memoriam durat exemplum.* Hæc ibi. Porro etſi epiſtola Serenii Graniani non extet, epiſtolam tamen Hadriani ad Minutium Fundanum a S. Juſtino martyre in Apologia ad Antoninum Pium deſcriptam hac præfatione ab eo præmiſſa, Euſebius (*a*) recitat in hæc verba: *Hujus epiſtolæ exemplar Latino ſermone (ut erat) ſervatum Juſtinus in Apologia ſua ponit: ante cujus initium iſta ad ipſum præfatur: Etſi ex epiſtola Hadriani patris tui Cæſaris, maximi & illuſtriſſimi Principis, poſſumus jure repetere, ut judicia de Chriſtianis (ſicut poſtulavimus) mandes ex æquitate fieri: illud tamen non tam poſtulavimus, quod ab Hadriano præceptum ſit, quam quod pro certo intelligimus, illud ipſum, quod a nobis poſtulatum eſt, juſtum æquumque exiſtere. At quo certius cognoſcas hoc nos vere commemorare, epiſtolæ Hadriani exemplar ſubjunximus, quod quidem ita ſe habet.*

(*a*) *Euſeb. l.4.c.8.9.*

IV. *Hadriani reſcriptum pro Chriſtianis.* *Minutio Fundano S. Epiſtolam a Serenio (*) Graniano viro præſtantiſſimo, in cujus locum tu ipſe ſubrogatus es, ſcriptam accepi. Atque mihi ſane videtur res cauſaque non ſine accurata inquiſitione prætermittenda, ne tum homines Chriſtiani magnopere conturbentur, tum calumniatoribus ſceleris in eos admittendi facultas præbeatur. Quod ſi homines provinciales pro ſua poſtulatione quidquam vere ac manifeſto afferre, affirmareque contra Chriſtianos poterunt, quo pro tribunali juſto* ju-

* *al. Serennio.*

tutor, v. g. Phrygiæ, Siciliæ, &c. in iiſdem enim Hadrianus Pater Patriæ appellatus, quemadmodum & in Inſcriptione Gruteri pag. CCXLVIII. 10.

IMP. CAES. DIVI. TRAIANI. PART.
F. DIVI. NERVAE. NEP. TRAIAN
HADRIANO. AUG. PONT. MAX.
TR. P. VIII. COS. III. P. P.

Sabinam tamen Hadriani uxorem hoc anno Auguſtam nuncupatam non dubito, cum Imperatorum conjuges, vel Imperii initio, vel poſtquam filios pepererant, aut denique in Decennalibus & id genus feſtis de more dicerentur Auguſtæ.

III. *Perſecutionis Hadrianeæ finis.* Alterum horum ſolennium argumentum ex fine perſecutionis deſumitur: *Quadratus*, inquit Euſebius in Chronico, *diſcipulus Apoſtolorum, & Ariſtides Athenienſis noſter Philoſophus libros pro Chriſtiana Religione Hadriano dedere compoſitos. Et Serenus Grannius Legatus, vir apprime nobilis, literas ad Imperatorem miſit, iniquum eſſe dicens, clamoribus vulgi innocentium hominum ſanguinem concedi, & ſine ullo crimine nominis tantum & ſectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus Minutio Fundano Proconſuli Aſiæ ſcripſit, non ſine objectu criminum Chriſtianos condemnandos.* Ut autem in Diſſertatione Hypatica oſtendi, Chriſtiani libros Apologeticos pro Religione Chriſtiana Imperatoribus eam perſequentibus de more offerebant, ut indulgentiæ criminum, quæ in Decennalibus & id genus feſtis concedebatur, participes eſſe poſſent. Notanda porro hæc verba, quæ leguntur in Epiſtola Hadriani recitata ab Euſebio lib.4. Hiſt. cap.9. *Igitur ſi Provinciales palam adeſſe poſſunt petitionibus ſuis adverſus Chriſtianos, ita ut pro tribunali reſpondeant, in id unum incumbant, nec petitionibus ſoliſque clamoribus utantur.* Intelligit Hadrianus, inquit Valeſius in Notis ad illum locum, acclamationes illas, quæ fieri ſolebant in theatris: *Chriſtianos ad leonem*, ut teſtatur Tertullianus. Interdumque eveniebat, ut Proconſules & Præſides tumultuoſis ejuſmodi acclamationibus, licet inviti, cedere cogerentur. Quare merito Hadrianus monet Fundanum Proconſulem, ne hujuſmodi poſtulationibus ad perſecutiones & cædes Chriſtianorum ſeſe adduci patiatur. Porro vetus hæc conſuetudo in Imperio Romano, ut plebs tum in Urbe, tum in Provinciis, quoties ad publica ſpectacula convenerat, quidquid libitum erat, vel a Præſide, vel ab Imperatore junctis precibus poſtularet. Cujus rei ſexcenta occurrunt exempla apud Auguſtæ Hiſtoriæ Scriptores. Ita docte Valeſius.

IV. *Perſecutiones in Decennalibus vel excitatæ vel extinctæ.* Perſecutiones itaque adverſus Chriſtianos modo in Decennalibus excitatæ, modo in iiſdem extinctæ. Annis enim, quibus Imperatores hujuſmodi ſolennia exibebant, Vota in quinquennium ac decennium ſuſcipiebant, & falſorum Deorum cultum promovere ſtudebant. Quare cum Chriſtiani Deorum hoſtes exiſtimarentur, iis annis in eoſdem edictis ſævitum: & quia feſtivitates illæ variis ludis celebrabantur, hinc populus occaſionem edicta ad Chriſtianam Religionem abolendam petendi ſumebat; ac præterea tumultuoſis acclamationibus Imperatores aut Præſides adverſus Chriſtianos animabat. Contra vero, quia iiſdem annis Imperatores minorum criminum reis indulgentiam largiri ſoliti erant, Chriſtiani, cum Principem non male affectum videbant, ut ſe dignos gratia oſtenderent, libros Apologeticos ſcribebant, ſeque a criminibus, quibus accuſabantur, immunes eſſe oſtendebant. Hinc Hadrianus libellis a Chriſtianis in De-

judicio convincantur: eo ſe ſolum convertant, eo ſpectent. Verum ut multitudinis ſolum petitionibus clamoribuſque morte mulctentur, nullo modo permitto. Immo vero multo magis par eſt, ſi quis cuiquam crimen velit intendere, ut tu de illo diligenter decernas: & ſi a quoquam Chriſtiani homines in judicium vocentur, oſtendanturque aliquid contra leges deſignaſſe; tu ita, prout criminis ratio & modus poſtulat, decidas, ſtatuaſque. At mehercule, ſi quiſpiam, quo eos calumnietur, id tentaverit: tu ejuſmodi hominem pro nequitia & crudelitate ſevere coarguito: atque adeo ſedulo proſpicito, ut debitas pœnas luat. Hucuſque Hadriani epiſtolæ ad Fundanum exemplar.

V. Minutius Fundanus qualis.

Hunc Fundanum eſſe putamus, ad quem duæ extant Plinii Junioris (*a*) ſcriptæ epiſtolæ, & qui in Plutarchi dialogo *de Ira cohibenda* interloquitur ut vir optimus; quem & in libro *de Tranquillitate animi* laudat. Porro non ſolum ad Aſiæ proconſulem hæc reſcripſit Hadrianus, ſed ad alios etiam provinciarum Præſides, ut teſtatur Melito Sardenſis Epiſcopus in libello quem obtulit Marco Aurelio Imperatori, ſic dicens: *In quorum numero eſt Hadrianus avus tuus, quem cum aliis multis, tum Fundano Proconſuli, Aſiæque Præfecto, litteras in gratiam Chriſtianorum ſcripſiſſe conſtat.* Hæc apud Euſebium (*b*). Licet autem ejuſmodi reſcriptum dederit Hadrianus, haud tamen putamus perſecutionem in Chriſtianos omnino ceſſaſſe; etenim etſi nomen non eſſet in culpa, plurimas tamen calumnias a Gentilibus in eos ſtrui ſolitas, eaſque libentiſſime audiri a judicibus, exemplo ſunt, quæ habentur ſcripta in epiſtola Eccleſiæ Lugdunenſis ad Aſianos, de qua ſuo loco agemus: & quæ ex Juſtino martyre in oratione ad Gentiles habita inferius dicturi ſumus, id ipſum perſpicuo monſtrantia. Sed nec prætermittimus dicere, apud Caſſiodorum in Chronico, nonniſi poſt annos tres perſecutionem ceſſaſſe, tradi.

(*a*) Plin. l.4. epiſt. 5. & l.6. ep.6.

(*b*) Euſeb. hiſt. lib. 4. c.25.

VI. Ratio peregrinationis Hadriani.

Quod autem ad reliquam Hadriani Imperatoris Orientalem peregrinationem ſpectat, ut ex ea (quantum licet) temporum chronographia poſſit certior conſignari: quod Dio (*c*) dicit, inde Hadrianum per Judæam in Ægyptum veniſſe; non ſic putamus accipiendum, ut continuato itinere eodem anno pervenerit in Ægyptum: nam teſtatur Spartianus ipſum totam Minorem Aſiam, antea quam in Judæam veniret, peragraſſe, & poſtea in Arabiam conceſſiſſe, ſicque demum veniſſe in Ægyptum: idque poſt annos tres ab hac, de qua agimus commoratione Athenienſi contigiſſe, confirmare videtur Euſebii chronographia, dum anno decimotertio ejuſdem Imperatoris, Antinoi ponit obitum, qui accidit eo anno, quo idem Auguſtus in Ægyptum venit.

(*c*) Dio in Hadriano.

Chri-

Decennalibus ſibi oblatis commotus perſecutionem inhibuit. Ceterum præfata Vota a Domitiani tempore in Nummis implicite memorabantur, ut videre eſt apud Mediobarbum pag.183. ubi is Nummus extat: HADRIANUS AUG. COS. III. P. P. In poſtica: VOTA PUBLICA S. C. Cernitur Imperator ad aram ſacrificans, ante quem tibicen, popa, & alia figura, cum victima ad pedes; quæ in Nummis, in quibus poſtea Decennalia & id genus feſta expreſſis verbis notata, de more ſculpebantur. Perperam autem cum anno XV. Hadriani hunc Nummum copulat Mediobarbus: Quindecennalia enim a tempore tantum Conſtantini Magni in Numiſmatis deſcripta. Ceterum ſi Decennaliorum methodus Petavio innotuiſſet, laudatas Apologias anno Chriſti CXXIV. non illigaſſet in lib.13. de Doct. Temporum. Nam præterquam quod Euſebius in Chronico contrarium docet, Apologiæ de more in Decennalibus & id genus feſtis Imperatoribus porrectæ.

V. Tertius Hadriani Romam adventus.

Porro ex Hadriani Decennalibus ſuo anno conſignatis liquet, eum vel ſub præcedentis anni finem, vel currentis initio Romam ad ea celebranda veniſſe, iiſque exhibitis in Africam præſenti anno tranſiiſſe. Ait enim Spartianus in Hadriano cap.13. *Poſt in Siciliam navigavit*, &c. *Inde Romam venit, atque ex ea in Africam tranſiit, ac multum beneficiorum Provinciis Africanis attribuit.* Hinc apud Mediobarbum Numiſmata Hadriani tertio ejus Conſulatu notata extant, in quorum poſtica legitur: ADVENTUI AUG. AFRICAE, vel ADVENTUI AUG. MAURETANIAE, vel, RESTITUTORI AFRICAE, vel RESTITUTORI MAURITANIAE. Ceterum tertius eſt hic Hadriani Romam adventus.

VI. Obitus Sixti P.

[1] Sub hujus anni Conſulibus S. Sixto Papæ demortuo Teleſphorus ſucceſſit juxta Chronicon Damaſi.

---

[1] Sixtum non A. D. 126. ſed aut anno 129. aut 128. exeunte deceſſiſſe putat Conſtantius in Epiſt. Rom. Pontificum pag.55. Nam ex Euſebii Chronico habetur, *anno tertio* imperii Hadriani, Pontificatum ſuſcepiſſe, atque adeo A. D. 119. creatum fuiſſe. Ex ejuſdem porro Hiſtor. Eccl. lib. IV. cap. IV. diſcimus, *Sixtum, decem annos* Romanam Eccleſiam adminiſtraſſe; ex quo fit, eum vita functum ſub exitum anni 128. aut etiam anno Chriſti 129.

JESU CHRISTI ANNUS 129.	ALEXANDRI PAP. ANNUS 9.	HADRIANI IMP. ANNUS 10.

(a) Panvin. in Faſtis.

CHriſti Domini noſtri anno centeſimo vigeſimonono, Coſſ. (a) *Gallicano & Titiano, Hadrianus Imperator Aſiam peragravit, multa componens, templa ſibi erecta conſecrans; provinciarum Præſides, & Procuratores earum, qui in adminiſtratione deliquiſſent, ſevere pro factis ſupplicio affecit.* Hæc Spartianus (b). Se-

(b) Spartian. in Hadrian.

SÆC. II. Anno Urbis 880. Olymp. 226. an. 3. A. C. 127.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5620.

☉ 24. F. ☽ 14. P. 19. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 127. *ſecundum Baronium* 129.

TELESPHORI PAPÆ 2.

HADRIANI IMP. 11.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Gallicanus* & *Titianus*, ut inter omnes convenit. Onuphrius in Faſtis hunc ultimum putavit eſſe Cœlium Tatianum, qui Hadriani tutor fuerat, de quo Spartianus in Hadriano cap. 8. addit, eum ex Præfecto Prætorii ab Hadriano Senatorem renunciatum fuiſſe. Verum Salmaſius in Notis ad Spartianum obſervavit, illum Hadriani curatorem, ac poſtea Præfectum Prætorii non Tatianum, ſed *Attianum* dictum fuiſſe, & vulgaria Spartiani exemplaria ex veteri editione & manuſcripto Palatino corrigenda; eo magis quo Xiphilinus ex Dione tutorem Hadriani *Attianum* etiam appellet. Quam emendationem ipſemet Spartianus c. 15. certam reddit: ibi enim Tatianum inter eos numerat, quos Hadrianus hoſtium loco habuit, & paulo poſt ait: *Tatianum ut conſcium tyrannidis & argui paſſus eſt & proſcribi.* Quare Tatianus qui proſcriptus fuit, diverſus eſt a Tatiano, ſeu, ut ſcribi debet, ab Attiano, quem Hadrianus hoſtis loco habuit; & Tatianus hoc anno Conſul, non Attianus Hadriani tutor, ſed Tatianus, qui ab hoc Imperatore relegatus fuit.

II. *Quartus Hadriani Romam adventus.*

Spartianus in Hadriano cap. 13. poſtquam dixit, hunc Imperatorem Romam veniſſe, atque ex ea in Africam tranſiiſſe ſubjungit. *Denique cum poſt Africam Romam rediiſſet, ſtatim ad Orientem profectus per Athenas iter fecit; atque opera quæ apud Athenienſes cœperat, dedicavit: ut Jovis Olympii ædem, & aram ſibi: eodemque modo per Aſiam iter faciens templa ſui nominis conſecravit. Deinde a Cappadocibus ſervitia caſtris profutura ſuſcepit.* Quæ partim ad currentem, partim ad ſequentem annum pertinent. Eſt hic porro quartus Hadriani Romam adventus, quem, ſicuti profectionem in Orientem, anno præcedenti perperam Baronius recitat; qui tamen profectionem Aſiaticam cum hoc anno benecopulat.

[1] *COſſ. Gallicanus, & Titianus.* Horum prænomina eruit Blanchinus ex figlina, in qua: T. ATIL. TITIAN. S Q.U I GA COS. Hujus figlas is in Chronologia ad Anaſtaſium interpretatur, ut legi debeat; *Titus Atilius Titianus, & Q. Villius Gallicanus.* Fabretti Figlina pag. 512. num. 168. TIT. ET GALL. COS. Item Octavius Falconerius in epiſtola ad Carolum Datum de ſigno in latere effoſſo Romæ ad templum Agrippæ A. D. 1661. ubi TIT. ET GALL. COS. Vide ibi plura de his conſulibus. Extat autem ea epiſtola in veteri Roma Famiani Nardini. Vide & aliam hujuſmodi figlinam apud Ciampinum de ſacris ædificiis Conſtantini Magni. Forte huc facit inſcriptio apud Boldettum lib. I. cap. XIX. pag. 78. n. 2.

QUÆ. DE. SÆCULO. EXIBIT. IDIBUS AUG. GALLICANO. CONS.

Faſti Idatiani, & Vindebonenſes: *Titiano, & Gallicano.* Proſperi Chronicon; *Gallicano, & Titiano.*

JESU CHRISTI ANNUS 130.	ALEXANDRI PAP. ANNUS 10.	HADRIANI IMP. ANNUS 11.

I. Hadrianus excitat Rebellantes Judæos.

SEquenti anno Domini trigeſimo ſupra centeſimum, Coſſ. Torquato atque Libone, Hadrianus Imperator ex Aſia in Syriam venit: *Quando* (inquit Spartianus) *Antiochenſes ita odio habuit, ut Syriam a Phœnice ſeparare voluerit, ne tot civitatum Antiochia Metropolis diceretur: moverunt ea tempeſtate & Judæi bellum, quod vetabantur mutilare genitalia.* Hæc Spartianus. Dio autem belli Judaici aliam affert cauſam, ſic dicens (*a*): *Interea Hieroſolyma pridem everſa rurſum habitari juſſit, atque urbem Æliam Capitolinam appellavit. Jovi item ex adverſo templi ædem excitavit. Bellum hinc & grave & diutinum natum eſt. Magno enim dolore afficiebantur Judæi atque indignabantur, peregrinos ſecum in civitate habitare: & illud quoque etiam gravius ferebant, externa ſacra fieri, & externorum deorum imagines in ipſa conſtitui. Quievere tamen ab armis & cædibus, Hadrianum veriti, qui eo tempore vicinis in locis conſtiterat. Nihilo tamen ſecius inter ſe ea ſtudioſe fabricare non ceſſabant, quibus, quoties belli neceſſitas poſceret, uti poſſent. Poſtquam vero longius Hadrianus abfuit, palam in arma vertuntur, quamquam aperta acie cum Romanis congredi non auſi ſint: auxilia autem ſumebant muro & cavernis ſubterraneis, ſpecus fodientes, atque cuniculis omnia munientes, ut quoties violarentur, liberos haberent ad fugam exitus, invicem quoque ſubter terram clanculum commeare: ſpecus & ſubterraneas vias, ſuperne quibuſdam in locis hiantes ad ventos & lucem excipiendam, perforaverunt.*

(*a*) Dio in Hadriano.

II. Cœmeteria Romæ qualia.

Hæc quæ ſcribit Dio de Judæorum ſubter terram viis fabricatis, illam ipſam plane ſpeciem repræſentant, quæ etiam Romæ fuerunt a Chriſtianis in arenariis cryptis conſtructa cæmeteria; quorum uſus non modo inſerviebat humandis defunctorum corporibus, ex quo & nomen eſt inditum, ſed & perſecutionis tempore ad latebras Chriſtianorum. Mirabile dictu: vidimus, ſæpiuſque luſtravimus Priſcillæ cæmeterium, haud pridem inventum atque refoſſum via Salaria tertio ab Urbe lapide: quod nullo magis proprio vocabulo dixerimus præ ejus amplitudine, multiſque atque diverſis ejuſdem viis, quam ſubterraneam civitatem: quippe quod ipſius ingreſſu primaria via cæteris amplior pateat, quæ hinc inde vias diverſas habeat, eaſdemque frequentes, quæ rurſum in diverſos viculos dividantur, & angiportus; rurſus, ut in civitatibus, ſtatis locis velut fora quædam, ampliora ſint ſpatia ad conventus ſacros agendos, eademque ſanctorum imaginibus exor-

SÆC. II. Anno Urbis 881. Olymp. 226. an. 4. A.C. 128.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5621.

☉ 25. ED. ☽ 15. P. 5. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 128. *ſecund. Baronium* 130.

TELESPHORI PAPÆ 3.

HADRIANI IMP. 12.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Torquatus Aſprenas*, & *Annius Libo*, ex Inſcriptione Onuphriana.

II. *Hadrianus Syriam & Ægyptum luſtrat.*

Spartianus in Hadriano cap. 14. poſtquam narravit, Hadrianum per Athenas & per Aſiam iter feciſſe, ait: *Antiochenſes inter hæc ita odio habuit, ut Syriam a Phœnice ſeparare voluerit, ne tot civitatum Metropolis Antiochia diceretur.* Extat apud Patinum pag. 200. Hadriani Nummus tunc forte ab Antiochenſibus cuſus: ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟϹ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ; id eſt, *Metropolis Antiochenſium*. Hadrianum vero hoc anno in Syria, ubi Antiochia ſita, & in Ægypto fuiſſe, colligo ex variis Nummis Græcis, qui extant apud Harduinum Virum eruditiſſimum in Nummis antiquis populorum & Urbium, in Hadriani honorem percuſſis, in quibus omnibus legitur: L. IA. id eſt, *anno undecimo*, ejus ſcilicet Imperii, qui uſque ad decimum diem menſis Auguſti præſentis anni in curſu fuit. Urbes, in quibus undecimus Hadriani annus notatur, hæ ſunt, Canatha in Decapolitana Syriæ regione poſita; Arſinoe, Dioſpolis, Hermopolitæ, Coptos, Peluſium, Tanis, & Buſiris, quæ oppida omnia in Ægypto ſita. Anno itaque Imperii ſui undecimo, currenti nempe, Hadrianus in Syria & in Ægypto fuit, ubi etiam anno ſequenti verſatus eſt.

Baron. nu. 1.

III. *Phœnicia a Syria divulſa.*

Porro Hadrianum Imp. hoc vel ſequenti anno in Syria fuiſſe, hancque a Phœnice diviſiſſe, oſtendit Numiſma Regium Hadriani, in quo habetur ΑΥ. ΚΑ. ΤΡ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ. In poſtica: ΓΑΖΑ. Γ. ΕΠΙ ΒϘΡ. id eſt annus III. ſuper CXCII. Repræſentatur Hercules ſtans, qui dextram clavæ imponit. Toinardus, qui ejus ectypon

[1] COſſ. *Torquatus Aſprenas*, & *Annius Libo*. Nonnulli *Aſprenati* nomen *Nonii* imponunt, & *Lucii* prænomen; addenda certe nota ſecundi conſulatus, quæ patet ex lapidibus, quos afferimus; & primum conſul fuit A. D. 94. *Liboni* etiam, *Marci* prænomen aliqui dant. Hinc apud eos hujus anni conſules ita exarantur: *L. Nonius Aſprenas Torquatus II.* & *M. Annius Libo*. Lapis Gruterianus pag. CCCXXXVII. TORQUATO ASPRENATE II. ET ANNIO LIBONE COS. Signum figlinæ apud Fabrettum pag. 510. num. 152. TORQ. II. ET LIBON. COS. Faſti Idatiani: *Torquato, & Libone*. Vindebonenſes: *Aſprenate & Libone*. Proſperi Chronicon: *Torquato & Libone*.

exornata; nec deſint, licet nunc obſtructa, ad lumen recipiendum deſuper exciſa foramina. Obſtupuit Urbs, cum in ſuis ſuburbiis abditas ſe novit habere civitates, Chriſtianorum tempore perſecutionis olim colonias, modo autem ſepulcris tantum refertas; & quod legebat in chartis, vel videbat ex aliis cœmeteriis aliqua ſolum ex parte recluſis, tunc plenius intellexit: quæ enim de iiſdem apud S. Hieronymum (*a*) vel Prudentium (*b*) legerat, ſuis ipſius oculis intuens, vehementer admirabunda ſpectavit. Sed de cœmeteriis dicturi ſumus alias locupletius: ſatis hæc modo occaſione Judaicarum latebrarum, quæ ad inſultus & impetus Romanorum vitandos ab illis inſtitutæ fuerunt; quemadmodum & a Chriſtianis Romæ aliiſve in regionibus ubi loci natura concederet ad furorem Gentilium evitandum ejuſmodi ſunt loca compoſita. Sed ad rebellantes Judæos redeamus.

(*a*) *Hier. in Ezech.* 40.
(*b*) *Prud. Periſt. in Hippol.*

III. Rebellio Judæorum magni momenti.

Proſequitur Dio inſtitutam de his ſemel orationem his verbis: *Impetus eorum Romani primum contempſere: verum poſtquam univerſa provincia tumultuata eſt, & qui ubique gentium erant cum eis conſpiraverunt; tunc cognovere & intellexerunt quam grave & perículoſum bellum exortum foret: multa enim mala in Romanos, partim clam, partim aperte edebant. Adſcivere multos etiam externorum prædæ & lucri cupiditate; & fere ut ita dixerim univerſus terrarum orbis ex motu Judæorum concuſſus eſt. Porro* (inquit Euſebius *c*) *cum defectio Judæorum longius in dies ſerperet, Ruffus Præfectus Judææ, auxiliaribus copiis ab Imperatore ſibi ad eam rem miſſis, illorum amentiam tamquam anſam oblatam ad exitium arripiens, acerbe & crudeliter eos exagitat: virorum ac mulierum una cum liberis infinita prope millia confertim concidit: belli jure illorum agros populo Romano adjudicat. Quo quidem tempore Judæorum dux erat Barchochebas; quod nomen, ſi lubet interpretari, Aſtrum ſignificat* (*nam quod ſcriptum eſſet in oraculis* (*d*): Orietur ſtella ex Jacob: *ſe divinitus miſſum pronuntiabat*) *vir quamquam reliqua vitæ ratione cruentus ac prædo nefarius, ipſa tamen appellatione, tamquam ſidus aliquod de cælo delapſum, ſe illis qui velut homines ex mancipiorum numero gravi ſervitutis jugo oppreſſi, atque miſeriis ærumnoſis afflicti affectique erant, lucem ac ſpem ſalutis allaturum, falſo commentus eſt:* & alibi (*e*) de eodem hæc ait:

(*c*) *Euſeb. hiſt. lib.* 4. *c.* 5.
(*d*) *Num.* 4.
(*e*) *Euſeb. Chron. ann.* 17. *Hadr.*

IV. Quid in Chriſtianos Barchochebas.

Barchochebas dux factionis Judæorum nolentes ſibi Chriſtianos adverſus Romanum militem ferre ſubſidium, omnimodis cruciatibus enecat. Juſtinus (*f*) martyr ad Antoninum Pium ejuſdem itidem meminit, dicens: *Sunt libri illi apud omnes ubique Judæos, qui eos legentes non intelligunt, ſed pro inimicis & hoſtibus nos habentes, itidem cum poſſunt, occidunt & excruciant: quemadmodum vel ex eo perſuaderi poteſtis; proximo namque bello Judaico Barchochebas, defectionis Judæorum dux & princeps, ſolos Chriſtianos ad gravia ſupplicia, niſi Chriſtum abnegarent, & maledictis inceſſerent, protrahi juſſit.* Hæc Juſtinus, qui genere Samarita hæc oculis ſpectaſſe potuit, quippe qui ad hæc uſque tempora Samariæ egit, & ejuſdem belli Judaici occaſione alio migrare compulſus eſt. Hæc ſub Rufo Judææ Præſide primitus facta, & ad multos annos pugnis levioribus ſunt protracta. Quomodo autem ad bellum Judaicum conficiendum, eo ingraveſcente opus fuerit Hadriano ſtrenuiſſimum ducem Julium Severum e Britannia evocare, & quam ingentes ab eo clades Judæis illatæ fuerint, ſuo loco dicemus: ad ultimos enim uſque Hadriani Imperatoris annos cum Judæis dimicatum conſtat.

(*f*) *Juſtin. martyr. in oration. ad Antoninum Pium & apud Euſ. l.* 4. *c.* 8.

V. Juſtinus Philoſophus quando Chriſtianus effectus.

Interea vero de Juſtino agendum, qui hoc tempore (ut ex ejus ſcriptis Euſebius (*g*) colligit) non temere quidem & inconſulto, ſed conſiderate ac magno judicio, ex Græcorum philoſophiæ ſtudio ad veram pietatem ſe ipſum tranſtulit. Sed quonam pacto, id totum agente numine, contigerit, ex his quæ ipſemet ſcribit in dialogo quem habuit cum Tryphone Judæo, qui & ipſe ex eodem Judaico bello profugus, patrium ſolum verterat, perſpicue intelligemus. Quomodo autem ardenti veræ philoſophiæ deſiderio omnibus pene philoſophorum ſectis inhæſerit, ac primum Stoicis, his verbis enarrat: *Cum ipſe quoque primum vitam cum his agere cuperem, uni eorum me Stoico cuidam dedi: atque cum hoc longo verſatus tempore, quia nihil amplius de Deo didiceram* (*nam* nec

(*g*) *Euſeb. l.* 4. *cap.* 8.

---

pon ad me tranſmiſit, dicit ſimile extare Pariſiis in Cimelio Clariſſimi Abbatis Drontii, & Vaillantium in Numiſmatis Coloniarum, numerum illum tertium, ad Imperii Hadrianei annum referre. Verum novam illam epocham in diviſione Phœniciæ a Syria inſtitutam nos edocet, ante Toinardum, qui eam detexit, omnibus ignotam. Gaza clariſſima Phœniciæ urbs anno Urbis conditæ DCXCIII. a Pompeio Magno libera declarata fuerat; ideoque annus Eræ Gazentium CXCII. cœpit menſe Octobri anni U. C. DCCCLXXXIV. ſeu Chriſti CXXXI. annuſque primus ſecundæ epochæ Gazenſium laudatis Nummis inſculptæ anno U. C. DCCCXC. ſeu Chriſti CXXIX. aut præcedenti; quia incertum, an hæc poſterior Gazenſium Era, quæ priori de more adjiciebatur, explicanda ſit de anno incipiente, vel de anno deſinente. Quare Hadrianum hoc vel ſequenti anno in Syria fuiſſe præfati Nummi indubitatum reddunt.

IV. *Bellum Judaicum.* Baron. nu. 1.

Bellum Judaicum ante annum CXXXII. non inchoatum. Quare eo anno commodius de illo agemus.

nec ipſe quidem ſciebat, neque diſciplinam hanc adeo neceſſariam eſſe dicebat) ab eo deſcivi, & ad alium me contuli Peripateticum vocitatum, hominem (ut ipſemet exiſtimabat) acutum. Hic me primis diebus ſecum eſſe paſſus, poſtea mercedem a me ſibi deſignari petiit, ne infructuoſa mihi cum eo eſſet conſuetudo. Ego vero illum hanc ipſam ob cauſam reliqui, ne philoſophum quidem omnino hunc eſſe opinatus. Porro cum impenſius adhuc animus meus audire, quod philoſophiæ proprium atque præcipuum eſt, expeteret; ad Pythagoricum quemdam magni nominis, multique in ſapientia ſupercilii virum acceſſi, & cum eo auditor ejus & familiaris eſſe volens, egi ibi. Quid (inquit ille) verſatus ne es in muſica & aſtronomia & geometria? an exiſtimas quicquam te perſpicere eorum poſſe quæ ad beatitudinem conducunt, niſi hæc prius cognoveris, quæ animum a ſenſibilibus ad intelligibilia perſpicienda aptum commodumque reddunt; ut ipſum quoque pulchrum, & quod bonum eſt, contemplari queas? Et cum ſtudia ea magnopere laudaſſet, neceſſariaque eſſe dixiſſet, me ita a ſe dimiſit: nam me neſcire confeſſus ſum. Ægre igitur hoc tuli, ſicut par erat, quod ſpe excidiſſem: idque eo magis, quod ſcire illum aliquid putarem. Ac rurſum tempus ipſum mecum conſiderans quod in diſciplinis iis conterendum erat, rem longius differre non ſuſtinui.

VI. Mira quædam Juſtini ad fidem vocatio.

In hujuſmodi ergo conſilii inopia, placitum mihi eſt cum Platonicis quoque converſari. Itaque in urbe noſtra cum viro prudente atque inter Platonicos excellente, qui non ita pridem eo venerat, plurimum fui, promovi, & maxime quidem crevi. Valde me delectabat incorporeorum notio, & idearum contemplatio mentem meam quaſi alis quibuſdam altius evehebat: atque intra breve tempus ſapientem me eſſe factum rebar; illicoque Deum perſpecturum eſſe, per ſtultam perſuaſionem ſperabam: nam hic Platonis philoſophiæ finis eſt. In hunc modum affecto mihi, viſum aliquando eſt ſolitudine prolixius uti, & vitare hominum veſtigia. Proinde locum quemdam mari proximum petii: a quo cum non multum abeſſem, ut ſolus ipſe mecum agerem: vetulus quidam ſenex, aſpectu minime contemnendus, lenes ſimul & graves præſeferens mores, modico me intervallo aſſectabatur: atque ubi converſus ſubſtiti, & hominem ſum acrius intuitus: ille, Noſti me? ait. Negavi ego. Quid ergo, inquit ille, me ita contemplaris? Miror (inquam) te hic una mecum eſſe: non enim in expectatione mihi fuit, ut hoc loco virum quempiam conſpicerem. Ibi ille, cura me, ait, de quibuſdam familiaribus meis, qui peregre ſunt profecti, exercet; quapropter & ipſe de eis inveſtigaturus, ſi alicunde forſan appareant, huc venio. Tu vero quid rerum hic? At ego: Deambulationibus, inquam, ejuſmodi gaudeo, cum nihil intercedit ſolitariis meis collocutionibus impedimenti, nihil videlicet diverſi afferentibus: ad rationis & ſermonis excolendi ſtudium perficiendum plurimum loca talia conferunt. Sermonis ergo amator quiſpiam, inquit, tu es; operis amator autem haudquaquam, neque veri ſtudioſus: neque etiam potius operoſus, quam ſophiſta verboſus eſſe contendis?

VII. In Chriſtiana Religione vera Sapientia.

Sic igitur invicem de vera philoſophia diſceptantibus, cum illi ſenex oſtendiſſet impoſſibile eſſe, ut, quod tam anxie quæreret, penes philoſophos reperiret: ultimis verbis nonniſi in ſchola Chriſti id fas eſſe reperiri, hæc affatus ait: *At tu votis & precibus tibi ante omnia lucis portas aperiri opta: neque enim ab aliquibus perſpiciuntur aut intelliguntur, præterquam ſi Deus & Chriſtus eis conceſſerit intelligentiam.* Hæc (ſubdit ipſe) *atque is longe plura alia cum ille diſſeruiſſet, & perſequi ea juſſiſſet, quæ nunc commemorare tempus non eſt, abiit; eumque poſtea non vidi. Confeſtim vero in animo meo ardor excitatus eſt, & amor me invaſit Prophetarum & virorum illorum, qui Chriſto cari ſunt & amici: ac revolvens ipſe mecum diſputationem illius, hanc ipſam ſolam comperi eſſe certam atque utilem philoſophiam: atque ad hunc modum & per hæc ipſa ego philoſophus prodii. Pervelim profecto, omnes eamdem mecum ineuntes animi rationem, non alienos eſſe a Salvatoris doctrina, &c.*

VIII. Excellentia Philoſophiæ Chriſtianæ.

Pergit Juſtinus enarrare, quo modo pedetentim mente divinitus illuſtratus, veram philoſophiam quæ ex Chriſti doctrina eſt, didicerit, ac proinde perfecte philoſophus eſſe cœperit: quo in genere præſtare externis Philoſophis omnibus, qui veræ fidei ſectatores apud Chriſtianos eſſent, manuarios artifices, idiotas, ac rudes, ipſe in oratione ad Gentiles habita docet: ubi & paulo inferius de his quæ calumnioſe (ut ſuperius dictum eſt) paterentur Chriſtiani, hæc de ſe ſubdit: *Nam & ego ipſe Platonis diſciplinæ ſectator, cum calumnioſe audirem Chriſtianos deferri; intrepide autem ad mortem & alia, quæ terribilia cenſentur omnia, adire conſpicerem, ſtatui ipſe mecum, fieri haudquaquam poſſe, ut illi in vitiorum pravitate & voluptatum amore viverent. Quis enim voluptatum ſectator, aut per animi impotentiam intemperans in humanarum carnium dapes, pro bono ducens, mortem libenter amplecti queat, ut bonis ſuis ſe ipſum privet; ac non potius modis omnibus, ut hanc ſibi perpetuo vitam agere, & celare principes, & magiſtratus fallere liceat, operam navet, nedum per denuntiationem & indicium ſe ipſum cædi offerat?*

rat? Et inferius: *Et ego obtentum adulterinum ad abſterrendos alios homines a perverſis dæmonibus Chriſtianorum divinis doctrinis callide, ut earum veritatem in ſuſpicionem falſi adducerent injectum eſſe intelligens, cum prætextum ipſum & multitudinis opinionem riſi, tum ut Chriſtianus invenirer, me & votis omnibus optaſſe, & omni contentione decertaſſe profiteor: non quidem quod alienæ ſint a Chriſto Platonis doctrinæ, ſed quod ſibi ipſis non omnino conſtent, ſicut neque aliorum, Stoicorum videlicet, et Poetarum, & Hiſtoricorum.* Hæc de ſe ipſo, ſuique animi in capeſſenda Chriſtiana religione conſilio Juſtinus; de quo plura ſuis locis dicturi ſumus.

IX. (a) *Orig. cont. Celſum lib.3.* Veri Philoſophi ſectati fidem chriſtianam.

Ex his plane videas, non ſimplices tantum & rudes (ut Celſus Epicureus & alii in Chriſtianam religionem falſo jactabant) Chriſto nomen dediſſe, ſed omnes propemodum, qui veræ philoſophiæ ſtudioſi eſſent, ac veritatis cupidi. Unde contra eumdem Celſum hæc Origenes (*a*): *Sic igitur quandoquidem elegans & præcipuum aliquid mortalibus viſa eſt Chriſtiana eſſe religio: non modo ad Celſi opinionem ſerviles quidam & imperiti, ſed Græcorum plerique eloquentiæ eruditi & peritiſſimi viri neceſſario hanc ſubiere, nec tamen per ſeditionem & contentioſas hæreſes, ſed quia philoſophi omnes ſtuderent, ut earum rerum cognitionem aſſequerentur, quibus Chriſtiana religio niteretur. Unde & ſubſecutum eſt, ut cum omnes divinam hanc eſſe diſciplinam admitterent, hæreſes & ſectæ obortrentur, quæ ab his & nomen ſibi ſumerent, qui ejus quidem doctrinæ principium admirati, utcumque poſtmodum ut ab invicem diſſentirent, ſuaſionibus quibuſdam inducebantur.* Hæc Origenes, ad illos alludens, qui ſic perſuaſi ſunt omnium nobiliſſimam Chriſtianam eſſe religionem, ut tamen ſua cum ea miſcere dogmata ſtudentes, hæreſes novas ſtatuerit: adverſus quos in libro de præſcriptionibus Tertullianus pluribus diſſerit.

JESU CHRISTI ANNUS 131. ALEXANDRI PAP. ANNUS 11. HADRIANI IMP. ANNUS 12.

I. Hero Epiſcopus Antiochenus martyr.

CHriſti Domini noſtri anno centeſimo trigeſimoprimo, Coſſ. Celſo & Balbo, Hero Epiſcopus Antiochenus pro grege ſibi commiſſo Chriſti martyr occubuit decimaſeptima menſis Octobris, qua die in tabulis Eccleſiaſticis ejus natalis annua celebritate repetendus, conſcriptus habetur. Succeſſit eodem anno (ut habet Euſe-

SÆC. II. Anno Urbis 882. Olymp. 227. an.1. A. C. 129.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5622.

☉ 26. C. ☽ 16. P.2. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 129. *ſecundum Baronium* 131.

TELESPHORI PAPÆ 4.

HADRIANI IMP. 13.

I. *Conſules.*

[1] AD num.I. Coſſ. *P. Juventius Celſus II.* & *Q. Julius Balbus*, ex Inſcriptione Onuphriana.

II. *Hadrianus Arabiam & Ægyptum peragrat.*

Hadrianus ex Syria in Arabiam profectus eſt, ut recte Baronius cum Spartiano cap.14. qui ait: *Peragrata Arabia Peluſium venit, & Pompeii tumulum magnificentius extruxit. Antinoum ſuum, dum per Nilum navigat, perdidit.* Quæ mors, cum anno præſenti contigerit, ut ex ibi dicendis patebit, nullus dubito, quin profectio Arabica ad præſentem annum pertineat. Præterea anno Chriſti CV. dixi, extare Græcum Hadriani Nummum, in quo legitur: ARABIA L.IΓ. id eſt, *anno XIII.* Imperii ſcilicet Hadriani hoc anno inchoati. Quare cum Antinous nonniſi peragrata ab Hadriano Arabia mortuus fuerit, & Hadrianus anno XIII. Imperii in ea regione fuerit, Baronius Antinoi interitum perperam in annum ſequentem differt. Baron.n.1.

[1] COſſ. *P. Juventius Celſus II. & Q. Julius Balbus.* Tabella ænea apud Gruterum pag. DLXXIII. 3.
AD XII. KAL. MART.
P. JUVENTIO. CELSO. II.
Q. JULIO. BALBO. COS.
Figlinæ apud Fabrettum pag.506. n.126. MARCELL. ET CELS.II. COS. Et n.127. JUVENTIO. II. ET MARCELLO. II. COS. Signa quoque figlinarum nunc in ædibus Capitolinis clare præferunt:

JUVENTIO. II. ET MARCELLO. II. COS.

Noriſius in Epochis Syro-Maced. Diſſert. V. cap. III. pag.422. nomina horum conſulum recitat ex lib. V. Digeſtorum til. III. leg.20. de petit. hæredit. ubi: *Pridie Idus Martias, Q. Julius Balbus, & P. Juventius Celſus, T. Aufidius Arrius Severianus conſules verba fecerunt &c.* Ex figlina porro Fabretti Noriſius ibidem ita conſules reſtituit, ut alter *Q. Julius Balbus Marcellus*, alter *P. Juventius Celſus* vocatus ſit. Ergo hi conſules ita exhibendi, nempe: *P. Juventius Celſus II. & Q. Julius Balbus Marcellus II.* Faſti Idatiani: *Marcello & Celſo.* Vindebonenſes: *Marcello II. & Marcello II.* Proſperi Chronicon: *Celſo & Marcellino*: Corrupte in ſingulis.

Onuphrius ſuffectos hoc anno putat, *T. Aufidium, & Arrium Severianum*, deinde C. *Neratium Marcellum, & Cn. Lollium Gallum.*

(a) *Euſeb. in Chron.*

ſebius *a*) Cornelius Epiſcopus, qui eidem ſedi præfuit annis tredecim. Porro infenſum magnopere Antiochenis Hadrianum Imperatorem (ut vidimus anno ſuperiori) Spartianus affirmat: & licet cauſam non afferat; ☞ cum multæ eſſe potuerint ☜: commoviſſe tamen animum ejus civium erga Chriſtianam religionem vehemens ſtudium, par eſt credere. Florentiſſimam enim fuiſſe Antiochenam Eccleſiam, quippe quæ a ſanctiſſimis Apoſtolicis viris exculta eſſet; quæ ſuperius de ea dicta ſunt, facile demonſtrant. Quo item anno (quantum ex Spartiano colligere fas eſt) Hadrianus ex Syria in Arabiam, res Imperii Romani ubique compoſiturus, profectus eſt, ac ſequenti (ut ex Euſebio conſtat) in Ægyptum deſcendit.

JESU CHRISTI ANNUS 132. | SIXTI PAP. ANNUS 1. | HADRIANI IMP. ANNUS 13.

I. *Alexander Papa, & martyr occubuit cum ſociis.*

SEquenti anno Domini centeſimo trigeſimoſecundo, Catullino & Apro Coſſ. quinto Nonas Maii, Alexander Papa una cum ſociis Eventio ac Theodulo presbyteris ſub Aureliano judice poſt dira tormenta martyrio coronatus eſt, qua die anniverſaria memoria eorum celebrata in Eccleſia antiquitus reperitur. Sedit (ut habet Euſebius) annos decem: addit liber de Romanis Pontificibus menſes ſeptem & dies duos. Sed qui creatus reperitur poſt ceſſationem ſedis Evariſti, qui obiit vigeſimaſexta Octobris, diebus decem & octo, ipſa die decimatertia Novembris; mortuus vero habetur tertia Maji, ſediſſe eum oportuit ultra decennium menſes quinque, & dies viginti. Extant Acta (*b*) Alexandri Papæ & ſociorum, ſed (quod in multis aliis accidit) nimia antiquitate mendoſa.

(b) *Apud Sur. tom. 3. die 3. Maji.*

Ann. Eccl. Tom. II. Q Quan-

SÆC. II. Anno Urbis 883. Olymp. 227. an. 2. A. C. 130.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5623.

☉ 27. B. ☽ 17. P. 10. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 130. *ſecund. Baronium* 132.

TELESPHORI PAPÆ 5.

HADRIANI IMP. 14.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. ad VI. Coſſ. *Q. Fabius Catallinus*, & *M. Flavius Aper*, ex Inſcriptione Onuphriana.

II. *Alexandri PP. martyrium.*

[2] Alexander Papa longe ante præſentem annum martyrium fecit, anno nempe Chriſti centeſimo decimo ſexto, ut ex Chronico Damaſi conſtat, in quo habetur: *Alexander annis octo, menſibus duobus, die uno. Fuit temporibus Traiani, a Conſulatu Palmæ & Tulli, uſque Æliano & Vetere.* In exemplari, quo uſus Cuſpinianus in Faſtis loco *annis octo* legitur, *annis VII.* ſed mendoſe. Alexander enim Gallo & Bradua Coſſ anno nempe CVIII. Pontificatum iniit, licet in eo Chronico ſub inſequentis anni Conſulibus incepiſſe dicatur, ne iidem Conſules bis repetantur. Quare cum ejus martyrium *V. Nonas Maii*, ſeu

[1] COſſ. *Q. Fabius Catullinus*, & *M. Flavius Aper*. Lapis Gruterianus pag. CVIII. 6. PRID. NON. JANUAR. Q. FABIO CATULLINO. M. FLAVIO. APRO. COS. Item pag. DLXXVIII. 1. PIACULO FACTO. CATULLINO. ET. APRO. COS. Signa figlinarum apud Fabrettum pag. 503. n. 102. APRO ET CATUL. COS. Et n. 103.

Q. FAB. CAT. M. F. APR. COS.
D. F. Q. SER. PUD. CUR ED

In Capitolinis autem lateribus legitur hoc modo:

Q. FAB. CAT. M. FLA. APR.
COS. Q. SER. PUD. CUR ED

Adeo ut *Apro* nomen *Flavii* præponi debeat. Figlina in Donianis inſcriptionibus cl. II. n. 140.

CATULLINO. ET. APRO. COS. OPUS
DOLEAR. ÆLI. APOLLOPHANI. DILIC.
CYNOSARG. AUG. N. F.

Ligorianus quoque lapis nuper vulgatus, veteris Latii tom. VII. pag. 106. DED. III. NON. JUN. Q. FABIO CATULLINO. ET. M. FABIO. APRO. COSS. A Ligorio oſcitanter exſcriptum eſt, *Fabio*, pro *Flavio Apro*. Faſti Idatiani: *Catullino & Libone*. Vindebonenſes: *Catullino, & Apro*; & ita Proſperi Chronicon.

[2] PEtrus Conſtantius in epiſt. Romanorum Pontificum pag. 53. adnotat, vere dici poſſe, *Alexandrum Traiano imperante*, eccleſiam rexiſſe, quia eo adhuc imperii clavum tenente, Pontificatum iniit; ac vere etiam dici, *Hadriano imperante*, Romanæ Eccleſiæ præfuiſſe, quia uſque ad *annum tertium Hadriani* in Pontificatu vixit: propterea rectius eum loqui, qui *Alexandrum Traiani & Hadriani temporibus*, Pontificatum geſſiſſe ſcriberet. Creatus autem *Alexander* fuit Pontifex, ex Conſtantii ſententia, anno Chriſti 109. Martyrium fecit anno 119. die III. menſis Maji, non anno 116. ut putat Pagius.

II. Romanorum civium plures converſi ad fidem ab Alexandro Papa.

Quantum autem ad horum martyrium ſpectat; etſi Hadriani ad Fundanum reſcripto videri poſſet perſecutio in Chriſtianos aliqua ex parte ſedata: tamen quoniam illud datum fuit ad Proconſulem Aſiæ tantum, nec veluti ſanctio atque edictum Principis univerſo Romano Imperio fuerit intimatum; Romæ ne id ipſum ſervandum eſſe ſtatuerit, quis poterit jure dubitare. Sed utcumque acciderit; ferendum non eſſe, viſum eſt ſummis ſuperſtitionis Gentiliciæ Pontificibus, ac cæteris magiſtratibus, Alexandrum (quod habent Acta) complures Senatores & Præfectum Urbis Hermetem una cum omni familia, aliosque Romanos cives ad Chriſti religionem perduxiſſe: quare eam ob cauſam invidiam paſſus eſt, & in carcerem detrudi juſſus. Sed cum per eum Deus multa miracula edidiſſet; & Quirinum Tribunum, apud quem Hermes Præfectus cuſtodiebatur in carcere, ejuſque filiam Balbinam virginem ſanitati redditam, catenarum, quibus vinctus erat, contactu, ad Chriſti fidem adduxiſſet: multis diriſque cruciatibus affectus, creberrimis punctis confoſſus, eſt juſſus occidi. Sed quod in libro de Romanis Pontificibus capite truncatus legatur, utrumque facile potuit accidiſſe: Inſuper Eventius & Theodulus decollari ſunt juſſi, Hermeſque Præfectus cum ſuis, Quirinuſque Tribunus cum iis qui detinebantur in carcere Chriſtianis, diverſis mortis generibus affici: quorum omnium natalitia diverſis diebus, quibus ſunt paſſi, per Notarios ſcriptores rerum a martyribus geſtarum in Eccleſiaſtica monumenta relata ſunt, annua celebritate ſolemnia.

III. Alexandri Papæ inſtituta.

In libro item de Romanis Pontificibus de eodem Alexandro Papa hæc leguntur: *Hic paſſionem Domini miſcuit in præfatione ſacerdotum*: & paulo poſt: *Hic conſtituit aquam aſperſionis cum ſale benedici in habitaculis hominum*. Quod pertinet ad memoriam paſſionis; hæc ſane jampridem Apoſtolica inſtitutione tradita, ab Alexandro potius ſcriptis mandata ac decreto roborata, quam recens ſtatuta dici debet. Nam Domini verbis mandatum fuit Apoſtolis, ut quotieſcumque facerent (*a*), hoc eſt, ſacrificarent (id enim vocem illam importare, alibi diximus) in ejus memoriam agere deberent: nec aliud ſignificaſſe Paulus voluit, cum ad Corinthios ſcribens dixit (*b*): *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat*. Et de aqua benedictione ſanctificanda: præter id quod apud S. Clementem (*c*) eſt Matthæi nomine Apoſtolica inſtitutio: nonne Paulus ad Timotheum (*d*) ſcribens tradit omnem creaturam per verbum Dei & orationem ſanctificari? Sic igitur non aquæ tantum, ſed & olei, aliarumque rerum hominum uſui inſervientium, benedictionem ex Apoſtolica traditione jure ſibi Eccleſia vendicat, exemplo Chriſti, qui panem turbæ daturus, *antea* (inquit Lucas *e*) *illis benedixit, ac poſtea fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis*.

(*a*) Luc. 22.
(*b*) 1. Cor. 11.
(*c*) Clem. Conſtit. li. 8. c. 35.
(*d*) 1. Tim. 4.
Benedictio diverſarum ſpecierum.
(*e*) Luc. 9.

IV.

Hujus quidem rei uſus ſemper & ubique viguit in Eccleſia Catholica, tam apud Orientales, quam etiam Occidentales, divino utique in miraculorum virtute ſuffragio comprobatus: & tantum abeſt, ut (quod No-

ſeu die tertia menſis Maji contigerit, ut ejus Acta, auctius Chronicon veterum Pontificum, Martyrologium Hieronymi, aliæque Tabulæ Eccleſiaſticæ teſtantur, Alexander Eccleſiam regere cœperat die ſecunda Martii, in quam feria quinta incidebat. Porro eum Æliano & Vetere Coſſ. anno ſcilicet centeſimo decimo ſexto, martyrio coronatum fuiſſe, ex eo certiſſimum redditur, quod illud par Conſulum reperitur in auctiori Chronico veterum Pontificum, apud Luitprandum, & Anaſtaſium, & in Geſtis manuſcriptis Pontificum, ut obſervat Henſchenius in Apparatu ad Chronologiam Pontificiam, Actis Sanctorum menſis Aprilis præfixo. Addit Henſchenius, Alexandrum Traiano imperante occiſum, teſtari non ſolum ejus Acta, ſed etiam antiqua Breviaria Romana manuſcripta & excuſa, genuinum Martyrologium Bedæ, & Martyrologia tam Rabani, quam Notkeri, immo in Breviario Romano juſſu Pii V. edito dici, Traiano Imperatore rexiſſe Eccleſiam; cum tamen in Breviario Romano hodierno legatur, Alexandrum Hadriano imperante rexiſſe Eccleſiam, & ſediſſe annos decem, menſes quinque, & dies viginti. Sed factum id, quia Clementis Papæ VIII. tempore Baronius Congregationis ſacrorum Rituum cum Collegis Præſidens, ejuſque auctoritate Breviarium Romanum emendans, antiquas de antiquiorum Pontificum vita Lectiones ad novam ſuam Chronologiam accommodavit. Ex martyrio itaque Alexandri, quod ab anno CXVI. removeri non poteſt, manifeſte liquet, præcedentium Pontificum Romanorum Chronologiam in Annalibus valde depravatam eſſe, neque melius reſtitui potuiſſe, quam beneficio Chronici Damaſi, ut recte vidit Henſchenius, qui tamen maximopere hallucinatus eſt, quando ſcripſit, in eo Chronico Conſulatum ultimum illi Pontifici attribui, qui majorem partem eo durante vixit, & Acta S. Alexandri in omnibus pura & ſincera eſſe, ac quando dixit, ex illis neceſſario inferri, hunc Sanctum anno CXVII. martyrio coronatum. Vide quæ de ejus Actis dixi anno 67. numero XV.

III. *Quot menſibus & diebus Pontifices antiqui ſupra annos vixerint, incompertum.*

Illud hic valde notandum, ante Alexandrum ſciri non poſſe quibus diebus aut menſibus Pontifices Romani ſedere ceperint; cum ſi D. Petrum excipias, nullius alterius Pontificis emortualis dies nobis notus ſit, eoque ignorato ſucceſſoris initium ignorari neceſſe ſit. Non loquor hic de S. Clemente, quem nono Kalendas Decembris paſſum conſtat, quia is, juxta ea quæ diximus, Pontificatum abdicavit, ideoque dies ejus emortualis Chronologiæ Pontificiæ nullam lucem affundit. Tempus itaque & oleum perdidere quicumque præcedentium Pontificum initium

&

Novatores oblatrant) ſpecies ſit quædam incantationis atque magiæ, ut potius ad eas diſſolvendas, aliaſque diaboli artes avertendas ea ſolita ſit adhiberi: ad hæc namque (quod S. Epiphanius (*a*) ſcribit) ea uſus eſt Joſephus Comes tempore Conſtantini; & quod optavit, feliciter eſt conſecutus. Aquæ haud communis, ſed quoquo modo ſanctificatæ itidem aſperſione S. Hilarion, eodem ferme tempore, Gentilis aurigæ magias (ut de eo S. Hieronymus (*b*) ſcribit) penitus diſſipavit. Sed & S. Marcellus Epiſcopus Apameæ omnem diaboli conatum, ne Jovis Apameni famoſum delubrum combureretur obnitentis, aquæ ſigno crucis benedictæ uſu penitus ſuperavit. Scribit rem geſtam fuſius Theodoretus (*c*). Macarium itidem aquæ benedictæ virtute magicam impoſturam & dæmonum præſtigias effugaſſe, Palladius (*d*) fide certa memoriæ commendavit. S. Germanus (*e*) Epiſcopus Antiſiodori, concitatos diaboli opera tumentes maris fluctus, aquæ in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis ſanctificatæ aſperſione compeſcuit. Sed quid in his immoror? ſexcenta propemodum de his adducenda eſſent exempla, petita ex diverſis Sanctorum Actis fideliter ſcriptis, quibus magicas incantationes, aliaſque pravorum dæmonum molitiones, aquæ benedictæ aſperſione conſtat eſſe fugatas. Certe ex ſententia Domini (*f*) eamdem calumniam paſſi, quod in principe dæmoniorum ejiceret dæmonia, dicentis: *Si ſatanas in ſe ipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus?* Si aqua benedicta vires dæmonis infringuntur: divinam plane in ea operari virtutem, quis poterit dubitare?

(*a*) *Epiph. hæreſ.* 30.

Aquæ Benedictæ uſus in Eccleſia contra Dæmones.

(*b*) *Hieron. in Hilarion.*

(*c*) *Theod. hiſt. lib.* 5. *c.* 21.

(*d*) *Pallad. in Lauſiac. c.* 6.

(*e*) *Bed. de geſt. Angl. lib.* 1. *cap.* 17.

(*f*) *Luca* 11.

V.

Vetus uſus aquam benedicendi.

Prætermittimus alios innumeros referre caſus, quibus ſanitatum operationem, aliaque diverſi generis mirabilia, ejuſdem virtute ſibi divinitus inſita, per cuncta ſæcula in præſens uſque peracta ſunt: ſed hæc ſatis ex inſtituto ad mores Eccleſiæ inſinuandos: cum de his ſæpe agendi, cunctis ſæculis ex hiſtoria Eccleſiaſtica abunde ſuppetat argumentum: ſed tum ex ea, tum etiam ex aliis diverſorum auctorum ſcriptis Marſilius Columna Archiepiſcopus Salernitanus, vir eruditus, exempla collecta in ſua, quam nuper ſcripſit, Hydragiologia contexuit. Aquam igitur benedicendi ad quemcumque uſum, antiquam eſſe traditionem ex Apoſtolicis fontibus manantem, non modo quæ ſunt dicta demonſtrant, ſed, ut in re comperta, ingenue profeſſus eſt ſanctus Baſilius (*g*), cum agit de aqua baptiſmatis ſolita benedictione ante ſanctificari: de quo Eccleſiaſtico ritu longe ante meminerunt S. Cyprianus (*h*), S. Cyrillus (*i*) Hieroſolymitanus Epiſcopus, S. Ambroſius (*k*), S. Auguſtinus (*l*), & alii. Sed ſi quis dicat Gentiles etiam habuiſſe in uſu aquam luſtralem quid tum? Audiat is Cyrillum (*m*) dicentem: *Ut illa quæ in aris offeruntur, cum natura ſint pura, invocatione dæmonum impura efficiuntur: ſic contra aqua ſimplex, per ſancti Spiritus, Chriſti, & Patris invocationem accepta virtute, ſanctitatem conſequitur.* Quomodo autem in Eccleſia uſu venerit, ut aqua ad domeſticum uſum ſanctificata, ipſo ingreſſu eccleſiæ ad levium ſordium expiationem ſit expoſita, conſule quæ primo tomo Annalium eo argumento a nobis pluribus dicta ſunt.

(*g*) *Baſil. de Spirit. ſanct. cap.* 27.

(*h*) *Cypr. ep* 70. *edit. Pamel.*

(*i*) *Cyrill. catech.* 3.

(*k*) *Ambr. de Sacrament. lib.* 2. *cap.* 5.

(*l*) *Auguſtin. in Julian. lib.* 6. *cap.* 8.

(*m*) *Cyrill. catech.* 3.

VI. De SS. Trinitate antiquorum doctrina.

Habentur epiſtolæ tres ejuſdem Alexandri titulo inſcriptæ: in quarum primam injuria quidem calumniam inferunt ea ratione Novatores, quod in ea tam diſtincte Trinitatis unitas prædicetur: quaſi novum hoc fuerit in Eccleſia; cum antiquitus in catechizandis Fidelibus myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis (quantum homini licet) Catechiſtas inſinuare curaſſe, etiam Gentiles ſcriptores, ut impius Lucianus in Philopatre, teſtes ſint. Adverſus quoque hæreticos Chriſti divinitatem negantes, opus fuit ſanctis Orthodoxis Epiſcopis, ac ipſi potiſſimum Romano Pontifici, Chriſti divinitatem, & eamdem ipſius cum Patre ſubſtantiam exacte populum erudire. Unde S. Athanaſius, ſcribens ad Epiſcopos Africanos, hæc ait: *Priſci Epiſcopi abhinc annis centum & triginta, qui tum Romæ, tum in noſtra civitate Epiſcopatum geſſerunt, accuſaverunt eos qui Filium creaturam dicerent, aut qui negarent eum conſubſtantialem Patri.* Et licet de duobus intelligat Dio-

& finem certis diebus affigere voluere. Nec complurium Pontificum Alexandri ſucceſſorum dies ordinationis & mortis certiores, quia tempus Interpontificiorum nobis ignotum. Annotatur quidem illud tam in libro Pontificali, quam in Chronico auctiori veterum Pontificum, ſed præterquam quod inter horum librorum Auctores non convenit, vacatio Sedis non ex certis monumentis, ſed ex proprio calculo ab illis deſcripta. Liber Pontificalis poſt Alexandri martyrium ait, vacaſſe Epiſcopatum *dies viginti quinque*; Auctor vero auctioris Chronici veterum Pontificum dies duodecim addit, traditque, vacaſſe Sedem *dies triginta ſeptem*. Uter erraverit, prorſus incertum; immo utrumque Interpontificii tempus ignoraſſe, omnino veroſimile. In tantis ergo tenebris per aliquot Pontificatus dies ceſſationis Sedis parum curabo. Alexandro Sixtus ſucceſſit.

IV. *Decretales Alexandri.*

Ad num. VI. Decretales tres Alexandro Papæ attribuuntur, quas Petrus de Marca, Chriſtianus Lupus, aliique Viri doctiſſimi rejiciunt. Prima ſcripta eſt ad omnes Orthodoxos, habetque plura ex aliis ſubſequentium ſeculorum Conciliis & Patribus, præſertimque inſignem locum ex Idatio & Epiſtola ſuppoſititia Benedicti primi incipientem

nyſiis, Romano & Alexandrino Epiſcopis, qui hoc ipſum egregie præſtiterunt: tamen nonniſi majorum exemplo, traditione, atque doctrina eos hæc operatos, nemo jure poterit dubitare.

VII. *Vinum aqua mixtum in Miſſa.* Sed & illud inſuper, ut vinum aqua mixtum in ſacrificio offeratur, non fuit primum ab Alexandro ſtatutum: ſed quod traditione acceptum a Catholicis ſervabatur, ne quæ hæreticorum fraude conſuetudo irreperet in contrarium, ab eo dicendum eſt fuiſſe ſcriptura firmatum. Cyprianus (*a*) enim eodem argumento ſcribens epiſtolam ad Cæcilium, id non ex Apoſtolica tantum, ſed & dominica traditione per Apoſtolos in Eccleſiam derivatum ſibi legitime vendicat. Et S. Juſtinus martyr in Apologia ad Antoninum Pium, cum de incruento ſacrificio agit, vinum ſimul & aquam una cum pane adhiberi ſolitum cum tradit, non ut de re inſtituta recens loquitur, ſed quæ ſemper ab omnibus fuerit obſervata. Atque ut tandem rebus Alexandri ultimam manum imponamus, hæc de eo poſtremo loco in libro de Romanis Pontificibus ſcripta leguntur: *Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros ſex, diaconos duos, Epiſcopos per diverſa loca quinque. Qui ſepultus eſt via Nomentana, ubi decollatus eſt, ab Urbe Roma non longe, milliario ſeptimo, quinto Nonas Maii. Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies vigintiquinque: ac ſubrogatus eſt in locum ipſius Sixtus natione Romanus, ex patre Paſtore, de regione Vialata:* Hæc ibi. *Sixtus Papa.* Meminit cujuſdam Junii Paſtoris, cujus cauſam ſuſceperat defendendam, Plinius (*b*) ſcribens ad Tranquillum. Quod vero pertinet ad annos ſedis Sixti, inferius, cum de eo obitu erit ſermo, fuſius agemus.

(*a*) *Cypr. ep.63. edit. Pamel.*

(*b*) *Plin. lib.1. epiſt. 18.*

VIII. *Novus Deus Antinous ab Hadriano inſtituitur.* Hoc eodem anno Hadriani Imperii decimotertio, cum idem Auguſtus ex Arabia in Ægyptum (*c*) veniſſet, Antinoum eximiæ pulchritudinis puerum quem habebat in deliciis, ſepultum retulit inter deos; in cujus honorem, ejus nomine aram, templum, feſta dicavit, ejuſque nomine civitatem extruxit: quæ quidem hoc ipſo anno facta eſſe Euſebius in Chronico, Spartiano conſentiens, tradit; qui ſic habet: *Peragrata Arabia, Peluſium venit* (civitas eſt in Ægypto) *& Pompeji tumulum magnificentius extruxit. Antinoum ſuum, dum per Nilum navigat, perdidit: quem muliebriter flevit. De quo varia fama eſt, aliis eum devotum pro Hadriano aſſerentibus: aliis, quod & forma ejus oſtentat, & nimia voluptas Hadriani. Et Græci quidem, volente Hadriano, eum conſecraverunt, oracula per eum dari aſſerentes, quæ Hadrianus ipſe compoſuiſſe jactatur.* Hæc Spartianus. Sed & Dio (*d*) ſecundum diverſas diverſorum de ea re ſententias hæc ſcribit: *Protinus in Ægyptum veniens, urbem quam Antinoi nominavit, condidit de nomine Antinoi pueri eximiæ pulchritudinis: qui ex Bithyniæ urbe Cithynide, quam Claudiopolim vocant, ortus, & in deliciis habitus, in Ægypto moritur: ſive in Nilum ceciderit (ut Hadrianus ſcribit) ſive immolatus (ut veritas habet) fuerit, ob magiam ſcilicet. Alioqui enim curioſiſſimus harum rerum (ut ſupra diximus) Hadrianus fuit, quippe divinationibus atque magicis ſacris crebro utens. Quare ſeu ob amorem, ſive quod voluntariam mortem oppetierit (indigebat enim ad ea quæ parabat, anima ejus hominis qui ſponte occubuiſſet) illum in primis coluit. Quo enim loco is oppetiit, urbem conditam ab eo denominavit: ejus ſtatuas per univerſum orbem terrarum, atque etiam effigies erexit. Stellam denique a ſe viſam ajebat, quæ Antinoi foret.* Hucuſque Dio.

(*c*) *Spartian. in Hadriano.*

(*d*) *Dio in Hadriano.*

In octavo itidem Sibyllinorum oraculorum libro, quo venturæ Urbis clades referuntur, hæc de eodem Hadriano & Antinoo prædicta leguntur. IX.

——Myſteria cuncta tenebit
Arcana magiei, puerum monſtrabit, & ipſum
Eſſe deum. Tollet ſancte quæcumque coluntur.

Extant ejuſdem impietatis indices antiqua numiſmata, tam Græcis, quam Latinis litteris, diverſiſque ſignis Antinoi divinitatem teſtantia; ex quibus hic tibi unum reddendum curavimus.

Hæc

tem ab illis verbis num.VI. *Si Trinitas non eſt, quare tertio* ſanctus *dixerunt*, & finientem, *ipſa eſt Patris & Filii*. Secunda ſcripta eſt ad omnes Epiſcopos, habetque locum Oſeæ cap 4. ex verſione S. Hieronymi, qui trecentis annis poſt Alexandrum vixit. Tertia data eſt ad omnes Sacerdotes, habetque etiam locum Micheæ cap.2. ex verſione Hieronymi, & clauſulam Sermonum S. Auguſtini.

V. *Obitus Antinoi.* Ad num. VIII. & ſeqq. *Antinous*, quem Hadrianus dum in Ægypto eſſet, inter Deos retulit, in Nilo periit præcedenti Chriſti anno ut ibidem inſinuavimus. In Collectaneis Græcis apud Scaligerum ea mors illigatur anno primo Olympiadis CCXXVII. qui menſe Julio præcedentis Chriſti anni auſpicatur. Parte alia in Chronico Euſebii tam ſecundum editionem Pontaci, quam Scaligeri, *Antinous* dicitur mortuus anno Abrahami 2145, qui Kalendis Octobribus anni Chriſti CXXVIII. exorditur. Quare mors ea accidit ante diem primum menſis Octobris anni elapſi, & poſt diem XXV. Julii, quo annus primus Olympiadis CCXXVII. inchoatus eſt. Mediobarbus pag.187. varia Numiſmata Græca in honorem Antinoi percuſſa refert, aitque, ſe nulla Latinis vocibus cuſa inveniſſe. Ex quo conjicere licet, illum in Oriente præcipue cultum fuiſſe. Porro omnia quæ extant illius Numiſmata, poſt mortem ejus tantum percuſſa.

(a) Ex Muſæo Lælii Paſqual. Canon. S. Mariæ Majoris in Urbe.



(a)



X. Hæc igitur ex Gentilibus hiſtoricis adeo comprobata retulimus, ne, quæ de eadem re a noſtris ſunt ſcripta, in controverſiam deduci queant. Etenim qui his temporibus vivebant ſcriptores Eccleſiaſtici, & poſtea floruere, cum adverſus deos Gentilium ſcriberent invectivas; ut hac ex parte Chriſtianæ religionis veritati magis conſultum eſſet, Hadriani exemplum in deum referentis & colere jubentis Antinoum, quales cæteri ipſorum deorum fuiſſent, adducere ſolebant in medium; ut inter alios Hegeſippus, qui ſub eodem Imperatore claruit nobilis ſcriptor Eccleſiaſticus, de quo inferius dicturi ſumus, hæc quæ Euſebius (a) recitat, ſcribit in ipſo ſui operis exordio, ubi de his qui ab initio idola erigere ſtatuere: *Quo illis* (inquit) *plus habetur honoris, ſepulcra, monumentaque vacua, atque adeo templa exædificarunt, ſicut & adhuc faciunt: in quorum numerum refertur Antinous, ſervus atrienſis Hadriani Cæſaris, ad cujus honorem celebrantur certamina, quæ Antinoia dicuntur, quæ etiam hac noſtra ætate fiunt.* Hæc apud Euſebium: qui & ex Juſtino philoſopho & martyre ea de re fragmentum recitans, addit: *Iſte in Apologia pro Chriſtiana religione ad Antoninum de tempore illo ita ſcribit: Non alienum a ratione putamus, ſi hoc ſermone etiam Antinoi, qui modo pene vixerit, mentionem fecerimus: quem omnes ut deum, propter metum ab Imperatore illis incuſſum, venerari coacti ſunt; idque cum pro certo cognoſcerent, quiſnam eſſet, unde & quo loco natus.*

Quales dii Gentium.

(a) Euſeb. hiſt. lib. 4. cap. 10.

XI. Theophilus (b) Epiſcopus Antiochenus qui abhinc annos poſt duodequadraginta ſedit, eadem de Antinoo exprobrans, ait: *Silentio tranſmitto Antinoi lucos, & reliquos qui cæteris diis dedicati ſunt: etenim cum ſint iſtæc litterarum monimentis prodita, & legantur; profecto fieri non poteſt, quin intelligenti lectori riſum moveant.* Et Athenagoras Chriſtianus philoſophus hæc in Gentes: *Quid Antinous? majorum veſtrorum erga homines ſibi ſubjectos humanitate & benevolentia deus habitus eſt: qui hos ſecuti ſunt Principes, nulla de eo præcedente exploratione, ipſi hominem in numero deorum habuerunt.* Hæc Athenagoras. Eadem pluribus inculcat Origenes (c) agens contra Celſum, qui his vivebat temporibus, de quo & proxime dicturi ſumus. Epiphanius (d) itidem. Sed & S. Hieronymus (e), cum de vitiis Gentium, quæ Deum ignorabant, agit, & quomodo coruſcans Chriſtiana religio ea omnia exiccaverit, dum locum Iſaiæ (f): *Et pueris alienis adhæſerunt*, explicat: hæc ait: *In tantum Græci & Romani pæderaſtiæ quondam vitio laboraverunt, ut & clariſſimi philoſophorum Græciæ haberent publice concubinos: & Hadrianus, philoſophiæ artibus eruditus, Antinoum conſecravit in Deum, templumque ei & victimas & ſacerdotes inſtituit, & ex eo Ægypti civitas & regio nomen accepit. Inter ſcorta quoque in fornicibus ſpectaculorum pueri ſteterunt publicæ libidini expoſiti: donec ſub Conſtantino Imperatore, Chriſti Evangelio coruſcante, & infidelitas Gentium univerſarum & turpitudo deleta eſt.* Hucque Hieronymus.

(b) Theophil. ad Antolic.

De Antinoo in Gentiles frequens exprobratio.

(c) Orig. contra Celſ. lib. 3.
(d) Epipl. in Epitom. & in Anchorato.
(e) Hier. in Iſa. c. 2. & lib. de Script. Eccl. in Hegeſippo, & lib. 2. contra Jovin. ante med.
(f) Iſaiæ 2.

XII. Sed & Prudentius in Symmachum Conſularem, ſuperſtitionis Gentiliciæ acerrimum defenſorem, hæc eadem de Antinoo novo deo exprobrat, dicens:

Quid loquar Antinoum cæleſti ſede locatum?
Illum delicias tunc divi Principis, illum
Purpureo in gremio ſpoliatum ſorte virili,
Hadrianique dei Ganymedem, &c.

Chryſoſtomus (g) item hæc ſæpe refricat. Quod autem Chriſtiani qui in Ægypto erant, hæc de Antinoo in deum conſecrato publice deriderent, & alii Ægyptii in Hadrianum, cum receſſiſſet, parum grato viſi eſſent animo, ipſe poſtea ſcribens ad Servianum Ægypti præfecturam adminiſtrantem, multa in Ægyptios Gentiles, Chriſtianos, atque Judæos, nulla pene illorum habita religionis differentia, turbato animo omnia miſcens atque confundens, ejuſmodi dedit epiſtolam, quam ex Phlegontis liberti Hadriani libris acceptam Flavius Vopiſcus, & ipſe flagrans odio in Chriſtianos, recitat in Saturnino: eſt autem hujuſmodi.

(g) Chryſoſt. hom. 27. in 2. ad Corinth. & 66. ad pop. Antioch.

Ha-

XIII. Hadriani Epiſtola ad Servianum. *Hadrianus Auguſtus Serviano Coſ. S. Ægyptum, quam mihi laudabas, Serviane cariſſime, totam didici levem, pendulam, & ad omnia famæ momenta volitantem: illi qui Serapim colunt, Chriſtiani ſunt, & devoti ſunt Serapi, qui ſe Chriſti Epiſcopos dicunt. Nemo illic archiſynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Chriſtianorum presbyter, non mathematicus, non aruſpex, non aliptes: ipſe ille Patriarcha cum in Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Chriſtum. Genus hominum ſeditioſiſſimum, vaniſſimum, injurioſiſſimum. Civitas opulenta, dives, fœcunda, in qua nemo vivat otioſus. Alii vitrum conflant, ab aliis charta conficitur: omnes certe lymphiones cujuſcumque artis & videntur & habentur: podagroſi, quod agant, habent: cæci, quod agant, habent: ceteri (*) quod faciant: nec chiragrici quidem apud eos otioſi vivunt. Unus illis Deus eſt, hunc Chriſtiani, hunc Judæi, hunc omnes venerantur & Gentes: & utinam melior eſſet morata civitas; digna profecto ſui profunditate, quæ pro ſui magnitudine totius Ægypti teneat principatum. Huic ergo cuncta conceſſi, vetera privilegia reddidi, nova ſic addidi, ut præſenti gratias agerent. Denique ut primum inde diſceſſi, & in filium meum Verum multa dixerunt, & de Antinoo (*) quæ dixerunt, comperiſſe te credo: nihil illis opto, niſi ut ſuis pullis alantur, quos quemadmodum fœcundant, pudet dicere.* Hucuſque de his Hadriani epiſtola.

(*) al. cæci.

(*) al. Antonino.

XIV. Cum vero in ea de Chriſtianis mira inconſtantia, modo quod cum Ægyptiis colerent Serapim, modo Chriſtum, modo Deum unum cum Judæis & Gentibus eos venerari dicat; ſed & illis matheſim & aruſpicinam & alia id genus tribuat: ſi velimus hæc ipſum haud calumnioſe locutum; certum eſt de illis Chriſtianis intellexiſſe, qui erant ex ſchola Baſilidis, atque Carpocratis, quos fuiſſe Alexandrinos, omniumque turpitudinum ibi aperuiſſe gymnaſium, nec in confeſſione nominis Chriſti ſolidos conſtanteſque perſtitiſſe, ſed abſque culpa poſſe negare, & deos venerari, ſuos docuiſſe, ſuperius diximus: quos certe ſuis coloribus Hadrianus graphice deſcripſiſſe videtur. Sed cum poſtremo de Chriſtianis, quod unum Deum colerent, meminit; ad Ortodoxos, quibus (ut dictum eſt) Alexandrina mirifice florebat Eccleſia, reſpectum habuiſſe viſus eſt.

De quibus ſit locutus Hadrianus.

XV. Ceterum in odium Chriſtianorum novi atque turpiſſimi dei cultum adeo ſubſannantium, Antinopoli, ubi idolum recens erectum erat, factam eſſe conſtat de Chriſtianis carnificinam: nam cum aliunde, tum etiam Alexandria illuc ad ſupplicium Chriſtiani mittebantur. Quocirca in Romano Martyrologio, ſicuti & in Græcorum Menologio, vigeſimaſecunda Septembris hæc ſcripta habentur: *Antinopoli in Ægypto ſanctæ Iraidis virginis Alexandrinæ & ſociorum martyrum: quæ ad hauriendam ex proximo fonte aquam egreſſa, cum vidiſſet navim confeſſoribus Chriſti onuſtam, relicta hydria, ſe protinus illis adjunxit, ac ſimul cum eis in urbem ducta, prima omnium poſt multa ſupplicia capite cæſa eſt: deinde presbyteri, & diaconi, & virgines, aliique omnes eodem mortis genere conſumpti ſunt.* Hæc ibi.

Antinopolitani martyres.

XVI. Cum autem temporibus Hadriani (ut dictum eſt) complures viri eruditione & vitæ moribus inſignes, iidemque Chriſtiana religione nobiles, adverſus Gentiles pro Chriſtiana religione defenſiones, ſcripſiſſent, ut Qudratus, Ariſtides, & Hegeſippus; non defuit, qui e contra adverſus eam pugnans, vehementiſſimam ediderit invectivam, qua ipſam omni ex parte oppugnans, penitus (ſi poſſet) labefactaret atque deſtrueret. Fuit hic Celſus quidam, de quo, ne quis forte nominis errore labatur, eum quiſnam fuerit, digito Origenes (*a*) demonſtrans, ait: *Enimvero duos quoſdam accepimus fuiſſe id Celſi nomen ſortitos, alterum & priorem Neronis temporibus, alterum Hadriani, qui & poſterior fuit, & in Chriſtianam religionem invectus eſt: Qui* (alibi ait) *ex aliis ſcriptis ſuis deprehenditur eſſe Epicureus.* Cæterum addendus his eſſet tertius Celſus, qui & ipſe itidem ſub Hadriano vixit, atque clariſſimus fuit, nimirum Julius Celſus Jureconſultiſſimus, quem Imperator in judicando præcipuum inter alios (ut de eo ſcribit Spartianus) habuit aſſeſſorem. Rurſum vero ejuſdem Hadriani tempore alius quoque Celſus Conſularis obiiſſe potius quam vixiſſe dicendus eſt: quippe qui infeſtus olim Hadriano, Traiani tempore, ab eodem cum creatus eſt Imperator (ut Dio & Spartianus teſtantur) eſt juſſus occidi. Celſus igitur de quo eſt ſermo, quem conſtat ex Origene ſecta fuiſſe Epicureum, ille ipſe Celſus eſt philoſophus Epicureus, cui Lucianus, ejuſdem quoque ſectæ profeſſor, *Pſeudomantem* librum dicavit; quem inter Epicureos excelluiſſe, Lucianus ipſe in fine operis, ejus laudibus recenſitis, oſtendit.

Celſus Epicureus in Chriſtianos ſcribit.

(*a*) *Orig. contra Celſ. lib. 1.*

XVII. Hic itaque Celſus Epicureus ſcripſit adverſus Chriſtianam ſimulque Judaicam religionem commentarium, quem nobili titulo illuſtravit & inſcripſit: *Veri ſermo*: quo primum tam in Chriſtianos, quam etiam in Judæos invehitur (*b*), quippe qui videns ex Judæis progenitos Chriſtianos, ratus hos non poſſe ſubſiſtere, ſi illos deſtruat, in Moyſen multa mendacia congerit: poſtea vero Judæum hominem

(*b*) *Orig. contra Celſ. li. 1.*

Argumentum ſcriptorum Celſi in Chriſtianos.

nem cum Chriſto acerrime diſputantem introducit, qui complura ex his quæ in Evangelio ſunt ſcripta ſugillet, ac blaſphemiis impetat. Rurſum vero Judæos, qui Chriſto credidiſſent, auctor ipſe, eadem Judæi ſuperinducta perſona, vehementer exagitat (*a*), quod patriis relictis legibus per Jeſum illecti, ridicule admodum fuiſſent illuſi, in aliam nuncupationem & vitam tranſeuntes. Poſt hæc vero ipſe, utpote Ethnicus, altercationem ejuſmodi inter Judæos & Chriſtianos, ut rem futilem ac nullius plane momenti deridens atque ſubſannans (*b*), tam Chriſtianam, quam Judaicam religionem validiſſime urget: quippe qui teſtetur (*c*) ſe cum Chriſtianis vixiſſe, & noſtræ religionis commentarios perlegiſſe, nihilque ſe fugere, ſed omnia noſſe.

(*a*) Orig. ibid. lib. 1.

(*b*) Orig. ibid. lib. 3.

(*c*) Orig. ibid. lib. 6. & ſup. lib. 1.

XVIII. Eccleſiæ robur infractum.

Incredibile pene dictu, quanta dicacitate ac petulantia calumnias doloſe concinnatas, mendacia artificioſe velata, omni argumentorum genere Chriſtianam religionem iſte Celſus adortus fuerit; ut plane videri poſſet fidei Chriſtianæ ſtructura, omni ex parte validiſſimis concuſſa machinis, penitus collapſura, niſi ipſam ſapientiſſimus architectus, idemque ſtructor & fundamentum ipſum, ſupra firmam petram fundaſſet, ac divinæ protectionis compagine immobiliter ſolidaſſet. Tot enim Chriſtiana fides probata caſibus ſemperque adverſis omnibus viſa ſuperior, evidens plane ſpecimen dedit non humanum eſſe inventum, vel arte excogitatum commentum, ſed ſtabilitum divinitus firmamentum: quod Origenes adverſus eumdem Celſum, agens hac ſententia egregie profitetur (*f*): *De Chriſtianis* (inquit) *quid erit dicendum, quorum doctrinam, vel Romanorum Senatus, Imperatoreſque ut quiſque ſucceſſerat, & milites ipſi, & populus, & credentium neceſſarii impugnando tam acriter interpellarent, ut proinde victa iſtorum forte ſuccubuiſſet inſidiis, ni divina virtute emergens ſuperior adeo evaſiſſet, ut terrarum orbem etſi inſidias molientem pervicerit?* Hactenus ipſe.

(*f*) Orig. ibid. lib. 1.

XIX. Verum hæc adeo fortia atque formidanda, quæ a Celſo in Chriſtianam religionem objecta fuerunt, iis qui tunc temporis erant (ut ait Origenes) fide Chriſtiana imbuti, plane levia, inania, atque adeo nullius plane viſa ſunt eſſe momenti, ut quantumlibet non deeſſent viri eruditi, qui ea protinus refellere ac confutare penitus valuiſſent, nihilominus ut ſagittas infantium contempſerint: adeo ut nullus omnino Celſi vel meminiſſe legatur ad Origenis uſque tempora; quando ipſe ne ex illis puſilli (ut in præfatione tradit) ſcandalum aliquod paterentur, eam ſuſcepit provinciam, ut octo eruditiſſimis libris Celſi veſaniam ſtrenue confutaret. At de Celſo Epicureo hactenus: quem licet (ut vidimus) his Hadriani temporibus vixiſſe, idem Origenes teſtetur; tamen quod Marcionis, Valentini & quorumdam aliorum hæreticorum meminit, qui prodiere tempore Antonini ſucceſſoris Hadriani, poſt illorum pervulgatas hæreſes conſcripſiſſe, certiſſimum eſt.

JESU CHRISTI ANNUS 133.	SIXTI PAP. ANNUS 2.	HADRIANI IMP. ANNUS 14.

I. CHriſti Domini anno centeſimo trigeſimotertio, Coſſ. Pontiano & Rufino, defuncto Juſto Epiſcopo Alexandrino, in locum ejus ſuffectus eſt Eumenes (*a*), qui ſedit annos tredecim. (*a*) *Euſeb. in Chron.*

SÆC. II. Anno Urbis 884. Olymp. 227. an.3. A. C. 131. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5624.

☉ 28. A.☽ 18. P.7. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 131. *ſecund. Baronium* 133.

TELESPHORI PAPÆ 6.

HADRIANI IMP. 15.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Ser. Octavius Lænas Pontianus*, & *M. Antonius Rufinus*, ex Inſcriptione Onuphriana.

II. *Quindecennalia Hadriani.* Quindecennalia Hadriani hoc anno celebrata. In Chronico Euſebii anno Abrahami 2147. qui Kalendis Octobris antecedentis Chriſti anni inchoatur, horum ſolennium extant aliqua veſtigia, ſed in Codicibus manuſcriptis tantum, editione tam Pontacena, quam Scaligeriana valde hoc tempore depravata; *Salvius Julianus*, inquit Euſebius, *perpetuum compoſuit edictum*, quo omnes civitates Romanæ urbis leges ſequi jubentur; quod edictum ad noſtra tempora pervenit. Novitates autem annis hujuſmodi feſtivitatibus addictis de more inductæ. Addit Euſebius: *Hadrianus Athenis hiemem exigens, Eleuſinam inviſit, Hadrianus cum inſignes & plurimas ædes Athenis feciſſet, agonem edidit, Bibliothecamque miri operis extruxit*; quæ tam Marianus Scotus, quam Hermannus Contractus cum anno XV. Hadriani recte copulant. Ex quibus & conjectura eſt, ea ſolennia Athenis fuiſſe exhibita. Paulo ante dixerat Euſebius: *Templum Romæ & Veneris in Urbe factum*, quæ cum anno XV. Hadriani conjungenda exiſtimo. Templa enim in Decennalibus & id genus feſtis de more dedicata. Templum Urbis ſeu Romæ extruxerat Hadrianus, ſeu ejus fundamenta jecerat in Quinquennalibus ſuis, ut ibidem diximus. Quare hoc anno ejus dedicatio facta. Extat Hadriani Nummus tertio ejus Conſulatu inſignitus apud Mediobarbum, in cujus poſtica legitur: URBS. ROMA ÆTERNA S. C. Viſitur templum, in quo ſeptem figuræ taurum ad aram ſacrificant. In Epitome edictum Salviani anno ſequenti recitatur, ſed ad præſentem annum revocandum. (Baron. an. 134. n.11.)

III. *Hadriani Alexandriam adventus.* Andreas Morellius Vir eruditiſſimus, in Specimine univerſæ rei nummariæ antiquæ, producit Nummum Alexandriæ percuſſum, in quo expreſſus eſt *Adventus* typus, & mulier cum galea elephantina, quam Alexandriam denotare probant Numiſmata Galbæ, Veſpaſiani, Titi, Domitiani, & aliorum, in quibus eadem figura cernitur cum adſcripto nomine ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. Quæ mulier in laudato Nummo repræſentata Hadriani advenientis manus oſculatur, cum hac nota, L. IE. id eſt, *anno XV.* Memorat ibidem Morellius alium Nummum, in quo Alexandria Hadrianum in quadriga adveniente ſalutat, cum eadem nota, L. IE. ſed in eo, quod cum Petavio & Calviſio Antinoi mortem in hunc Hadriani Alexandriam adventum Morellius differt, minime audiendus, ut ex dictis conſtat. An vero is Nummus præſenti anno, vel inſequenti, quo decimus quintus Hadriani annus uſque ad diem decimum Auguſti in curſu fuit, percuſſus, ex his quæ anno ſequenti dicemus, manifeſtum fiet.

[1] COſſ. *Ser. Octavius Lænas Pontianus*, & *M. Antonius Rufinus*. Lapis Gruterianus pag. CLXXIX. 6. SER. OCTAVIO LAENATE. PONTIANO. M. ANTONIO. RUFINO. COS. DED.K. OCTOBR. Item pag. CCCXXXVII. LAENATE. PONTIANO. ET ANNIO. RUFINO. COS. Ubi corrupte ANNIO pro ANTONIO exaratum exiſtimatur. Signum figlinæ apud Fabrettum pag.509. n.140.

PONT. ET RUFIN. COS
EX FIG AVITIAERI
T F P R I

Aliud vero ſignum in laterculis erutis Romæ in hortis Mattheſiis c. A. D. 1725. Et exſcriptus a Dominico Georgio, in cujus collectaneis antiquarum inſcriptionum aſſervatur, ita habet:

PONT. ET RUFIN COS
EX FIG AVITIAN
T. F P

Hinc mendoſe figuli nomen, & ſiglas exarari apud Fabrettum putamus. Laterculus in ædibus Capitolinis: PONTIAN. ET RUFINO COS.

Faſti Idatiani; *Pontiano*, & *Rufo*. Vindebonenſes; *Pontiano*, & *Rufino*; & ita Proſperi Chronicon.

JESU CHRISTI ANNUS 134. | SIXTI PAP. ANNUS 3. | HADRIANI IMP. ANNUS 15.

I. ANno Chriſti centeſimo trigeſimoquarto, a Caſſiodoro ponuntur Conſules Pompeianus ſecundum & Commodus, a Græcis Augurinus & Severianus. Quod vero ad Commodum ſpectat: hunc Hadrianus in filium adoptavit, & Imperatorem deſignavit; ſed morbo correptus interiit, ut de eo Dio tradit: quod accidiſſe ait Spartianus cum ſecundo Conſul deſignatus eſſet, ipſis Kalendis Januariis.

Quod vero Euſebius hoc anno decimoquinto Imperii Hadriani recenſet ejuſdem Athenas reditum; niſi adhuc tertio illuc acceſſerit, ex his quæ ex Spartiano ſuperius dicta ſunt, manifeſti erroris convincitur.

Eodem quoque anno (inquit Euſebius) *Salvius Julianus perpetuum compoſuit edictum:* meminit Salviani edicti Juſtinianus ea ſanctione, qua agit de vetere jure enu- II. Edictum Salvianum.

Ann. Ecc. Tom. II. R clean-

SÆC. II. Anno Urbis 885. Olymp. 227. an. 4. A.C. 132.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5625.

☉ 1. GF. ☽ 19. P. 21. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 132. *ſecundum Baronium* 134.

TELESPHORI PAPÆ 7.

HADRIANI IMP. 16.

I. *Conſules.* [1] AD Num. I. & ſeq. Coſſ. *Sentius Augurinus*, & *Severianus*, ex Onuphrio in Faſtis.

II. *Edictum Salviani.* Edictum Salviani, de quo Baronius hoc anno, ad ſuperiorem pertinet, ut ibidem explicavimus.

III. *Bellum Judaicum.* Baron. an. 135. n. 1. Bellum *Judaicum* hoc anno inchoatum. Euſebius enim in Chronico anno Abrahami 2148. qui præcedenti Chriſti anno, Kalendis Octobris inchoatur, de eo agit, & tam Marianus Scotus, quam Hermannus Contractus ejus verba alligant anno decimo ſexto Hadriani. Verum quidem eſt, Spartianum in Hadriano cap. 16. proxime antequam narret Arabicam hujus Imperatoris peregrinationem, ſcribere: *Moverunt ea tempeſtate & Judæi bellum quod vetabantur mutilare genitalia.* Sed hinc tantum inferendum, eoſdem tumultum ciere cœpiſſe, non vero Hadrianum tunc exercitum adverſus illos miſiſſe. Teſtatur enim Dio lib. 69. Hadrianum Duces adverſus eos non deſtinaſſe, niſi poſtquam iterum in Syriam adventavit, & Judæos ubique gentium tumultuari accepit. Sed præſtat Dionis verba recitare, ut hujus belli cauſam ac tempus melius percipiamus: *Cum autem in urbem Hieroſolymam, quæ everſa fuerat, quamque Æliam Capitolinam appellavit, coloniam deduxiſſet, ac quo in loco templum Dei fuerat, alterum Jovi ædificari curaviſſet, magnum bellum & diuturnum moveri cœpit, Judæis graviter ferentibus, quod exteræ nationes in urbem ſuam habitatum veniſſent, quodque in ea fieri externa ſacra viderentur. Tamen cum Hadrianus in Ægyptum ac rurſus in Syriam adventaſſet, quieſcendum ſibi eſſe putabant. Interim vero arma, quæ ipſis erant a Romanis imperata, minus apta de induſtria fecerunt, ut ſi ea Romani reprobaſſent, ipſi eis uterentur. Poſt ubi Hadrianus longe abeſſe viſus eſt, palam defecerunt: utque aperto prælio non audebant cum Romanis periclitari, ita capta loca ſuæ regionis opportuna cuniculis muniebant & mœnibus, ut ad ea, ſi urgeret neceſſitas, perfugerent: utque ad ſe mutuo ſub terram tranſeuntes laterent, vias ſubterraneas deſuper perforaverunt, quo ventum lumenque reciperent. Hos Romani primo nihili faciebant; ſed poſtquam totam Judæam commotam eſſe, Judæoſque omnes ubique gentium tumultuari, & conventus facere intellexerunt, ac multa damna occulte aperteque Romanis inferre, cum iiſque complures alias gentes lucri cupiditate conjungi, ac fere ob eam cauſam omnem Orbem terrarum commoveri: Hadrianus optimos quoſque Duces adverſus eos mittit,* &c. Hadrianus novam urbem Hieroſolymitanam anno centeſimo decimo nono ædificavit, ut ſuo loco dictum, & ubi Dei Opt. Max. templum fuerat, Jovis Capitolini templum excitavit. Recte Hieronymus in Epiſtola ad Dardanum ait, Hieroſolyma quinquaginta annis poſt everſionem Titi ab Hadriano inſtaurata, quod verum eſt, ut annos illos L. a morte Titi numeranti patet. Parte alia Hadrianus bis in Syria fuit. Primo, præfato Chriſti anno, quo Hieroſolyma condidit. Secundo, anno Chriſti centeſimo viceſimo octavo, quo Syriam a Phœnice ſeparare voluit. Tunc itaque Judæi tumultuari cœperunt, ut diximus cum Spartiano. Sed quia ab eo tempore Hadrianus ſemper in Oriente vel in Ægypto fuit, Judæi *quieſcendum ſibi eſſe* putarunt. *Poſt ubi Hadrianus longe abeſſe viſus eſt, palam defecerunt;* ideoque currenti anno, ut accurate Euſebius in Chronico tradit. Remque ita ſe habuiſſe colligo ex Dione, qui Judaico bello narrato, inquit: *Eodem tempore Hadrianus templum Jovis Olympii, in quo ipſius quoque ſtatua poſita fuit, Athenis ædificavit, juſſitque in eo draconem allatum ex India collocari: ac Dionyſia defunctus maximo apud eos Magiſtratu, patriaque veſte indutus, magnifice celebravit.* Vides, quam belle Dionem inter & Spartianum conveniat. Ex hujus narratione ſuperius allata colligitur, Hadrianum anno circiter CXXVIII. Athenis fuiſſe, & Jovis Olympii templum dedicaſſe, eaque tempeſtate Judæos bellum moviſſe. Non aliud autem Dio in literas mittit, niſi quod bellum Judai-

[1] COſſ. *Sentius Augurinus*, & *Severianus*. Prænomina utriuſque deſiderantur, at geminati conſulatus nota *Serviano*, ſeu *Severiano* apponenda eſt, ſi Onuphrium ſequi velimus, qui *Severianum* conſulem primum ſuffectum fecit A. D. 129. Quum vero veterum inopia monumentorum de eorum prænominibus ac veris nominibus incerti ſimus, ſcribentur nobis ita: ..... *Sentius Augurinus*, & ...... *Arrius Severianus II.* Faſti Idatiani, & Vindebonenſes: *Augurino*, & *Sergiano*. Ita & Proſperi Chronicon.

cleando, ubi ait, Salvii Juliani ſcripturam ſtatuiſſe illud in primis, debere omnes civitates conſuetudinem Romanæ urbis ſequi ac leges, non ipſam quæ eſſet aliarum civitatum. Cum enim olim Prætores ſuo arbitratu edicta proponerent, ea annua erant, & (quod ait Cicero (*a*) in Verrem) a Kalendis Januarii incipiebant, eademque die verſo anno finiebant; ſed per Hadrianum Imperatorem factum eſt, ut idem Salvius Julianus univerſale edictum ſcriberet, quo omnes in poſterum Prætores uterentur, eaque de cauſa perpetuum eſt appellatum: meminit ejuſdem edicti Eutropius (*b*), & alii; cujus nos meminiſſe voluimus, quod ex eo haud levis oborta eſt occaſio Chriſtianam religionem exagitandi, cum eo edicto cogerentur Chriſtiani ſecundum Romanæ urbis conſuetudinem vivere, atque leges, quæ ut plurimum adverſarentur ipſorum inſtitutis. Propoſuit & Hadrianus edictum de vigeſima parte hæreditatis Fiſco applicanda; cujus occaſione putamus accidiſſe, ut idem primus (quod ait Spartianus) Fiſci advocatum inſtituerit: porro hujuſmodi Hadriani edictum a Juſtiniano Imperatore (*c*) fuit abrogatum.

Se-

(*a*) *Cicero in Ver. lib.* 1.

(*b*) *Eutrop. l.*9.

(*c*) *l.*3. *C. de edicto divi Hadr. tollendo.*

daicum, quod anno tantum Hadriani XVIII. extinctum, uno tenore recitat, & poſtea ad ea redit, quæ horum tumultuum initio ab Hadriano Athenis geſta ſunt. Quare Baronius motuum Judaicorum exordium cum anno Chriſti CXXVIII. recte collocavit.

IV. *Belli Judaici origo.*

Euſebius, qui tam in Chronico, quam in libris de Demonſtratione, *Æliam* ab Hadriano poſt bellum Judaicum conditam ſcribit, Baronium, alioſque plures in errorem induxit. Tantum enim abeſt, inquit Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis, quem Valeſius in Notis ad lib. 4. Euſebii ſequitur, ut *Ælia* condita fuerit ab Hadriano poſt partam de Judæis victoriam, ut bellum Judaicum ex Æliæ conditu originem ceperit. Nam cum Judæi urbis ſuæ ſolum ab alienis occupatum viderent, & in eo ipſo loco, in quo Dei templum olim fuiſſet, ſacra fieri Jovi Capitolino animadverterent, eam injuriam minime ferendam rati, arma corripuerunt, & initium fecerunt hujus belli ab Euſebio in Hiſtoria deſcripti. Ibi tamen cap. 6. dupliciter fallitur, tum quod urbem Hieroſolymam ſub Hadriano penitus everſam fuiſſe ſcribit, tum quod Æliam Capitolinam ab eodem Hadriano conditam eſſe exiſtimavit poſt expugnationem Bettharæ. Et tamen conſtat ex Joſepho, Hieroſolyma prorſus a Tito fuiſſe everſa, ita ut aratrum etiam ejus ſolo fuerit impreſſum. Certe Euſebius eo in loco aperte non dicit, Hieruſalem ab Hadriano everſam fuiſſe, ſed id tantum obſcure innuit. In libris autem de demonſtratione & in Chronico diſerte affirmat, Hieruſalem funditus ab Hadriano everſam eſſe. Quod vero ad *Æliæ* conditum ſpectat, jam oſtendimus, illum Imperii Hadrianei initio contigiſſe.

V. *Hieruſalem Ælia appellata.*

Euſebii autem error inde proceſſit, ni fallor, quod cum Hadrianus anno CXXXVI. Vicennalia edidit, & novæ urbi a ſe jam antea conſtructæ, Æliæ nomen dedit, ex eorum temporum uſu, qui ferebat, ut annis hujuſmodi ſolemniis deſtinatis novæ urbes aut ædificarentur, aut dedicarentur, aut novis nominibus appellarentur, ipſe Euſebius putavit, Æliam fuiſſe tunc conditam. Unde licet bellum Judaicum anno XVIII. Hadriani in Hiſtoria geſtum dicat, in Chronico tamen nonniſi anno Hadriani XX. ſcribit: *Aelia ab Aelio Hadriano condita*; in Hiſtoria vero: *In hunc modum cum civitas Judæorum e gente nudata eſſet, poſt hæc Alienigenis eo confluentibus, urbs & colonia civium Romanorum effecta, in honorem Aelii Hadriani Imp. Aelia nuncupata eſt.* Ubi vides Euſebium, urbis appellationem cum ejus conditu confundere; qua in re non ſemel ab Antiquis peccatum. Præterea Nicephorus, qui lib. 2. cap. 24. tradit, Hadrianum de ſuo nomine urbem excitaſſe, addit, poſt bellum Judaicum eam Aeliam eſſe appellatam. Hieruſalem numquam dirutam uſque ad ſolum niſi ſub Hadriano, Hieronymo cap. 10. in Danielem perſuaſit Euſebius, quod a Scaligero loco laudato confutatum.

VI. *Pro everſis Hieroſolymis condita Ælia.*

Non audiendus autem Valeſius citatus, qui ait Hadrianum Hieroſolyma non inſtauraſſe; neque ejus mentem fuiſſe, ut eam urbem ſuſcitaret, quippe qui infenſiſſimus eſſet Judæis, qui tunc hoſtes populi Romani erant, ſed Aeliam urbem condidiſſe. Non audiendus, inquam, quia Zonaras in Hadriano ſcribit: *Urbem in Palæſtina pro everſis Hieroſolymis conditam Æliam Capitolinam nominavit: & quo in loco Dei templum olim fuerat, eo in loco poſt Jovis lucum condidit.* Neque aliter loquitur Hieronymus in Epitaphio Paulæ, cum dicit: *Ingreſſa eſt Hieruſalem, quæ ab Ælio poſtea Hadriano de ruinis & cineribus civitatis in Æliam ſuſcitata eſt.* Beda pariter, ſeu quis alius in Expoſitione locorum & urbium, quarum mentio fit in Actibus Apoſtolorum: *Hieruſalem Metropolis quondam Judææ, quæ nunc ab Ælio Hadriano Cæſare, quod eam a Tito deſtructam latiore ſitu inſtauraverit, Ælia cognominata eſt*, &c. Ad has auctoritates reſpondet Valeſius, hos Auctores improprie locutos eſſe. At hæc reſponſio minime ſatisfacit. Idem enim Hieronymus in Epiſtola ad Dardanum de terra repromiſſionis ait: *Cum ipſa Metropolis tua prius Jebus, poſtea Salem, tertio Hieroſolyma, & nunc Ælia.* Vides ut ſibi ſemper conſtet Hieronymus. Denique urbes, quæ vel ex aliarum ruinis crevere, vel quæ procul a priori ſitu ædificatæ, & antiquarum nomen ferunt, loco earum ædificatæ dicuntur. De fine belli Judaici infra agetur.

JESU CHRISTI ANNUS 135.	SIXTI PAP. ANNUS 4.	HADRIANI IMP. ANNUS 16.

I. Bellum Judaicum inſtauratur.

SEquitur Chriſti annus centeſimus trigeſimus quintus, Coſſ. Hybero & Silano: cum bellum Judaicum multis annis a Rufo Judææ Præſide (ut dictum eſt ſuperius) adminiſtratum, non modo non confectum eſt, ſed difficilius in dies inſtauratur: majores enim animos abſentia Principis Judæi ſumentes, provinciam Palæſtinam depopulantur; de his enim Euſebius hoc anno decimoſexto Hadriani Imperatoris hæc ait in Chronico: *Judæi in arma verſi, Palæſtinam depopulati ſunt, tenente provinciam Tinio Rufo, cui ad opprimendos rebelles Hadrianus miſit exercitum;* immo & novos duces.

(a) Dio in Hadriano.

Tunc enim Hadrianus (inquit Dio *a*), *minime cunctatus, præcipuos Romanorum duces adverſus eos miſit: quorum primus Julius Severus in Judæam ex Britannia vocatus. Hic minime auſus eſt prælium committere: nam & multitudine longe impar erat ad decertandum, & hi de ſalute deſperaverant. Igitur diviſos adortus, carptim, ut quoſque poterat, comprehendens, pro multitudine militum atque Tribunorum tum ab alimentis & commeatu interclusos, tardius quidem, ſed minore cum periculo penitus oppreſſit: pauci admodum evaſere, atque a cæde ſuperfuerunt. Arces eorum quinquaginta celeberrimæ dirutæ ſunt: vici ad nongentos & octogintaquinque, qui ſane frequentes & nominatiſſimi erant, direpti, & mox igne conſumpti ſunt; viri in excurſionibus & præliis ipſis ad quinquaginta millia cæſi fuere: fame & morbis & igne ingens multitudo abſumpta eſt: ſic fere omnis Judæa deſolata eſt: quam cladem etiam ante bellum multa ipſis denuntiaverant: nam Salomonis ſepulcrum, quod illi in ſupremo cultu & reverentia habent, ſponte & nullo impellente diſcuſſum corruit: lupi & hyenæ paſſim per urbes incedentes ululabant. Non fuit incruenta victoria Romanis: ſiquidem multi eorum occubuere. Quare Hadrianus ad Senatum ſcribens, eo minime uſus eſt principio: Si vos & filii veſtri valent, bene eſt: ego & exercitus valemus. Severum deinde debellatis Judæis in Bithyniam miſit.* Hucuſque Dio de Judaici belli exitu: quod finem accepiſſe tradit Euſebius (*b*) anno decimooctavo Hadriani Imperii: qua ratione nec ad illud uſque tempus eum Romam rediiſſe, ex litteris tunc ad Senatum ſcriptis colligi poteſt: quæ autem poſt hæc facta ſint, ſuo loco dicenda erunt.

Julius Severus debellat rebellantes Judæos.

(b) Euſeb. in Chron. & hiſt. lib. 4. c. 6.

SÆC. II. Anno Urbis 886. Olymp. 228. an. 1. A.C. 133.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5626.

☉ 2. E. ☽ 1. P. 6. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 133. *ſecundum Baronium* 135.

TELESPHORI PAPÆ 8.

HADRIANI IMP. 17.

I. Conſules.

[1] AD num. I. Coſſ. *Hiberus*, & *Siſenna*.

[1] COſſ. *Hiberus*, & *Siſenna*. Prænomen Siſennæ adhuc latet, Hiberi tamen habetur, cui & *Antonius* nomen quoque eſt. Itaque ſcribimus: *M. Antonius Hiberus*, & .... *Mummius Siſenna*. Vetus lapis in ædibus Capitolinis:

L. BALBILIUS. NUMITORI
ANUS. NATUS. PR. IDUS. MAIAS
ANTONIO. HIBERO. ET
MUMMIO. SISENNA. COS.
DECESSIT. VII. K. JANUARIAS
ORFITO. ET PRISCO. COS

Vixiſſe dicitur ANN. XVI. MEN. VII. D. XII. tot enim elapſi ſunt a Conſulatu *Hiberi & Siſenna ad Orfiti, & Priſci* conſulatum.

Alius lapis editus a Grutero pag. CVIII. 7. nunc in hortis Juſtinianis, & ad veram lectionem reſtitutus a Fabretto pag. 506. n. 121. ubi de quibuſdam militibus honeſta miſſione dimiſſis. HIBERO. COS. Figlina ibidem apud eumdem Fabrettum n. 125. HIB. ET SISEN. COS. Lapis vetus in Donianis inſcriptionibus cl. II. n. 144. pag. 101. M. ANTONIO. ET SISENNA COS. EX. R. LUCANONI HEBET..... Faſti Idatiani & Vindebonenſes: *Hibero, & Siſenna*. Proſperi Chronicon: *Ticerio, & Silano*, librariorum oſcitantia.

JESU CHRISTI ANNUS 136.	SIXTI PAP. ANNUS 5.	HADRIANI IMP. ANNUS 17.

I. Quadrageſimale jejunium quando inſtitutum.

CHriſti annus centeſimus trigeſimus ſextus, Coſſ. Serviano & Vero, anno decimoſeptimo Imperii Hadriani, ab Euſebio in Chronico ponitur jejunium Quadrageſimale Romani Pontificis auctoritate inſtitutum atque præceptum. Quod ſi hoc anno de eo promulgatum eſt decretum Pontificium; non Teleſphoro, ut ponit, ſed Sixto adſcribendum eſt: eo enim errore ſemel lapſis Græcis, dum duos Romanos Pontifices Cletum & Anacletum in unum conflant, accidit ut confuſis temporibus, confuſæ ſint pariter actiones. Cæterum non imus inficias, ab omnibus

SÆC. II. Anno Urbis 887. Olymp. 128. an.2. A. C.134.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5627.

☉ 3. D. ☽ 2. P.29. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 134. *ſecund. Baronium* 136.

TELESPHORI PAPÆ 9.

HADRIANI IMP. 18.

I. Conſules.

[1] AD num. I. Coſſ. C. *Julius Servianus III.* & *C. Vibius Varus*, ut demonſtrat Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag. 82.

II. *Martyrium Fauſtini & Jovitæ.* Baron. an. 122. n.11.

Hoc anno vel ſequentis initio ſancti fratres *Fauſtinus* Presbyter, ac *Jovita* Diaconus Brixiæ in Italia, quo Hadrianus ex Oriente redux agebat, morti traditi ſunt, Hadriano ibidem præſente; quod martyrium a Baronio loco non ſuo recitatum.

III. *Chriſtiani Hadriano imperante vexati.*

Dodvvellus in Diſſert. Cyprianica XI. *de Paucitate Martyrum*, num.XXXVIII. & XXXIX. exiſtimat, ſub Hadriano nullam perſecutionem fuiſſe; quod reſcriptorum in favorem Chriſtianorum editorum meminerint Scriptores Chriſtiani ab Hadriani ætate proximi, nemo tamen edictorum perſecutionem decernentium mentionem fecerit; quod hæc perſecutio a Sulpitio Severo quarta appelletur, cum Euſebius quartam Marco Antonino aſſignet, idemque ſenſerint Euſebio antiquiores, uti Lactantius, Tertullianus, & Melito Sardenſis; quod S. Juſtinus Martyr, ut pacem Chriſtianis ab Antonino Pio impetraret, Hadriani nomine uſus ſit, quod non feciſſet, ſi ipſe Hadrianus Eccleſiam perſecutus eſſet; & quod curarit Hadrianus templa in omnibus civitatibus ſine ſimulacris conſtruenda, quæ fama erat Chriſto fore dicanda, ut teſtis eſt gentilis ipſe Lampridius, ideoque eum a Chriſtianis vexandis alienum fuiſſe, concludit Dodwellus. At complures Hadriano imperante martyrium paſſos, Hieronymus in Epiſtola LXXXIV. ad Magnum Oratorem nos dubitare non ſinit. De Quadrato enim loquens ait: Quadratus Apoſtolorum diſcipulus, & Athenienſis Pontifex Eccleſiæ, nonne Hadriano Principi Eleuſinæ ſacra inviſenti librum pro noſtra Religione tradidit? Et tantæ admirationi omnibus fuit, ut perſecutionem graviſſimam illius excellens ſedaret ingenium? Neque dicat Dodvvellus, Hieronymum coævum Auctorem non eſſe. Nam, ut ſupra dixi, qui in rebus Romanis Auctores coætaneos aut ſuppares non requirit, eoſdem in rebus Eccleſiaſticis immerito flagitat; cum res Eccleſiaſticæ pejoris conditionis non ſint, quam prophanæ, neque Euſebius & Hieronymus qui de Hadrianea perſecutione locuti ſunt, minorem in hac narratione fidem mereantur, quam dum de aliis ante ſua tempora a Romanis geſtis ſermonem habent. Nullum quidem ab Hadriano adverſus Chriſtianos promulgatum edictum, ſed quæ tam a Nerone, quam a Domitiano ad abolendam hanc ſectam lata fuerant, tam ſub Trajano, quam ſub Hadriano executioni mandata. Quod vero hæc perſecutio quarta a Sulpitio Severo appelletur, id mirum videri non debet. Ut enim obſervat Velſerus in Commentario ad converſionem S. Afræ, D. Auguſtini tempore vulgaris erat opinio, decem plagis Ægyptiacis ſignificatas fuiſſe decem Eccleſiæ perſecutiones, quæ a Nerone ad Diocle-

[1] COſſ. *C. Julius Servianus III. & C. Vibius Varus.* Gruterianus lapis pag. CVIII. 7. SERVIANO. III. COS. pag. CCCCXXXI. 9. MISSUS. AB. IMP. HADRIANO. AUG. SERVIANO. III. VIBIO. VARO. COS. Figlinæ apud Fabrettum pag.506. n.122. SERVIANO III. COS. Item aliæ pag.509. n.144. & ſequentibus, in quibus: SERVIANO. III. ET. VARO. COS. Noriſius in epiſtola conſulari Gruterianam inſcriptionem profert ex pag. CXV. 1. in qua legitur: DED. XIIII. K. MART. SER. SERVIANO. III. ET C. JUVENTIO VERO COS. Sponius in Miſcellan. pag.263. habet ex ſchedis Barberinis: DED. XIIII. KAL. MART. SER. SERVIANO. III. ET JUVENTIO VERO COS. At perperam VERI cognomen, pro VARI exſcriptum eſſe, animadvertit Noriſius. Figlinæ in Donianis inſcriptionibus cl.II. n. 141. L. AEL. SERVIANO. III. ET VARO COS. EX FIG. DOMITI PARATI ET VERI. DELIC. THE. D. N. Item: SERVIANO. III. ET VARO. COS. EX FIGUL. DIONYSI. ET FESTI. SER. D. N. Num.143. SERVIANO III. ET VARO COS. EX FIGUL. P. DIONYSI. ET. PLANCI. DOM. AUG. SER.

Ergo in vetuſtis monumentis horum conſulum prænomina ac nomina nondum tuto invenire licuit. *Serviano*, ſi fides eſt figlinæ Donianæ prænomen *Lucii* erit, ac inſuper nomen aliud *Ælii*. Idcirco apud Panvinium in Faſtis A. D. 107. & 111. quibus *Servianus* conſul ſuffectus fuit, mendoſe *C. Servilius Urſus Servianus*, & *C. Julius Urſus Servianus* appellatur. Nos ergo ex allatis monumentis hos conſules ita exhibemus; *L. Servilius Ælius Servianus III.* & *C. Vibius Juventius Varus*. De *Serviano* Spartianus in Hadriano cap. VIII. *Serviano tertium conſulatum, nec ſecum tamen, quum ille bis ante Hadrianum fuiſſet, ne eſſet ſecundæ ſententiæ, non petenti, ac ſine precatione conceſſit*. Faſti Idatiani: *Severo III. & Varo*. Vindebonenſes: *Serviano, & Varo*. Proſperi Chronicon: *Sericano II. & Vero*. In omnibus mendoſe, & oſcitanter.

ejuſmodi Eccleſiaſticam ſanctionem non Sixto, ſed Teleſphoro adſcribi: non quod ipſe Quadrageſimæ jejunium ſervandum recens inſtituerit, quod olim conſtat in Eccleſia ex Apoſtolica traditione eſſe ſervatum: nam (ut modo de Clemente atque Dionyſio taceamus) de ſervando Quadrageſimali jejunio eſt admonitio ſancti Ignatii ſcribentis ad Philippenſes; quod ergo uſu quodam ac pia traditione in Eccleſia ſervabatur, placuit decreto edito ſtabiliri. Sed de Quadrageſimali jejunio tomo primo Annalium fuſius dictum eſt.

Se-

cletianum Eccleſiam vexarunt. Quam opinionem Auguſtinus lib.18. de Civitate Dei cap.52. ita convellit, ut oſtendat, Eccleſiam ante Neronem, tum in capite Chriſto, tum in Stephano, Jacobo, Petro & fratribus reliquis perſecutionem paſſam, ſed non omnes perſecutiones æque in numerum redactas eſſe, vel quod leviores viſæ, vel quod novis edictis non excitatæ, vel quod a deceſſoribus cœptæ, non intermiſſo curſu continuatæ, vel denique alia quavis de cauſa, ut recte ait Velſerus, qui addit, prorſus iniquum eſſe, qui Auctores inter ſe hac de re diſſentientes propterea reprehendendos putet. Cum enim de rebus convenit, cur in verbis non ſuo quiſque judicio utatur? Similis eſt in conſtituendis perſecutionum principiis ratio.

IV. *Falſum eſt, Hadrianum templa Chriſto ædificare voluiſſe.*

Quod ad Lampridium ſpectat, is de Alexandro Severo in ejus Vita cap.43. loquens ait: *Chriſto templum facere voluit, eumque inter Deos recipere, quod & Hadrianus cogitaſſe fertur, qui templa in omnibus civitatibus ſine ſimulacris juſſerat fieri: quæ hodie idcirco, quia non habent numina, dicuntur Hadriani, quæ ille ad hoc paraſſe dicebatur: ſed prohibitus eſt ab iis, qui conſulentes ſacra, repererant omnes Chriſtianos futuros, ſi id optato eveniſſet, & templa reliqua deſerenda.* Sed, ut Caſaubonus in Notis ad eum locum obſervat, de Tiberio narrant hoc Tertullianus, & alii Patres Græci ac Latini: de Hadriano vero nemo illorum ſimile quicquam. Et mirum profecto, tam nobilem Hiſtoriam, tot Fidei Chriſtianæ propugnatores acerrimos, viros undecumque doctiſſimos, & quorum intererat hoc ſcire, potuiſſe fugere. Sed videtur hæc de Hadriano ſuſpicio multo poſt ejus ſeculum hominum mentes inſediſſe. Nam neque Juſtinus Martyr, neque Athenagoras, neque Tertullianus, neque Cyprianus, aut omnino quiſquam ex illa veterum Patrum manu, vel tenuiſſimam ejus rei ſuſpicionem fando unquam accepiſſent. Unde autem vulgo multi ſeculo Lampridii hanc de Hadriano concepiſſent opinionem, declarat Auctor ipſe, cum ſubjicit: *Qui templa in omnibus civitatibus ſine ſimulacris juſſerat fieri; quæ hodie idcirco, quia non habent numina, dicuntur Hadriani, quæ ille ad hoc paraſſe dicebatur.* En fontem & originem hujus opinionis. Juſſerat Hadrianus, templa fieri in omnibus civitatibus ſuo nomini ſine dubio conſecranda; quod & Spartianus in illius Vita teſtatur. Sed mortuo Hadriano priuſquam hæc templa abſolverentur, manſere pleraque illorum imperfecta, neque umquam dedicata ſunt. Exemplo poteſt eſſe illud quod Tiberiade magnifice inchoatum, mox relictum eſt, necdum abſolutum, tandemque in uſum balneorum a civibus deſtinatum, ut teſtatur Epiphanius contra Ebionæos. Talia ædificia in pleriſque civitatibus adhuc Lampridii ætate extabant, inchoata ſolum, non perfecta, non dedicata; ac proinde, ut ait ipſe, ſine numine & ſimulacro ullo. Hinc factum, ut in animum inducerent multi, quibus aſſentitur Lampridius, non ſibi Hadrianum illa templa extruxiſſe, verum Chriſto. Ita recte Caſaubonus. Nec denique ex Juſtini facto Hadrianum nullam perſecutionem moviſſe deduci poteſt; cum S. Martyr, ut perſecutionis ceſſationem ab Antonino Hadriani filio adoptivo impetraret, Hadriani exemplum propoſuerit, qui agnita Chriſtianorum innocentia finem perſecutionis ſuo tempore excitatæ impoſuiſſet. Aliæ conjecturæ, quas, ut ſuam opinionem tueatur, Dodvvellus in medium adducit, non plus firmamenti ac roboris habent.

V. *Ultimus Hadriani Romam adventus.*

Quintus & ultimus Hadriani Romam adventus ad præſentem vel inſequentem annum revocandus. Vide dicenda anno CXXXVI. num.III.

JESU CHRISTI ANNUS 137.	SIXTI PAP. ANNUS 6.	HADRIANI IMP. ANNUS 18.

I. SEquenti anno Domini centeſimo trigeſimoſeptimo, Coſſ. Pompeiano & Aciliano, decimooctavo Imperii Hadriani anno (inquit Euſebius in Chronico) *bellum Judaicum, quod in Palæſtina gerebatur, finem accepit, rebus Judæorum penitus oppreſſis. Ex quo tempore etiam introeundi eis Hieroſolymam licentia ablata, primum Dei nutu (ſicut Prophetæ vaticinati ſunt) deinde Romanis interdictionibus.* Idemque auctor in Chronico itidem poſt ſequentem annum hæc habet. *Ælia ab Ælio Hadriano condita; & in fronte ejus portæ, qua Bethlehem egredimur, ſus ſculptus in marmore, ſignificans Romanæ poteſtati ſubiacere Judæos.* Hæc Euſebius: ſed hæc de Ælia ædificata, atque ſue in ſuperliminari poſito, Caſſiodorus ſequenti anno recenſet. Quæ autem hoc ipſo anno contigerint, idem Euſebius (*a*) in hiſtoria ſic deſcribit: *Jam vero cum decimooctavo anno Imperii Hadriani bellum juxta urbem Bethlehem nuncupatam (quæ erat omnium rerum præſidiis munitiſſima, neque adeo longe a civitate Hieroſolymorum ſita) vehementius accenderetur: cumque extra urbis mœnia longinquiore temporis ſpatio continuaretur obſidio, & rerum novandarum auctores fame & ſiti eſſent ad extremam prope perniciem detruſi, & caput illius temeritatis debitas pœnas perſolviſſet: Ariſto Pellæus narrat, univerſæ genti ex illo tempore prorſus interdictum, ne pedem in agrum Hieroſolymitanum aliquando inferrent, & legis decreto inſtitutiſque Hadriani (ille plane ſic in mandatis dederat) ne vel ex edito loco paternum ſolum oculis aliquando aſpicerent. Hieruſalem ergo cum ita eſſet Judæorum gente orbata, & veteribus incolis prorſus deſtituta, genereque frequentata externorum hominum; deinceps cum eſſet a Romanis occupata, nomen commutavit; & in honorem Ælii Hadriani Imperatoris, qui*

(*a*) *Euſeb. hiſt. lib.4. c.6.*

Judæi prohibiti ingreſſu & aſpectu paterni ſoli.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5628.

☉ 4. C. ☽ 3. P. 18. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 135. *ſecundum Baronium* 137.

TELESPHORI PAPÆ 10.

HADRIANI IMP. 19.

SÆC. II. Anno Urbis 888. Olymp. 228. an.3. A. C.135.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Pontianus*, & *Atilianus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag.83.

II. *Finis belli Judaici.* Bellum *Judaicum* anno præcedenti profligatum. Euſebius enim in Chronico de ejus fine agit anno Abrahami 2150. qui Kalendis Octobris anni Chriſti CXXXIII. inchoatur. In Hiſtoria vero lib.4. cap.6. hoc bellum anno Hadriani XVIII. finem accepiſſe tradit, quod Marianus Scotus & Hermannus Contractus ab illo didicerunt. Præterea in Collectaneis Græcis a Scaligero publicatis, anno primo Olympiadis CCXXVIII. qui menſe Julio anni Chriſti CXXXIII. incipitur, habetur: Ἰουδαῖα πᾶσα κεκίνηται. ἔκλειψις σελήνης: id eſt, *tota Judæa commota eſt. Eclipſis Lunæ.* Ptolomeus lib.10. cap.1. obſervat eclipſim Lu-

[1] COſſ. *Pontianus, & Atilianus*. Prænomina ac alia nomina omittit Pagius, quæ re vera adhuc latent. Figlina apud Fabrettum pag.509. n.139. PONTIANO ET ATILIANO COS. ex qua Noriſius in epiſtola conſulari pag.83. ceterorum errores emendat. In ædibus Capitolinis extat vetuſti lapidis fragmentum, imperio *Adriani* ſcriptum, in quo *Atiliani* conſulis nomen comparet, ut & *Aproniani*; ſed alia eorum nomina, quorum veſtigia ibi ſuperſunt, injuria temporis evanuerunt. Hoc fragmentum prius exſtabat Tibure in Eccleſia Fratrum Carmelitarum S. Petri, in gradibus aræ majoris. Illud excripſit A. D. 1727. Antonius Maria Lupus presbyter Societatis Jeſu, inſeruitque Diſſertationi in Epitaphium ſanctæ Severæ martyris pag.23. Nos autem hic damus, prout in marmore legitur:

...... RALITATES PUB.......
...... RAIANI. HADR......
...... X. COS. III. P. P. IM.......
...... ISPANIAM. BAETICAM......
...... PEBILO. APRONIANO. COS. IN......
...... NIO. ATILIANO. COS.

Vetus lapis in Donianis inſcriptionibus cl.1. n.9. pag.3. PRI. ID. DECEMB. PONTIANO. ET ATELANO. (ſic) COS. Figlina ibidem cl.11. num.118. pag.98. OP. DOL. EX. PR. LUCILL. FEL. CAR. FE. PONT. ET. ATILIA. COS. Figlina item inter rudera Villæ Tiburtinæ Hadriani Cæſaris, detecta menſe Octobri A. D. 1736.

OP. DOL EX PR LUCIL FEL CALVET
PONT. ET ATILIA. COS.

Vides, extremum nomen lineæ primæ Calpetani eſſe, ex quo emendanda figlina Doniana, ubi CAR. FE. mendoſe legitur. Faſti Idatiani: *Pontiano, & Aquilino Rufo*. Vindebonenſes: *Luperco & Attico*. Proſperi Chronicon: *Pompejano, & Atiliano*; corruptiſſime in omnibus.

qui eam deviciſſet, illuſtrandum, Ælia appellata eſt. Hæc de bello Judaico ſub Hadriano Euſebius: quæ autem de Marco ſubdit, ſuo loco dicemus.

II. Cur porci imago ſuper portam poſita.

Sed nec illud dicere prætermittamus: Cur ſuper portam (quod ait Euſebius) qua egrediebantur Bethlehem, porcum in marmore ſculptum Hadrianus voluit collocari? Num ad deſignandum Judæos eſſe omnium hominum ſceleſtiſſimos? quippe quod ejuſmodi ſimulacrum eſſe ſoleret hieroglyphicum (*a*) hominum veritatem ſpernentium, profanorum, pernicioſorumque, atque eorum denique qui a Deo penitus eſſent averſi. An potius quod porcus videretur ob infractum in bello robur eſſe Romanorum inſigne? nam & tradit Feſtus (*b*), quintum ſignum militare fuiſſe porci imagine effigiatum, quod & belli finis (ut tradit) ſymbolum eſſet: porcorum imagines in militaribus ſignis etiam Diocletiani temporibus, immo & Honorii Imperatoris, viſas eſſe, ſatis liquet (*c*). An potius quod (ut dicemus) eadem via in Bethlehem fuerit ab Hadriano erectum templum Adonidi, quem aper occidit? cum alioqui ſciamus Plutarchum (*d*) cultum Adonidis, itidemque Bacchi, Judæis impingere.

(*a*) *Horus in hieroglyph. & Pier. hieroglyph. lib.9.*

(*b*) *Feſt. in verbo Porcus.*

(*c*) *Pier. Hieroglyph. lib.9.*

(*d*) *Plutarch. in Symp. l. 4. q.5.*

III. Verum licet hæc omnia recte dici poſſint: tamen quod Hadrianus novam illic condidit civitatem, quam Æliam nominavit; cum ſciret olim ejuſmodi animal primum fuiſſe ſignum Æneæ condendæ civitatis Lavinii (ut inter alios Virgilius octavo Æneidum cecinit) exiſtimari poteſt, ejuſdem quoque animalis ſignum ſuper portam recens a ſe extructæ civitatis erigi voluiſſe, ut redderet in eodem opere idem antiquitatis egregium monumentum; quo & numiſma ejuſdem Hadriani expreſſum vidimus, nempe porcam cum porcellis ſugentibus ubera, ut Æneæ diximus demonſtratum: quod hic tibi effigiandum curavimus.



(*e*)

(*e*) *Ex Sebaſt. Erizzo.*

Ejuſmodi quoque formæ fuiſſe credi poteſt exemplar ſuper portam Æliæ collocatum, licet porci unius Euſebius meminiſſe videatur. Cæterum & illud in dubitationem revocari minime debet, Hadrianum eo ſigno Judæis inter cætera omnia infenſiſſimo ſignificare voluiſſe Judæos propria civitate patrioque ſolo eſſe penitus interdictos: ejuſmodi enim animalium genus ex Joſepho alibi diximus Judæis fuiſſe nefandum (*f*), atque viſu etiam execrandum; quamobrem ne iſtæc ſigna militaria viſerentur in regione Judæorum, principes ipſorum olim a Vitellio (*g*) in Arabes profecturo deprecati ſunt tranſitum. Hæc autem licet ab hoſte, tamen nonniſi divino numine ſuadente, atque in Judæos ulciſcente facta eſſe quiſque prudens intelliget. Qui olim ex divinæ legis præſcripto (*h*) ſuper portarum poſtes verba Dei ſcribere juſſi ſunt; ſpreto ſalutari Verbo in ſalutem ipſorum a Deo miſſo, ac proinde ab eo rejecti, ejuſmodi tam inſignem ignominiæ notam pati coguntur, ut loco divini oraculi, deformis porci ſimulacrum in poſtibus poſitum cerneretur.

Porcus erectus in titulum.

(*f*) *Joſeph. de bel. Judaic. l.5. c.1.*

(*g*) *Idem antiq. l.8. c.7.*

(*h*) *Deut. 11.*

IV. *Sic itaque ultus eſt Hadrianus* (inquit Oroſius *i*) *Chriſtianos, quos Barcochebas dux illorum quod ſibi adverſus Romanos non aſſentirentur, excruciabat*. De eadem clade Judæorum S. Hieronymus (*k*) hæc addit: *Legamus veteres hiſtorias, & traditiones plangentium Judæorum, quod in tabernaculo Abrahæ, ubi nunc per ſingulos annos mercatus celeberrimus exercetur, poſt ultimam everſionem quam ſuſtinuerunt ab Hadriano, multa millia hominum venundata ſint: & quæ vendi non potuerint, tranſlata in Ægyptum, & tam naufragio & fame, quam Gentium cæde truncata. Iſti ergo victores, & Domini ultores, qui occidebant, & non dolebant, vendebant pecora, atque dicebant, Benedictus Dominus, divites facti ſumus; hanc habebant ſententiam: Propter peccata ſua offendere Judæi, ideo eos oppreſſimus, & ex pretio eorum divites facti ſumus*. Hæc Hieronymus. Porro (*l*) Celſus Epicureus, cum Judæorum, tum etiam Chriſtianorum hoſtis infenſiſſimus, quod illi nec domum vel terræ veſtigium amplius poſſiderent, & Chriſtiani ubique terrarum peterentur ad necem, exprobrans hæc ait: *Non enim dicturus es, quod Romani a te perſuaſi, relictis*

(*i*) *Oroſ. l.7. c.13.*

(*k*) *Hieron. in Zach. c.11.*

Judæorum miſerrimus ſtatus.

(*l*) *Apud Origen. contra Celſ. lib.8. prope finem.*

Lunarem, quæ contigit die viceſima Octobris anni Chriſti CXXXIV. hora poſt meridiem undecima, ut videre eſt apud Calviſium in Opere Chronologico, ubi aliam eclipſim Lunæ per hæc tempora non adnotat. Sed Auctor anonymus eorum Collectaneorum de ea eclipſi loqui non videtur. Denique Dio lib.69. narrato hoc bello ait: *Periere quoque ex Romanis complures in eo bello. Quamobrem Hadrianus, cum ſcriberet ad Senatum, non eſt uſus illo exordio, quo uti Imperatores conſueverunt; ſi vos liberique veſtri valetis, bene eſt: ego quidem & exercitus valemus*. Quare nondum Romam redierat Hadrianus, cum bellum illud finitum, quem tamen certum eſt currenti anno menſis Maji initio Romæ fuiſſe, ut anno ſequenti videbimus: neque enim ad Senatum hujuſmodi literas Hadrianus dedit, niſi cum Roma abſens erat.

lictis cærimoniis ritibuſque patriis, tuum Altiſſimum (aut quomodocumque appellandus eſt) invocaturi ſint, ut deſcendens pugnet pro eis, nec opus ſit aliis viribus. Idem enim Deus jam antea tum hoc ipſum, tum alia majora ſuis pollicitus, ut vos ipſi fatemini; videtis quantum vel illis vel vobis profuerit: cum illis proſperato terrarum dominio ne gleba quidem, aut domicilium factum ſit reliquum; vos ubicumque per latebras erratis, quæramini ad ſupplicium. Hæc Celſus; quem erudite fortiterque, in iis quæ ad Chriſtianos pertinent, Origenes redarguit. Sed revertamur ad Hadrianum, & ipſum quidem non tantum in Judæos, ſed etiam in Chriſtianos infenſum.

V. (a) *Dio in Hadriano.* Non ſolum enim (quod ſcribit Dio *a*) in contumeliam Judæorum ex adverſo templi ædem Jovi excitavit; ſed in odium Chriſtianorum ibi degentium, quæ ſanctiſſima habebantur loca, æque polluit ſimulacris: nam de his hæc tradit S. Paulinus (*b*) in epiſtola ad Severum; *Hadrianus exiſtimans ſe fidem Chriſtianam loci injuria peremptorum, in loco paſſionis ſimulacrum Jovis conſecravit, & Bethlehem Adonis fano profanata eſt: ut quaſi radix & fundamentum Eccleſiæ tolleretur, ſi in iis locis idola colerentur, in quibus Chriſtus natus eſt, ut pateretur; paſſus eſt, ut reſurgeret; ſurrexit; ut regnaret; judicatus eſt, ut judicaret. Me miſerum: etiam iſta pro me Dominus omnipotens perpeti non recuſavit: ut ubi pro ſalute generis humani crucifixus penderat, ibi hominum ſacrilegio ſperneretur: & ſuper crucem, ad quam Orbe concuſſo, & Sole refugo, & diſſilientibus mortuorum excitatione monumentis, rerum natura nutaverat, ſtabat ſimulacrum dæmonis, & in ara ſimulacri pecudum buſta fumabant, & Dei nomen deferebatur ſtatuis mortuorum; cum ipſe vivorum Deus qui & reſurrectio mortuorum eſt, non ſolum mortui, ſed crucifixi hominis blaſphemaretur opprobrio.*

(b) *Paulinus epiſtola 11.*
Hadrianus loca ſancta profanat.

VI. (c) *Iſaiæ 1.* Bethlehem profanata. *In Bethlehem quoque, ubi (c) agnoverat bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, ibi principes hominum, inficiati Salvatorem Deum, infames hominum amores, morteſque coluerunt: prodita novo ſidere Regis æterni ubi cunabula ſupplices cum ſuis opibus adoraverunt Chaldæi, ibi barbaras libidines ſacraverunt Romani. Ubi natum Salvatorem cum exercitu Angelorum concinentes cæleſti gaudio ſalutaverunt illuſtrata nocte paſtores, ibi Veneris amaſium mixtæ ſemiviris planxere meretrices. Proh dolor! quæ pietas hominum hanc impietatem compenſare poterit? Ubi ſacra nati Salvatoris infantia vagiebat, illic Veneris lamenta fingentium laſcivis luctibus infamis ritus ululabat: & ubi Virgo peperit, adulteri colebantur. Manſit hoc ſæculi prioris nefas in tempora noſtris proxima Conſtantini.* Hucuſque Paulinus, ad quem hæc S. Hieronymus (*d*): *Ab Hadriani temporibus uſque ad Imperium Conſtantini, per annos circiter centum octoginta in loco reſurrectionis, ſimulacrum Jovis; in crucis rupe, ſtatua ex marmore Veneris a Gentibus poſita colebatur; exiſtimantibus perſecutionis auctoribus, quod tollerent nobis fidem reſurrectionis & crucis, ſi loca ſancta per idola polluiſſent. Bethlehem nunc noſtram, & anguſtiſſimum Orbis locum, de quo Pſalmiſta canit: Veritas de terra orta eſt; lucus inumbrabat Thamuz, id eſt, Adonidis: & in ſpecu; ubi quondam Chriſtus parvulus vagiit, amaſius Veneris plangebatur.* (d) *Hier. ep. 13.*

VII. (e) *Sever. hiſt. lib. 2.* Severus (*e*) etiam meminit ſimulacri dæmonum in loco paſſionis Dominicæ conſtituti: & S. Ambroſius in Pſalmum quadrageſimumtertium plane ſignificat, locum paſſionis, quem Calvariæ dicimus, mutato nomine, fuiſſe Venerarium nominatum, a Veneris ibi poſito ſimulacro. Sed quod ad Bethlehem pertinet, Origenes (*f*), qui longe ante quam a Conſtantino loca illa expurgarentur, claruit, cum agens contra Celſum, Bethlehem meminit, nihil tale de eo loco attingit; quem fama celebrem etiam Gentilibus fuiſſe tradit, cum ait: *In Bethlehem ſpeluncam oſtendi, ubi ille ſit natus: quod utique & in illis locis percelebre eſt, vel apud eos quidem, qui a fide ſunt alieni, fama & nomine circumfertur, eadem & in ſpelunca Jeſum quemdam, quem Chriſtiani adorant & demirantur, genitum eſſe.* Hæc ipſe: quibus apparet, nequaquam valuiſſe Hadrianum ſuis artibus Chriſti cunabulorum memoriam obliterare, quin apud Gentiles quoque eadem eſſent illuſtria. (f) *Orig. contra Celſum lib. 1.*

VIII. (g) *Epiph. lib. de menſur.* Quod autem ad extructionem Æliæ pertinet, Epiphanius (*g*) id aggreſſum eſſe Hadrianum teſtatur, poſtquam ex Ægypto in Palæſtinam advenit: quod nonniſi his temporibus poſt debellatos Judæos potuit accidiſſe, licet Dio (quod dictum eſt) id prius factum velit. Rem vero geſtam, occaſione Aquilæ Pontici ſacrorum librorum interpretis, his verbis enarrat: *Reperit Hadrianus civitatem totam ſolo æquatam, & templum Dei conculcatum, exceptis paucis domibus, & Eccleſia Dei, quæ parva erat eo loco, ubi reverſi diſcipuli, quando Salvator aſſumptus eſt ab Oliveto, aſcenderunt in cœnaculum: illic enim ædificatum fuerat, hoc eſt, in parte Sion, quæ a devaſtatione relicta erat, & partes domiciliorum circa ipſam Sion, & ſeptem ſynagogæ, quæ ſolæ in Sion ſtabant velut tuguria: ex quibus una relicta fuit uſque ad tempus Maximonæ Epiſcopi, & Conſtantini Regis, veluti tentorium, ut ſcriptum eſt. Itaque animo verſat* Qualis reperta ab Hadriano Jeroſolyma.

ſat

ſat Hadrianus extruere urbem, non tamen templum. Et adeptus Aquilam hunc prædictum interpretem, qui Græcus erat, & ſocium ipſius a Sinope Ponti oriundum, conſtituit ipſum illic operarum extruendæ urbis præfectum. Æliam ædificat Hadrianus. *Impoſuit autem urbi proprium ſuum nomen, & regii nominis appellationem: ſicut enim ipſe Ælius* Hadrianus *nominatus erat, ſic etiam civitatem Æliam nominavit.*

IX. De Aquila Pontico. *Itaque cum Aquila degeret in Hieruſalem, & videret diſcipulos diſcipulorum ipſorum Apoſtolorum florentes fide, & magna ſigna operantes ſanationum & aliorum miraculorum (erant enim reverſi ab urbe Pella in Hieruſalem, iſticque docebant: nam cum urbs Hieroſolymorum capienda eſſet, præmoniti fuerunt omnes diſcipuli ab Angelo, ut migrarent ab urbe funditus perdenda: hi itaque tranſmigrarunt, & habitaverunt in dicta urbe Pella ultra Jordanem, quæ ex decem urbium numero eſſe dicitur: at poſt devaſtationem Hieruſalem reverſi, velut dixi multa ſigna perficiebant) Aquila igitur mente compunctus, Chriſtianiſmo credidit: & cum petiiſſet progreſſu temporis ſignaculum in Chriſto, id ipſum aſſecutus eſt. Cum autem a priſtino ſuo habitu non diſcederet, a credendo videlicet vanæ aſtrologiæ, quam exacte edoctus erat, ſed quotidie poſitionem nativitatis ſuæ ſpectaret, redargutuſque a doctoribus & increpatus ea gratia, ſe non corrigeret, ſed potius contentioſe opponeret, & non conſiſtentia confirmaret, fatum videlicet & narrationes de ipſo: expulſus eſt rurſus ab Eccleſia, veluti inutilis ad ſalutem. Ex quo facto amarulentiam, veluti ignominia affectus, mente concepit, & ad æmulationem elatus eſt; & abnegato Chriſtianiſmo, ipſiuſque vita, proſelytus fit, & circumciditur Judæus: atque tunc laborioſo ſtudio tradidit ſeipſum ad diſcendum Hebræorum linguam, & ipſorum elementa. Ubi vero hanc ſumme didiciſſet, interpretatus eſt, non recta ratione uſus, ſed quo aliqua ex receptis libris perverteret, irruens in Septuagintaduorum interpretationem, ut teſtimonia de Chriſto in Scripturis probata aliter ederet, &c.* Hæc de Aquila Epiphanius.

X. Verum ab eo nonnihil diſcrepat S. Hieronymus (*a*), dum ante Chriſti tempora eum claruiſſe tradit, quorumdam opinione, qui eum fuiſſe diſcipulum Achibæ antiqui ſectæ Phariſæorum poſt Sammai & Hillel Principis exiſtimarunt. Verior tamen ſententia illa putatur, quod ſub Hadriano Auguſto vixerit; quam & reliqui ſcriptores recepiſſe videntur. Quo tempore Aquila vixerit. Quod vero ad ejus interpretationem pertinet, ſicut ab Epiphanio haud probatur, ita a S. Hieronymo interdum rejicitur, atque damnatur, vocante eum, Judaizantem hæreticum: licet ipſe eam in aliquibus interdum probet. Sed quod queritur Epiphanius Aquilam depravare ſtuduiſſe tranſlationem Septuagintaduorum interpretum, fortaſſe & eadem cauſa queritur Juſtinus martyr in dialogo cum Tryphone, cum Judæorum calumnias in eam tranſlationem redarguit. Sed nec illud modo de Aquila prætermiſerimus, affirmare S. Hieronymum (*b*), duas ab Aquila elaboratas eſſe divinæ Scripturæ interpretationes, poſterioremque priore fideliorem.

(*a*) *Hier. in Iſai. c. 8.*

(*b*) *Hier. in Zach. c. 3. 4. de quaſt. Hebr.*

JESU CHRISTI ANNUS 138. | SIXTI PAP. ANNUS 7. | HADRIANI IMP. ANNUS 19.

I. ANno *Domini centeſimo trigeſimooctavo, Coſſ. Commodo Vero & Pompeiano: omni penitus Judæis occluſo aditu Hieroſolymam veniendi, deficientibus omnibus qui ex circumciſione uſque in hunc annum eidem Eccleſiæ præfuerunt Epiſcopi, primus ex Gentibus ordinatus eſt Epiſcopus Marcus.* Hæc Euſebius in Chronico, eademque alibi (*c*). Verum uſque ad præſentem annum, quouſque ex Judæis eam Eccleſiam rexerunt Epiſcopi, perſeveraſſe in ea legalium cultum, Severus (*d*) teſtatur; dicens, etiam Judæis illis qui in Chriſtianam religionem tranſiſſent, æque ac aliis, fuiſſe vetitum ejus ingreſſum urbis; nam ait: *Et quia Chriſtiani ex Judæis potiſſimum putabantur (namque tum Hieroſolymæ nonniſi ex circumciſione habebat Eccleſia ſacerdotem) militum cohortem cuſtodias in perpetuum agitare juſſit, quæ Judæos omnes Hieroſolymæ aditu arceret. Quod quidem Chriſtianæ religioni proficiebat: quia tum pene omnes Chriſtum Deum ſub legis obſervatione credebant: nimirum id Domino ordinante diſpoſitum, ut legis ſervitus a libertate fidei atque Eccleſiæ tolleretur. Ita primum Marcus ex Gentibus apud Hieroſolymam Epiſcopus fuit.* Hucuſque Severus.

(*c*) *Euſ. hiſt. l. 4. c. 6.*

(*d*) *Sever. hiſt. l. 2.*

Legalia in hoc tempus apud Judæos viguiſſe.

II. Legalia quomodo ſervata. Cæterum quod ait, Chriſtianos ejus Eccleſiæ in hanc diem ſervaſſe legalia: haudquaquam putandum id eos feciſſe more Cerinthi & quorumdam aliorum hæreticorum, qui in omnibus legi conſultum

eſſe volebant, adeo ut etiam circumciſionem acciperent: nec enim eos receſſiſſe ab Apoſtolorum Concilio ibidem habito, cui & Jacobus ejus Eccleſiæ Epiſcopus præſto fuit, dignum eſt exiſtimare: ſed potius levia quædam, ut ſcimus temporibus Apoſtolorum eſſe factum, pro occaſione & tempore, arbitrio potius quam neceſſitate ſervaſſe. Omnes enim illos rectæ fuiſſe fidei, Euſebius (*a*), cum in hiſtoria ſingulos numerat, tradit. Cur vero non ponat ſingulorum ſedis annos, rationem ipſe reddit, ſic dicens: *Epiſcoporum autem tempora, qui Eccleſiam Hieroſolymitanam rexere, quoniam (ut fertur) vitam ad breve admodum tempus propagabant, nuſquam ſcriptorum monumentis ſervata reperio: tantum tamen ex quorumdam ſcriptis animadverto, Epiſcopos numero quindecim, ad obſidionem Hadriano regnante contra Judæos factitatam, gradatim ſuccedendo, illic fuiſſe, quos univerſos antiqua Judæorum ſtirpe (totam namque Eccleſiam illam ex Hebræis Fidelibus coaluiſſe conſtat) ſatos memorant, atque adeo Chriſti cognitionem ingenue vereque amplexatos; ita ut ab illis, qui jam tum de rebus ejuſmodi recte judicium ferre poterant, re vera officio & miniſterio Epiſcopali digni judicarentur: qui quidem ab Apoſtolorum tempore ad eam uſque obſidionem, in qua Judæi iterum a Romano Imperio deſciſcentes, fuere non exiguis prœliis afflictati, ſerie ſuæ ſucceſſionis continuata, eam Eccleſiam rexerunt.* Hæc Euſebius, qui ſingulos numerat, quos ſuperius nos eodem auctore recenſuimus. Numerat & Epiphanius (*b*) in Panario omnes Epiſcopos Hieroſolymitanos ad ſua uſque tempora: verum menda aliqua quæ ex Euſebio poſſunt corrigi, in eam ſeriem irrepſerunt.

(*a*) *Euſeb. lib. 4. cap. 5.*

(*b*) *Epiph. in Panar. hæreſ. 66.*

III. Hadrianus adoptat filios.

Eodem tempore Judaicis rebus compoſitis, totoque Oriente ſedato, Hadrianus Imperator Romam (peragrato jam toto Romano orbe) ſe contulit; itemque (ut tradit Spartianus in Ælio Vero) *Commodum Verum adoptavit futurum hæredem Imderii: qui cum, Conſulatum auſpicaturus proximis Kalendis Januarii diem obiiſſet, adoptavit deinde Arrium Antoninum, qui poſtea Pius dictus eſt: ſed ea demum lege, ut ille ſibi duos adoptaret, L. Annium Verum, & M. Antoninum: hi ſunt duo pariter Auguſti, qui ſimul primum Rempublicam gubernarunt. Erat Marcus Antoninus fratris uxoris ſuæ filius, & Lucius Verus Ælii Veri, qui ab Hadriano fuerat adoptatus.* Hæc Spartianus (*c*). Porro hæc de Antonini Pii ad-

(*c*) *Spartian. in Hadr. & Julius Capit. in Antonin. Pio.*

SÆC. II. Anno Urbis 889. Olymp. 228. an. 4. A.C. 136.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5629.

☉ 5. BA. ☽ 4. P. 9. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 136. *ſecund. Baronium* 138.

TELESPHORI PAPÆ 11.

HADRIANI IMP. 20.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *L. Ceionius Commodus, & Sex. Vetulenus Civica Pompejanus*, ex duabus Inſcriptionibus ab Onuphrio in Faſtis recitatis.

II. *Hadriani Vicennalia.*

Hadrianus Vicennalia Romæ celebravit, quorum indicium Conſulatus Ceionii Commodi, quem hoc anno Cæſarem Hadrianus dixit, ut mox videbitur, Collega Civica patruo *Veri* Auguſti, ut ait Capitolinus cap. 9. de vita M. Aurelii, ubi patruus pro avunculo accipitur, ut obſervat Card. Noriſius in Epiſt. Conſul. pag. 98. erat enim Vetulenus Civica frater uxoris Ceionii Commodi, poſtea Cæſaris nuncupati. Jam autem ſæpius diximus, Imperatores annis hujuſmodi ſolenniis deſtinatis, ſi Conſulatum non ſumerent, illum in propinquos aut illuſtriores viros transferre ſolitos. Occaſione etiam iſtorum Vicennalium Ceionius Commodus Cæſar nuncupatus, urbs Hieruſalem Ælia appellata, & perſecutio adverſus Chriſtianos continuata.

III. *Quintus & ultimus Hadriani Romam adventus.*

Ad num. III. Hadrianus initio menſis Maii anni præcedentis jam Romæ erat. Extant enim Romæ in ædibus Farneſianis Inſcriptiones duæ Athleticæ Græce exaratæ, quas Gruterus pag. CCCXV. & CCCXVI. Latine recitat; Græce vero deſcripſit Octavius Falconerius in Diſſert. de Inſcriptionibus Athleticis. Prior his verbis concepta: *Imperator Cæſar Divi Traiani Parthici filius, Divi Nervæ nepos Traianus Adrianus, Pontifex Maximus, Tribuniciæ Poteſtatis XVIII. Coſ. III. P. P. Congregationi Palæſtricæ, eorum, qui circa Herculem Athletarum ſacrorum victorum coronatorum, Salutem. Etiam locum ubi vultis, jubebo dari vobis, & domum ad recondendas tabulas publicas, & ſi duplicium* (rectius Faber Agoniſt. lib. 3. cap. 27. *libros* ſeu *regeſta publica*, hic vertit, inquit Falconerius) *tranſmutationem neceſſariam putatis, hoc in vobis eſt. Legationem obiit Ulpius Domeſticus. Valete. Pridie III. Non. Maiarum Romæ.* Hadrianus die decima menſis Auguſti anni centeſimi triceſimi quarti Tribunitiam Pot. XVIII. ſuſcepit, quæ initio menſis Maii anni CXXXV. adhuc in curſu erat. Quare initio men-

---

[1] COſſ. *L. Ceionius Commodus, & Sex. Vetulenus Civica Pompejanus.* Recte quidem ex lapidibus. Gruterus pag. XCIX. 5. DED. K. JAN. L. CEIONIO. COMMODO. ET SEX. VETULENO. POMPEJANO. COS. Item pag. CCL. L. CEIONIO. COMMODO. SEX. VETULENO. CIVICA. POMPEJANO. COS. Et pag. DCCCLXXIV. 5. DATA. XIII. K. IVLIAS. IN HORTIS STATILIAE. MAXIMAE. CEIONIO. COMMODO ET CIVICA POMPEIANO. COS. *Commodo* addi poteſt nomen *Veri*, ut a nonnullis recentioribus factum eſt. Faſti Idatiani & Vindebonenſes: *Commodo, & Pompejano.* Proſperi Chronicon: *Pompiliano II. & Commodo.*

adoptione, cum qua (ut ſcribit Julius Capitolinus in Antonino) accepit & Tribunitiam poteſtatem, poſt obitum Ælii Veri contigerunt.

IV. Getulius & ſocii martyres. Hadriano interim Romæ agente, rurſum Chriſtiani deferuntur, ut deorum contemptores: inter alios enim Getulius Chriſtianorum hoſpes & monitor, & frater ejus Amantius Tribunus, & Cerealis qui agebat Vicariam præfecturam, qui ab iis ad fidem Chriſtianam converſus, a S. Sixto Papa in cryptis arenariis cum ſuis latitante eſt baptizatus, tenti ſunt. Familia Cerealium Romæ nobiliſſima erat, præfecturis frequentibus & Conſulatibus illuſtrata, quorum extant quamplurima monumenta: opportuniori loco inferius de illis agemus: porro de his omnibus reſcripſit Hadrianus, ut, niſi immolarent, ignibus traderentur; quod & factum eſt. Sublatum viri ſui Getulii corpus, quod flamma non combuſſerat, Symphoroſa in arenario ſui prædii ſepelivit, ubi una cum Exuperantio presbytero & ſeptem filiis, quos eodem Getulio patre genuerat, frequenter vigilias celebrabat. Sed tandem ipſa tenta, ſimulque ejus filii, poſt acerbiſſimas quæſtiones, diverſo mortis genere, extincti ſunt. Nomina filiorum ſunt hæc: Creſcens, Julianus, Nemeſius, Primitivus, Juſtinus, Stactæus, & Eugenius: de quibus jam martyrio conſummatis hæc apud Bedam: *Altera autem die Hadrianus præcepit corpora eorum in foveam altam projici: & Pontifices templorum poſuerunt nomen loci illius, ad ſeptem biothanatos.*

Vox Græca in Latinitatem tranſiit, a βιαίῳ θανάτῳ, id eſt violenta morte, qua voce utitur Lampridius in Heliogabalo, V.

Ann. Eccl. Tom.II.

 cum

menſis Maji anni elapſi Hadrianus Romæ jam erat, ad eumque ea Legatio miſſa. Eſt hic quintus Hadriani Romam adventus, quem hujus anni initio contigiſſe arbitror; cum, ut ſuperius dixi, bellum Judaicum exeunte anno CXXXIV. aut forſan initio ſequentis, confectum fuerit, cum Romam nondum Hadrianus perveniſſet, ut indicant literæ, quas poſt illud bellum ad Senatum ſcripſit.

IV. *Ælius Verus Cæſar dicitur.* Baron.n.3. Spartianus in Hadriano cap.23. de Ceionio Commodo hoc anno Conſule loquens ait: *Adoptavit Ceionium Commodum Verum, invitis omnibus: eumque Ælium Verum Cæſarem appellavit. Ob cujus adoptionem Ludos Circenſes dedit, & donativum populo ac militibus expendit, quem Prætura honoravit, ac ſtatim Pannoniis impoſuit, decreto Conſulatu cum ſumtibus: eumdem Commodum ſecundum Conſulem deſignavit.* Idem Spartianus in Ælio Vero cap.3. eodem fere modo rem narrat: *Adoptatus Ælius Verus ab Hadriano, ſtatimque Prætor factus, & Pannonius dux ac rector impoſitus, mox Conſul creatus, & quia erat deputatus Imperio, iterum Conſul deſignatus eſt.* Nuncupatus præſenti anno Cæſar, Æliuſque dictus Ceionius Commodus; non ſolum quia Cæſares in Vicennalibus & id genus feſtis de more creati; ſed etiam quia in antiquis Faſtis & in Epigraphe hoc anno dicata, mox in medium adducenda, Commodus Cæſar non appellatur; in Faſtis vero ubi ejus ſecundus Conſulatus proponitur, *Ælius Cæſar* vocatur. Gruterus pag. DCCCLXXIV. 5. refert liberti cujuſdam reſcriptum, cujus hoc initium eſt:

C. JULIUS CAE
DUS. LIB. SAMIARIS
QUINTIANUS. SALUTEM
CUM PETIERITIS. A. ME
UT. SI. CUI. QUID. VESTRUM, &c.

In fine legitur:

DATA. XIII. K. IULIAS. IN HORTIS
STATILIAE. MAXIMAE
CEIONIO. COMMODO. ET CoS
CIVICA. POMPEIANO.
SAMYARIS. DORYPHORION.

Kirchmannus lib.3. de Funeribus Romanorum cap.14. reſcriptum illud recitat, ſed corruptum: loco enim priorum verborum legit: ÆLIUS CÆSAR. DUOBUS. LIB. SANNAR. Ex quibus in prima parte Diſſert. Hypaticæ cap.3. deduxi, Ælium ante XIII. Kal. Julias, ſeu diem XIX. Junii, jam Cæſarem nuncupatum fuiſſe: id enim ex corrupta illa Inſcriptione neceſſario ſequebatur. Sed Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari pag.49. recte animadvertit, Kirchmannum eam Inſcriptionem corruptam accepiſſe, & in prioribus ejus verbis *C. Julium Cædum*, non vero *Ælium Verum* haberi. Qua de re non dubitandum; cum Smetius Vir eruditiſſimus eam legerit, & ad Gruterum miſerit, ut is ſcribit. Initium itaque Imperii Cæſarei quoad menſem & diem L. Ælii, adhuc in obſcuro latet.

Ex Inſcriptione Gruteriana mox recitata in qua *XIII. Kalendas Julias* Ælius Verus non dicitur Cæſar, ſed tantum *Ceionius Commodus*, colligo, eo die, nempe decima nona menſis Junii, Ælium nondum Cæſarem nuncupatum fuiſſe, aut ſaltem nuntium hujus nuncupationis tunc non perveniſſe ad eum, cujus eſt illa Inſcriptio ſeu reſcriptum. Qui enim adhuc privati annum aperiebant, ſi poſtea Cæſares aut Auguſti crearentur, in Inſcriptionibus Actiſque publicis novæ dignitatis nomine cohoneſtabantur, ut oſtendit hæc inſcriptio, quæ pag.63. apud Gruterum legitur: V. *Poſt diem XIX. Junii.*

POMPONIUS. FAUSTUS.
SILVANUM.
CUM BASE. D D.
DEDICAVIT. IDIBUS APRILIBUS
IMP. M. AURELIO. ANTONINO III. IMP. VERO.
AUGUSTO. COS. II.

Anno Chriſti CLXI. Faſtis nomen dedere M. Aelius Aurelius Verus Cæſar III. & L. Aelius Aurelius Commodus II. Sed cum menſe Martio ejuſdem anni uterque Auguſteam dignitatem conſecutus eſſet, prior non jam Cæſar, nec ſecundus vir privatus, ſed uterque in monumentis publicis *Imperator*, aut *Auguſtus* appellatus. Imo tam in Faſtis Idacii, quam Proſperi hic Conſulatus his verbis exprimitur: *duobus Auguſtis.*

Quoad *L. Ælii* adoptionem, ea præpoſtero ordine a Spartiano locis num. IV. citatis narrata cum hoc anno peracta fuerit: Ælius vero anno centeſimo triceſimo Præturam geſſerit. Capitolinus enim in Lucio Vero Ælii filio cap.1. ait: *Natus eſt Lucius Romæ in Prætura patris ſui XVIII. Kalend. Januarias.* Cap. vero ſecundo ſubdit; *Poſt ſeptimum annum in familiam Aureliam tra-* VI. *Quo anno Ælius adoptatus.*

cum ait: *Et prædictum eidem erat a ſacerdotibus Syris biothanatum ſe futurum;* ſed & Tertullianus (*a*) iterum, ut primo cum ait: *Aut peſſimum, ſecundum biæothanatos, ut ipſis etiam vocabulis utar, quibus auctrix opinionum iſtarum magica ſonant:* & paulo inferius: *Itaque invocantur quidem abori & biæothanati.* Hæc de hac voce voluimus elucidaſſe, quod in nonnullis ſanctorum martyrum Actis appareat, Chriſtianos ab Ethnicis ignominiæ cauſa, quod violentæ mortis ſententiæ obnoxii eſſent, Biothanatos nominari conſueviſſe; ſecundum illud Apoſtoli (*b*): *Puto enim quod Deus nos Apoſtolos noviſſimos oſtendit, tamquam morti deſtinatos.*

(*a*) Tertul. de anim. c.57.

Biothanati dicti Chriſtiani.

(*b*) 1. Cor. 4.

VI. Extant autem horum omnium dictorum Martyrum Acta, aliaque vetera monumenta a nobis citata in Romano Martyrologio, ubi omnium natalitia, celebritate anniverſaria repetenda, certis habentur notata diebus. Tiburtini genere erant, & præclariſſimæ confeſſionis ſpecimen ob oculos Hadriani in villa Tiburtina, quam omnium ſumptuoſiſſimam extruxerat, edidere. *Ædificaverat enim mire* (inquit Spartianus *c*) *villam, ita ut in ea & provinciarum & locorum celeberrima nomina inſcriberet, veluti Lycæum, Academiam, Prytanium, Canopum, Pœcilen, Tempe vocaret: & ut nihil prætermitteret, etiam inferos finxit.* Sed quæ deliciarum cauſa extructa erat, doloris ac mæroris cœpit eſſe exordium: nam in ea villa (idem ait) *profluvio ſanguinis pene ad exitum venit:* non ceſſavit moribus, donec lenta tabe corpus paulatim deflueret: cum timens Imperio, in ejus affectatores ſævire cœpit, uſque adeo ut nec Serviano ſeni nona-

(*c*) Spartian. in Hadrian.

Hadrianus dat pœnas crudelitatis.

traductus, Marci moribus & auctoritate formatus eſt. Factum id anno Chriſti CXXXVIII. quo Marcus ab Antonino adoptatus. Quare ſi tunc ſeptimum ætatis annum agebat Lucius, natus erat anno CXXX. & in eundem annum Ælii patris Prætura incidit. Nec dici poteſt, Ælium eo anno adoptatum eſſe; cum Spartianus tam in Ælio Vero cap.2. quam in Hadriano cap.23. diſerte aſſerat, Hadrianum *peragrato jam Orbe terrarum*, ac *poſtquam Romam venit*, de ſucceſſore cogitaſſe, ac Commodum ſeu Ælium Verum adoptaſſe. Ælii itaque Prætura non loco ſuo a Spartiano narrata, præſertim cum ante Conſulatum geri ſoleret. Res ita ſe habuit. Hadrianus ex Oriente redux Ælium, qui ab aliquot annis Prætura functus fuerat, in annum CXXXVI. Conſulem deſignavit, cujus anni initio, quia eum Imperio deſtinabat, iterum Conſulem in annum CXXXVII. deſignavit, ac non multo poſt in filium adoptavit, tum Cæſarem renuntiavit, Pannonia Provincia ei decreta: interimque ei Urbem permiſit. Victor enim de Cæſaribus in Hadriano inquit: *Rus proprium Tibur ſeceſſit, permiſſa Urbe Lucio Ælio Cæſari.* Neque enim Ælius ante hujus anni finem vel ſequentis initium in Pannoniam ſe contulit; cum omnes Pannonicæ inſcriptiones, in quibus Ælii Veri mentio, Tribunitiam Pot. XXI. anno ſequenti inchoatam præferant. Hinc liquet quantum Caſaubonus & Salmaſius in Notis hallucinati fuerint, quando ſcripſere, Vitam Ælii Veri, & Vitam Lucii Veri ejus filii ab uno eodemque Auctore ſcriptam; licet prior Spartiano, poſterior Capitolino attribuatur. Nam idem Auctor de eadem re alio alioque modo locutus non eſſet. Ceterum non exiſtimo, Ælium Cæſarem ante annum ſequentem Tribunitia Poteſtate decoratum fuiſſe; cum ea nec in Nummis nec in Inſcriptionibus geminata reperiatur, & *Ælius* Kalendis Januariis anni CXXXVIII. extinctus fuerit; qui ideo jam Tribunitiam Poteſtatem II. geſſiſſet, ſi eam cum Cæſareo nomine accepiſſet. Ex his detegitur Scaligeri error in Animadverſionibus Euſebianis ad num. 2145. ubi ait, Antinoum mortuum eſſe in Ægypto; in Ægyptum autem veniſſe Hadrianum Conſulatu Serviani anno CXXXIV. geſto, idque liquere ex epiſtola, quam ad eum ſcribit Hadrianus, quamque Vopiſcus in Saturnino recitat. Nam cum in ea epiſtola Hadrianus de Ægyptiis loquens dicat, *In filium meum Verum multa dixerunt*, manifeſtum eſt, eam ante annum CXXXVI. quo Ælius Verus ab Hadriano adoptatus, ſcriptam non eſſe, ideoque Servianum Conſulem, ad quem illam Hadrianus dedit, Conſulatum ſuffectum geſſiſſe, ac diverſum eſſe a Serviano anno CXXXIV. Conſule ordinario, & denique eam epiſtolam ab Hadriano Romam ex Oriente reduce exaratam.

VII. His ſcriptis cum obſervaſſem Spartianum ſæpiſſime erraſſe, rurſus in examen vocavi quæ ex eo acceperam, detexique eum hallucinatum eſſe cum in Vita Ælii Veri cap.3. de eo ſcribit: *Adoptatus Ælius Verus ab Hadriano eo tempore quo jam, ut ſuperius diximus, parum vigebat, & de ſucceſſore neceſſario cogitabat, ſtatimque Prætor factus, & Pannoniis Dux ac rector impoſitus, mox Conſul creatus.* Falſum enim eſt Hadrianum Ælium adoptaſſe eo tempore quo parum vigebat, & de ſucceſſore cogitabat. Ejus quippe adoptio ante annum CXXX. peracta, cum eo anno Ælius Præturam geſſerit, & dum eam dignitatem gereret, Lucius ei natus ſit, ut jam a me demonſtratum. Tum Hadrianus anno CXXXIII. aut ſequentis initio Ægyptum reliquit & in Syriam venit, ubi cum eſſet, ſcripſit ad ſororis ſuæ virum Servianum tunc Conſulem ordinarium Epiſtolam quam inſeruit Vopiſcus Vitæ Saturnini tyranni, ex qua liquet Ælium jam ab eo fuiſſe adoptatum: *Ut primum,* inquit, *inde diſceſſi, & in filium meum Verum multa dixerunt.* Sed eum neque Cæſarem dixit neque Imperio deſtinavit, imo neque de ipſo ſibi ſubrogando jam cogitaverat; Imperatores quippe ſine ſpe ſucceſſionis filios adoptabant, ut liquet de Lucio Vero Ælii filio, aliiſque. Præterea ipſemet Spartianus in Vita Hadriani cap.23. de Hadriano ſcribit: *Capite nudo, & in ſummis plerumque imbribus ac frigoribus in morbum incidit lectualem* (anno ſc. CXXXIV. aut inſequenti) *factuſque de ſucceſſore ſollicitus primum de Serviano cogitavit*, &c. dein cap.24. ait: *Adoptavit ergo* (Hadrianus) *Ceionium Commodum Verum invitis omnibus, eumque Ælium Verum Cæſarem appellavit, quem Prætura honoravit.* Sed hic Spartianus Veri adoptionem cum ejuſdem electione in ſucceſſorem Imperii imperite confundit. Hoc itaque anno Ælius creatus Cæſar & Servianus aliique occiſi. Præterea Ælius Prætor renunciatus, ac dein in Pannoniam miſſus.

Ælii adoptio magis explicatur.

Ad

nonagenario parceret: ſed ſub ipſum mortis tempus id contigiſſe, Spartianus tradit. *Sabinam quoque Auguſtam conjugem æque ut voluntariam ſubiret mortem coegit; quæ palam teſtata eſt, ſe ſtudioſe conatam, ne ex eo humani generis pernicies gravidaretur.* Hæc Aurelius Victor in Hadriano. Tunc accidit, ut defuncto, quem diximus, Commodo adoptato (ut Dio tradit) Antoninum futurum hæredem Imperii adoptaret: quæ autem poſt hæc ſecuta ſint, ſuo loco dicemus.

VII. Supputatio Phlegontis. Ad hunc uſque annum, quo incipit numerari Olympias ducenteſima vigeſimanona, Phlegon chronographus Olympiadas ſupputavit, atque res geſtas in eis breviter attigit potius quam tractavit, ut Philoſtorgius tradit, quem citat Suidas, qui de Phlegonte hæc habet: *Phlegon Trallianus, libertus Auguſti Cæſaris (quidam Hadriani dicunt) hiſtoricus, ſcripſit Olympiadas libris ſexdecim: ſunt autem uſque ad Olympiadem ducenteſimam vigeſimamnonam res ubique geſtæ. Eaſdem libris octo expoſuit; deſcriptionem Siciliæ, de longævis & mirabilibus rebus, de Romanis feſtis libros tres, de Romæ locis, & unde cognomenta habeant, Epitomen Olympionicarum libris duobus, & alia. Hujus Phlegontis (ut Philoſtorgius ait) quantum ad res Judaicas attinet, hiſtoriæ copioſius exponendæ ſunt, cum Phlegon & Dio breviter eas attigerint, & obiter commemorarint: nam religionem & reliquas virtutes ne tantillum quidem eos conſtat curaſſe, ſicut nec illas: contra vero Joſephus reformidanti ſimilis eſt, & caventi ne offendat Græcos.* Hucuſque Suidas: quem miramur admittere dubitationem, num Auguſti, ſeu Hadriani Phlegon libertus fuerit: nam quem numeraſſe ait Olympiadem ducenteſimam & vigeſimam nonam, quæ hoc anno inchoatur, quomodo potuit ſub Auguſto vixiſſe? Porro Phlegontis licet ſcriptoris Ethnici meminiſſe voluimus, quod ab Origene ſæpe (ut diximus) Euſebio & aliis Eccleſiaſticis tractatoribus citatus eſſe reperiatur, cum præſertim de admirando illo Solis deliquio, quod tempore paſſionis Domini accidit, agunt. Extabant nomine quoque Phlegontis de Hadriani vita libri; ſed de iis ſuo loco agemus inferius: hæc modo de eo ſatis.

JESU CHRISTI ANNUS 139. SIXTI PAP. ANNUS 8. HADRIANI IMP. ANNUS 20.

I. CHriſti anno centeſimo trigeſimonono, Ælius Verus una cum Vibullio Pio adſcribitur Conſularibus Faſtis, licet (ut dictum eſt) Conſul deſignatus ſecundo, antequam adierit, morte ſublatus fuerit, quando Antoninus Pius adoptatur ab Hadriano quinto Kal. Martias. Eo tempore cum Hadrianus Imperator, qui numinis

VIII. *Phlegon floret.* Ad num.VII. *Phlegon* neque hoc, neque inſequenti anno, ut perperam Petavius lib.13. de Doct. Temp. Opus ſuum de Olympiadibus publicavit, ſed anno quarto Olympiadis CCXXIX. qui anno Chriſti CXL. exorditur. Unde in Collectaneis Græcis apud Scaligerum anno quarto præfatæ Olympiadis legitur, Phlegontem Hadriani libertum Opus Olympiadum ſcripſiſſe. Legendus Meurſius in Notis ad reliquias hujus Scriptoris, cujus eſt etiam liber de Mirabilibus, & libellus de Longævis; ac pro certo tenendum, Suidam, quando ait, *Phlegontem* ſcripſiſſe Olympiadas libris XVI. *uſque ad Olympiadem CCXXIX.* ultimam ſeu XXIX. includere, non vero excludere, & denique eam Olympiadem CCXXIX. non hoc anno ut habet Baronius, ſed ſequenti inchoari, ut ibidem in margine annotatur.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5630. SÆC. II. Anno Urbis 890. Olymp. 229. an.1. A.C.137.

☉ 6. G. ☽ 5. P. 25. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 137. *ſecund. Baronium* 139.

HYGINI PAPÆ I.

HADRIANI IMP. 21.

[1] AD num I. Coſſ. *Lucius Ælius Cæſar II. & P. Cælius Balbinus Vibullius*, ex Inſcriptione Gruteriana pag.XXIII. 12. Seldenus tamen lib.3. de Synedriis cap.14. ſaxum, in quo ea inciſa eſt, quod Salonæ olim viſebatur, ſed mu- I. *Conſules.*

[1] COſſ. *Lucius Ælius Cæſar II. & P. Cælius Balbinus Vibullius.* Lapis Gruterianus pag. XXIII. 12. L. AELIO. CAESARE. IMP. P. COELIO. P. F. BALBINO VIBULLIO. PIO. COSS. Pag. CCCCXLV. 10. POSITA. V. ID. JUL. L. ÆLIO. CAESARE. II. P. COELIO BALBINO. COS. Nummi *L. Ælii Cæſaris* in Muſeo Theupolo pag.482. cum TR. POT. COS. II. Figlina apud Fabrettum pag.513. n.180. L. AELIO CAESARE II. Et LAB. pro BAL. prout emendat, & legit ibidem Fabrettus. Aliud figlinæ ſignum in Donianis inſcriptionibus cl.II. num.138.

L. AEL. CAES. ET BALBINO COS.
OPUS. DOLEAR. AUG. N.
Q. APPI. VERISSIMI. ET OPPI
MIMITA. LOC.

Ælio a recentioribus nomen *Veri* additur. Faſti Idatiani, & Vindebonenſes: *Cæſare II. & Balbino.* Proſperi Chronicon; *Lælio Albino*, pro *L. Ælio & Balbino.*

minis ultione ex nimio fluxu ſanguinis phthiſi graviter laborabat, ingraveſcente morbo in hydropin inciderat, diu multumque medicorum arte magiciſque incantationibus curatus, cum in dies magis magiſque tabes gravior atque moleſtior redderetur, vivendi tædio affectus, mori vehementer expetiit ac procuravit: id quidem Dio (*a*) in primis tradit his verbis: *Ceterum Hadrianus magicis artibus & incantamentis quibuſdam aquam omnem intercutem eduxit, qua tamen rurſus & celeriter repletus fuit. Poſtquam igitur morbus auctus eſt, & utcumque adhibitis remediis, in dies deficiebat, mori decrevit. Sæpe aut venenum, aut gladium poſtulabat, & fruſtra quidem, nullus enim porrigebat. Poſteaquam autem promiſſa pecunia, & data venia, nemo ei obtemperabat; accerſit quemdam barbarum, Maſtorem nomine, genere Jazygem, quo homine propter robur & audaciam plerumque in venationibus uſus fuerat. Hunc partim minis, partim magnis pollicitationibus impulit atque coegit, ut cædem ſibi inferret; circumſcripſitque locum ſub mammilla, quem Hermogenes medicus demonſtraverat, quo letaliter percuſſo, ſtatim ſine dolore expiraret. Sed ubi hoc ei non ſucceſſit (nam Maſtor tanto facinore perterritus atque attonitus aufugit) multum in gravi morbo de ſe conquerebatur, quod nullam poteſtatem haberet, nec ſibi mortem conciſcere poſſet, maxime quando etiam multa ſuper alios poſſet.* Hucuſque Dio. Porro non ſolum medicamentis & incantationibus, ſed & quibuſdam fictionibus illi prorogare vitam, qui ejus curam agebant, callide ſtuduere; agentes nimirum, ut novis inventis eum ſpe vivendi alerent & ab inferendi ſibi mortem deſiderio penitus diſtraherent.

(*a*) *Dio in Hadriano.*

Hadrianus mortis cupidus.

II. Quæ vero eſſent hæc commenta, & tanquam in ſcena actiones, Spartianus (*b*) his verbis deſcribit: *Poſt teſtamentum quidem iterum ſe eſt conatus occidere: ſubtracto pugione, ſævior factus eſt: petiit & venenum a medico; qui ſe ipſe, ne daret, occidit. Ea tempeſtate ſupervenit quædam mulier, quæ diceret ſomnio ſe monitam ut inſinuaret Hadriano, ne ſe occideret, quod eſſet bene valiturus; quod cum non feciſſet, eſſe cæcatam. Juſſam tamen iterum Hadriano eadem dicere, atque genua ejus oſculari, recepturam viſum, ſi id feciſſet. Quod cum inſomnium im-*

(*b*) *Spartian. in Hadrian.*

Affectata falſa miracula.

mutilum, tradit ex conjecturis ſuppletum fuiſſe, & inde Joanni Baptiſtæ Rhamnuſio dono datum, Patavii ad portam civitatis ab eodem collocatum. Hoc autem Inſcriptionis initium: L. AELIO. CAESARE. IMP. ET P. COELIO. P. F. BALBINO. VIBULLIO. COSS. VII. IDUS. OCTOBRES CN. DOMITIUS. VALENS II. VIR I. D. PRÆEUNTE. &c. Aldus Manutius in Orthographiæ Ratione pag.37. etiam ipſum ſaxum velut inde vere deſcriptum exhibet, & ut apud Gruterum habetur, ita ſuis Operibus multi inſeruerunt. Apud Joannem Roſinum Antiquit. Rom. lib.2. cap.2. linea prima caret: in fronte autem, ſeu linea illa prima, diſcrepantia eſt non prætereunda. Aldus habet: BALBINO. VIBULIO. PIO. COSS. atque, ut Gruterus, AELIO CAESARE. IMP Ita etiam alii, ſed non ſine craſſiſſimo errore. Smetius pag.18. num.XVIII. ante Gruterum recte habet: ÆLIO CÆSARE II. P. COELIO, COSS. Sed pro IMP. legendum II. Ita Seldenus, & quidem recte, cum Ælius Cæſar hoc anno ſecundum Conſulatum geſſerit, & Imperatoris nomine cohoneſtatus non fuerit: cum illud Imperio Proconſulari exornatis, non vero aliis Cæſaribus attribueretur. Baronius in Annalibus ait, *Ælium Verum* Conſulem II. deſignatum, *antequam* dignitatem illam *adierit*, morte ſublatum eſſe, hujus anni initio. At ſi Ælius Cæſar Conſulatum non iniiſſet, in Faſtis locum non haberet; cum in iis Conſules deſignati numquam memorentur, ac parte alia Ælium Cæſarem kalendis Januariis anni ſequentis diem obiiſſe, & Conſulatum hunc juxta priorem Conſulatum Cæſareorum regulam ſuſcepiſſe in Diſſert. Hypatica demonſtraverim.

II. Dodvvellus tamen Vir eruditiſſimus in Appendice ad Diſſertationes Cyprianicas, Baronii ſententiam tuetur, & quæ in Diſſertatione Hypatica ſcripſi, improbat. Ait enim, Spartianum, cujus verba anno præcedenti recitavi, Ælii Veri res ordine alieniſſimo narraſſe, Conſulatum ſecundum Ælii deſignatum tantum intelligendum, &, cum capite 4. in Vita Hadriani ait: *Cum de provincia Ælius rediſſet, atque orationem pulcherrimam paraſſet, qua Kalendis Januariis Hadriano patri gratias ageret, Kalendis ipſis Ianuariis periit*, loqui de Kalendis Januariis currentis anni, quod gratiarum actio de adoptione nimis ſera fuiſſet poſt biennium, ideoque minime tam diu dilatam fuiſſe. At gratiarum actio de adoptione non ſemel ob morbum, ſed bis dilata. Spartianus enim teſtatur, Ælium anno, quo Cæſar dictus, gratiarum actionem reddere non potuiſſe, ideoque eam in ejus e Pannonia reditum prorogatam. Hæc Spartiani verba in Hadriano cap.23. *Commodus autem præ valetudine, nec gratias quidem in Senatu agere potuit Hadriano de adoptione*, anno nempe CXXXVI. quo Cæſar ab eo nuncupatus eſt: *Denique accepto largius antidoto, ingraveſcente valetudine, per ſomnum periit ipſis Kalendis Januariis*, ſubdit ibidem Spartianus ubi loquitur de Kalendis Januariis anni CXXXVIII. poſt adminiſtratas Pannonias, ut in Ælio Vero cap.4. tradit: *Cum de Provincia Ælius rediſſet*, &c. ut ſupra. Bis itaque Ælius Verus infirmitate præpeditus gratias de adoptione Hadriano agere non potuit, ideoque non mirum, ſi ea oratio tamdiu dilata fuerit. Hæc morbi iteratio Spartiani interpretibus non obſervata, deceptuſque Onuphrius in Faſtis, ubi tradit, *Ælium* non potuiſſe gratias agere de Conſulatu, ideoque anno CXXXVII. quo eum gerere debebat, demortuum. Nam Spartianus de adoptione, non vero de conſulatu loquitur. Hæc ſcripſeram antequam frequentes Spartiani errores detexiſſem. Sed cum Ælius Verus jam anno CXXX. Hadriano filius adoptivus fuerit, annoque ſuperiori Cæſaream obtinuerit dignitatem, Conſulque in præſentem annum iterum deſignatus fuerit, Ælius e Pannonia redux, morbo ingraveſcente gratias Hadriano agere non potuit, non quidem de adoptione,

Ælius Verus anno ſequenti mortuus. Baron.n.1.

impleſſet, oculos recepit, cum aqua quæ in fano erat, ex quo venerat, oculos abluiſſet. Venit & de Pannonia quidam natus cæcus ad febrientem Hadrianum eumque contigit: quo facto & ipſe oculos recepit, & Hadrianum febris reliquit. Quamvis Marius Maximus hæc per ſimulationem facta commemoret. Hactenus Spartianus. Sic igitur variis diverſiſque artibus Hadrianus diſtentus, in ſequentem annum vitam cogitur propagare. Cæterum cum multi diſputent cauſam, cur Antoninus, quem adoptaverat, & Imperii hæredem reliquerat, Pius cognomento ſit appellatus, aliique aliam afferant: mihi certe ea probatur (*a*), quod tamdiu Hadrianum vivere coegit, cum natura filii etiam ſoleant interdum parentum, quo ſumma rerum potiantur, optare mortem.

Antoninus cur Pius dictus.

(*a*) *Julius Capitolin. in Antonino Pio.*

III. Hæc tam dira paſſum eſſe Hadrianum, numine ulciſcente, quod Servianum virum optimum necarit, opinati ſunt Dio & Spartianus Gentiles hiſtorici, quod nullam aliam potiorem offenſi ab eo numinis cauſam cognoſcerent: quippe qui Chriſtiani nominis inimici, nullam putarent rationem eſſe habendam de Chriſtianorum occiſione, cujus rei cauſa illum gratia dignum potius quam vindicta ducerent, quod pium diis obſequium impendiſſe videretur. Verum qui hæc æquiori lance expenderit, proculdubio intelliget, ob plurimorum innocentium Chriſtianorum cædem ſæpius perpetratam hoc ipſum commeruiſſe.

Unde vindicta in Hadrianum.

IV. Ceterum quod ad illa miracula ſpectat, quæ ex Marii Maximi nobiliſſimi hiſtorici ſententia fuiſſe conficta, Spartianus affirmat; eademque omnia concinnata arte Antonini, qui, quod tantopere prorogare ſtuduerit vitam parentis, Pii meruerit cognomentum: opportuna ſe offert occaſio, ut de aliis quibuſdam miraculis commentitiis agamus, quæ ejuſdem Antonini temporibus eſſe edita, publica monumenta teſtantur; quæ vel ipſius Antonini commento, ut quemadmodum ea inventione erga parentem pius, ita erga deos pientiſſimus videretur; ſeu impoſtura ſacerdotum, vel iiſdem omnibus conniventibus, ut collabentem deorum cultum falſorum miraculorum editione fulcirent, contigiſſe, certum eſt. Quod enim Chriſtianam religionem diis adverſariam, virtute miraculorum mirifice auctam ſtabilitamque con-

Falſa miracula Gentilium.

doptione, ut perperam ſcribit Spartianus, ſed de iterato Conſulatu, qui omen erat Imperii, ut alibi demonſtravi.

III. *Annus mortis Ælii Cæſaris magis confirmatur.*

Mors itaque *Ælii Cæſaris* Kalendis Januariis anni Chriſti inſequentis certo contigit. Gruterus pag. CCLII. 2. hanc Inſcriptionem refert:

IMP. CAES.
TRAIANO
HADRIANO
AUG. P. P. TRIB. POT.
XXI. COS. III. IMP. II.
L. AELIUS CAES. FIL.
TRIB. POTES. COS. II.
PRO COS. XV. TRIVIR.
SACRIS FACIUND.

Tribunitiam POT. XXI. die decima menſis Auguſti præſentis anni Hadrianus ſuſcepit. Quare ſi poſt eum diem Ælius Cæſar in ejus honorem hanc inſcriptionem poni juſſit, Kalendis Januariis ejuſdem anni ſupremum diem non obierat; cum certum ſit, mortem ejus in alium diem, quam in Kalend. Januarias, non incidiſſe. Reſpondet Dodvvellus citatus, Tribunitiam illam POT. XXI. ab anno CXVI. deducendam, & Conſulatum illum II. Ælii, deſignatum intelligendum. Exiſtimat enim Vir doctiſſimus, Traianum anno integro ante mortem Hadrianum adoptaſſe; ſed adoptionem poſt Traiani mortem tantum publicatam. Quo pacto, Hadrianus anno Chriſti antecedenti Tribunitiam Poteſtatem XXI. ſuſcepiſſet, & Ælius Cæſar Conſul II. deſignatus hanc Inſcriptionem dicaſſet. At Hadrianum paucos dumtaxat dies ante Traiani mortem, quæ anno CXVII. accidit, adoptatum eſſe, certum indubitatumque, ut ſuo loco dixi. Denique in Cimelio Regio extat Ælii Nummus argenteus, ex quo hunc anno tantum ſequenti demortuum conſtat: Λ. ΑΙΛΙΟC. ΚΑΙCΑΡ. Caput Ælii ſine Corona. In poſtica: ΑΜΙCΟΥ. ΕΛΕΥΘΕΡΑC. ΕΤΟΥC. ΡΞΘ. Id eſt, *Amiſi liberæ, Anno* CLXIX. Cernitur Juſtitia ſtans amicta, quæ dextra bilances, ſiniſtra cornu copiæ tenet. Amiſeni libertate donati ab Auguſto poſt Actiacam victoriam, ut auctor eſt Strabo lib.12. pag. 547. ideoque anno Urbis DCCXXIII, cui anno, ſi CLXIX. quo is Nummus percuſſus, addas, pervenies ad annum Urbis DCCCXCI. qui anno Chriſti CXXXVIII. inchoatur. Cum itaque eo anno juſtitia Ælii Cæſaris in Nummis adhuc celebraretur, is kalendis Januariis præſentis anni e vivis non exceſſerat. Nam Amiſeni, qui Ælii Cæſaris mortem, quæ Kalendis Januariis anni CXXXVIII. contigit, poſt aliquot menſes ignorarunt, non potuiſſent eam neſcire anno Chriſti CXXXVIII. ſi Kalendis Januariis anni CXXXVII. accidiſſet; urbs enim *Amiſum* in Paphlagonia poſita, ideoque ab urbe Roma non multum diſſita. Nec eſt quod quis dicat cum Harduino V. C. in Nummis urbium & populorum, illum Ælii Nummum poſt ejus obitum cuſum; inde enim tantum deduci poteſt Amiſenos, quando illum percuſſerunt, ejus mortem ignoraſſe. Ælius igitur Cæſar Kalendis Januariis anni CXXXVIII. vita functus eſt, ſed antequam hujus mortis nuntium ad Amiſenos perveniret, is Nummus percuſſus.

IV. *Prima Amiſi civitatis liberæ Era.*

Amiſi civitatis liberæ tres Eras fuiſſe docent Strabo mox citatus, & aliqui Nummi. Hæc Strabonis de Amiſo loquentis verba: *Liberatam a Divo Cæſare, Antonius Regibus ſubjecit: deinde male eam tractavit Strato Tyrannus: rurſum deinde libertas ei reddita eſt a Cæſare Auguſto poſt Actiacam victoriam.* Prior Era pertinet ad annum Urbis DCCVII. quo poſt Pharnacem Mithridatis filium ſuperatum Julius Cæſar *Amiſenos* libertate donavit, ut refert Dio lib.42. pag.207. Holſtenius in Notis ad Stephanum de Urbibus in voce ἀμισώς exhibet Caracallæ Nummum, in quo circa victoriam bigis vectam legitur ΑΜΙCΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑC. id eſt *Amiſi civitatis liberæ*: ſubtus, ΕΤ. CΝΕ. id eſt. *anno CCLV.* Qui Nummus anno Urbis DCCCCLXI. Chriſti CCVIII. percuſſus, & priori

conſpicerent, iiſdemque majorem acceſſionem ad eam in dies fieri intelligerent; ut eadem quoque ratione ſuos in religionis officio continerent, quædam ab Æſculapio facta eſſe miracula confixerunt, eademque publica memoria conſignarunt. Extat de his antiqua tabula marmorea, licet non integra, Romæ in ædibus Maſſæorum majuſculis litteris exarata, quam hic diverſo tamen charactere reddimus.

Eamdem quoque tabulam ex archetypo exemplari, quod eſt Romæ in Bibl. Farneſiana mira diligentia deſcriptam editamque vidimus a viro inſigni Juſto Lipſio Antiq. inſcript. orb. 2. fol. 29. ex typogr. Plantiniana anno 1588.

Αὐταῖς ταῖς ἡμέραις Γαΐῳ τινὶ τυφλῷ ἐχρημάτισεν, ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἱερὸν βῆμα, καὶ προσκυνῆσαι. εἶτ' ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν, καὶ θεῖναι τοὺς πέντε δακτύλους ἐπάνω τοῦ βήματος, καὶ ἆραι τὴν χεῖρα, καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τοὺς ἰδίους ὀφθαλμούς. καὶ ὀρθὸν ἀνέβλεψε, τοῦ δήμου παρεστῶτος, καὶ συγχαιρωμένου, ὅτι ζῶσαι ἀρεταὶ ἐγένοντο ἐπὶ τοῦ σεβαστοῦ ἡμῶν Ἀντονείνου,

Λουκίῳ πλευρειτικῷ καὶ ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου, ἐχρημάτισεν ὁ θεὸς, ἐλθεῖν, καὶ ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι τέφραν, καὶ μετ' οἴνου ἀναφυράσαι, καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τὸ πλευρόν, καὶ ἐσώθη καὶ δημοσία ηὐχαρίστησεν τῷ θεῷ, καὶ ὁ δῆμος συνεχάρη αὐτῷ.

Αἷμα ἀναφέροντι Ἰουλιανῷ ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου, ἐχρημάτισεν ὁ θεὸς, ἐλθεῖν, καὶ ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι κόκκους στροβίλου, καὶ φάγειν μετὰ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. καὶ ἐσώθη, καὶ ἐλθὼν δημοσίᾳ ηὐχαρίστησεν ἔμπροσθεν τοῦ δήμου.

Οὐαλερίῳ Ἄπρῳ στρατιώτῃ τυφλῷ, ἐχρημάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ λαβεῖν αἷμα ἐξ ἀλεκτρυόνος λευκοῦ μετὰ μέλιτος, καὶ κολλυρίου συντρίψαι, καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπιχρεῖσαι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς. καὶ ἀνέβλεψεν, καὶ ἐλήλυθεν καὶ ηὐχαρίστησεν δημοσίᾳ τῷ θεῷ.

Hæc Benedictus Ægius Spoletinus verbum verbo reddens, ſic Latine vertit;

Ficta miracula Æſculapii.

Hiſce diebus, Cajo cuidam cæco oraculum edidit: Veniret ad ſacrum altare, & genua flecteret: a parte dextera veniret ad lævam, & poneret quinque digitos ſuper altare; & elevaret manum, & poneret ſuper proprios oculos. Et recte vidit, populo præſente, & congratulante, quod grandia miracula fierent ſub Imperatore noſtro Antonino.

Lucio affecto lateris dolore, & deſperato ab omnibus hominibus, oraculum reddidit Deus: Veniret, & ex tribomo tolleret cinerem, & una cum vino commiſceret, & poneret ſupra latus. Et convaluit, & publice gratias egit Deo, & populus congratulatus eſt illi.

Sanguinem revomenti Juliano, deſperato ab omnibus hominibus, ex oraculo reſpondit Deus: Veniret, & ex tribomo caperet nucleos pini, & comederet una cum melle per tres dies. Et convaluit, & veniens publice gratias egit, præſente populo.

Valerio Apro militi cæco oraculum reddidit Deus: Veniret & acciperet ſanguinem ex gallo albo, admiſcens mel, & collyrium conficeret, & tribus diebus uteretur ſupra oculos. Et vidit, & venit, & gratias egit publice Deo.

Por-

priori Amiſi Era inſignitus. Scaliger in Iſagogicis Canonibus pag. 301. producit Hadriani Impetoris Nummum, in quo legitur annus Amiſenorum ΡΠΓ. id eſt CLXXXIII. quem ipſe perperam deducit ab anno periodi Julianæ 4651. cum ab hac prima eorum Era accerſendus ſit, ut numeranti liquebit.

V. *Secunda.* Secunda ab anno Urbis DCCXXI. aut inſequenti deſumenda, a tempore ſc. quo Amiſeni, *Stratonis* Tyranni jugum excuſſere. Ad hanc pertinet Aelii Cæſaris Nummus mox deſcriptus, annoque Amiſenorum CLXIX. ſignatus, qui ideo cuſus fuit anno Urbis DCCCLXXXIX. aut ſequenti, ſeu Chriſti CXXXVI. aut CXXXVII. Epocham enim eo in Nummo notatam, Actiacam victoriam præcedere, non vero ſubſequi, ut hactenus pluribus perſuaſum, certum facit tertia hujus civitatis Era, quam nos edocet Nummus Gazæ Regiæ, cujus ectypon ad me tranſmiſit eruditiſſimus Toinardus. In eo habetur: A. ΑΙΛΙΟC ΚΑΙCΑΡ. caput nudum, in poſtica: ΑΜΙCΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑC. ΕΤΟΥCΡΖΕ. Mercurius ſtans, dextra caduceum ubi Z pro Ξ, ut in aliis Nummis, legitur. Annus ille CLXV. a neutra præcedentium Erarum proficiſci poteſt.

VI. *Tertia.* Quare admittenda omnino tertia Amiſenorum Era poſt Actiacam victoriam, ut teſtatur Strabo, inſtituta, non quidem ipſo anno Urbis DCCXXIII. quo initio Septembris ad Actium pugnatum eſt, ſed anno Urbis inſequenti, quo Auguſtus Cæſar,

Ami-

VI. *Gentiles ad fingenda miracula proclives.*

Porro hanc tabulam e ruderibus templi Æſculapii, quod Romæ celebre erat in inſula Tiberina, ubi ſolitæ erant inſcribi de remediis morborum tabellæ, eſſe erutam, omnes intelligunt: pariterque conſentiunt, qui accurate hæc perveſtigant, eadem miracula ejuſdem generis eſſe cum illis, quæ olim a Veſpaſiano, ac nuper ab Hadriano facta eſſe dicuntur, ſed de illis ſuperius ſatis. Sane quidem Arnobius (a) diſputans adverſus Gentes, cum de Æſculapio Romam ſub ſpecie ſerpentis advecto, & in Tiberina inſula collocato, longiorem texuit orationem, pluribus ac manifeſtis rationibus docet, nullam umquam ab Æſculapio Romanos utilitatem conſecutos eſſe. Ceterum conſueviſſe Gentiles in numinum ſuorum gratiam miracula atque oracula fingere, exemplum quoque de Theotecno Antiocheno, qui ea-

(a) *Arnobe lib.7.*

Amiſenis libertatem, quam jam ſibi armis comparaverant, confirmavit, quod, ut recte obſervavit Toinardus, adverſus Antonianos pro Auguſto pugnaſſent, ad exemplum Myſorum Aſianorum, de quibus Dio lib.5. pag.443. ubi loquitur de actis ab Auguſto anno Urbis DCCXXIV. narratque *Cydoniis, ac Lampæis* libertatem dediſſe, *præſtiti ſibi auxilii cauſa*. Amiſo itaque eodem tempore ab Auguſto libertas ob eamdem rationem confirmata, indeque nova Era ab Amiſenis inchoata: neque enim laudatus Ælii Nummus anno CLXV. notatus, ab aliquo anteriori anno procedere poteſt. Sic cuſus erit anno Urbis DCCCLXXXIX. ſeu Chriſti CXXXVI. quo Ælius Cæſaream dignitatem obtinuit. Prior *Juliana*; ſecunda *ab excuſſa tyrannide*, tertia *Auguſtana* vocanda. Viſuntur Nummi Diadumeniani anno CCXLIX. & Maximini Veri anno CCLXVIII. conſignati, qui ideo ad ſecundam Eram revocandi. Sed redeo ad Ælium Verum.

VII. *Ælius Cæſar Verus appellatus.*

Ceionium Commodum, qui poſtquam Cæſarea dignitate ornatus eſt, *Ælii* nomen tulit, dictum etiam fuiſſe *Verum*, Spartianus & Capitolinus teſtantur. Hic in Vero Imperatore Ælii filio cap. 1. ait: *Igitur L. Ceionius Ælius Commodus Verus Antoninus, qui ex Hadriani voluntate Ælius appellatus eſt, ex Antonini conjunctione Verus & Antoninus*. Spartianus in Hadriano cap.24. de Hadriano habet: *Adoptavit ergo Ceionium Commodum Verum, invitis omnibus, eumque Ælium Verum Cæſarem appellavit*. Immo Hadrianus non alio quam Veri nomine Ælium appellare ſolitus erat. Extat apud Vopiſcum in Saturnino Epiſtola Hadriani ad Servianum Conſulem, in qua de Ægyptiis loquens inquit: *in filium meum Verum multa dixerunt*; & Spartianus in Ælio Vero cap. 4. recitatis quibuſdam verſibus ait: *Hadrianus dixiſſe fertur, Hos verſus vita non capit Veri*.

VIII. *Ælius in Nummis & Inſcriptionibus nunquam* Verus *dictus.*

His tamen refragatur Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag.48. quod neque in Nummis aut Lapidibus cognomen *Veri* Ælio Cæſari attributum legatur; ſed in iis ante adoptionem L. Ceionius Commodus, poſt adoptionem L. Ælius Cæſar tantum inſcribatur: *Certum eſt*, inquit Card. Noriſius, *L. Ceionium Commodum, antequam ab Hadriano adoptaretur, cognomen Veri non tuliſſe. Cum anno Urbis DCCCLXXXIX. Chriſti CXXXVI. Conſulatum iniiſſet, in tribus Inſcriptionibus Gruteri pag. XCIX. CCL. & DCCCLXXIV. dicitur*, L. CEIONIUS COMMODUS, *nuſquam altero* Veri *cognomine addito. Error Spartiani cap.2. de vita Ælii Cæſaris, ubi eumdem Ælium appellat, corrigendus eſt ex Capitolino, qui de ejuſdem Ælii Cæſaris filio ac Imperatore Lucio Vero cap.1. ait*: Igitur L. Ceionius Ælius Commodus Verus Antoninus, qui ex Hadriani voluntate Ælius appellatus eſt, & Antonini conjunctione Verus & Antoninus. *Itaque cognomen Veri tum primum L. Ceionio datum eſt poſt mortem Ælii Cæſaris, cui hactenus auctore Spartiano Veri cognomen paſſim detulerunt. Ipſe etiam Capitolinus non ſibi conſtat; nam & Ælium Cæſarem* Verum *nuncupat, & poſtea cap.7. in Vita M. Aurelii ait*. Et quaſi pater L. Commodi eſſet, Verum eum appellavit, addito Antonini nomine. *Et in Vero cap.3. de eodem M. Aurelio ſcribit*, illum Imperium cum L. Commodo communicaſſe, *additque*: Verum vocari præcepit, ſuum in eum transferens nomen, cum ante Commodus vocaretur. *Hæc plane vera ſententia*. Ita Em. Card. Noriſius qui addit, nullum Ceioneiorum ante Lucium Verum Auguſtum, Veri cognomen tuliſſe, & hunc vulgarem errorem inde natum, quod Lucius Aurelius Marci Aurelii Collega, *Veri* cognomen habuerit; hincque idem cognomen Lucio Ælio Cæſari ejuſdem patri vulgo datum; quod tamen neque in Nummis aut Lapidibus eidem attributum legitur, in quibus, inquit, ante adoptionem L. Ceionius Commodus, poſt adoptionem L. Ælius Cæſar tantum inſcribitur. Verum diſtinguendus eſt uſus vulgaris loquendi, a modo loquendi in Nummis, Inſcriptionibus, Actiſque publicis uſurpari ſolito. Sic Tiberius *Imperatoris* prænomine non appellatur in Nummis, poſtquam Imperii Collega renunciatus eſt, imo & poſtquam Auguſto ſucceſſit, percuſſis. Marcus Aurelius nunquam etiam *Imperatoris* nomine in Nummis & Inſcriptionibus ante Auguſteum Imperium inſignitur; immo tam ipſe quam *Lucius Verus* poſt tertium Imperii Auguſtei annum, & *Commodus* poſtquam Marcus Aurelius mortuus eſt, in Nummis & Inſcriptionibus eo prænomine raro nuncupantur. Apud me tamen certum, eos a populo Romano vulgo, quemadmodum & ceteros Imperii Collegas & Auguſtos, ſemper *Imperatores* appellatos. *Gallienus Junior* Cæſar Gallieni Auguſti filius nunquam eo nomine in Nummis nuncupatur; ſed Valeriani Cæſaris, aut Valeriani Salonini: & tamen paſſim ab Hiſtoricis Gallieni Cæſaris nomine eum appellatum conſtat; immo & eum Valerianus Auguſtus avus ejus ita nominabat, ut ſuo loco viſuri ſumus. Denique *Caius* Auguſtus, qui vulgo *Caligula* appellabatur, in Nummis ſaltem Latinis, ſemper *Caius*, numquam *Caligula* dicitur; Latinis, inquam; nam Toinardus mihi alias dixit, ſe unum Græcum vidiſſe, in quo *Caligulæ* nomen legebatur. Quare vulgaris loquendi modus, a loquendi modo in Nummis & Inſcriptionibus uſitato non raro diſcrepavit.

IX. *Ælius Cæſar Verus atque Commodus appellatus.*

Ælium Cæſarem, antequam ad eam dignitatem eveheretur, modo *Verum*, modo *L. Ceionium Commodum* vocatum fuiſſe, non video in dubium revocari poſſe. Nam non tantum Spartianus in ejus Vita, & Capitolinus in Vita Lucii Veri, Ælii Cæſaris filii, id diſerte docent; ſed & Hadrianus, quo locupletiorem teſtem pro-

ferre

eadem Maximini Imperatoris temporibus præſtitit (quod Euſebius (*a*) narrat) fidem facit. Sed quam ſolers eſſe ſoleret inpoſterum induſtria ſagaxque calliditas ad ejuſmodi de Æſculapio mira arte concinnanda commenta; quæ ſcribit Lucianus in Pſeudomante de eodem Æſculapio in colubri forma hoc eodem propemodum tempore in Ponto iterum apparente, ſatis aperte declarant. Sed de ea re in Marco Pii ſucceſſore agemus.

(a) *Euſeb. lib.9.c.2.*

Cen-

ferre non poſſumus, *Verum* eum vocavit, quotieſcumque de eo etiam mortuo loquutus eſt, ut num. VII. inſinuavi, & nunc magis confirmare juvat. Spartianus in Ælio Vero cap.6. ait: *Cum amici ſolliciti quærerent, qui adoptari poſſet, Hadrianus dixiße fertur his, etiam vivente adhuc Vero decreveram.* Tum cap.7. *Denique illius* (nempe Ælii) *merito filium ejus Verum, nepotem utpote ſuum qui pereunte Ælio in familia ipſius Hadriani remanſerat, adoptandum Antonino Pio cum Marco dedit: ſæpe dicens, Habeat Reſpublica quodcumque de Vero.* Præterea Capitolinus in Vero Imperatore Ælii Cæſaris filio, de eodem L. Vero, antequam imperaret, loquens, eum *Verum* appellat, uti cap.3. *qua die togam Virilem Verus accepit.* Inſcriptiones tamen tam Græcæ quam Latinæ, in quibus primus ejus Conſulatus anno CLIV. vel ſecundus anno CLXI. geſtus, memoratur, aliud nomen non præferunt, quam Lucii Ælii Aurelii Commodi, ut videre eſt in Epiſtola Conſulari pag.94. & 95. Quare his omnibus inter ſe collatis apparet, tam *L. Ceionium Commodum* Cæſarem ab Hadriano renuntiatum, quam *L. Ceionium Commodum* ejuſdem filium, qui cum Marco corregnavit, ante eorum adoptionem vulgo *Veri* cognomen tuliſſe, *Commodique* etiam cognomine appellatos fuiſſe. At in Actis publicis & Inſcriptionibus *L. Ceionii Commodi* nomine tantum, utrumque nuncupatum. Poſtquam autem Lucius pater Cæſaream dignitatem aſſecutus eſt, vulgo dictus fuit Ælius *Verus* Cæſar, at in Nummis & Inſcriptionibus, non *Verus*, ſed tantum *Ælius* vocatus invenitur.

X. Quoad Lucium Ælii Cæſaris filium, ubi a Marco in Imperii conſortium adſcitus eſt, anno nempe Chriſti CLXI. ſicut tunc Marcus, *Antonini*, a quo adoptatus fuerat, nomen accepit; ſic etiam nomen ſuum, Veri ſcilicet, in Lucium tranſtulit, quod Galenus, qui tum vivebat, diſerte teſtatur in libro contra eos, qui de typis ſcripſere: *Deceſſerat paulo ante de vita Antoninus, qui Hadriano in Imperio ſucceſſerat. Regnabat autem Severus* (legendum *Verus*, nempe M. Aurelius Verus) *qui ſe ipſum nomine mutato Antoninum appellavit, quem Imperii fecerat participem; Severum* (legendum Verum) *nominavit.* Lucius itaque in Imperii conſortium allectus, *Verus* vocatus eſt, non de propriæ familiæ nomine, uti antea, ſed de cognomine Marci Aurelii: neque in Nummis ac Inſcriptionibus alio unquam nomine vocatur; cum antea in Inſcriptionibus & Actis publicis non *Verus*, ſed *Commodus* diceretur. Hinc facile eſt intelligere Capitolinum, quem ſibi non conſtare Card. Noriſius laudatus putavit: quando enim cap.3. in Vero de Marco Aurelio Imperium cum Lucio Commodo communicante loquens dicit, *Verum vocari præcepit, ſuum in eum transferens nomen, cum ante Commodus vocaretur*, non ſignificat *Lucium* ante Imperium, Commodum duntaxat appellatum, ſed eum in Actis publicis, ita ſolum vocatum fuiſſe, quod verum eſt, ut ex dictis conſtat. Nam non dicebatur Verus de cognomine familiæ paternæ in Actis publicis, ſed tantum in uſu vulgari loquendi. Ex quibus evertuntur quæ Card. Noriſius in contrarium adducit. Hæſit & ad hoc *Veri* cognomen Caſaubonus in Notis ad cap.7. Vitæ Marci Aurelii; neque etiam Salmaſius difficultatem iſtam ſolvere potuit, quæ ideo a me diſſimulanda non fuit.

Lucius ante Imperium & Verus & Commodus appellatus.

XI. Teleſphoro Papæ hoc anno demortuo Hyginus ſucceſſit, ut infra explicabimus.

Teleſphori PP. obitus.

JESU CHRISTI ANNUS 140.	SIXTI PAP. ANNUS 9.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 1.

I. CEnteſimo itaque ac quadrageſimo Chriſti anno, Camerino & Mag o Coſ. Hadrianus Imp. Antoninum Pium adoptatum auget Tribunitia poteſtate: quam hoc anno auſpicatum eſſe non ſuperiori, manifeſta probatio eſt ex nummis antiquis, in quibus Conſulatus ejus ſecundus, qui accidit ſequenti anno, ſimul jungitur cum Tribunitia poteſtate æque ſecundo accepta. Singulis enim annis Imperatores Tribunitiam poteſtatem accipere ſolitos, certum eſt: ☞ adeo ut in iis, quibus non ante Imperium, ſed cum Imperio collata eſt Tribunitia poteſtas, pro numero collatæ Tribunitiæ poteſtatis, totidem annos Imperii liceat numerare; ſecus ſi cui ante Tribunitia poteſtas obtigerit; nec aliter accipias, quod ſæpe a nobis infertur, & pro numero ejuſdem Tribunitiæ poteſtatis anni pariter numerantur Imperatorum, hæcque ex Dione, ut ſuo loco dicetur ☞. Hoc autem anno ipſum conſulatu pariter auctum cum Tribunitia poteſtate, quem tibi hic exprimendum formis curavimus nummus ſignificat, in quo anni ſequentis Conſul deſignatus inſcribitur ordinarius, cum tamen anni hujus Conſulatus ipſius fuerit honorarius, creatis ante Camerino & Magno Conſulibus.

SÆC. II. Anno Urbis 891. Olymp. 229. an. 2. A. C. 138.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5631.

☉ 7. F. ☽ *6.* P. 14. April. Indict. *6.*

JESU CHRISTI 138. *ſecund. Baronium* 140.

HYGINI PAPÆ 2.

ANTONINI PII IMP. 1.

I. *Conſules.* II. *Adoptio Antonini Pii, Marci Aurelii & Lucii Commodi.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Camerinus* & *Magnus.* Kalendis Januariis præſentis anni *Ælius Cæſar* ſupremum diem obiit, ut anno præcedenti demonſtravimus. *Poſt hunc denique*, inquit Spartianus in Ælio Vero cap. *6.* *Hadrianus diu anceps quid faceret, Antoninum adoptavit, Pium cognomine appellatum, cui conditionem addidit, ut ipſe ſibi Marcum & Verum Antoninos adoptaret, filiamque ſuam Vero, non Marco daret.* Rei geſtæ diem nobis conſervavit Capitolinus in Antonino Pio cap. 4. De Antonino enim loquens ait: *Adoptatus eſt quinto Kalendas Martias die, factuſque eſt patri & in Imperio Proconſulari, & in Tribunitia Poteſtate collega*; ideoque non tantum Cæſar nuncupatus, ſed etiam Imperii Collega renunciatus: duabus enim illis partibus, ſcilicet Imperio Proconſulari & Tribunitia Poteſtate honos ille conſtabat. Hinc Antoninus propter Imperium Proconſulare *Imperator* in Nummis dictus, antequam Hadriano ſuccederet. Tres refert Mediobarbus, in quibus legitur: IMP. T. AEL. CÆSAR ANTONINUS. In poſtica: TRIB. POT. COS. Conſul dicitur Antoninus, non quod hoc anno

Baron. an. 139. n. 1. & an. 140. num. 1.

Conſulatum honorarium geſſerit, ut exiſtimavit Baronius, ſed quod anno Chriſti CXX. cum L. Catilio Severo Conſul ordinarius fuerit, dum ipſe *T. Aurelius Fulvus* vocaretur, ut videre eſt apud Onuphrium in lib. 2. Faſt. Fallitur etiam Baronius, qui anno præcedenti Antonini adoptionem factam exiſtimat, & eum hoc anno Conſulatu decoratum ac Tribunitia Poteſtate auctum. Nam ut oſtendi in Diſſert. Hypat. prima parte cap. 3. Hadrianus Auguſtum hac in re imitatus eſt, qui uno eodemque tempore Tiberium, Germanicum & Agrippam adoptavit, cum eo tamen diſcrimine tunc a me nondum detecto, quod uno eodemque die Tiberium Germanicum & Agrippam Auguſtus adoptavit; Marcus vero ab Antonino non adoptatus, niſi poſt duos menſes, quam ipſe ab Hadriano adoptatus fuerat. Capitolinus enim in Marco cap. 5. de Marco ait: *Octavo decimo etatis anno adoptatus, in ſecundo Conſulatu Antonini jam patris ſui Hadriano ferente, gratia ætatis facta, quæſtor eſt deſignatus.* Natus erat Marcus *ſexto Kalendas Majas avo ſuo iterum & avo ſuo Coſ.* inquit ibidem Capitolinus. Quare ſexto Kalendas Maii currentis Chriſti anni decimum octavum ætatis annum Marcus ingreſſus eſt, ac poſt illum diem ab Antonino eſt adoptatus. Conveniunt ſecundo adoptiones ab Auguſto & ab Hadriano factæ, quod Tiberius ab Auguſto adoptatus fuerit, poſtquam ipſemet coactus eſt prius Germanicum fratris ſui filium adoptare, ut ait Suetonius in Tiberio cap. 15. & Hadrianus Antoninum, is vero Marcum Aurelium & Lucium Verum adoptarit. Si enim Marcus Aurelius ſibi Lucium Commodum adoptaſſet, ut vult Capitolinus in Marco cap. 5. huic filiam ſuam Lucillam, poſtquam

1] COſſ. *Camerinus & Magnus.* Omiſſis utriuſque prænominibus, quæ adhuc in tenebris jacent; & perperam pro *Nigro Magnum* ponit Pagius. Fragmentum Gruterianum pag. CCLVI. 5.

DEDICATA ID. MAI.
.... NIGRO
.... CAMERINO. COS.

n ſigno figlinæ apud Fabrettum pag. 508. n. 132.

NIGRO ET CAMERIN. COS.

Et pag. 512. n. 176. NIGRO ET CAMER. COS. Item in alia figlina in ædibus Capitolinis NIGRO ET CAMERINO COS. Adeo ut de *Nigri* nomine non ſit dubitandum. Faſti Idatiani, & Proſperi Chronicon: *Camerino & Nigro.* Vindebonenſes: *Nigro, & Camerino.*

(a) Ex Muſæo Lælii Paſqual. Canonic. S. Mariæ Maior. in Urbe.



(*a*)



II. Hadriani mors. Hoc ipſo anno idem Hadrianus Imperator agens annos ætatis ſexagintaduos, menſes quinque, & dies ſex, Imperii vero annos viginti, & menſes undecim, cum mortem voluntariam diutius exoptatam ſibi adſciſcere non daretur; tandem conſilio medicorum cibo & potu abſtinens, finem vivendi fecit: Hæc Dio (*a*). Mortuus eſt apud Bajas ſexto Idus Julias, ſepultuſque ad tempus in villa Ciceroniana Puteolis (*b*); inde vero tranſlatum eſt (ut dicemus) corpus ejus Romam, locatumque in mole, quam ab eo denominatam (*c*) trans pontem conſtruxit poſtea Antoninus. ☞ Neque ab his diſcrepat Capitolinus in Antonino Pio, dum ait ſepultum fuiſſe in hortis Domitiæ: nam ibidem erant Domitiæ hortus & Circus. Affirmat etiam idipſum Dio, dum ſepultum refert ad ripam fluminis, juxta Pontem Ælium. Quod vero ante Antoninum in Hadriani ſepulcrum illatum corpus Ælii Veri Cæſaris ab ipſo Hadriano traditur: jam antea ab eodem Hadriano illud ſepulcrum conſtructum fuiſſe liquet; quod etiam declarat ejuſdem ſepulcri cubitalis inſcriptio iſtis verbis: L. AELIO. CAESARI. DIVI HADRIANI. AVG. FI. CONS. II. quæ tamen contraria videntur iis, quæ dicta ſunt, Hadriani molem ab Antonino conſtructam. Ut autem quæ adeo inter ſe diſcrepare videntur, una concilies: in primis attende quæ Dio habet in Hadriano, Auguſti monumentum adeo repletum fuiſſe, ut nullus Imperatorum illic amplius ſepeliretur: cujus rei gratia Hadrianus novum illud delegit ſepulcrum, ubi quem adoptavit Ælium verum ſepelivit. Antoninus vero quem diximus, poſtea illuc tranſtulit Hadriani corpus; ſicque dum ibi novum Hadriani ſepulchrum addidit, locum illum conſtruxiſſe dicatur: hoc modo diſcrepantes auctores concilies ☜. Rurſum, quod ad Hadrianum pertinet, auctor eſt Spartianus, ipſum jam morientem hæc occinuiſſe carmina ſuorum malorum prænuntia.

(a) Dio in Hadriano.
(b) Spartian. in Hadriano.
(c) Dio in Hadriano, & Jul. Capitol. in Antonino Pio.

Animula, vagula, blanda,
Hoſpes, comeſque corporis,
Quæ nunc abibis in loca?
Pallidula, rigida, nudula,
Nec ut ſoles, dabis jocos.

In eum mortuum a multis multa ſunt dicta. Acta ejus irrita fieri Senatus volebat: nec appellatus eſſet Divus, niſi Antoninus rogaſſet. Templum denique ei pro ſepulcro apud. Puteolos idem conſtituit, quinquennale certamen, & Flamines, & ſodales, & multa alia, quæ ad honorem numinis III.

quam imperavit, in matrimonium non tradidiſſet, ne inceſtum committeret. Certe Dio lib.60. hæc ſcribit: *Quo tempore Claudius Neronem Agrippinæ filium adoptavit, generum quoque eum ſibi fecit, filia tamen prius adoptanda in aliam familiam tradita, ne ſororem fratri conjungere exiſtimaretur.* Unde cum Marcus Aurelius Lucium Verum generum ſibi faciens, filiam ſuam in aliam familiam prius non adoptarit, maniſeſtiſſimum eſt, eum non fuiſſe patrem Lucii Veri, ſed tam ipſum quam Lucium Verum ab Antonino Pio adoptatos. Tertio utrique adoptioni peragendæ idem dies conſtitutus, nempe *quintus Kalendas.* Tiberius enim *quinto Kalend.* Julii, ut ſuo loco dictum, Antoninus *quinto Kalend.* Martii adoptatus. Is enim dies in quamdam religionem venerat ab eo tempore, quo Auguſtus victis Antonio & Cleopatra aram Victoriæ dedicavit, *quo Cæſar nimirum oſtendebat, Imperium ſe ex victoria eſſe adeptum*, inquit Dio lib.51. annoque Urbis conditæ 725. nam ex veteri Kalendario apud Gruterum pag. 133. ad V. Kalend. Septemb. legitur: ARA VICTORIÆ IN CURIA DEDICATA EST. Imò Auguſtus v. Kal. Jul. Tribunitia Poteſtate exornatus fuerat, ut in Apparatu Chronologico diximus. Quarto quemadmodum Auguſtus Tiberium adoptando Tribunitiam Poteſtatem eidem contulit, ac poſt aliquot annos Imperium Conſulare, ſic & Antoninus non tantum ab Hadriano adoptatus, ſed factus *patri & in Imperio Proconſulari, & in Tribunitia Poteſtate collega*, inquit Capitolinus citatus. Quinto, ſicut Germanicus *a Tiberio patruo adoptatus, Quæſturam quinquennio antequam per leges liceret, geſſit*, ut ſcribit Suetonius ipſo Caligulæ Vitæ initio; ſic Marcus, *gratia ætatis facta, quæſtor eſt deſignatus*, inquit Capitolinus loco citato. Quibus lucem accipiunt, quæ in priori parte Differt. Hypat. cap.3. de adoptionibus Marci Aurelii & Lucii Veri diximus, ubi & oſtendimus, Capitolinum loco citato, quando ait, Marcum adoptatum eſſe *in ſecundo Conſulatu Antonini jam patris ſui*, intelligendum eſſe de Conſulatu Antonini ordinario, eoque tantum deſignato, non vero honorario, ut perperam explicat Baronius, ac

minis pertinerent. Quare (ut ſuperius dictum eſt) multi putant Antoninum, Pium dictum. Hucuſque Spartianus: in quem errorem irrepſiſſe putamus, dum eum imperaſſe tradit annos vigintiunum & menſes undecim: cætera ab eo geſta, & vitæ mores, tum Dio, tum ipſe ſunt pluribus proſecuti; qui addit: *Famæ celebris Hadrianus tam cupidus fuit, ut libros vitæ ſuæ ſcriptos a ſe libertis ſuis litteratis dederit, jubens ut eos ſuis nominibus publicarent. Nam Phlegontis libri Hadriani eſſe dicuntur.* Sed periere, ſicut & alia ejuſdem auctoris: inter omnes enim ejus lucubrationes ex Annalibus ab eo ſcriptis ſuperſunt ea tantum, quæ ab Origene citantur, ut illud de Chriſto atque Petro memoria dignum, cum idem Origenes ait (*a*): *Phlegon in decimotertio vel decimoquarto (ut arbitror) Annalium libro, futurorum quorumdam prænotionem detulit Chriſto, cum de Petro confuſius pleraque & de Chriſto ediſſerit: & plane teſtificatur pro hujus prædictionibus res occurriſſe: cum alioqui ex his quæ ex præſcientia ſucceſſere (& id quidem invitus) divinæ eſſe potentiæ definivit.* Hæc Origenes, qui & (ut dictum eſt) de tempore paſſionis Chriſti ex eodem Phlegonte (*b*) recitat teſtimonium, necnon de tempore Hieroſolymitanæ cladis (*c*). Laudat eumdem Euſebius (*d*) quoque: ſed de eo ſuperius ſatis.

Res Hadriani a Phlegonte editæ.

(*a*) *Orig. contra Celſum lib.* 2.

(*b*) *Orig. ibid. & in Matth. tract.* 35.

(*c*) *Orig. in Matt. trac.* 29.

(*d*) *Euſeb. in Chron.* IV.

Sed quod pertinet ad Hadriani ſcripta, quorum occaſione ad hæc de Phlegonte digreſſi ſumus; auctor eſt Epiphanius (*e*), ipſum ſcripſiſſe in medicos epiſtolam exprobratricem, artem ipſorum culpantem: ſed & eum morientem, illud vulgatum in populo dixiſſe (*f*): *Turba medicorum interfecit Regem.* Magiam præterea calluiſſe Hadrianum, Dio & Spartianus teſtantur: *Fuiſſe namque matheſeos peritum, Marius Maximus uſque adeo demonſtrat, ut eum dicat cuncta de ſe ſciſſe, ſic ut omnium dierum uſque ad horam mortis futuros actus ante præſcripſerit.* Hæc apud Spartianum in Ælio Vero. His puto de cauſis Tertullianus (*g*) vocat Hadrianum omnium curioſitatum exploratorem. Illud præterea de Hadriano non excidat, quod Aurelius Victor, dum de ipſo agit, in fine ſic ſubdit: *Officia ſane publica & palatina, necnon militiæ, in eam formam ſtatuit, quæ paucis per Conſtantinum mutatis hodie perſeverant;* nempe uſque ad Theodoſium Imperatorem. Hæc meminiſſe oportuit ob nonnullas ſolvendas ambages de magiſtratibus. At de Hadriano hactenus.

(*e*) *Epiph. lib. de menſur.*

(*f*) *Dio in Hadriano.*

Hadrianus magus.

(*g*) *Tertul. in Apolog. c.* 5.

Officia per Hadrianum mutata.

V. Martyres ſub Hadriano.

Reperiuntur complures alii martyres, præter illos quos recenſuimus, ſub eadem Hadriani perſecutione paſſi eſſe, quorum certi dies paſſionis ſunt in Eccleſiaſticis tabulis pro ipſorum anniverſaria commemoratione conſcripti, videlicet Terentianus Epiſcopus Tudertinus una cum Flacco; Eleutherius Epiſcopus Illyrici ab Anacleto Papa, non Aniceto (ut habet Nicephorus) educatus, atque una ſimul Anthia mater, Chorebus Præfectus, Eupſychius in Cappadocia, Ariadna in Phrygia, Exuperius, Zoes, Cyriacus, & Theodolus, Maria ancilla, Theodorus, & Pauſilippus; Thamelus cum ſociis, Philetus, Lydia, Macedonius, Theoprepidus dux, & Chronidas Commentarienſis, de quibus ſingulis in Romano Martyrologio habetur mentio; ſed ſunt & alii complures, quorum nomina exciderunt.

VI.

Hadriano extincto, Antoninus Pius, quem ille adoptaverat, Romanum Imperium moderatur, qui paternum genus e Gallia Tranſalpina Nemauſo civitate ducebat, ut tradit Julius Capitolinus (*h*), qui & ejus cognationem deſcribit. Impera-

(*h*) *Jul. Capitolin. in Antonino Pio.*

ac denique Cæſares & Auguſtos ſæpe Conſules abſolute vocari, licet ad eam dignitatem tantum deſtinati eſſent, ut contigit in Antonino Pio, qui in annum ſequentem, Conſul II. deſignatus erat quando Marcum Aurelium Hadriani juſſu adoptavit. Prætermiſeram monere, Zonaram ſcribere: *Antonino rerum potito, quem Hadrianus adoptatum & Cæſarem, & Imperatorem deſignarat* &c. Imperator itaque dictus Antoninus Pius ob Proconſulare ſcilicet Imperium, uti ante eum Titus & Traianus. Id etiam Dio in literas retulerat, ſed Acta Antonini Pii apud eum non extant. Xiphilinus tamen ait: *Tantum invenitur eum Lucio Commodo, quem Hadrianus adoptaverat, ante Hadrianum, extincto, ab eodem Hadriano adoptatum & Imperatorem factum eſſe.* Ita Xiphilinus ex Dione. Denique extat Inſcriptio apud Gruterum pag. 256. ubi dicitur: IMP. AELIO CAESARI ANTONINO, &c. In ea Hadrianus non vocatur DIVUS; Antoninus vero dicitur TR. P. COS. nec additur, DES. II. nec vocatur PONT. MAXIM. Quare poſita Inſcriptio, vivente Hadriano, & quidem IDIB. MAI, ut ibidem dicitur.

III. Obitus Hadriani.

Hadrianus, poſtquam die viceſima quinta Februarii Antoninum adoptaſſet, *apud Baias periit die ſexto Iduum Juliarum*, inquit Spartianus in Hadriano cap. 25. Si itaque Hadrianus die decima menſis Julii interiit, vixit annos ſexaginta duos, menſes quinque, dies ſeptemdecim. Natus enim erat *IX. Kal. Febru. Veſpaſiano VII. & Tito V. Coſſ.* ut habet Spartianus citatus cap. 1. ideſt, die viceſima quarta menſis Januarii anni Chriſti ſeptuageſimi ſexti: quem etiam diem Hadriani natalem, antiquum Kalendarium a Petro Lambecio editum exhibet. Xiphilinus quidem ex Dione ſcribit: *Vixit annos ſexaginta duos, menſes V. dies XIX.* Sed loco, XIX. legendum, XVII. Ubi enim in Græco ſcriptum erat, ἑπτὰ ϗ δεκά, id eſt, *ſeptemdecim*, Librarius per errorem repoſuit, ἐννέα ϗ δεκά, id eſt, *novemdecim*. Ex quibus corrigendus Spartianus in Hadriano cap. 25. ubi ait: *Vixit annis ſeptuaginta duobus*, (legendum, *ſexaginta duobus*) *menſibus quinque, diebus ſeptemdecim. Imperavit annis viginti uno, menſibus undecim.* Sed ſicut locus in annis vitæ Hadriani

Baron. n. 1.

Antoninus Imp. idemque Pius appellatus.

perare cœpit annos natus quinquaginta-tres, quippe (ut idem affirmat) natus eſt Domitiano duodecies & Cornelio Dolabella Coſſ. Ipſo primo regni initio cum noviſſet Senatum Hadriano fuiſſe infenſum, conarique ejus acta reſcindere ob nobilium cædes quas fecerat; his verbis uſus: *Igitur nec ipſe Princeps veſter ero, ſi ille improbus, inimicuſque vobis atque hoſtis fuit: nimirum enim omnia acta ejus, in quibus eſt adoptio mea, reſcindetis.* Senatum placavit: & Hadriani corpore Romam tranſlato, & ad hortos Domitiæ collocato, ingens illi ſepulcrum ſtruxit, quod poſtea moles eſt Hadriani nuncupata, divinos illi honores impendit, inter divos retulit, ſacerdotes inſtituit, ac templum erexit: hæc omnia Spartianus (a), Julius (b) Capitolinus, & alii (c). Fecerunt quoque ea de cauſa ipſo Imperii initio Pium eſſe ab omnibus nominatum, quod multis tunc reis factis, poſtulatiſque nonnullis ad ſupplicium, neminem punivit: Non oportere, inquiens, ab his rebus principatus exordium ducere. Qua de re cunctis laudabilis extitit, utpote animi tranquillitate Numæ Pompilio comparatus. De his agens idem Capitolinus: *Uſque adeo*, inquit, *ſub eo nullus percuſſus eſt Senator, ut etiam parricida confeſſus, in inſula deſerta poneretur, quia vivere illi naturæ legibus non licebat.*

(a) *Spartian. in Hadriano.* (b) *Jul. Capitol. in Anton. Pio.* (c) *Aurel. Vict.*

VII. Qualiſnam autem eſſet Chriſtianæ religionis ſtatus his temporibus, ex iis quæ ſcribit Juſtinus Philoſophus, qui eodem Antonino Imp. in Urbe claruit, poſſumus intelligere. Ac primum illud, quam longe lateque in toto terrarum orbe Chriſtiana religio fuerit propagata, idem auctor in dialogo cum Tryphone (d) his verbis demonſtrat: *Atqui ne unum quidem eſt genus mortalium ſive Barbarorum, ſive Græcorum, ſive etiam aliorum omnium, quocumque appellentur nomine, vel Amaxobiorum, vel Nomadum domo carentium, vel in tentoriis viventium (ſcenitarum) & cum pecoribus vitam tolerantium, inter quos per nomen crucifixi Jeſu, ſupplicationes & gratiarum actiones Patri fabricatori rerum omnium non fiant.* Hæc Juſtinus. His conſentientia ſcribit Irenæus (e), qui hoc ipſo etiam ſæculo claruit, cum ait: *Etſi in mundo loquelæ diſſimiles ſunt, ſed tamen virtus traditionis una & eadem eſt. Et neque hæ quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ quæ in Hyberis ſunt, neque hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Ægypto, neque hæ quæ in Libya, neque hæ quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ: ſed ſicut Sol creatura Dei in univerſo mundo unus & idem eſt, ſic & lumen & prædicatio veritatis ubique lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad veritatis cognitionem venire. Et neque qui valde prævalent in ſermone, ex his qui præſunt Eccleſiis, alia quam hæc ſunt, dicent: nemo enim ſuper magiſtrum eſt; neque infimus in dicendo deminorabit traditionem.* Hæc Irenæus, dum de una fide vigente in omnibus Eccleſiis, & una omnium traditione diſſerit.

Felix eccleſiæ ſtatus.

(d) *Juſtin. in dialog. cum Tryphon. ex verſion. Langi.*

(e) *Iren. lib. 1. c. 3.*

VIII. Sed & Tertullianus (f), qui in fine ſæculi hujus floruit, hæc in gentes: *Si enim & hoſtes exertos, non tantum vindices occultos agere vellemus, deeſſet nobis vis numerorum & copiarum? plures nimirum Mauri, & Marcomanni, ipſique Parthi, vel quantæcumque unius tamen loci, & ſuorum finium gentes, quam totius Orbis? Externi ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, Palatium, Senatum, forum: ſola vobis reliquimus templa. Cui bello non idonei, non prompti fuiſſemus, etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur? ſi non apud iſtam diſciplinam magis occidi liceret, quam occidere. Potuimus & in-*

(f) *Tert. in Apolog.*

Chriſtiana religio propagata.

driani exprimendis corruptus, ita & in annis Imperii, niſi utrobique ipſemet Spartianus erraverit. Quare ſicut unitas ex annis Imperii, ita & decem ex annis vitæ, demenda. Victor de Cæſaribus in Epitome, quemadmodum & Eutropius, qui annos XXII. Hadrianum imperaſſe tradunt, errorem illum a Spartiano mutuati videntur. Nam eum annos tantum viginti ac menſes undecim imperaſſe, currentique anno, non vero inſequenti, obiiſſe, ita ſolide demonſtravi in priori parte Diſſert. Hypaticæ cap. 4. ut non exiſtimem fore in poſterum, qui annum Hadriani emortualem in controverſiam revocet. In medium adduxi ibidem num. II. Numiſma Hadriani, in quo Providentia ſtans repræſentatur cum his verbis ac literis Græcis, ΠΡΟΝΟΙΑ Κ.Β. quæ ſic vertit Patinus V. C. in Numiſmatis Imperatorum, *Providentia XXII.* annumque Hadriani viceſimum ſecundum ſignificari dicit. Quod quidem verum, licet duo illi numeri, interjecto puncto dividantur. In Nummis enim Græcis ſæpe hujuſmodi interpunctiones occurrunt, quæ numeros non variant, uti in iis, quibus utimur, numeris, contingeret, v. g. in numero 22. ſi interpunctum hoc modo 2. 2. interjiceretur. Et tamen eo in loco perperam ſcripſi, etiam Græcos numeros punctis diviſos, non idem ſignificare, ac ſi illa abeſſent. Is itaque Nummus, ſimileſve poſt Hadriani mortem percuſſi in urbibus longe ab Italia diſſitis ad quas hujus mortis nuntium nondum perlatum erat. Hadrianus enim, qui die decima Julii e vivis exceſſit, intra menſem nempe die X. Auguſti, viceſimum ſecundum Imperii annum auſpicaturus erat, ideoque non mirum, ſi intra unum poſt obitum menſem, per univerſum Imperium, novi Imperatoris inauguratio divulgata non fuerit; eo magis, quod Antoninus propter Hadriani infirmitatem omnia adminiſtrabat, & in eo certa ſucceſſio erat.

inermes, nec rebelles, ſed tantummodo diſcordes ſolius divortii invidia adverſus vos dimicaſſe. Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti ſinum abrupiſſemus a vobis, ſuffudiſſet utique dominationem veſtram tot qualiumcumque amiſſio civium: immo etiam & ipſa deſtitutione puniſſet: proculdubio expaviſſetis ad ſolitudinem veſtram, ad ſilentium rerum, & ſtuporem quemdam quaſi mortuæ Urbis quæſiſſetis, quibus in ea imperaſſetis. Hæc in Gentes.

IX. (a) *Tertul. adver. Jud. c. 7. 8.* Chriſti regnum in gentes ubique.

Idemque adverſus Judæos (*a*): *In quem enim,* inquit, *alium univerſæ Gentes crediderunt, niſi in Chriſtum qui jam venit? Cui enim alii Gentes crediderunt, Parthi, Medi, Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum, & Aſiam, & Pamphiliam, immorantes Ægyptum, & regionem Africæ, quæ eſt trans Cyrenem, Romani, & incolæ: tunc & in Hieruſalem Judæi, & Gentes cæteræ, ut jam Getulorum varietates, & Maurorum multi fines, Hiſpaniarum omnes termini, & Galliarum diverſæ nationes, & Britannorum inacceſſa loca Romanis, Chriſto vero ſubdita & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum Gentium, & provinciarum & inſularum multarum vobis ignotarum, & quæ enumerare minus poſſumus? In quibus omnibus locis Chriſti nomen, qui jam venit, regnat; utpote ante quem omnium civitatum portæ ſunt apertæ, & cui nullæ ſunt clauſæ; ante quem feræ ferreæ ſunt comminutæ, & valvæ æreæ ſunt apertæ: quamquam & iſta ſpiritualiter ſint intelligenda, quo præcordia ſingulorum, variis modis a diabolo obſeſſa, fide Chriſti ſint reſerata: attamen perſpicue ſunt adimpleta, utpote in quibus omnibus locis populus nominis Chriſti inhabitet.* Hæc ipſe.

X. Nullum regnum ſimile Chriſti regno.

Idem vero Tertullianus pluribus monſtrat, nullum hactenus fuiſſe regnum, nullam rempublicam, quæ vi armorum adeo dilatare ſuos umquam potuerit fines, perinde ac populus Chriſtianus fecerit, idque abſque vi armorum atque tumultu, ſic dicens: *Quis enim omnibus regnare potuiſſet, niſi Chriſtus Dei Filius, qui omnibus in æternum Gentibus regnaturus nuntiabatur? Nam ſi Salomon regnavit, ſed in finibus Judææ tantum; a Berſabee uſque ad Dan, termini regni ejus ſignantur. Si vero Babyloniis & Parthis regnavit Darius: non habuit poteſtatem ulterius ultra fines regni ſui; non habuit in omnibus Gentibus poteſtatem. Si Ægyptiis Pharao, vel quiſque ei in hæreditatem regni ſucceſſit; illic tantum potitus eſt regni ſui dominio. Si Nabuchodonoſor cum ſuis regulis ab India uſque Æthiopiam habuit regni ſui terminos: Si Alexander Macedo numquam Aſiam univerſam & ceteras regiones, poſteaquam devicerat, tenuit: Si Germani adhuc uſque limites tranſgredi non ſinuntur: Britanniæ intra Oceani ambitum concluſæ ſunt: Maurorum gens, & Getulorum barbaries, a Romanis obſidentur, ne regionum ſuarum fines excedant: Quid de Romanis dicam, qui de legionum ſuarum præſidiis Imperium ſuum muniunt, nec trans ipſas Gentes porrigere regni ſui vires poſſunt? Chriſti autem regnum & nomen ubique porrigitur, ubique creditur, ab omnibus Gentibus ſupra numeratis colitur, ubique regnat, ubique adoratur.* Hucuſque de Eccleſiæ hujus ſæculi fœcundiſſima propagatione Tertullianus poſt alios Eccleſiaſticos tractatores: qui cum vel adverſus hæreticos, vel Gentiles, vel Judæos ejus temporis locuti ſint, a quibus facile potuiſſent mendacii redargui; quæ eſſent omnibus explorata locutos eſſe, nullus poterit jure dubitare. Ceterum quo magis res Chriſtianorum amplioribus ſpatiis dilatabantur, & numeroſiore populo augebantur, eo major Gentilium in eos concitabatur invidia & perſecutio: & quantumlibet nullo alio ſpeciali edicto (ut de Antonino certum eſt, id teſtante Tertulliano *b.*) vetaretur Chriſtiana religio, nihilominus mille circumventi calumniis Chriſtiani, frequenter a judicibus extremo ſupplicio damnabantur. Non deſunt de his ſub eodem Antonino Pio certa exempla, de quibus ſuis locis inferius agemus.

(*b*) *Tert. in Apolog. c. 5.*

JESU CHRISTI ANNUS 141.	SIXTI PAP. ANNUS 10.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 2.

Judæi ab Antonino compreſſi.

SEquenti anno Domini centeſimo quadrageſimoprimo, Antoninus Auguſt. ſecundum una cum Bruttio Præſente adiit Conſulatum. Quo tempore jam ſublato Hadriano, qui Judæos ſæpe rebellantes compreſſerat, ac patrio ſolo multis cladibus affectos expulerat: eoſdem iterum rebellantes, alioſque populos novarum rerum cupidos tumultuantes Antoninus per Legatos ac provinciarum Præſides bellum agens ſubiecit; alios vero repreſſit, ac continuit in officio. De rebus geſtis adverſus Judæos (quod perierint vetera monumenta) nulla eſt penitus mentio, niſi quæ apud Julium Capitolinum *c*), qui geſta ab Antonino breviori ſumma perſtrinxit, his verbis habentur ſcripta: *Per Legatos ſuos plurima bella geſſit. Nam & Bri-*

(*c*) *Jul. Capitol. in Anton. Pio.*

Britannos per Lollium Urbicum Legatum vicit, alio muro cæſpititio, ſummotis barbaris, ducto. Mauros ad pacem poſtulandam coegit; & Germanos, & Dacos, & multas Gentes, atque Judæos rebellantes contudit per Præſides & Legatos. In Achaia etiam atque Ægypto rebelliones repreſſit: Alanos molientes ſæpe refrenavit. Hæc Capitolinus, una ferme ſententia multorum annorum, immo & totius Antonini Imperii res geſtas involvens potius quam explicans, tradit.

Anno

SÆC.II. Anno Urbis 891. Olymp. 229. an.3. A.C. 139.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5632.

☉ 8. E. ☽ 7. P.6. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 139. *ſecund. Baronium* 141.

HYGINI PAPÆ 3.

ANTONINI PII IMP. 2.

I. *Conſules.*

[1] AD num.I. Coſſ. *Antoninus Pius Aug.II.* & *Bruttius Præſens*. Antonini Conſulatus juxta priorem Conſulatuum Cæſareorum regulam.

II. *M. Aurelius Cæſar dictus.*

Hoc anno idem Imperator *Marcum Aurelium Conſulem ſecum deſignavit, & Cæſaris appellatione donavit*, inquit Capitolinus in Marco cap.6. Neque dubitandum, quin præſenti anno ea nuncupatio facta fuerit, cum inſequenti Marcus Aurelius Cæſar Conſul proceſſerit.

III. *Fauſtina Junior ſponſa M. Aurelii.*

Poſt exceſſum Hadriani, inquit ibidem Capitolinus, *ſtatim Pius per uxorem ſuam* (ſcilicet Fauſtinam Seniorem) *Marcum ſciſcitatus eſt: & cum diſſolutis ſponſalibus, quæ cum Lucii Ceionii Commodi filia deſpondere voluerat, impar adhuc ætati eſſet, habita deliberatione cogitare velle ſe dixit*. Sed locus corruptus eſt, quem ex conjectura Salmaſius reſtituere conatur.

Baron. an. 142. n.1.

Sed præferenda emendatio Caſauboni, qui legit: *Et cum diſſolutis ſponſalibus, quæ cum Lucii Ceionii Commodi filia deſponderi voluerat, impar adhuc ætate eſſet, de eo habita deliberatione cogitare ſe velle dixit*. Ubi deeſt unum aut alterum vocabulum, cum binorum ſponſaliorum facta hic fuerit mentio, Marci nempe cum Lucii filia, *Fabia* dicta, & Veri cum Pii filia *Fauſtina*. Utraque Hadrianus fieri voluerat, quæ tamen poſt ejus obitum diſſoluta voluntate Pii: qui ne temere patris voluntatem videretur irritam feciſſe, hanc cauſam facto prætexuit, quod Verus filiæ ſuæ nuptiis impar adhuc ætate eſſet. Quod vero *Fabia* Lucii Ælii Cæſaris filia fuerit, docet Capitolinus in Vero Imperatore cap.8. ubi eam hujus Imperatoris *ſororem* vocat. Hinc de *Fabia* apud Capitolinum in Marco cap. ultimo dicitur. *Eniſa eſt Fabia, ut Fauſtina mortua in ejus matrimonium coiret; ſed ille* (ſcilicet Marcus Aurelius) *concubinam ſibi adſcivit Procuratoris uxoris ſuæ filiam, ne tot liberis ſuperduceret novercam*.

Capitolinus in Antonino Pio cap.5. geſta ab Antonino breviori ſumma perſtringens ait: *Per Legatos ſuos plurima bella geſſit. Nam & Britannos per Lollium Urbicum Legatum vicit, alio muro ceſpiticio, ſummotis Barbaris, ducto. Mauros ad pacem poſtulandam coegit: & Germanos, & Dacos, & multas gentes, atque Judæos rebellantes contudit per Præſides & Legatos. In Achaia etiam atque Ægypto rebelliones repreſſit, Alanos molientes ſæpe refrenavit*. Baronius in Annalibus hæc verba refert, exiſtimatque his Conſulibus Judæos rebellantes compreſſos. At Capitolinus una ferme ſententia totius Antonini Imperii res geſtas explicans, & de Judæis non loquens, niſi poſtquam Britannos, Mauros, Germanos & Dacos victos aſſeruit, Judæorum rebellionem longe poſt hunc annum contigiſſe inſinuat.

IV. *Judæos Antoninus comprimit.* Baron. n.1.

Ad hæc S. Juſtinus in Apologia apud Euſebium lib.4. cap.8. ait: ϗ γὰρ ἐν τῷ νῦν γενομένῳ ἰουδαϊκῷ πολέμῳ βαρχοχέβας ὁ τῆς ἰουδαίων ἀποςάσεως; ἀρχηγέτης, χριςιανοὺς μόνους εἰς τιμωρίας δεινὰς, εἰ μὴ ἀρνοῖντο ἰησοῦν τὸν χριςὸν ϗ βλασφημοῖεν ἐκέλευεν ἄγεσθαι: id eſt, ut vertit Valeſius: *Nam & in bello Judaico, quod nuper geſtum eſt, Barchochebas, is qui Judaicæ defectionis auctor & ſignifer fuit, ſolos Chriſtianos acerbiſſimis tormentis cruciari juſſit, niſi Chriſtum abnegarent, & maledictis inceſſerent*. Prima illa Juſtini Apologia (ita enim ab Antiquis appellatur) Antonino Pio anno ſequenti præſentata, ut ibidem explicabimus. Quare eo tempore Judæi nondum rebellarant; alioquin bellum Judaicum ab Hadriano confectum non vocaretur a Juſtino, *nuperum bellum*, ſed hoc tantum de bello Judaico, quod hoc anno ſub Antonino geſtum eſſet, diceretur. Quod adhuc magis verum eſt in ſententia Baronii priorem illam Apologiam anno decimo Antonini ſcriptam contendentis. Si enim ea eo anno huic Imperatori oblata eſſet, quod tamen ſuo loco confutabimus, ſequeretur, Antoninum poſt decimum Imperii annum Judæos cohi-

---

[1] COſſ. *Antoninus Pius Aug.II. & Bruttius Præſens*. Omittit *Præſentis* prænomen, & notam geminati conſulatus, quæ ex Sponio innotuere; nam in ejus Miſcellan. pag. 352. habetur in lapide: ACT. VI. IDUS. APRIL. ROMAE. CAES. ANTONINO. II. ET PRAESENTE. II. Hæc litteris Latinis ſcripta ſunt; deinde Græca ſubjiciuntur, quæ Latine ita reddas: *Actum Romæ tertio Nonas Maias Imp. Cæſare T. Ælio Hadriano Antonino II. Caio Bruttio Præſente II.* COS. Lapis inter Donianas inſcriptiones cl.II. n.81. pag.91.

IMP. CAESARI. DIVI. HADRIANI. FILI.
DIVI. TRAIANI. PARTHICI. NEPOTI
DIVI. NERVAE. PRONEPOTI
T. ÆLIO. HADRIANO. ANTONINO
AUG. PIO. PONT. MAX. TR. POTEST. VI.

(legendum II.) IMP.IV. (& hic mendum ſubeſt) COS.II. DESIGNAT.III. Alius lapis ibidem cl.III. num.16. pag.117. cum *Antonini* TR. POT.II. COS.II. Nummi ejuſdem *Antonini* apud Occonem cum TR. POT. COS. DES.II. & cum TR. POT. COS.II. Nummus item *Antonini* in muſeo Theupolo pag.485. cum epigraphe in poſtica CAPPADOCIA COS.II. Figura provinciæ ſtans, dextera coronam, ſiniſtra vexillum tenens, & ad pedes mons Argæus.

Ioſeph Maria Stampa in Faſtis hujus anni ſcribit, in locum *Antonini* conſulatu abdicantis, per aliquot menſes ſuffectum fuiſſe *A. Junium Rufinum*, ex lapide apud Fabrettum pag.726.

Faſti Idatiani, & Vindebonenſes: *Antonino II. & Præſente*. Proſperi Chronicon: *Antonino & Præſente*.

JESU CHRISTI ANNUS 142.	TELESPHORI PAP. ANNUS 1.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 3.

1. ANno Chriſti centeſimo quadrageſimo-ſecundo, idem Antoninus Auguſtus tertium iniit Conſulatum, collegamque ſibi adſcivit M. Aurelium Antoninum: de cujus Conſulatu hoc ipſo tertio Antonini anno Marco delato, meminit Julius Capitolinus (*a*), ac primum de obitu Fauſtinæ Auguſtæ his verbis: *Tertio anno Imperii ſui Fauſtinam uxorem perdidit, quæ a Senatu conſecrata eſt, delatis Circenſibus,*

Ann. Eccl. Tom.II. V

(*a*) *Jul. Capitol. in Anton. Pio.*

Fauſtina inter Divos recepta.

cohibuiſſe; cum Juſtinus in ſua Apologia de bello Judaico ab Hadriano geſto loquatur, illudque nuperum ſeu ultimum contra Judæos bellum fuiſſe inſinuet. Certum itaque, longe poſt currentem annum Judæos rebellaſſe. Sed quia in Antonini Pii Nummis Tribunitia Poteſtas ante annum ejus Imperii decimum vix annotatur, & Capitolinus loco laudato una ferme ſententia multorum annorum, immo & totius Antonini Imperii res geſtas potius involvit, quam explicat, ut recte Baronius obſervat, quo anno ea rebellio acciderit, incompertum. Videtur tamen ea ſedata, poſtquam Antoninus ſuos circumcidere illis permiſit. Origenes enim lib.2. contra Celſum hæc ſcribit: *Sed dicet aliquis, etiam Samaritas perſecutionem pati propter ſuam religionem. Et reſpondebimus, ſicarios propter circumciſionem occidi, quod ſeipſos mutilent contra præſcripta legum, quæ ſolis Judæis id permittunt.* Modeſtinus lib.6. Regularum, ad Legem Corneliam, DE SICARIIS: *Circumcidere filios ſuos Judæis tantum reſcripto Divi Pii permittitur: in non ejuſdem religionis, qui hoc fecerit, caſtrantis pœna irrogatur.* Jul. Paul. Recept. Sentent. lib.5. tit.22. DE SEDITIOSIS: *Cives Romani, qui ſe Judaico ritu, vel ſervos ſuos circumcidi patiuntur, bonis ademptis, in inſulam perpetuo deleguntur. Medici capite puniuntur. Judæi, ſi alienæ religionis comparatos ſervos circumciderint, aut deportantur, aut capite puniuntur.* Item Novella 146. Pius igitur Judæis conceſſit, quod Hadrianus denegaverat: *Nam moverunt ea tempeſtate Judæi bellum, quod vetabantur mutilare genitalia*, inquit Spartianus in Hadriano cap.14. niſi forte, inquit Spencerus in Notis ad lib.2. contra Celſum, ubi præfata obſervavit, hunc Spartiani locum Caſaubonus, rectius interpretatus eſt, qui legibus Domitiani, Nervæ & Hadriani, quibus vetita erat marum eviratio, etiam circumciſioni fibulam impoſitam fuiſſe opinatur. Vide Codicem Juſtin. lib.1. tit.9. *De Judæis*, tit.10. *Ne Chriſtianum.* Cod. Theod. lib.16. tit.4. Novell. Leonis 55.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5633.

☉ 9. DC. ☽ 8. P.25. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 140. *ſecundum Baronium* 142.

HYGINI PAPÆ 4.

ANTONINI PII IMP. 3.

SÆC. II. Anno Urbis 893. Olymp. 229. an.4. A. C. 140.

[1] AD num.I. Coſſ. *Antoninus Pius Aug.III. & M. Aurelius Cæſar.* Conſulatus Antonini juxta tertiam regulam, ut nempe Ælii Cæſaris Collega eſſet: hujus juxta primam, quia ſc. anno præcedenti Cæſar dictus fuerat. I. *Conſules.*

Ca-

[1] COſſ. *Antoninus Pius Aug. III. & M. Aurelius Cæſar.* Tabula marmorea apud Gruterum pag. CXXVI. IMP. CAESAR. T. AELIO. HADRIANO. ANTONINO. AUG. PIO. P. P. III. M. AELIO. AURELIO. CAESARE. COS. Pag.LV. 3. ANTONINO. III. COS. Pag. CCCXVI. Græca inſcriptio, ubi: *Imp. T. Ælius Hadrianus Antoninus Auguſtus, Pont. Max. Tribun. Pot. III.* Imp. II. COS. III. Alius lapis apud Fabrettum pag.414. n.365.........

CAES. T. AEL...... HADRIANUS
ANTONINUS. AUG. PIUS. P. M. TR.
P. VI. COS. III. IMP. II.

Vetus inſcriptio apud Reineſium pag.227. ex ſchedis Gudianis: KAL. OCTOBRIS. T. AELIO. ANTONINO. PIO. AUG. II. (lege III.) M. AURELIO. AELIO. CAESARE COSS. Lapis Ligorianus in veteri Latio tom.VI. pag.79. DD. IDIB. APRILIS. TIT. ÆLIO HADRIANO ANTONINO. PIO. AUG. III. ET M. AURELIO. AELIO. CAESARE COSS. *M. Aurelius*, tum *Verus* dicebatur; hinc figlina in ædibus Capitolinis:

IMP. ANTONIN. ET VERO COS
EX PR DOM LUCILL. O. D. SERMODES.

Eadem extat apud Fabrettum pag. 513. n.177. Alia ejuſmodi Romæ apud Marchionem Gregorium Alexandrum Capponium, quam exſcripſimus A. D. 1736. menſe Septembri. Nummi *Antonini* apud Occonem Mediobarbi & in muſeo Theupolo pag.484. & 485. cum TR. POT. COS. III. Et AURELIUS. CAESAR. AUG. PII. F. COS. & COS. DES. Vide Noriſii epiſtolam conſularem ad A. V. 891. Sponius in Miſcellan. pag.43.

DEDICAT. III. ID...... M.
ANTONINO. IMP. II. ET VERO AUG. COS.

Una hic numeralis nota in *Antonini* conſulatu deeſt; nam anno ſuperiori 139. *conſul iterum* fuit; & hoc anno 140. collegam habuit *M. Ælium Aurelium Verum, Cæſarem.* Lampridius in Commodo cap.1. *Ipſe autem* (Commodus) *natus eſt apud Lanuvium cum fratre Antonino Gemino, Prid. Kal. Septemb. patre patruoque Coſſ.*

Faſti Idatiani: *Antonino III. & Aurelio.* Vindebonenſes: *Antonino III. & Aureliano Cæſare.* Proſperi Chronicon: *Antonino II. & Præſente II.* quod ad annum ſuperiorem pertinet. Ut igitur recte ponantur in laterculis conſularibus conſules hujus anni, ſcribendum eſt: *T. Ælius Hadrianus Antoninus Pius Aug. III. & M. Aurelius Ælius Verus Cæſar.*

ſibus, atque templo & Flaminicis, & ſtatuis aureis atque argenteis: cum etiam ipſe hoc conceſſerit, ut imago ejus cunctis Circenſibus poneretur: ſtatuam auream delatam a Senatu poſitam ſuſcepit. M. Antoninum Quæſtorem, Conſulem, petente Senatu, creavit. Hæc ipſe. Sed qua impoſtura impietatem ornarent, ut mendacium veritas crederetur; audi quid ad eumdem Antoninum Juſtinus Chriſtiana ſit libertate locutus: *Porro cur morientes apud vos Imperatores ſemper immortalitati conſecrare dignamini, producentes quempiam qui jurejurando confirmet vidiſſe ſe e rogo aſcendere in cælum ardentem Cæſarem?*

II. *Incrementum Chriſtianæ religionis unde.* Quibus putandum eſt riſibus Chriſtianos homines his temporibus inſectatos eſſe Gentiles, qui ſingulis fere annis nova templa, nova ſacerdotia, novis quos illi feciſſent diis erigere atque ſtatuere viderent? immo potius tantam ipſorum inſaniam commiſeratos eſſe. Jam ſuperiori anno Hadrianum Principem, hoc vero fœminam conjugem Imperatoris, quos noviſſent omnes, inter deos cernebant eſſe relatos, & perinde ac diis templa & ſacrificia inſtituta. Porro hæc ipſorum deliria Chriſtianæ religionis propagationi mirum in modum conducebant. Qui enim nobilioris eſſent ingenii, & cultus veri numinis amatores, iſtæc ſpectantes ac præ oculis ſemper habentes, abjectam nimis ac humi reptantem eſſe Gentium Theologiam cognoſcebant; quippe quæ mortales, arbitrio Senatus & Principis, ſoleret habere deos. Hæc quidem, Chriſtianis præſertim inculcantibus, Gentiles, qui animæquiores eſſent, perſpicue intelligentes, Chriſtianam religionem, quam ſignis atque virtutibus toto Orbe viderent effulgere, contemplati, admirati ac perſcrutati cum eſſent; eidem dediſſe nomina, & toto animo amplexatos eſſe; magnamque ex his rebus noſtris eſſe factam acceſſionem, nemo jure poterit dubitare. Cum e contra ipſe Antoninus Auguſtus cum dilabentes ad externum ac plane contrarium religionis cultum ſentiret homines, quo reliquos Principis exemplo in officio contineret, diis aſſidue ſacrificabat; nec (quod tradit Capitolinus *a*) ullum ſacrificium per vicarium fecit, niſi cum æger fuit. *(a) Jul. Capit. in Ant. Pio.*

III. *Sixti Papæ martyrium.* Hoc eodem anno Sixtus Papa, cum ſediſſet annos decem, uno minus menſe & vigintiduobus diebus, octavo Idus Aprilis martyrio coronatur. Tam Græci, ut Euſebius & alii eum ſecuti, quam Latini, ut liber de Romanis Pontificibus, conſentiunt de Sixto, quod ſederit annos decem: quamobrem habita temporis ratione, quo deſiit qui eum præceſſit Alexander, & dierum quibus ſedes vacaſſe ponitur, inſuper & natalis diei Sixti martyrii, ut in tabulis Eccleſiaſticis legitur; hoc ipſo anno, eaque die Sixtum deſiiſſe, opus eſt dicere. Cui de Sixto chronographiæ haud longe diſſonant indices Vaticani atque Creſconii: niſi quod in quibuſdam impletum decennium, tribus additis menſibus, Sixti ſedi tribuitur. Qui ſe-

II. *Obitus Fauſtinæ Auguſtæ.* Capitolinus in Antonino Pio cap.6. ait: *Tertio anno Imperii ſui Fauſtinam uxorem perdidit.* Tertius Antonini annus die decima menſis Julii currentis anni inchoatus; *Fauſtina* tamen anno tantum ſequenti, quo adhuc tertius Antonini annus in curſu erat, demortua. Mabillonius enim V. C. in tomo IV. Analectorum pag.500. antiquam Romanorum Inſcriptionum Collectionem exhibet, inter quas hæ duæ leguntur: *Imperatori Cæſari Tito Ælio Hadriano Antonino Aug. Pio, Pontif. Max. Tribunit. Pot.XXIIII. Imp.II. Conſ. IIII. P.P.* Tum: *Divæ Fauſtinæ Auguſtæ Imp. Cæſaris T. Ælii Hadriani Antonini Aug. Pii Pontif. Maximo Trib. Pot.IIII. Conſ.III. P. P.* Utraque Inſcriptio Antonini & Fauſtinæ obitum reſpicit: ille enim, dum Tribunitiam Poteſtatem XXIV. gereret, extinctus. Quare cum Fauſtina, marito Tribunitiam Poteſtatem IV. obtinente, ſupremum diem obierit, mors ea anno ſequenti, poſt diem XXV. menſis Februarii, quo Antoninus Tribunitiam Poteſtatem IV. ſuſcepit, quove tertius ejus Imperii annus uſque ad menſem Julium occurrebat, contigit. Quot ex ea Antoninus Pius liberos ſuſceperit, cum de Antonini morte ſermo erit, explicabimus.

III. *Obitus S. Sixti PP.* [1] Ad num III. & ſeq. *Sixtus* Papa anno centeſimo viceſimo ſexto ad Deum migravit. In Chronico enim Damaſi legitur: *Sixtus annis decem, menſibus tribus, diebus viginti uno. Fuit temporibus Hadriani, a Conſulatu Nigri & Aproniani, uſque Vero III. & Ambibulo*, qui anno CXXVI. Conſulatum geſſere. Sed error irrepſit in numeros, legendumque, *menſibus duobus, die uno*, ut habetur in auctiori Chronico veterum Pontificum, in Catalogo Palatino, & in duobus Catalogis Corbeienſibus. Cum itaque S. Alexander die tertia Maii anni CXVI. paſſus fuerit, Sixtus ejus ſucceſſor martyrium fecit circa diem tertium Julii anni CXXVI. Verum eſt, Anaſtaſium, alioſque ſcribere, Sixtum *III. Nonas Aprilis*, ſeu die tertia Aprilis ſepultum, & in Martyrologio Uſuardi, Adonis & Romano ejus Natale conſignari die ſeptima menſis Aprilis. Sed uterque dies non ad primam Sixti ſepulturam, ſed ad aliquam ejus tranſlationem referendus. Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogum Romanorum Pontificum ait, Sixtum Alexandri deceſſoris per annum integrum *Vicarium* fuiſſe, quia arbitratur ſpatium regiminis in Chronico Damaſi ſignati, nonniſi

[1] Vide quæ in notis ad A. D. 126. n.VI. ſcripſimus.

ſecuti ſunt Euſebium, unum ex Romanis Pontificibus prætermittentem, nempe Cletum, ſub Hadriano Sixti obitum ponunt: ſed æque falli eos putamus, qui in annis Romanorum Pontificum additios nec ſibi conſtantes in libro de Romanis Pontificibus poſitos ſecuti ſunt Conſules.

IV. Rom. Pontif. antiquus titulus.

Leguntur titulo Sixti Papæ epiſtolæ duæ: ſed quod in altera ipſarum Sixtus Univerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus inſcriptus habeatur, miramur adeo offendiſſe Novatores; perinde ac ſi fuerit humanum inventum, ut Petrus, & qui ei in ſede ſuccedunt, & in Petro totius ovilis Dominici curam a Domino ſuſceperunt, Univerſalis Eccleſiæ inſcribantur Epiſcopi. Porro ejuſmodi titulus, ut ſcilicet univerſalis Eccleſiæ dicatur Epiſcopus, idemque & Pontifex Maximus, qui in ſede Petri ſuccedit Romanæ Eccleſiæ Antiſtes, non recens eſt in Eccleſiam introductus, ſed antiquitus uſitatus: quod parum eſt ut ex Sixti epiſtola, quæ ab eis ducitur in controverſiam, demonſtremus; quandoquidem & qui aliquando recta ſentiens, ſed a fide Catholica refuga, in ipſam Romanam Eccleſiam inſaniens, eam dente canino dilacerat Tertullianus (*a*), recitans & impugnans Victoris Romani Pontificis edicti verba, ait: *Audio etiam edictum propoſitum, & quidem peremptorium: PONTIFEX ſcilicet MAXIMUS, EPISCOPUS EPISCOPORUM* (erat hæc inſcriptio decreti) *dicit: Ego & mœchis & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto*. Verum nonniſi ſecundum veterem nomenclaturam ea poſita a Victore, vel (ſi velimus eſſe verba Tertulliani) ſecundum uſitatam verborum conſuetudinem ab ipſo dicta & inculcata, nemo in dubium jure poterit revocare. Sed de his alias.

(*a*) *Tertul. lib. de pudic. c.1.*

V. Sixto Papæ liber falſo adſcriptus.

Quod item ad ſcripta Sixti Romani Pontificis ſpectat; non prætermittendum, a Ruffino presbytero Aquilejenſi tentatum, ut Sixti Philoſophi Pythagorici commentarium, in Latinum a ſe tranſlatum nomine Sixti Papæ & Martyris vulgaret; licet prioris ne vel poſterioris Sixti itidem martyris nomine illum ediderit librum, non conſtet. Detexit S. Hieronymus (*b*) impoſturam, ſcribenſque ad Cteſiphontem, ait: *Illam autem temeritatem, immo inſaniam quis digne poterit explicare ſermone, quod librum Sixti Pythagorei, hominis abſque Chriſto, atque Ethnici, immutato nomine, Sixti martyris, & Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi, prænotavit? in quo, juxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exæquant Deo, & de ejus dicunt eſſe ſubſtantia, multa de perfectione dicuntur: ut qui volumen Philoſophi neſciunt, ſub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis. Denique in ipſo volumine nulla Prophetarum, nulla Patriarcharum, nulla Apoſtolorum, nulla ſit Chriſti mentio; ut Epiſcopum & martyrem ſine fide Chriſti fuiſſe contendat*. Hæc Hieronymus, qui alias ea de cauſa in eumdem exclamans ait (*c*): *Miſerabilis Grunnius, qui ad calumniandos ſanctos viros aperuit os ſuum, linguamque ſuam docuit mendacium, Sixti Pythagorei hominis Gentiliſſimi unum librum interpretatus eſt in Latinum, diviſitque in duo volumina, & ſub nomine ſancti Sixti urbis Romæ Epiſcopi auſus eſt edere, in quibus nulla Chriſti, nulla Spiritus ſancti, nulla Dei Patris, nulla Patriarcharum, Prophetarum, & Apoſtolorum ſit mentio: & hunc librum, ſolita temeritate & inſania, Anulum nominavit: qui per multas Provincias legitur, & maxime ab his, qui* ἀπάθειαν *& impeccantiam prædicant*. Invehitur rurſum (*d*) in eumdem eadem ex cauſa alibi.

Ann. Eccl. Tom. II.

(*b*) *Hier. adverſ. Pelag.*

(*c*) *Hieron. in Hier. c.22.*

(*d*) *Hier. in Ezech. c.18.*

VI.

Legitur ejuſdem Sixti Papæ (*e*) decretum, ne ſacra vaſa ab aliis quam a ſacris miniſtris tangerentur. Si enim in iis quæ futurorum erant umbra, tanta Dei monitu inerat obſervantia, ut ſacra vaſa filiis (*f*) Caath nonniſi tecta portare liceret: quomodo non ea ſanctiſſima haberentur, & religioſiori eſſent cultu ſervanda, quibus ſacrificium omnium præſtantiſſimum exhiberetur? ſed de ſacris vaſis alibi pluribus.

(*e*) *Lib. de Rom. Pont. in Sixto.*

(*f*) *Num. 4.*

Sixti decretum de Formatis.

Rurſus de rebus a Sixto decretis: Hic inſuper (habet liber de Romanis Pontificibus) conſtituit, ut quicumque Epiſcopus evocatus fuerit ad ſedem Romanam Apoſtolicam, rediens ad parochiam ſuam, non ſuſcipiatur niſi cum

V 2 For-

nonniſi per Vicarium ſervari poſſe, & ſervari commode, ſi Sixtus tertia die Aprilis dicatur mortuus. At commentitius Vicariatus ille, & ſpatium regiminis Sixto attributum facile invenitur, ſi initium ejus, ut fieri debet, cum anno Chriſti CXVI. copuletur, ejuſque mors diei ejus cultus ſeu tranſlationis non illigetur. Henſchenius S. Sixti vitam illuſtrat die VI. Aprilis, docetque eum martyrio coronatum, non ſub Antonino Pio, ut putavit Baronius, ſed *ſub Hadriano Imperatore*, ut habent Florus, Uſuardus Ado, Notherus, & in antiquiſſimis Martyrologiis manuſcriptis legitur. Certe anno CXXVI. in Chriſtianos ſævitum fuiſſe oſtendunt Apologiæ Hadriano, qui eo anno Decennalia ſua celebravit, a Chriſtianis oblatæ. Euſebius in Hiſtoria & in Chronico, Hermannus Contractus, & Marianus Scotus in Chronicis conſentiunt Martyrologiis citatis.

IV. *Decretales Sixto attributæ.*

Sixti duæ Epiſtolæ circumferuntur, quas Marca, Baluzius, aliique Viri doctiſſimi ſuppoſitionis arguunt. Prima eſt ad omnes Chriſti Fideles, in qua habentur teſtimonia ex Idacio, Enchiridio Xyſti Philoſophi, aliiſque deſumta. Secunda habet hanc inſcriptionem a Primitivæ Eccleſiæ Præſulibus alienam: *Sixtus univerſalis Apoſtolicæ* Ec-

Formatis ſalutationis ad plebem a ſede Apoſtolica. Ejuſmodi quidem commercio Formatarum unius Eccleſiæ Catholicæ ſervari, ac proinde probari ſolitam unitatem, tradit Optatus Milevitanus, (a), qui texens catalogum Romanorum Pontificum a Petro uſque ad Siricium, de eo ait: *Cum quo nobis totus Orbis commercio Formatarum in una communionis ſocietate concordat*. Et Auguſtinus de his ad Eleuſium & ſocios (b): *Hic primo aſſerere*, inquit, *conatus eſt, ubique terrarum eſſe communionem ſuam. Quærebam utrum epiſtolas communicatorias, quas Formatas dicimus, poſſent, quo vellent, dare: & affirmabam, quod manifeſtum erat omnibus, hoc modo illam facillime terminari poſſe quæſtionem*. Hæc Auguſtinus. Antiquiſſimus itaque fuit ejus rei uſus, ut per communicatorias litteras Romani Pontificis, unitas Eccleſiæ monſtraretur: in Concilio enim Nicæno (c) forma quædam ejuſmodi litterarum, ne fraus irreperet, eſt inſtituta, non autem recens res ipſa eſt introducta.

(a) Optat. lib. 2. contra Parm.
(b) Auguſt. epiſt. 163.
(c) Nicæn. Conc. cap. 18.

VII. Litterarum Eccleſiaſticarum diverſa genera.

Quæ autem dicebantur Formatæ, ſeu communicatoriæ litteræ, eædem (ut auctor eſt Atticus d) Canonicæ epiſtolæ appellabantur. Quinetiam Theophilus Epiſcopus Alexandrinus in epiſtola prima Paſchali in fine, quas dicimus Communicatorias, eaſdem & Pacificas nominatas eſſe demonſtrat: quas etiam idem auctor in tertia Paſchali epiſtola in fine appellat Eccleſiaſticas: in Concilio autem Chalcedonenſi (e) nuncupatæ reperiuntur Pacificæ: ſolitas quoque Pacificas a recens ordinato Epiſcopo ad collegas dari, tradit Theodorus in Photii Nomocanone (f). Concedebantur etiam Pacificæ, nempe Communicatoriæ, pauperibus peregrinantibus, quibus eorum fides Catholica probaretur. Diverſas autem ab iis fuiſſe litteras commendatitias ab Epiſcopis dari ſolitas, canon idem Chalcedonenſis Concilii admonet: ait enim, commendatitias litteras dari ſolitas tantum iis qui eſſent in Eccleſia opere clariores: & ab Epiſcopis dari ſolitas ſuis clericis peregrinantibus, alias canon ejuſdem quoque (g) Concilii docet, ſed aliter legit Theodorus. Dabantur etiam litteræ commendatitiæ perſonis quæ potuiſſent eſſe ſuſpectæ, ne quid de illis dubitaretur: de quibus & Paulus meminit ad Corinthios cum ait (b): *Numquid egemus, ſicut quidam, commendatitiis epiſtolis ad vos, aut ex vobis? Epiſtola noſtra vos eſtis*. Qui enim commendatitiis litteris peregrinabantur, quocumque pergerent, apud Chriſtianos erant illæ pro viatico, de quo Lucianus in Peregrino: *Suſcepta ſecunda peregrinatione egreditur vagaturus, ſatis ſibi viatici in Chriſtianis repoſitum eſſe exiſtimans*: His ſimilia erant apud Gentiles Diplomata, quorum meminit Plinius (i) Junior ſcribens ad Traianum, quæ poſtea Tractoriæ ſunt appellatæ: eſt titulus de Tractatoriis & (k) Stativis. Extat hactenus earumdem forma (l) litterarum, quæ ab Imperatore dabantur: erant & aliæ ejuſdem nominis ab Epiſcopis dari ſolitæ, de quibus dicemus inferius. Sed quod ſemel occaſione Formatarum, de Eccleſiaſticis litteris agere cœpimus, de aliis quoque ejuſdem generis dicere non prætermittamus.

(d) To. 2. Conc. poſt Concil. Chalced.
(e) Conc. Chal. c. 11.
(f) Conc. Chal. c. 11.
(g) Idem. c. 13.
(b) 2. Cor. 3.
(i) Plin. lib. 10. epiſt. 121. 122.
(k) lib. 8. c. 6. Cod. Theod.
(l) In Lexic. Jur. verb. tractor. & apud Cujac. tit. de tract.

VIII. De litteris dimiſſoriis & aliis.

Erant & Dimiſſoriæ litteræ, quas ibidem Theodorus illas eſſe tradit, cum clericus demonſtratur voluntate ſibi prælati Antiſtitis eſſe profectus: ſine his enim non licebat extra diœceſim peregrinari; his quoque indigebant Epiſcopi, qui profecturi eſſent ad Comitatum. Erant inſuper litteræ, quæ dicebantur Memoriales, ſeu Commonitoriæ, quibus legati, quid in ſuſcepta legatione deberent agere per ſingula admonebantur; extant de his complura exempla, quæ ſuis locis ponentur inferius. Erant etiam & litteræ dictæ Synodicæ, quæ ad diverſos dabantur a Synodis. Si vero ſcriptæ eſſent ad omnes Chriſti fideles, ſive a Synodo, vel a ſummo Pontifice, vel aliis alia darentur occaſione, dicebantur Encyclicæ, hoc eſt, Circulares. Rurſum vero eædem epiſtolæ dicebantur Catholicæ, non ea ratione quod fidem Catholicam continerent, ſed quod ad univerſam Eccleſiam datæ eſſent: hinc Apollonius apud Euſebium (m) hæc de Themiſonte: *Audebat, Apoſtolum imitando, Catholicam ad omnes Eccleſias epi-*

(m) Euſeb. lib. 5. c. 17.

Eccleſiæ Epiſcopus omnibus Epiſcopis in Domino Salutem; continetque quædam teſtimonia ex Hiſtoria tripartita, aliiſque petita, Sixto ſucceſſit Teleſphorus.

V. Britanni domiti.

Hoc anno Antoninus Imperator *Britannos per Lollium Urbicum Legatum vicit; alio muro ceſpiticio, ſubmotis Barbaris, ducto* inquit Capitolinus in Antonino cap. 5. Extat hujus Imperatoris Nummus apud Mediobarbum pag. 194. in cujus averſa parte legitur: P.M. TR. P. III. COS. III. viſunturque quadrigæ triumphales. In averſa parte alterius Nummi eadem Tribunitia Poteſtate III. notati habetur: MUNIFICENTIA S. C. Capitolinus in Pio cap. 10. ait; *Centum leones una miſſione edidit*. Quare cum hoc anno Tribunitiam Poteſtatem tertiam Pius inierit, indicetque Capitolinus laudatus, primum ab eo devictos Britannos, hæ quadrigæ, eaque munificentia ad victoriam Britannicam referendæ.

VI. Inundatio Tiberis. Baron. an. 154. n. 4.

Idem Capitolinus cap. 9. ait: *Fuit & inundatio Tiberis*, quam hoc anno contigiſſe colligo ex Antonini Nummo apud Mediobarbum, in cujus averſa parte habetur: TR. P. III. COS. III. S. C. TIBERIS. Repræſentatur Tiberis ſedentis ſimulacrum. Hæc inundatio inter adverſa, quæ hujus Imperatoris temporibus evenerunt, a Capitolino recenſita. Baronius eam recitat anno XV. Antonini Pii, ideoque loco non ſuo.

epiſtolam contexere. Inſuper de Dionyſio Corinthiorum Epiſcopo tradit Euſebius, Catholicas ad Eccleſias ſcripſiſſe epiſtolas.

IX. De litteris decretalibus & aliis.

Decretales vero dicebantur Romanorum Pontificum epiſtolæ, quibus vel ad diverſorum conſultationes reſpondere ſolerent, vel cum quid ſervandum vitandumve eſſet edicerent. De quibus Gelaſius (*a*): *Decretales epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ diverſis temporibus ab urbe Romana pro diverſorum Patrum conſultatione* (ſic legendum non conſolatione) *dederunt, venerabiliter recipiendas*. Paſtorales vero, quæ pro inſtructione darentur; quales ſunt illæ, quæ ad diverſas Eccleſias a S. Ignatio ſcriptæ habentur. Erat quoque olim tempore perſecutionis Eccleſiæ genus litterarum, quæ dicebantur Confeſſoriæ, quæ a Chriſtianis, qui pro Chriſti nomine detinerentur in carcere, pro commendatione lapſorum ad Epiſcopos dari ſolebant; erat frequens harum uſus tempore perſecutionis, ut ex multis S. Cypriani litteris conſtat; eſt earumdem mentio in Concilio (*b*) Eliberitano & Arelatenſi primo (*c*). Quæ autem pro redentione captivorum ab Epiſcopis dari conſueverant, litteræ Captivorum appellantur in Concilio Lugdunenſi (*d*).

(*a*) Gelaſ. in Concil. Rom. c. de lib. authent.
(*b*) Conc. Eliber. c. 25.
(*c*) Conc. Arelat. 1. c. 9.
(*d*) Conc. Lug. 1. c. 1.

X. Litteræ breves.

Inſuper quoque habentur litteræ dictæ Apoſtolicæ, quæ Apoſtolica auctoritate a Romanis Epiſcopis dari conſueverunt, quarum diverſa ſunt genera: frequentiores illæ quæ Breves dicuntur: ſed ea vox penes antiquos diverſæ reperitur eſſe ſignificationis: nam apud Optatum (*e*) Milevitanum, Brevis dicitur charta illa, in qua conſcripta eſſent bona Eccleſiaſtica, quam nos uſitatius dicere ſolemus Inventarium, alio nomine idem Optatus vocat Commemoratorium: eamdem vocem in eumdem ſenſum uſurpat S. Auguſtinus contra Creſconium (*f*), & Gregorius papa (*g*), ſed & Caſſiodorus pro regiis juſſionibus; nam Theodoricus (*h*) ad Gemellum ſcribens, ait: *Admonitio noſtra non deerit, ut inſtructior reddaris: dum infraſcriptis Brevibus definita ſuſceperis*. Verum apud Lampridium (*i*) eadem vox pro matricula, ſeu catalogo, in quo nomina ſcriberentur, accipitur, ſicut & in Codice Juſtinianeo (*k*), citatis aliis locis ſuperius. Quæ vero ſede vacante a clero ſcribi ſolerent epiſtolæ, eædem Clericæ litteræ dicebantur: ſic enim eas nominat Cyprianus (*l*).

(*e*) Optat. contr. Parmen. lib. 1.
(*f*) Aug. cont. Creſcon. lib. 3. c. 19.
(*g*) Greg. lib. 6. epiſt. 201.
(*h*) Caſſiodor. lib. 4. epiſt. 21.
(*i*) Lamp. in Alex.
(*k*) Inter chartulas de conven. fiſci debitor. c. l. 10.
(*l*) Cypr. ep. 4. edit. Pamel.

XI. Litteræ tractoriæ.

Numeranda quoque inter Eccleſiaſticas litteras epiſtola quæ Tractoria a S. Auguſtino ſæpius nominatur. Scribens enim ad Victorinum (*m*), illam Tractoriam nominat epiſtolam, qua Epiſcopi vocarentur ad Synodum; & cum alibi (*n*) ſic inquit: *A Primate ſuo per Tractoriam ſunt vocati*. Sic dictæ (ut puto) quod vocatis his litteris cauſa publica Epiſcopis, quocumque irent, viaticum præſtaretur, exemplo earum quæ ab Imperatoribus concedi ſolerent. Sed diverſa plane erat epiſtola Tractoria a Tractatoria, qua quid de aliqua re geſtum eſſet, Epiſcopi alios redderent certiores. Meminit ejuſdem generis litterarum idem etiam Auguſtinus (*o*). Quæ autem a Catholicis Epiſcopis ad hæreticos, vel ſchiſmaticos, aut etiam Paganos litteræ ſcriberentur, quod in eis nulla liceret communicationis ſymbola, ut pacis, ſalutis, & benedictionis apponere; privatas epiſtolas dici ſolitas, idem S. Auguſtinus, ſcribens ad Glorium (*p*) & alios Epiſcopos Donatiſtas, affirmat, cum hæc ait: *Unde factum eſt, ut etiam ad nonnullos Donatiſtarum primarios ſcriberemus, non communicatorias litteras, quas jam olim propter ſuam perverſitatem ab unitate Catholica, quæ toto Orbe diffuſa eſt, non accipiunt; ſed privatas, qualibus nobis uti etiam ad Paganos licet*. Porro non ſic dicebantur privatæ, quaſi publicæ illæ non eſſent, quas ita ſcribebat Auguſtinus ad Donatiſtas, ut publicæ illis forent, & ab omnibus legerentur; ſed quod carerent publicæ communicationis titulo aliiſque publicis notis, quæ communicatoriis litteris præfigi ſolerent. Sed & ne id de Eccleſiaſticis litteris prætermittamus; ſolitos quoque Epiſcopos ſuas quas publice darent, litteras annulo ſignatorio communire, cum Auguſtinus in ſuperius citata epiſtola ad Victorinum (*q*) in fine indicat, tum in Concilio Aurelianenſi (*r*) habetur expreſſum. Addimus ad hæc etiam conſueviſſe eos ſcribere litteras in tabellis eburneis, vel in chartis, raro vero, nec niſi chartæ inopia, in membranis, argumento ſunt quæ idem Auguſtinus habet, ſcribens ad Romanianum (*ſ*). At de litteris Eccleſiaſticis hactenus; jam ad cæteras a Sixto res geſtas redeamus.

(*m*) Aug. epiſt. 217.
(*n*) Aug. in lib. cont. Donatiſt. poſt. coll. c. 24.
(*o*) Idem in Pſ. 36. conc. 2.
(*p*) Aug. ep. 162.
(*q*) Idem ep. 217.
(*r*) Conc. Aurel. 1. in præf. Clodovei.
(*ſ*) Aug. ep. 113.

XII. Reliqua de Sixto.

Habet hæc idem qui ſupra liber de Romanis Pontificibus: Conſtituit ut Miſſarum actionem ſacerdote incipiente, populus hymnum decantaret: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth*, &c. Quæ enim fuiſſe in uſu etiam temporibus Apoſtolorum, teſtimonio Conſtitutionum Clementis (*t*) demonſtrantur, a Sixto, ut ſanctius ab unoquoque cuſtodirentur, litteris ſunt Apoſtolica auctoritate firmata. Sed ſubdit: *Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros undecim, diaconos tres, Epiſcopos per diverſa loca quatuor*. Ex his unus fuit S. Peregrinus, Epiſcopus creatus Antiſiodorenſis: de eo enim hæc in antiquis Eccleſiaſticis tabulis ſcripta (*u*) habentur: *Antiſiodori paſſio S. Peregrini Epiſcopi: qui a B. Sixto Papa in Gallias cum aliis clericis miſſus, Evangelicæ prædicationis mu-*

(*t*) Clem. Conſt. lib. 8. c. 16.
(*u*) Mart. Rom. die 16. Maii.

munere impleto, capitali ſententia damnatus, coronam meruit ſempiternam. Mortuus demum Sixtus (ut dictum eſt) octavo Idus Aprilis juxta corpus B. Petri ſepultus eſt in Vaticano: ceſſavitque Epiſcopatus ejus dies duos. In cujus locum ſuffectus eſt Teleſphorus, natione Græcus, ex Anachoreta. Hæc in eodem libro de Romanis Pontificibus ſcripta habentur.

Teleſphorus Papa.

XIII. *Hoc eodem anno tertio Antonini Imperatoris* (inquit Euſebius *a*) *Juſtinus Philoſophus librum pro noſtra religione conſcriptum Antonino tradidit.* Caſſiodorus autem id ſequenti anno factum eſſe, in Chronico profitetur. Verum de tempore, quo illum commentarium ſcripſit, nulli magis quam ipſi Juſtino credendum eſſe, omnes facile aſſentientur. Porro ipſe in eadem Apologia hæc de annis Chriſti habet (*b*): *Ante annos centum quinquaginta nos aſſeverare Chriſtum ſub Cyrenio natum eſſe: docuiſſe autem, quæ docuit, poſterius ſub Pontio Pilato.* Hæc cum ſcribat Juſtinus, nonniſi poſt annos octo eum ſcripſiſſe librum oportuit. Certe quidem cum in ea Apologia doctrinam Marcionis hæreſiarchæ vulgatam dicat; conſtetque nonniſi Antonini tempore eum docere cœpiſſe (ut ſuo loco dicemus) plane perſpicue conſtat, Juſtinum ſerius elaboraſſe illam ad Antoninum Apologiam. Præterea ſi (quod omnes affirmant) haud longe poſt acceptam Juſtini Apologiam Antoninus pro Chriſtianis reſcripſit: cum illud conſtet ex ejus inſcriptione datum eſſe reſcriptum anno decimoquinto ſui Imperii; nam Tribunitia poteſtas juxta numerum annorum Imperii multiplicari ſolita, quindecies in eo numerata habetur: neceſſe eſt dicere, illa prope tempora Juſtinum ſuam, quam diximus, ad Antoninum dediſſe Apologiam, de qua ſuo loco dicemus.

(*a*) *Euſebius in Chronico.* Corrigitur Euſebius & Caſſiodorus.

(*b*) *Juſt. orat. ad Ant. ex verſion. Lang.*

Juſtinus quando ſcripſit apolog.

XIV. Cæterum quod ad res Chriſtianorum pertinet; etſi certum exploratumque ſit, nullum adverſus eos ab Imperatore eſſe promulgatum edictum; tamen vel invidia magiſtratuum, quod Chriſtianam religionem mirifice propagatam viderent, in dieſque majoribus acceſſionibus creſcere, ac dilatari; vel calumniis contradicentium nonnihil eſſe vexatam, tum cædes Sixti Papæ, & aliorum, qui Romæ, eodem Antonino imperante, ſunt paſſi; tum quæ de iiſdem temporibus ab eodem Juſtino ſunt memoriæ prodita, certam exploratamque fidem faciunt. Sed de his anno ſequenti.

Jugis perſecutio.

JESU CHRISTI ANNUS 143. TELESPHORI PAP. ANNUS 2. ANTONINI PII IMP. ANNUS 4.

I. Anno Domini centeſimo quadrageſimotertio, Priſcino & Severo Coſſ. cum Antoninus in Imperio ageret annum quartum, Cornelius Epiſcopus Antiochenus vita functus ſucceſſorem habuit Heronem ejus nominis ſecundum, qui ſedit annos vigintiſeptem: hæc ex Euſebii Chronico. Inter hæc autem cum Pio Imperatori, qui ab omnibus indulgentiſſimus ac clementiſſimus prædicatur, nequaquam (ut alii fecerant, & ipſe olim Proconſul in Aſia) in Chriſtianos gladio agendum videretur, rato nimirum ſua æſtimatione indignum, in inſontes ſævire: tamen quo avitæ ſuperſtitioni paulatim deficienti proſpectum foret, quod intelligeret occaſione Sybillino-

Hero ſecundus Epiſcopus Antiochenus.

Anno Periodi Græco-Romanæ 5634.

☉ 10. B. ☽ 9. P. 10. April. Indict. 9.

Jesu Christi 141. *ſecund. Baronium* 143.

Pii Papæ I.

Sæc. II. Anno Urbis 894. Olymp. 230. an. 1. A. C. 141.

Antonini Pii Imp. 4.

[1] Ad Num. I. Coſſ. *M. Peducæo Syloga Priſcinus, & T. Hœnius Severus*, ex Inſcriptione Onuphriana.

Hoc anno S. Hyginus Papa ad cœleſtem patriam migravit, ut infra viſuri ſumus.

I. *Conſules.*

II. *Hygini PP. obitus.*

[1] Coſſ. *M. Peducæus Syloga Priſcinus, & T. Hœnius Severus.* Vetus lapis apud Gruterum pag. CLXXXII. 4. M. PEDUCAEO. SYLOGA. PRISCINO. T. HOENIO. SEVERO. COS. Donianæ inſcriptiones Cl. 1. num. 113. pag. 40. DEDIC. VIII. K. JUN. T. HOENIO. SEVERO. M. PEDUCAEO STLOGA. COS. At legendum SYLOGA; nam ſignum figlinæ in atrio ædium vineæ, olim Cardinalis Antonii Maria Galli, nunc Comitis Perrucchi, extra portam Pincianam, via Salaria, quod exſcripſimus A. D. 1736. habet.

EX.........
SEVERO ET SYLOCA COS.

M. Peducæus *Priſcinus*, alius a *Syloga* conſul fuit una cum *Orfito* A. D. 110. Faſti Idatii: *Severo & Silvano.* Vindebonenſes: *Siloga & Severo.* Proſperi Chronicon; *Severo & Silvano.*

norum carminum, & aliorum Gentilium vatum ac Prophetarum, qui multa de Chriſto prædixiſſe viſi eſſent, complures a patria ſuperſtitione deficere, & ad religionem Chriſtianam confluere; ejuſmodi librorum lectionem penitus vetuit, appoſita pœna mortis. De quo quidem edicto, nonniſi odio hoſtis humani generis promulgato, Juſtinus Chriſtianus Philoſophus (a), apud eumdem Imperatorem ſcriptis agens, graviter conqueritur, dicens: *Opera autem & inſtinctu malorum dæmonum, mortis ſupplicium adverſus librorum Hydaſpis, aut Sibyllæ, aut Prophetarum lectores conſtitutum eſt: ut per timorem homines ab illis, quo minus ſcripta ea legentes rerum bonarum notitiam percipiant, ſed in ſervitute eorum retineantur, abſterrerentur: quod certe quidem efficere, & ad finem ſuum perducere nequiverunt. Non enim abſque timore tantum hujuſmodi ſcripta legimus: verum vobis ad inſpiciendum quæ in eis traduntur (ut videtis) offerimus, grata acceptaque omnibus fore ſcientes. Atque hoc etiam ſi paucis perſuaſerimus, maximum tamen inde feremus lucrum: nam ut boni agricolæ amplam a Domino capiemus mercedem.* Hæc Juſtinus conſtanti animo ab eo legenda conſcripſit.

(a) *Juſtin. in Apolog. ad Anton. verſion. Lang.*

II. Juſtini conſtantia pro religione ſuſpecta.

Inſuper & magna animi conſtantia ad Gentiles cohortatoriam ſcribens orationem, cum pluribus ad eos perſuadendos utatur argumentis, carmina Sibyllina ex certis illorum ſcriptis accepta, quibus tum idolorum inanis ſuperſtitio, tum verus Chriſtianæ religionis cultus aperte demonſtraretur (quod dixit) iiſdem Gentilibus aperta luce inſpicienda propoſuit. Extat adhuc eo titulo conſcripta oratio, in qua inter alia hæc de Chriſtiana diſciplina antiquæ Sibyllæ carmina reſeravit.

Felices oras animæ telluris habebunt,
Laude Deum prius ingentem, quam corpora curent,
Inſigni quæ confiſæ pietate beabunt:
Cunctaque deſpicient templorum tecta, negantes
Aras ſurdorum nihili monumenta deorum,
Cædibus & ſpurco pecudum polluta cruore:
Uniuſque Dei ſacris pia turba litabit.

Hæc & pleraque alia ex eorum Sibylla Juſtinus: qui & ad convincendam deorum cultus ſuperſtitionem, hæc eadem oratione conſcripſit de his quæ haud diu ante accidiſſent. *Conſulente enim quodam (ſicut vos ipſi narratis) oraculum veſtrum, quinam umquam extiterint vere pii & religioſi homines; tale reſponſum id edidiſſe dicitis:*

Solus Chaldæus ſapit, & Judæus apella,
Per ſeipſum genitum Regemque, Deumque colentes.

Per Chaldæos intelligens omnes, qui ex ſemine Abrahæ Chaldæi hominis deſcenderunt, ac proinde non Judæos tantum, ſed Chriſtianos, quippe cum ille ab Apoſtolo dictus ſit Pater credentium (b).

(b) *Rom. 4.*

III. Gentiles ſuis ipſorum ſcriptis admoniti.

At quod ad ipſos Gentiles pertinet, non tantum (quod dictum eſt) ſuis ipſorum propheticis libris ad Chriſtianam religionem ſectandam iidem impellebantur; ſed ut ab avita ſuperſtitione recederent; ac penitus abhorrerent, quæ de diis ac deorum oraculis ab eo, qui inter Latinos eruditionis principem locum tenere videretur, vehementer admonebantur. Erant hi Ciceronis commentarii de divinatione, atque de Natura deorum, de quibus hæc Arnobius (c): *Ante omnes Tullius Romani diſertiſſimus generis, nullam veritus impietatis invidiam, ingenue, conſtanter, & libere quid ſuper tali opinatione ſentiret, pietate cum majore monſtravit: a quo ſi res ſumere judicii veritate conſcriptas, non verborum luculentias pergeretis; perorata eſſet hæc cauſa, nec ſecundas (ut dicitur) actiones nobis ab infantibus poſtularet. Sed quid aucupia verborum, ſplendoremque ſermonis peti ab hoc dicam, cum ſciam eſſe non paucos, qui averſentur & fugiant libros de hoc ejus, nec in aurem velint admittere lectionem opinionum ſuarum præſumpta vincentem? cumque alios audiam muſſitare indignanter, & dicere, oportere ſtatui per Senatum, ut aboleantur hæc ſcripta, quibus Chriſtiana religio comprobetur, & vetuſtatis opprimatur auctoritas? Quinimmo ſi fiditis exploratum vos dicere quicquam de diis veſtris; erroris convincite Ciceronem temeraria & impia dictare, refellitote, redarguite, reprobate. Nam intercipere ſcripta, & publicatam velle ſubmergere lectionem, non eſt deos defendere, ſed veritatis teſtificationem timere.* Hucuſque Arnobius. Admiratione quidem digna res eſt, cur horum lectionem, ſicut & aliorum, hi quibus curæ hæc erant, & auctoritate pollerent, non omnino proſcripſerint; cum a nemine excellentius, quam ab eodem auctore, Gentilitia ſuperſtitio falſitatis poſſe redargui videretur. Sed ipſis invitis, voluit Deus, ut tam aperta teſtimonia, vanitatem deorum teſtantia, ſemper eſſent ubique loquentia; quo inolita ſuperſtitio, non modo noſtrorum ſcriptis, verum etiam ſuorum olim editis commentariis, radicitus convelli poſſet.

(c) *Arnob. adver. Gentes lib. 3.*

IV. Calumniæ in Chriſtianos.

Sed qui Chriſtianis infenſi erant Gentiles homines, quo minus ratione valerent, eo vehementius adverſus eos calumniis niſi ſunt agere: nam quæcumque erant Gnoſticorum portenta, vel aliorum hæreticorum turpitudines, omnia Chriſtianis omnibus adſcribebant, nimirum infames illos conventus, infanticidia, humanarum carnium eſum, lucernarum everſiones, pro-

promiſcuos concubitus, aliaque abominanda atque nefanda: quarum quidem rerum rumor uſque adeo increbuerat, totaque Urbe & Orbe fama diſſipata erat, ut ſatis eſſe putarent judices ipſum dumtaxat nomen ad ſupplicium, ſi quod Chriſtianus quis eſſet, tantummodo accuſaretur. Hæc omnia ita ſe iis ſub Antonino temporibus habuiſſe, Juſtinus Philoſophus in ea, quam ad ipſum Imperatorem ſcripſit, Apologia, de his omnibus conqueſtus, firmiter aſſeverat, ubi præclara eſt hæc in judices perperam judicantes invectiva: *Non legitimo examine judicia exercetis, ſed affectu præter rationem in transverſum acti, & malignorum geniorum flagris quaſi furiis incitati, cauſa non judicata, ſupplicia infertis nihil penſi habentes.* Quinam his temporibus publicorum judiciorum ſubſelliis inſidebant Juriſperiti, quorum opera Antoninus utebatur, recenſet Julius Capitolinus (*a*), nimirum Vinidium Verum, Salvium Valentem, Voluſium Metianum, Ulpium Marcellum, & Jabolenum. Quomodo vero tandem ob iniqua judicia compulſus ſit Juſtinus de his conqueri apud Imperatorem, & in Senatu declamare, ſuo loco dicemus.

(*a*) *Jul. Capitol. in Antonino.*

JESU CHRISTI ANNUS 144. | TELESPHORI PAP. ANNUS 3. | ANTONINI PII IMP. ANNUS 5.

I. Marcus junior epiſcopus Alexandrinus.

QUi ſequitur annus Chriſti quadrageſimusquartus ſupra centeſimum, Conſules habuit Ruffinum & Quadratum: quo Euſebius in Chronico tradit, Marcum, ejus nominis ſecundum, eſſe ſuffectum in ſedem Alexandrinam Eumeni, ſediſſeque annos decem: ſed cum uſque ad ſucceſſorem, quem ponit anno duodecimo Antonini nonniſi ſeptem anni numerentur; mendum in notam numeri irrepſiſſe oportuit.

Chriſti

SÆC. II. Anno Urbis 895. Olymp. 230. an. 2. A. C. 142.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5635.

☉ 11. A. ☽ 10. P. 2. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 142. *ſecund. Baronium* 144.

PII PAPÆ 2.

ANTONINI PII IMP. 5.

[1] AD num. I. Coſſ. *Cuſpius Rufinus*, *&* *L. Statius Quadratus*, ex Inſcriptione Onuphriana. — I. *Conſules.*

Imperii Proconſularis Antonini Pii Quinquennalia hoc anno exhibita. — II. *Quinquennalia Imperii Proconſularis Antonini.*

[1] COſſ. *Cuſpius Rufinus*, *&* *L. Statius Quadratus*. Gruterus pag. MLXXXII. 18. DEDICATUM. K. OCTOBR. L. CUSPIO. RUFINO. L. STATIO. QUADRATO. COS. Addendum ergo *Rufino* prænomen *Lucii*. Figlina apud Boldettum pag. 573. LUCIO. QUADRATO. COS. Eadem apud Fabrettum pag. 501. num. 52. Faſti Idatiani, & Vindebonenſes: *Rufino & Quadrato*. Proſperi Chronicon: *Rufino*, *&* *Torquato*.

JESU CHRISTI ANNUS 145. | TELESPHORI PAP. ANNUS 4. | ANTONINI PII IMP. ANNUS 6.

I. De Valentino hæreſiarcha. (a) Tert. de præſcript. c. 30.

CHriſti anno centeſimo quadrageſimo-quinto, Torquato & Attico Herode Coſſ. novum monſtrum apparuit, Valentinus hæreſiarcha, ut Euſebius tradit in Chronico: eum namque ſub Antonino Pio prodiiſſe, Tertullianus (*a*) & æque omnes affirmant, nimirum Irenæus (*b*), Theodoretus (*c*), & alii. Tradit idem (*d*) Tertullianus, hunc fuiſſe Philoſophum ſecta Platonicum. Quomodo autem ſit lapſus in hæreſim, idem auctor his verbis enarrat (*e*): *Speraverat* (inquit) *Epiſco-*

Ann. Eccl. Tom. II. X

(b) Iren. lib. 1. c. 4. (c) Theod. lib. 1. hær. fabul. (d) Tert. de præſcr. c. 30. (e) Tert. con. Val. c. 4.

SÆC. II. Anno Urbis 896. Olymp. 230. an. 3. A. C. 143.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5636.

☉ 12. G. ☽ 11. P. 22. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 143. *ſecundum Baronium* 145.

PII PAPÆ 3.

ANTONINI PII IMP. 6.

I. *Conſules.* II. *Quinquennalia Imperii Auguſtei Antonini.*

[1] AD Num. I. Coſſ. *C. Bellicius Torquatus*, & *Ti. Claudius Atticus Herodes*, ex Inſcriptione Onuphriana.

Imperii Auguſtei Antonini Pii Quinquennalia hoc anno edita, & quidem Romæ, ubi hujus anni initio fuit, ut liquet ex Inſcriptione Farneſiana Latine a Grutero pag. CCCXVI. 1. & Græce a Falconerio in Inſcriptionibus Athleticis recitata. *Bonum factum Imperator Cæſar Divi Hadriani filius, Divi Traiani Parthici nepos, Divi Nervæ pronepos T. Ælius Hadrianus Auguſtus, Pontifex Maximus, Tribuniciæ Poteſtatis* III. *Imperator* II. *Conſul* III. *Pater Patriæ Conventui Palæſtricæ, qui ſunt circa Herculem Athletis, ſacris victoribus coronatis, Salutem. Juſſi vobis demonſtrari locum, in quo & ſacra deponatis, & tabulas prope ipſas thermas, quæ a Divo avo meo extructæ ſunt; ubi etiam maxime* (in Ludis) *Capitolinis convenitis. Feliciter valete. Supplicavit Ulpius Domeſticus in Balneis meis. Scripta ante XVII. K. Junii Romæ Torquato & Herode Coſſ.* Eadem Legatio & ob eamdem cauſam, ut ſuo loco dixi, imperante Hadriano miſſa

[1] COſſ. *C. Bellicius Torquatus*, & *Ti. Claudius Atticus Herodes*. Gruterus pag. CLXXII. 10. & DCCCCXLIII. 1. C. BELLICIO. TORQUATO. TI. CLAUDIO HERODE. COS. Inſcriptio Græca apud eumdem Gruterum pag. CCCXVI. 1. & apud Octavium Falconerium in notis ad inſcriptiones Athleticas pag. 4. *Scripta ante* XVII. *K. Jun. Romæ, Torquato, & Herode Coſſ.* Diarium Italicum Bernardi Montfauconis pag. 389. ex inſcriptione Gruteriana pag. CCCI. TORQUATO. ET ATTICO COS. Vetus lapis erutus ad Appiam viam C. A. D. 1729. prope ſepulcrum libertorum Liviæ Auguſtæ; dum vetera monumenta ibidem effodi curaret Melchior Cardinalis de Polignac, editusque ab illuſtratoribus illius ſepulcri, hæc præfert:

D. M.
PHOEBUS
QUI ET TORMOGUS
HISPANUS
NATUS SEGISAMO
NE III. K. MARTIAS
C. BELLICIO. TORQUA
TO. TI. CLAUDIO
ATTICO. HERODE. COS.
DEFUNCTUS IIII.
NONAS AUGUSTAS
Q. MUSTIO. PRISCO
M. PONTIO LAELIANO COS

Alius lapis apud Fabrettum pag. 156. num. 251. & inter Donianas inſcriptiones CI. XVI. num. 8. pag. 447.

LOCUS. ADSIGNATUS
& c.
ACCEPTUS. K. APRILIBUS
C. BELLICIO TORQUATO
TI. CL. ATTICO. HERODE. COS.

Inſcriptio Græca Megaris, Achaiæ urbe, edita a Sponio in Miſcellan. pag. 321. num. XI. quam ita vertit: *Senatus & populus* (Megarenſis) *Tiberium Claudium Atticum conſulem ob beneficia & benevolentiæ officia, quæ in urbem contulit, veneratur.* Ibidem num. X. alia inſcriptio Græca Athenis: *Antiochis tribus commendat & conſecrat Tiberium Claudium Atticum Herodem Marathonium, Pontificem Auguſtorum, ob benevolentiam & beneficentiam, quas in patriam ſuam teſtatus eſt.* Ita reddit Sponius, qui patria Marathonium fuiſſe *Tiberium Claudium Atticum Herodem* cenſet. Affert & pag. 322. duas alias Græcas inſcriptiones, quarum altera ad *Herodem* ipſum, altera ad *Regillam* Herodis uxorem pertinet, una cum Petri Arcudii interpretatione & notis. Has duas quoque inſcriptiones A. D. 1619. commentario illuſtravit Claudius Salmaſius, ut notum eſt. De his conſulibus nonnulla animadvertit Ezechiel Spanhemius, Orbis Romani pag. 491. & ſequentibus. Philoſtratus de vitis Sophiſtarum lib. II. pag. 545. *Herodem* inter *bis conſules* relatum fuiſſe narrat.
Faſti Idatiani: *Torquato, & Hedere,* pro *Herode*. Vindebonenſes; *Torquato, & Attico*. Proſperi Chronicon: *Torquato II. & Herode*.

ſcopatum Valentinus, quia & ingenio poterat & eloquio: *ſed alium ex martyrii prærogativa loci potitum indignatus, de Eccleſia authenticæ regulæ abrupit (ut ſolent animi, pro prioratu exciti, præſumptione ultionis accendi) ad expugnandam converſus veritatem, & cujuſdam veteris opinionis ſemini actu colubroſo viam delineavit.* Hæc Tertullianus. Fuiſſe autem natione Ægyptium, patria Phœbonitem, quæ eſt civitas maritima; calluiſſe Græcas litteras, imitatumque eſſe Heſiodum de Theogonia triginta deorum, Epiphanius (a) tradit; additque hæc de prædicatione ipſius, in Ægypto prædicaſſe Catholicam fidem, itemque in Eccleſia Romana, ſed eumdem in Cyprum venientem, paſſum eſſe fidei naufragium. De eo autem quod primo Romæ Catholicam doctrinam ſecutus fuerit, etiam Tertullianus (b) affirmat.

(a) *Epiph. hæreſ. 31.* (b) *Tertull. de præſcript. c. 30.*

II. Monſtra Valentini deformia.

Hic igitur ſicut ab Heſiodi Theogonia triginta deos, ita a Platone mutuatus eſt Ideas: hæcque ſimul miſcens cum Evangelio Joannis, quo tantum utebatur, monſtrum horrendum conflavit, tricipiti Cerbero longe deformius. Triginta enim deos cum fingat, quos Sæcula nominat, eorum quindecim maſculos, ac totidem numerat fœminas, eorumdemque permixtione alios generari; ex iis Salvatorem omnium veluti Pandoram Heſiodi, ex omnium vult deorum munere eſſe perfectum. Unde egregie Tertullianus (c): *Igitur ex ære collatitio (quod aiunt) in honorem & gloriam Patris, pulcherrimum Pleromatis ſidus fructumque perfectum compingunt, Jeſum: eum cognominant Soterem, Chriſtum, & Sermonem, de patruitis; & omnia jam, ut ex omnium defloratione conſtructum Graculum Æſopi, Pandoram Heſiodi, Accii Patinam, Neſtoris Cocetum, Miſcellaneam Ptolemæi. Quam propius fuit de Atticis hiſtoriis, Pancarpiam vocari a tam otioſis auctoribus nominum.* Hæc Tertullianus. Porro triginta Æonum, hoc eſt, Sæculorum Valentini nomina, captu difficilia, ſimulque poſita & interpretata, atque magno labore diſtincta ac figurata ab erudito viro Pamelio apud Tertullianum habes; quem conſulas, ut prodigioſa hæreticorum deliria cernens obſtupeſcas; de quibus & Epiphanius (d): *Si comparans* (inquit) *his quæ apud Heſiodum, & Steſichorum & alios Græcos poetas ſunt, apponat: inveniet ſane ex comparatione, quod eadem ſint, & nihil aliud: & ex eo cognoſcet, quod nihil aliud admirandum, quam confictam Græcorum poeticam fabuloſi Gentium erroris ac doctrinæ expreſſit, nulla mutatione facta, quam adulteratæ apud ipſos barbaricæ nominum effectionis.* Unde & merito ait Tertullianus (e): *Ovidius Metamorphoſeis ſuas deleviſſet, ſi hodie majorem cognoviſſet.*

(c) *Tertull. adver. Valen. cap. 12.* (d) *Epiph. hæreſ. 31.* (e) *Tertull. adver. Valen. cap. 12.*

III. Cetera Valentini impia dogmata.

Quod autem ad Valentini cætera dogmata & mores pertinet: docuit impie, D. Jeſum Chriſtum ſic natum de Virgine, ut ex ea nihil acceperit, ſed per ipſam velut per canalem tranſierit, carnemque e cælo ſecum devexerit (f). Negavit & reſurrectionem ejuſdem carnis; ſed aliud eſſe ex alio corpus componendum; immo nec omnium eſſe reſurrectionem. Tria enim conſtituit genera hominum, Carnale, Animale & Spirituale, cujus generis ſe ſuoſque eſſe dicebat. Spiritualibus ajebat non eſſe neceſſarias operationes, ſed Pſychicis, hoc eſt, Animalibus hominibus; horumque, ut Spirituales effici poſſent, debere eſſe abſtinentiam atque martyria, & alia hujuſmodi, quibus ſe jam eſſe ſolutos aſſerebant, quod jam perfecti evaſiſſent. Hæc pluribus Tertullianus (g), qui & in Scorpiaco adverſus Valentinianos, martyrium ſubeundum eſſe negantes, plura quippe qui experimento noviſſet, horum ſermonibus magnam credentibus inferri ſolitam eſſe jacturam, cum Chriſtianos perſecutio urgeret: nam ait inter alia: *Hoc apud Chriſtianos perſecutio eſt. Cum igitur fides æſtuat, & Eccleſia exuritur de figura rubi, tunc Gnoſtici erumpunt, tunc Valentiniani proſerpunt, tunc omnes martyriorum refragatores ebulliunt, callentes & ipſi offendere, figere, occidere.* Et paulo poſt, quibus niterentur verbis, ſubdit, quod quererentur pati innocentes, male

(f) *Tertull. adverſ. Valent. c. 27. & lib. de carne Chriſti.* (g) *Tertull. adverſ. Valent. c. 29. & 30.*

Adverſantes martyrio Valentiniani.

miſſa, ſed nonniſi ſub Antonino Pio Athletæ voti compotes facti. Verum, ut obſervat Card. Noriſius pag. 86. qui hanc Inſcriptionem Latinam reddidit, male eam deſcripſit. In Græco enim legitur, ΔΗΜΑΡΧΙΚΗ ΕΞΟΥCΙΑC. ΤΟ. ϛ. ΥΠΑΤΟΣ ΤΟ. Γ. Videlicet, *Tribunitia Poteſtatis VI. Conſul III.* qui vero eam deſcripſit, legit, ΔΗΜΑΡΧΙΚΗ ΕΞΟΥCΙΑC ΤΟ. Γ. id eſt, *Tribunitia Poteſtatis III.* non advertens eam litteram eſſe gamma longiori tractu inferius ſinuatum. Similis erroris exemplum anno CXIII. propoſuimus. Hunc errorem cum Falconerius non animadvertiſſet, Faſtos pervertit, dum Conſulatum Torquati & Herodis, qui in hunc annum ſexta Tribunitia Poteſtate Antonini inſignitum, certiſſime incidit, ut demonſtrat Card. Noriſius laudatus ad annum Chriſti CXL. tertia Tribunitia Poteſtate Pii notatum, retraxit.

III. *Romam Valentinus venit.* Baron. n. 1.

Euſebius lib. 4. cap. 11. hæc verba Irenæum ſcripſiſſe tradit: *Valentinus Romam venit Pontificatu Hygini. Viguit autem temporibus Pii, & ad Anicetum uſque permanſit.* Adventus vero Valentini Romam conſignatur anno tertio Antonini Pii tam in Chronico Euſebii, quam in Chronicis Hermanni Contracti, & Mariani Scoti. Et quidem recte: eo enim anno Hyginus adhuc ſedebat. Ex quo liquet, Pontificiam Chronologiam in Annalibus per veterum Pontificum Romanorum tempora depravatam eſſe, & S. Teleſphorum ad Antonini Pii Imperium non perveniſſe.

male tractari ſectam nemini moleſtam, perireque homines ſine cauſa. *Addunt inſuper* (inquit) *vanitatem eſſe atque dementiam, pro Deo mori*: hæcque inculcare: *Semel Chriſtus nobis obiit, ſemel occiſus eſt, ne occideremur. Si vicem repetit, num & ille ſalutem de mea nece expectat? An Deus hominum ſanguinem flagitat? maxime ſi taurorum & hircorum recuſat? certe peccatoris pœnitentiam mavult, quam mortem.* Hæc & alia plura id genus ab iis jactari ſolita, tradit Tertullianus (*a*). Magna profecto hæc erat tentatio in Eccleſia: quamobrem idem auctor librum illum adverſus Gnoſticos, quo nomine etiam Valentiniani dici voluerunt, de bono martyrii, inſcribi voluit.

(*a*) *Tertull. in Scorp. c.*1.

IV. Aliæ Valentini dementiæ.

Ad hæc inſuper, tertium genus dicebant hominum quos Carnales appellabant: horumque eſſe deteriorem conditionem: nimirum, quod licet bonis niterentur operibus, nullatenus tamen conſequi poſſent ſalutem. Rurſum Valentiniani ſe ipſos ſalvandos anima & corpore, Animales vero per bona opera, ſed tantum anima, porro animas Angelis nuptui tradendas eſſe fabulabantur. Quales autem fuerint horum mores, qui ſe nullis bonis operibus teneri obligatos dicerent, facile quiſque poterit exiſtimare. Cumque iidem collegio Gnoſticorum fuerint aſſociati; quales fuerint ipſorum turpitudines, jam ſemel dixiſſe ſufficiat. Sed ſatis modo putamus hic breviter recitare, quæ S. Irenæus (*b*) de iis narrat in hæc verba: *Idolothyta indifferenter manducant, nihil inquinari ab iis putantes: & in omnem diem feſtum Ethnicorum pro voluntate in honore eorum factum primi conveniunt, ut in nihilo quidem abſtineant, quod eſt apud Deum, & apud homines odioſum muneris homicidiale ſpectaculum. Quidam autem & carnis voluptatibus inſatiabiliter inſervientes, carnalia carnalibus, ſpiritualia ſpiritualibus reddi dicunt. Et quidam quidem ex ipſis clam eas mulieres quæ diſcunt ab eis doctrinam hanc, corrumpunt: quemadmodum multæ ſæpe ab iis ſuaſæ, poſt converſæ mulieres ad Eccleſiam Dei, cum reliquo errore & hoc confeſſæ ſunt. Alii vero & manifeſte, ne quidem erubeſcentes, quaſcumque adamaverint mulieres, has a viris ſuis abſtrahentes, ſuas nuptas fecerunt. Alii vero valde modeſte initio, quaſi cum ſororibus fingentes habitare, procedente tempore manifeſtati ſunt, gravida ſorore a fratre facta, & alia multa odioſa & irreligioſa facientes. Nos quidem, qui per timorem Dei timemus etiam uſque in mentibus noſtris & ſermonibus peccare, arguunt quaſi idiotas & nihil ſcientes: ſe ipſos extollunt, perfectos vocantes & ſemina electionis: nos enim in uſu gratiam accipere dicunt: quapropter & a nobis auferri: ſemetipſos autem proprie poſſidere.* Hactenus Irenæus.

(*b*) *Iren. lib.*1. *cap.* 1.

Valentinianorum mores.

V. Hinc quoque eſt, quod ait Tertullianus (*c*), conſueviſſe Valentinianos appellare Catholicos Simplices: adverſus quos ipſe agens, ſatis commendat in Eccleſia ſimplicitatem, atque ſine fuco, ſinceram veritatem, & ſine malitiæ tinctura candorem innocentiæ; ſed & in ipſo ædificio, quo Fideles conveniunt, quam Eccleſiam dicimus, elucere ſimplicitatem; nam ait: *Noſtræ columbæ domus ſimplex, etiam in editis ſemper & apertis & ad lucem amat figuram Spiritus ſancti, Orientem, Chriſti figuram.* Atque e contrario Valentinianos in ſuis ipſorum ritibus imitari ait (*d*) ſecreta Eleuſinia: quippe qui nihil magis ſtudeant (inquit) quam occultare quod prædicant: ac ſecrete agentes, multæ apud ipſos eſſent fores, multiſque obductæ velis, & ſilentium perpetuo cuſtoditum. Hinc quoque accidiſſe putamus, ut Romæ, ubi Valentinus diu verſatus eſt, nequaquam ipſa ſacra (ut mos eſt in Oriente) velis inter agendum obductis operirentur: ſed patentibus omnibus non tantum clara diei luce, ſed luminaribus incenſis, fierent ubique clara atque perſpicua: ſiquidem nihil veritas erubeſcat, niſi ſolummodo abſcondi: ac proinde ne panſis velis occultata ſacrificia ſacris illorum viderentur eſſe ſimilia; omnia aperta omnibuſque patentia conſulto Romana Eccleſia ſacra myſteria eſſe voluit.

(*c*) *Tertull. adverſ. Valent. c.*2.3.

(*d*) *Eod. lib. c.*1.

Occulta myſteria hæreticorum.

VI. Rurſum vero quod ad Valentini nefanda dogmata pertinet: tradidit in homine ineſſe habitantes iniquos ſpiritus, qui eum ad omne malum impellant. De his enim agens, hæc recitat Clemens Alexandrinus (*e*): *Valentinus ſcribens ad aliquos, his verbis ſcribit de appendicibus. Eſt autem unus bonus, cujus fiducia eſt ea quæ fit per filium manifeſtatio; & per eum ſolum poteſt cor fieri mundum, ex corde extruſo omni maligno ſpiritu: multi enim in eo habitantes ſpiritus id mundum eſſe non ſinunt: unuſquiſque autem eorum propria efficit opera, ſæpe non convenientibus inſultans cupiditatibus.* Idem Clemens (*f*) de alia ejuſdem Valentini hæreſi ſic: *Valentinus in epiſtola ad Agathopodem: Cum omnia, inquit, ſuſtinuiſſet, erat continens, divinitatem operabatur Jeſus: edebat & bibebat proprie, non reddens cibos: tanta ei inerat vis continentiæ, ut etiam nutrimentum in eo non interierit, quoniam ipſe non habuit interitum.* Hæc erat Valentini opinio de incorruptibili.

(*e*) *Clem. Alex. Strom. lib.* 2.

Alia deliria Valentini.

(*f*) *Clem. Strom. lib.* 3.

VII. Valentini ſcripta.

Præter epiſtolas, quas citant Clemens & Epiphanius, ſcripſiſſe Valentinum Evangelium tradit Tertullianus (*g*): *Evangelium*, inquit, *habet ſuum præter hæc noſtra:* Continuiſſe illud infantiam Salvatoris, ex iis quæ Iræneus (*h*) ſcribit, facile

(*g*) *Tertull. de præſcript. c.*49.

(*h*) *Iren. lib.*1. *c.*17.

facile intelligi poteſt: qui etiam ait inenarrabilem multitudinem apocryphorum ab eo fuiſſe collectam, quibus ad ſuas præſtigias illuſtrandas uti ſoleret. At non ejus tantum Evangelii meminit Tertullianus (*a*) ſed etiam Pſalmorum, & commentarii, cujus *Sophia*, titulus eſſet. Porro quod pertinet ad myſteria initiandorum credentium; tot fuiſſe apud eos ritus, quot antiſtites, Irenæus (*b*) affirmat, qui ſex modos ab eis ſervatos refert, quos brevitatis cauſa recenſere prætermittimus.

(a) Tertull. de carne Chriſti c.20. & adverſ. Valent. c.2.
(b) Iren. lib.1. c.18.

VIII. Sectatores Valentini.

Quinam vero fuerint Valentini præcipui ſectatores, qui ad ejus cloacam alias quamplurimas egeſſerunt ſordes, narrat Tertullianus (*c*) his verbis: *Eam viam poſtmodum Ptolemæus intravit, nominibus & numeris Æonum diſtinctis in perſonales ſubſtantias, ſed extra Deum determinatas, quas Valentinus in ipſa ſumma divinitatis, ut ſenſus & affectus motus incluſerat. Deduxit & Heracleon inde tramites quoſdam, & Secundus, & magnus Marcus; multum circa imagines legis Theotimus operatus. Ita nuſquam jam Valentinus: & tamen Valentiniani, qui per Valentinum. Solus ad hodiernum Antiochiæ Axionicus memoriam Valentini integra cuſtodia regularum ejus conſolatur.* Hucuſque Tertullianus, qui rurſum alibi (*d*): *Talia*, inquit, *ingenia fructificant apud illos ex materni ſermonis redundantia. Atque ita inſoleſcentes doctrinæ Valentinianorum, in ſilvas jam exoleverunt Gnoſticorum.* At de Valentini ſectariis agemus inferius.

(c) Tertull. adverſ. Valent. cap. 4.
(d) Tertull. adverſ. Valent. in fin.

IX. Qui impugnarunt Valentinum.

Qui vero ſcripſerint adverſus Valentinianos, idem auctor (*e*) docet his verbis: *Nec undique dicemur ipſi nobis finxiſſe materias, quas tot jam viri ſanctitate & præſtantia inſignes, nec ſolum noſtri anteceſſores, ſed ipſorum hæreſiarcharum contemporales, inſtructiſſimis voluminibus & prodiderunt, & retuderunt, ut Juſtinus Philoſophus & martyr, & Miltiades Eccleſiarum Sophiſta, ut Irenæus omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator, ut Proculus noſtræ virginis ſenectæ & Chriſtianæ eloquentiæ dignitas; quos in omni opere fidei, quemadmodum in iſto, optamus aſſequi.* In iſto, dicit Tertullianus, quoniam & ipſe adverſus eoſdem Valentinianos hæreticos ſtrenue laboravit: etenim non unum tantum adverſus Valentinianos edidit commentarium; ſed (ut diximus) in eo quem *Scorpiacum* inſcripſit, Valentini oppugnat hæreſim; & in alio quem elaboravit de Carne Chriſti, ejuſdem ea de re confutat errorem. His addit Theodoretus Theophilum Antiochenum, Philippum Gortynæ Epiſcopos, Modeſtum, Origenem, Rhodonem, Hippolitum, & Euſebium Emiſſenum: iis jungendi quoque fuiſſent Clemens Alexandrinus & Epiphanius.

(e) Idem lib. eod. cap.5.

X. Valentinianorum procacia.

Sed mira fuit Valentinianorum procacitas, de quibus ait Tertullianus: *Convinci poſſunt, ſed ſuaderi non poſſunt;* fuiſſeque veluti lubricos angues ſpiris inflexos, undique latebras captantes. Nam ait Irenæus (*f*): *Cum enim ex Scripturis arguuntur, in accuſationem convertuntur ipſarum, quaſi non recte habeant, neque ſint ex auctoritate, & quia varie ſint dictæ, & quia non poſſit in his inveniri veritas ab his qui neſciant traditionem.* Et paulo poſt: *Cum autem ad eam iterum traditionem quæ eſt ab Apoſtolis, quæ per ſucceſſiones presbyterorum in Eccleſiis cuſtoditur, provocamus eos, adverſantur traditioni; dicentes ſe non ſolum presbyteris, ſed etiam Apoſtolis exiſtentes ſapientiores, ſinceram inveniſſe veritatem: Apoſtolos autem admiſcuiſſe ea quæ ſunt legalia Salvatoris verbis; & non ſolum Apoſtolos, ſed ipſum Dominum modo quidem a Demiurgo, modo autem a medietate, interdum autem a ſummitate feciſſe ſermones: ſe vero indubitate & incontaminate & ſincere abſconditum ſcire myſterium: quod quidem impudentiſſime eſt blaſphemare ſuum factorem. Evenit itaque, neque Scripturis jam, neque traditioni conſentire eos.* Hucuſque Irenæus.

(f) Iren. lib.3. c.2.

XI. Qui tamen, quod ſibi viſum eſt poſt potentius telum, ex legitima Apoſtolorum traditione in Romana Eccleſia fideliter conſervata, ad omnem illorum pertinaciam infringendam comparatum, validiſſime intor-

IV. *Auctores qui contra Marcionitas & Valentinianos ſcripſere.*

Ad num. IX. Fallitur Baronius, quando ait, Theodoretum aſſerere, Theophilum Antiochenum & Philippum Gortynæ Epiſcopum, & Modeſtum, & Origenem, & Rhodonem, & Hippolytum, & Euſebium Emiſſenum contra Valentinianos ſcripſiſſe. Theodoretus enim in lib. 1. Hæreticarum Fabularum, ubi agit de Potito, de Prepone, aliiſque, ait, tantum citatos Auctores ſcripſiſſe contra Marcionitas, quorum hæreſes diverſæ erant a Valentini hæreſibus. Hæc Theodoreti verba: *Potitus autem & Plaſtus, & Syneros, & Prepon, & Pithon, diverſis doctrinis præfuerunt; hi vero omnes occaſionem acceperе ex blaſphemia Marcionis. Plurimi adverſus hanc impietatem ſcripſerunt. Juſtinus enim Philoſophus & Martyr, & Theophilus Antiochenus Epiſcopus, & Philippus Gortynæ Epiſcopus, & Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, & Modeſtus & Origenes & Rhodon & Adamantius & Hippolytus & Euſebius Emiſſenus, hi omnes, optime & doctiſſime hanc blaſphemiæ rabiem confutarunt.* Loquitur itaque Theodoretus de his, qui contra Marcionem ſcripſere, qui paulo antea in eodem libro agens de Hermogene illos declaraverat, qui contra Valentinum tractatus edidere: *Contra illum* (Hermogenem nempe) *ſcripſit Theophilus Antiochiæ Epiſcopus, & Origenes ſimiliter: Contra Valentinum & ejus ſectatores Irenæus & Clemens, & Origenes.*

(a) Iren. lib.3. c.3.

Arma potiſſima adverſus Hæreticos.

intorquet ſic dicens (a): *Sed quoniam valde longum eſt, in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum numerare ſucceſſiones: maximæ & antiquiſſimæ & omnibus cognitæ, a glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum pervenientem uſque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam, propter ſui potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt undique Fideles: in qua ſemper ab his qui ſunt undique, conſervata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio.* Tantum abeſt igitur, ut Romana Eccleſia (quod impudentiſſime garriunt Novatores hæretici) prædicatione Valentini Marcionis, & aliorum qui Romæ hæreſim publice profeſſi ſunt, fuerit violata; ut Irenæus & alii adverſus eos nihil fortius nec vehementius objecerint, quam Eccleſiæ Romanæ ex Apoſtolica traditione, in ea illibata & incorrupta conſervata, doctrinam. At de Valentino hactenus.

(b) Iren. l.1. c.34. in fin.

(c) Orig. cont. Celſ. lib.1.

Ophitarum Hæreſis.

XII. Quod vero ad ejus progeniem ſpectat: ex Valentini ſchola, quæ & Gnoſticorum dicta fuit, progreſſa eſt hæreſis Ophitarum: qui (inquit Irenæus *b*) Sapientiam ſerpentem factam dicunt, & agnitionem hominibus immiſiſſe. Hujus hæreſis auctorem fuiſſe Euphratem quemdam, tradit Origenes (c) contra Celſum. Deteſtabantur Ophitæ, qui ſerpentem (a quo & nomen acceperunt) ut Dei ſapientiam colebant, Deum omnium creatorem, quem humano generi invidentem dicerent eſſe Deum Judæorum. Porro horum originem antiquam adeo fuiſſe, ut Valentino haud poſteriores fuerint, ex eo cognoſci facile poteſt, quod Celſus qui vixit temporibus Hadriani (ut idem Origenes teſtatur) haud dubium & Antonini, eorum dogmata callens, contumeliæ cauſa, quaſi Chriſtianis omnibus eſſent communia, eadem Catholicis objicere ſolitus erat; de quibus idem Origenes adverſus eum: *Tantum* (inquit) *abeſt, ut hi Chriſti ſint ſectatores, ut non minus quam Celſus hic Jeſum incuſent; nec eorum quiſpiam in concilium prodeat, niſi execrationes & maledicta in Jeſum prius congeſſerit. Adverte autem quam temere in his egerit Celſus, quæ adverſus Chriſtianos oblatrat: quandoquidem cum noſtræ religionis hominibus Ophitas iſtos contulerit, qui ne Jeſu quidem velint nomen audire.* De his agens Tertullianus (d), Nicolaitis eos acceſſiſſe tradit: *Qui*, inquit, *ſerpentem magnificant in tantum, ut illum etiam ipſi Chriſto præferant.* Et paulo poſt: *Ipſum introducunt ad benedicenda Euchariſtica ſua.*

(d) Tert. de præſcript. c.47.

(e) Aug. de hæreſ. ad Quodvultdeum.

Ophitarum Sacra nefanda.

XIII. Quomodo autem hæc facerent, S. Auguſtinus (e) his verbis deſcribit: *Habent unum colubrum, quem nutriunt & venerantur: qui & incantante ſacerdote egreditur de caverna, & aſcendit ſuper altare innixum ſpeluncæ, & oblationes eorum lambit, & involvens ſe circa eas regreditur ad ſpeluncam, & ita confringunt oblationes in Euchariſtiam, quaſi a ſerpente Chriſto (ut illi putant) ſanctificatas.* Hæc Auguſtinus; ex Epiphanio (f) (ut apparet) qui de Ophitis agens, poſt eadem recenſita hæc addit: *Non ſolum frangunt panes in quibus ſerpens involutus eſt, & accipientibus tradunt; ſed unuſquiſque ſalutat ſerpentem, & oſculatur ex ore, ſive per præſtigias quaſdam ſerpente ad manſuetudinem incantato, ſive ex alia diaboli operatione ad hos decipiendos ipſo animalculo blandiente: adorant hunc & gratiarum actiones dicunt.* Hæc & alia complura de Ophitis Epiphanius. Quod vero ait S. Auguſtinus, Ophitas dixiſſe Chriſtum illum fuiſſe ſerpentem, qui decepit Evam; Theodoretus (g) addit, ex Ophitis quoſdam affirmaſſe, Chriſtum in ſerpentis ſpeciem tranſmutatum. Nec repugnant hæc iis quæ recitavimus ex Origene; hos ſcilicet cum ſerpentem adorant, Chriſtum Jeſum blaſphemiis impetere ſolitos: nam ingens & execranda blaſphemia erat, ſerpentem illum Chriſtum dicere. Cæterum licet antiquam, tamen obſcuriſſimam hanc dicit fuiſſe hæreſim Origenes (h), quippe quoniam ſuo tempore Ophitæ nuſpiam apparerent, & vel penitus deſiiſſent, vel pauci admodum reliqui eſſent. At de Ophitis plura Epiphanius, Philaſtrius, Auguſtinus, Theodoretus, Iſidorus, Joannes Damaſcenus, & alii, qui hæreticorum catalogum texuere: & licet alii eorum a Valentino (ut diximus), alii a Nicolaitis, alii vero a Carpocrate originem eos duxiſſe dicant; tamen hos omnes æque Gnoſticos fuiſſe, unoque nomine dictos, ſuperius demonſtravimus.

(f) Epiph. hæreſ. 37.

(g) Theod. hæret. fab. lib. 1.

(h) Orig. cont. Celſ. lib.6.

Diabolus rurſus in forma ſerpentis vult coli.

XIV. Videas ex his plane diabolum Chriſti crucis virtute percuſſum, ex idolis fugatum, & penitus profligatum, inopia ſane conſilii, priſtinam illam, quam olim decipiens primos parentes induerat formam, nova hæreſi excogitata repetere, & divinum in ea ſibi cultum, prout poſſet, arripere: quippe qui (quod utique obſervatione dignum eſt) iiſdem plane temporibus non ab hæreticis tantum, ſed ab Ethnicis per impoſtorem quemdam curavit ſibi itidem in colubro honorem divinum impendi. His namque Antonini temporibus accidit quod Lucianus (i) in Alexandrum impoſtorem declamat, hominem

(i) Lucianus in Pſeudomante.

ex

Alexander impoſtor prodit.

ex eorum numero, qui magiam & incantationes profitentur: erat hic ex ſchola Apollonii Tyanæi; atque ex falſis confictiſque Sibyllinis oraculis Æſculapium in Bithynia appariturum prænuntians, ſerpentem palam adorandum expoſuit: illumque Æſculapium eſſe, falſo commentus, magnam ob reſponſa, quæ a ſe conficta dare ſolebat, corraſit ex confluentium oblatione pecuniam. Aperuit enim hujus dementiæ officinam Aboni in Ponto, illucque Ponticis, Paphlagonibus, Bithynis, Jonibus, Galatis, Cilicibus, & aliis Aſiæ populis confluentibus, magnum nomen conſecutus eſt: uſque adeo, ut ab ipſa urbe Roma atque tota pene Italia ad novum oraculum cunctis vocale, concurrerent, & inter alios, qui Romano præerat exercitui Rutilianus, qui eo uſus eſt familiariſſime: ſed & qui cum exercitu erat in Armenia Severianus, ad idem conſulendum oraculum miſit, ſed falſo eſt reſponſo ejus eluſus. Quæ omnia pluribus Lucianus, qui tam inſignem hominis impoſturam, tamquam in ſcena tragœdiam, egregie repræſentat; qui etiam ait, confixiſſe impoſtorem, numen, quod in ſerpente colebant, profeſſum eſſe, ſe præ ceteris eſſe Chriſtianis infenſum: quippe qui perſpicue intelligentes impii nebulonis commenta, conficto deo detrahere non deſinerent: ob idque Chriſtianos, quibus Pontus abundabat, lapidibus provincia pellendos eſſe, illud commentitium dictabat oraculum. Simulabatque Epicureos quoque, quod deos negarent, a numine odio haberi.

XV. Quid præfaretur in Sacris Impoſtor.

Quæ autem, dum ſuos initiaret, impoſtor ille præfari ſoleret ſacerdos, idem quoque iis recitat verbis: *Primo quidem die Athenienſium ritu, denunciatio fiebat hujuſmodi: Si quis impius, aut Chriſtianus, aut Epicureus myſteriorum explorator acceſſit, diſcedat. Ceterum qui deo credunt & parent, ſacris feliciter initientur. Sub hæc protinus exigebantur illo præeunte, dicenteque, Foras pellantur Chriſtiani.* Perduraſſe vero ait ejuſmodi fabulam multis annis, eliciente illo ex eo ſerpente ſingulis annis octoginta vel ſaltem ſeptuaginta drachmarum millia: demum ipſum ſtrophæ artificem Alexandrum pede ſcatentibus vermibus putrefacto, annos propemodum ſeptuaginta natum, miſerando conſumptum interitu deſiiſſe, idem auctor affirmat. Quomodo autem Marcum Imperatorem, qui Pio ſucceſſit, falſo reſponſo una cum exercitu hujuſmodi oraculum in maximum diſcrimen adduxerit, ſuo loco dicemus. Sed nec illud prætermittendum de cultu ſerpentis, quod Dio ſcribit in Hadriano; nuper eumdem Imperatorem in templo Jovis Olympii, quod Athenis ſumptuoſiſſime erexerat, poſuiſſe pro numine draconem ex India deportatum. Quod igitur jam muta (ut dictum eſt ſuperius) reddita eſſent oracula; quo Gentiles quoquo modo in officio contineret, curavit humani generis hoſtis per impoſturam ſaltem in ſerpente eſſe, vel potius videri vocalis. Hæc fuerunt horum temporum commenta, quibus tum hæreticos tum Gentiles in ſerpente deluſit diabolus. At de his ſatis: ſuſceptam modo de Valentini ſobole narrationem ordine proſequamur.

XVI. (*a*) Iren. lib. 1. cap. 35. (*b*) Epiph. hæreſ. 38. De Caianis Hæreticis.

Valentini fœturam aliam fuiſſe Caianos hæreticos, Irenæus (*a*) in primis affirmat. Verum non ex Valentino tantum, ſed etiam a Nicolao, Carpocrate, & Gnoſticis omnibus hos mutuatos eſſe venenum ac turpitudinem, Epiphanius (*b*) tradit. Totus plane horreo, tam iſtorum quam aliorum execrandas recenſere blaſphemias: ſed compellit neceſſitas argumenti. Eo enim impietatis, atque dementiæ crevit horum hæreticorum nequitia, ut rerum ordinem & qualitatem penitus invertentes quod malum bonum, & qui ab eo denominati eſſent mali omnes, hos ſanctos dicerent atque perfectos, nempe Cain, Core, Sodomitas, & alios id genus homines, & ſummum omnium Judam Iſchariotem, hoſque magna ex virtute eſſe progenitos. Nec ſalvari aiebant quempiam, niſi (quod dicebat Carpocrates) per omnes turpitudines eat, & omnia peccata conſummet; addentes cuique perficiendo peccato Angelum eſſe præfectum: hæc de his pluribus Irenæus, qui eoſdem ait uſos eſſe Pſeudo-Evangelio, quod Judæi dicebant.

XVII. (*c*) Tertul. de præſcr. c. 47.

Sed & Tertullianus (*c*) hæc de Caianis pluribus complexus eſt & explicatius his ferme verbis: *Ipſi enim magnificant Cain, quaſi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata ſit in ipſo: Nam Abel ex inferiori virtute conceptum, procreatum, & ideo inferiorem repertum. Hi qui hoc aſſerunt, etiam Judam proditorem defendunt, admirabilem illum & magnum eſſe memorantes, propter utilitates quas humano generi intuliſſe jactatur. Quidam enim ipſorum gratiarum actionem Judæ propter hanc cauſam reddendam putant. Animadvertens enim (inquiunt) Judas quod Chriſtus vellet veritatem ſubvertere, tradidit illum, ne ſubverti veritas poſſet. Et alii ſic contra diſputant, & dicunt: Quia poteſtates hujus mundi nolebant pati Chriſtum, ne humano generi per mortem ipſius ſalus pararetur; ſaluti conſulens generis humani, tradidit Chriſtum: ut ſalus quæ impediebatur per virtutes, quæ obſiſtebant ne pateretur Chriſtus, impediri omnino non poſſet, & ideo per paſſionem Chriſti non poſſet ſalus humani generis retardari.* Hæc Tertullianus. His omnibus conſentientia Epipha-

Horrenda monſtra Hæreticorum.

(a) Epiph. hæreſ. 38. phanius (a) ſcribit, additque hos dixiſſe, Angelos eſſe oppreſſores bonorum, adjutores vero malorum, & unum ex his Moyſem excæcaſſe. Confinxiſſe inſuper addit librum nomine Pauli, quem vocarent, Aſcenſum Pauli. Teſtantur eadem de his Philaſtrius, Auguſtinus, & alii his recentiores (quos præ multitudine piget enumerare) qui de hæreſibus commentarios conſcripſere.

XVIII. Sethiani Hæretici. Sed iis adverſi Sethiani, a Seth filio Abel nominati hæretici, ex eodem Valentino aliqua ex parte deſcenderunt, dum ſicut ille, novam eſſe in Seth generationem hominum dicerent: horum meminit (b) Iren. l.1.c.7.14. 24. Irenæus (b); ſed ii, aliis additis fictionibus a Valentino longius receſſerunt; quorum dogma ſummatim his verbis (c) Tertull. de præſc.c.47. Tertullianus (c) complexus eſt: *Hujus perverſitatis doctrina, hæc eſt: Duos homines ab Angelis conſtitutos Cain, & Abel: & propter hos magnas inter Angelos contentiones & diſcordias exſtitiſſe; ob hanc cauſam illam virtutem, quæ ſuper omnes virtutes eſſet, quam matrem pronunciant, dum Abel interfectum dicerent, voluiſſe concipi & naſci hunc Seth loco Abelis: ut evacuarentur Angeli illi, qui duos priores illos homines condidiſſent, dum hoc ſemen mundum oritur & naſcitur. Permixtiones enim dicunt Angelorum & hominum iniquas fuiſſe: ob quam cauſam illam virtutem, quam (ſicut diximus) pronunciant matrem, ad vindictam etiam cataclypſmum inducere, ut & illud permixtionis ſemen tolleretur; & hoc ſolum ſemen, quod eſſet purum, integrum cuſtodiretur. Sed enim illos qui ſeminis illos prioris inſtituiſſent, occulte & latenter, & ignorante illa matre virtute cum illis octo animabus in arcam miſiſſe etiam ſemen Cain, quo ſemen malitiæ non periret, ſed cum cæteris conſervatum, & poſt cataclyſmum terris redditum, exemplo cæterorum excreſceret, & effunderetur, & totum Orbem impleret & occuparet. De Chriſto autem ſic ſentiunt, ut dicant illum tantummodo Seth, & pro ipſo Seth ipſum fuiſſe.* Hucuſque de his Tertullianus.

XIX. (d) Epiph. hær. 31. Libri Sethianorum. Addit Epiphanius (d), hæc dilucidius explicans, hos conſcripſiſſe libros quoſdam nomine magnorum virorum: nempe ex nomine quidem Seth ſeptem libros, alios vero libros Alienigenas, ſic enim vocant: alium autem ex nomine Abraham, quem & Revelationem eſſe dicunt, omni malitia refertum: alios item ex nomine Moyſis, & alios aliorum. Meminerunt de Sethianis iidem qui ſupra ſcriptores Eccleſiaſtici. De reliquis autem diſcipulis Valentini, quoniam nonniſi cum Valentinus defecit, docere cœperunt, temporibus nimirum Irenæi (quod ipſe tradit) opportunius ſuo loco inferius agemus. Hæc autem de Caianis & Sethianis, quod illorum ortus certum tempus inexploratum ſit, ſub Valentino, ex quo deduxere principium, ſunt collocata: licet a Tertulliano ante Valentinum, ponantur, ab Epiphanio autem & aliis poſtea.

JESU CHRISTI ANNUS 146. TELESPHORI PAP. ANNUS 5. ANTONINI PII IMP. ANNUS 7.

I. De Marcione Hæreſiarcha. CEnteſimo ac quadrageſimoſexto Chriſti anno, Avito, & Maximo Coſſ. Marcion Ponticus, novum portentum, ex improviſo recens emerſit hæreſiarcha. Cum autem ſub Antonino Pio eum docere cœpiſſe, omnium ſit eadem ſententia: quoto anno ejus Imperii nefarium aggreſſus ſit o- (e) Tertull. adv. Marcion. l.1. c.19. pus, licet Tertullianus (e) ſe minus curaſſe inveſtigare dicat; tamen ex his quæ mox ſubinfert, certus annus initii Marcionis hæreſis conſignari poſſe videtur; nam ait: *Quoto quidem anno Antonini majoris de Ponto ſuo exalaverit aura canicularis, non curavi inveſtigare. De quo tamen conſtat, Antoninianus hæreticus eſt, & ſub Pio impius. A Tiberio autem uſque ad Antoninum anni fere centum quindecim, & dimidium anni cum dimidio menſis: tantumdem temporis ponunt inter Chriſtum & Marcionem.* Hæc cum ſcribat Tertullianus, numerans a Chriſti exitu uſque ad Marcionem ſpatium centum & quindecim annorum cum dimidio menſiſque dimidio; cumque ejuſdem Tertulliani ea ſententia de Chriſti annis fuerit (ut ſuperius eſt fuſius demonſtratum) anno ætatis ſuæ trigeſimo ſub Conſulatu Rufi atque Rubellii Geminorum eſſe paſſum: ſi quis ab eo tempore deducat præſcriptum annorum numerum, qui ab eo tempore uſque ad Marcionis exordium excurrerunt, plane inveniet, hoc anno Domini centeſimo quadrageſimo ſexto Marcionem cœpiſſe docere. Hæc quod ad tempus ſpectat.

II. (f) Tertull. de præſcr. c. 51. De Cerdone Marcionis magiſtro. At quoniam (ut idem auctor eſt Tertullianus f) Cerdonis Marcion diſcipulus fuit: quæ ipſe primum de Cerdone ſcribit, in medium adducamus: ait enim: *Accedit his Cerdon quidam: hic introduxit initia duo, id eſt, duos deos, unum bonum, & alterum ſævum: bonum ſuperiorem; ſævum hunc, mundi creatorem. Hic Prophetas & legem repudiat, Deo creatori renunciat, ſuperioris Dei filium* Chri-

Chriſtum veniſſe tractat: hunc in ſubſtantia carnis negat, in phantaſmate ſolo fuiſſe pronunciat: nec omnino paſſum, ſed quaſi paſſum: nec ex virgine natum, ſed omnino nec natum. Reſurrectionem animæ tantummodo probat, corporis negat. Solum Evangelium Lucæ, nec tamen totum, recipit. Poſt hunc diſcipulus ipſius emerſit Marcion quidam nomine, &c. Hæc de Cerdone Tertullianus. De quo item meminit Irenæus (*a*), qui dum ait Cerdonem veniſſe Romam ſub Hyginio Papa, plane declarat, eumdem, licet Marcionis magiſtrum, eodem tamen tempore docuiſſe; licet alibi (*b*) eum ante Marcionem fuiſſe dicat. Hyginium enim tempore Antonini Pii Romanam Eccleſiam curaſſe, certum eſt.

(*a*) *Iren. lib.1.c.28.*

(*b*) *Iren. lib.1.c.4.*

III. Cur Hyginius modo octavus, modo nonus Rom. ponatur Epiſcopus.

Quod vero idem Irenæus numeret eumdem Hyginium modo octavum, modo nonum Romanæ ſedis Epiſcopum, inde accidit, quod (ut alias dictum eſt) ipſum Cletum; ut alii plerique, cum Anacleto conflaverit: & cum eum ponit octavo in ordine loco, manifeſtum eſt incipere numerare ab eo, qui Petro ſucceſſit, Lino: cum vero eum ſuperius (*c*) loco nono ponit, ab ipſo Petro certum eſt numeraſſe. At de Cerdonis inconſtantia, qui veniens Romam ſub Hyginio palinodiam recantavit, & iterum lapſus eſt in errorem, hæc idem Irenæus (*d*): *Cerdo autem qui ante Marcionem, & hic ſub Hyginio, qui fuit octavus Epiſcopus, ſæpe in Eccleſiam veniens, & exomologeſin faciens, ſic conſummavit, modo quidem latenter docens, modo vero ab aliquibus traductus in his quæ docebat male, & abſtentus eſt a religioſorum hominum conventu.* Hæc Irenæus de Cerdone. Eum autem non ſolum a Simone mago, ſed & a Saturnino accepiſſe quam propalavit hæreſim, auctor eſt Epiphanius (*e*), qui eum primo docuiſſe tradit in Syria, ac demum ſe contuliſſe Romam.

(*c*) *Iren. lib.1. cap. 28.*

(*d*) *Idem. lib.1. cap. 4.*

(*e*) *Epiph. hæreſ.41.*

IV. Marcionis hæreſes.

Quod vero pertinet ad Marcionem Cerdonis diſcipulum, quem hoc anno hæreſes docere cœpiſſe, Tertulliani teſtimonio diximus; prodiit hic primo ex Stoicorum ſchola Philoſophus, ſicut Valentinus (quod diximus) a Platone. Unde Tertullianus (*f*): *Ubi tunc Marcion, Ponticus nauclerus, Stoicæ ſtudioſus? ubi tunc Valentinus, Platonicæ ſectator?* Ex Philoſophorum officina prodiiſſe hæreſes horum temporum, idem Tertullianus docet, cum ait: (*g*) *Ipſæ denique hæreſes a Philoſophia ſubornantur. Inde Æones & formæ, neſcio quæ, & trinitas hominis apud Valentinum, Platonicus fuerat. Inde Marcionis deus melior de tranquillitate, a Stoicis venerat. Et uti anima interibat*…

(*f*) *Tertull. de præſc.c.30.*

(*g*) *Idem ubi ſup. c. 7.*

SÆC. II. Anno Urbis 897. Olymp. 230. an.4. A.C. 144.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5637.

☉ 13. FE. ☽ 12. P.6. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 144. *ſecund. Baronium 146.*

PII PAPÆ 4.

ANTONINI PII IMP. 7.

I. *Conſules.*

[1] AD num.I. & ſeq. Coſſ. *Lollianus Avitus, & Claudius Maximus*, non vero C. *Gavius Maximus*, qui per annos viginti ſub Antonino Pio fuit Præfectus Prætorio, teſte Capitolino cap.8. in Pio, ut putabat Onuphrius. Ex Apologia ſecunda Appulei diſcimus familiam Lolliani: *Acceptis*, inquit, *litteris Carthaginem pergit: ubi jam prope exacto Proconſulatus ſui munere Lollianus Avitus te, Maxime, opperiebatur:* tunc vero ſæpe ibidem appellat, *Claudium Maximum*. Ita Lollianus Avitus prior Conſul anno ante Collegam Africam ſortitus adminiſtravit. Conſules juxta ordinem geſti Conſulatus Aſiam & Africam ſortiebantur. Unde Tacitus lib.3. Annal. ſcribit, Cornelium Maluginenſem, quod eſſet Flamen Dialis excluſum fuiſſe Sortitione Aſiæ: *Ita ſors Aſiæ*, addit, *in eum qui Conſularium Maluginenſi proximus erat, conlata.* Idem Tacitus in vita Agricolæ ait: *Aderat jam annus, quo Proconſulatum Aſiæ & Africæ ſortiretur.* Nempe cum ceteri, qui ante Agricolam fuerant Conſules, Proconſulatum Aſiæ vel Africæ jam ſortiti fuiſſent. Spartianus cap.1. de Didio Juliano inquit: *Fuit Conſul cum Pertinace, & in Proconſulatu Africæ eidem ſucceſſit.* Ita Claudius Maximus hoc anno Conſul fuit cum Lolliano Avito, eique in eodem Africæ Proconſulatu ſucceſſit. Quæ omnia Card. Noriſio in litteris ad me datis obſervata. His adde, Claudium Maximum unum fuiſſe ex Marci Aurelii Imperatoris præceptoribus, teſte Capitolino in Marco cap.3. Ejus non ſemel ipſe Marcus in libris de vita ſua meminit. Cujus Conſulatum cum anno CLXXII. quo alius *Maximus* Faſtis nomen dedit, Onuphrius perperam copulat.

II. *Chronologia Pontificia illuſtratur.*

Euſebius lib.4. cap.11. affert Irenæi verba, quibus is teſtatur, Cerdonem Marcionem anteceſſiſſe, eumque, quemadmodum & Valentinum, Ro-

[1] COſſ. *Lollianus Avitus, & Claudius Maximus.* Gruteriana inſcriptio pag.CCCI. AVITO. ET MAXIMO. COS. Eadem ita apud Montfauconium in Diario Italico pag.389. & 390. Neque Gruteriana, neque aliæ inſcriptiones, quod quidem ſciamus, aliud præferunt; itaque nos utriuſque prænomina, & *Gavii* nomen omittimus, donec aliquid certi in lucem prodeat. Scribemus igitur ... Lollianus *Avitus*, & .... *Maximus*. Alii ſcribunt: *P. Lollianus Avitus, & C. Gavius Maximus.* De *Lolliano Avito* conſulari viro Capitolinus in Pertinace cap.I. Faſti Idatiani, & Vindobonenſes; *Aviola, & Maximo.*

interire dicatur, ab Epicureis obſervatur. Et ut carnis reſtitutio negetur, de una omnium Philoſophorum ſchola ſumitur. Et ubi materia cum Deo æquatur, Zenonis diſciplina eſt. Et ubi aliquid de igneo deo allegatur, Heraclitus intervenit. Eædem materiæ apud hæreticos & Philoſophos volutantur, iidem retractatus implicantur. Hæc Tertullianus, ſed de iis ſuperius alias.

V. Marcionis mores. (a) *Epiph. hæreſ.42.*

Quod vero ad genus & vitæ mores Marcionis ſpectat: *Hic* (inquit Epiphanius (*a*) *genere Ponticus fuit, ex urbe Sinope. Qui prima vita ſua virginitatem exercuit; ſolitarius enim vixit, & Epiſcopi ſanctæ noſtræ Eccleſiæ Catholicæ filius fuit. Progreſſu vero temporis circa virginem quamdam corrumpitur; & decepta virgine, ſe ipſum atque illam a ſpe detraxit. Et cum illam corrupiſſet, a proprio patre ex Eccleſia ejicitur. Erat enim pater ipſius propter excellentem pietatem illuſtris, & veritatis inſigniter ſtudioſus, in Epiſcopatus miniſterio honeſte vivens perſeverabat. Marcion autem multum ſupplicans, ac veniam precatus, eam a patre non impetravit: dolor enim vexabat venerandum ſenem ac Epiſcopum, quod non ſolum lapſus eſſet ille, ſed quod etiam ipſi dedecus afferret. Cum autem aſſecutus non eſſet ab ipſo per blanditias quæ petebat; non ferens multorum ludibrium, ab urbe ſua aufugit, & venit Romam, cum mortuus eſſet Hyginius Epiſcopus Romanus (hic autem nonus erat a Petro & Paulo Apoſtolis) & cum ſenibus adhuc ſuperſtitibus a diſcipulis Apoſtolorum congreſſus, petebat ut in congregationem reciperetur, & nemo id ipſi permittebat. Æmulatione igitur elatus, ubi non accepit præſidentiam & Eccleſiæ ingreſſum, excogitat ſibi ipſi conſilium, & ad impoſtoris Cerdonis ſectam confugit*: Et poſt alia: *Hoc igitur clare ipſis dicebat; Cur non voluiſtis me ſuſcipere? Cum autem illi dicerent: Non poſſumus hoc ſine permiſſu patris tui facere, una eſt enim fides, & una concordia, & non poſſumus adverſari bono comminiſtro noſtro, patri autem tuo: Æmulatione igitur commotus, & ad magnam indignationem ac ſuperbiam elatus, fiſſuram effecit ſibi ipſi, hæreſim erigens, ac dicens: Ego ſindam Eccleſiam veſtram, & mittam fiſſuram in ipſam in æternum.* Hæc & alia de Marcione Epiphanius.

Verum non propter ſtupri illati crimen & excommunicationem fuiſſe ab Eccleſia Romana rejectum, ſed propter hæreſim, quam, antequam Romam veniſſet, fuerat conſectatus, ex multis probatur. Sed prius de tempore ejus in Urbem adventus, & quid de ea re alii ſcripſerint, perveſtigandum. Cum enim (ut vidimus) Epiphanius tradat, poſt Hyginii mortem, nempe ſub Pio, qui illi ſucceſſit, Marcionem Romam ſe contuliſſe: idem ipſe inferius (*b*), poſt tempora Aniceti, quem nonum dicit Urbis Epiſcopum, illuc veniſſe confirmat, ac proinde ſub ejus ſucceſſore Sotere, inſinuare videtur. Ceterum Irenæus (*c*) eum ante Anicetum, vel ſub eo, Romam veniſſe demonſtrat, cum ait, S. Polycarpum Romam venientem ſub Aniceto, complures ex iis qui fuerant decepti a Marcione, ad Catholicam Eccleſiam revocaſſe: hæcque de congreſſu Polycarpi cum Marcione addit: *Ipſe autem Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti ſibi, ac dicenti: Cognoſcis nos? reſpondit: Cognoſco te primogenitum ſatanæ. Tantum Apoſtoli & horum diſcipuli habuerunt timorem, ut neque verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulteraverant veritatem.* Recitat eadem Euſebius (*d*). Porro Tertullianus (*e*) ſub Eleuthero Romano Pontifice Marcionem lapſum, & ab Eccleſia ejectum, affirmare videtur, dum ait, agens de Valentino ac Marcione: *Conſtat illos neque adeo olim fuiſſe, Antonini fere principatu, & in Catholicam primo doctrinam crediſſe apud Eccleſiam Romanenſem; donec ſub Epiſcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam ſemper eorum curioſitatem, qua fratres quoque vitiabant, ſemel & iterum ejecti.* Hæc Tertullianus.

VI. Marcionis in urbem adventus quando.

(*b*) *Epiph. hær.42.*

(*c*) *Iren. lib.3. c.3.*

(*d*) *Euſeb. lib.4. cap. 13.*

(*e*) *Tert. de præſcr. c.30.*

VII. Marcion ſæpe Romæ palinodiam recantavit.

Verum hæc ſunt intelligenda, cum poſtremo ab Eleuthero Marcion damnatus eſt: alias ſibi ipſi auctor contrarius eſſet: quippe ſi (quod ſæpius profitetur) Marcionis hæreſis ſub Antonino Pio exorta eſt, quomodo ſub Eleuthero cœpiſſe potuit, cum omnium ſententia conſtet, longe poſt Antonini obitum Eleutherum Romæ ſediſſe? cum alioqui idem ipſe Tertullianus (*f*) in priori commentario, quem adverſus Marcionem metro conſcripſit, ſub Aniceto Papa ipſum Romam veniſſe teſtetur. Hæc igitur adeo inter ſe diverſa, ſic in unam ſimul conſentient verita-tem,

(*f*) *Tertull. lib.3. in fine.*

Baron. n.1.

Romæ Pontificatu Hygini floruiſſe. Quare per hæc tempora Teleſphorus Romæ non ſedebat: cumque ex Euſebii Chronico pateat, Cerdonem eodem, quo Valentinus, anno Romam veniſſe ad annum CXL. quo Hyginus adhuc ſedebat, Cerdonis Romam adventus referendus.

III. Marcionem ante præſentem annum hæreſim ſuam diſſeminaſſe apud me certum. Juſtinus enim in priori ſua Apologia anno CXXXIX. vel circiter ſcripta, Marcionis duobus in locis meminit. Inſuper Epiphanius hæreſi XLII. ſcribit Marcionem, cum *ob inceſtum Eccleſia pulſus* fuiſſet, popularium ſuorum probra & ludibria non ſuſtinens, clam ab oppido ſeceſſiſſe, ac Romam poſt Hygini Papæ obitum ſeſe contuliſſe. *Eo ſtatim atque pervenit Marcion*, inquit Epiphanius, ad

Diverſa initia hæreſeos Marcionis.

Baron. n. 11.

tem, ſi dixerimus, quod exploratum eſt, eumdem Marcionem ſæpe Romæ palinodiam recantaſſe, eumdemque eadem ex cauſa ſæpius veniſſe Romam: neque Romæ primum, ſed in Oriente, ſub Antonino Pio hæreſes docere cœpiſſe hoc ipſo anno, ut ejuſdem Tertulliani auctoritate ſuperius dictum eſt. Immo ſi Origeni credimus, qui tradit Celſum Epicureum ſub Hadriano Imperatore ſcripſiſſe adverſus Chriſtianos commentarios ſuos, in quibus ſæpe mentionem habuit (*a*) hæreſis Marcionis neceſſe eſt dicere, jam ante Antonini tempora ſub Hadriano eſſe Marcionis hæreſes pervulgatas. Philaſtrius (*b*) cum primo in Aſia errores docuiſſe, ibique a Joannis Apoſtoli diſcipulis potius, quam ab ipſo Joanne convictum, Romam veniſſe tradit. Sicque quod dixit Tertullianus, Marcionem Catholicam ſe doctrinam ſectari, Romæ ſignificaſſe: ex eo accidit, quod idem (*c*) auctor ait, ipſum, ut reciperetur, ſcriptis Catholicam fidem eſſe profeſſum. Sed quomodo inconſtans animo, nec perſtans in ſententia, ſemel ac iterum ab Eccleſia ejectus fuerit, ſuo loco, eodem auctore, dicemus.

(*a*) *Orig. contra Celſum lib.*1. *5.& 6.*
(*b*) *Philaſtr. de hæreſ. c.*46.
(*c*) *Tert. cont. Marcion. lib.*4. *c.*4. *& de car. Chriſti cap.*2.

VIII. Sed ut ad ejus recenſendas hæreſes tandem deveniamus: illud in primis Marcion conatus eſt, ut Cerdonis dogma de duobus principiis ſtabiliret, adſcita (ut ſibi videbatur, accommodata ad eam rem probandam Evangelii ſententia: quænam hæc fuerit, Tertullianus (*d*) declarat his verbis, a principio rem exordiens: *Marcion quidam nomine, Ponticus genere, Epiſcopi filius, propter ſtuprum cujuſdam virginis ab Eccleſiæ communicatione abjectus, hic ex occaſione, qua dictum ſit:* (*e*) *Omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem malos: hæreſim Cerdonis approbare conatus eſt; eadem dicere, quæ ille ſuperior hæreticus ante dixerat.* Agens de Marcionis hæreſis principio Epiphanius (*f*), illam item Domini, de non inſuendo pannum (*g*) novum veteri, ipſum ait uſurpaſſe parabolam, atque huic conjunctam alteram de non mittendo vinum (*h*) novum in utres veteres; perinde ac ſi Dominus his ſignificare voluiſſet legem veterem ſe reſpuere, tamquam malam.

(*d*) *Tertull. adverſ. hæret. de præſcript. c.* 51.
Marcionis hæreſis fundamentum.
(*e*) *Lucæ* 6.
(*f*) *Epiph. hæreſ.*42.
(*g*) *Matth.* 9.
(*h*) *Matth.* 9.

IX. Hiſce jactis impietatis fundamentis, in primis, ut Cerdo, duos poſuit Deos ſibi contrarios, quorum alter bonus, malus vero eſſet alter; alter legis veteris auctor, alter autem novæ: proque his ſtabiliendis, Antitheſes ſcripſit, nimirum contrarietates, quibus lex nova veteri adverſatur, ut non ab uno Deo vetus & novum Teſtamentum proveniſſe, ſed plane contrariis, demonſtraret; ab illoque malo mundum eſſe creatum, a bono autem reſtitutum atque redemptum; huncque fuiſſe Jeſum, ſolventem legem atque Prophetas, a Deo Patre miſſum. Putarunt alii tres Deos a Marcione poni; quos Epiphanius (*i*) recenſens, ait: *Addidiſſe rurſum Cerdoni aliud quoddam principium, triaque eſſe: unum quidem ſupremum & innominatum & inviſibile, quod etiam bonum dicere vult, quod nihil ex his quæ in mundo ſunt creavit: alterum viſibilem Deum & opificem, huncque eſſe Deum Judæorum: diabolum vero tertium.* Origenes (*k*) autem in hunc modum numerat tres Deos Marcionis, nimirum Deum Judæorum, Deum Chriſtianorum, tertium vero Gentilium. Immo Tertullianus (*l*) qui eorum qui extant Marcionis hæreſes cœteris accuratius diſquiſivit, convincit ipſum novem poſuiſſe Deos, nempe, ut ait in ſuperioribus tres ſubſtantias divinitatis, Deum bonum, Deum malum, & Mundum ſuperiorem; in inferioribus quatuor, Factorem, Locum, Materiam, & Malum, quæ omnia innata vult atque infecta eſſe, & Deo coæterna: inſuper & duos Chriſtos, quorum alter apparuerit Tiberii tempore, alter vero a Creatore promittatur; cum alioqui nonniſi duos ſe Deos ponere profiteretur bonorum auctorem alterum, alterum vero malorum. Sed apud Euſebium (*m*) teſtatur Rhodon Aſiaticus non Marcionem, ſed quoſdam ex Marcione deſcendentes, tres naturas atque principia rerum ſtatuiſſe.

Duo dii a Marcione prædicati, vel tres.
(*i*) *Epiph. ubi ſupra.*
(*k*) *Origen. dial. contra Marcion. lib.* 1.
(*l*) *Tertull. contra Marcionem lib.*1.*c.*15.
(*m*) *Euſebius hiſt. l.b.*5.*c.*13.

X. Reſpuit Marcion vetus Teſtamentum, tamquam a malo Deo prolatum; novum vero ex animi ſui ſententia mutilavit; quippe qui cum Chriſti carnem negaret, quæ Evangeliſtæ de ea egregie teſtati eſſent, nempe Matthæi Evangelium & partem Lucæ, rejecit: *Ac demum omnia* (inquit Irenæus *n*) *quæ ſunt de generatione Domini conſcripta auferens, & de doctrina ſermonum Domini, in quibus manifeſtiſſime conditorem hujus univerſitatis ſuum Patrem confitens, Dominus*

Vetus Teſtamentum reiecit Marcion.
(*n*) *Iren. lib.*1.*c.*29.

ad Seniores adiens, qui ab Apoſtolorum diſcipulis edocti ſupererant, ut in communionem admitteretur, fruſtra ab iis petiit. Quamobrem extimulatus invidia, quod principem illic locum, ac ne Eccleſiæ quidem aditum impetraſſet ad impoſtoris Cerdonis hæreſim confugere in animum induxit. Hygini autem Papæ obitus poſt annum CXLI. differri non poteſt. Eo itaque anno Sede vacante, ac Presbyteris Eccleſiam, ut mos erat adminiſtrantibus, Marcion, qui jam hæreſim ſuam propalarat, Romam venit. Philaſtrius lib. de Hæreſ. cap.46. ſcribit primo in Aſia errores docuiſſe, ibique a Joannis Apoſtoli diſcipulis, potius quam ab ipſo Joanne convictum, Romam veniſſe. Marcion itaque jam ante ſuum Romam adventum hæreſim ſuam in Aſia promulgarat, ideoque recte Petavius in Animadverſionibus Euſebianis ad hæreſim XLVI. affirmat, non Antonino demum imperante, ſed ſub Hadriano Marcionem cœpiſſe, ita ut ſub

Ha-

conſcriptus eſt. Semetipſum eſſe veraciorem, quam ſunt hi qui Evangelium tradiderunt Apoſtoli, ſuaſit diſcipulis ſuis; non Evangelium, ſed particulam Evangelii tradens eis. Similiter autem & Pauli Apoſtoli epiſtolas abſcidit, auferens quæcumque manifeſte dicta ſunt ab Apoſtolo de eo Deo qui mundum fecit, quoniam hic Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, & quæcumque ex Prophetis memorans Apoſtolus docuit prænunciantibus adventum Dei. Hæc Irenæus: eadem & ceteri qui de ejus hæreſi conſcripſerunt: ſed & cæteris copioſius Tertullianus.

XI. Hoſtis carnis Marcion.

Idemque cum carnem a malo principio dixerit eſſe exortam, ejus omnino negavit reſurrectionem, vetuitque ejus propagationem: ſicque ea ex cauſa virginitatem prædicans conjugia reſpuit atque damnavit. Quamobrem a ſalute conjugatos penitus excludebat: nam (quod tradit Tertullianus *a*) nolebat baptizare conjugatos: *Non tingitur*, inquit, *apud illum caro, niſi virgo, niſi vidua, niſi cælebs, niſi divortio batiſma mercata.* Animarum autem earum tantum eſſe ſalutem, quæ ejus doctrinam didiciſſent, earumdemque itidem non unam, ſed variam atque diverſam eſſe naturam, Marcionem docuiſſe, Origenes (*b*) affirmat. Adjecit his omnibus horrendam blaſphemiam (inquit, idem qui ſupra Irenæus *c*) ut diceret, Chriſto ad inferos deſcendente, eſſe ſalvatos Cain, Sodomitas, Ægyptios, & alios omnium nequiſſimos; Abel autem, & Enoch, & Noe, & reliquos juſtos, eo quod non occurriſſent ei, nullam participaſſe ſalutem: quippe qui amici fuiſſent Dei Hebræorum, quem Malum diceret.

(*a*) *Tertull. ad verſ. Marc. lib. 1. c. 29.*
(*b*) *Orig. in ep. ad Rom. c. 2.*
(*c*) *Iren. lib. 1. c. 29.*

XII. Delectus ciborum Marcionis.

Animatorum quoque eſum damnaſſe tradunt: immo & omnes ſimul execrari ſolitos creaturas Marcionitas: Theodoretus (*d*) exemplo declarat, ſic dicens: *Novi eorum ſenem quemdam nonagenarium, qui mane ſurgens, ſputi ſui excremento faciem ſuam lavabat: & cauſam rogatus, dixit, ſe opus nolle habere Creatore, nec aquam, quæ ex illius operibus eſt, accipere. Cum autem præſentes dixiſſent: Quomodo ergo comedis, quomodo bibis, veſtiris, & dormis, & quæ conſtituta ſunt myſteria peragis? dixit, ſe neceſſitate ductum hoc facere, quod non poſſet aliter vivere, vel myſteria peragere: & confeſſus eſt inſanus, vel invitus, nihil habere eum ab illo qui vocatur Bonus, ſed omnibus bonis frui & operibus Creatoris, quem Malum Deum putant.* Hucuſque Theodoretus. In ſuis itidem ſacrificiis & arcanis myſteriis aqua eos uti ſolitos, Epiphanius tradit (*e*); inſuper & ſabbato jejunare in odium Dei creatoris omnium: cum alioqui Occidentales longe ante Marcionis tempora (ut ſuperius dictum eſt) alia atque ab ea longe diverſa ratione diei ſabbati jejunium ſuſcepiſſent religioſe ſervandum. Addit his idem auctor, per Marcionem non modo anabaptiſmum introductum fuiſſe, ſed eum & tertium quoque ad peccata diluenda conceſſiſſe baptiſmum, fæminaſque apud eos ſolitas baptizare. Quinetiam auctor eſt Chryſoſtomus (*f*), conſueviſſe Marcionitas mortuos baptizare; cujus fabulæ idem ponit cataſtrophen. Ad hæc addimus, Marcionitas, quod carnem deteſtarentur, tamquam ex Malo principio procreatam; quodam furore percitos in eam inſanientes, ut eam perderent, ſe ſponte martyrio obtuliſſe: de his namque loquitur Clemens (*g*) Alexandrinus, dum ait: *Sunt enim quidam non noſtri, ſed tantum nominis participes, qui quidem magno ſtudio ſe ipſos morti contendunt tradere, propter odium in Creatorem miſeri mortem cupientes.* Hæc Clemens. Indeque accidit, ut ex Marcionitis plures paſſi reperiantur Pſeudo-martyres.

(*d*) *Theod. lib. 1. hæret. fabul.*
(*e*) *Epiph. hæreſ. 42.*
(*f*) *Chryſoſt. in 1. ad Cor. homil. 40.*
(*g*) *Clem. Alex. Strom. lib. 4.*

XIII. Marcionis ſcripta.

Ad hæc & alia id genus, quæ ex falſis poſitionibus conſequuntur, convalidanda, ipſum complures ſcripſiſſe libros tradit Tertullianus (*h*), nimirum Evangelium, Epiſtolam, Antitheſes, & Apoſtolicum inſtrumentum. Hæc nequiſſimus hominum commentus eſt: ut merito adverſus eum agens Tertullianus dicat (*i*): *Nihil tam barbarum ac triſte apud Pontum, quam quod illic Marcion natus eſt: Scytha tetrior, Hamazobio inſtabilior, Maſſageta inhumanior, Amazone audacior, nubilo obſcurior, hieme frigidior, gelu fragilior, Iſtro fallacior, Caucaſo abruptior: quidni? penes quem verus Prometheus Deus omnipotens blaſphemiis lancinatur: jam & beſtiis illius Barbariæ importunior Marcion.*

(*h*) *Tert. adverſ. Marcion. lib. 1. Pamel. ibid. Schol. 2.*
(*i*) *Tert. adverſ. Marc. lib. 1. cap. 1.*

Hadriano primum eruperit, poſtea vero ſub Antonino longe lateque propagatis erroribus celebre nomen ſibi peperit. Ac Tertullianus, etſi ſub Antonino Marcionem errorem exhalaſſe ſcribat, negat tamen ſcire ſe quoto ejus anno cœperit: *Quoto quidem anno*, inquit, *Antonini majoris de Ponto ſuo exalaverit aura canicularis, non curavi inveſtigare.* Neque in hac ſola hæreſi, ſed & in aliis fere omnibus duo, vel etiam plura diſtinguenda ſunt tempora. Quare Marcion primum in Syria nefarium ſuum dogma prædicavit, idque Hadriano imperante, vel ſaltem Antonini Pii initio; ac poſtea Romam venit poſt Hygini Papæ mortem, ubi cum Presbyteri, qui Eccleſiam gubernabant, nihil innovare voluiſſent, ac ne Eccleſiæ quidem aditum impetraſſet Marcion, in Pontum rediit, & majores trahens ſpiritus, vehementius in eoſdem illos errores cœpit incumbere, præſertimque anno currenti, a quo Tertullianus ejus hæreſis initium, quod tamen ſe ignoraſſe indicat, repetendum duxit. Certe Cyprianus in epiſtola ad Pompeium, quæ tam

Hæc & alia plura Tertullianus in eum.

XIV. Quantum autem intulerit hic detrimenti Eccleſiæ, vix eloquens quiſpiam conſequi verbis poſſet. Nam Juſtinus martyr (*a*), qui hæc ſpectavit oculis: *Marcioni*, inquit, *permulti credentes, quaſi ſoli vera ſcienti, nos derident, nullam illi habentes eorum, quæ aſſerunt, probationem: ſed præter rationem, perinde atque a lupis agni rapti, eſca impiorum & a Deo alienorum dogmatum, atque ipſorum dæmonum fiunt.* Hæc ipſe. Atqui non uno in loco, ſed in diverſis Orbis partibus Marcion vexillum impietatis erexit: nec ut aliæ hæreſes cito, ita ejus dogmata extincta ſunt: quandoquidem Epiphanius (*b*), qui ſcripſit temporibus Theodoſii, adverſus eum agens, hæc habet: *Ejus hæreſis adhuc etiam nunc eſt Romæ, & in Italia, in Ægyptoque, & Palæſtina, & in Arabia, ac Syria: in Cypro item, atque in Thebaide, quin & in Perſide, & aliis locis reperitur.* Sed & Theodoretus ſua quoque ætate ingentem in Syria fuiſſe Marcionitarum numerum, quos ſe magna ex parte ad Catholicam perduxiſſe Eccleſiam, ſcribens (*c*) ad S. Leonem Romanum Pontificem, tradit.

(*a*) *Juſt. mart. in Apolog. ad Ant.*

Damna a Marcione illata Eccleſiæ.

(*b*) *Epiph. hæreſ.* 42.

(*c*) *Habetur in fine ſecundi tomi operum Theodoreti.*

XV. Ceterum non defuerunt, qui ſtatim adverſus Marcionis venena pararent antidotum; præſtitit id quidem primus omnium Juſtinus martyr, qui iiſdem cum Marcione temporibus claruit. Et in Apologia ad Antoninum Pium, ejuſdem cum meminit, ait: *Marcion vero Ponticus hodie etiam diſcipulos ſuos docet:* & paulo poſt: *Eſt nobis liber contra hæreſes & ſectas omnes compoſitus, quem ſi legere volueritis, dabimus.* Sed privatim idem Juſtinus adverſus Marcionem (ut auctor eſt Irenæus *d*) inſignia volumina ſcripſit: meminit eorumdem Hieronymus (*e*). Paulo poſt vero Tertullianus ætate junior, adverſus eumdem ſcribens, ingenii ſui primitias conſecravit: ſed quod præcox nimis ſibi viſum eſſet opuſculum, elaborata pleniore compoſitione, reſcidit; immo (ut ait *f*) & de ſecundo tertium emendatum edidit, quinque diſtinctum libris. Extat nuperque editum opuſculum illud, quod ſe reſcidiſſe teſtatur, quinque libellis adverſus eumdem Marcionem verſu conſcriptum. Irenæus etiam Marcionem ſcriptis ſuis exagitavit. Rhodon quoque Tatiani auditor (ut Euſebius (*g*) docet) ſcriptis acriter impugnavit hæreſim Marcionis. Itemque (ut teſtatur Theodoretus (*h*)) Theophilus Antiochenus Epiſcopus, Philippus Gortynæ, Modeſtus, Hippolytus inſuper, Clemens Alexandrinus, Origenes, Philaſtrius, Cyrillus Hieroſolymitanus, Euſebius Emiſſenus, Auguſtinus, Joannes Chryſoſtomus pluribus in locis, Theodoretus, & alii recentiores complures, qui de hæreſibus conſcripſerunt. Cætera autem de Marcione inferius ſuo loco dicemus.

Qui ſcripſerint in Marcionem.

(*d*) *Iren. l.* 5. *adv. hæreſ.*

(*e*) *Hier. de ſcrip. Eccl. in Juſtin.*

(*f*) *Tert. adv. Marc. l.* 1. *c.* 1.

(*g*) *Euſ. hiſt. l.* 5. *c.* 13.

(*h*) *Theod. l.* 1. *hæret. fab.*

XVI. Numerantur complures Marcionis diſcipuli famoſiſſimi, ut Potinus, & Baſiliſcus, & alii; de quibus hæc Rhodon (*i*): *Verum alii (ſicut Marcion ipſe) duo inducunt principia, inter quos Potinus & Baſiliſcus numerantur. Iſti Ponticum Lycum imitati, cum nullam rerum diſtinctionem (ſicut nec ille) reperire poſſent, ad vulgarem quamdam & facilem viam ſe converterunt: duoque principia exiliter & jejune, nulla demonſtratione adhibita, eſſe affirmarunt. Alii rurſum ab illis in deteriores erroris ſcopulos tamquam procella delati, non duas ſolum, ſed tres naturas conſtituerunt: quorum quidem (ſicut ejus diſciplinæ propugnatores memorant) dux & princeps fuit Syneros.* Hæc Rhodon. Porro quem ipſe Lycum Ponticum dicit, eum fuiſſe exiſtimamus, quem Tertullianus Lucanum appellat, cum ait (*k*): *Extitit poſt hunc Lucanus quidam nomine, Marcionis ſectator atque diſcipulus: & hic per eadem vadens blaſphemiæ genera, eadem docet quæ Marcion & Cerdon docuerant.*

Marcionis diſcipuli.

(*i*) *Apud Euſeb. hiſt. l.* 5. *c.* 3.

(*k*) *Tert. de præſcr. c.* 51.

XVII. *Poſt hoc* (ſubdit) *ſubſequitur Apelles diſcipulus Marcionis, qui poſteaquam in carnem ſuam lapſus eſt, a Marcione ſegregatus eſt. Hic introducit unum Deum in finitis ſuperioribus partibus: hunc poteſtates multas Angeloſque feciſſe: propterea & aliam Virtutem quam dicit, Dominum dicit, ſed Angelum ponit. Hoc vult videri, mundum inſtitutum ad imitationem mundi ſuperioris, cui mundo permiſcuiſſe pœnitentiam, quia non illum tam perfecte feciſſet, quam ille ſuperior mundus inſtitutus fuiſſet. Legem & Prophetas repudiat: Chriſtum neque in phantaſmate dicit fuiſſe, ſicut Marcion; neque in ſubſtantia veri corporis, ut Evangelium docet; ſed in eo quod e ſuperioribus partibus deſcenderat, ipſo deſcenſu ſideream ſibi carnem & aeream contexuiſſe: hunc in reſurrectione ſingulis quibuſque elementis, quæ in deſcenſu ſuo mutata fuiſſent, in aſcenſu reddi-*

Apelles Hæreſiarcha.

tam novo, quam veteri ordine eſt LXXIV. ait: *Necdum quoque Marcion de Ponto emerſiſſet, cujus magiſter Cerdon ſub Hygino tunc Epiſcopo, qui in Urbe nonus fuit, Romam venit, quem Marcion ſecutus additis ad crimen augmentis, impudentius ceteris & abruptius in Deum Patrem creatorem blaſphemare inſtituit.* Ubi vides, Cyprianum de unico Pontifice Romano loqui, ſub quo uterque Hæreticus Romam venerit, & Marcion hæreſim Cerdonis interpolarit. Quod etiam in cauſa eſſe potuit, cur Marcionis hæreſi diverſa initia aſſignentur. Interim ex his intelligis, poſt Hygini Papæ obitum Interpontificium unius aut alterius menſis fuiſſe, perperamque Baronium mortem Hygini cum anno XVIII. Antonini Pii copulaſſe; ſic enim fieri non poteſt, ut obitus Hygini, & initium hæreſeos Marcionis concurrerint.

didiſſe, & ſic diſperſis quibuſque corporis ſui partibus, in cælo ſpiritum tantum reddidiſſe. Hic carnis reſurrectionem negat: ſolo utitur & Apoſtolo, ſed Marcionis, id eſt, non toto. Animarum ſolarum dicit ſalutem. Habet præterea privatas, ſed extraordinarias lectiones ſuas, quas appellant Phaneroſeis, Philumenes cujuſdam puellæ, quam quaſi prophetiſſam ſequitur: habet præterea ſuos libros, quos inſcripſit Syllogiſmorum, in quibus probare vult, quod omnia quæcumque Moyſes de Deo ſcripſerit, vera non ſint, ſed falſa ſint. Hucuſque de Apelle Tertullianus (*a*), qui ſuperius ejus erroris fuiſſe auctricem puellam quamdam, Philumenen nomine, teſtatur, ſi dicens: *Providerat jam tunc Spiritus Sanctus futurum in virgine quadam Philumene angelum ſeductionis, transfigurantem ſe in angelum lucis: cujus ſignis & præſtigiis Apelles inductus, novam hæreſim induxit.* Teſtatur id ipſum Rhodon (*b*), cum ait: *Apelles unus ex eorum grege, vitæ inſtituto, & provectæ ætatis, ratione valde ſeverus & gravis, unum principium fatetur ille quidem, ſed prophetias noſtras ex ſpiritu contrario & ſibi repugnante editas conſtanter aſſeverat: argutæ & ſubtili ſententiæ virginis, nomine Philumenes, dæmonio quodam agitatæ obſecutus.*

(*a*) Tert. ubi ſupra c.6.

(*b*) Apud Euſeb. l.5. c.13.

XVIII. De Philumene Hæretica Apellis fæmina.

Porro idem qui ſupra Tertullianus (*c*), fuiſſe Philumenem Apelli in deliciis, ſic ſcribens teſtatur: *Si & Apellis ſtemma retractandum eſt, tam non vetus & ipſe, quam Marcion inſtitutor & præformator ejus: ſed lapſus in fœminam, deſertor continentiæ Marcionenſis, ab oculis ſanctiſſimi magiſtri Alexandriam ſeceſſit. Inde poſt annos regreſſus, non melior, niſi tantum quod jam non Marcionites, in alteram feminam impegit, illam virginem Philumenen (quam ſupra edidimus) poſtea vero immane proſtibulum & ipſam, cujus eſſet energemate circumventus, quæ ab ea didicit, Phaneroſeis ſcripſit. Adhuc in ſæculo ſuperſtant, qui meminerint eorum, etiam proprii diſcentes & ſucceſſores ipſorum, ne poſteriores negare poſſint.* Hæc Tertullianus. Immo & Rhodon (*d*) ſe cum Apelle locutum fuiſſe teſtatur, ſic dicens: *Senex Apelles, quoniam nobiſcum congreſſus multa nequiter & improbe dixiſſe convincebatur, coactus eſt fateri, non rationem fidei omnino quærere oportere, ſed quemque in ea fide perſtare debere, quam profeſſus fuiſſet. Eos enim, qui in Chriſtum crucifixum ſpem conjeciſſent, ſalvos fore, dummodo in bonis operibus ſedulo verſari reperirentur.* Hæc Rhodon, plane declarans fuiſſe in confeſſo in Eccleſia Catholica, ad ſalutem conſequendam, una cum recta fide opera eſſe neceſſaria ad ſalutem.

(*c*) Tert. de præſc. c.30.

(*d*) Apud Euſeb. hiſt. l.5. c.13.

XIX. Idemque Rhodon meminit de Philumene a dæmone fæmina agitata, cui Apelles omnem fidem præſtaret. Verum de ea fuſius agens Auguſtinus (*e*), hæc addit: *Hic præterea Philumenen quamdam puellam dicebat inſpiratam divinitus ad prænuntianda futura; ad quam ſomnia atque æſtus ſui animi referens, divinationibus ſeu præſtigiis ejus ſecretim erat ſolitus præmoneri, eodem phantaſmate eidem Philumenæ pueri habitu ſe demonſtrante; qui puer apparens, Chriſtum ſe aliquando, aliquando eſſe aſſereret Paulum: a quo phantaſmate ſciſcitans, ea ſoleret reſpondere, quæ ſe audientibus diceret. Nonnulla quoque illam miracula operari ſolitam: inter quæ illud præcipuum, quod in anguſtiſſimi oris ampullam vitream panem grandem mitteret, eumque extremis digitulis levare ſoleret illæſum, eoque ſolo, quaſi divinitus ſibi cibo dato, fuiſſet contenta.* Hucuſque de eluſionibus Philumenes Auguſtinus.

Philumena arreptitia.

(*e*) Auguſt. de hær. c. 24.

XX. Meminit ejuſdem S. Hieronymus (*f*), dum adverſus Pelagianos agens, qui præſidio nobilium quoque mulierum vallabantur; atque diligenti habita perveſtigatione conſiderans, nullam prope fuiſſe hæreſim, quæ non habuerit fœminam adiutricem (quod experimur hodie in Regina Angliæ, Calviniſtarum patrona) ait: *Simon magus hæreſim condidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio: Nicolaus Antiochenus, omnium immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos; Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet: Apelles Philumenen ſuarum comitem habuit doctrinarum: Montanus, immundi ſpiritus prædicator, multas Eccleſias per Priſcam & Maximillam nobiles & opulentas fœminas, primum auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora tranſcendam. Arius, ut Orbem deciperet, ſororem Principis ante decepit. Donatus per Africam ut infelices quoſque fœtentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foveam, ſucceſſoremque ſui Priſcillianum habuit, Zoroaſtis magi ſtudioſiſſimum, & ex mago Epiſcopum: cui juncta Galla, non gente, ſed nomine, germanam huc illucque currentem alterius & vicinæ hæreſeos reliquit hæredem.* Hæc ex multis S. Hieronymus exempli cauſa pauca collegit, noſque Philumenæ occaſione voluimus recitaſſe. At tam de ipſa, quam de Apelle ſatis. Numerat, præter ſuperius recenſitos, alios quoque Marcionis diſcipulos Theodoretus (*g*) nimirum Blaſtrum, Præponem & Pithonem.

(*f*) Hieron. ad Cteſiphont. adverſ. Pelag.

Nulla hæreſis ſine fæmina adiutrice.

(*g*) Theod. hæret. fab. l.1.

XXI. Tot igitur tantiſque Eccleſia Catholica vexata preſſuris, longeque moleſtius atque periculoſius horum circumventa dogmatibus, quam Gentilium perſequentium exagitata cladibus, plane diruta atque fun-

Vera a falſis quomodo dignoſcantur dogmata.

funditus convulſa fuiſſet, niſi ſuper firmam petram fundata, & in Petro Chriſti promiſſionibus (quod diximus) ſtabilita, omnibus hoſtium & adverſantium poteſtatum ictibus fortior atque ſolidior ſemper inconcuſſa manſiſſet. Nihil umquam adverſus veritatem ſibi mendacium valuit uſurpare, quin protinus ejus fulgore perculſum, ceu tenebræ ortu Solis, ſui mox ſenſerit detrimentum atque defectum. Qui igitur pro veritate tuenda, adverſus tantam impoſtorum colluviem egregiam navarunt operam, etſi compluribus aliis ad eos convincendos uſi ſunt argumentis, nullum tamen eo viſum eſt eſſe præſtantius, quam ad Eccleſiam Catholicam provocare: nimirum ut cum quæ in ea ab Apoſtolorum temporibus tradita eſſent, perſpicue demonſtrarent, hoc uno omnes illorum infringerent impetus, atque conatus eluderent. His (ut diximus) Irenæus (*a*) provocans ad omnium antiquarum Eccleſiarum, ac Romanæ potiſſimum, ab Apoſtolis manantem traditionem, ad omnes hæreſes proſternendas uſus eſt armis. Hoc ſicut nihil validius, ita nec fuit antiquius apud omnes: cum vetus illa ubique in Eccleſia conſuetudo uſuſque ſemper viguerit, ut ad dignoſcendas hæreſes a fide ſincera, ſicque admixta metalla diſcriminarentur ab auro, ad lapidem Lydium, ad Catholicam ipſam Eccleſiam utriſque perlatis, quid adulterinum, quid purum eſſet, facile appareret.

(*a*) *Iren. lib.3. cap. 3.*

Vera a falſis quomodo dignoſcantur dogmata.

XXII.

(*b*) *Tertull. de præſ. cap. 6.*

In quam ſententiam hæc in primis Tertullianus (*b*): *Apoſtolos Domini habemus auctores, qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, ſed acceptam a Chriſto doctrinam fideliter Nationibus aſſignaverunt.* Et poſt multa (*c*) repetens a principio, quo vim certæ argumentationis inculcet, ait: *Primo per Judæam conteſtata fide in Jeſum Chriſtum & Eccleſiis inſtitutis; dehinc in Orbem profecti, eamdem doctrinam ejuſdem fidei Nationibus promulgaverunt, & proinde Eccleſias apud unamquamque civitatem condiderunt: a quibus traducem fidei & ſemina doctrinæ ceteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur, ut Eccleſiæ fiant. Ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, ut ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum. Omne genus ad originem ſuam cenſeatur, neceſſe eſt. Itaque tot & tantæ Eccleſiæ, una eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes: ſic omnes primæ, & omnes Apoſtolicæ, dum unam omnes probant unitatem. Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quam ejuſdem ſacramenti una traditio.* Ac paulo poſt: *Si hæc ita ſunt, conſtat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis matricibus, & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam; id ſine dubio tenentem, quod Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli a Chriſto, Chriſtus a Deo ſuſcepit: reliquam vero doctrinam de mendacio præjudicandam, quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiæ, & Apoſtolorum, & Chriſti, & Dei.*

(*c*) *Tertull. eod. l. c.20. 21.*

Provocatio ad Eccleſias Apoſtolicas.

XXIII.

(*d*) *Tertull. eod. lib. cap.33.*

Dogmatum veritas quomodo exquirenda.

Rurſum in eoſdem, poſt multa eodem argumento fortius inculcata, hæc ait (*d*) de iis qui ſe æque Apoſtolicam prædicare doctrinam doloſe jactarent: *Ceterum ſi quæ audent interſerere ſe ætati Apoſtolicæ, ut ideo videantur ab Apoſtolis traditæ, quia ſub Apoſtolis fuerunt; poſſumus dicere: Edant ergo origines Eccleſiarum ſuarum: evolvant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſionem ab initio decurrentem, ut primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeveraverint, habuerit auctorem, & anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrnæorum Eccleſia habens Polycarpum, ab Joanne collocatum refert: ſicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit: proinde utique & cæteræ exhibeant, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos, Apoſtolici ſeminis traduces habent. Confingant tale quid hæretici.* Hæc ipſe, & alia plura id genus: ac demum in eoſdem (*e*): *Age jam, qui voles curioſitatem melius exercere in negotio ſalutis tuæ, percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentur: apud quas ipſæ authenticæ litteræ eorum recitantur, ſonantes vocem, & repræſentantes faciem uniuſcujuſque. Proinde eſt tibi Achaja, habes Corinthum. Si non longe es a Macedonia, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes. Si potes in Aſiam tendere, habes Epheſum. Si autem Italiæ adiaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præſto eſt. Statu felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt,* &c. *Sic igitur* (idem (*f*) alibi inquit) *ſoleo in præſcriptione adverſus hæreſes omnes de teſtimonio temporum compendium figere, priorem vindicans regulam noſtram omni hæretica poſteritate.* Hæc ipſe.

(*e*) *Tertull. de præſ. cap. 36.*

(*f*) *Tertull. lib.5. contra Marcion. cap.19.*

XXIV.

(*g*) *Iren. lib.3. cap. 3.*

De Traditionibus veritas elucet.

Conſueverunt & ceteri eadem ratione (ut dictum eſt) diſquirere fidei veritatem: nam & Irenæus (*g*): *Traditionem* (inquit) *Apoſtolorum toto mundo manifeſtam in Eccleſia adeſt perſpicere omnibus qui vera velint audire: & habemus numerare eos qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis: & ſucceſſores eorum uſque ad nos; qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his deliratur.* Hæc & alia plura eodem argumento, quæ ſuperius recitavimus, idem inculcat. Eamdem quoque firmam certamque rectæ fidei explorandæ regulam, quicumque fuerunt in Eccleſia Catholici, nove-

verunt atque ſecuti ſunt, de qua & Auguſtinus (*a*) adverſus Manichæos agens hæc ait: *In Catholica enim Eccleſia, ut omittam ſinceriſſimam ſapientiam, ad cujus cognitionem pauci ſpirituales in hac vita perveniunt, ut eam ex minima quidem parte, quia homines ſunt, ſed tamen ſine dubitatione cognoſcant: ceteram quippe turbam non intelligendi vivacitas, ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam facit. Ut ergo hanc omittam ſapientiam, quam in Eccleſia eſſe Catholica non creditis; multa ſunt alia, quæ in ejus gremio me juſtiſſime teneant. Tenet conſenſio populorum atque gentium. Tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata. Tenet ipſa in ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oves ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendavit, uſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotum. Tenet poſtremo ipſum Catholicæ nomen; quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, ut, cum omnes hæretici ſe Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino ubi ad Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum vel baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere. Iſta ergo tot & tanta Chriſtiani nominis cariſſima vincula recte hominem tenent credentem in Catholica Eccleſia; etiam ſi propter noſtræ intelligentiæ tarditatem, vel vitæ meritum, veritas nondum ſe apertiſſime oſtendat. Apud vos autem nihil horum eſt, quod me invitet & teneat; ſola perſonat veritatis pollicitatio.* Hucuſque Auguſtinus: atque hactenus de antidoto adverſus omnium hæreticorum venena, una omnium Patrum ſententia præparato, & ex Catholico nomine comparato.

(*a*) *Aug. contr. epiſt. Manich. c. 1.*

XXV. Catholicorum nomen cur inventum.

Hoc ad dignoſcendos religioſos ab impiis, Orthodoxos ab hæreticis, eſſe in Eccleſia introductum, & ut teſſeram quamdam ac ſymbolum poſitum, Pacianus (*b*) declarat his verbis: *Sub Apoſtolis, inquies, nemo Catholicus vocabatur. Eſto, ſic fuerit. Vel illud indulge: cum poſt Apoſtolos hæreſes extitiſſent, diverſiſque nominibus columbam Dei atque reginam lacerare per partes & ſcindere niterentur; nonne cognomen ſuum Eccleſia poſtulabat, quæ incorrupti populi diſtingueret unitatem, ne intemeratam Dei virginem error aliquorum per membra laceraret? nonne appellatione propria decuit caput principale ſignari? Ego forte ingreſſus populoſam urbem hodie, cum Marcionitas, cum Apollinariacos, Cataphrygas, Novatianos, & ceteros ejuſmodi comperiſſem, qui ſe Chriſtianos vocarent; quo cognomine congregationem meæ plebis agnoſcerem, niſi Catholica diceretur?* Et paulo poſt: *Catholicum iſtud nec Marcionem, nec Apellem, nec Montanum ſonat, nec hæreticos ſumit auctores,* ſed Apoſtolos, & qui ab eis ſunt ſucceſſores.

(*b*) *Pacian. ad Sympr. de Cathol. nom.*

XXVI. Gentilium obtrectatio in Chriſtianam religionem.

Quod vero his potiſſimum Hadriani & Antonini temporibus, tot, quas recenſuimus, hæreſes obortæ fuerint, earumdemque profeſſores Chriſtianorum nomine cenſerentur: data eſt anſa quærentibus Ethnicis in religionem Chriſtianam invehendi ac declamandi, quod nulla ex parte ſibi conſtaret, cujus cultores inter ſe adeo diſſentirent, & pugnaciter altercarentur. Hinc ille Chriſtianorum implacabilis hoſtis Celſus Epicureus, qui iiſdem vivebat temporibus, hæc in Chriſtianos oblatrans ajebat (*c*): *Poſtquam late ſparſi ſunt*, Chriſtiani videlicet, *iterum atque iterum ſciſſos eſſe, ſingulis ſuas factiones ſibi parantibus, & in multitudine diſſona aliis alios arguentibus: nec jam quicquam præter nomen eis commune ſupereſſe, ſi tamen vel hoc præ pudore commune relinquitur; reliqua vero aliorum alia inſtituta eſſe.* Hæc Celſus, quem Origenes redarguens (*d*) ait:

(*c*) *Apud Orig. con. Celſ. lib. 3.*

(*d*) *Orig. ibidem.*

XXVII. Hæreſes apud omnes facultates.

Etiam ad hoc reſpondebimus, nullam umquam extitiſſe rem magnæ exiſtimationis, & communi vitæ utilem, quæ non in varias ſectas diſciſſa ſit. Medicinæ namque, quod ea ſit utilis ac neceſſaria humano generi, multaſque quæſtiones habeat de modo curandi corpora, apud Græcos ex profeſſo plures ſectæ inveniuntur, & (ſicut opinor) etiam apud barbaros qui medicinam profitentur. Rurſum philoſophia veritatis cognitionem, recteque vivendi rationem pollicetur, conaturque nos res utiliſſimas docere in multas quæſtiones diductas: ideo ſectas habet plurimas, quaſdam magis, quaſdam minus inſignes. Necnon Judaiſmus ſectarum materiam præbuit, aliis aliter Moyſis atque Prophetarum ſermones accipientibus. Eodem modo quia Chriſtiana religio magnum quiddam ac venerabile viſa eſt hominibus, non tantum ſervili ingenio præditis, ſicut Celſo videtur, verum etiam multis Græcorum eruditis: neceſſario exortæ ſunt ſectæ, non contentionis, ſed inquirendæ Chriſtianæ veritatis ſtudio, dum omnes admirantur ac venerantur divinas Scripturas; ſed varii harum intellectus auctores ſuos habent, ut quiſque aliqua probabili ratione ad interpretandum motus eſt. At neque medicinam ſanæ mentis homo fugiat propter ſectarum differentias: & parum honeſte faciat ſi quis ſimili de cauſa abhorreat a philoſophia: ſicut neque propter Judaicas ſectas damnanda ſunt Moyſis atque Prophetarum ſacra volumina.*

XXVIII. Excuſatio de hæreſibus quæ ſunt inter Chriſtianos.

Quod ſi hæc non abſurde a nobis dicta ſunt, an non pari modo etiam Chriſtianorum ſectas excuſare licet? de quibus mihi miranda videtur Pauli ſententia dicentis (*e*): *Oportet hæreſes eſſe; ut qui probati ſunt, manifeſti fiant inter vos. Nam quemadmodum medicus is demum probatus eſt, qui variis medicorum ſectis examina-*

(*e*) *1. Cor. 11.*

natis, probe ſeſe in earum pleriſque exercuit; & is in philoſophia profeciſſe intelligitur, qui variarum opinionum diſceptationibus exercitatus, potiores ex eis rationes ſequitur: ſic auſim affirmare, illum eſſe inter Chriſtianos ſapientiſſimum, qui Judæorum atque Chriſtianorum ſectas introſpexit diligentiſſime. Qui vero noſtram doctrinam propter ſectas ejus vituperat, damnabit etiam Socraticam, quod ex ejus philoſophiæ diſputationibus ortæ ſint diverſæ ſcholæ aliquot: damnabit & Platonis decreta propter diſſentientem ab iis Ariſtotelem, & novis indulgentem opinionibus: qua de re jam a nobis ante dictum eſt. Celſus autem videtur mihi noviſſe quaſdam hæreſes, quibus ne nomen quidem Jeſu nobiſcum eſt commune: fortaſſis enim audivit de Ophianis qui vocantur, & Cainanis, & ſi quæ alia ſimilis eſt ſententia, modis omnibus a doctrina Jeſu diſcrepans: verum iſta nihil ad inculpatiſſimæ religionis Chriſtianæ vituperationem attinent. Hactenus Origenes.

XXIX. (*a*) *Iſidor. lib. 2. ep. 50.* Cæterum & hujus quæſtionis ſcopum viſus eſt attigiſſe Iſidorus (*a*) Peluſiota, dum Apollonio Epiſcopo hæc roganti ſcribit his verbis:

Cur plures hæreſes. *Et apud Gentiles, quamvis etiam eos in poteſtate ac ditione ſua habens, ac pro libito ſuo agens ac ferens, & apud Judæos, tametſi etiam eos velut rabido quodam furore percitos ad idolorum cultum atque homicidia impuliſſet, multas hæreſes diabolus procreavit: Quod ſi apud Chriſtianos quoque multo plures peperit, nemini mirum iſtud videatur. Nam cum ante carnalem Chriſti adventum ac præſentiam omnes vitii temulentia laborare, nec ullum (ut ita dicam) pure atque integre ſobrium eſſe conſpiceret: idcirco pauca contentionis ſemina injiciebat. Poſteaquam autem ſalutare Verbum cælitus venit, nobis quidem cæleſtis vitæ generis documenta ferens; diabolo autem per eas minas, quas in peccatores intendebat, pœnam quæ ipſum manebat, prænuntians: dicebat enim, Ite in ignem, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus: Tum vero communis ille omnium hoſtis, tum quod genus noſtrum ſenſim ac paulatim vitium excutere, ac virtutem admittere, atque impietatem ablegare, ac pietatem amplecti perſpiceret, tum quod condemnationis ſuæ decretum audiſſet, acrius adverſus nos flavit, atque hæreſes in lucem protulit. Nam cum pietati jam obluctari nequeat; in id omni animi contentione incumbit, ut per ipſius nomen pleroſque ad impietatem ducat: atque pietatis ſpecie atque obtentu veritatem evertere conatur; eoſque qui optimæ vitæ laude perſæpe excelluerunt, per corrupta dogmata obterit. Etenim unicum hoc illi opus, unicumque ſtudium eſt, ut omnes ad unum ſive per vim ſive per adulterina dogmata, in exitii pelagus ſecum præcipites agat. Hæc igitur hæreſum principes cogitantes, adverſus veritatem ſemina jacere deſinant: illud ſecum reputantes, quod ipſi præ ceteris in ſummo periculo verſantur.* Quid faciendum ſingulis. *Deſinant etiam illorum auditores anticipatæ dumtaxat opinioni ſervire, atque adverſus veritatem impetum facere; ne alioqui magnum omnique ſermone præſtantius Salvatoris facinus, quantum quidem in ipſis eſt, inane atque infrugiferum reddant. Deſinant item ii, qui rectis quidem dogmatibus gloriantur, verum per vitæ ſegnitiem ea facere convincuntur, quæ eos nothos ac ſpurios pietatis diſcipulos eſſe coarguunt; atque ad rectam fidem optimam vitæ rationem adjungant. Sic enim futurum eſt, ut omnes Dominicam vocem laudem noſtram prædicantem audiamus.* Hæc ad Apollonium Iſidorus.

XXX. Porro non ſine magno emolumento permittit Deus Catholicam fidem ab hæreſibus ſæpe ſæpius agitari. *Nam* (inquit Auguſtinus *b*) *ſi doctrina Eccleſiaſtica ſimplex eſſet, & nullis extrinſecus hæreticorum dogmatum cingeretur, non poterat tam clara & tam examinata videri fides noſtra.* (*b*) *Auguſt. de Temp. ſer.* 98. *Sed idcirco doctrinam Catholicam contradicentium obſidet impugnatio, ut fides noſtra non otio torpeſcat, ſed multis exercitationibus elimetur.* Quæ utilitas ex hæreſib. *Propter hoc denique & Apoſtolus* (*c*) *dicebat. Oportet autem hæreſes eſſe, ut probati quique manifeſti fiant inter vos.* (*c*) 1. *Cor.* 11. *Hoc eſt dicere: Oportet hæreticorum thuribulis altare circumdari, ut certa & manifeſta omnibus fiat Fidelium atque infidelium differentia. Cum enim fides Catholica velut aurum cœperit fulgere, & prædicatio ejus ut argentum igne probatum intuentibus reſplenduerit; tunc majori cum turpitudine & dedecore hæreticorum voces obſcuri æramenti vilitate ſordebunt.* Idem alibi (*d*) in eadem verba Apoſtoli (*e*): *Oportet hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant in vobis.* (*d*) *Aug. de Civit. Dei l.* 16. *cap.* 2. (*d*) 1. *Cor.* 11. Addit: *Unde etiam ſcriptum eſt: Filius eruditus ſapiens erit, imprudente autem miniſtro utetur. Multa quippe ad fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine agitantur, ut adverſus eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentius, & intelliguntur clarius, & inſtantius prædicantur: & ab adverſario mota quæſtio, diſcendi extitit occaſio.* Hæc quam vera ſint, nos certe in Eccleſiaſticæ hiſtoriæ controverſiis experti ſumus. Quid in his amplius Lactantius (*f*) egregie philoſophetur, audiamus: (*f*) *Lactant. lib.* 4. *cap. ul.*

XXXI. Ubi veritas dogmatum. *Sed quoniam* (inquit) *multæ hæreſes extiterunt, & inſtinctibus dæmonum populus Dei ſciſſus eſt, determinanda nobis breviter veritas, ac in ſuo proprio domicilio collocanda: ut, ſi quis aquam vitæ cupit haurire, non ad detritos lacus deferatur, qui non habent venam; ſed uber-*

uberrimum Dei fontem noverit, quo irrigatus perenni luce potiatur. Ante omnia ſcire nos convenit, & ipſum, & legatos ejus prædixiſſe, quod plurimæ ſectæ & hæreſes haberent exiſtere, quæ concordiam ſancti corporis rumperent: ac noviſſime ſumma prudentia caveremus, ne quando in laqueos & fraudes illius adverſarii noſtri, cum quo luctari Deus nos voluit, incideremus: tum dediſſe certa mandata quæ in perpetuum cuſtodire deberemus: quorum plerique imitatores, deſerto itinere cæleſti, vias ſibi devias per anfractus & præcipitia condiderunt, per quam partem plebem incautam & ſimplicem ad tenebras mortemque deducerent. Quod quatenus acciderit, exponam.

XXXII. Unde hæreſes. *Fuerunt quidam noſtrorum vel minus ſtabilita fide, vel minus docti, vel minus cauti, qui diſſidium facerent unitatis, & Eccleſiam diſſiparent. Sed ii, quorum fides lubrica fuit, cum Deum noſſe ſe & colere ſimularent, augendis opibus & honori ſtudentes, affectabant maximum ſacerdotium: & a potioribus victi, cadere ſe cum ſuffragatoribus ſuis maluerunt, quam eos facere (a) præpoſitos, quibus concupierant ipſi ante præponi.* (*) al. ferre *Quidam vero non ſatis cæleſtibus litteris eruditi, cum veritatis accuſatoribus reſpondere non poſſent, obiicientibus, vel impoſſibile, vel incongruens eſſe, ut Deus in uterum feminæ incluſeret, nec celeſtem illam majeſtatem ad tantam infirmitatem potuiſſe deduci, ut hominibus contemptui, deriſui, contumeliæ, & ludibrio eſſet, poſtremo etiam cruciamenta perferret, atque execrabili patibulo figeretur: quæ omnia cum neque ingenio, nec doctrina defendere, ac refutare poſſent (nec enim vim rationemque penitus pervidebant) depravati ſunt ab itinere recto, & cæleſtes litteras corruperunt, ut novam ſibi doctrinam ſine ulla radice ac ſtabilitate componerent. Nonnulli autem falſorum Prophetarum vaticinio illecti, de quibus & veri Prophetæ & ipſe prædixerat, exciderunt a doctrina Dei, & traditionem veram reliquerunt. Sed illi omnes dæmoniacis fraudibus irretiti, quas proſpicere & cavere debuerant, divinum nomen & cultum per imprudentiam perdiderunt. Cum enim Phryges, aut Novatiani, aut Valentiniani, aut Marcionitæ, aut Antrophiani, aut Ariani, ſeu quilibet alii nominantur, Chriſtiani eſſe deſierunt ii, qui Chriſti nomine amiſſo, humana & externa vocabula induerunt.*

Sola igitur Catholica Eccleſia eſt, quæ verum cultum retinet. XXXIII. *Hic eſt fons veritatis, hoc eſt domicilium fidei, hoc templum Dei; quo ſi quis non intraverit, vel a quo ſi quis exiverit, a ſpe vitæ ac ſalutis æternæ alienus eſt. Neminem ſibi oportet pertinaci concertatione blandiri.* Ubi vera eccleſia catholica. *Agitur enim de vita & ſalute: cui niſi caute & diligenter conſulatur, amiſſa & extincta erit. Sed tamen quia ſinguli quique cœtus hæreticorum ſe potiſſimum Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam putant, ſciendum eſt, illam eſſe veram, in qua eſt religio, confeſſio, & pœnitentia, quæ peccata & vulnera, quibus eſt ſubjecta imbecillitas carnis, ſalubriter curat. Hæc interim paucis admonendi gratia retuli, ne quis errorem fugere cupiens, majori implicetur errore, dum penetrale veritatis ignorat. Poſtea plenius & verius contra omnium mendaciorum ſectas proprio ſeparatoque opere pugnabimus. Sequitur, ut quoniam ſatis de religione vera & ſapientia locuti ſumus, in proximo libro de juſtitia diſſeramus.* Ac de his hactenus.

(a) Panvin. in Faſtis.

ANno Chriſti centeſimo quadrageſimo-ſeptimo, Antoninus (*a*) Pius Auguſtus quartum iniit Conſulatum, collegamque ſibi aſcivit M. Aurelium Cæſarem ſecundo Conſulem; a Caſſiodoro autem ponuntur Orfitus & Priſcus. Se-

SÆC. II. Anno Urbis 898. Olymp. 231. an. 1. A.C. 145.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5638.

☉ 14. D. ☽ 13. P. 29. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 145. *ſecundum Baronium* 147.

PII PAPÆ 5.

ANTONINI PII IMP. 8.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Antoninus Pius Aug. IV.* & *Marcus Aurelius Cæſar II.* Conſulatus Marci juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam, ob nempe ejus Quinquennalia anno uno dilata. Antonini Conſulatus juxta tertiam, ut nempe filii Collega eſſet.

II. *Quinquennalia Imperii Cæſarei, Marci Aurelii.* Quæ Quinquennalia hoc anno exhibita fuiſſe ex Capitolino in Lucio Vero cap. 3. & ex præfato Conſulatu ſimul collatis colligo. Ait Capitolinus: *Qua die togam virilem Verus accepit, Antoninus Pius ea occaſione, qua patris templum dedicabat, populo liberalis fuit, Mediuſque inter Pium & Marcum idem reſedit, cum Quæſtor populo munus daret.* Dedicationes templorum a domo Auguſta ædificatorum, conceſſio virilis togæ filiis Auguſtorum, aliaque id genus in annos Quinquennalibus & id genus feſtis addictos de more reſervata. Toga virilis anno decimo quinto ætatis ſumi ſolita; ut multis exemplis liquet. Quare cum Lucius Verus anno Chriſti CXXX. menſe Decembri natus fuerit, ut docet Capitolinus in ejus Vita, currenti anno agebat annum ætatis XV. menſe Decembri præcedentis Chriſti anni inchoatum. Neque dici poteſt, togam anno ſuperiori Lucio Vero datam, & ætatis gratiam, ut ſæpe contingebat, factam fuiſſe. Idem enim Capitolinus cap. 3. de eo ait: *Diu autem & privatus fuit, & ea honorificentia caruit, qua Marcus ornabatur. Namque in Senatu ante Quæſturam non ſedit: neque in itinere cum patre, ſed cum Præfecto Prætorii vectus eſt: nec aliud ei honorificentiæ ad nomen adjunctum eſt, quam quod Auguſti filius eſt appellatus.* Unde

[1] COſſ. *Imp. Antoninus Aug. Pius IV. & M. Aurelius Cæſar II.* Nummi apud Occonem Mediobarbi in *Antonino* cum TR. POT. COS. IIII. & in M. *Aurelio Cæſare.* COS. II. Item nummus *M. Aurelii in* Muſeo Theupolo pag. 518. ubi AURELIUS CAESAR. AUG. PII. F. & in averſa: TR. POT. COS. II. Alius ibidem cum eadem epigraphe, & TR. POT. II. COS. II. aliique nummi, repetitis annis Trib. pot. ſed COS. II. Figlina apud Fabrettum pag. 513. num. 183. ANT. IIII. ET. VER. II. COS. Vetus lapis inter Donianas inſcriptiones Cl. IV. num. 43. pag. 146.

M. AURELIO. CAESARI. COS. II. IMP. CAESARIS
T. AELI. HADRIANI. ANTONINI. AUG. PII. PONTIF.
MAXIMI. TRIBUNIC. POTEST. VIIII. IMP. II. COS. IIII.
P. P. FILIO. DECURIALES. PULLARI. ET. H. V.

Alius item lapis ibidem Cl. III. num. 23. pag. 119.

.....URELIO CAESARI
COS II.
IMP. CAESARIS FILII
HADRIANI. ANTONINI
AUG. PII. PONTIFIC. MAXI
MI. TRIBUNIC. POTEST
IMP. II. COS. III
P. P. FILIO
DECUR.
CASTRI MOINENSIUM

Legendum COS. IIII. non enim fieri poteſt, ut *M. Aurelius, conſul ſecundum* fuerit, & *Antoninus Pius, Conſul tertium.* Erratum eſt ab iis, qui hunc lapidem exſcripſerunt, a quo numeralem notam unam detraxerunt, uti aperte liquet. Hanc autem inſcriptionem prius ediderat ipſe Donius in opere de Salubritate agri Romani reſtituenda, quod monet Gorius. Sponius in Miſcellan. pag. 178.

IMP. CAES. x.
T. AELIO. HADRIANO. AN
TONINO. AUG. PONT. MAX.
TRIB. POT. VIIII. COS. IIII.
P.P. SCAPHARI QUI
ROMULAE NEGOTIAN
TUR. D.S.P. D. D.

Lapis apud Fabrettum pag. 610. num. 85. *Antonino* dedicatus, ubi COS. IIII. Faſti Idatiani: *Antonino IV. & Aurelio II.* Vindebonenſes: *Antonino IV. & Aureliano Cæſare II.* Proſperi Chronicon: *Antonino III. & Aurelio.*

JESU CHRISTI ANNUS 148.	TELESPHORI PAP. ANNUS 7.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 9.

I. SEquenti vero anno centeſimo quadrageſimooctavo, Erucius Clarus & Claudius Severus Conſules creati ſunt. Habentur iidem Conſules in antiqua Græca inſcriptione poſiti, quæ eſt hujuſmodi (a):

(a) Extat Romæ apud eccleſiam S. Mariæ in Via lata, ſed litteris obſcuris & ineptis. Habet eamdem inſcriptionem Lipſius folio 41. inſcript. 2.

ΙΕΡΑ ΤΑΞΙΣ ΤΩΝ ΠΑΙΑΝΙΣΤΩΝ
ΤΩΝ ΕΝ ΡΩΜΗ ΔΙΟΣ ΗΛΙΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΥ ΣΕΡΑΠΙΔΟΣ ΚΑΙ ΘΕΩΝ
ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ ΕΜΒΗΝ
ΠΡΟΦΗΤΗΝ. ΠΑΤΕΡΑ ΤΗΣ ΠΡΟ-
ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΗΣ ΤΑΞΕΩΣ ΠΡΟΤΟ-
ΜΗΜΑΡΜΑΡΙΝΗ. Η. ΑΝΑΤΕΘΕΙΣΑ
ΕΝ ΤΩ ΟΙΚΩ ΤΩΝ ΠΑΙΑ-
ΝΙΣΤΩΝ ΤΗ ΠΡ Α. ΝΩΝΩΝ
ΜΑΙΩΝ. Η. ΕΣΤΙΝ ΚΑΤΑ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΣ. ΠΑΧΩΝΙΑ
ΕΠΙ ΚΟΥΡΑΤΟΡΟΣ ΜΕΤΕΙΛΙΟΥ
ΑΜΠΛΙΑΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ
ΣΕΞΤΩ ΕΡΟΥΚΙΩ ΚΛΑΡΩ
Β. ΓΝΕΩ ΚΛΑΥΔΙΩ
ΣΕΒΗΡΩ ΚΩΣ

Latine ita ad verbum:

Sacer ordo Pæaniſtarum
Romæ dei Solis
Magni Serapidis & deorum
Auguſtorum honorarunt Emben
Prophetam, patrem præ-

de toga Lucio Vero non maturata; ac præterea liquet, Lucium Verum non anno CXXXI. ut quibuſdam recentibus creditum, ſed anno CXXX. in lucem prodiiſſe. Obiter autem obſervandum Lucium Verum anno CLIII. Quæſturam geſſiſſe, proxime nempe ante Conſulatum ſuum, ideoque loco Capitolini laudato, hæc verba *mediuſque inter Pium & Marcum*, &c. explicare geſta anno CLII. Erizzus pag. 283. exhibet Nummum Antonini, in cujus poſtica parte viſitur pulcherrimum templum octo columnarum cum duabus figuris in medio: circum, TEMPLUM DIV. AUG. REST. S. C. infra, COS. IIII. Exiſtimavi alias, hoc templum aliud non eſſe, quam quod hoc anno ab Antonino dedicatum, & duas illas figuras Marcum & Lucium repræſentare; cum Capitolinus in Antonino Pio cap. 8. ubi hujus Imperatoris opera publica recenſet, alicujus templi in honorem Auguſti vel ædificati vel reſtituti mentionem non faciat. Hanc tamen conjecturam peritorum judicio permitto: veroſimile enim Antoninum Pium aliquod Auguſti templum reſtituiſſe, licet Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ hujus reſtitutionis mentionem non faciant.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5639. — SÆC. II. Anno Urbis 899. Olymp. 231. an. 2. A. C. 146.

☉ 15. C. ☽ 14. P. 18. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 146. *ſecundum Baronium* 148.

PII PAPÆ 6.

ANTONINI PII IMP. 9.

(1) AD num. I. Coſſ. *Sex. Erucius Clarus II. & Cn. Claudius Severus*, ex Inſcriptione a Baronio relata, quæ dicitur poſita *pridie Nonarum Maii, quæ eſt ſecundum Alexandrinos Pachonia*. Sed legendum *Pachon die undecima*, quæ cum die ſexta Maii concurrit & in Græco loco ΠΑΚΩΝΙΑ, legendum ΠΑΧΩΝ. ΙΑ. ut me per literas Cardinalis Noriſius monuit. *I. Conſules.*

[1] COſſ. *Sex. Erucius Clarus II. & Cneus Claudius Severus*. Græca inſcriptio apud Gruterum pag. CCXIV. 2. Latine ita vertitur.

SEXTO ERUCIO. CLARO. II.
CNEO. CLAUDIO. SEVERO. COS.

Item pag. CLXXXIII. 1. 2.

L. JUN. CLARO. ET. AUR. SEVERO. COS.

Vides hic & nomina ac prænomina immutari. Ibidem: CLARO. ET SEVERO. COS.
Figlina apud Fabrettum pag. 504. num. 113. CLA. ET. SEV COS.
Vetus lapis effoſſus A. D. 1661. extra portam Capenam, apud V. C. Juſtum Fontaninum de antiquitatibus Hortæ lib. II. cap. I. pag. 202. ex ſchedis Chiſianis.

DEDICATUS. XI. K. NOVEMBR
ſic
SEX. ERUCCIO. CLARO. II. ET
CN. CL. SEVERO. COSS.

Editus eſt etiam apud Fabrettum pag. 694. num. 146. Fragmentum inter antiquas inſcriptiones Etruriæ pag. 418. num. 267. SEX. ERUCIO. C.... Gellius lib. XIII. cap. XVII. *Erucius Clarus, qui præfectus Urbi, & bis conſul fuit, vir litterarum veterum ſtudioſiſſimus*. Spartianus in Severo cap. I. *Ipſe* (Severus) *natus eſt, Erucio Claro bis, & Severo Coſſ. VI. Idus Apriles*.
Conſul *ſuffectus Clarus* fuiſſe fertur A. D. 116. Faſti Idatii, & Vindebonenſes: *Claro & Severo*; ſine nota gemini conſulatus in *Claro*. Ab his conſulibus ſuos Faſtos conſulares incipit Petrus Relandus.

ſcripti ordinis ſtemmate
marmoreo, quod poſitum eſt
in domo Pæa-
niſtarum, pridie Nonarum
Maji, quæ eſt ſecundum
Alexandrinos Pachonia,
Sub Curatore Meteilio,
Ampliato presbytero
Sexto Erucio Claro
II. Gneo Claudio
Severo COS.

II. Gentilitia ſuperſtitio in deterius prolapſa.

Hæc tum ad recte conſignanda tempora, tum etiam ad ſtatum Romanorum Gentilium inſinuandum poſuimus. Conſtat quidem Romanos, qui poſt prædicationem Evangelii adhuc in avitæ ſuperſtitionis tenebris obſtinato animo remanſerunt, longe deteriores ſuis majoribus eſſe factos: cum nimirum ſpreta Chriſtianæ religionis veritate, deorum omnium externorum, quos patres ipſorum fuerant averſati, cultum in Urbem cupide adſcivere: & inter alia numina, Serapidem, cujus in hac inſcriptione mentio habetur, alioſque Ægyptiorum deos, eorumque ſacra ſummo ſtudio excoluere. Nutabant olim illata in Urbem ſacra Ægyptiorm, Senatu & Imperatoribus eiſdem adverſantibus: nam auctor eſt Dio (*a*), anno ſeptingenteſimo ab Urbe condita, ex Senatuſconſulto factum eſſe decretum, ut fana Serapidis atque Iſidis, quæ privatim nonnulli ſibi conſtruxerant, demolirentur: quod (ut ait) eos non magnopere inter numina numerabant. Poſtea autem, ubi ea in Senatu ſententia obtinuit, ut publice colerentur; extra Pomœrium eos deos collocaverunt. Rurſum vero anno ab Urbe ſeptingenteſimo ſeptimo (ut idem affirmat *b*) juſſerunt Aruſpices omnia templa Iſidis atque Serapidis demoliri; ſed poſt quinquennium Lepido & Planco Coſſ. Serapidi Iſidique templum decretum eſt (*c*). Anno autem ab Urbe ſeptingenteſimo ſexto, Auguſti conſulatu ſexto, idem Dio (*d*) affirmat vetuiſſe Imperatorem, ne intra Pomœrium diis Ægyptiis ſacra fierent: quæ cum ſe in urbem iterum inſinuarent, Agrippa tunc curans Urbem anno ab Urbe ſeptingenteſimo trigeſimotertio, repreſſit edicto; ſtatuens ne quis ea in ſuburbano intra quingentos paſſus ageret (*e*). Sed & poſtea Silano & Norbano Coſſ. anno ab Urbe ſeptingenteſimo ſeptuageſimoſecundo, Tiberius anno ſui Imperii vigeſimo proſcripſit Ægyptiorum ſacra: immo actis in crucem Ægyptiis ſacerdotibus, Iſidis templum demoliri juſſit, ejuſque ſtatuam in Tiberim mergi. Teſtantur hæc Tacitus (*f*), Suetonius (*g*) atque Joſephus (*h*).

III. At quid poſtea? Spreta ab iiſdem (ut dictum eſt) veritate, ſacrum illud de eis eſt impletum oraculum (*i*): *Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Non tantum enim ex Senatuſconſulto recepta ſunt intra Urbem Ægyptiorum deorum ſacra; iiſdemque templa erecta, ſed ipſi Imperatores (quod de Commodo ſcribitur) & Conſulares homines ſacris Iſidis turpiter initiabantur; ut non mirum ſit, Emben Prophetam (quod habet inſcriptio ſuperius recitata) inſigni munere, nempe marmoreo ſimulacro honoratum fuiſſe: dicebantur autem apud veteres Gentiles (ut habet Feſtus) illi Prophetæ, qui eſſent fanorum antiſtites, oraculorumque interpretes. At de his pluribus inferius ad tempora Commodiana dicturi ſumus. Sic igitur de Romanis Gentilibus in deterius lapſis illud jure tunc occini potuit, quod de Judæis olim a via aberrantibus dictum eſt (*k*): *Novi recenteſque venerunt, quos non coluerunt patres eorum:* vel, ſi coluerunt, facti ſæpe pœnitentes eoſdem ſæpius abjecerunt. Sed has aliaſque omnes ſordes abluit Martyrum ſanguis.

Recepti dii Ægyptiorum in Urbem.

(*a*) Dio hiſtor. Rom. lib. 40.
(*b*) Dio hiſt. Rom. lib. 42.
(*c*) Dio hiſt. Rom. lib. 47.
(*d*) Dio Hiſt. Rom. lib. 53.
(*e*) Dio Hiſt. Rom. lib. 54.
(*f*) Tacit. Annal. lib. 2.
(*g*) Sueton. in Tiber. c. 36.
(*h*) Joſeph. antiq. lib. 18. c. 4.
(*i*) Apoc. 22.
(*k*) Deut. 32.

Cen-

JESU CHRISTI ANNUS 149.	TELESPHORI PAP. ANNUS 8.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 10.

CEnteſimo quadrageſimonono Chriſti anno, a Caſſiodoro Gordianus ac Maximus Conſules ponuntur, ab aliis ex Græcis Faſtis duo Valerii, Largus & Meſſalinus, cum ageret Antoninus in Imperio annum decimum.

Anno

SÆC. II. Anno Urbis 900. Olymp. 231. an.3. A.C. 147.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5640.

☉ 16. B. ☽ 15. P.3. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 147. *ſecundum Baronium* 149.

PII PAPÆ 7.

ANTONINI PII IMP. 10.

I. *Conſules.* II. *Proconſularis Imperii Antonini Decennalia.*

[1] AD num.I. Coſſ. *Largus & Meſſalinus.* Proconſularis Imperii Decennalia Antoninus Pius exhibuit, quorum indicium, Imperium Proconſulare Marco Aurelio Cæſari attributum. Capitolinus in Marco cap.6. ait: *Fauſtinam duxit uxorem*, (nempe Marcus) *& ſuſcepta filia, Tribunitia Poteſtate donatus eſt, atque Imperio Proconſulari extra Urbem, addito jure quintæ relationis.* Quod hoc anno factum, certum reddunt Nummi Marci Aurelii, in quibus Tribunitiæ Poteſtatis ejus ultimus annus XXXIII. notatur. Cum vero die ſeptima Martii anni CLXI. Antonino Pio Marcus Aurelius ſucceſſerit, & apud Mediobarbum pag.216. varia ejuſdem Marci Numiſmata extent, in quibus is dicitur: CAESAR AUG. PII F. TR. POT. XV. COS. III. manifeſte deducitur, illum anno CLXI. ante diem VII. menſis Martii Antonini Pii emortualem, Tribunitiam Poteſtatem XV. inchoaſſe; alioquin non Cæſar, ſed Auguſtus, neque Pii, ſed Divi Pii filius in iis Nummis diceretur. Quamvis, ut verum fatear, nomen Divi non raro in Inſcriptionibus Nummiſque neglectum, ut liquet ex decreto Antonini Pii anno CXLII. a nobis recitato. Quod ſi Marcus Tribunitiam Poteſtatem XV. ante Antonini obitum ſuſcepit, præſenti anno ante diem ſeptimam menſis Martii Tribunitia Poteſtate decoratus eſt, ut numeranti patebit. Baronius Tribunitiam Poteſtatem Marco in ſecundo ejus Conſulatu collatam putavit, anno nempe Chriſti CXL. At cum Tribunitia Poteſtas ejus XV. cum tertio ejus Conſulatu anno CLXI. geſto copuletur, eum deceptum eſſe liquet. Alioquin tertius ille Conſulatus anno CLIX. ſuſceptus fuiſſet, quod nullus dixerit. Filia hoc anno Marco nata, *Lucilla*, ut teſtatur Herodianus lib.1. cap.8. ubi ait: *Lucilla erat Commodo maxima natu ſoror: ea prius L. Vero Imperatori nupſerat*, &c.

Baron. an. 163. n.XI.

III. *M. Aurelius fuit Collega Imperii.*

Porro Marcum Collegam Imperii fuiſſe demonſtrat Melito in Apologia ſua eidem Marco, poſtquam Antonino ſucceſſit, præſentata, cujus fragmentum refert Euſebius lib.4. cap.26. Is de perſecutoribus Chriſtianæ Religionis loquens ait: *Imperitiam illorum correxerunt piiſſimi parentes tui*, &c. *Pater quoque tuus, quo tempore cuncta ſimul cum ipſo adminiſtrabas, ſcripſit ad civitates, ne contra nos tumultus concitarent.* Fuit itaque Marcus Aurelius quintus Imperii Collega, ipſo etiam Dione lib.71. teſte, qui ait, Marcum octo & quinquaginta annos, menſeſque decem, ac dies viginti vixiſſe, *in iiſque cum Antonino patre diu fuiſſe cum Imperio.*

IV. *Collegæ Imperii quinque fuere.*

Sed quia Principatus Imperatorius Marci Aurelii hactenus parum cognitus fuit, & ad Principatum Tiberii, annumque ejus quintum decimum a Luca Evangeliſta expreſſum melius intelligendum plurimum confert, ideo magis explicandus. Tiberius itaque, Titus, Traianus, Antoninus Pius & Marcus Aurelius æquali poteſtate donati fuere, Tribunitia nempe poteſtate & Imperio Proconſulari, quæ partes duæ ſupremi Imperii erant, ratione quarum Imperii Collegæ nuncupati ſunt. Eo enim nomine illos appellatos Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores manifeſte inſinuant. Tacitus initio lib.1. Annal. de Tiberio ait: *Illuc cuncta vergere: filius, Collega Imperii, conſors Tribunitiæ poteſtatis aſſumitur.* De Tito & Traiano liquet ex Panegyrico Plinii, qui num. 8. de Traiano ſcribit: *Simul filius, ſimul Cæſar, mox Imperator, & conſors Tribunitiæ poteſtatis, & omnia pariter & ſtatim factus es, quæ proxime parens verus tantum in alterutrum filium contulit.* Ubi quod Tacitus Imperii Collegæ, Plinius Imperatoris nomine exprimit, oſtenditque Imperii Proconſularis Collegas Imperatores dictos fuiſſe. Auguſtus tria in Tiberii gratiam egit; eum enim filium declaravit, Collegam Imperii, Proconſularis videlicet, ut mox dixi, & conſortem Tribunitiæ poteſtatis: Nerva vero quatuor in gratiam Traiani; hic enim factus eſt filius, Cæſar, Imperator, & conſors Tribunitiæ Poteſtatis. Cujus diſcriminis hæc ratio eſt, quod Tiberius adoptatus in Familiam Cæſaream, ejuſdem adoptionis vi, & filius & Cæſar dictus eſt; Traianus

vero

---

[1] COſſ. *Largus & Meſſalinus.* Locus utriuſque prænominibus eſt relinquendus; qua de re Noriſius in epiſtola conſulari, his Coſſ. contra Ligorium. Fragmentum apud Fabrettum pag. 401. . . . . . T. LARGO. COS. Vide Reineſii epiſtolam XLVIII. Nomen aliud *Largi* innotuit ex inſcriptione Beneventana, licet ævo exeſa, quam communicavit Illuſtriſſimus Præſul Franciſcus Racca, infra a nobis edenda ad A. D. 208. In ea CLASSETIUS natus dicitur, IIII. IDUS.

. . . . ANNIO. LARGO. . . . .
. . . . . SSALINO. COS.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Largo, & Meſſalino.*

vero vi adoptionis filius tantum Nervæ appellari potuit: cum filii naturales Imperatorum non naſcerentur Cæſares, ſed ſpeciali decreto eam dignitatem aſſequerentur, quod de adoptivis potiori jure dicendum; indeque liquet Collegam Imperii a Plinio *Imperatoris* nomine deſignari. Addit Plinius, Nervam patrem adoptivum Traiani ejus cauſa feciſſe, quod ab aliquot annis Veſpaſianus verus parens Titi & Domitiani, unius tantum cauſa præſtiterat, Titi ſcilicet. Traianum autem Collegam Imperii fuiſſe, conſtat non tantum ex mox dictis, ſed & ex aliis ejuſdem Panegyrici locis V. G. num.9. de Traiano Plinius habet: *Magnum hoc tuæ moderationis indicium, quod non ſolum ſucceſſor Imperii, ſed particeps etiam, ſociuſque placuiſti; nam ſucceſſor, etiamſi nolis, habendus eſt, non eſt habendus ſocius niſi velis.* Collega etiam Imperii Antoninus fuit: *Factuſque eſt patri* (nempe Hadriano, inquit Capitolinus in Antonino cap.4.) *& in Imperio Proconſulari, & in Tribunitia Poteſtate Collega.* Denique idem Capitolinus in Marco cap.6. de eo ait: *Suſcepta filia, Tribunitia Poteſtate donatus eſt, atque Imperio extra Urbem Proconſulari.*

V. *Duplex Proconſulatus diſtinguendus.* Salmaſius in Notis ad Capitolinum in Marco cap.6. loquens de Imperatoribus qui Auguſto ſucceſſere, ait: *Quibus ſemper honoris gratia, Proconſulare Imperium delatum eſt, & tam Cæſaribus, quam Auguſtis ſolebat dari.* Alius Vir doctus arbitratus eſt, Auguſtos, cum Imperium Proconſulare extra urbem Cæſaribus tribuebant; illud Imperium contuliſſe, quod Agrippa in Aſia & Syria, Vitellius a Tiberio in Oriente habuit, quamvis illud longe majus, quia eſſet in omnia loca, una Roma excepta: ideoque, inquit, ſi ita loqui licet, fuiſſe majores ſeu nobiliores Proconſules. Verum duplex Proconſulatus diſtinguendus. Alter, qui ſupremi Imperii pars erat, iſque proprius erat Auguſtorum; ejuſque, antequam Marcus Aurelius & Lucius Verus imperarent, Collegæ tantum Imperii & Nero Cæſar participes fuere. Alter Proconſulatus privatorum fuit, hicque non perpetuus, neque in omnia loca extra urbem Romanam, & puris putis Cæſaribus aliquando datus fuit, uti Domitiano Cæſari, quemadmodum ſuo loco dixi. Porro, Imperii Collegas ob Imperium Proconſulare vulgo dictos fuiſſe Imperatores, imo & in Nummis Imperatoris prænomine inſignitos, ex eo apparet, quod in prima Imperii Romani diſpoſitione, nulli Cæſares prænomen illud, quod ſummam potentiam denotabat tulerint, nullique a Scriptoribus Hiſtoriæ Auguſtæ Imperatores vocati, præter eos, qui Imperium Proconſulare perpetuum aſſecuti ſunt. Hinc *Nero Cæſar*, qui Imperium Proconſulare ſine Tribunitia Poteſtate obtinuit, Imperator in Nummis dictus eſt, ut anno Chriſti LI. num. II. oſtendi. Nec refert quod in duobus Neronis Cæſaris Nummis ibidem recitatis, vox IMP. poſtponatur nomini Neronis; cum in Nummis Titi Cæſaris & Imperii Collegæ apud Mediobarbum prænomen Imp. aliquando poſtponatur. Propter quid itaque tam Nero Cæſar, quam Imperii Collegæ Imperatores appellati ſunt, quam propter Imperium Proconſulare, cum nullus Imperator vocatus fuerit, qui illud non obtinuerit. Quare ſicut ſtante Republica Proconſules, Imperatores vocabantur poſt victoriam ac triumphum; ſic & ea everſa Auguſti & Imperii Collegæ Imperatores appellati ſunt ob Imperium Proconſulare; cum hoc diſcrimine, quod in his *Imperatoris* vox nomini præpoſita, in illis nomini ſubiuncta fuerit. Quamquam negandum non ſit, quin aliqui Auguſti, quorum primum Traianum fuiſſe ex ejus Nummo apud Mediobarbum pag.149. invenio, prænomen Imp. & ſimul titulum PROCOS. in quibuſdam Nummis tulerint, ad majorem ſcilicet ejuſdem Poteſtatis expreſſionem. Quod ſi in Nummis Collegarum Imperii, Imperium Proconſulare prænomine Imp. deſignatum non fuiſſet, ejuſdem nulla in iis mentio facta eſſet; cum nec in Nummis, nec in Inſcriptionibus Proconſules nuncupentur.

VI. *Imperii Collegæ Imperatores appellati.* Hoc quibuſdam Viris eruditiſſimis me perſuadere non potuiſſe miror. Reſpondent enim, Traianum Imperatorem dictum a Plinio citato num. IV. ob victoriam Germanicam, quæ ejus adoptionis cauſa fuit. Sed ea explicatio verbis immediate ſequentibus refellitur. Poſtquam enim Plinius dixit, *mox Imperator & conſors Tribunitiæ Poteſtatis* num.9. ſubdit: *Credentne poſteri Patricio & Conſulari & triumphali patre genitum, cum fortiſſimum, ampliſſimum, amantiſſimum ſui exercitum regeret, Imperatorem non ab exercitu factum? Eidem cum Germaniæ præſideret, Germanici nomen hinc miſſum? Nihil ipſum, ut Imperator fieret agitaſſe, nihil feciſſe, niſi quod meruit & paruit? Paruiſti enim Cæſar, & ad Principatum obſequio perveniſti.* Nam Auguſti & Cæſares, ſeu ut rectius loquar, Collegæ Imperii (cum puri puti Cæſares ob victorias Imperatores dicti non fuerint, ut liquet ex Nummis) non fiebant Imperatores ob victorias, ſed tantum Imperatores propter illas dicebantur. Propter victorias enim dicebantur Imp. II. Imp. III. &c. Certum itaque videtur, Plinium quando de Traiano ait, *mox Imperator*, intelligere, Imperium Proconſulare mox Traiano datum fuiſſe; & quidem non tanquam Agrippæ, Vitellio, aliiſque privatis attributum fuerat, ſed tanquam partem ſupremi Imperii, ſicuti fuit Tribunitia Poteſtas eodem tempore eidem collata.

VII. *Tiberius & M. Aurelius Cæſares Imperatores vulgo dicti.* Nec quemquam movere debet, quod nec Tiberius, nec Marcus Aurelius ante Imperium Auguſteum, nec in Nummis, nec in inſcriptionibus Imperatoris prænomine cohoneſtentur; modus enim loquendi in Numiſmatis, Actiſque publicis a vulgari aliquando diſcrepabat, ut anno CXXVII. num. VIII. demonſtravi. Quapropter non dubitandum, quin ab utroque Cæſare moderationis cauſa admiſſum non fuerit. Certe Marcum Aurelium, vivente adhuc Antonino Pio, nuncupatum fuiſſe Imperatorem, ut ante eum ceteri Imperii Collegæ docet Capitolinus in Marco cap.6. *Erat autem in ſummis obſequiis patris Marcus, quamvis non deeſſent, qui aliqua adverſus eum inſuſurrarent, & præ ceteris Valerius Omulus: qui cum Lucillam matrem Marci in viridario venerantem ſimulacrum Apollinis vidiſſet, inſuſurravit: Illa nunc rogat, ut diem tuum claudas, & filius imperet. Quod omnino apud Pium nihil valuit: tanta erat Marci probitas & tanta in* IMPERATORIO PRINCIPATU *modeſtia.* Nec hæc verba, *& filius imperet*, Marcum tunc non imperaſſe ſignificant, ſed referuntur ad Imperium Auguſteum poſt Antonini mortem a Marco initum. Is enim loquendi modus Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptoribus familiaris, quando de Collegis Imperii loquuntur. Sic Victor de Cæſaribus: *Titus*, inquit, *poſtquam Imperium adeptus eſt, incredibile quantum quem imitabatur, anteierit, præſertim literis, clementiaque ac muneribus. Denique dum conceſſa per priores Principes firmari ab inſequentibus mos eſſet, ſimul Imperium cepit, talia poſſidentibus edicto ſponte cavit, proſpexitque*; ubi de Imperio Auguſteo Victor ſermonem habet.

VIII. *Tribunitia Poteſtas præcipua pars Imperii.* Alter honos, qui Imperii Collegis conferebatur, *Tribunitia* nempe *Poteſtas*, Proconſulatu perpetuo longe major erat; cum ab ea Auguſtorum & Cæſarum, qui eam conſecuti erant, anni dinumerari ſolerent, & ubicumque de utroque honore ſimul Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores loquuntur, Tribunitiam poteſtatem poſtremo loco, tamquam nobiliorem fere ſemper memorent, ut patet ex locis num.IV. laudatis; quæ ſic intelligenda eſſe oſtendit Plinii in Panegyrico Traiani locus nuper recitatus, ubi Tribunitiæ

nitiæ Poteſtatis conſortium ultimo loco propter ejus excellentiam ponitur. Hinc Vopiſcus in Tacito cap. 1. *Video mihi poſſe objici, Curules Magiſtratus apud Majores noſtros quadriennium in Republica non fuiſſe: ſed erant Tribuni plebis cum Tribunitia Poteſtate, quæ pars maxima regalis Imperii eſt.* Quare minime exiſtimandum cum aliquibus Viris eruditis, Tribunitiam Poteſtatem nullam auctoritatem, nullumque Imperium deſignaſſe, ſed tantum poteſtatem intercedendi, ac immunitatem ab omni injuria; cum *pars maxima regalis Imperii* fuerit, ac edicta condendi, & Senatum convocandi poteſtatem ſecum invexerit, teſte Tacito lib. 1. Hiſt. paulo poſt initium, ubi narrata Auguſti morte, ait: *Tiberius cuncta per Conſules incipiebat, tamquam vetere Republica, & ambiguus imperandi, ne edictum quidem, quo Patres in curiam vocabat, niſi Tribunitiæ Poteſtatis præſcriptione poſuit ſub Auguſto acceptæ. Verba edicti fuere pauca,* &c. Denique Euſebius, ſeu, ſi mavis, Hieronymus in Chronico Tribunitiam Poteſtatem Druſo filio a Tiberio datam his verbis exprimit: *Tiberius Druſum conſortem regni facit,* quibus pariter verbis utitur, cum Tribunitiam Poteſtatem Philippo Juniori conceſſam narrat. Tribunitia itaque Poteſtas etiam quando ſine Imperio Proconſulari in aliquem conferebatur, non erat ſine auctoritate & Imperio aliquo. Quæ non ſemel a me inculcata, quia non ſatis huc usque diſcuſſa.

IX. *Opinio Em. Card. Noriſii.*

Hæc cum communicaſſem cum Em. Card. Noriſio in Romana Antiquitate peritiſſimo, quem a me diſſentire ſciebam, reſcripſit. Tacitus lib. 5. Annal. *narrat Tiberium miſiſſe ad Senatum, quis Poteſtatem Tribunitiam Druſo petebat. Id,* inquit Tacitus, ſummi faſtigii vocabulum Auguſtus reperit, ne Regis aut Dictatoris nomen aſſumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera Imperia præemineret. Marcum deinde Agrippam ſocium ejus Poteſtatis, quo defuncto Tiberium Neronem dilegit, ne ſucceſſor in incerto foret. *Non potes non concedere, Tribunitiam Poteſtatem, ſtante Republica, fuiſſe tantum jus intercedendi cum immunitate, qua Tribuni plebis ſacroſancti habebantur; hoc enim omnis Romana docet Hiſtoria. Extat inſigne exemplum apud Livium, ubi de abroganda pace ad furcas Caudinas facta oratione recitat. Hanc ipſam poteſtatem Imperatores poſtea habuerunt, eamque ſuis filiis adhuc tantum Cæſaribus communicarunt. Dio lib. 53. eamdem Poteſtatem, uti ſua ætate, nempe tertio ſæculo a Chriſto nato, Imperatores potiebantur, deſcribit:* Tribunitia Poteſtas quam præclariſſimus quiſque Imperator habuit efficit, ut intercedere iis, quæ ab aliis contra ipſorum placitum moventur poſſint, ac ſacroſancti ſint, ut ſi vel minimo ſermone, ſe ab aliquo læſos exiſtiment, indicta eum cauſa, tanquam qui ſe piaculo obſtrinxerit, necare queant. *Videſne Dionem in ipſis Imperatoribus, iiſdem terminis, ac antea erat in Republica definiviſſe? Habes exercitum jus Tribunitiæ Poteſtatis a Tiberio apud Rhodum veluti in exilio degente in Suetonio cap. II. de Vita ejuſdem. Cur ergo eam Poteſtatem ultra eos terminos extendes? Numquam in Romanis Scriptoribus Imperium Tribunitium, ſed Poteſtatem tantum Tribunitiam nominatam reperies, quæ licet Imperia aliorum, ut ait Tacitus, præemineret, non tamen erat Imperium, quo nomine poteſtas militaris veniebat.* Ita Cardinalis eruditiſſimus.

X. *Refellitur.*

Verum Dio neutiquam Tribunitiam Poteſtatem ad jus illud intercedendi cum deſignata immunitate, ſtante Republica, coarctatum fuiſſe aſſerit; cùm immediate poſt ſubdat: *Gerere quidem Tribunatum plebis, nefas ducunt Imperatores, cum utique ipſi Patritii ſint: omnem vero Tribunitiam poteſtatem, quanta unquam maxima fuit, accipiunt.* Docet vero Onuphrius lib. 1. Faſtorum ad annum Urbis CCLX. Tribunorum plebis auctoritatem progreſſu temporis magnam fuiſſe, ſi quis ad eos vel etiam abſentes provocaſſet, eum ſtatim liberatum ab eo, a quo comprehenſus fuerat, vel in concionem adductum, vel abſolutum fuiſſe, illud etiam ſibi vendicaſſe, ut Senatum convocarent, edicto non audientes punirent, Leges tuliſſe, & aliquando Conſules in carcerem conjeciſſe. Sed Tribunitiam Poteſtatem, præter poteſtatem intercedendi & immunitatem, qua Tribuni plebis citra capitis periculum a quoquam lædi non poterant, aliquam auctoritatem, Auguſtis & inſtituto Imperio Tribunitia Poteſtate donatis, tribuiſſe, egregie probat locus Suetonii a Card. Noriſio laudatus, ibi enim Suetonius ſcribit: *Forte quodam in diſponendo die, mane prædixerat, quidquid ægrorum in civitate eſſet, viſitare ſe velle; id a proximis aliter exceptum eſt, juſſique ſunt omnes ægri in publicum Porticum deferri, ac per valetudinum genera diſponi. Perculſus igitur inopinata re, diu quid ageret, incertus, tandem ſingulos circuit, excuſans factum etiam tenuiſſimo cuique & ignoto. Unum hoc tantummodo, nec præter ea quidquam, notandum eſt in quo exercuiſſe jus Tribunitiæ Poteſtatis viſus ſit.* Vides *Rhodienſes* minime dubitaſſe, quin Tiberius vi Tribunitiæ Poteſtatis, quam obtinebat, jubere poſſet ut omnes ægri ad ſe deferrentur. Quare quicumque Tribunitia poteſtate exornati erant, præter jus intercedendi cum præfata immunitate, varia alia præſtare poterant. Verum quidem eſt, Romanos nomine Imperii propriiſſime ſumti intellexiſſe poteſtatem militarem, ſeu facultatem belli gerendi; ſed hoc non impedit, quin vox illa in alia ſignificatione potentiam vel auctoritatem deſignaverit, uti v. g. in loco Taciti numero præcedenti laudato, ubi is ait: *Id ſummi faſtigii vocabulum Auguſtus reperit, ne Regis aut Dictatoris nomen aſſumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera Imperia præemineret.* Hic *Imperium* non ſignificat Imperium militare, ut omnibus notum. Cumque Tribunitia Poteſtas cetera Imperia præemineret, nempe Regium ac Dictatorium, non poterat ſecum non invehere aliquod Imperium, ſeu aliquam poteſtatem; alioquin cetera non præeminuiſſet, ſed iis inferior fuiſſet.

XI. *Tribuni leges ferre poterant.*

Pergit doctiſſimus Cardinalis in ſua Epiſtola: *Quod ais Tiberium* Tribunitiæ poteſtatis præſcriptione *Patres ex Tacito in curiam vocaſſe, unde infers eumdem habuiſſe Imperium Legum, ſive edictorum condendorum, videris mihi velle ludere vocabulis: nam extant plurimæ Leges ac Edicta promulgata a Tribunis plebis, quæ vulgo* Plebiſcita *a Romanis dicebantur: At illa dicebantur facta Tribunitia Poteſtate, non Imperio Tribunitio: etenim Imperium rem tantum militarem extra Urbem ſpectabat. Ita Prætores, reos in carcerem detrudebant, nullo fulti Imperio, ſed tantum* jure Prætorio. *Itaque jus ad Prætores, poteſtas ad Tribunos plebis, imperium denique ad Proconſules pertinebat. At hocce Imperium ita Proconſules Imperatores conſtituebat, ut tamen titulo Imperatoris ſemet inſcribere non poſſent, niſi tanto hoſtium numero occiſo, quod etiam cognomen, ſive titulum ſtatim poſt triumphum deponebant.* Hæc Card. Noriſius. Sed ſi Tribuni plebis ante inſtitutum Imperium plebiſcita edere poterant, quanto magis poſt ejus inſtitutionem Imperatores, & quicumque Tribunitia Poteſtate donabantur aliqua Edicta condere, non quidem virtute alicujus imperii militaris, ut me velle arbitratur Card. eruditiſſimus, aut imperii Tribunitii, ſed virtute auctoritatis, quam ea dignitas conferebat. Denique Tribunitia Poteſtas non erat Imperium militare, ſed pars ſummi Imperii ſupremæque potentiæ; & hæc de Tribunitia Poteſtate.

XII.

Quoad Imperium Proconſulare hæc de eo in ea Epiſtola habet: *In eo,* inquit, *diſſentimus quod fu-*

Cur Auguſti & Imperii Collegæ Imperatores dicti.

putas Cæſares a Proconſulari Imperio prænomen Imperatoris habuiſſe, quod ipſe inficior. Nam inter titulos Auguſtorum poſtremo loco in vetuſtis Saxis ac Nummis legitur PROCOS. *utique a Proconſulari extra Urbem Imperio, quod neutiquam negare poteris. Itaque prænomen* IMP. *quod primo loco inter Auguſtorum, ac quorumdam Cæſarum titulos legitur, non deſignat Imperium Proconſulare, quod poſtremo tantum titulo legitur. Porro titulus Imp. iis Proconſulibus tribuebatur, qui in acie tot millia hoſtium interemiſſent, uti ex Dione, Cæſare & Appiano conſtat. Hic titulus poſt nomen Proconſulis ponebatur; at decreto adulantis Senatus poſt victos Pompeii filios, tamquam prænomen Cæſari datum fuiſſe, jam noſti ex Dione lib.43. ubi ait, illum titulum eidem delatum, non veteri conſuetudine ex pluribus necatis in bello hoſtibus*; neque ea ratione, quod ei merum imperium, abſolutamque poteſtatem deferrent; ſed eo modo quo nunc his, qui ſummum imperium obtinent, tum primum Cæſari impoſuerunt tamquam ipſi proprium. *Porro eo anno Urbis DCCIX. Cæſar erat Dictator IV. ac deſignatus in annum DCCX. quo periit, Dictator V. Ex Dictatura ſummum Imperium in urbe, ac toto Romano Imperio idem Cæſar obtinebat. Itaque eo prænomine* IMP. *nullum eidem imperium conferri poterat, qui ampliſſimo omnium, nempe Dictatorio jam pollebat. Hinc recte Dio illud prænomen* non ea ratione *datum ſcripſit, ſed ut ille titulus, qui puri puti honoris erat, uti etiam titulus* Auguſti, *Cæſaris proprius haberetur; cum ante eumdem numquam prænominis loco fuiſſet. Quare jam vides, titulum illum ſummi quidem honoris, uti & alter Auguſti Octaviano datus, ſed nullius imperii fuiſſe.* Ita Card. Noriſius.

XIII.
Titus & Traianus Imperium Proconſulare perpetuum habuerunt.

Ad quam rationem reſpondeo, prænomen illud Imp. nullam quidem potentiam nec Julio Cæſari Dictatori, nec Imperii Collegis attribuiſſe, ſed eiſdem attributam fuiſſe, deſignaſſe; in Julio quidem Dictatore perfectam & plenam; in Collegis Imperii valde affinem. Nam Dio lib. 43. citato ait, prænomen illud conceſſum fuiſſe Julio Cæſari *eo modo quo nunc his qui ſummum imperium obtinent*. Lib. vero 53. de Imperatoribus tradit: *Conſules enim fiunt ſæpe numero, & quoties extra pomerium ſunt, Proconſules dicuntur: nomenque Imperatoris, non modo ſi qui aliquam victoriam retulerint, ſed & alii omnes ad ſignificandam plenam ſuam & perfectam potentiam, ſemper gerunt, loco nominis Regii & Dictatoris: qua ſemel e Republica ſublata, ut non imponunt ſibi; ita eorum vim ac rem ipſam Imperatoris titulo confirmant*. Quare vere ſcribit Card. Noriſius, Imperatoris prænomine nullum Julio Cæſari Imperium conferri potuiſſe, *qui ampliſſimo omnium, nempe Dictatorio, jam pollebat*. At illud Julius imponi ſibi voluit, non ut major ſibi potentia conferretur, aut quod prænomen illud aliquod imperium ſecum inveheret, ſed ut eo magis ſignificaretur plena ſua & perfecta potentia. Imperii vero Collegas in Nummis & Inſcriptionibus Proconſules dictos non eſſe jam num. V. obſervavi. Porro eos ob Imperium Proconſulare dictos fuiſſe Imperatores, hoc modo detexi. Ex Imperii Collegis Antoninus ante Auguſteum Imperium nuncupatus eſt Imperator, & ex puris putis Cæſaribus unus *Nero Cæſar*: utrumque autem Imperio Proconſulari decoratum fuiſſe certo conſtat. Ex quibus intuli, non ſolum eos ob Proconſulatum perpetuum Imperatores appellatos, ſed etiam Tiberium & Marcum Aurelium; licet Imperatores in Nummis & Inſcriptionibus non appellentur; quia uterque Proconſulatum perpetuum obtinuit; ac denique Titum & Traianum Imperio proconſulari perpetuo honeſtatos eſſe, quia uterque vocatus eſt Imperator, uti Nero & Antoninus, qui, ut dixi, Imperium Proconſulare habuere.

XIV.

Hæc inſuper habet Card. Noriſius: *Jam vero cum Auguſti ſuos filios ſummis titulis inſignire vellent, non omnes eiſdem una ſimul contulere, ſed modo plures, modo minores pro libito eiſdem conferebant. Agrippa ac Druſus TR. POT. in Nummis inſcribuntur ſine prænomine Imp. quod neutiquam illis donatum fuit. Unus Titus omnium primus illud a patre obtinuit. At ex illo nullum imperium idem accepit. Suetonius cap.6. in Tito ait, illum in Urbe plures neci tradendos juſſiſſe, ſed jure præfecturæ Prætorii. Itaque titulus* IMP. *in prænomine erat tantum honoris. At Domitiano nihil præter nomen Cæſaris delatum fuit. Traianus illud prænomen in adoptione, ſive paulo poſt adoptionem accepit, ut & Antoninus Pius, qui tamen M. Aurelium Cæſarem ita Tribunitia Poteſtate donavit, ut neutiquam prænomen* IMP. *eidem conceſſerit. Quæſo te, Vir doctiſſime, cur Titus cum eo prænomine in vetuſtis Inſcriptionibus legitur, non vero M. Aurelius in tot Nummis, & Saxis ea ætate inſcriptis? Et ſane nec ſemel quidem legitur. Sed inquis, eſſe argumentum negativum. At id genus debet eſſe, ut mea ſententia probetur. Ne uni Scriptori, ſi quiſpiam eſſet ejus ætatis, teſtanti M. Aurelium illud prænomen habuiſſe, integram fidem adhiberes: nullam vero præſtandam putas tot Nummorum ac Lapidum monumentis, eum Cæſarem Imperatoris prænomine carentem prodentibus? Veniam, amice dabis; videris mihi tua in opinione obſtinatior. Utinam illam felicius aliis, quam hactenus mihi, perſuadeas. Reponis neque Tiberium in Nummis cum prænomine* IMP. *legi. Rationem diſce ex Suetonio cap.26. de eodem ſcribente*: Prænomen quoque Imperatoris cognomenque Patris Patriæ, & civicam in veſtibulo coronam recuſavit; *quare cum id prænominis ille noluerit, monetarii neutiquam cum eodem Tiberium ſcalpere potuere, illud prænomen dubio procul adjecturi, ſi illud Tiberius admiſiſſet. Cum ergo in nullis Nummis M. Aurelius Imperator appelletur, eo profecto titulo caruit. Et quidem etiam Dio lib.57. rationem profert, qua Tiberius prænomen* IMP. *non admiſit*: Sæpius dicens, *inquit de Tiberio*, Dominum ſe ſervorum, IMPERATOREM militum, PRINCIPEM ceterorum eſſe. *Nempe more vetuſto Reipublicæ, quo Imperator is tantum dicebatur, qui Proconſul ſive Conſul, aut quandoque Proprætor militibus imperabat, nempe Dux exercitus, qui a Latinis Scriptoribus* IMPERATOR *paſſim, ut ab aliis vulgo appellabatur. Quare cum nuſquam prænomen* IMP. *ſcalptum ſit in Nummis M. Aurelii ante mortem Pii, optime colligimus, eodem caruiſſe. Hinc de Aurelio ſub mortem Pii ſcribit cap. 7. Capitolinus*: Poſt exceſſum Divi Pii a Senatu coactus regimen publicum capere, fratrem ſibi participem in Imperio deſignavit. *Itaque tum primum, jubente Senatu,* IMP. *dictus eſt; neque antea regimen publicum ſub Pio adminiſtravit, cum Tribunitia tantum Poteſtate potiretur, quæ nullius imperii jus continebat*. Ita idem Card. Noriſius.

Tiberius & M. Aurelius Imperii Collegæ in Nummis ſine prænomine Imp.

XV.
Nomen Imperatoris a Tiberio & M. Aurelio Imperii Collegis recuſatum.

Opiniones vetuſtas & penitus inſitas difficile eſſe ex animis evellere, quotidiana demonſtrat experientia. Quare non mirum ſi Card. eruditiſſimus ita ſuæ adhæreſcat. Non ſolum itaque *Agrippa* ac *Druſus Cæſar*, ſed etiam *Lucius Aelius* Cæſar cum prænomine IMP. in Nummis non exprimuntur, quia videlicet Imperium Proconſulare perpetuum non obtinuere. Titus vero ceterique Imperii Collegæ præter Tiberium & M. Aurelium cum illo prænomine in Nummis leguntur; & cum eo etiam Tiberius & M. Aurelius in Nummis exhiberentur, niſi præ modeſtia uterque illud recuſaſſet, ut de Tiberio docte advertit Card. Noriſius. Hujus autem exemplo *M. Aurelium* illud non admiſiſſe omnino exiſtimandum; cum uterque, non minus quam Titus Traianus, & Antoninus Pius Imperio Proconſulari & Tribunitia Poteſtate, cohoneſtatus fuerit. Argumentum negativum omni alia probatione de-

denudatum, fallax & errori obnoxium, quidquid Card. eruditiſſimus dicat. Præterea uſus vulgaris loquendi valde diverſus fuit a modo loquendi, in Actis publicis, Nummiſque adhibito, ut ſuo loco monſtravi. *Tiberius* Collega Imperii factus, imo & poſtquam Auguſteam dignitatem adeptus eſt, numquam dictus eſt in Nummis, aut in Actis publicis *Imperator*, ut recte eidem Card. obſervatum. At a Scriptoribus & a vulgo eo nomine appellatum indicat Joſephus, qui eo anno, quo Tiberius denatus, in lucem venit. Ille lib.18. Antiquit. cap.3. narrata Auguſti morte ait: *Et Tiberius Nero privignus ſucceſſit, Juliæ filius, Romanorum Imperator tertius:* Quod ſi Tiberius, dum Rempublicam Romanam adminiſtrabat, vulgo Imperator vocatus non fuiſſet, Joſephus, qui cum illis, qui Tiberium viderant, imo & qui cum illo frequentes fuerant, vixit, ſucceſſionem ejus in Imperium, alio quam *Imperatoris* nomine deſignaſſet. Denique cum Plinius dedicet Hiſtoriam ſuam naturalem Tito *Imperatori*, ideſt, Cæſari, & eum alloquens dicat, Jucundiſſime Imperator, & Traianus Cæſar ſæpius dicatur *Imperator* a Plinio Juniori in Panegyrico, certo nobis conſtat, Collegas Imperii, quales Titus & Traianus Cæſares fuere, Imperatores dictos fuiſſe. Quare cum Veſpaſianus, Nerva, Hadrianus, & Antoninus Auguſtum tanquam exemplar ſibi propoſuerint, quando filios ſuos in Imperii ſocietatem aſcivere, non dubium quin ideo eos *Imperatoris* titulo exornarint, quia Auguſtus eandem appellationem Tiberio attribuerat; qui eam tamen, ejuſque exemplo M. Aurelius, recuſavit, ille ficta, hic vera modeſtia. de quo Capitolinus num. VII. citatus & Xiphilinus mox laudandus nos dubitare non ſinunt. Nec eſt quod dicat doctiſſimus Cardinalis, unum Titum omnium primum Imperatoris prænomen a patre obtinuiſſe, ſed ex illo nullum imperium accepiſſe. Cur enim in hac prærogativa Titus Tiberio ac M. Aurelio prælatus fuiſſet; cum ad æqualem honoris gradum evecti fuerint, ad Tribunitiam nempe Poteſtatem, & Imperium Proconſulare perpetuum. Si ex prænomine IMP. nullum Imperium Titus accepit, neque prænomen illud aliquam potentiam in eo deſignavit, ut deſignaſſe diximus; quo fine, quave de cauſa potius Tito, quam ceteris omnibus Imperii Collegis datum fuit? Nulla certe afferri poteſt ratio, quam ob rem illud potius uni, quam alteri tribueretur. Denique ex eo quod Capitolinus ſcribit, *poſt exceſſum Divi Pii* a Senatu M. Aurelium coactum fuiſſe *regimen publicum* capere, male infertur, Marcum antea Imperii Socium non fuiſſe; cum diverſum eſſet regimen, quod coactus eſt Marcus capere, ab eo quod antea habuerat. Antea enim Collega tantum Imperii erat, poſtea Auguſteum Imperium obtinuit, ut jam diximus.

XVI. *M. Aurelium Imperii Collegam fuiſſe Capitolinus & Xiphilinus teſtantur.*

Ad locum Capitolini, quem num.VII. retuli, ita reſpondet Card. Noriſius: *Verba autem illa Capitolini eodem Capite*, Tanta erat Marci probitas, & tanta in Imperatorio principatu modeſtia, *jam Caſaubonus recte expoſuit, notans in aliis MSS. legi*, Imperatorio participatu, *quod nempe titulum Cæſaris ac Tr. pot. participaret, qua duo Imperatorum propria erant, cetera inter inſignia. Et ſane nomen* Principis, *id temporis, proprie loquendo, Auguſtos tantum deſignabat. Lege Tacitum initio ſtatim Annalium. Quare uti Aurelius ante Imperium Auguſteum non fuit Princeps, ita nec Imperatorius Principatus, niſi ex ſpe adoptionis peracta, ſive ex deſtinata jam eidem ſucceſſione competebat; ac proinde Capitolinus idonee exponendus eſt*. Verum ſi reperiantur aliqua MSS. in quibus pro *Principatu*, legatur, *participatu*, non dubito, quin in illis Librariorum errore ita ſcriptum ſit. Imo licet ita ſcripſiſſet Capitolinus, ex illis verbis deduci poſſet, Marcum Imperatorem appellatum fuiſſe, cum dignitatis Imperatoriæ particeps fuerit, Tribunitiæ nempe Poteſtatis, &. Imperii Proconſularis, quæ qui participarunt Imperatores dicti ſunt. At Imperii Collegas *Principes* vocatos fuiſſe, demonſtrat locus Capitolini in Marco cap.1. a me recitatus anno Chriſti LXXI. num.IV. alterque locus Spartiani in Aelio Vero cap. ult. a me explicatus, dum de Imperio Proconſulari Tiberio Cæſari collato verba feci. Legendum etiam quod ſcripſi ex eodem Capitolino anno CCXXXVI. num.VIII. denique Marcum Imperii Collegam fuiſſe demonſtrat locus Xiphilini ex Dione ab ejus interpretibus nou ſatis accurate in Latinum verſus: Καὶ ὅτι οὐ προσποιητῶς ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς πάντα ἔπραττε, πρόδηλον. ἔτη γὰρ ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα, καὶ μῆνας δέκα, ἡμέρας τε εἴκοσι καὶ δύο ζήσας κἂν τούτοις τῷ τε πρὶν Ἀντωνίνῳ συχνὸν χρόνον ὑπάρξας, καὶ αὐτὸς ἐννέα καὶ δέκα ἔτη, καὶ ἕνδεκα ἡμέρας αὐταρχήσας, ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο, καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη. Quæ verba a Guilielmo Blanco ſic Latine reddita: *Ac Marcum quidem nihil ſimulate, ſed omnia cum virtute egiſſe, perſpicuum eſſe poteſt ex eo quod cum octo & quinquaginta annos, menſeſque decem, ac dies viginti vixerit, in iiſque cum Antonino patre diu fuerit cum Imperio, ipſeque annos decem & novem, & dies undecim regnaverit, tamen æquabilis in omni vita, ne ulla unquam in re immutatus fuit.* Leunclavius loco horum verborum, *in iiſque cum Antonino patre diu fuerit cum Imperio*, habet, *ſub Antonino Patre diu ſocius Imperii fuerit*. Verum locus ſic ad verbum interpretandus: *Et quod non ficte, ſed virtute omnia agebat, certiſſimum. Annos enim octo & quinquaginta, & menſes decem, dies vero viginti & duos cum vixerit, & in iis cum Antonino prius per longum tempus fuerit*, (vel *cum Antonino prius per longum tempus imperaverit*) *& ipſe annos novem & decem & undecim dies per ſe ipſum* (vel *ex ſe*) imperaverit, *ſimilis in omnibus fuit, & in nulla re immutatus*. Prius itaque M. Aurelius cum Antonino, ipſoque demortuo, per ſe ipſum imperavit. Xiphilinus ex Dione, ut anno Chriſti LXXI. num.IV. oſtendimus, Veſpaſiani morte narrata, ait, Titum Principatum Monarchicum adeptum eſſe, quia ſcilicet mortuo patre ſolus regnavit; ſed quia Marcus Aurelius poſt Antonini obitum, Lucium Verum Auguſti nomine donavit, Monarchiæ quidem verbo Hiſtoricus non utitur, ſed aliud uſurpat, quod non minus indicat, M. Aurelium Collegam Imperii fuiſſe, quam verbum Monarchiæ Titum antea imperaſſe, ſed non ſolum, ac ſine alio.

XVII. *Epocha ab excidio Hieroſolymitano.*

Epocha ab excidio Hieroſolymitano deſumta ab Antiquis quandoque uſurpata: ſed ex ea Chronologia Baronii minime confirmata. Nam incipit ea Epocha anno Chriſti LXX. non vero LXXII. ut numerat Baronius, a qua ad decimum Antonini annum, qui currenti Chriſti inchoatus eſt, anni LXXVII. effluxere, ut recte Clemens Alexandrinus a Baronio citatus. Vitium itaque aut firmitas Chronologiæ Baronianæ dignoſci non poteſt ex mutua collatione annorum, qui initium Imperii Diocletiani præceſſere, ſed ex annorum ante Diocletianum tranſactorum, eorumque, qui ejus Imperium ſubſecuti ſunt, comparatione, cujus rei paſſim afferemus exempla.

In Epitome Spondani an. 149. nu. III.

XVIII. *Ludi Seculares hoc anno non celebrati.*

Cenſores quidam in Epiſtola Conſulari a Cardinali Noriſio in lucem edita pag.168. reprehendunt me, quod negarim, Ludos Seculares *octavos* ab Antonino Pio celebratos, & pag.185. Diſſert. Hypaticæ ſcripſerim, Cenſorini de his ſilentium illos tunc non fuiſſe editos oſtendere; præſertim cum dicat, *octavos* a Severo exhibitos. Sed Antoninum Pium currenti anno, qui Urbis nongenteſimus fuit, nullos Ludos Seculares edidiſſe, debet eſſe certiſſimum. Cenſorinus Scriptor accuratiſſimus aureum ſuum librum de Die Natali anno Chriſti CCXXXVIII. elucubravit, in eoque cap.17. Ludos Seculares anno Chri-

ſti CCIV. editos, quos *octavos* appellat, videre, & cum iis, qui Antonianos vidiſſent, conferre potuit. Nam a currenti Chriſti anno, quo Antoninus Ludos illos ordinaſſet, ad annum Chriſti CCXXXVIII. anni tantum nonaginta effluxere; tantoque apparatu Ludi illi celebrari ſoliti, ut eorum memoriam oblivio vix delere poſſet. Præterea Zoſimus lib.2. pag.169. Ludos omnes Seculares, qui ſecundum primævam inſtitutionem, poſt annos nempe CX. habiti fuerant, recenſet; cum vero ad Claudium, qui Ludos Seculares cum Urbis centenariis cœpit illigare, pervenit: *Poſt Auguſtum*, inquit, *Claudius Ludos celebravit, numero præſtituto annorum neglecto. Poſt eum Domitianus, Claudio valere juſſo, traditam ab initio legem ſervare viſus eſt. Secundum hos Severus, cum anni CX. jam appetiiſſent*, &c. Quod ſi Antoninus Pius Ludos Seculares hoc anno celebraſſet, Zoſimus hæc vel ſimilia verba ſcripſiſſet: *Secundum hos Severus, Antonino valere juſſo*. &c. Hic enim in Urbis centenario, quemadmodum Claudius, eoſdem exhibuiſſet. Denique Ludi Seculares, tam qui ab Auguſto, quam qui a Claudio, Domitiano, Severo ac Caracalla, & ab utroque Philippo celebrati, in horum Imperatorum Nummis, ut apud Antiquarios videre eſt, expreſſi, Antonini vero Seculares Ludos nullum Numiſma exhibet, licet ſuperſint varia hoc anno percuſſa. Ludi itaque Seculares Antoniani commentitii.

XIX. *Seculum Urbis nonum magnifice celebratum.* Neque verum eſt quod cenſores aſſerunt, Capitolinum nempe cap.10. de Vita Antonini tacito, Victor vero Schotti expreſſo nomine Seculares Antonini Ludos laudare: quæ enim ibidem ſcribit ad Antonini & M. Aurelii Cæſaris Decennalia pertinent: *Ad indulgentias*, inquit, *proniſſimus fuit. Edita munera, in quibus elephantos & corocottas & ſtrepſicerotas, crocodilos etiam atque hippopotamos, & omnia ex toto orbe terrarum cum tigridibus exhibuit. Centum etiam leones una miſſione edidit.* Quæ tamen miſſio ad annum CXL. quo quadrigæ triumphales Antonino decretæ, contigit, ut ibidem oſtendimus. In Decennalibus & id genus feſtis Indica animalia, aliaque non antea viſa Romam advehebantur, variaque ſpectacula edebantur, ut videre eſt apud Dionem lib.76. ubi de Decennalibus Severi Imperatoris, & apud Pollionem de Gallienis duobus cap.8. ubi de Gallieni Imp. Decennalibus ſermonem habet. Quod ſi Ludos in horum trium Imperatorum Decennalibus celebratos inter ſe conferas, Gallieneos & Severianos, quam Antonianos, ſumtuoſiores fuiſſe comperies. Sed non magis expreſſe Victor, quam tacite Capitolinus Ludos Seculares Antonini laudat. Hæc Victoris de Antonino verba: *Annis quibus publica egit, viginti idem manſit, celebrato magnifice Urbis nongenteſimo*, non Ludis Secularibus, ut perperam cenſores, ſed Circenſibus, aliiſque, qui currenti anno eo magnificentiores fuere, quo Ludi Seculares octavi celebrari debuiſſent, Imperii Proconſularis Decennalia Antoninus edidit, Marcum filium adoptivum Proconſulari Imperio exornavit, hicque ex Fauſtina Antonini improlis filia natam ſuſcepit. Et Victorem ita intelligendum ex ipſomet Victore patet. Is enim de Ludis Secularibus ab utroque Philippo Impp. anno Chriſti CCXLVII. editis, inquit: *Annum Urbis milleſimum Ludis omnium generum celebrant*, ac poſtea queritur Ludos Seculares amplius exhibitos non fuiſſe. Vides Victorem de anno Urbis milleſimo loquentem, eum *Ludis omnium generum* celebratum tradere; de anno vero Urbis nongenteſimo duntaxat aſſerere, illum ab Antonino *magnifice* celebratum. Porro annis Ludis Secularibus dicatis omnia Ludorum genera edita fuiſſe docet teſtis oculatus, Herodianus ſc. lib.3. qui de Ludis Secularibus Severi loquens ait: *Vidimus item ſub illo quoſdam omnis generis Ludos, cunctis editos theatris*, &c. quod Victor de Ludis Antonini Pii dicere non prætermiſiſſet, ſi is Ludos Seculares celebraſſet.

XX. *Periphraſes a Ludis Secularibus deductæ explicantur.* Sed omnem, inquiunt ibidem cenſores, dubitandi locum præcludit inſigne Epitaphium, quod Gruteri pag.928. recitatur. Eſt epitaphium cujuſdam Sexti Vigellii, in quo dicitur, hunc attigiſſe annum centeſimum, quodque his verbis clauditur, NAT. LUD. SAECUL. VIII. OBIIT. SEQUENTI. *Certum eſt*, ſubjungunt cenſores, *eundem non eſſe natum Ludis Secularibus editis a Severo anno Chriſti CCIV. qui octavi Cenſorino dicuntur, ſiquidem poſt Ludos Seculares anno CCXLVII. a Philippo editos, nullos deinceps Ludos celebratos Auctor Regularum optime eo capite num.V. demonſtrat. Itaque Vigellius natus eſt Ludis octavis Secularibus Antonini Pii anno Urbis DCCCC. obiit Ludis ſequentibus Philippi anno Urbis milleſimo.* At vana hæc explicatio. Vigellius natus eſt anno Chriſti CCIV. quo Severus *Octavos* Ludos Seculares celebravit, obiitque anno CCCIV. quo decimi celebrandi fuiſſent. Nam epitaphiorum conditores ac Poetæ ad ea, quæ fieri ſolitum erat, plerumque alludebant. Sic Claudianus in Panegyrico de ſexto Conſulatu Honorii Imp. anno Chriſti CCCCIV. geſto, quo ſecundum priſcam inſtitutionem Ludi Seculares edendi fuiſſent, Romam loquentem inducens, querentemque, quod a centum annis Imperatores intra ſuum ambitum vix egiſſent, utitur periphraſi a Ludis Secularibus jam diu abrogatis deducta:

Spectandoſque iterum nulli celebrantia Ludos
Circumflexa rapit centena ſecula Conſul.

Ex quibus verbis Viri doctiſſimi deducebant, Honorium Ludos Seculares reſtituiſſe, cum tamen Poeta nihil aliud indicet, quam centum annos jam præteriiſſe, alludatque tantum ad eos Seculares Ludos, qui tam anno CCCIV. quam anno CCCCIV. celebrandi de more fuiſſent. Sic etiam illa, quæ apud Martialem lib.X. 63. jactat in epitaphio, ſe vixiſſe annos centum, poſt quos Ludi ſeculares edi ſolebant, ait,

Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento.

Non utique quod binos Seculares Ludos vidiſſet. Nam intervallum inter Secularia Claudii & Domitiani perexiguum eſt, ſed dicit, ſe tot annos vixiſſe, quot ſatis ſunt ad bis ſpectandum Secularia, ut erudite explicat Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis ad num.2108. Certe præfata epitaphii Vigelliani clauſula ad verbum accipi non poteſt, ut eam cenſores interpretantur; cum inter Ludos Antonini & Philippi, Ludi a Severo celebrati, intermedii fuiſſent. Alioquin qui epitaphium poſuit, ſcripſiſſet NAT. LUD. SAECUL. VIII. OBIIT. X. & tamen dicit, OBIIT. SEQUENT. id eſt, ſeculo, in quo Ludi Seculares ſequentes incidebant, ad quod præſertim epitaphii conditor reſpexit. Si quis porro epitaphium illud integrum legere velit, ut certius de hac controverſia judicium ferre poſſit, hic illud exhibeo:

MEMORIÆ
SEX. VIGELLI. AQUINAT. QUI
ANN. ATTIGIT CENTENS
SET. ALTERUM. ET. NONAGEN
PERPET INNOFFENSA. VALETUD
EXEGIT. RELIQUOS. SEPTEM. ET. D. XIIX.
DECUBUIT. ET OCCUBUIT
NAT. LUD. SAECUL. VIII. OBIIT. SEQUENT.

An.

JESU CHRISTI ANNUS 150.	TELESPHORI PAP. ANNUS 9.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 11.

I. Tempus ſcriptæ apologiæ Juſtini.

ANno Chriſti centeſimo quinquageſimo, ſecundum Græcos Faſtos, Torquato & Juliano ſecundum, vel ex Chronico Caſſiodori, Romulo & Glabrione Coſſ. Juſtinus martyr iterum pro Chriſtianis ſcribens Apologeticam orationem, obtulit eam Imperatori. Cum enim ipſe numeret (*a*) annos centum & quinquaginta a Chriſti nativitate uſque ad illud tempus, quo eam ſcribebat orationem, nullus de his dubitandi ſcrupulus relictus eſſe videtur. Sed de his pluribus ſuperius (*b*) actum eſt, dum Euſebii & Caſſiodori refellimus ſententiam, alio tempore eam fuiſſe ſcriptam affirmantium. Præfixit autem ipſe ſuæ orationi Chriſtiano philoſopho dignam hujuſmodi inſcriptionem.

(*a*) *Juſtin. in orat. ad Anton. verſ. Lang.*

(*b*) *Supr. anno 142. in fin.*

Ann. Eccl. Tom. II.

II. Apologiæ Juſtini titulus.

Imperatori Tito Ælio Hadriano Antonino Pio Auguſto Cæſari, & Veriſſimo filio Philoſopho, & Lucio Philoſopho, Lucii quidem Cæſaris nativo, Pii autem adoptivo filio, eruditionis amatoribus; ſacroque Senatui, & Populo Romano univerſo. Pro his, qui ex omni hominum genere, injuſte odiis iniquis, & violentæ vexationi ſunt obnoxii: Juſtinus Priſci Bacchii filius, Flaviæ Neapoli Syriæ Palæſtinæ ortus, ex illis unus, hanc orationem atque deprecationem conſcripſi.

III. Libera Juſtini oratio.

Quam vero libere ac intrepide ipſo ejus exordio eos compellet, hæc accipe: *Qui vere pii & Philoſophi ſunt, eos ſolam veritatem in pretio habere, & colere debere, ratio dictat:* & paulo poſt: *At vos quidem pii & Philoſophi, & juſtitiæ cuſto-*

SÆC. II. Anno Urbis 901. Olymp. 231. an. 4. An. Ch. 148.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5641.

☉ 17. AG. ☽ 16. P. 25. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 148. *ſecundum Baronium* 150.

PII PAPÆ 8.

ANTONINI PII IMP. 11.

I. *Conſules.*

[1] ANum. I. ad VI. Coſſ. C. *Bellicius Torquatus II. & Julianus.*

II. *Decennalia Imperii Auguſtei Antonini.*

Antoninus Pius Auguſtei Imperii Decennalia celebravit, utque in Nummis exprimerentur, ſanxit; antea enim implicitis tantum verbis in Nummis memorabantur, hoc modo, VOTA PUBLICA, vel VOTA SUSCEPTA. Mediobarbus pag. 199. inter alia Numiſmata hæc Decennalia exhibentia, iſtud producit: ANTONINUS AUG. PIUS P. P. TR. P. XI. In poſtica: PRIMI DECENNALES COS. IIII.

III. *Vtraque S. Juſtini Apologia adhuc extat.*

Magna inter Eruditos controverſia de anno, quo S. Juſtinus Apologias pro Chriſtianis compoſuit. Nunc quidem inter omnes convenit de earumdem inter ſe ordine, Euſebiumque lib. 4. cap. 12. & 18. & lib. 2. cap. 12. recte priorem vocare, quæ nunc in vulgatis editionibus ſecunda dicitur, & Antonino Pio ejuſque liberis nuncupatur: quæ vero in eiſdem editionibus prima legitur, ſecundam dici debere, liquet ex Euſebio lib. 4. cap. 16. Sed an utraque Juſtini Apologia hodie extet, vel tantum prior, (quo nomine eam, quæ Antonino Pio nuncupatur, ſemper exprimam) a Viris doctis in dubium revocatum. Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis pag. 201. & Papebrocius die XIII. Aprilis in Commentario ad Vitam S. Juſtini Martyris, arbitrantur, ſecundum Apologeticum librum, cum non eodem, quo primus, exceptus eſſet favore atque ſucceſſu, vel ſuppreſſum a Gentilibus Principibus eſſe, neque permiſſum vulgari, vel certe hodie nuſquam extare; Euſebium autem pro una eademque Apologia prima accipere Præfationem & Orationem Apologeticam; ita ut Apologia ſecunda nihil aliud ſit, quam præfatio ſeu inductio quædam ad Imperatoris, Senatus, populique animos præparandos, expoſitione injuſtiſſimæ actionis contra Chriſtianos exercitæ; cujus occaſione librum Apologeticum Juſtinus ſcripſerat. Sed hæc opinio non admittenda. Etenim Euſebius in lib. 4. cap. 16. poſtquam dixit,

[1] COſſ. C. Bellicius Torquatus II. & Julianus; Figlina apud Fabrettum pag. 510. num. 151. TORQ. ET JUL. COS. Vetus lapis repertus in Germania in ſuburbano Heilbronnenſium rure, & editus ab Henrico Seuferto in Programmate vulgato A. D. 1714. deinde a Jo. Georgio Eckartho in Commentario de rebus Franciæ Orientalis tom. I. pag. 8.

FORTUNAE. RESPICIENTI
SACR.
Dedicat. TORQUATO. ET
JULIANO. COS.

Relandus in Faſtis, ex corpore Gudianarum inſcriptionum lapidem edidit, ubi legitur:

IIII. NON. FEBR.
L. TORQUATO. III. ET
C. JULIANO. VETERE. COS.

Si nil falſi ſubolet in his prænominibus, ac nominibus, hinc ea erunt petenda, quæ video recentioribus Faſtorum concinnatoribus placere. Ceterum Faſti Idatiani, & Vindebonenſes: *Torquato & Juliano*. Proſperi Chronicon, & Caſſiodorus: *Torquato III. & Juliano*.

ſtodes, & eruditionis amatores, quod ſic vocemini, ubique auditis; an vero etiam ſitis, res ipſa demonſtrabit. Siquidem non adulaturi vos hoc ſcripto, neque ad gratiam quidquam dicturi, ſed ut juxta exactam & exquiſitam rationem judicium feratis, poſtulaturi acceſſimus: ne videlicet ſententiæ domo allatæ præſumptione, neque ſuperſtitioſa hominibus placendi affectione, neque præter rationem concepto impetu, & inveterata longo tempore famæ mala præoccupati contra vos ipſos calculum feratis. Noſtra quidem ratio eſt a nemine nos quicquam mali pati poſſe, ſi non aut malefici coarguamur, aut pravi, cauſa cognita, judicemur eſſe. Vos autem occidere quidem poteſtis, nocere non poteſtis. Hæc dicens, multa exprobrat de iniquiſſimis in Chriſtianos judiciis, quippe qui ſolo nomine, quod Chriſtiani ſint, nulla habita rerum perveſtigatione ut facinoroſiſſimi omnium, morte damnentur. Quamobrem calumniis objecta ſingula purgat, ipſorumque innocentiam multis demonſtrat: quippe qui non ſint illi, ut vulgo dicebantur, athei, quod deos non colant, qui verum Deum norint, & officiis illi congruis proſequantur: nec eos expectare humanum regnum (quod ipſi ſuſpicabantur, ac proinde defectionem atque rebellionem timebant) ſed cæleſte ac plane divinum; eaque ex cauſa libentiſſimo animo hujus vitæ diſpendium eos pati; quod nequaquam accideret, ſi in mundo regnandi cupiditate aliqua tenerentur obſtricti: diluit ac plane confutat de crucifixi hominis cultu in Chriſtianos jactatas a quocumque blaſphemias, qui crucis myſterium ignoraret: monſtratque pluribus, deos colentium inanem ac turpem eſſe ſuperſtitionem: deque Chriſti divinitate, ejuſque de carnis aſſumptione œconomia, erudite copioſeque diſſerit, & de crucis myſterio multa referat, atque Chriſtianorum fidei veritatem multis certiſque argumentis teſtatam relinquit; eorumdemque vitæ innoxiæ diſciplinam, exactiſſimum caſtitatis cultum, patientiam, obedientiam, pacis cuſtodiam, benignitatem, in hoſtes quoque dilectionem, & alia plura id genus inſinuat.

Juſtini apologiæ ſumma.

IV. Inſuper & ſacrorum myſteriorum ritus, nempe Baptiſmi & Euchariſtiæ, alioqui ſecretos, voluit illis eſſe perſpicuos: ea nimirum ex cauſa, quod vehemens ore omnium diſſipata eſſet in Chriſtianos calumnia, eos in ſacris necare ſolitos puerum, illiuſque carnibus veſci, extinctiſque luminibus promiſcue turpiterque miſceri: quæ enim (ut dictum eſt ſuperius) agerentur a Gnoſticis, qui & Chriſtiano nomine cenſebantur, ea omnia Catholicis atque innocentiſſimæ vitæ Chriſtianis crimini vertebantur potius, quam illis, quos

De eſu carnis humanæ calumnia diluitur.

xit, Juſtinum Philoſophum pro Chriſtianis Apologiam Marco & Lucio Imperatoribus obtuliſſe, ſtatim ex eadem inſignem locum affert, in quo Juſtinus adverſus Creſcentem Philoſophum invehitur, ut videre eſt in eadem Apologia pag. 46. editionis Pariſienſis Græco-Latinæ. Ad hanc rationem reſpondet Papebrocius, locum Euſebii non recte a Valeſio verti. In Græco enim legitur: ἐν τῇ δεδηλωμένῃ, id eſt, ut vertit Valeſius, *in ſupradicta Apologia*; adeo ut intelligatur liber ſecundus Juſtini, de quo immediate ante locutus erat Euſebius, & ex quo præfatum locum contra Creſcentem attulerat. At, inquit Papebrocius, ſi penitius vox ipſa introſpiciatur, invenietur non aliud ſignificare, quam *publicata* ſeu *manifeſtata*, ut ſic ſecernatur ab ea, quæ ab Imperatoribus ſuppreſſa in publicum non prodiit. Verum Euſebius ex ipſomet Euſebio explicandus. Is autem proxime ante dixerat: κατὰ δὲ καὶ ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δηλωθεὶς Ἰουστῖνος, δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίον ἀναδοὺς τοῖς δεδηλωμένοις ἄρχουσι; id eſt: *Iiſdem temporibus & Juſtinus, cujus ſupra mentionem fecimus, cum alterum librum pro Fidei noſtræ defenſione Imperatoribus ſuperius memoratis obtuliſſet.* Ita ex verſione Valeſii. Ubi vides voces, δεδηλωμένῃ & δεδηλωμένοις, utrobique eodem ſenſu in eodem capite ab Euſebio uſurpari. Chriſtophorſonus poſteriorem locum Euſebii ſic vertit: *In Apologia ſua, quam dudum commemoravimus*: priorem vero, *temporibus iiſdem de quo paulo ante mentio facta eſt*. Et tamen Papebrocius ait, Euſebium intelligere locum acceptum, non ex ſecunda, ſed ex prima Apologia, de qua jam Euſebius cap.8. egerat: quod longe ab hujus Hiſtorici mente, qui & capp. 11. ac 12. de eadem prima Apologia poſtea locutus eſt. Auctor Chronici Alexandrini infra citandus locum affert ex ſecunda, ut eam vocat, Apologia, qui etiamnum in ea legitur.

IV. Major difficultas eſt, quibus annis eæ Apologiæ ſcriptæ, & quibus Imperatoribus oblatæ fuerint. Hic de prima tantum loquemur, quam Baronius, Valeſius in Notis Euſebianis in lib.4. cap.8. Papebrocius laudatus, aliique hoc anno, vel anno XIII. Antonini Pii præſentatam volunt. Sed longe probabilior opinio Scaligeri in Animadverſionibus Euſebianis pag. 258. & Petavii in Animadverſionibus Epiphanianis hæreſi 46. qui arbitrantur, Apologiam primam ſub Antonini Pii initium Juſtinum edidiſſe. Oſtendit illud Apologiæ titulus: αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντονίνῳ εὐσεβεῖ σεβαστῷ Καίσαρι, καὶ Οὐηρισσίμῳ, υἱῷ Φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ Φιλοσόφῳ Καίσαρος φύσει υἱῷ, καὶ εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ, ἐραστῇ παιδείας ἱερῷ τε συγκλήτῳ, καὶ δήμῳ παντὶ Ῥωμαίων, id eſt, ut vertit Langus, *Imperatori Tito Ælio Hadriano Antonino Pio Auguſto Cæſari, & Veriſſimo filio Philoſopho, Lucii quidem Cæſaris nativo, Pii autem adoptivo filio, eruditionis amatoribus, ſacroque Senatui & populo Romano univerſo*. Sed vox *Lucii* expungenda, & loco, *amatoribus*, vertendum, *amatori*, in ſingulari. Refert eumdem titulum Euſebius lib. 4. cap. 12. Verum loco, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφῳ, habet, καὶ Λουκίῳ Καίσαρος φύσει υἱῷ, id eſt, *& Lucio Philoſophi Cæſaris naturali filio*, quam lectionem Valeſius in Notis retinendam cenſet, quia eam Rufinus & Nicephorus confirmant. Sed præterquam quod in quatuor Codicibus manuſcriptis a Valeſio citatis, & in vulgatis Juſtini editionibus habetur, φιλοσόφῳ, id eſt, *Philoſopho*, tam Marcus Aurelius, quam Lucius,

In utraque S. Juſtini Apologia Lucius poſtea Imperator dicitur Philoſophus.

quos inſtar Protei ad libitum mutare formas, idola colere, ceteraque quæ Gentilium eſſent ritus agere, ac ſic latitare, ſua ipſorum hæreſis docuiſſet. Potuit & ea de humanarum carnium eſu calumnia non tantum ex Gnoſticorum facinoribus eſſe conflata, ſed ex veritate myſterii male accepti perfacile comparata: nimirum quod in confeſſo apud Catholicos omnes eſſet, ſe in ſacris carnem Chriſti Domini noſtri eſu, & ſanguinem potu æque participare. Quomodocumque autem id acciderit, ad eluendam inolitam de ſacramento calumniam, Juſtinus (licet veti-
(a) Matth. 7. tum lege (a) ſit, ſanctum dare canibus, & ante porcos projicere margaritas) ſacra ſuis ſcriptis Chriſtianorum myſteria perſpicuo intuenda atque cognoſcenda proponit. Eſſent hic ea ſingula, ad ſacros Eccleſiaſticos antiquos ritus & mores inſinuandos, ejus verbis ſcribenda: ſed quod alias ſuperius, ubi ex inſtituto de Eccleſiaſticis traditionibus actum eſt, eorum meminimus; iterum ea repetere, ſupervacaneum eſſe ducimus.

V. Quali autem, quantave animi libertate iſtæc omnia ipſe tractarit; præter illa quæ ſunt ſuperius recitata, invectiva illa potiſſimum declarat, qua ait: *Sed enim metuere videmini, ne univerſi, quæ juſta ſunt faciant: & vos, quos puniatis, non habeatis. Carnificum vero hoc fuerit, non Principum bonorum opus. Perſuaſum autem vobis eſt, malignorum dæmonum opera hæc fieri, prout diximus: qui etiam ab eis, qui præter rationem vitam degunt, hoſtias & cultum flagitant. Cæterum vos qui pietatem & philoſophiam conſectamini, contra rationem quicquam agere, non arbitramur. Sin vos etiam æque ac dementes homines veritatem poſt conſuetudinem habetis, facite ſane quod poteſtis. Tantum quippe Principes opinionem veritati præferentes valent, quantum in ſolitariis locis prædones.* Denique perorans hæc addit: *Hæc ſi quidem vobis rationi & veritati conſentanea eſſe videntur, in pretio ea habete: ſin pro nugis ducitis, tamquam deliramenta contemnite: atque ita contra eos, qui nihil per injuriam iniqui admiſerunt, perinde ac adverſus hoſtes ſupplicium capitis ſtatuite. Illud autem vobis prædicimus, vos minime evaſuros eſſe futurum judicium Dei, ſi in hac iniquitate perduraveritis. Et nos clamabimus: Quod Deo gratum placitumque eſt, id ipſum obtineat & fiat.* Hæc locutus, ſubjunxit libello appendicem, Hadriani Imperatoris, quod ſuperius eſt recitatum, ad Minutium Fundanum pro Chriſtianis reſcriptum editum, quo vetuit Chriſtianos circumveniri calumniis, atque ex ſolo nomine, nullo probato

Summa Juſtini Libertas in dicendo.

eius, poſtquam imperavit, vocantur *Philoſophi* in titulo Legationis Athenagoræ pro Chriſtianis, ut ſuo loco videbitur. Ex quo certum redditur, *Philoſophi* nomen, quod in utraque Juſtini Apologia legitur, ad Lucium Ælium patrem, non vero ad Lucium filium juxta Juſtini mentem referendum eſſe: neque enim dubitandum, quin Juſtinus Lucio Vero poſtea Imperatori Philoſophi nomen attribuerit; cum Athenagoras eundem, dum imperaret, eodem nomine cohoneſtarit. Sed valde fallitur Valeſius in Notis ad Euſebium, ubi arbitratur, *Philoſophi* nomen eo in loco ad ſtudium literarum ſpectare. Ibi enim eos, qui vitam vivunt auſteram, denotat, quemadmodum & in titulo Legationis Athenagoræ. Idque ipſemet Juſtinus hujus Apologiæ initio manifeſte indicat, quando ait: *Ac vos quidem Pii, & Philoſophi, & Juſtitiæ cuſtodes, & Eruditionis amatores, quod ſi vocemini, ubique auditis; an vero etiam ſitis, res ipſa demonſtrabit;* ubi Philoſophiam ab eruditione Juſtinus diſtinguit. Immo etiam prioribus Eccleſiæ ſeculis apud Chriſtianos Philoſophi vocati, qui auſteriorem vitam æmulabantur, ut pluribus auctoritatibus oſtendit Suicerus in Theſauro Eccleſiaſtico, verbo φιλόσοφος Capitolinus in Marco cap. 2. de eo ſcribit: *Philoſophiæ operam vehementer dedit, & quidem adhuc puer. Nam duodecimum annum ingreſſus, habitum Philoſophiæ aſſumſit; & deinceps tolerantiam, cum ſtuderet in pallio, & humi cubaret, vix autem matre agente, in ſtrato pellibus lectulo accubaret.* Philoſophia accepta eo ſenſu Lucius imbutus, licet tantum novennis eſſet, ejuſque nullam in ejus Vita Capitolinus mentionem faciat. Nam Juſtino & Athenagoræ id teſtantibus fides non deneganda.

V. Sed, ut ad tempus, quo ea Apologia oblata, redeam, Euſebius in Chronico ad annum Abrahami 2157. qui Kalendis Octobris anni Chriſti CXL. inchoatur, ait: *Juſtinus Philoſophus librum pro noſtra Religione compoſitum Antonino reddit*: quod & Hermannus Contractus, & Marianus Scotus anno Antonini quarto habent; qui licet in anno errent, hujus tamen Imperatoris initio eam Apologiam editam demonſtrant, & quidem, uti exiſtimo, anno Chriſti CXXXIX. antequam Marcus Cæſar a patre nuncuparetur. Incredibile enim videtur, Juſtinum, qui tam Marco, quam Lucio titulos Cæſareæ dignitati & Imperio Proconſulari longe inferiores attribuit, Marcum Cæſarem, immo & Imperatorem, ſi Apologia hoc anno præſentata fuiſſet, non appellaſſe. Collegæ enim Imperii Imperatoris nomine cohoneſtati, ut ſæpe inſinuavi.

Quo anno prior Juſtini Apologia ſcripta.

VI. Euſebius in Chronico anno Abrahami 2166. qui Kalendis Octobris anni Chriſti CXLIX. auſpicatur, ait: *Creſcens Cynicus agnoſcitur, qui Juſtino noſtri dogmatis Philoſopho, quia ſe guloſum & prævaricatorem Philoſophiæ coarguebat, perſecutionem ſuſcitavit, in qua illeglorioſe pro Chriſto ſanguinem fudit.* Quibus verbis innixus Baronius, aliique, priorem Apologiam Juſtinum per hæc tempora Antonino obtuliſſe arbitrantur. At Euſebius de Creſcente Philoſopho loqui intendit, & ut moris ejus eſt, uno tenore recitat mortem, quam ille S. Juſtino infligendam curavit; ſed de priori ejus Apologia ibi loqui non potuit Euſebius, cum jam eam primis Imperii ejus annis diſerte conſignaſſet. Papebrocius citatus, qui hanc priorem Apologiam Antonino Pio anno ejus Imperii XIII. porrectam contendit, dicit, hunc & laudatum Euſebii locum commutatos inter ſe eſſe, idque non recenter, ſed circa Hieronymi tempora, aut certe ipſiuſmet Hieronymi exemplo, Euſebii Chronicon Latinum facientis. Verum hæc con-

Fundamenta opinionis contrariæ confutata.

bato crimine, tumultuarie condemnari.

VI. Annuerit ne Juſtini libello Imperator, non conſtat; nam poſt hæc Romæ religionis cauſa patratas eſſe Chriſtianorum cædes, ut Teleſphori Romani Pontificis & aliorum, ſuo loco dicemus. Neque enim aſſentiri poſſumus affirmantibus Antoninum Pium Auguſtum Juſtini oratione perſuaſum, mox illud quod extat in fine ejus pro Chriſtianis Apologiæ, dediſſe reſcriptum: nam illud, Aſiæ populis poſt triennium datum fuiſſe apparet, nimirum ejus Imperii anno decimoquinto. Cum enim ibi Tribunitiæ poteſtatis inſcriptio notata habeatur decies quinquies, totidem eum annos tunc egiſſe in Imperio, certum eſt: nam auctore (*a*) Dione conſtat, pro numero annorum Imperii, multiplicari vices Tribunitiæ poteſtatis: adeo ut quoto quis Imperator auctus reperiatur numero Tribunitiæ poteſtatis, totidem eum annos agere in Imperio, neceſſe ſit pariter affirmare; quamobrem anno decimoquinto ejus Imperii ea oportuit Antoninum pro Chriſtianis reſcripſiſſe.

De tempore dati reſcripti ab Antonino Pio.

(*a*) *Dio hiſt. Rom. lib. 53.*

VII. Meminit hujus a ſe ſcriptæ Apologiæ ipſe Juſtinus in dialogo cum Tryphone, cum agit de Simone mago: ut appareat, commentarium illum poſt hæc tempora ab eo ſcriptum: ubi & de Chriſtianorum perſecutione verba faciens, quanta illi eſſent animi alacritate ad ſubeunda ſupplicia, monſtrat his verbis: *Dum cædimur, lætamur: perſuaſum habentes, quod excitaturus nos ſit Deus per Chriſtum ſuum:* & poſt multa, quomodo perſecutione ſæviente, major ad Eccleſiam adjiceretur credentium numerus, teſtatur ſic dicens: *Non eſſe autem qui exterreat, & in ſervitutem redigat nos, qui Jeſu nomina per fidem dedimus, per terram omnem manifeſtum eſt. Quod namque dum gladio percutimur, & in crucem agimur, & beſtiis objicimur, & vinculis & igne & tormentis aliis omnibus plectimur & excruciamur, a profeſſione noſtra non diſcedamus ſatis conſtat. Et quanto magis ejuſmodi tormenta quædam in nos expediuntur, tanto alii plures Fideles & veræ religionis per nomen Jeſu fiunt cultores. Quemadmodum enim, ſi quis vitis excidat fructificantes partes; ut palmites, qui alios floridi & frugiferi profundant ramos, illa proferat, facit: ita in nobis quoque accidit. Plantata namque eſt a Deo & Salvatore vitis & vinea, populus ejus.* Hæc ipſe. Porro non hæc Romæ tantum pati Chriſtianos conſueviſſe, ſed ubique gentium, demonſtrat, paulo poſt ſic dicens; *Non ſolum ex poſſeſſionibus ſuis Chriſtianorum quiſque exigitur, verum etiam in mundo toto nemini eorum vivere permittitur*: ut ex his appareat, non levem, etiam ſine edicto, his temporibus perſecutionem in Chriſtianos graſſatam eſſe: niſi ad tempora Marci & Lucii, ſucceſſorum Antonini, ea referenda eſſe velimus. At de his hactenus.

Perſecutione creſcit Eccleſia.

Chri-

conjectura non probatur: ſequeretur enim, Euſebium martyrium Juſtini initio Imperii Antonini enarraſſe: anno vero ejus XIII. ſcripſiſſe, Juſtinum Apologiam huic Imperatori reddidiſſe, a quo præpoſtero rerum narrandarum ordine longe abeſt Euſebius in Chronico. Præterea tam varia eventa inter utrumque locum deſcribuntur, ut incredibile ſit, illam tranſpoſitionem fieri potuiſſe. Baronius ait, Juſtinum in prima Apologia ſcribere, Gentiles dicere, *ante annos centum quinquaginta nos aſſeverare, Chriſtum ſub Cyrenio natum eſſe*; ideoque eam Apologiam currenti anno, quem ipſe CL. poſt Chriſtum numerat ſcriptam fuiſſe. Sed præterquam quod Chriſtiani per hæc tempora nullam peculiarem Eram habebant, Era Chriſtiana, quam aliquando in libris uſurpabant, ab anno Juliano XLIII. exordiebatur, ideoque centeſimus quinquageſimus ille annus cum anno Eræ Dionyſianæ CXLVII. concurreret. Verum Gentiles rerum noſtrorum ignari numero rotundo locuti ſunt, nihilque aliud ſignificarunt, quam Chriſtianos aſſerere, Chriſtum ante annos centum circiter quinquaginta natum. Ait ſecundo Baronius, in ea Apologia bis *Marcionis* Juſtinum meminiſſe; hunc autem ante annum CXLIV. hæreſim ſuam non docuiſſe. Sed inde deducendum, Marcionem extremis Hadriani temporibus errores ſuos ſparſiſſe, ut ſuo loco oſtendimus, non vero Juſtinum poſt annum CXLIV. Defenſionem ſuam Antonino Pio porrexiſſe, Hac porro Apologia anno ſuo reddita liquet, ipſo Antonini Pii initio Chriſtianos vexatos cum Imperatores vel Imperii initio, vel in Decennalibus & id genus feſtis perſecutiones decernere ſoliti fuerint.

VII. Paulo poſt primam Apologiam Juſtinus ſcripſit Dialogum *cum Tryphone Judæo de veritate Chriſtianæ Religionis*; ipſo enim ejus initio legitur: Τρύφων, φησί, καλοῦμαι. εἰμί δὲ Ἑβραῖος ἐκ περιτομῆς, φυγὼν τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον, &c. id eſt, *Trypho, inquit, vocor. Sum autem ex circumciſione Hebræus, ex bello proximo profugus.* Cum enim bellum Judaicum *nuperum* vocet; non multo poſt bellum illud Dialogus ſcriptus, & quidem poſtquam jam Apologiam publicaſſet; ait enim Juſtinus pag. 349. ejuſdem Dialogi: *Atque iſta, quod nihil omnino, præterquam, ut vera loquar, curem, dico; neminem prorſus veriturus, quamvis e veſtigio a vobis diſcerpar: neque enim curam aut rationem aliquam popularium etiam meorum (Samaritanorum dico) habui, ſcripto Cæſarem compellans*, &c. De hoc Dialogo loquitur Baronius anno XI. Hadriani, & cum eo Spondanus. Scaliger in animadverſionibus Euſeb. ſcribit, Juſtinum Hadriano imperante Dialogum illum compoſuiſſe ob primum locum a nobis citatum; ſed quomodo is intelligendus ſit, ſecundus oſtendit.

Juſtinus ſcribit Dialogum cum Tryphone.

Baron. an. 120. n. v. & ſeqq. & ibid. Spondan. nu. IV.

VIII. Ad num. VI. de reſcripto ad cohibendam perſecutionem Aſiæ populis dato, anno CLII. de quo rurſus ibi in Annalibus, agemus.

Reſcriptum in favorem Chriſtianorum.

JESU CHRISTI ANNUS 151.	TELESPHORI PAP. ANNUS 10.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 12.

I. Celadion Epiſcopus Alexandrinus.

CHriſti Domini anno centeſimoquinquageſimo primo, Orfito & Priſco Coſſ. ſed ſecundum Caſſiodorum, Præſente & Rufo, Antonini Imperatoris anno duodecimo, poſt Marcum Juniorem ſubrogatur in Eccleſia Alexandrina Celadion Epiſcopus, qui ſedit annos quatuordecim: hæc Euſebius in Chronico & hiſtoria (a).

(a) Euſeb. lib. 4. c. 18.

JESU CHRISTI ANNUS 152.	TELESPHORI PAP. ANNUS 11.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 13.

SEquenti anno Domini centeſimo quinquageſimoſecundo, Gallicanus & Vetus notati habentur Conſules: apud Caſſiodorum vero Commodus & Lateranus habentur conſcripti.

Qui

SÆC. II. Anno Urbis 902. Olymp. 232. an. 1. An. Ch. 149.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5642.

☉ 18. F. ☽ 17. P. 14. April. Indict. 2.

JEU CHRISTI 149. *ſecund. Baronium* 151.

PII PAPÆ 9.

ANTONINI PII IMP. 12.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Ser. Scipio Orfitus*, & *Q. Nonius Priſcus*, ex Inſcriptionibus Onuphrianis.

II. *Imperii Caſarei M. Aurelii Decennalia.*

Marci Aurelii Cæſaris Decennalia ad hunc annum referenda. Mediobarbus pag. 200. Antonini Nummum XII. Tribunitia Poteſtate notatum producit, in cujus poſtica viſitur Saturni templum. Producit & alium ejuſdem Imperatoris Nummum Trib. Pot. XII. inſignitum, in cujus poſtica legitur: Cos. IIII. S. C. MUNIFICENTIA AUG. Exhibetur in ea elephas. In poſtica alterius, cujus antica Trib. Pot. XII. præfert COS. IIII. S. C. MUNIFICENTIA AUG. Cernitur figura, dextra pateram, ſiniſtra haſtam puram tenens, ad pedem dextrum Tigris. Quæ omnia horum ſolennium indicia, ut anno CXLVII. diximus.

SÆC. II. Anno Urbis 903. Olymp. 232. an. 2. An. Ch. 150.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5643.

☉ 19. E. ☽ 18. P. 30. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 150. *ſecundum Baronium* 152.

PII PAPÆ 10.

ANTONINI PII IMP. 13.

I. *Conſules.*

[2] AD num. I. Coſſ. *Gallicanus*, & *Vetus*, ex Inſcriptione Onuphriana.

[1] COſſ. *Ser. Scipio Orfitus*, & *Q. Nonius Priſcus*. Gruterus pag. XXXII. 9. SER. SCIPIONE. ORFITO. ET Q. NONIO. PRISCO. COS. Lapis apud Boiſſardum par. V. pag. 103. Sponium in Miſcellan. pag. 85. Fabrettum pag. 473. nunc in ædibus Capitolinis: DEDICATA. XV. KAL. APRIL. SCIPIONE. ORPHITO ET SOSIO. PRISCO. COS. *Soſio pro Nonio*, mendoſe ſcriptum nonnulli cenſent, at *Soſio* in lapide legitur, atque adeo Fabrettus recte aliud *Priſci* nomen eſſe putavit. Aliæ vero inſcriptiones apud Gruterum pag. XLVIII. 1. CCCXL. 4. habent: SER. SCIPIONE ORFITO. Q. NON. PRISCO. COS. Lapis Gudianus a Relando relatus: ET. ARAM. D. D. K. JUN. Q. NONIO. PRISCO. ET. SERGIO. SCIPIONE. ORFITO. COS. Alia inſcriptio ibidem: IIII. KAL. APRIL. Q. NONIO. PRISCO. SERGIO. SCIPIONE COS. Item. IIII. KAL. MART. Q. NONIO. PRISCO. ET SERG. SCIPIONE. ORFITO. COS. Et alia: Q. NONIO. PRISCO. ET SERG. SCIPIONE. ORFITO. COS. Signum figlinæ in ædibus Capitolinis: ORFITO. ET PRISCO. COS. Vide Fabrettum ubi ſupra & Noriſium in Epiſtola conſulari. Faſti Idatiani, & Vindebonenſes: *Orfito & Priſco*. Proſperi Chronicon, & Caſſiodorus: *Orphito & Priſco*.

[2] COſſ. *Gallicanus*, & *Vetus*. Horum prænomina, ne dicam aliquot etiam nomina in vetuſtis monumentis editis reticentur. Lapis apud Fabrettum pag. 506. n. 121. ex Grutero: GALLICANO. ET VETERE. COS. VII. ID. JAN. Ibidem pag. 510. ex laterum ſignis: GALLICA. ET VETERE. COS. Item apud Sponium in Miſcellan. pag. 302. GALLICANO. ET VETERE. COS. Faſti Idatiani, Proſperi Chronicon, & Caſſiodorus: *Glabrione & Vetere*. Vindebonenſes: *Gallicano & Vetere*.

Blanchinus *Gallicano* prænomen *Quinti*, & *Romuli* nomen dat, ſine veterum monumentorum auctoritate. Joſeph Maria Stampa in Faſtis hujus anni, *Gallicani* collegam *C. Antiſtium Veterem* nuncupat, Dionis auctoritate fretus, de qua re viderint eruditi.

JESU CHRISTI ANNUS 153.	TELESPHORI PAP. ANNUS 12.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 14.

QUi vero poſt ſequitur annus Domini centeſimus quinquageſimus tertius, Gordiani & Maximi Conſulatui in Faſtis adſcribitur; ſed a Caſſiodoro, Vero & Sabino Conſulibus conſignatur. Verum ii omnes rerum Eccleſiaſticarum notitia ſteriles.

Annus

SÆC. II. Anno Urbis 904. Olymp. 232. an. 3. A.C. 151.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5644.

☉ 10. D. ☽ 19. P. 19. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 151. *ſecund. Baronium* 153.

ANICETI PAPÆ 1.

ANTONINI PII IMP. 14.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Quintilius Condianus*, & *Quintilius Maximus*, uti accurate Onuphrius ex Dione lib. 72. ubi tamen librariorum errore loco *Condiani* legitur *Cardianus*, quemadmodum apud Lampridium in Commodo cap. 4. Sextus Cocidiani filius dicitur, loco Condiani hoc anno Conſulis, quem tamen Dio, cui major fides adhibenda, Maximi filium facit. Condianum etiam hoc anno edunt Faſti Græci Theonis a Dodvvello Viro eruditiſſimo nuper publicati, & Faſti Cæſarei; quem annum aperuiſſe, non vero Gordianum, ut perperam Caſſiodorus, & liber Cuſpiniani habent, ex eo liquet, quod anno CLXXX. *Sextus Quintilius Condianus* Maximi filius, non vero Quintilius Gordianus Faſtis nomen dederit, ut teſtantur Faſti citati Theonis, & ſuo loco videbitur. Chronicon Alexandrinum a Radero publicatum Gordianum profitetur; & tamen Faſti ex eo Chronico a Sylburgio editi Condianum habent; qui ſimileſve errores librariis attribuendi. *Quintiliorum* domus omnis a Commodo extincta, ut tradunt Dio & Lampridius laudati, Maximus ſcilicet Condianus & Sextus Condianus, de quibus plura Caſaubonus in Notis ad laudatum Lampridii locum.

Quinquennalia Imperii Proconſularis Marci. Mediobarbus Nummum ejus producit, in cujus poſtica legitur: TR. P. V. COS. II. S. C. cernuntur quadrigæ, aurigante Imperatore. Quæ repræſentatio viſitur etiam in poſtica Nummi Antonini Trib. Pot. XIIII. inſigniti: cum fluvii cujuſdam ſimulacro pone decumbente. Extat & apud Angellonium Antonini Nummus in cujus poſtica habetur: TR. POT. XIIII. COS. IIII. S. C. PIETAS. Repræſentatur templum octo columnarum, in cujus medio figuræ duæ ſedentes, quarum una haſtam tenet; extra columnas duæ figuræ. Qui Nummi horum ſolennium teſtes. II. *Quinquennalia Imperii Proconſularis M. Aurelii.*

Pius Papa hoc anno ad Deum migravit, & *Anicetus* in ejus locum ſuffectus. III. *Anicetus PP. ſuccedit Pio.*

[1] COſſ. *Quintilius Condianus*, & *Quintilius Maximus*. Eorum prænomina nuſquam occurrunt; cognomina quoque corrupte leguntur in vulgatis Faſtis. Dio etiam *Cordianum*, & Lampridius *Cocidianum* habet, pro *Condiano*. De *Quintiliis* eorumque fatis plura apud Dionem Xiphilini. De *Maximo & Sex. Condiano* Lampridius in Commodo. Faſti Theonis habent, *Condianum*. Faſti Idatiani, Proſperi Chronicon, & Caſſiodorus: *Gordiano & Maximo*. Vindebonenſes: *Maximo & Condiano*.

JESU CHRISTI ANNUS 154.	HYGINII PAP. ANNUS 1.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 15.

I. Telefpho-ri Marty-rium. ANno Chriſti centeſimo quinquageſimoquarto, Glabrione & Veriano Coſſ. die quinta Januarii, Teleſphorus Papa, cum ſediſſet annos undecim, menſes novem minus diebus tribus, martyrio

(*a*) *Euſeb. lib.* 4. *c.* 10. coronatur. Tribuit eidem Euſebius (*a*) annos undecim exactos, itidemque indices Creſconiani. Verum quod Euſebius ipſe primo Antonini Imperii anno eum deceſſiſſe dicat, errore lapſus ex eo intelligitur, quod in ſerie Romanorum Pontificum Cletum numerare prætermiſerit. Porro cum alii Teleſphorum ſediſſe velint, annos undecim, menſes tres, & dies vigintiunum: haud rationem viſi ſunt habuiſſe temporis creationis ejus, quæ (ut vidimus) contigit octava Aprilis; & obitus, qui apud omnia Martyrologia poſitus habetur quinta Januarii. Martyrio coronatum fuiſſe Teleſphorum, auctor eſt etiam Irenæus (*b*), qui ait: *Glorioſiſſime martyrium fecit*. Tertullianus (*c*) idetiam de eodem his verſibus: (*b*) *Iren. lib.* 3. *c.* 3. (*c*) *Tertullian. in carm. contra Marcion. lib.* 3. *in fin.*

> *Poſt expleta ſui qui luſtri tempora, tradit*
> *Teleſphoro: excellens hic erat, martyrq. fidelis.*

Hæc Tertullianus in poemate contra Marcionem a ſe, cum eſſet junior, ſcripto, quod imperfectum inemendatum, atque metricis numeris minus attemperatum reliquit: ſed de eo inferius ſuo loco dicemus. Rurſum vero de martyrio ejuſdem mentio habetur in eodem nuper citato libro de Romanis Pontificibus:

SÆC. II. Anno Urbis 905. Olymp. 232. ar. 4. A.C. 152. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5645.

☉ 21. CB. ☽ 1. P. 10. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 152. *ſecundum Baronium* 154.

ANICETI PAPÆ 2.

ANTONINI PII IMP. 15.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. & ſeq. Coſſ. *Sex. Acilius Glabrio*, *&* *C. Valerius Omullus Verianus*, ut habet Onuphrius in Chronico, ubi quæ in Faſtis ſcripſit, ſæpe ex verioribus documentis emendat, ut me monuit Card. Noriſius, qui in Epiſtola Conſulari pag. 91. & 117. aliqua de utroque Conſule notat. Quindecennalia Imperii Proconſularis Antonini Pii.

[2] S. *Teleſphorum* Papam Hadriano imperante ſediſſe probant Acta antiqua SS. Fauſtinæ & Jovitæ, ac præterea Acta S. Calimeri Epiſcopi Mediolanenſis, quorum verba recitat Henſchenius in Explicatione Catalogi veterum Pontificum. Ad hæc Euſebius in Hiſt. lib. 4. cap. 10. ac etiam in Chronico, & Marianus Scotus ac Hermannus Contractus in Chronicis S. Teleſphori Martyrium anno primo Antonini Pii conſignant: adeo verum eſt, Teleſphorum ad hæc tempora non perveniſſe. Standum itaque Chronico Damaſi, in quo legitur: *Teleſphorus annis undecim men-* II. *Teleſphori PP. obitus.*

---

[1] COſſ. *Sex. Acilius Glabrio*, *&* *C. Valerius Omullus Verianus*. At vera horum conſulum nomina ex Relandi Faſtis ſunt: *Manius Acilius Glabrio*, *&* *M. Valerius Homullus*. Aliter tamen ſuadere videntur nonnulli lapides. Plures affert Relandus in Faſtis hujus anni. Nos aliquot ſubjiciemus antiquas epigraphes. Lateres apud Fabrettum pag. 506. n. 123. GLAB. ET HOMULO. COS. Donianæ inſcriptiones cl. II. n. 161. pag. 103. ex Manutii ſchedis Vaticanis: GLABRIONE. ET HOMULLO COS. EX. RAT. L... Item cl. VII. n. 6. pag. 281. ex iiſdem ſchedis: DEDIC. K. JUNIAS. SEX. GLABRIONE. ET. C. OMOLLO. VERIANO. COS. In notis ad hunc locum animadvertit Gorius, a Fabretto dicam inuri Reineſio, qui hunc lapidem vulgavit cl. IX. n. 61. ac uti ſpurium a Fabretto damnari, ſed Manutii auctoritas, inquit Gorius, a ſuppoſitione hunc lapidem liberat. Vetus inſcriptio, olim Romæ in ædibus Colotianis, edita poſt vitam Angeli Colotii Epiſcopi Nucerini pag. 87.

DEDIC. KAL. FEB.
JUNIO. GLABRIONE. ET. HOMOLLO. COS.

Lapis Ligorianus nuper vulgatus in veteri Latio tom. VII. pag. 116. JUNIO. GLABRIO. ET T. HOMOLLIO. COS. Pugnare inter ſe litterati lapides videntur. Qui a Relando afferuntur, *Manium*, non *Sextum* Acilium habent; *&* *Marcum*, *non Caium*, aut *Titum Homulum*. Alii e contra *Sextum*, *Glabrionem* appellant, *Junii* etiam nomen addunt; & *Homulum*, *Caium*, *&* *Titum* vocant, adduntque *Veriani* cognomen. Hinc nos ancipites hæremus, atque adeo utrovis modo eos exhibemus, donec ex monumentis eruendis clarius res patefiat. Itaque exhiberi hoc pacto poſſunt *Sex. Acilius Junius Glabrio*, *&* C. ſeu *T. Valerius Homulus*, aut *Omollus*, *Homollus*, *Homollius Verianus*. Vide Noriſii epiſtolam conſularem in his Coſſ. Faſti Idatiani: *Glabrione II.* *&* *Humilio*. Proſperi Chronicon & Caſſiodorus: *Glabrione II.* *&* *Romulo*. Faſti Vindebonenſes: *Glabrione* *&* *Homullo*.

[2] PAgius, S. *Teleſphorum* c. A. D. 137. obiiſſe cenſet, Chronici Damaſi auctoritate fretus; at Conſtantius in epiſt. Rom. Pontificum pag. 58. animadvertit, ab Euſebio lib. IV. cap. X. doceri *Teleſphorum* martyrio affectum, *anno ſui Pontificatus undecimo*, *&* *Antonini Pii primo*, *qui primus Antonini Pii annus* in A. D. 138, & 139. incidit. Itaque *Teleſphori* mors in hunc annum conjicienda videtur.

II. Ubi & hæc itidem de Teleſphoro: *Hic conſtituit ut ſeptem hebdomadas ante Paſcha jejunium celebraretur.* Eadem leguntur apud Euſebium (*a*). Verum quadrageſimale jejunium ex Apoſtolica inſtitutione manaſſe, ſuperius primo Annalium tomo demonſtravimus: Quamobrem non recens a Teleſphoro illud fuit in Eccleſia decretum: ſed potius quod traditione Fideles ſervarent, at de his diverſa eſſet conſuetudo Eccleſiarum, edita conſtitutione ſcripto illud fuerit perpetuo ſtabilitum. Sed & ibidem ſubditur: *Hic fecit ut in Natali Domini noſtri Jeſu Chriſti noctu Miſſæ celebrarentur: cum omni alio tempore ante horæ tertiæ curſum nullus præſumeret Miſſas celebrare; quia ea hora Dominus noſter Jeſus Chriſtus aſcendit in crucem.* Verum ſunt hæc accipienda de his quæ frequentiori uſu in Eccleſia ſervarentur; cum alioqui multis conſtet exemplis, in ſacris vigiliis noctu ſacrificium offerri conſueviſſe. Sed poſt hæc additur, ſtatuiſſe Teleſphorum, ut ante ſacrificium diceretur Angelicus hymnus, *Gloria in excelſis Deo.* Demum hæc in fine: *Hic fecit ordinationes quatuor per menſem Decembrem, presbyteros duodecim, diaconos octo, Epiſcopos per diverſa loca tredecim.* Recenſentur in ſingulis Romanis Pontificibus non ſolum ordinationes clericorum, qui Eccleſiæ Romanæ uſui eſſent, ſed & Epiſcoporum, quæ in diverſas Orbis provincias mitterentur: ut ex his etiam perſpicuum reddatur, fuiſſe muneris Romanorum Pontificum non ſolum Urbis, ſed & orbis totius Eccleſiæ conſulere. His de Teleſphoro dictis, de ſepultura ejus mox ſubditur: Sepultus eſt juxta corpus beati Petri in Vaticano, Nonis Januarii: & ceſſavit Epiſcopatus ejus dies ſeptem. Sicque decimatertia ejuſdem menſis Januarii ſuffectus eſt in locum ejus Hyginius Græcus, Athenienſis, ex Philoſopho.

(*a*) *Apud Euſeb. in Chronico.*

Teleſphori decreta.

Hyginius Papa.

III. Teleſphoro jam nece ſublato, cuinam inferioris ordinis Chriſtiano Gentiles pepercisse putandum eſt? ſæviit acerbe nimis his temporibus eorum in Chriſtianos furor: nam præter illos, quorum memoria excidit, ac eos quorum ſuperius facta eſt mentio, reperiuntur itidem Romæ alii martyrio coronati. Paſſus eſt tunc etiam Alexander Epiſcopus (*b*) via Claudia, viceſimo ab Urbe milliario; cujus natalis dies in tabulis Eccleſiaſticis deſcriptus habetur: ſed cujus civitatis epiſcopus fuerit ignoratur. Martyr quoque effectus eſt Spoleti Pontianus, & alii plures in Italia. In Oriente etiam complures reperiuntur ſub eodem Antonino nobilitati martyrio, nimirum Pergami in Aſia Agathodorus & Carpus, alia vero die Agathonice, Pergæ in Pamphilia Theodorus, ejuſque mater Philippa, & alii plures, Apameæ Alexander, Damaſci Victor & Corona, Marcinopoli Melitina, Auguſtoduni in Gallia Hocellus & alii, in Sardinia Potitus: quorum omnium in Romano Martyrologio certa paſſionis die adſcripta habetur. Porro longe majorem eſſe numerum eorum, quorum injuria temporum & naufragio ſcripturarum memoria periit, nemo eſt qui ex his, quæ ſunt recitata, non poſſit facile opinari.

(*b*) *Martyrolog. Rom. die 21. Octobr.*

Martyres paſſi ſub Antonino Pio.

IV. Porro ſanctorum ſuorum vindex Deus, haud alia de cauſa his diebus totum plane Imperii Romani orbem diverſis cladibus afflictavit, quam ut manifeſtis declararet ſignis atque prodigiis, eſſe Gentilibus divinum numen infenſum. Quænam vero hæc fuerint, Julius Capitolinus (*c*) his verbis recenſet: *Adverſa hujus temporis hæc provenerunt: fames, de qua diximus; circi ruina, terræmotus, quo Rhodiorum & Aſiæ oppida conciderunt, quæ mirifice omnia inſtauravit; & Romæ incendium, quod trecentas quadraginta inſulas vel domos abſumſit: Narbonenſis civitas, Antiochenſe oppidum, & Chartaginenſe forum arſit; fuit & Tiberis inundatio.* Hæc ipſe. Cæterum magnum hæc cunctis incuſſiſſe timorem, & ipſum Imperatorem pariter commoviſſe, ex eo facile opinari licet, quod ipſe hoc anno, his prodigiis numine perterrente, Gentiles a Chriſtianorum perſecutione dato reſcripto cohibuit: quod hoc ipſo anno decimo quinto ſui Imperii reſcripſiſſe, ex Tribunitia poteſtate, annis ſingulis repeti ſolita, ibi jam quindecies repetita (ut dictum eſt) facile intelligi poteſt. Erat autem reſcriptum hujuſmodi (*d*):

(*c*) *Jul. Capit. in Antonino.*

Clades Rom. Imperii ob perſecutionem Chriſtianorum.

(*d*) *Apud Juſtin. martyr. in fine orat. ad Antonin. ex verſion. Lang.*

V. *Imperator Cæſar Titus Ælius Hadrianus*

menſibus tribus, diebus tribus. Fuit temporibus Antonini Macrini (legendum, *Hadriani*) *a Conſulatu Titiani & Gallicani, uſque Cæſare & Balbino.* Conſulatus Cæſaris & Balbini incidit in annum Chriſti CXXXVII. Quare cum *Teleſphorus* anno CXXVI. Pontificatum inierit, ut ſuo loco dictum, annos XI. m.3. & d.3. ſedit, ſi error in numeros non irrepſerit. Colitur in Martyrologiis die quinta menſis Januarii, quo & ſepultus dicitur in auctiori Chronico veterum Pontificum, ſed is dies ad aliquam ejus Tranſlationem referendus videtur, ut ex dictis conſtat. Sedes dicitur vacaſſe diebus ſeptem. Verum id ex conjectura aſſertum. Teleſphoro ſucceſſit *Hyginus*.

III. *Teleſphoro* unica attribuitur Decretalis, Viris eruditis ſuppoſititia credita. Scripta eſt ad omnes Epiſcopos, incipitque cum verbis Damaſi Papæ Epiſtola ad Illyricos: *Credimus S. fidem veſtram in Apoſtolorum eruditione laudatam.* Habet plura alia ex Damaſi Epiſtolis teſtimonia; item ex Pſal. 25. 36. & 51. verſionis S. Hieronymi.

Teleſphori Decretalis.

IV. Ad num.V. Edictum pro cohibenda perſecutione Scriptores in duas partes diſtraxit. Baronius Haloixius in notationibus ad Vitam S. Juſtini cap.5. & Papebrocius ad diem XIII. Aprilis, quo S. Ju-

Reſcriptum pro cohibenda perſecutione a M. Aurelio emiſſum.

Reſcriptum Antonini pro Chriſtianis.

nus Antoninus, Auguſtus Pius, Pontifex maximus, Tribunitiæ poteſtatis decimumquintum, Conſul tertium (aliter quartum) Pater patriæ populis Aſiæ ſalutem. Titulus eſt ex Juſtini commentariis deſumptus; nam qui habetur apud Euſebium noſcitur depravatus: quippe qui loco Antonini Pii habeat Marcum Aurelium. Cetera autem quæ ſequuntur, ipſum nempe reſcriptum, ex Euſebio (a) hic ſubſcribimus:

(a) Euſeb. lib. 4. c. 12.

Novi quidem diis curæ eſſe ne tales homines impuniti in obſcuro lateant: nam illi ipſi (ſcio) de iis qui ipſis cultum tribuere recuſant, ſunt multo acerbius ſupplicium ſumpturi, quam nos. Ac quibus hominibus jam ipſi gravem exhibetis moleſtiam, & tamquam impios atque a deorum cultu averſos inſimulatis, eorum plane quam habent, magnopere confirmatis religionem. Illis enim magis in optatis eſt, ut in crimen adducti mortem pro Deo ſuo oppetant, quam ut vita fruantur. Unde ſua ipſorum vita hoc pacto prodita, multo majorem clarioremque reportant victoriam, quam ſi imperata, quæ vos ab ipſis fieri poſtulatis obirent. Ceterum de terræmotibus, qui vel præterierunt, vel jam ſunt, non alienum a ratione videtur, vos commonefacere: quandoquidem etiam cum adſint, animos dimittitis, & infelices veſtri omnium caſus in illorum religionem, tamquam eorumdem cauſam transfertis. At illi cum tale quid eveniat, conſtantius firmiuſque Deo fidunt. Vos autem toto illo tempore Deum penitus ignorare, reſque ſacras prorſus contemnere, & non ſolum cultus qui ſoli Deo debetur, inſcii eſſe & expertes, verum etiam eos qui illum obſervant & venerantur, graviter exagitare, & ad mortem uſque inſectari videmini. Pro quibus omnibus, multi qui noſtris præfuere provinciis, jam ante diviniſſimo ſanctiſſimoque noſtro patri litteras ſcripſerunt. Ad quos quidem ille reſcripſit, nihil ejuſmodi viris negotii faceſſendum, niſi forte aliquid maleficii contra Romanum Imperium deſignare moliantur. Ad me etiam eorum cauſa ſcripſere multi, quibus per litteras patris mei ſententiæ, & voluntati aſſentiens reſponſum dedi. Quod ſi quiſpiam igitur cuiquam Chriſtiano, quia Chriſtianus ſit, pergat moleſtiæ quicquam aut criminis inferre: ille cui crimen illatum fuerit, etiam ſi re ipſa Chriſtianus deprehenſus ſit, abſolvatur: qui autem illum accuſaverit, juſtum debitumque ſupplicium ſubeat. Hactenus reſcriptum.

VI. Addit Euſebius (c): *Hoc edictum Epheſi in communi totius Aſiæ concilio divulgatum fuit. Atque ita iſta accidiſſe, Melito Sardenſis Eccleſiæ Epiſcopus, qui eodem tempore hominum fama celebris fuit, teſtatur perſpicue ſuis ipſius verbis, quæ ſunt poſita in Apologia utiliſſima illa quidem, quam pro noſtræ fidei & religionis defenſione contexuit, eamque Imperatori Vero dicavit.* Hæc ipſe. Apparet autem ex

Euſeb. ubi ſupra.

S. Juſtinus colitur, illud ab Antonino Pio emiſſum fuiſſe contendunt, erroreque in eo M. Aurelii nomen legi, & loco *Conſul III.* legendum, *Conſul IV.* Contra Valeſius in Notis ad lib. 4. Euſebii cap. 13. ubi ea Epiſtola refertur, exiſtimat, erraſſe Euſebium, qui Antonino Pio illud Edictum ſeu Epiſtolam attribuit; cum ſit M. Aurelii, ut ex Inſcriptione ipſa apparet, ſcripta primo anno Imperii ejus, cum ipſe eſſet tertium Conſul, inquit Valeſius, cujus opinio præferenda, magiſque explicanda. His verbis titulus Epiſtolæ concipitur, Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μαρκὸς αὐρήλιος ἀντωνῖνος σέβαστος, ἀρμένιος, ἀρχιερὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας το πέμπτον καὶ δέκατον, ὕπατος τὸ τρίτον, τῷ κοινῷ τῆς ἀσίας χαίρειν, id eſt, *Imperator Cæſar M. Aurelius Antoninus Aug. Armenicus Pontifex Maximus, Tribunitiæ Poteſtatis XV. Conſul III. Communi Aſiæ S.* Titulus Armenici conjecturam Valeſii certam reddit: is non Antonino, ſed M. Aurelio attributus, ac præterea Lucio Vero, ut ex Nummis certum redditur. At obſervandum *Armeniaci* nomen Marco & Lucio non tribui, niſi quando ille Tribunitia Pot. XVIII. hic Tribunitia Pot. III. donatur; quas Tribunitias Poteſtates uterque Imperator anno CLXIV. geſſit. Infra autem videbimus, *Armeniaci* nomen anno CLXI. quo M. Aurelius Tribunitiam Pot. XV. iniit, eidem dari non potuiſſe. Et tamen is titulus in epiſtola ab Euſebio relata legitur. Error itaque in Tribunitiæ Pot. numerum irrepſit.

V. Hunc errorem Auctor Chronici Alexandrini obſervaſſe videtur. Is Priſco & Apollinario Coſſ. anno ſcilicet Chriſti CLIX. ſcribit, *Melitonem* Aſianum Sardienſem Epiſcopum, & aliquot alios Epiſcopos Apologiam pro Chriſtianis M. Aurelio tradidiſſe, & Marcum eorum ſupplicationibus permotum ſcripſiſſe epiſtolam ad *Commune Aſiæ*, qua vetabat, ne quis in poſterum Chriſtianos Religionis ſuæ cauſa calumniaretur. Eam epiſtolam Auctor Chronici Alexandrini refert his verbis: Μαρκὸς Αὐρήλιος Αντωνῖνος σέβαστος δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ πέντε καὶ δέκατον, καὶ ὕπατος τὸ τρίτον τῷ κοινῷ τῆς ἀσίας χαίρειν, &c. id eſt, *M. Aurelius Antoninus Auguſtus, Tribunitiæ Poteſtatis anno XV. Communi Aſiæ, Salutem.* At anno CLXIX. Marcus Tribunitiam Poteſtatem XXIII. non vero XV. gerebat. Quare tam in Euſebio, quam in Chronici Alexandrini Auctore; qui hanc epiſtolam ex illo accepit, legendum videtur, τὸ τρίτον καὶ εἰκοστὸν, id eſt *Tribunitiæ Poteſtatis XXIII.* Dicit Valeſius in Notis ad lib. 4. Euſebii cap. 26. Chronici Alex. Auctorem falli, qui exiſtimat eam epiſtolam anno X. Marci ſcriptam. *Scripta eſt*, inquit Valeſius, *anno primo ejus Imperii, ut colligitur ex anno XV. Tribunitiæ Poteſtatis in eadem epiſtola prænotato.* Sed ſi Vir eruditiſſimus animadvertiſſet, Armeniaci nomen Marco, dum Tribunitiam Poteſt. XV. gereret, datum non fuiſſe, intellexiſſet Auctorem Chronici Alexandrini eam Epiſtolam anno ſuo reddidiſſe, in eoque tantum peccaſſe, quod Numerum Tribunitiæ Poteſtatis XV. prorſus mendoſum retinuerit.

Auctor Chronici Alex. errorem Euſebii deprehendit.

VI. Si quis vero quærat, quæ errandi cauſa Euſe-

ex dictis ejuſmodi Antonini reſcripti verbis, non ſolum Proconſulem Aſiæ, ſed & alios complures Præſides de Chriſtiana religione eidem Imperatori dediſſe litteras, rurſumque eumdem Auguſtum non ad Aſiæ populos tantum, ſed & ad alias quoque provincias interpellatum ejus generis dediſſe reſcripta: quod aperte teſtatur Melito Sardenſis in ea Apologia ad Verum: quem recitat Euſebius (a) ſic dicentem: *Tuus item pater, quicum una tu ſummam rerum eo tempore adminiſtrabas, tum ad alias civitates generatim, tum ad Lariſſæos, Theſſalonicenſes, ad Athenienſes, & ad omnes denique Græcos nominatim per litteras mandata delegavit, ne quid novarum rerum contra nos Chriſtianos aliquando edere molirentur.* Hæc Melito.

Plura Antonini reſcripta pro Chriſtianis.

(a) *Euſeb. lib.4. cap. 25.*

VII. Omnes clades adſcribi ſolitæ Chriſtianis.

Illud etiam ejuſdem Principis reſcripti verbis manifeſto declaratur exemplo, nimirum conſueviſſe Gentiles, Chriſtianorum hoſtes quæcumque divinitus miſſæ eſſent clades, & accidiſſent infortunia, Chriſtianis crimini dare, ac culpæ illorum adſcribere ſecundum ea quæ & alibi recitavimus ex Tertulliano (b) qui ait: *Adverſus ſanguinem innocentium conclamant; prætexentes ſane ad odii defenſionem illam quoque vanitatem; quod exiſtiment, omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi Chriſtianos eſſe cauſam: ſi Tiberis aſcendit in mœnia: ſi Nilus non aſcendit in arva: ſi cœlum ſtetit: ſi terra movit: ſi fames, ſi lues, ſtatim Chriſtianos ad leonem.* Hæc ipſe. Quod autem ad ſtatum Romanæ Eccleſiæ pertinet: etſi, ut aliæ foris poſitæ Eccleſiæ, a Gentilium perſecutione (id Antonini reſcripto jubente) quieverit, haud tamen tranquilla frui pace permiſſa eſt; quippe quæ hæreticorum ſe in Urbem obtrudentium fuerit vehementer exagitata moleſtiis: quinam vero hi fuerint, dicturi ſumus anno ſequenti.

(b) *Tertull. in Apolog. c.40.*

Chri-

Cauſa erroris Euſebii.

ſebio eſſe potuerit, hanc eſſe puto. Legerat is in Apologia Melitonis, cujus Fragmentum refert lib.4. cap.26. Antoninum Pium in favorem Chriſtianorum ſcripſiſſe ad Civitates, ne contra Chriſtianos tumultus concitarent. Quare M. Aurelii Epiſtolam ad Aſiæ Commune ſcriptam, & a Melitone impetratam, pro Antonini Pii Epiſtola per errorem uſurpavit. Nec placet conjectura Papebrocii laudati arbitrantis, titulum eidem Epiſtolæ temeraria manu adjectum, qui forte defeciſſet in antiquo Codice, aut imperite ſuppletas reſiduas nominum ac temporum notas. Nam cum ipſe fateatur, eo in titulo *Parthici* nomen aut ejus reſiduum ſuperfuiſſe, liquet, eum titulum de Antonino Pio minime explicari poſſe, cum is numquam in Nummis, nec *Armeniacus*, nec *Parthicus* dicatur; quod tamen utrumque nomen Marco in Nummis & Inſcriptionibus attribuitur. Euſebii errorem vidit etiam Nicephorus, qui tamen eum non emendavit. Nam lib.3. cap.26. eam Epiſtolam inter Antonini Pii geſta refert; poſtea vero cap.34. illam Marco aſſignat, aitque: *Multos vero & alios Martyres in Aſia fuiſſe conſtat, priuſquam M. Aurelius Antoninus Juſtini aliorumque Chriſtianorum permotus epiſtola, quam paulo ante retulimus, ad Aſiæ populos miſſa, perſecutionem cohibuit.*

JESU CHRISTI ANNUS 155.	HYGINII PAP. ANNUS 2.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 16.

I. CHriſti Domini noſtri annus centeſimus quinquageſimusquintus Conſulibus adnotatur Præſente & Rufino: quo Hyginio Romano Pontifice annum ſecundum ſuæ ſedis auſpicante, Valentinus & Cerdo nefandiſſimi hæreſiarchæ cum veniſſent in Urbem, turbas in Eccleſia concitavere non modicas: quænam fuerint horum hæreſes, ſatis dictum eſt ſuo loco ſuperius. Docuerat (ut dictum eſt) Valentinus in Ægypto; cumque a pluribus ſuam concinnationem ex Platone, aliiſque philoſophis, atque poetis, ſimulque divina Scriptura contextam accipi cognoviſſet; anguſta ſibi viſa Ægypto, longe lateque in Chriſtiano orbe hæreſim propagare conatus, ſub Hyginio Romano Pontifice (ut auctor eſt Irenæus *a*) Romam ſe contulit, nec quidem cito diſceſſurus; ſed Hyginii tempora, & ejus in ſede ſucceſſoris Pii illic explevit, permanſitque uſque ad Anicetum, ut idem tradit his verbis: *Valentinus venit Romam ſub Hyginio, crevit vero ſub Pio, & prorogavit tempus uſque ad Anicetum.* Hæc ipſe. Immo vero uſque ad Eleutheri Papæ tempora manſiſſe eum Romæ, ac primo ſe Catholicum prætuliſſe, Tertullianus (*b*) teſtatur, tam de Valentino quam Marcione agens his verbis: *Ubi tunc Marcio Ponticus nauclerus, Stoicæ ſtudioſus? Ubi tunc Valentinus Platonicæ ſectator? Nam conſtat illos neque adeo olim fuiſſe, Antonini fere principatu, & in Catholicam primo doctrinam crediditſſe apud Eccleſiam Romanenſem; donec ſub Epiſcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam ſemper eorum curioſitatem, qua fratres quoque vitiabant, ſemel & iterum ejecti.*

Valentinus Romam venit.

(*a*) *Iren. lib.3. c.4. & apud Euſeb. lib. 4. c.10.*

(*b*) *Tertull. de præſcrip. c.30.*

II. Admiratione quidem digna res eſt, procaciſſimum hæreſiarcham Romam advenientem, adeo majeſtate ejus Eccleſiæ perculſum eſſe, ut non auſus fuerit palam ſuas blaſphemias effundere, ſed fidem Catholicam mentiendo, ſe æque Catholicum profiteri, nec niſi clanculum, diſputationis captata occaſione hæreſes propinare. Quod vero ad Cerdonem perti-

Cerdonis adventus Romam.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5646.

☉ 22. A. ☽ 2. P.26. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 153. *ſecundum Baronium* 155.

ANICETI PAPÆ 3.

ANTONINI PII IMP. 16.

SÆC. II. Anno Urbis 906. Olymp. 233. an. 1. A.C. 153.

I. *Conſules.* [1] AD num.I. Coſſ. *C. Bruttius Præſens*, & *A. Junius Rufinus*, ut diſcimus ex Inſcriptione Romæ in Horto Barberino inventa, & recitata a Sponio in Miſcellaneis Eruditæ Antiquit. pag.53. quæ dicitur dedicata C. BRUTTIO PRAESENTE, AULO IUNIO RUFINO COS. Hic in alia Epigraphe relata a Card. Noriſio in Epiſtola Conſulari dicitur A. IUNIUS RUFINUS, & Præſens ſine numerali nota; in ea etiam editur. Quare Rufinus in Annalibus perperam Antoninis adſcribitur, & hic Præſens alius eſt ab eo, qui cum Antonino Pio, ejus Imperii initio, Conſul fuit.

Im-

---

[1] COſſ. *C. Bruttius Præſens*, & *A. Junius Rufinus*. Gruterus pag. CCC. 1.

..... C. BRUTTIO. PRÆSENTE
A. JUNIO. RUFINO. COS.

Fabrettus pag.726.

...... BRUTTIO. PRÆSENTE
ET. JUNIO. RUFINO. COS.

Sponius pag.53.

V. IDUS. MARTIAS. BRUTTIO. PRAESENTE
ET. JUNIO. RUFINO. COSS. UTI XIII. K. OCTOB.
DIE FELICISSIMO. N. ANTONINI. PII. SPORTULAS
DIVIDERENT &c.

Ibidem in fine:

V. IDUS. MARTIAS. C. BRUTTIO.
PRÆSENTE. A. JUNIO. RUFINO. COS.

Dies natalis *Antonini* in hac inſcriptione deſignatus, convenit cum Capitolino in ejus vita cap.1. Tabula marmorea ſatis longa, ſed vetuſtate detrita, in qua nomina Prætorianorum militum ex coloniis, & municipiis Italicis, Romæ in ædibus Marchionis Gregorii Alexandri Capponii: PRAESENTE. ET RUFINO. COS. extremis nominibus, idque ibidem ſemel ac iterum. Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Præſente & Rufino* Coſſ. Vide de *Brutii Præſentis* nominibus Reineſium epiſt. XXXV. & de *Brutii* conſulatu ſuffecto Relandum in Faſtis hujus anni. Meminit & de his conſulibus, a ſe in epiſtola conſulari reſtitutis, Noriſius in Epochis Syro-Maced. Differt.IV. cap.III. pag.333.

tinet; ipſum quoque ſub Hyginio in Urbem ſe contuliſſe Irenæus (*a*) tradit; atque Tertullianus (*b*) his verſibus, de Hyginio, qui ſucceſſit Teleſphoro, intelligens:

(*a*) *Iren. li. 1. c. 28.* (*b*) *Tert. in carm. contra Marc. lib. 3. in fin.*

Poſt illum ſocius legis, certuſque magiſter;
Cum veſtri ſceleris ſocius præcurſor, & auctor
Advenit Romam Cerdo, nova vulnera geſtans:
Detectus, quoniam voces & verba veneni
Spargebat furtim; quapropter ab agmine pulſus
Sacrilegum genus hoc genuit, ſpirante dracone.
Conſtabat pietate vigens Eccleſia Romæ
Compoſita a Petro, cujus ſucceſſor & ipſe
Jamque loco nono cathedram ſuſcepit Higinus.

III. At ipſe Cerdon, quantumlibet in Oriente publice palamque hæreſes profeſſus eſſet, Romam tamen cum veniſſet, licet impudens ac petulans, reveritus tamen Eccleſiæ Apoſtolicæ Apoſtolico ore teſtatam fidem, ac eorum ſanguine conſignatam, erubuit turpitudinem ſuam, ſimulavitque delicti pœnitentiam, & exomologeſis pallio ſe ſtuduit operire, deſperans nimirum ſe nonniſi Catholici nominis tegmine inter Fideles Catholica fide coruſcos verſari poſſe: ſicque audaciſſimus homo pertimuit, & loquaciſſimus obmutuit; effectuſque militiæ, cujus dux erat, deſertor, in caſtris Eccleſiæ videri voluit, facta ſæpe exomologeſi, profiteri. Quod quidem Irenæus (*c*) teſtatur his verbis: *Cerdon autem, qui ante Marcionem, & hic ſub Hyginio, qui fuit octavus* (*) *Epiſcopus, ſæpe in Eccleſiam veniens & exomologeſin faciens, ſic conſummavit, modo quidem latenter docens, modo vero exomologeſin faciens, modo vero ab aliquibus traductus in his quæ docebat male, & abſtentus eſt a religioſorum hominum conventu.*

Cerdonis Exomologeſes ſimulatæ.

(*c*) *Iren. lib. 3. c. 4.*

**al.* nonus.

Ceterum tantum abeſt, ut vel minimum per IIII.

II. *Quindecennalia Imperii Auguſtei Antonini Pii.*

[1] Imperii Auguſtei Quindecennalia Antoninus Pius celebravit, ut ex ejus Vicennalibus anno CLIX. exhibitis certo conſtat. Nunquam enim hujuſmodi ſolennia plus anno uno dilata, ut in Diſſert. Hypatica monui.

[1] JOſephus Maria Stampa in Faſtis hujus anni notat, hoc anno *tertium quinquennium* Auguſtalis imperii ab Antonino Pio expletum fuiſſe, & *quindecennalia* celebraſſe; nec ut putavit Pagius, ea ultra præſcriptum tempus dilata; *ſæpius enim deceptus eſt*, ait, *in anno hiſce Faſtis ſolemnibus aſſignando, ex eo quod eorum tempus præfixum non obſervabat compleri intra ſequentem annum: quem certe errorem effugiſſet, ſi duos numeros aſſignaſſet, imperio, ſive Cæſareo, ſive Proconſulari, ſive Auguſtali eorum Imperatorum, qui illud exordiebantur intra annum.* Hæc ille. At jampridem id monuerat Noriſius in Diſſertatione Chronologica de votis decennalibus cap. III. docueratque, *Antoninum Pium* A. V. 900. Chriſti 148. *vota decennalia* ſolviſſe, exacto decennio die XXV. Februarii. Nummum ex gaza Medicea protulit cum epigraphe ANTONINUS AUG. PIUS. P. P. TR. P. XI. & in averſa PRIMI DECENNALES. COS IIII. Eadem epigraphe viſitur in Muſeo Theupolo pag. 494. Rurſus, inquit Noriſius, *anno vigeſimo, vota decennalia ſecunda* ſolvit, & in tertium decennium nuncupavit. Nummum apud Panvinium laudat, ut & deinde Pagius in fine ad A. D. 156. n. II. in quo ANTONINUS AUG. PIUS. P. P. TR. P. XXI. & in poſtica: VOT. SOL. DEC. II. COS. IIII. Demum Noriſius ex numiſmatibus *Antonini* aliam epigraphen profert, in qua: ANTONINUS AUG. PIUS. P. P. TR. P. XXII. & in averſa VOTA SUSCEPTA DEC. III. Itaque *Antoninus*; ſequitur Noriſius, A. V. 910. Chriſti 158. V. *Kal. Martii* iniens *Trib. Pot. XXI. Vota decennalia* ſecunda ſolvit, & anno inſequenti, eadem die, inchoata *Trib. Pot. XXII. vota decennalia* tertia ſuſcepit. At hanc ſententiam prorſus falſam exiſtimat; nam paucis interjectis, nummum alium ex Occone exhibet, in quo ANTONINUS AUG. PIUS. P. P. TR. P. XXII. & in poſtica. VOTA SOL. DECENN. II. COS. IIII. ut plane pateat, eodem anno *Trib. Pot. XXII.* & ſolviſſe *vota decennalia ſecunda*, & *decennalia tertia* ſuſcepiſſe. Hæc ibi Noriſius. Hujuſmodi nummorum inſcriptiones cum *Antonini Trib. pot. XXII.* & cum iiſdem lemmatibus in poſtica viſuntur in Muſeo Theupolo pag. 188. & 502. Immo pag. 495. habetur *Antonini* nummus cum epigraphe: ANTONINUS AUG. PIUS P. P. TR. P. XXII. & in poſtica: SECUNDI DECENNALES (Sic) COS. IIII. Quo pacto vero hæc cum *Trib. Pot. XXII.* copulari poſſunt, ſi *Antoninus*, quum eſſet *Trib. Pot. XI. prima decennalia* ſolvit? Noriſius, poſtquam affirmaſſet, Imperatores eodem tempore quo *vota decennalia*, ſeu *vicennalia* ſolviſſent, alia *decennalia* ſuſcepiſſe, ſubdit, *Cæſares* qui *Tribunicia Poteſtate* ornati erant, antequam ad *Auguſtorum* faſtigium eveherentur, bis decennalia feſta celebraſſe, nempe elapſo decennio Tribuniciæ poteſtatis, & evoluto decennio ab obitu Imperatoris, in cujus locum ſucceſſerant. Hinc putavit, *Antoninum*, qui ab *Hadriano* adoptatus fuerat *V. Kal. Martias* A. D. 138. & eadem die *Trib. poteſtate* inſignitum, *vota decennalia ſecunda* ſolviſſe, exacto *viceſimo anno Trib. poteſtatis*, in quo *Trib. poteſtatem* XXI. inibat. Anno vero Chriſti 159. *decennalia ſecunda* iterum *ſolviſſe*, & *tertia* ſuſcepiſſe, quod inchoaret imperium a die *VI. Idus Julii*, qua A. D. 139. *Hadrianus* obiit, quam ageret *Trib. poteſtatem XXII.* Hinc demonſtrare conatur, *Hadrianum*, contra omnium pene ſcriptorum opinionem, non A. D. 138. uti hi volunt, ſed anno 139. vita functum: idcirco in A. D. 159. vota decennalia ſecunda protrahit; alias, inquit, nulla plane ratione cum anno XXII. *Tribunicia* ejus *Poteſtatis* componi poſſunt. At in epiſtola conſulari ad A. V. 791. Sententiam, quod ad annum mortis *Hadriani* attinet, mutavit, eumque, ut hactenus alii fecerunt, obiiſſe die X. Julii A. D. 138. fatetur.

per hos vel alios hujus temporis hæreticos labefactata fuerit puritas atque ſinceritas Romanæ atque Apoſtolicæ fidei, ut (quod alias diximus) ad eos fortius convincendos, idem ipſe Iræneus & Tertullianus ad Eccleſiæ Romanæ provocent integritatem, in qua nimirum Apoſtolicæ traditiones vigerent. Non alii quidem Cerdoni, niſi leviſſimi homines adhæſerunt, qui palearum inſtar in Eccleſia haberentur, & circumferrentur omni vento doctrinæ; de quibus hæc Epiphanius (a): *Cerdon a Syria digreſſus, & Romam profectus, corruptor & ſui ipſius & credentium ipſi, miſerrimus viſus eſt. Miſera eſt enim hominum natura, cum relicta Dei via errat, & ubi ſeipſam a Dei vocatione ſeparavit: contigit enim his proverbium canis, qui umbræ intentus, non continuit quod habebat in ore.* Hæc & alia de Cerdone & ejus ſectatoribus Epiphanius.

Rom. Eccleſia minime polluta contagio Hæreſiarcharum.

(a) *Epiphan. hæreſ.* 41.

V. Sed obſervatione illud magnopere dignum eſt cárioſos atque putentes hæreſiarchas non eo uſque dementiæ perveniſſe, ut Apoſtolicæ ſedis culmen omnino contempſerint; apud quam, ſubmiſſa cervice ferrea ſæpe facerent exomologeſin: plane profitentes, non aliunde ſibi licere nomen Catholicum vel ſpecie tenus præſeferre, quam ex Romanæ Eccleſiæ communicatione quoquo modo ſurrepta. At non modo Valentinus & Cerdon, ſed & Marcion, & alii complures hæreſiarchæ, de quibus ſingulis ſuo loco dicendum, ficte vel vere palinodiam recantaturi, non apud aliquam aliam ſedem, quam Romanam, neque apud quempiam alium ſummæ æſtimationis Epiſcopum, quam Romanum id ſibi legitime faciendum putarunt, quod in confeſſo eſſet non ſolum apud Catholicos, ſed etiam hæreticos Eccleſiæ Catholicæ perduelles, eam eſſe Eccleſiæ totius metropolim, & omnium Eccleſiarum gerere principatum, utpote cujus eſſet fidem probare, atque perfidiam condemnare.

Etiam Hæreſiarchæ deferunt Romanæ Eccleſiæ.

JESU CHRISTI ANNUS 156. — HYGINII PAP. ANNUS 3. — ANTONINI PII IMP. ANNUS 17.

SEquens annus Chriſti centeſimus quinquageſimus ſextus notatur in vulgatioribus Faſtis Conſulibus Lucio Ælio Commodo & Sextilio Laterano, ſed a Caſſiodoro Tertullo ac Sacerdote: quem, ut memoria rerum Eccleſiaſticarum jejunum, ſcriptorum penuria ſic præterimus.

Anno

SÆC. II. Anno Urbis 907. Olymp. 233. an. 2. An. Ch. 154.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5647.

☉ 23. G. ☽ 3. P. 15. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 154. *ſecundum Baronium* 156.

ANICETI PAPÆ 4.

ANTONINI PII IMP. 17.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. L. *Aurelius Commodus*, & *Titus Sextius Lateranus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari. Erat Commodus Marci per adoptionem frater.

II. *Quindecennalia Marci Cæſaris.* Ex quo apparet, Marcum Imperii Cæſarei Quindecennalia dediſſe. Quare cum anno præcedenti Antoninus ſua ediderit, Marcus alio anno Quindecennalia dediſſe videtur. Extat apud Mediobarbum Nummus inſcriptus: ANTONINUS AUG. PIUS P. M. TR. P. XVII. in poſtica: LIBERALITAS VII. COS. IIII. Figura ſtans, dextra congium, ſiniſtra cornucopiæ tenens. Quæ liberalitas ad hæc ſolemnia referenda.

[1] COſſ. L. *Aurelius Commodus*, & *Titus Sextus Lateranus*. Gudianæ inſcriptiones apud Relandum.

KAL. MART.
L. AELIO. COMMODO. ET. SEX.
SEXTILIO. LATERANO. COS.

Inſcriptio Græca apud Gruterum pag. MXXI.

LUCIO. AURELIO. COMMODO
ET. TITO. SEXTIO. LATERANO

Hinc apud nos ſuſpicio, Gudianam inſcriptionem vitioſe fuiſſe exaratam librarii culpa; de qua re Noriſius in epiſtola conſulari. Aliæ inſcriptiones apud Fabrettum pag. 505. & apud Sponium pag. 74. ut & aliæ apud Relandum, habent: COMMODO. ET LATERANO. COS. omiſſis prænominibus, ac extremo tantum nomine retento. Item in tabula marmorea Romæ apud Marchionem Capponium, de qua nos anno ſuperiori.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, Proſperi Chronicon & alii: *Commodo & Laterano*. *Commodum* eumdem eſſe ac *Verum*, qui cum Antonino ſæpe in Pandectarum libris conjungitur, docet ad hunc annum in Faſtis Relandus.

JESU CHRISTI ANNUS 157.	HYGINII PAP. ANNUS 4.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 18.

I. ANno ſequenti centeſimo quinquageſimo ſeptimo, Severus atque Sabinus, aliter Sabinianus, Conſules habentur: ſed a Caſſiodoro ponuntur Quintillus ac Priſcus. In tanta enim Conſulum varietate haud propterea quis ſuſpicari debet rectam chronologiam interverti: nam cum de annis conſtet Imperatorum, iis certa ratio temporis ſtabilitur. Hoc igitur anno decimoctavo Antonini Imperatoris, Euſebius (*a*), cum (ut profitetur) ſic ſibi explorata eſſet Hieroſolymitanæ Epiſcoporum ſedis ſucceſſio, ut tamen, quot quiſque ſediſſet annos, haberet incompertum: hos in unum recenſet poſt eos, qui ſuperius numerati ſunt, Hieroſolymitanos Epiſcopos dicens: *Caſſianus decimus ſeptimus Hieroſolymæ Epiſcopatum poſt Marcum ſuſcepit: poſt quem decimusoctavus Publius: cui ſucceſſit decimusnonus Maximus: vigeſimus Julianus: vigeſimusprimus Gaianus: vigeſimusſecundus Symmachus: vigeſimustertius Caius: vigeſimusquartus Julianus: vigeſimusquintus Capito*. Hos ponit uſque ad annum Commodi Imperatoris quintum. Epiſcopi Hieroſolymitani.

(*a*) *Euſebius in Chronico.*

Annus

SÆC. II. Anno Urbis. 908. Olymp. 233. an. 3. An. Ch. 155.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5648.

⊙ 24. F. ☽ 4. P. 7. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 155. *ſecund. Baronium* 157.

ANICETI PAPÆ 5.

ANTONINI PII IMP. 18.

[1] AD num. I. Coſſ. *C. Julius Severus*, & *M. Rufinus Sabinianus*, ex Inſcriptione Onuphriana. I. *Conſules.*

[1] COſſ. *C. Julius Severus*, & *M. Rufinus Sabinianus*. Gruterus pag. DCVII. 1.

...... SUBSCRIPSI. III. NON.
NOEMB. ANTIO. POLLIONE
ET. OPIMIANO
KOS. ORDINARIIS. SEVERO
ET SABINIANO. COS

Relandus labi monet Cuperum, cenſentem, *Severum* & *Sabinianum* in hac inſcriptione conſules ſuffectos deſignari; quum ſint ordinarii conſules, & ſuffecti ſint *Antius Pollio*, & *Opimianus*. Gruteriana item inſcriptio pag. CCCXCIV. 3. nomina integra, & prænomina horum conſulum refert, ita:

C. JULIO. SEVERO. M. RUFINO
SABINIANO. COS.
III. NON. DECEMB.

Vides etiam *menſe Decembri* hujus anni, ordinarios conſules fuiſſe *Severum*, & *Sabinianum*. Tabula marmorea Romæ in ædibus Capponiis, de qua ſupra: SEVERO. ET. SABINIANO. COS. Vulgati Faſti: *Severo* & *Sabiniano*, præter Vindebonenſes, Caſſiodorum, & Faſtos Florentinos, qui habent: *Sabino*, *pro Sabiniano*.

JESU CHRISTI ANNUS 158.	PII PAP. ANNUS 1.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 19.

I. CHriſti anno centeſimo quinquageſimo-octavo, Silvano & Augurino Coſſ. undecima Januarii Hyginius Romanus Pontifex, cum ſediſſet annos quatuor duobus minus diebus (ut colligitur ex tempore ingreſſus ejus, uſque ad diem qui natalitio ipſius adſcriptus eſt in Romano Martyrologio) moritur martyr. Quod vero pertinet ad numerum annorum ſedis ejuſdem, æque conſentiunt Latini atque Græci, eum ſediſſe annos quatuor : quod quidem liber de Romanis Pontificibus, Collectio Creſconiana, aliique Vaticani indices teſtantur : affirmat id ipſum Euſebius (*a*). Ceterum in perquirendis annis Hyginii, ſi quis Conſules perperam poſitos, immo errore illapſos in librum de Romanis Pontificibus ſubſequatur in Hyginio; duodecim ſaltem annos eum ſediſſe, dicere opus eſſet: quod tandem intelligens is (*b*) qui uſque ad ipſum Hyginium per Conſules in eis poſitos numeravit annos Romanorum Pontificum , licet ſero errorem ſentiens , jam in cæteris paulo cautius egit. Rurſum vero , quod Irenæus, Tertullianus, Epiphanius in locis citatis ſuperius numerant a Petro Hyginium nonum ordine Romanum Epiſcopum, quod & alii feciſſe reperiuntur, ut Cyprianus (*c*) in epiſtola ad Pompejum ; id inde accidit, quod ipſorum alii Cletum, alii vero (quod ſæpe ſuperius dictum eſt) Anacletum prætermittunt, ex his duobus unum conflantes.

Hyginius moritur martyr.

(a) Euſeb. lib. 4. cap. 10. & in Chronico.

(b) Panvin. in Faſt.

(c) Cypr. epiſt. 74. edit. Pamel.

II. *Hyginii res geſtæ.* Quod ad res ab Hyginio geſtas ſpectat; remanſerunt , ſicut & aliorum quorumdam antiquorum Romanorum Pontificum prorſus obſcuræ, cum hæc tantum in citato ſuperius libro de Romanis Pontificibus habeantur memoriæ commendata, videlicet: *Hic clerum compoſuit , & diſtribuit gradus* . Porro quod ad gradus cujuſque ordinis in Eccleſia, quo Eccleſiaſtica habetur compoſita hierarchia ; jam a temporibus Apoſtolorum hæc facta eſſe, Ignatio auctore & aliis, tomo primo Annalium demonſtravimus : verum aliqua antiquæ formæ ab Hyginio fuiſſe addita, vel eadem illuſtrata , æquum eſt exiſtimare. Leguntur Hyginii titulo epiſtolæ duæ : recitantur & a Gratiano plura (*d*) ejuſdem decreta , quæ referre omittimus. Demum

(d) Habentur collecta tom. 1. Concil. in Hyg.

SÆC. II. Anno Urbis 909. Olymp. 233. an. 4. A.C. 156.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5649.

☉ 25. ED. ☽ 5. P.24. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 156. *ſecund. Baronium* 158.

ANICETI PAPÆ 6.

ANTONINI PII IMP. 19.

I. *Conſules.* [1] AD num.I. & ſeq. *M. Ceionius Silvanus* , & *C. Serius Augurinus* , ut habet Onuphrius in Chronico. De hoc pari Conſulum legendus etiam Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari, & Phlegon in libro de Mirabilibus, ubi cap.10. meminit Conſulum M. Plancii Silvani & Sentii Augurini.

II. *Vicennalia Imperii Proconſularis Antonini Pii.* Imperii Proconſularis Antonini Pii Vicennalia in hunc annum incidunt : ſed ea Nummis ſculpta non fuere ; licet per inconſiderantiam in Diſſert. Hypatica cap.7. num.III. ſcripſerim ; referri Nummum ab Occone & ab Onuphrio in Faſtis lib.2. in quo legitur, *Antoninus Aug. Pius P. P. Trib.P.XXI.* & in poſtica : *Vota Sol. Dec.II. Coſ. IIII.* Nam Onuphrius nullum ſimile Numiſma habet, & apud Occonem hæ tamquam duorum Nummorum partes proponuntur. Quare Imperii Proconſularis Antonini Pii Vicennalia & id genus feſta Nummis ſignata non fuere, primuſque Commodus fuit, qui Proconſularis Imperii Decennalia & hujuſmodi ſolennia Nummis inſculpi juſſerit. Cum

(1) C*oſſ. M. Ceionius Silvanus , & C. Serius Augurinus.* Gruterianus lapis pag. CXXVIII. 5.

M. CEIONIO. SILVANO
C. SERIO. AUGURINO. COS.

Gudianæ inſcriptiones apud Relandum, & apud Cuperum in epiſtola præfixa Faſtis Almelovenii num.7.

D. D. KAL. AUG.
JULIO. SILVANO. ET
M. VIBULLIO. AUGURINO

At hujuſmodi inſcriptiones ex Ligoriana fæce dimanant, quare non eſt in his immorandum. Vide Noriſium in epiſtola conſulari, qui *C. Serium Augurinum*, & *M. Ceionium Silvanum* ſcribendum putat.

Tabula marmorea Romæ in ædibus Capponiis, de qua ſupra: SILVANO. ET AUGURINO. Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Silvano , & Augurino.*

Hoc anno Pagius *Vicennalia Antonini* ſtatuit; at ea duobus annis anticipat, quod, ut docet Joſephus Maria Stampa in Faſtis hujus anni, *Antoninus Tribuniciam poteſtatem XX.* non iniret niſi *V. Kal. Martias* anni Chriſti 157. & *Trib. Pot. XXI.* an.158. quare nummus apud Mediobarbum, in quo ANTONINUS. AUG. PIUS. P. P. TR. POT. XXI. Et in poſtica: VOTA. SOL. DEC. II. COS. IIII. ad annum Chriſti 158. eſt revocandus. Vide quæ ad A. D. 153. diximus.

mum hæc de eo poſtremo loco ponuntur: *Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros quindecim, diaconos quinque, Epiſcopos per diverſa loca ſex. Qui etiam ſepultus eſt juxta corpus beati Petri in Vaticano, tertio Idus Januarii. Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies tres.* Sicque decimaquinta Januarii die Pius Papa creatur, de quo hæc in eodem libro de Romanis Pontificibus ſcripta leguntur. *Pius natione Italus, ex patre Ruffino, fra-*

Pius Papa.

tre Paſtoris, de civitate Aquileja, ſedit annos novendecim, menſes quatuor, dies tres. Hæc ibi: ſed de tempore ſedis ejus plura inferius.

III. De Succeſſione Aniceti.

Verum antequam ulterius progrediatur de Pio Papa, Hyginio ſuccedente, narratio; ſciendum eſt, de ſucceſſore Hyginii diverſam reperiri antiquorum ſententiam: dum alii non Pium, ſed Anicetum, Pium vero illi ſuffectum dixerunt: alii vero (ut poſitum eſt) primo loco Pium, ac poſt eum numerant Anicetum. Utriuſque ſententiæ haud vulgares aſſertores habentur: ſiquidem priorem locum tribuunt Aniceto, poſteriorem vero Pio Optatus (*a*) Milevitanus, & Auguſtinus (*b*) dum Romanorum Pontificum catalogum texunt: eidem quoque ſententiæ adſtipulari videtur Hieronymus (*c*) dum poſt Petrum decimo loco numerat Anicetum: non deſunt præterea complures antiqui indices, in quibus itidem Pius poſtponitur Aniceto. Verior tamen ac magis recepta contraria huic videtur eſſe ſententia, qua prior locus Pio tribuitur: id enim profitetur in primis Hegeſippus, qui ſub eodem Aniceto Romam venit: hic enim dum poſt Anicetum, non Pium, ſed Eleutherium ponit (*d*), plane declarat, primo Pium, ac poſt eum ſediſſe Anicetum. Id ipſum Irenæus (*e*) qui iiſdem etiam vixit temporibus, tradit, & huic fere æqualis Tertullianus (*f*), Euſebius itidem (*g*), Epiphanius (*h*), duo Nicephori (*i*), ac demum tam Latini, quam Græci recentiores omnes: ut jam plane ſtultitia habeatur, iis non acquieſcere, qui eodem tempore, quo iidem Pontifices, in Eccleſia claruere, ut Hegeſippus, & Irenæus, quique his proxime accedit Tertullianus. Chri-

(*a*) *Optat. Milevit. contra Parm. lib.* 2.
(*b*) *Aug. epiſt.* 165.
(*c*) *Hieronym. de Scrip. Eccleſ. in Hegeſip.*
(*d*) *Apud Euſeb. lib.* 4. *cap.* 21.
(*e*) *Iren. lib.* 3. *c.* 2. *&* 4.
(*f*) *Tertul. contra Marcion. lib.* 3. *carm. in fine.*
(*g*) *Euſebius in Chronic. & hiſtor. lib.* 4. *c.* 10.
(*h*) *Epiph. hæreſ.* 27.
(*i*) *Niceph. Epiſ. Conſtant. in Chron. Niceph. Cal. lib.* 3. *c.* 25.

III. *Obitus Hyginii PP.*

Baron. n. 1.

[1] Cum S. *Hygini* Papæ obitus in quibuſdam Martyrologiis die X. Januarii, in aliis die XI. conſignetur, liquet, priorem diem ad mortem, poſteriorem ad ſepulturam referendum eſſe. Sed de anno major difficultas. Chronicon enim Damaſi hac in parte corruptum; ibi enim legitur: *Hyginus annis duodecim, menſibus tribus, diebus ſex. Fuit temporibus Veri, a Conſulatu Gallicani & Veteris, uſque Præſente & Rufino.* Teleſphorus Hygini deceſſor obiit anno CXXXVII. Conſulatus Gallicani & Veteris in annum CL. Conſulatus Præſentis in annum CLIII. incidit. Quare Chronicon illud depravatum, dicendumque, Hyginum annos duntaxat quatuor ſediſſe, ut habent auctius Chronicon Veterum Pontificum, Codex Palatino-Vaticanus, Euſebius in Chronico & in Hiſtoria, Nicephorus lib. 3. cap. 25. Luitprandus, Anaſtaſius, aliique tam Græci, quam Latini; & Onuphrius, qui antea ſolebat tempus Pontificum Romanorum juxta Conſules in Chronico Damaſi memoratos metiri, hic illud contemnit, & Conſules in eo expreſſos non curat. Cum igitur Hyginus Ælii Cæſaris & Balbini Conſulatu ſedere cœperit, ut ex dictis liquet, obiit anno centeſimo quadrageſimo primo die X. menſis Januarii. Euſebius enim, Marianus Scotus, & Hermannus Contractus in Chronicis mortem ejus conjungunt cum anno quarto Antonini Pii, ideoque eo circiter tempore martyrio coronatus eſt. Ipſemet Baronius, qui ſine teſte Hygini mortem ad hunc annum diſtulit, ejus tamen Pontificatu geſta cum prioribus Antonini Pii annis copulavit, quæ ideo rurſus per hæc tempora repetere coactus fuit.

IV. *Decretales Hygini.*

Baron. n. 11.

Decretales duæ *Hygino* attribuuntur ſuppoſitionis ſuſpectæ. In priori refertur locus ex Idacio contra Warimadum cap. 3. deſumto, aliudque ex Aniano ad Conſtit. 15. tit. 1. lib. 9. aliaque ex Ennodio, qui ſeculi ſexti initio vivebat. Neque ſecunda ad Athenienſes data, magis germana. Hygino ſucceſſit *Pius*, ſed poſt aliquot menſium Interpontificium, quod perſecutioni, quæ tunc furebat, attribuendum. In Libro Pontificali legitur: *Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies tres.* Quod verum eſſe non poteſt, cum doceat Epiphanius, Marcionem poſt Hygini mortem Romam veniſſe, dum Presbyteri Eccleſiam regerent, ut ſupra oſtendimus. Quare Interpontificii duratio tam in Libro Pontificali, quam in auctiori Chronico veterum Pontificum notata, parvipendenda, cum toties falſa comprobetur. Hinc ea a nobis per hæc tempora neglecta.

[1] H*Yginum* Romanum Pontificem obiiſſe A. D. 141. contendit Pagius, e contra Conſtantius pag. 61. 62. mendoſos veterum Chronicorum numeros aut rejiciens, aut concilians *Hyginum* ſedere cœpiſſe *anno primo* imperii *Antonini Pii*, & intra *quartum* Pontificatus *annum* in cælum migraſſe exiſtimat. Pontificatum ergo accepit A. D. 139. & vita functus eſt A. D. 142. die X. Januarii.

JESU CHRISTI ANNUS 159.	PII PAP. ANNUS 2.	ANTONINI PII IMP. ANNUS 20.

I. CHriſti anno centeſimo quinquageſimo-nono, Coſſ. Barbato & Regulo, Pius agens in Pontificatu annum ſecundum, decretum edidit de celebrando Paſchate die Dominico; quod tradit Euſebius (*a*). Verum licet ipſe Pius auctor dicatur Eccleſiaſticæ ſanctionis: tamen quod jam antea ab Apoſtolis eſſet traditum, ipſe tantum ad corrigendas Judaizantes Eccleſias, quæ hactenus Judæorum more quartadecima Luna Paſcha agere ſolerent, voluit decreto firmaſſe. *Sane quidem* (inquit Socrates *b*) *qui Romam & alias partes Occidentis incolunt, Petrum & Paulum Apoſtolos conſuetudinem, quam illi tenent, ipſis reliquiſſe affirmant. Verum nemo iſtorum omnium de his rebus ſcriptis proditum proferre poteſt.* Hæc Socrates Novatianus. Porro complures Novatianorum cum Judæis ipſi quoque celebrabant Paſcha decimaquarta Luna, cujus inſtitutionis Joannem Evangeliſtam fuiſſe auctorem, Quartodecimani calumniabantur: quem potius id, ſicut alia multa, in illa tunc nuper exorta & coaleſcente primitiva Eccleſia toleraſſe, putandum eſt. Ceterum nonniſi ex Apoſtolica traditione, qui de his egerunt ſanctiſſimi Patres, Victoris tempore, ut die Dominico Paſcha celebraretur, ſibi vindicaſſe, docet Euſebius (*c*); ſed alienum ab hac inſtitutione fuiſſe Joannem, mox dicturi ſumus.

(*a*) *Euſebius in Chronico.*

Celebrandum Paſcha die Dominica.

(*b*) *Socrat. hiſt. lib. 5. c. 21.*

(*c*) *Euſeb. hiſt. lib. 5. cap. 22.*

II. Hæc Petrum Apoſtolum Romæ docuiſſe, & eadem ab eo accepta S. Marcum Ægyptiis tradidiſſe, teſtatur S. Protherius (*d*) Epiſcopus Alexandrinus, ſcribens ad S. Leonem Romanum Pontificem. Quod ſi de his antiquius teſtimonium ſcriptis proditum quis requirat, habet Ignatium, qui vixit temporibus Apoſtolorum, & ſedem Apoſtolicam Antiochenam, quam Petrus fundarat & Paulus docuerat, adminiſtravit: quem profecto alia docuiſſe atque ſcripſiſſe, quam ab ipſis Apoſtolis accepiſſet, nefas eſt dicere; hic, inquam ſcribens (*e*) ad Magneſianos, Aſiæ populos, celebrandum ait diem Dominicum, ut dierum principem, reſurrectioni Domini conſecratum: & ad Philippenſes (*f*) de non celebrando Paſchate more Judaico, hæc conteſtatus, inculcat: *Si quis cum Judæis celebrat Paſcha, aut ſymbola feſtivitatis eorum recipit, particeps eſt eorum qui Dominum occiderunt & Apoſtolos ejus.*

(*d*) *Apud Bed. de rat. temp. cap. 42.*

Traditio Apoſtolica de Paſchate.

(*e*) *Ign. epiſt. 6.*

(*f*) *Ign. epiſt. 8.*

III. Immo & ipſiuſmet Joannis Apoſtoli teſtimonio rata haberi videtur celebratio paſchæ die Dominico; nam cum in Apocalypſi (*g*) ejus diei meminerit tamquam celebris in Eccleſia ac nominati; quænam quæſo, potuit eſſe ratio diei Dominici in Eccleſia celebrandi, niſi quod eſſet reſurrectioni Dominicæ conſecratus, nempe quod ea die Chriſtiani ſacramentum reſurrectionis Domini religioſis ſtudiis votiſque recolerent? Cæterum ſi more Judaico decimaquarta Luna ejus memoria in Eccleſia ageretur; quod incerta dies ejus eſſet, utpote quæ ſingulis annis mutaretur, omnis diei Dominicæ (quæ prima erat) celebrandi ratio caſſa red-

(*g*) *Apoc. 1.*

Quid Joannes de Paſchate.

SÆC. II. Anno Urbis 910. Olymp. 234. an. 1. An. Ch. 157.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5650.

☉ 26. DC. ☽ 6. P.11. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 157. *ſecund. Baronium* 159.

ANICETI PAPÆ 7.

ANTONINI PII IMP. 20.

[1] AD num.I. Coſſ. *Barbarus*, & *Regulus*, de quibus Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari, ubi citat Galenum in lib. de Præcognit. cap.2. ubi docet, Barbarum avunculum fuiſſe Lucii Imperatoris, qui cum Marco imperavit. I.

I. *Conſules.*

[1] COſſ. *Barbarus & Regulus*. Prænomina adhuc ignorantur. Ara in hortis Juſtinianis Romæ, inter Donianas inſcriptiones cl. I. n.67. pag.20. DEDICATUS. X. K. AUG. BARBARO ET REGULO. COS. Edidere hunc lapidem quoque Sponius in Miſcellan. pag.20. & Fabrettus cap. III. n.138. ſed minus accurate. Eædem Donianæ inſcriptiones cl. II. n.10. pag.65. DEDIC. ID. DEC. BARBARO. ET REGULO. COS. Edita & hæc fuit a Joſepho Maria Suareſio in Præneſte antiqua lib.1. cap. XVI. quanquam alicubi inemendate. Fabrettus item pag.504. & Sponius pag.80.

BARBARO. ET REGULO. COS.

Signa figlinarum in ædibus Capitolinis:

BARBAR. ET REGULO. COS.

Noriſius in epochis Syro-Maced. Diſſert. V. cap. V. pag.453. nomina horum conſulum ſe reſtituiſſe ait ex veteri inſcriptione, & Galeno, ex quo habetur, *Barbaro, Vetuleni* quoque nomen fuiſſe. Confer, ſi lubet, eandem epiſtolam conſularem. Faſti Idatiani: *Barbato*, pro *Barbaro & Regulo*. Ceteri Faſti: *Barbaro*, & *Regulo*.

dita videri potuiſſet. Quod ſi quolibet octavo die, nempe Dominico, reſurrectionis memoria ſolemnibus ritibus Apoſtolica traditione repeti conſuevit: quorſum alia die ipſam anniverſariam Paſchatis celebritatem oportuit celebrari? Hæc autem quantumlibet optimo jure dici poſſe videantur, Polycrates (a) tamen de Joanne ſecus affirmat, necnon Irenæus, teſtimonio (ut ait) Polycarpi: quibus ſi aſſenſerimus, nutaret ipſe liber Apocalypſis, & alterius potius auctoris eſſe, quam Joannis Apoſtoli, dicere oporteret: quod horret piorum auditus.

(a) *Apud Euſeb. lib. 5. cap. 23. & 24.*

IV. Pii Papæ decretum de Paſchate.

Pius igitur, ne ob altercantium ſtudia convelleretur quæ ab Apoſtolis de celebrando Paſchate die Dominico traditio in Eccleſia ſtatuta eſſet, eam decreto edito ſtabiliendam curavit. Cui acceſſiſſe divinum quoque ſuffragium, Angelico miniſterio collatum idem qui ſupra liber de Romanis Pontificibus in Pio his verbis teſtatur: *Sub hujus Epiſcopatu frater ipſius Hermes librum ſcripſit, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini, cum veniret ad eum in habitu paſtoris, ut ſanctum Paſcha die Dominica celebraretur.* Hæc ibi. Hunc illum fuiſſe Hermen, quem Paulus ad Romanos ſcribens, ſalutari mandat, dicens: *Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Herman, Patrobam, Hermen;* teſtantur Origenes (b), Euſebius (c), Hieronymus (d), atque alii. Porro liber Hermæ ſeu Hermetis, qui inſcriptus eſt *Paſtor*, quibuſdam antiquis optime notus atque probatus fuit; de eo enim Euſebius (e) teſtimonium affert Irenæi, cum ait: *Librum item Paſtoris non modo legendo cognovit, ſed etiam approbatione confirmavit. Præclare (inquit) loquitur liber (cum librum Paſtoris intelligit) qui ſic loquitur: Primum omnium, unum Deum eſſe credito*, &c. Novit eum atque frequenter citat Origenes (f), qui tamen eum a nonnullis contemni tradit: ut plane appareat haud integram ſolidamque fidem apud omnes meruiſſe. Uſus eſt eo commentario ante eum Clemens Alexandrinus (g) ac etiam Tertullianus (h) ex eo teſtimonium petiit. De quo olim, cum primum ſcriberet contra Marcionem, hæc ait (i):

Poſt hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater,
Angelicus Paſtor, quia tradita verba locutus, &c.

Athanaſius (k) adverſus Arianos agens, eum citans, utiliſſimum librum appellat. Sed quantæ æſtimationis apud Græcos fuerit, Hieronymus (l) poſt Euſebium (m) declarat his verbis: *Aſſerunt Auctorem hunc eſſe libri qui appellatur Paſtor, & apud quaſdam Græciæ Eccleſias etiam publice legitur. Revera utilis liber: multique de eo ſcriptorum veterum uſurpaverunt teſtimonia: ſed apud Latinos pene ignotus eſt.* Hæc ipſe.

(b) *Orig. in epiſt. ad Ro. c. 16.*
(c) *Euſeb. lib. 3. c. 3.*
De Libro Hermæ, qui eſt Paſtor.
(d) *Hieronym. de Scrip. Eccleſ. in Herm.*
(e) *Euſeb. lib. 5. c. 9.*
(f) *Orig. Periar. lib. 4. c. 2.*
(g) *Clem. Alex. Strom. lib. 1. & 6.*
(h) *Tertull. de orat. cap. 11.*
(i) *Tertull. contra Marcion. lib. 3. carm. in fine.*
(k) *Athanaſ. de incarn. Verbi.*
(l) *Hier. de Scrip. Eccleſ.*
(m) *Euſeb. lib. 3. cap. 3.*

V. Quid Latini de libro Paſtoris.

Quod autem ad Latinos pertinet, ſic eis liber innotuit, ut tamen eum ipſi inter eorum apocryphorum genera adnumerarint, quæ legi in Eccleſia poſſint, non tamen citari debere ad fidem Catholicam adſtruendam: hac enim cenſura a majoribus fuiſſe notatum, Tertullianus (n) affirmat: ipſe autem eum poſtea omnino reſpuit, quod reciperet mœchi pœnitentiam contra pſeudo-paracleti doctrinam; ait enim: *Sed crederem tibi, ſi ſcriptura Paſtoris, quæ ſola mœchos amat, divino inſtrumento meruiſſet incidi: ſi non ab omni Concilio Eccleſiarum etiam veſtrarum inter apocrypha & falſa judicaretur, adultera & ipſa, & inde patrona ſociorum.* Hæc Tertullianus, plane ſignificans, Paſtorem librum extra claſſem divinorum librorum eſſe rejectum, quod plus æquo quidam illi faviſſent: qui etiam eumdem commentarium Petri auctoritate confirmare nitebantur, dum inſigni titulo nempe, *Judicium Petri*, opus inſcripſerant.

(n) *Tertull. de pudic. cap. 10.*

VI. Antiquus mos dijudicandi libros in Eccleſia.

At (ne id prætereamus) ex iis quæ ex Tertulliano recitavimus, plane declaratur, non recens fuiſſe judicium in Eccleſia, de ſcriptis editis, quæ hagiographa, quæve apocrypha eſſent, accurate decernere, ſed per antiquum quo (ut dictum eſt) Paſtoris librum dictæ cenſuræ majores ſubjecerant: a quorum ſententia recentiores nequaquam receſſerunt: nam de eodem Ruffinus (o) agens hæc ait: *In novo vero Teſtamento libellus, qui dicitur Paſtoris, ſive Hermetis, qui appellatur, Duæ viæ, vel Judicium Petri (tot enim nominibus a diverſis nominari conſuevit) quæ omnia legi quidem in Eccleſiis voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam.* Hæc Ruffinus. Eadem quoque ratione idem liber a S. Proſpero adverſus Collatorem agente, qui ejus auctoritate errorem ſuum tueri conatus fuit, nullius plane auctoritatis eſt judicatus: ſed & a Gelaſio æque inter apocrypha recenſetur: uſos eo quoque eſſe Arianos ad ſuam ipſorum hæreſim confirmandam, teſtatur S. Athanaſius (p). Certe quidem ante Gelaſium atque Proſperum, ut apocryphum, non abſque trepidatione citari ſolitum, ipſe item S. Hieronymus (q) ſignificat. Quod vero alii Hermam, Hermen, vel Hermetem eum appellent, quod utriuſque nominis meminerit Paulus; haud magni momenti quæſtio eſt: frequentiori autem uſu Hermam invenimus nominatum, cognomento Paſtorem.

(o) *Ruf. expoſit. Symb. Apoſt.*
(p) *Athanaſ. epiſtol. ad Afros apud Theodor. hiſt. lib. 1. c. 8.*
(q) *Hieronym. in Amos cap. 7.*

VII.

Sed quod me magnopere reddit ambiguum illud eſt: Cum in nuper citato libro

Diverſa Paſtoris ſcripta.

bro de Romanis Pontificibus dicatur, tempore Epiſcopatus Pii Papæ ab Hermete ſcriptum eſſe librum, quo Angeli paſtoris habitu apparentis mandatum de celebrando Paſchate die Dominico contineretur: tamen in commentario illo, qui Herma Paſtoris inſcribitur, & citatus a Patribus reperitur, nulla prorſus de celebrando Paſchate habetur mentio; qui etiam longe ante hæc tempora ſcriptus apparet, nempe ſub Clemente, cui duos illos libellos dandos & in exteras civitates mittendos (qui locus iiſdem verbis ab Origene quoque citatur in Periarcho *a*) Herma ſcriptor admonitus eſt: ut plane ex his dicere neceſſe ſit (ſi velimus unum eumdemque eſſe auctorem) diverſos hos inter ſe fuiſſe commentarios, diverſis temporibus ſcriptos; quorum prior uſu celebrior Græcis in primis habitus ſit; poſterior autem tam Latinis quam Græcis obſcurior, cujus nulla prorſus mentio ab aliquo antiquorum facta inveniatur.

(*a*) Orig. lib. 4. cap. 2.

VIII. Porro Hermæ quoque Paſtoris nomine cenſetur libellus ille, quo res geſtæ ſanctæ Praxedis virignis, & fratrum ipſius Novati atque Timothei deſcriptæ habentur; ejuſdem enim auctoris titulo in antiquis codicibus ipſorum Acta deſcripta leguntur: erant hi quatuor fratres Pudente Senatore & Priſcilla clariſſima femina geniti; quos omnes Apoſtolorum prædicatione eruditos, ſe ſuaque Chriſtianorum obſequio mancipaſſe conſtat: quorum in Viminali poſita erat domus ampliſſima, conjunctæque illi thermæ, quæ interdum Novati, interdum vero Timothinæ ab ejuſdem Pudentis filiis ſuperius nominatis dictæ reperiuntur. Primum enim ibi ac præcipuum fuiſſe apud Pudentem & filios hoſpitium Chriſtianorum, primo Annalium tomo diximus, ſimulque in noſtris ad Romanum Martyrologium Notis: apud eoſdem quoque Pudentis filios diverſatum eſſe Juſtinum Philoſophum, ſuo loco dicemus, cum agemus de ejus pro fide Chriſtiana ſuſcepto martyrio. Certe quidem peregrinos, qui ex Oriente Romam veniebant, hoſpitari ſolitos in Viminali colle, vel in Exquiliis eidem proximis, Juvenalis (*b*) his verſibus perſpicue oſtendit:

Domus Pudentis & filiorum.

Hic alta Sicyone, aſt hic Amidone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis,
Exquilias, dictumque petunt a vimine collem,
Viſcera magnarum domuum, dominique futuri.

(*b*) Juven. Satyra 3.

Ex his namque una erat nobiliſſima Chriſtianis patens Pudentis Senatoris domus, apud quam & Novati Thermæ, ſuper quas erectus eſt titulus Paſtoris dictus. Quando autem id contigerit, ſuo loco inferius dicemus. Cur autem Hermæ inditum ſit cognomentum Paſtoris, an quia ei Angelus (ut dictum eſt) in habitu paſtoris apparuit, an vero quod cognomen eſſet Romæ familiæ Senatoriæ (anno enim tertio M. Aurelii Imperatoris Conſulatum geſſiſſe reperitur Junius Paſtor una cum Papyrio Æliano) haud ſatis certum eſt: ſed illud verius creditur.

JESU CHRISTI ANNUS 160. | PII PAP. ANNUS 3. | ANTONINI PII IMP. ANNUS 21.

CHriſti anno centeſimo ſexageſimo Tertullus & Sacerdos creati ſunt Conſules: numeratur idem annus vigeſimusprimus Antonini Pii Imperatoris, quo perperam ponitur a Caſſiodoro Conſulatus Antonini quintus, cum nonniſi quartus notatus ejus Conſulatus habeatur ultimo ſui Imperii anno, quo vigeſima quarta ejus poteſtas Tribunitia annuatim collata, poſita reperitur in antiquis monumentis ſive nummorum, ſive aliarum inſcriptionum; ut inter alias illa, quæ in ejus ſepulcro

SÆC. II. Anno Urbis 911. Olymp. 234. an. 2. A.C. 158.

Anno Periodi Græco-Romanæ 5651.

☉ 27. B. ☽ 7. P. 3. April. Indict. 11.

Jesu Christi 158. *ſecundum Baronium* 160.

Aniceti Papæ 8.

Antonini Pii Imp. 21.

[1] AD num. I. Coſſ. *Tertullus & Claudius Sacerdos*, ut habet Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari. Imperii Cæſarei Marci Aurelii Vicennalia in hunc annum incidunt. — I. *Conſules.*

[1] COſſ. *Tertullus & Claudius Sacerdos*. Horum quoque prænomina deſunt. Fabretttus pag. 359. num. 83.

D. D. TERTULLO. ET
SACERDOTI. COS.

De *Claudii* nomine vide Noriſium in epiſtola conſulari. Faſti Idatiani *Tullo* [pro *Tertullo*, & *Sacerdote*. Ceteri vero: *Tertullo*, & *Sacerdote*.

cto in mole Hadriani ſic poſita legitur: IMP. CÆSARI. T. ÆLIO. HADRIANO. ANTONINO. AVG. PIO. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XXIIII. IMP. II. COS. IIII. P. P. qua etiam inſcriptione arguuntur erroris, qui hoc anno ut (Caſſiodorus) vel ſequneti (ut alii) obitum ipſius Antonini Pii Imp. referunt.

JESU CHRISTI ANNUS 161. | PII PAP. ANNUS 4. | ANTONINI PII IMP. ANNUS 22.

I. Antonino ſponte dediti populi.

CHriſti Redemptoris anno centeſimo ſexageſimoprimo, Quintillo & Priſco Coſſ. cum ageret Antoninus Imperii annum vigeſimumſecundum, Euſebius notat in Chronico plures exteras Gentes, æquitate ejus permotas, depoſitis armis ſe ejus voluntati ſubdidiſſe. Hos autem fuiſſe Bactros, Hyrcanos, & Indos, Aurelius Victor (a) teſtatur, qui multis eum celebrat laudibus, ſicut Julius Capitolinus, & alii, qui res ab eo geſtas fuſius ſunt proſecuti.

(a) *Aurel. Vict. in Anton. Pio.*

II. Laudat & S. Auguſtinus (b) æquiſſimam ab eo latam legem, ne maritus adulterii accuſare poſſit uxorem, ſi ipſe impudice vixerit. Reddam verba Auguſtini, ſimulque legis ex Gregoriano Codice acceptæ: *Sed iſti, quibus diſplicet, ut inter virum & uxorem par pudicitiæ forma ſervetur, & potius eligunt, maxime in hac cauſa, mundi legibus ſubditi eſſe quam Chriſti; quoniam jura forenſia non iiſdem, quibus fœminas, pudicitiæ nexibus viros videntur conſtringere: legant quid Imperator Antoninus, non utique Chriſtianus de hac re conſtituerit, ubi maritus uxorem de adulterii crimine accuſare non ſinitur, cui moribus ſuis non præbuit caſtitatis exemplum: ita ut ambo damnentur, ſi ambos pariter impudicos conflictus ipſe convicerit. Nam ſupradicti Imperatoris hæc verba ſunt, quæ in codice Gregoriano leguntur: Sane (inquit) meæ litteræ nulla parte cauſæ præjudicabunt: neque enim ſi penes te culpa fuit, ut matrimonium ſolveretur, & ſecundum legem Juliam Eupaſia uxor tua nuberet, propter hoc reſcriptum meum adulterii damnata erit, niſi conſtet eſſe commiſſum. Habebunt autem ante oculos hoc inquirere, an cum tu pudice viveres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuiſti. Per*

(b) *Aug. de adulter. coniug. lib. 2. c. 8.*

Antonini lex æquiſſima.

SÆC. II. Anno Urbis 912. Olymp. 234. an. 3. An. Ch. 159.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5652.

☉ 28. A. ☽ 8. P. 23. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 159. *ſecund. Baronium* 161.

ANICETI PAPÆ 9.

ANTONINI PII IMP. 22.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Plautius Quintillus*, & *M. Statius Priſcus*, ut videre eſt in Ep. Conſul.

II. *Vicennalia Imperii Auguſtei Antonini Pii.*

Antoninus Pius Auguſtei Imperii Vicennalia in hunc annum diſtulit, ut varia Numiſmata a Mediobarbo relata certum reddunt. In uno legitur: ANTONINUS AUG. PIUS P. P. TR. P. XXII. in poſtica: VOTA SUSCEPTA DECEN. III. COS. IIII. Cernitur figura ſacrificans. In alio eadem Tribunitia Poteſtate inſignito habetur: VOTA SOL. DECEN. II. COS. IIII. ubi etiam figura ſacrificans repræſentata. Ex his duobus Nummis inter ſe collatis liquet, uno eodemque tempore & Vota v. g. Vicennalia ſoluta fuiſſe, & nova in ſequens decennium ſuſcepta. Hoc enim tempore nondum in uſu poſitum erat, ut Vota, quæ viceſimo Imperii anno ſuſcipiebantur, Vota Vicennalia nuncuparentur, ſed Vota tantum Decennalia ſecunda de more dicebantur. Quare hoc anno Antoninus Pius ſecunda Decennalia ſolvit, & tertia Decennalia ſuſcepit. Mediobarbus citatus Nummum Antonini Pii refert inſcriptum: ANTONINUS AUG. PIUS P. P. in poſtica: VOTA SUSCEPTA DEC. IIII. COS. IIII. S. C. ſed non dubito, quin legendum ſit, DEC. III. cum Antoninus Vota Decennalia quarta ſuſcipere

[1] COſſ. *Plautius Quintillus, & M. Statius Priſcus.* Gruterus pag. LXVIII. 3.

DEDICAT. IDIB.
JANUAR. PLAUTIO
QUINTILIO. ET STATIO. PRISCO
COS.

Apud Tomaſinum de donariis veterum cap. XX.

SUB. M. STATIO. PRISCO. CONSULE
DESIGNATO

Fabrettus pag. 509. ex figlina:

QUINTILLO. ET PRISCO. COS.

Eadem in alia figlina apud Boldettum lib. II. pag. 529.

De horum conſulum prænominibus, ac nominibus adeundus Noriſius in epiſtola conſulari. Faſti Idatiani, & ceteri: *Quintillo & Priſco.*

Periniquum enim mihi videtur, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibet; quæ res poteſt & virum damnare, non ob compenſationem mutui criminis rem inter utrumque componere, vel cauſam facti tollere. Si hæc obſervanda ſunt propter decus terrenæ civitatis; quanto caſtiores quærit cæleſtis patria & ſocietas Angelorum? Hæc Auguſtinus. Ejuſdem plane legis ſententiam Ulpianus (*a*) in ſecundo de adulteriis libro deſcripſit.

(a) *l. miles. §. judex ff. ad leg. Jul. de adult.*

III. Ejuſmodi quoque Antonini lege reddita eſt caſſa illa Ælii (*b*) Veri Cæſaris (hunc Hadrianus, ut in Imperium ſuccederet, adoptaverat) in uxorem ſuam de extraneis voluptatibus conquerentem dicta ſententia: Uxorem dignitatis nomen eſſe, non voluptatis. Perinde ac ſi ad voluptatem liceret viris ſe aliis admiſcere. Sed longe illo æquior Antoninus, qui legem Juliam in viros quoque impudicos armavit.

(b) *Spartianus in Ælio Vero.*

JESU CHRISTI ANNUS 162. | PII PAP. ANNUS 5. | ANTONINI PII IMP. ANNUS 23.

I. SEquenti anno Domini centeſimo ſexageſimoſecundo, Vibius Barus & Annius Bradua creati ſunt Conſules, quibus a nonnullis obitus ponitur Antonini: ſed nos anno ſequenti. Hoc ipſo anno, biennio nimirum ante perſecutionem Marci Aurelii & L. Veri Imperatorum, in thermis Novati Romæ erectus eſt Titulus, qui Paſtoris dictus eſt, de quo ſuperius; qua autem occaſione id factum ſit, litteræ ejuſdem Paſtoris ad Timotheum, Novati, Pudentianæ, atque Praxedis germanum, ſignificant; quas facta collatione exemplarium hic expreſſimus: ſunt hujuſmodi.

Titulus Paſtoris.

Paſtor presbyter Timotheo compresbytero in Domino ſalutem.

II. *Venerabilis virgo Praxedes afflicta erat propter tranſitum germanæ ſuæ Pudentianæ: multi nobiles Chriſtiani ad eam veniebant, & conſolabantur eam una cum Epiſcopo Pio, venitque ad eam germanus veſter Novatus, qui eſt frater noſter in Domino, & conſolatus eſt eam, & multos Chriſtianos pauperes donis ſuis refecit, & miniſtravit omnibus de facultatibus ſuis,*

Paſtoris litteræ.

cipere non potuerit, triennio poſt Vota Decennalia III. ſuſcepta demortuus. Mediobarbus ibidem pag. 205. hunc Antonini Nummum exhibet: ANTONINUS AUG. PIUS TR. P. XXII. in poſtica: AEDE DIVI AUG. REST. COS. IIII. S. C. Viſitur templum octo columnis ſuffultum. Quare in his Vicennalibus hujus reſtitutionis memoria renovata. Quo Nummo, ſimilibuſve innixus hanc regulam ſtatui, in Decennalibus ſc. & id genus feſtis, præcedentium annorum victorias, aliaque præclare a Principe geſta, Nummis de more inſculpta, ac eorum memoriam inſtauratam eſſe.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5653.

☉ 1. FG. ☽ 9. P. 14. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 160. *ſecundum Baronium* 162.

ANICETI PAPÆ 10.

ANTONINI PII IMP. 23.

SÆC. II. Anno Urbis 913. Olymp. 234. an. 4. A. C. 160.

[1] AD num. I. Coſſ. T. *Vibius Barus*, & *Annius Bradua*, ex Inſcriptione Onuphriana

I. *Conſules.*

[1] COſſ. *T. Vibius Barus*, & *Annius Bradua*. Gruterus. pag. CLXXX. 1.

APPIO. ANNIO. BRADUA
T. VIBIO. VARO. COS.

Fabrettus in libro de aquæductibus, & Inſcript. pag. 690.

DEDICAVIT. VIIII. KAL. SEPTEMBRE.
BRADUA. ET. VARO. COS.

Hinc Fabrettus Sponium emendat, qui in Miſcellan. pag. 107. VERO pro VARO edidit. Idem Fabrettus pag. 128. n. 50.

V. ID. JANUARIAS
APPIO. ANNIO. ATILIO. BRADUA
T. VIBIO. VARO. COS.

Hæc autem inſcriptio nunc poſita eſt in ædibus Capitolinis, ac ita in ea legitur:

V. IDUS. JANUARIAS
...... ANNIO. ATILIO. BRADUA
...... T. VIBIO. VARO. COS.

Donianæ inſcriptiones cl. II. n. 160. pag. 103. ex ſchedis Manutii Vaticanis:

GALLO. ET BRADUA. COS.

Le-

ſuis, rogans ab ea, ut orationibus ejus indulgentiam a Domino mereretur: idemque vos frequenter cum beatiſſimo Pio Epiſcopo ad altare Domini commemorabat. Poſt menſem vero & dies vigintiocto ægritudine detentus eſt Novatus, poſtquam abſceſſerat a conſpectu virginis Praxedis. Pio autem Epiſcopo cogitante de omnibus Chriſtianis una cum virgine Praxede, requiritur Novatus vir Dei: & cum auditum fuiſſet, quod ægritudine detinebatur, contriſtati ſunt omnes. Beata autem Praxedes dixit ad S. Pium Epiſcopum: Jubeat ſanctimonium veſtrum, ut eamus ad eum, & viſitatione tua cum orationibus ſalvabit eum Dominus. Et facta conſtitutione, noctu una cum Pio Epiſcopo & virgine Domini Praxede perreximus ad virum Dei Novatum. At cum audiſſet idem vir Dei Novatus omnes nos congregatos ad ſe veniſſe, gratias cœpit agere Deo, quia meruit a S. Epiſcopo Pio & virgine Domini una cum noſtra viſitatione confortari: & fuimus in domo ejus diebus ac noctibus octo. His autem diebus cum ibi eſſemus, hoc placuit ei, ut vobis una cum beata Praxede omnem ſubſtantiam ſuam relinqueret. Inde vero tertiodecimo die tranſivit ad Dominum. De quo facto nos litteras hujus textus ad vos direximus una cum beato Pio Epiſcopo ſedis Apoſtolicæ, & virgine Praxede, ut, quid tibi placuerit de ſubſtantia germani tui Novati, facias nos certiores, ut tua ordinatio in omnibus cuſtodiatur. Miſſa per Euſebium ſubdiaconum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Ibidem quid Timotheus reſcripſerit, his verbis ponitur:

III. Reſponſio Timothei. *Timotheus confratri presbytero Paſtori, & ſanctiſſimæ ſorori Praxedi in Domino ſalutem. Nos famulatum in omnibus prævenientes, oramus ſanctimonium veſtrum, ut nos commendare dignemini memoriæ ſanctorum Apoſtolorum, & ſancto Pio Epiſcopo, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Præſuli, & omnibus ſanctis. Ego humilis ſervus veſter plenius gaudio repletus ſum, audiens quod mihi ſcribere dignati eſtis. Mea ſiquidem vobis ſemper votiva fuit & eſt conſcientia. Unde agnoſcat ſanctitas veſtra, quia quod germano ſuo Novato placuit, & nobis famulis veſtris placet: ut in arbitrio ſanctæ virginis ſit quod mihi dereliquit, & quod vobis & ſanctæ virgini placuerit, ex eo faciendi plenam per omnia habeatis poteſtatem.* Sequitur Paſtor: *Accepta igitur hac epiſtola, gaudio repleti ſumus, & tradidimus eam legendam ſancto Pio Epiſcopo. Tunc beatus Pius Epiſcopus gratias egit Deo Patri omnipotenti. Eodem tempore virgo Domini Praxedes, accepta poteſtate, rogavit beatum Pium Epiſcopum, ut in thermis Novati, quæ jam in uſu non erant, Eccleſiam dedicaret, quia in eis ædificium magnum & ſpatioſum videbatur eſſe: quod & placuit Pio Epiſcopo, & dedicavit Eccleſiam in thermis Novati, in Urbe, in loco qui appellatur Vicus Lateritiorum, ubi & conſtituit Titulum Romanum, in quo & baptiſterium conſecravit quarto Idus Majas.* Hactenus de Tituli erectione. Quæ autem contigerunt ſub perſecutione poſt annos duos excitata ſub M. Aurelio & Lucio Vero, deſcribentur ſuo loco. Porro natalis dies Novati in tabulis Eccleſiaſticis notatus habetur (a). Ipſum vero Titulum Paſtoris, jam vetuſtate collabentem, hoc ipſo anno quo hæc ſcribimus, decentiſſime reſtitutum vidimus ab ejuſdem Tituli presbytero Cardinale Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Henrico Caetano, S. R. E. Camerario: ubi coaleſcit recens reddita obſervantia Ciſtercienſium monachorum.

(a) *Martyrol. Roman. die 20. Junii.*

Anno

na. Sed loco *Barus*, legendum, *Verus*, ut habet inſcriptio Romana in Miſcellaneis Eruditæ Antiq. quæ dicitur dicata BRADUA & VERO COSS. Verum etiam profitentur Faſti Idacii, Proſperi, Chronici Alexandrini & Caſſiodori.

Legendum VARO pro GALLO. Demum vetus inſcriptio prope Lugdunum in ſummo colle, vulgo *la Montaigne de Fouruiere*, menſe Decembri A. D. 1704. reperta, & a variis ſubinde evulgata; ac primum in Actis Trevoltienſibus menſis Aprilis an. 1705. art. LXIV. pag. 652. deinde commentariolo illuſtrata a V. C. Philippo a Turre Epiſcopo Adrienſi, cujus commentariolus lucem vidit Amſtelodami A. D. 1709. Bibliothecæ ſelectæ tom. XVII. pag. 167. & rurſus opera Alberti Henrici Sallengrii. antiquit. Roman. tom. III. pag. 854. Poſtremo Diſſertationem de ea edidit Bozius regius Academicus Pariſienſis, quæ prodiit tom. III. Monumentorum regiæ illius Academiæ pag. 106. edit. Hagæ Comitum. Eadem porro inſcriptio ab aliis ſubinde recuſa. Dedicata eſt autem.

APP. ANNIO. ATILIO. BRADUA
T. CLOD. VIBIO. VARO. COS.

Igitur hæc inſcriptio horum conſulum vera prænomina ac nomina protulit; ex qua & Pagius, & cæteri qui de horum nominibus diſceptarunt, aut emendandi, aut ſupplendi ſunt. Pagius quidem qui VERO pro VARO, fidem Sponii ſecutus, legendum eſſe cenſebat, & aliqua eorum nomina omiſit. Faſti Idatiani: *Bradua & Vero.* Vindebonenſes: *Bradua & Varo.* Proſper, & Caſſiodorus: *Vero II. & Bradua.* Corrupte fere omnes.

JESU CHRISTI ANNUS 163. | PII PAP. ANNUS 6. | ANTONINI PII IMP. ANNUS 24.

I. De tempore quo imperavit Anton. Pius.

ANno Chriſti centeſimo ſexageſimotertio, Marco Aurelio tertium & Lucio Vero ſecundum Coſſ. ſeptima die Martii, Antoninus Pius, cum imperaſſet annis vigintiduobus, menſibus ſeptem, & diebus vigintiſex, moritur. At quoniam veritas annorum, quibus imperavit, inexplorata quam pluribus fuit, occaſio data eſt nonnullis temporis ordinem pervertendi. Quamobrem haud otioſum putamus ad veritatem rerum geſtarum exquirendam, eam certa firmaque temporis chronologia ſtabilire. Meminiſſe ergo in primis debemus, ipſum Tribunitiam poteſtatem primo anno Imperii accepiſſe, Hadriano adhuc vivente, anno (ut diximus) centeſimo quadrageſimo: cumque in monumentis antiquis (*a*) ejus nominis inſcriptio notata habeatur Tribunitia poteſtate vigeſimaquarta: neceſſe eſt, ipſum ad hunc uſque annum perveniſſe: quamobrem ea ratione ſe collegiſſe ex Dione Xiphilinus tradit, imperaſſe Antoninum annos vigintiquatuor: ſic & Eutropius, qui eumdem Antonino tribuit annorum numerum: tot enim annos eum regnaſſe putaverunt, quot repetita in eo Tribunitia poteſtas reperiretur. Verum ex iis vigintiduos tantum expleſſe patet, duos autem tantummodo inchoaſſe: nam cum eo anno Domini centeſimo quadrageſimo, die decima Junii, quo mortuus eſt Hadrianus, ſolus cœperit imperare, deſieritque (ut dicemus) hoc anno, ſeptima die Martii: reliquum eſt, ut affirmemus ipſum imperaſſe vigintiduobus annis

(*a*) *Apud Panvin. in Faſt. commen. & Adolph. Occ. de Num.*

SÆC. II Anno Urbis 914. Olymp. 235. an. 1. A.C. 161.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5654.

☉ 2. E ☽ 10. P.30. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 161. *ſecund. Baronium* 163.

SOTERIS PAPÆ 1.

M. AURELII IMP. 1.

I. *Conſules.*

[1] ANum.I. ad VII. Coſſ. *M. Ælius Aurelius Verus Cæſar III. & L. Ælius Commodus II.* ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag.95. ex Inſcriptione Gruteriana pag. 300. hujus anni initio dedicata, in qua cum L. Aurelius Commodus Cæſar non dicatur, quemadmodum nec in aliis Inſcriptionibus, in quibus prior ejus Conſulatus Laterano Collega geſtus memoratur, Cæſar non appelletur, conſtat, eum, antequam cum Marco imperaret, Cæſarem non fuiſſe; Cæſaribus enim & Auguſtis eum Magiſtratum exercentibus, is ſine Auguſti, vel Cæſaris nomine in Inſcriptionibus memorari non ſolitus. Verum itaque eſt quod ſcribit Capitolinus in Vero Imperatore cap.3. *Fuitque privatus in domo Imperatoria viginti & tribus annis.* Paulo poſt: *Diu autem & privatus fuit, & ea honorificen-*

[1] COſſ. *M. Ælius Aurelius Verus Cæſar III. & L. Ælius Commodus.* Gruterus pag. CCC. 1.

M. AELIO. AURELIO. VERO. CAESARE III.
L. AELIO. AURELIO. COMMODO. II. COS COOPT.
L. PETRONIUS. SEVERUS. NO. I. ANUS
P. R. C. ANN. DCCCCXIII.

Vide & Gruterianum lapidem pag. LXIII. 3. de quo Noriſius in Diſſertatione Chronologica de votis decennalibus cap.III.

Lapis erutus Puteolis A. D. 1703. apud Jo. Vignolium in ſelectis inſcriptionibus pag.323. & de columna Antonini pag.52.

X. KAL. APRIL.
IMP. CAESARE M. AURELIO ANTONINO AUG. III.
ET IMP. CAESARE. L. AURELIO. VERO. AUG. II. COS.

Hæc inſcriptio inciſa fuit paulo poſt *Antonini* obitum. Deceſſit enim hoc anno die VII. Martii. Fabrettus pag.684. ex ſcapo columnæ:

...... ONINO. III. ET VERO. II. COS.

Vide alias inſcriptiones apud Relandum. Donianæ inſcriptiones cl.III. n.17. pag.117.

IMP. CÆSARI. DIVI. ANTONINI. PII. FIL.
DIVI. HADRIANI NEPOTI. DIVI. TRAIANI
PARTHICI. PRONEPOTI. DIVI. NERVAE
ABNEPOTI. L. AELIO. AURELIO. VERO
AUG. TRIBUNIC. POTEST. III. COS. II.
FRATRI ARUALI.

Ibidem n.118. alia inſcriptio cum iiſdem titulis, dedicata.

M. AELIO

annis expletis, menſibus ſeptem, & diebus vigintiſex: quamobrem Theophilus Epiſcopus Antiochenus, qui hoc tempore claruit (nam ſub Marco Aurelio & Lucio Vero Antonini Pii ſucceſſoribus ſedit) cum ait Antoninum regnaſſe annos vigintiduos, menſes ſeptem, & dies ſex; in numerum dierum irrepſiſſe errorem, dicendum eſt, nempe ut loco dierum vigintiſex, tantum ſex poſiti habeantur: nam ea ratione colligeretur ipſum obiiſſe decimaſexta die Februarii. Porro ex iis quæ idem Theophilus ait, dum conſignat tempus Imperii M. Aurelii, quem Verum appellat ſucceſſorem Antonini, quem ex Tertulliano (*a*), & aliis, conſtat obiiſſe die decimaſeptima Martii; eum imperaſſe annos decem & novem, ac dies decem: neceſſe erit affirmare, Antoninum Pium, cui ille ſucceſſit, clauſiſſe diem extremum ſeptima die Martii.

(*a*) *Tert. in Apol. c.* 25.

II. *Mortuus eſt apud Lorium villam, domeſticis etiam rebus compoſitis, ac de familiaribus & aliis optime meritus: quem Senatus, retulit inter divos. Meruit & Flaminem, & Circenſes, & templum, & ſodales Antonianos: ſoluſque omnium prope Principum prorſus ſine civili ſanguine & hoſtili (quantum ad ſe ipſum pertinuit) vixit, & qui rite compararetur Numæ, cujus felicitatem, pietatemque, & ſecuritatem, cærimoniaſque ſemper obtinuit.* Hæc Capitolinus. Matura quoque ſenectute eum vita functum eſſe conſtat: quippe qui cum natus ſit (ut idem tradit auctor) decimanona Septembris, Conſulibus Domitiano duodecimum & Dolabella, anno Domini (ut poſuimus) octogeſimooctavo, deceſſeritque (ut dictum eſt) hoc anno, ſeptima die Martii; colligitur eum vixiſſe annos ſeptuagintaquatuor, menſes quinque, & dies ſexdecim: tumulatus eſt in ſepulcro, quod ſuper Tiberim ipſe erexerat (ut demonſtratum eſt) Hadriano, hoc elogio: IMP.

Ætas & ſepultura Antonini Pii.

ficentiæ caruit, qua Marcus ornabatur. Namque in Senatu ante Quæſturam non ſedit; neque in itinere cum patre, ſed eum Præfecto Prætorii vectus eſt; nec aliud ei honorificentiæ adnomen adjunctum eſt, quam quod Auguſti filius eſt appellatus. M. Aurelii Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam ſumtus, ob Quindecennalia nempe Proconſularis ejus Imperii. In Faſtis Cæſareis ab Em. Card. Noriſio publicatis Conſules his verbis exhibentur: *duobus Auguſtis*, quia ſc. poſt mortem Antonini Pii uterque Cæſar, Auguſtus appellatus fuit, indeque Conſulatus iſte, duorum Auguſtorum Conſulatus dici ſolet.

Imperii Proconſularis Marci Quindecennalia.

Antoninus Pius die ſeptima menſis Martii e vivis exceſſit, quod certo colligitur ex die emortuali M. Aurelii ſucceſſoris, qui fuit dies XVII. menſis Martii anni CLXXX. ut infra videbimus, Quare poſt Hadriani mortem imperavit annos viginti duos, menſes ſeptem, dies viginti ſex, a die vero, quo Imperii Collega nuncupatus eſt, annos viginti tres, dies undecim. Xiphilinus quidem, Zonaras, & Cedrenus annos ei viginti quatuor attribuunt; quia nempe utrumque extremum

II. *Obitus Antonini Pii.*

Baron. n. 1.

M. ÆLIO. AURELIO ANTONINO
AUG. P. P. TRIB. POT. XVII.
COS. III. FRATRI ARVALI

Uterque lapis dedicatus eſt A. D. 163. Alius lapis ibidem cl. II. n. 55. pag. 80. quem mendoſe edidit Fabrettus, inſcript. cap. X. n. 555.

IMP. CAES. M.
AURELIUS. ANTONINUS
AUG. PONT. MAX. TRIB.
POTEST. XV. COS. III.
IMP. CAES. L. AURELIUS
VERUS. AUG. TRIB. POT. COS.

Supplendum II. Fabrettus ediderat; Trib. Potest. XI. mendoſe. Nummus *M. Aurelii* in Muſeo Theupolo pag. 520. cum *Trib. Pot.* XV. Cos. III. Ibid. pag. 532. nummus *L. Veri*, cujus epigraphe: *Imp.* Cæſ. *Aurelius Verus Aug.* In averſa: *Concordia Auguſtor. Tr. Pot. Cos. II.* Noriſius in Diſſertatione de votis Decennalibus cap. III. notat, *M. Aurelium* A. D. 161. Nonis Martii, mortuo *Antonino* fuiſſe *Tribuniciæ poteſtatis* XV. Fragmentum veteris lapidis inter Antii rudera effoſſi A. D. 1733. & ab Antonio Maria Lupo Societatis Jeſu vulgatum in Diſſertatione ad epitaphium S. Severæ martyris pag. 119.

....
....

PARTICI. PRONEPOT. DIVI.
NERVÆ ABNEPOTI
L. AURELIO. VERO. AUG.
TRIBUNIC. POTEST. COS. II.
ANTIATES. PUBL.

Uterque conſul *Kal. Jun.* quum conſulatum iniit, *Cæſar* erat, mox *Auguſtus* uterque, hinc in lapidibus ſculptis poſt *Antonini Pii* mortem, *Auguſti* nuncupantur. Itaque horum nomina in Faſtis ſic ſunt exprimenda: *M. Ælius Aurelius Verus, Cæſar*, mox *Antoninus Aug. III. & L. Ælius Aurelius Verus*, qui & *Commodus, Cæſar*, mox *Aug. II.* Faſti vulgati corrupte præferunt. Idatiani ſiquidem: *Antonino V. & Aurelio Cæſare, duobus Auguſtis.* Vindebonenſes: *Duobus Auguſtis.* Ceteri omnes varie efferunt. Bucherianus catalogus, ubi de S. Pio Papa: *Fuit* (Pius) *temporibus Antonini Pii a conſulatu Clari, & Severi uſque duobus Auguſtis.* In libris Pandectarum: *Divi fratres* appellantur.

IMP. CÆSARI. T. ÆLIO. HADRIANO. ANTONINO. AVG. PIO. PONT. MAX. TRIB. POT. XXIIII. IMP. II. COS. IIII. P. P.

III.
M. Aurelius, & L. Verus Impp.

Antonino Pio defuncto, Marcus Aurelius Antoninus cognomento Philoſophus, & Lucius Ælius Verus Antoninus, quos vivente ac jubente Hadriano adoptaverat, ſuccedunt in Imperium. Quoniam vero horum Imperatorum diverſa reperitur apud antiquos nomenclatura, quod nonnullis erroris cauſam præbuit; de his dicere, neceſſarium ducimus: ac primum quidem, quo nomine dicti eſſent, antequam ab Antonino adoptarentur. Marcus Aurelius Antoninus filius fuit fratris (a) uxoris Hadriani, Annii Veri. *Hic* (inquit Capitolinus) *principio avi ſui nomen habuit*, nempe (ut tradit Dio b.) *Marcus Annius Verus*, *quem*, inquit, *prius Catilium nominaverant*, nimirum (ut idem ait Capitolinus) *a Catilio Severo materno proavo*: qui addit: *poſt exceſſum vero patris Hadriano Annius Veriſſimus vocatus eſt; poſt virilem togam, ut olim, Annius Verus*. Hec ipſe: porro Juſtinus martyr (c) eum appellat Veriſſimum.

(a) Jul. Capit. in Pio.
(b) Dio in Hadr.
(c) Juſt. martyr in Apolog. ad Ant. exord.

IV.
De nominibus Marci & Lucii.
(d) Spartian. in Hadr.

His ſic ſe habentibus, errore lapſus videtur Spartianus, dum ait (d) Antoninum Pium juſſu Hadriani ſibi adoptaſſe Annium Verum, & Marcum Antoninum: aperte ſignificans, Annium Verum diverſum ab Antonino, ipſumque eſſe, quem dicimus Lucium Verum: nam & Theophilus Antiochenus, qui (ut diximus) his diebus vivebat, Marcum Antoninum, Verum appellat, quem ait imperaſſe annos decem & novem, ac dies decem: quæ de Lucio Vero dici non poſſunt. Porro Veri nomen Lucio adhæſiſſe poſtquam Marcus eum in collegam Imperii adſcivit, idem Capitolinus teſtatur: nam (ut ait) Marcus nomen Antonini ſibi ſumpſit, Lucio autem, Veri, tribuit. Idem ait Galenus (e), qui hoc ipſo tempore Romæ claruit; ſed in ejus textum mendum irrepſiſſe, certum eſt, dum apud eum Severus, pro Vero legitur: ſic enim ait: *Deceſſerat paulo ante de vita Antoninus, qui Hadriano in Imperio ſucceſſerat: regnabat autem Severus, qui ſe ipſum, mutato nomine, Antoninum appellavit: Lucium vero quem Imperii fecit participem, Severum nominavit*: ut reſtituendus ſit locus: *Regnabat autem Verus, qui ſe ipſum, mutato nomine, Antoninum appellavit: Lucium vero, quem Imperii fecit participem, Verum nominavit*. Sic igitur vides nomen Veri ante Imperium fuiſſe Marci, poſt Imperium autem communicatum Lucio. Hæc ex Capitolino.

(e) Galen. contra eos qui de typis ſcripſerunt.

V.
Nomina & cognomina M. Aurelii Imp.

Ex his itaque patet, Marcum Antoninum Philoſophum, primo dictum eſſe Catilium Annium Verum, poſtea Marcum Annium Verum, inde Veriſſimum, poſtea ut olim, M. Annium Verum. Sed (quod prætermittit Capitolinus) adoptatus ab Hadriano, Ælii cognomen accepit, & ex Annio dictus eſt Aurelius; nam in Conſulatu ipſius, quem geſſit cum Pio tertium Conſule, ſcriptus habetur in nummis & aliis antiquis monumentis, M. ÆLIUS AURELIUS: factus autem Imperator, omiſſo Ælio, M. Aurelius Verus Antoninus eſt dictus: licet in antiquis monumentis, Veri nomen, quod Lucio tribuerat, in Marco prætermiſſum appareat; & frequentius Marcus Aurelius Antoninus poni conſueverit, & interdum Marcus Antoninus tantummodo ſcriptus habeatur. Porro Aurelii cognomentum non a ſuis majoribus accepit, ſed a parente qui eum adoptavit, Antonino Pio ex familia Aureliorum progenito, ut apparet ex Julio Capitolino in Pio: quo etiam cognomine appellatum fuiſſe Lucium Verum, cum poſt ex-

mum annum incompletum pro integro numerant, qui putandi modus ab Antiquis ſæpe uſurpatus.

III.
Liberi Antonini Pii.

Antoninus Pius liberis ſuis ſuperſtes fuit. Capitolinus in Antonino Pio cap. 1. de ejus filiis loquens ait: *Uxor Annia Fauſtina; filii mares duo: duæ fœminæ; gener per majorem filiam Lamia Syllanus; per minorem Marcus*. Horum filiorum, filiæque natu majoris nomina hactenus magnis tenebris ſepulta diſcimus ex antiqua Romanarum Inſcriptionum Collectione a Mabillonio tomo IV. Analectorum publicata, ubi hæc Inſcriptio legitur: *Aurelia Fadilla, filia Imp. Cæſaris Titi Ælii Hadriani Antonini Auguſti Pii P. P.* Capitolinus loco laudato de Antonino Pio verba faciens, inquit: *Soror uterina, Julia Fadilla*. Antea dixerat: *Mater Arria Fadilla*. Matris itaque & ſororis cognomen filiæ Antoninus impoſuit. Ejus filiis maſculis hæ Inſcriptiones dicatæ: *M. Aurelius Fulvius Antoninus, filius Imperatoris Cæſaris T. Ælii Hadriani Antonini Aug. Pii P. P.* Docet Capitolinus citatus, Antonini patrem Aurelium Fulvium, avum Titum Aurelium Fulvium dictos eſſe. Alterius filii nomen in hac epigraphe expreſſum: *M. Galerius Aurelius Antoninus filius Imperatoris Cæſaris Titi Ælii Hadriani Antonini Auguſti Pii P. P.* Hic etiam in duabus Inſcriptionibus Græcis apud Mediobarbum in Numiſmatis Imperatorum pag. 205. appellatur *Marcus Aurelius Antoninus*. Porro hujus mater, quæ a Capitolino in Antonino Pio vocatur *Annia Fauſtina*, ab eodem in Marco Philoſopho, dicitur *Galeria Fauſtina*; in Nummis vero Latinis Fauſtina tantum vocatur. Huic Marcus Galerius filius ſuperſtes fuit, ut conſtat ex Nummo Græco apud Spanhemium Virum eruditiſſimum pag. 658. Viſitur in uno latere ipſius Fauſtinæ caput velatum cum Inſcriptione: ΘΕΑ ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ, id eſt, *Diva Fauſtina*; in alio caput puerile cum litteris: M. ΓΑΛΕΡΙΟϹ. ΑΝΤΟΝΕΙΝΟϹ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ, id eſt, *Marcus Galerius Antoninus Imperatoris Antonini*. Supple, filius. Neuter ex his filius Cæſar nuncupatus, nec patri ſuperſtes. Cum igitur Fauſtina Diva appelletur, jam obierat, cum Nummus ille percuſſus.

pletum ſeptennium ab eodem Pio adoptatus eſt, idem Capitolinus tradit in Vero.

VI. Lucii Veri nomina. Sed quod ad Lucium ſpectat, natus eſt ipſe Lucio Aurelio Cejonio Commodo, qui adoptatus ab Hadriano dictus eſt Ælius Verus, ut auctor eſt Spartianus, qui fuſius res ab eo geſtas eſt proſecutus: cujus filius Lucius, de quo eſt ſermo, & ipſe dictus eſt Lucius Cejonius Ælius Commodus Verus Antoninus, ut idem Capitolinus auctor eſt (a); ſicque Ælius ab Hadriano, ab Antonino Pio Aurelius Antoninus & Verus ex conjunctione Marci eſt appellatus. Quamobrem cum uterque Ælius atque Aurelius, itidem ambo ſimul Verus & Antoninus ſint dicti, proprio tantum nomine diſcriminantur ab invicem, ut alter Marcus, alter vero Lucius nominetur. Porro frequenter cum Verus tantum nominatus reperitur, Marcus intelligi ſolet: communi enim quodam uſu tunc receptum erat, ut per Verum intelligeretur Marcus, ut ex Theophilo & Galeno illorum temporum & ætatis hominibus patet.

(a) *Jul. Capit. in Vero.*

VII. Lucius cum Marco imperat. Cum igitur ex Senatuſconſulto nonniſi Marcus Aurelius declaratus eſſet Imperator: idem, communicato Lucio nomine Veri, collegam ſibi eum adſcivit Imperii, ſicque nunc primum duo ſimul regnare viſi ſunt Imperatores, qui & Divi fratres ſunt appellati, eo quod ambo voluntate Hadriani ab Antonino Pio fuiſſent adoptati; quot autem annis eorum quiſque imperaverit, in cujuſque ipſorum obitu dicemus. Licet autem eſſent ambo fratres ab eodem parente Antonino Pio adoptati, tamen Marcus ut grandior natu & fama præſtantior, quique ſolus a Senatu Imperator delectus eſſet, ut parentem erga Lucium ſe gerebat: qua de cauſa (ut dictum eſt) ipſum etiam Verum voluit no-

IV. *L. Ælius in conſortium Imperii aſſumtus.* Ad num.VII. M. Aurelius cognomento Philoſophus, qui jam Collega Imperii erat, Reipublicæ adminiſtrationem ſuſcepit, ſtatimque L. Ælium Aurelium Commodum, non modo Cæſarem, verum etiam Auguſtum novo exemplo renuntiavit, omnibuſque Auguſtorum titulis, Pontificis tantum Maximi excepto, cum eo communicavit. Patinus in Numiſmatis Imperatorum pag. 241. Nummum Coloniæ Beryti affert, in quo ab altera parte Marcus, Verus ab altera inſculptus cum ſua quiſque aquila, Imperii pro indiviſo communicati argumentum. Quam in rem Diocletianus & Maximianus Herculius in eodem Nummo repræſentati aquilam ferunt ſcipioni eburneo, quem quiſque gerit, impoſitam, quæ communicati utrique Imperii ſymbolum. Harduinus Vir Clariſſimus in Nummis Populorum & Coloniarum pag.412. Nummum Lucii Veri Imperatoris exhibet, in quo ſcriptum, ΠΟΥΚΙΕΩΝ ΠΡΟC ΥΡΙΩ, id eſt, *Pruſium ad Hypium montem*. Eo in Nummo Oriens radiato capite ſingulis manibus ſingulas geſtat aquilas cum lauri ramis, quod ſubactum utriuſque Auguſti auſpiciis Orientem declarat, ut recte obſervat Harduinus adverſus Triſtanum tom.II. pag 305.

V. *Tres variæ Imperii Romani adminiſtrandi formæ.* Hic obſervare juvabit, Imperium Romanum tribus modis adminiſtratum fuiſſe. Primo, vel ab unico Auguſto, vel ab uno Auguſto cum Collega Imperii ſibi adjuncto, qui extra Urbem idem jus in exercitus ac Provincias cum illo habebat, quique ob Imperium Proconſulare *Imperatoris* nomine, non tamen Auguſti appellabatur. Duravit hæc regiminis forma, ſub quo etiam varii Cæſares Imperiique ſucceſſores deſignati, uſque ad præſentem annum, quo novum adminiſtrationis genus a Marco Aurelio inductum. Nam *tunc primum Romanum Imperium duos Auguſtos habere cœpit*, ut inquit Capitolinus in Marco cap.7. quod & alii Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores confirmant. Duravit hæc ſecunda regiminis forma, in qua aliquando tres Auguſti viſi, uſque ad Conſtantium Chlorum & Galerium Maximianum, ad annum nempe Chriſti trecenteſimum quintum, quo Diocletianus & Herculius abdicarunt, quove Imperium antea ſolidum atque indiviſum gubernatum, inter Auguſtos tanquam hæreditas quædam diviſum fuit. Quæ tres regendæ Reipublicæ Romanæ formæ ad variarum difficultatum ſolutionem ſedulo notandæ.

VI. *Pluribus Auguſtis ſimul imperantibus unus Pontifex Max. dictus.* Secundi regiminis generis initio, licet ſupremi dominii nomina, muneraque duobus aut tribus Auguſtis communia eſſent; unus tamen ſeniorque Pontificis Maximi appellationem gerebat, ut liquet ex Nummis, in quibus Commodus, Caracalla, & Geta, qui cum patribus corregnarunt, non dicuntur Pontifices Maximi, ſed tantum Pontifices, eo modo, quo in hoc Caracallæ Nummo: ANTONINUS AUGUSTUS PONTIF. TR. P. II. Idque etiam conſtat ex his Dionis verbis lib.53. quæ non recte ab Interprete intellecta, Spanhemius V. C. in Diſſert. 8. de Præſtantia & Uſu Numiſmatum ſic vertit; *Ex eo autem quod omnibus Sacerdotiis inaugurati ſunt Imperatores, & quod alios in pleraque illa Collegia adſciſcunt, ſemperque unus eorum, ubi duo vel tres ſimul imperant, ſummum Pontificatum gerit, continuo fit, ut omnium Religionum & Sacrorum Domini evadant*. Quare quoad iſtum honorem non plus his Auguſtis in partem Imperii vocatis, quam Imperii Collegis, qui in prima regiminis forma ſupremi Principatus conſortes erant, tributum. In Nummis enim Tiberii, Titi, aliorumque Imperii Collegarum, *Pontificis* nomen legitur. Imo hæc inferior *Pontificis* dignitas, cum initium quoddam ſeu tyrocinium ſupremi faſtigii eſſet, dabatur etiam puris putis Cæſaribus, ut videre eſt in Nummis Caii, Lucii, Getæ, &c. Quod Dio his verbis ſignificat: *Alios in pleraque illa Collegia adſciſcunt*, Cæſares nempe & in ſucceſſionis ſpem vocatos. At ubi Balbinus & Pupienus ad Imperium evecti ſunt, Pontificis Maximi nomen utrique conceſſum; quemadmodum poſtea Gallo & Voluſiano, tum Valeriano & Gallieno; ac denique Diocletiano & Herculio, ut videre eſt in eorum Nummis. An vero ſolum Pontificis Maximi nomen communicatum fuerit, & poteſtas penes unum remanſerit; aut juniores Auguſti tam in nominis, quam in poteſtatis conſortium vocati fuerint, hactenus in obſcuro eſt. Illud certum, in tertio regiminis genere, cum ſinguli Auguſti Imperii partem poſſidebant, apud ſingulos Auguſtos Pontificatus Maximi appellationem & rem reſediſſe; cum alter in alterius dominio jus aliquod exercere non potuerit. In edicto a Galerio Maximiano in Chriſtianorum favorem anno CCCXI. antequam periret, emiſſo, quod refertur ab Euſebio lib.8. cap.17. Galerii, Conſtantini, & Licinii nomina

nominari; quem, & deſponſata illi filia ſuum generum fecit.

VIII. Hunc Marcus ad bellum Parthicum perdifficile deſtinavit, *quod* (ait Dio *a*) *Vologeſus Parthorum Rex prior intulerat; quo omnem exercitum Romanum collocatum a Severiano ad Elegiam, quæ eſt in Armenia, atque incluſum undique una cum ipſis ducibus telis confecerat atque perdiderat, ob eamque cauſam civitatibus Syriæ formidoloſus erat.* Deceptus namque fuerat Severianus falſo oraculo Æſculapii recens apparentis in Ponto, arte ſubdola impoſtoris Alexandri: de quo mulmulta ſuperius dicta ſunt. Hæc enim Lucianus (*b*) ea de re ſcribit: *Itaque quod Severiano redditum eſt, reſponſum ſcilicet ſuper expeditione in Armeniam ſuſcipienda, ex Autophonis erat: Adhortatus enim illum ad incurſum ejus regionis, ſic ait:*

(*a*) *Dio in Antonino.*

(*b*) *Lucian. in Pſeudomant.*

Rom. Exercitus deceptus ex falſis reſponſis oraculi.

Parthis, Armeniſque citato Marte ſubactis,
Romam Urbem repetes, & claras Tibridis undas,
Vertice ſerta gerens radiis diſtincta ſerenis.

Addit Lucianus:

Denique poſteaquam vecors ille Gallus perſuaſus, incurſionem feciſſet, eveniſſetque ut una cum exercitu cæderetur ab Othryade: hoc oraculum a monumentis ſuſtulit, atque aliud in ejus locum ſubſtituit hujuſmodi:

Agmen in Armenios ne duc: neque enim expedit iſtuc;
Ne tibi fœmineis vir amictus veſtibus, arcu
Exitium immittat, vitaque ac lumine privet.

Idem hæc ſubdit Lucianus.

Si-

na ſeorſim cum titulis cuilibet eorum peculiaribus leguntur, *Pontificis* tamen *Maximi* appellatione ſingulis attributa, ob idque ter repetita. Verum quidem eſt, Nicephorum lib.7. cap.23. idem edictum referre, in eoque ſoli Galerio Maximiano Pontificis Maximi titulum dari. Sed brevitatis cauſa illum omiſſum exiſtimo: quod eo magis ſuſpicandum, quo Conſtantinus ibidem Auguſtus non appelletur, ſicut nec Licinius. Extant Inſcriptiones duæ apud Goltzium, Gruterum, & alios, quarum altera Valentiniano, qui in Occidente, altera Valenti ejus fratri, qui in Oriente imperabat, dicata, in qua uterque dicitur PONTIF. MAXIMUS. TRIB. POT. VII. IMP. VI. CONS. II. Erratum tamen in utraque, vel in nota numerali Conſulatus, vel Tribunitiæ Poteſtatis. Uterque enim anno CCCLXIV. Imperium iniit, annoque CCCLXX. Conſulatum III. ac VII. Tribunitiam Poteſtatem geſſit. Quare non Conſul II. ſed III. uterque dici debuit, vel ſaltem Tribunitiæ Poteſtatis VIII. Sed quidquid ſit, ex his manifeſtum fit, Pontificis Maximi nomen pluribus Auguſtis eodem tempore in diverſis Romani Orbis partibus regnantibus attributum fuiſſe. Videndus Card. Noriſius in Cenotaphiis Piſanis Differt.2. cap.7.

VII. Quoad *Imperatoris* nomen, illud in priori Imperii Romani diſpoſitione tam Auguſtis quam Cæſaribus Imperio Proconſulari exornatis attributum, ut alibi demonſtravi. Sed in ſecunda a Marco Aurelio inducta, tituli Cæſarum aucti, ipſique non minus, quam in priori Imperii Collegæ, Imperatores etiam vocati. Ariſtides lib.4. Sacrarum Orationum ait: *ἡμέραις δ' πολλαῖς ὕστερον ἐξ ἰταλίας ἀφικνοῦνται ἐπιστολαί μοι παρὰ τῶν βασιλέων τοῦ τε αὐτοκράτορος αὐτοῦ, καὶ τοῦ παιδός*, id eſt: *Paucis diebus interjectis, venerunt ad me ex Italia Regum literæ, tum Imperatoris ipſius, tum ejus filii.* Loquitur Ariſtides de Marco Aurelio & Commodo Cæſare, & de iis, quæ Severo Aſiæ Proconſule exiſtente, geſta ſunt, *Regiſque* nomen, tam filio, quam patri tribuit, ſed *Imperatoris* nomine patrem tantum appellat. Severus autem, antequam Commodus Tribunitia Poteſtate decoraretur, Aſiam rexit, ut infra videbimus. Quare eo tempore Cæſares nondum Imperatores, ſed *Reges* tamen vocati. Ante Commodum non exiſtimo, Cæſares *Regis* nomine cohoneſtatos fuiſſe. Spartianus enim in Ælio Vero cap.6. de hoc Cæſare, qui Tribunitia Poteſtate ornatus fuerat, loquens ait: *Sepultus eſt Imperatorio funere: neque quicquam de Regia, niſi mortem, habuit dignitate.* Cæſares anno Chriſti CXCVII. nondum Imperatores nuncupabantur. Nam in duabus Inſcriptionibus infra referendis Caracalla Severi Aug. filius natu major, qui jam Cæſar erat, dicitur *Imperator deſtinatus*, quod eo anno a patre Auguſtus deſignatus fuiſſet; ſed nondum Senatus decretum acceſſiſſet. Cæſares itaque *Imperatoris* titulum tunc non obtinebant. Sed anno inſequenti, quo Severus Quinquennalia exhibuit, Caracalla & Geta *Imperatores* appellati, Caracalla nempe Auguſtus & Geta Cæſar, ut ex Herodiano infra oſtendo. Quare Geta, Diadumenianus, & Alexander Severus Cæſares, in Nummis Græcis *Imperatores* vocantur, quod nomen iiſdem Cæſaribus in Epigrammatis Latinis aliquando conceſſum. Onuphrius lib.2. Faſt. hanc Julii Gallieni Cæſaris epigraphen refert: IMP. Q. JULIO. FILIO. GALLIENI. AUG. ET SALONINÆ. Mediobarbus in Numeriano hoc Numiſma producit: IMP. C. M. AUR. NUMERIANUS. NOB. C.

Cæſares vocati Reges & Imperatores.

VIII. In hac ſecunda Imperii Romani forma Cæſares etiam *Principes* vocati. Capitolinus in Maximo & Balbino cap.3. de Gordiano Cæſare ait; *Quare factum, ut Gordianum adoleſcentem Principem* (id eſt Cæſarem) *peterent, qui ſtatim factus eſt; nec prius permiſſi ſunt ad palatium ſtipati armis ire, quam Nepotem Gordiani, Cæſaris nomine nuncuparent.* Neque aliter apud Græcos fieri potuit; cum apud eos vox *αὐτοκράτωρ*, tam Imperatorem, quam Principem deſignet. Petavius lib.11. de Doct. Temp. cap.7. ait, Imperii Proconſularis conſortes, uti erat Tiberius, Imperatores dictos non fuiſſe; & eodem lib. cap.24. inquit Gordianum loco laudato majus aliquid, ampliuſque quam Cæſaris nomen conſecutum; cum Capitolinus modo eum Imperatorem, modo eum Principem appellet. Sed ſi Vir doctiſſimus eam vulgarem opinionem magis expendiſſet, falſam eſſe intellexiſſet.

Cæſares Principes vocati.

IX. Ex his Cæſarum appellationibus recte explicatis varios doctorum Virorum lapſus facile detegere eſt. Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis ad num.2215. ſcribit, Getam in ſecundo

Cæſarum nomina ſæpe non intellecta.

ſuo

Siquidem & hoc interim callidiſſime fuerat commentus, ut poſterioribus, ſubſtitutit iiſque reſponſis, ea quæ perperam maleque eveniſſent ſarciret ac mederetur. Hæc de Severiano, & Romano exercitu impoſtoris commento & malis artibus profligato Lucianus.

Ante igitur quam Lucius Verus mitte-
IX. retur a Marco Aurelio cum expeditione
Lucilla coniuncta Lucio vero. in Orientem, filiam ſuam Lucillam (ut dictum eſt,) illi ſpopondit, quem eo ſibi vinculo arctius devinciret. Scribit enim hæc Julius Capitolinus (a) his verbis: *Antonini mox ipſe nomen recepit: & quaſi pater Lucii Commodi eſſet, & Verum eum appellavit, addito Antonini nomine; filiamque ſuam Lucillam fratri deſpondit. Ob quam conjunctionem pueros & puellas novorum hominum frumentariæ perceptioni adſcribi præceperunt.* Hæc ipſe cum ſcribat Capitolinus de frumentaria Marci largitione erga pueros & puellas novorum hominum, ideſt novorum civium, qui in Urbem nuper adſcripti, frumentationum jure hactenus caruerant: mirum ſane videri debeat, neque illum, neque alium quemquam horum temporum ethnicum Scriptorem memorandæ alterius Marci liberalitatis meminiſſe; qua ob præclaram ab Abertio Epiſcopo rem geſtam, ter mille modios frumenti Hierapolitanis in Phrygia civibus, qui Chriſtiani omnes erant, in perpetuum præſtandos præſcripſit.

(a) *Jul. Capitol. in Marco.*

Ad hæc autem elucidanda, illud præ- X.
monuiſſe oportuit; excidiſſe commentarios Marii Maximi nobiliſſimi Hiſtorici quibus horum potiſſimum temporum res geſtæ fuerant ſcriptorum monumentis egregie conſignatæ. Porro Julius Capitolinus, & huic æqualis Ælius Spartianus claruerunt ambo temporibus Diocletiani, & in Invidia Gentilium Hiſtoricorum.

ſuo Conſulatu, anno nempe Chriſti CCV. Auguſtum dictum eſſe, quod in Inſcriptione legatur:

IMP. CÆSAR. LUCIUS. SEPTIMIUS.
SEVERUS. PIUS. PERTINAX. AUG.
ARAB'C. ADIABENICUS. PARTHICUS.
MAXIMUS PONT. MAX. TRIB.
POTEST. IX. IMP. XI. COS. II.
P. P. PROCOS. ET IMP. CÆSAR.
MARCUS. AURELIUS. ANTON NUS.
PIUS. AUG. TRIB. POT. IV.
PROCOS. ET IMP. P. SEPTIMIUS.
GETA. ANTONIN. VIAS. ET. PONTES.
REST. AB AUG. MIL.
PAS. XXXI.

Sed perperam, non ſolum quia ea Inſcriptio anno Chriſti CCI. dedicata; ſed etiam quia Geta anno CXCVIII. Cæſaris & Imperatoris titulo exornatus fuerat: Auguſtus autem anno tantum CCVIII. nuncupatus eſt, ut ſuo loco dicetur. Sic Valeſius in Notis ad Evagrium, Auctorem Chronici Alexandrini reprehendit, quod Marcum Baſiliſci Tyranni filium Imperatorem creatum dixerit, quod primum Cæſar poſtea Auguſtus dictus ſit. Sed, ut anno CCCCLXXV. oſtendemus, Auctor ille accurate locutus eſt; quod & ex dictis liquet. In Actis S. Eutychii Patriarchæ Conſtantinopolitani ab Euſtathio Presbytero, imperante Mauricio ſcriptis, num. LXX. dicitur: Ὡς οὖν τὰς ἐκβοήσεις τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ ἐδέξαντο οἱ βασιλεῖς ἰουστῖνος ϰ τιβέριος, εὐθὺς ϰ παραχρῆμα σύντολλῷ τῷ τάχει, &c. id eſt: *Poſtquam igitur Chriſtianiſſimi populi clamores exaudiſſent, Juſtinus & Tiberius Imperatores*, &c. vel *Reges*, de verbo ad verbum. Juſtinus junior tunc Auguſtus, Tiberius, Conſtantinus Cæſar erat: & tamen uterque ab Auctore illo coætaneo dicitur *Rex* vel *Imperator*. Henſchenius die VI. Aprilis, ubi laudata Acta illuſtrat, ad eum locum ait: *Immo Juſtinus Imperator, & Tiberius tunc ſolum Cæſar, poſtea Imperator*, quia eum fugiebat, jam a Quinquennalibus Severi *Imperatoris* titulum Cæſaribus attributum fuiſſe. Euſebius lib.8. cap.5. loquens de quodam Chriſtiano qui Nicomediæ edictum adverſus Chriſtianos propoſitum, Diocletiano Auguſto, & Galerio Maximiano Cæſare præſentibus, ait: δυεῖν ἐπιπαρόντων κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν βασιλέων; quæ verba ſic Valeſius cum Chriſtophorſono vertit: *Cum duo ex Imperatoribus in civitate adeſſent*. Et tamen uterque vertentes alia duo Euſebii loca lib.9. cap.ult. ubi Criſpus Conſtantini M. filius dicitur βασιλεύς, hanc vocem, *Cæſarem* interpretantur, quamvis Regis nomen latius pateat, quam Imperatoris, & utrobique idem deſignare videatur. Quare in Auctoribus Græcis Latine vertendis purus ac ſimplex ſermo, qui Græco reſpondeat, adhibendus, ne ſenſus corrumpatur.

Ad num. VIII. Lucius Verus Auguſtus hoc X.
anno ad bellum Parthicum profectus, ut recte *Belli Parthici initium.* Baronius Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag.165. aliique Viri eruditi profectionem hanc in annum ſequentem diſtulere, decepti, uti exiſtimo, Nummo hujus Imperatoris, qui extat apud Mediobarbum, in quo dicitur Lucius, TR. P. II. COS. II. PROFECTIO AUG. Viſitur Imperator eques jaculum per tranſverſum tenens; qui Nummus anno ſequenti, quo Tribunitiam Poteſtatem II. Lucius iniit, cuſus. At animadvertere poterant, alia hujus Imperatoris Numiſmata apud Antiquos extare, in quibus legitur: TR. P. III. COS. II. PROFECTIO AUG. S.C. Sicut itaque ex his poſtremis Nummis deduci non poteſt, Lucium verum anno CLXIII. quo is Tribunitiam Poteſtatem III. ſuſcepit, in Orientem profectum eſſe; ita ex Nummis Tribunitia poteſtate II. notatis male infertur, ſequenti anno Lucium Roma digreſſum, bellumque Parthicum cœptum eſſe. Illi itaque Nummi, non cum ex urbe Romana, ſed cum ex Antiochena, ubi Lucium in deliciis vixiſſe prodit Capitolinus in Marco cap.8. aut ex aliis civitatibus diſceſſit, percuſſi. Certe alii Nummi ejuſdem Imperatoris ſuperſunt, in quibus, nulla Tribunitiæ Poteſtatis mentione facta, habetur: PROFECTIO. AUG. vel, PROFECTIO AUG. COS.II. ut videre eſt apud Mediobarbum in Lucio Vero pag.234. ubi tamen perperam eos cum anno Chriſti CLXII. quo bellum Parthicum inchoatum exiſtimat, conjungit. Quo ex errore alium enaſci neceſſe, ut nempe triumphus Parthicus ſerius quam geſtus ſit conſignetur.

Ad

& in gratiam ipſius &. ad ipſum ſcripſerunt Vitas quorumdam Imperatorum, ut ex ſuis ipſorum ſcriptis apparet; quamobrem cum ſcirent ipſum Diocletianum immenſo odio in Chriſtianos flagrare, & ipſi eadem in eos invidia, quæ de Chriſtianis ſcripta memoria digna reperiſſent, ex compoſito prætermiſerunt: adeo ut acerbiſſimæ in eos per Imperatores M. Antoninum & Lucium Verum excitatæ perſecutionis, de qua proxime dicturi ſumus nec verbum quidem fecerint: ſicut & multa alia ab iis obvoluta ſilentio relicta habentur, quæ toto Romano orbi perſpicua, publicis etiam teſtata monumentis habentur: hæc autem certo certius explorata haberi, ſuis locis inferius demonſtrabimus. Sed & Dio ipſe qui claruit ſub Alexandro iis haud liberiorem ſe exhibuit, dum quæ de Chriſtianis Imperatorium edictum publice teſtatum eſſet, ipſe Chriſtianorum invidens gloriæ, tribuit Ægyptiis Magis. Sed de his inferius.

XI. Quod ergo ad rem propoſitam ſpectat; hæc quæ de frumento Hieropolitanis in Abercii Epiſcopi gratiam conceſſo ſignificavimus, quomodo ſe habuerint; eo quo ſunt geſta ordine recitabimus, ab ovo (ut ajunt) narrationem auſpicantes. Nata eſt Marco Aurelio filia, Lucilla dicta, eo anno, quo (ut Capitolinus (*a*) ait) auctus eſt ab Antonino Pio Tribunitia poteſtate: quam illi collatam eſſe una cum ſecundo Conſulatu, quem geſſit cum Antonino quartum ab eo inito, nummorum declarant inſcriptiones ab Adolpho (*b*) erudito viro ſimul congeſtæ. Ipſa igitur hoc primo Imperii exordio, cum impleſſet ætatis annos ſexdecim, Lucio deſpondetur, ſed retardatæ ſunt nuptiæ, quod cum Vologeſus (*c*) Parthorum Rex adverſus Romanos bellum moviſſet, & exercitum Romanum una cum ducibus in Armenia confeciſſet, miſſus eſt a Marco Aurelio adverſus eum ipſe Lucius Verus hoc ipſo Imperii anno primo, prout ex Julio Capitolino atque Euſebio colligitur. Ille enim cum dicat Lucium Parthici belli cauſa in Syria quinquennium fuiſſe ab Urbe abſentem; addatque Euſebius (*d*) anno ſexto Imperii Romæ de Parthis triumphum egiſſe: affirmare opus eſt, primo Imperii exordio Lucium ad bellum Parthicum fuiſſe profectum, quod per legatos gerens, ipſe conſtitit Antiochiæ. Porro condictum fuerat inter Marcum & Lucium ut Lucilla ſponſa Epheſum mitteretur, quo ipſe Lucius ad nuptias illic agendas accurreret: hæc cum ſcribat Julius (*e*) Capitolinus, Acta etiam Abercii iiſdem adſtipulantur his verbis: *Inter eos autem convenerat, ut ſtato die Lucius quidem ab*

Lucilla arreptitia.

(*a*) *Jul. Capitol. in Marco.*

(*b*) *Adolph. Occ. lib. de num.*

(*c*) *Dio & Jul. Capitol. in Marco.*

(*d*) *Euſeb. in Chronico.*

(*e*) *Jul. Capitol. in Marco.*

XI. *Chriſtiani ad frumentationem non vocati.* Ad num. XI. Capitolinus in Marco cap. 7. de conjugio Lucillæ M. Aurelii filiæ cum Lucio Vero loquens ait: *Ob hanc conjunctionem pueros & puellas novorum hominum frumentariæ perceptioni adſcribi juſſit.* Baronius hæc verba de Chriſtianis palam ad frumentationem a Marco vocatis vult accipi. At nullus Veterum hoc dixit, quod neque Tertullianus, aliique prætermiſiſſent; cum ille diverſis ſuorum ſcriptorum locis laboret, ut probet, optimum quemque priorum Principum cum Chriſtianis mitius egiſſe. Sed ne quidem *Abercii* Epiſcopi Hieropolitani Acta, quæ Baronius profert, quicquam continent, unde huic conjecturæ fides poſſit adſtrui. Ad hæc, Marcus non ſolum a Chriſtianis alienus fuit, ſed etiam ſæpe in eos ſævit, & quidem prioribus Imperii ſui annis, quibus Lucilla Lucio Vero uxor data. Præterquam quod *novos homines* appellari novæ religionis homines, Latinis auribus inſolens. Ita Caſaubonus in Notis ad Capitolinum, qui exiſtimat, Capitolinum de novis civibus intelligendum, qui recens ex Lege Pii cives quidem facti, ſed erant deterioris conditionis quam veterani cives. Quæ conjectura parum veroſimilis. Cur enim novos homines pro novis civibus diceret? Moris enim eſt, Latinos Scriptores *novos homines* appellare non alios, quam qui ex humili loco ad ſumma evecti merito ſuo vel principum favore natalibus ſuis nihil debent. Melius Salmaſius in Notis ad eundem locum, legendum putat: *Pueros & puellas novorum nominum frumentariæ perceptioni adſcribi præceperunt.* Primus Traianus pueros & puellas alimentarias conſtituerat, quibus liberalitatis incrementum adjecit Hadrianus. Pius etiam in honorem Fauſtinæ novas puellas adſcribi fecit, quas *Fauſtinianas* appellavit. Nunc Marcus & Verus ob conjunctionem & participationem Imperii *novorum nominum* pueros & puellas adſcribi præcipiunt; cum enim darent nomina ſua, qui adſcribendi erant huic frumentariæ perceptioni, pueri puellæque ideo *novorum nominum* dicuntur quod præter illos & illas, quarum nomina jam habebantur adſcripta, quaſque jam inſtituerant priores Imperatores; novi iſti, Marci, & Veri juſſu adſcribebantur. Quod ſi Chriſtianis Hieropolitanis Abercii civibus aliqua alimenta attributa, ut etiam in Græcorum Martyrologiis legitur, non ut in Chriſtianos ea liberalitas fuit collata; ſed quomodo ſoliti ſæpe boni Principes coloniarum, municipiorum, & aliarum urbium pauperibus alimenta inſtituere; cujus liberalitatis teſtes extant hodieque Lapides. Nec ſoli Principes; ſed & privati interdum genus hoc liberalitatis uſurparunt, ut teſtatur de ſe Plinius epiſt. 8. lib. 1. & 18. lib. 7. Quod Caſaubono erudite obſervatum.

Baron. nu. XI. & ſeqq.

XII. *Obitus Aniceti PP.* [1] *Aniceto* Papæ demortuo ſucceſſit *Soter*, de quo infra.

[1] Anicetus non hoc anno, ſed anno 167. ex hac vita migravit. Anni ejus Pontificatus in libro Pontificali, & in veteribus Romanorum Pontificum catalogis male digeſti ſunt, ut oſtendit Conſtantius pag. 71. Euſebio is inhæret, apud quem *Anicetus* A. D. 157. Romanus Pontifex creatus dicitur, & quum *annis undecim* Romanam Eccleſiam rexiſſet, *anno octavo* imperii *M. Aurelii*, nempe A. D. 168. vita functus creditur, die XXVII. Aprilis.

ab Oriente, Antoninus autem Roma venirent Epheſum, & in templo quod ibi erat Dianæ, Antoninus dea teſte traderet puellam, Lucius vero acciperet. Sed novus incidens caſus in annum ſequentem coegit differri nuptias. Arripitur enim a pravo dæmone Lucilla: nec medicorum, vel aruſpicum ex Etruria petitorum arte curari valuit, conteſtante dæmone, ſe nonniſi ab Epiſcopo Hierapolitano, quem habebat infenſiſſimum, fore pellendum: hæc cum innotuiſſent Marco parenti, his evocandum litteris ad Præſidem provinciæ datis Abercium curavit, quæ iiſdem Actis habentur intextæ his verbis:

XII. *Antoninus Imp. Auguſtus Euxeniano Poplioni ſalutem.*

Ego tui ingenii ſolertiam re ipſa expertus, & maxime iis quæ juſſu noſtræ potentiæ nuper feciſti Smyrnæ, levata Smyrnenſibus calamitate, quæ eis ex terræmotu evenerat; ut par erat, ſum lætatus, & tuam in rebus gerendis laudavi diligentiam: omnia enim accurate didici, perinde ac ſi adfuiſſem. Nam a te eſt miſſa relatio, & qui eam reddidit Cæcilius procurator noſter omnia mihi aperte narravit. In præſentia autem cum ſit potentiæ noſtræ ſignificatum, Abercium quemdam Epiſcopum Hierapolitanum apud te verſari, virum adeo pium in Chriſtiana religione, ut medeatur dæmoniacis, & alios morbos curet facillime: eo cum nos neceſſario opus habeamus, Valerium & Baſianum Magiſterianos (*) divinorum noſtrorum Officiorum miſimus ut eum cum omni honore & reverentia ad nos adducant. Tuæ ergo jubemus præſtantiæ, ut ei perſuadeas ad nos venire cum ſumma animi alacritate, ſciens non parvam tibi futuram eſſe apud nos laudem. Vale.

Abercius a Marco Aurelio Romam vocatur.

(*) *al* Magiſtros.

XIII. Fuiſſe quidem penes Gentiles, ac Romæ præſertim, eorum qui a dæmone arriperentur, multitudinem, Tertullianus (*a*) his verbis declarat: *Quis autem vos* nimirum ſi recederemus) *ab illis occultis & uſquequaque vaſtantibus mentes & valetudines veſtras hoſtibus raperet? a dæmoniorum incurſibus dico, quæ de vobis ſine præmio, ſine mercede depellimus. Suffeciſſet hoc ſolum noſtræ ultioni, quod vacua exinde poſſeſſio immundis ſpiritibus pateret.* Hæc Tertullianus, plane ſignificans, Gentiles magnopere opus habuiſſe Chriſtianorum miniſterio ad pravos ſpiritus propulſandos, & e corporibus expellendos. De Smyrnenſi vero clade, quæ ſub eodem M. Aurelio accidit, & munificentia Imperatoris in eadem urbe reſtituenda, cujus mentio in hac epiſtola habetur, meminit Dio (*b*) his verbis: *Pecuniam multis civitatibus largitus eſt; in quarum numero fuit Smyrna, quæ ingenti terræmotu conquaſſata fuerat; eamque Senatori & Prætorio viro, ut reficeret, mandavit.* Quod vero miſſos a ſe dicat Marcus Imp. Magiſterianos; dicebantur ii alio nomine Agentes in rebus, quibus cum alia, tum etiam evectiones publici curſus commiſſæ erant: ſane quidem non recens & a Conſtantino primum (ut aliquis exiſtimavit) inſtitutus eſt hic magiſtratus, ſicut nec Magiſter Scrinii, cujus meminit Lampridius in Alexandro, & Euſebius (*c*) ſub Diocletiano de Adauco Magiſtro Officiorum. Officia enim Palatina innovata eſſe ab Hadriano, dictum eſt ſuo loco ſuperius.

(*a*) Tertul. in Apol. c. 37.

Multi arreptitii inter gentiles.

(*b*) Dio in Marco.

(*c*) Euſeb. lib. 8. c. 23.

XIV. Cæterum ut ad Abercium redeamus: Romam venit, moxque obſeſſam virginem a dæmone liberavit. Quod donum per Abercium Marcus Antoninus & Fauſtina conſecuti, eum iis muneribus, regia munificentia dignis, donatum voluerunt, quæ ipſe rogavit: nempe ut Hierapolitanæ Eccleſiæ mendicis (tota enim civitas acceperat Evangelium) donarentur ter mille modii frumenti; balneaque calidarum aquarum, quæ nuper eruperant ædificari juberet: quæ omnia Marcus Imp. liberaliſſime præſtitit. Cujus largitionis annis ſingulis repetendæ accepto diplomate regio, reverſus eſt in patriam Abercius, ac ſancto fine, ſibi ſucceſſore delecto, quievit: quo etiam citius ſublato, eruditiſſimus vir Apollinaris, de quo ſuo loco plura dicturi ſumus, ejus Eccleſiæ adminiſtrationem capeſſivit, regnante adhuc eodem Marco Aurelio Antonino. Porro quamlibet increbreſcentibus compluribus perſecutionibus in Eccleſiam, numquam tamen ceſſaſſe conſtat ejuſmodi frumenti annuam penſionem uſque ad tempora Juliani Apoſtatæ, qui eam penitus ſuſtulit, ut eadem quoque Acta teſtantur.

De frumento donato Hierapolitanis.

XV. At neceſſitate quidem adactus, præterque inſtitutum, ejuſmodi Marcus ab Abercio requiſivit, cogente & extorquente numine, de pellendo pravo dæmone ab obſeſſa filia officium: nam expulſoribus dæmonum nullam præſtandam eſſe fidem, ſe a monitore didiciſſe teſtatur, cum ait (*d*): *A Diogneto, ſtudium in res inanes non conferre, fidem abrogare iis quæ de incantationibus, dæmonumque profligationibus, ac id genus aliis rebus, præſtigiatores & impoſtores referunt.* Hæc ipſe. At de Abercio fuſius agitur in nuper citatis Actis: quæ apud Metaphraſtem (*e*) deſcripta habentur, nos ſumma brevitate contracta narravimus, cum multa in ea irrepſiſſe noſcantur, quæ haud nobis omnino probentur. Hæc autem quæ ex iiſdem huc intulimus, quantum licuit etiam ex Chriſtianæ religionis hoſtibus, aliqua ſaltem ex parte confirmata reddidimus: ſic ut, quod ait Julius Capitolinus de nuptiis Lucillæ: *Ob hanc conjunctionem pueros & puellas novorum homi-*

Cogitur M. Aurelius auxilium petere adverſus dæmones.

(*d*) M. Anton. in Vita ſua lib. 1.

(*e*) Metaph. die 22. Octobr.

minum frumentariæ perceptioni adſcribi præceperunt : de frumento pauperibus erogando ab Abercio, ſingulisque annis præſtando, intelligendum eſſe, ſatis aperte (ut licuit in rebus adeo antiquis) demonſtraverimus. Doluimus vehementer e manibus noſtris elapſam (neſcimus quomodo) epiſtolam illam, quam ab Abercio ad Marcum ſcriptam, piæ memoriæ Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Guillelmus Syrletus, Cardinalis Bibliothecarius, pro magno munere nobis conceſſerat : quod ſi rurſum in manus noſtras devenieт, & ſi qui forte deſcribendam acceperit, reddiderit; ponemus in appendice, vel editione ſecunda. At de his ſatis. Cætera autem, quæ ad Eccleſiæ hujus temporis ſtatum pertinent, dicemus anno ſequenti.

JESU CHRISTI ANNUS 164. | PII PAP. ANNUS 7. | M. AUR. & L. VER. IMPP. ANNUS 2.

CHriſti Domini anno centeſimo ſexageſimoquarto, Junio Ruſtico & Vectio Aquilino Coſs. gravis in Chriſtianos perſecutio eſt excitata, quæ a Severo (*a*) quinta ordine ponitur : ſed quoniam multa ſunt quæ adverſari videntur ; hæc diligentius exquiramus.

(*a*) *Sever. hiſt. ſacr. lib. 2.*

I. Tertullianus (*b*) in primis nullam adverſus Chriſtianos a Vero datam eſſe legem, affirmat. Per Verum namque (quoniam Imperatores optimos quoſque recenſet) non Lucium, ſed Marcum eſſe accipiendum, quæ ex Theophilo Antiocheno & Galeno & aliis dicta ſunt, facile demonſtrant. Sed quod tam antiquitus ſcripti codices, duobus exceptis, quam typis olim excuſi, habent, *Nullus Verus* ; cum Pamelius (*c*) in textu legendum poſuerit, *Nullus Severus ;* non probo : nam etſi aliquando privatum aliquod reſcriptum a Marco ad Proconſulem aliquem datum adverſus Chriſtianos reperitur; nullum tamen publicum edictum: nam ob eam cauſam quod illud non extaret, idcirco eum proconſules conſulere, ipſumque ad eos de Chriſtianis reſcripſiſſe oportuit. Præterea ut Verus, & non Severus legatur, manifeſte docet Euſebius (*d*), qui Tertulliani verba reddens, Verum legit, non Severum.

(*b*) *Tertul. in Apolog. c. 5. in fine.*

(*c*) *Pamel. ibid. num. 71.*

Lectio Tertulliani de Vero ſubſiſtit.

(*d*) *Euſeb. l. 5. c. 5.*

II. Sic igitur cum nullam a Vero adverſus Chriſtianos promulgatam fuiſſe legem dicat Tertullianus; quomodo acciderit, ut ſub iiſdem Imperatoribus ingens perſecutio Chriſtianos vexaverit, declarat Euſebius (*e*) : quippe qui dicat, vexationem illam non Principis edicto, ſed temerario populi impetu fuiſſe commotam. Sed reddamus ejus verba: *In cujus locum*, Soteris ſcilicet, *Eleutherus duodecimus ab Apoſtolis ſucceſſit : ad decimum ſeptimum annum Imperii Antonini Veri gravis & acerba*

(*e*) *Idem l. 5. c. 1.*

Perſecutio ſub M. Aurelio illata a populo.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5655.

SÆC. II. Anno Urbis 915. Olymp. 235. an. 2. A. C. 162.

☉ 3. D. ☽ 11. P. 19. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 162. *ſecund. Baronium* 164.

SOTERIS PAPÆ 2.

MARCI AURELII, & LUCII VERI IMPP. 2.

I. *Conſules.*

[1] AD Num. I. Coſſ. L. *Junius Ruſticus* & C. *Vettius Aquilinus*, ut oſtendit Reineſius epiſtola 34. Junius Ruſticus a Capitolino in Marco cap. 3. inter Marci Aurelii præceptores nominatur; *quem* inquit, *reveritus eſt*, & *ſectatus ; qui domi militiæque pollebat*, *Stoicæ diſciplinæ peritiſſimus, cum quo omnia communicavit publica privataque conſilia ; cui etiam ante Præfectos Prætorio ſemper oſculum dedit, quem & Conſulem iterum deſignavit ; cui poſt obitum a Senatu ſtatuas poſtulavit.* Uterque Imperator Conſulatum de more capeſſere debebant; ſed illum in Junium Ruſticum transferre maluerunt, quia priorum annorum Conſulatus magis honorifici, ideoque in Imperatorum propinquos, vel perſonas illuſtriores & chariores, collati.

NOTÆ

[1] COſſ. *L. Junius Ruſticus*, & *C. Vettius Aquilinus*. Relandus fragmentum dedicationis cujuſdam lapidis ex Grutero pag. CCLXXXVI. 7. refert cum exeſis conſulum nominibus, quos ad hunc annum minime pertinere arbitror, quum in ara, *Theodoſii & Honorii Auguſtorum* nomina appareant. Noriſius in epiſtola conſulari ad A. V. 916. ait, Panuinium, prænomen *Quinti*, *Ruſtico* imponere, de quo nihil definit, niſi quod apud Gruterum pag. CCXXI. legitur nomen Q. JUN. RUSTICI. PR. URB. *Aquilino* autem *Caji* prænomen fuiſſe cenſet. Capitolinus in Marco cap. III. *Junium Ruſticum* a M. Aurelio, *conſulem iterum* deſignatum ſcribit. Ergo ſi conjecturis ſtandum eſt, prænomen *Ruſtici*, *Quintus* erit. Faſti Idatiani: *Rufino & Aquilino*. Ceteri omnes: *Ruſtico & Aquilino*.

Suffectus hoc anno ex *Kal. Jul.* apud Panvinium eſt: *Q. Flavius Tertullus*, de quo tamen vide Noriſium in epiſtola conſulari, A. V. 911.

acerba in nonnullis terræ partibus perſecutionis procella ex temerario populi impetu per ſingulas urbes excitata, contra nos ingraveſcere cœpit. Verum de ea ſuo loco inferius. Sed ex his quæ ex Euſebio recitavimus, illud obſervandum eſt, ob plurium locorum elucidationem (quod & nuper dictum eſt) cum ipſe referat ingreſſum Eleutheri ad annum decimum ſeptimum Antonini Veri; eo nomine Veri, intelligere Marcum Aurelium, liquido conſtare: nam Lucius Verus nequaquam ad eum numerum annorum pervenit: ſicque appellatione Veri, intelligere Marcum; nomine autem Antonini, Lucium interdum ſignificare ſolitum: ſicut cum ait (a): *Antonini fratrem Marcum Aurelium &c.* Eſt frequens apud Vulcatium & alios, ut Veri nomine iidem Marcum intellexerint, ſicut (ut diximus) & Theophilus ad Autolicum, atque Galenus: ſed de his quoque ſuperius. Ad rem igitur.

(a) Idem l. 5. c. 5.

III. Rurſum vero nequaquam Marcum Aurelium de Chriſtianis ſumpſiſſe ſupplicia, illud ſatis perſuadere poſſe videtur, quod Gentiles hiſtorici eum fuiſſe natura clementiſſimum, exemplis compluribus docent: ſiquidem Caſſium Imperii perduellem ſæpius exprobraſſe nimiam Marci Aurelii clementiam, teſtatur (b) Vulcatius: additque ipſum non tantum ejuſdem Caſſii arripientis tyrannidem nuntiatam necem luxiſſe, ſed & obſecraſſe Senatum, ne de his qui Caſſium ſecuti eſſent, pœnas ſumeret; vetuiſſeque ne quis Senatorum puniretur, nec ullius nobilis viri ſanguis funderetur. Eadem plane Julius Capitolinus (c), qui & teſtatur ejus aſſertione, ſine ſanguine Senatorio Imperium tranſegiſſe. Quod enim in philoſophia Stoicos ſectatus eſſet, ſic ſe vultu animoque compoſitum eſſe monſtravit, ut nec triſtibus & adverſis doleret, nec jucundis ac proſperis lætaretur. De eodem quoque hæc idem ait Capitolinus: *Erat mos iſte Antonino, ut omnia crimina minore ſupplicio, quam legibus plecti ſolent, puniret.*

(b) Vulcat. in Avidio Caſſ.

Marci clementia.

(c) Jul. Capit. in Marco.

IV. Ceterum etſi (quod ait Tertullianus) nulla a Vero, ab ipſo (ut diximus) Marco Aurelio adverſus Chriſtianos lex eſt promulgata: tamen cum in aliis locis, tum in Aſia conſtat Chriſtianos diverſis fuiſſe exagitatos edictis a proconſulibus provincias adminiſtrantibus latis; quorum alias diximus eamdem fuiſſe auctoritatem in iis quæ ad religionem ſpectarent, quæ erat Romæ Pontificum. Quod quidem Meliton Sardenſis Epiſcopus in eo libro, quem pro Chriſtianis ad Imp. Antoninum ſcripſit, teſtatur his verbis (d): *Jam quod numquam antea accidit, totum genus piorum hominum, qui ſe divino cultui penitus addixerunt, perſecutione affligitur, & novis edictis per univerſam Aſiam exagitatur. Nam impudentes & protervi calumniatores, atque adeo alienarum rerum appetentes, his edictis occaſionem nacti, palam noctu & interdiu furantur, eoſque expilant, qui nihil cuiquam omnino intulerint injuriæ.* Hæc Meliton; cetera ſuo loco.

Aſiana Eccleſia dire exagitata.

(d) Apud Euſeb. l. 4. c. 25.

V. Inſuper teſtis eſt Julius (e) Capitolinus, Marcum Aurelium curaſſe potius jus vetus reſtituere, quam novum ſancire: ſed cum antiquo jure Romanorum peregrina religio vetita eſſet, ac gravia ſupplicia ſtatuta adverſus novorum numinum cultores (quod alias dictum eſt) ſatis ex his ſuppetere videbatur juſta cauſa contra Chriſtianos agendi, licet nullum adverſus eos novum promulgaretur edictum: Sed & alia excogitata atque aperta eſt ad perſecutionem via: nam in Actis ſanctorum martyrum (f) Victoris atque Coronæ, quæ noſcuntur eſſe fidelia, datum ab Imperatore edictum dicitur, quo jubebantur omnes diis ſacrificare: qui recuſarent, ſupplicio afficerentur. Hæc eadem in Actis Abercii ſuperius citatis etiam expreſſa habentur: fuiſſe nimirum promulgatum edictum ut omnes diis publice offerrent libamina & ſacrificia: id etiam manifeſtum apparet ex Actis S. Juſtini martyris & ſociorum, de quibus inferius ſermo erit. De eodem item edicto de immolando diis, ab ipſo lato, mentio quoque habetur in (g) Actis S. Glyceriæ martyris: ut jam de eo nulla ſit dubitatio.

(e) Jul. Capit. in Marco.

Quomodo ſub M. Aurelio irrepſit perſecutio.

(f) Apud Metaphr. & Sur. die 14. Maii.

(g) Apud Surium to. 3. die 13. Maii.

VI. Inſuper cum omnium Gentilium ſententia Chriſtiani impii haberentur, quod deos contemnerent: plane conſtat, apud Romanos omnium immaniſſimum ſcelus fuiſſe in deos delinquere, hocque longe excedere crimen majeſtatis. Ulpianus (h) enim ait: *Proximum ſacrilegio crimen eſt, quod majeſtatis dicitur.* Quamobrem in Chriſtianos apud eos impietatis reos invigilaſſe jura ac magiſtratus, quiſque facile exiſtimare poterit. Rurſus vero ex Actis martyrum Eccleſiarum (i) Vienenſis ac Lugdunenſis, quæ recenſentur in epiſtola ab ipſis ſcripta ad Aſianos, quam Euſebius recitat, plane apparet, ipſum Imperatorem conſultum a Præſide Galliarum quid de Attalo & aliis Chriſtianis ageret quos detinebat in carcere, reſcripſiſſe, ut qui Chriſtum confiterentur, duriſſime torquerentur; qui vero negarent, liberi dimitterentur: adeo ut certo certius appareat, Marcum Aurelium Imperatorem adverſus Chriſtianos privata ſaltem mandata dediſſe. Conſtat quidem id præcipue illi curæ fuiſſe, ut antiquæ religioni Romanorum proſpiceret, quam hebetatam ac prope derelictam videbat ob ingentem Chriſtianorum multitudinem. Si enim jam Trajani temporibus eam adeo collapſam fuiſſe teſtatur Plinius (k), ſcribens

(h) L. 1. ff. ad l. Jul. majeſt.

(i) Euſeb. l. 4. cap. 1.

M. Aurelius in Chriſtianos cur commotus.

(k) Plin. l. 10. epiſt. 97.

bens (ut dictum eſt) ad ipſum Imperatorem, ut vix reperiri poſſet qui ſacrificium diis offerret: quid putandum, majoribus in dies acceſſionibus aucta Chriſtiana religione, accidiſſe? Ut igitur collabenti penitus deorum cultui ſuppetias ferret, de immolando diis ejuſmodi per Orbem promulgaſſe videtur edictum.

VII. M. Aurelius ſuperſtitioſiſſimus.

Quid ni id fecerit M. Aurelius? qui, cum conſtet fuiſſe eum avitæ ſuperſtitionis obſervantiſſimum, ac præ aliis ferme omnibus Imperatoribus tenaciſſimum, non potuit non odiſſe vehementius (ut dictum eſt) Chriſtianos, qui eam ſpernebant, deridebant, atque penitus falſam eſſe non modo verbis, ſed ſanguine etiam, vitæque diſpendio conteſtabantur. Jam ipſe a teneris plane annis ipſam deorum ſuperſtitionem imbiberat: *Quippe qui* (ait Capitolinus) *octavo ſuæ ætatis anno ab Hadriano in Saliorum collegium relatus eſt, & in Saliatu functus eſt ſacerdotio, & præſul, & vates, & magiſter, & nonnullos inauguravit, & exauguravit, nemine præeunte, quod ipſe carmina didiciſſet*. Hæc ille. Affectabat hoc ipſe vehementer, ſimilemque ſe præſtare Numæ Pompilio ſatagebat: Cum præſertim eum ab eodem Numa traxiſſe originem, Marium Maximum nobiliſſimum antiquum hiſtoricum teſtari, idem Julius Capitolinus affirmet. Tantam ergo ea de cauſa de deorum patrocinio fiduciam conceperat, ut, cum Fauſtina Auguſta (quod ſcribit Vulcatius *a*) de vindicando in eos, qui cum Caſſio tyranno conſpiraſſent, ad eum ſcripſiſſent; Marcus inter alia hæc reſcripſerit: *Eſto igitur ſecura: dii me tuentur: diis pietas noſtra cordi eſt*.

(*a*) *Vulcat. in Avid. Caſſ.*

VIII. M. Aurelius cur in Chriſtianos infenſiſſimus.

Sic igitur cum in hunc modum erga deos affectus eſſet, haud potuit non odiſſe eos qui deos contemnerent, eoſque pravos dæmones eſſe jactarent, ac quos poſſent ab eorum cultu homines avocarent. Sed quod Stoicorum philoſophorum proprium eſt, ex virtutis ſpecie comparatam aucupari jactantiam; ſatis ſuæ exiſtimationi videbatur eſſe conſultum, ſi extrinſecam quamdam ipſe Stoicæ diſciplinæ profeſſor, clementiam oſtentans, magiſtratus in Chriſtianos ſævientes diſſimularet; immo id ſibi eſſe gratiſſimum, etſi non jubendo interdum, tamen non coercendo monſtraret: licet adverſus eos quoque reſcripſiſſe, ſit ſuperius demonſtratum. Sane quidem etſi ſe alias indulgentiſſimum præſeferret, tamen adverſus manifeſtos & gravium criminum reos inexorabilem permanſiſſe, Julius Capitolinus (*b*) teſtatur: quamobrem quod Chriſtiani non impietatis modo quod deos non colerent, ſed etiam nefandorum criminum rei deferrentur, & calumniis adverſantium circumvenirentur, publica ipſi ac ſevera animadverſione digni videri poterant.

(*b*) *Jul. Capit. in Marco.*

IX.

Rurſum vero quod Chriſtiani rumore vulgi dicerentur perturbatores publicæ privatæque quietis, quod ſcilicet communi illorum ſuperſtitioni ac moribus adverſarentur: operæpretium ſe facturum exiſtimavit, ſi ejuſmodi genus hominum penitus tolleret, ſi poſſet; vel ſaltem diris ſuppliciis coerceret. Ad hæc, opinor, idem qui ſupra Julius Capitolinus reſpectum habuit, dum inter cætera, quæ recenſet ab eodem Imperatore emendata in Urbe atque correcta, demum hæc ait: *Fama fuit ſane, quod ſub philoſophorum ſpecie quidam Rempublicam vexarent & privatos: quod ille purgavit*. ☞ Hæc ſane ſi de Chriſtianis in primis dicta velimus, quippe qui ſanctitudine morum, veram Philoſophiam præſeferebant, minime fuerit abſurdum. Sed & de Ethnicis quoque, qui Romæ Principis ingenio abuſi, magno numero inanem philoſophiam oſtentantes, Remp. variis modis vexabant, intelligi poſſunt, nam vere Philoſophus Marcus Aurelius, ☜ & ipſe glorioſus cognomento Philoſophi, magno in pretio habuit: de quibus egregie Tatianus (*b*) contra Græcos his verbis: *Atqui tanquam ab hoc ſtudio Philoſophi veſtri abſunt, ut nonnulli ſexcentos in annum aureos ab Imperatore Romano ad nullum utilem finem accipiant, ne ſcilicet vel barbam fruſtra prolixam alant*. Porro Tatianus his verbis non tantum videtur ſugillaſſe Creſcentem Cynicum, in quem vehementer invehitur, & ſed alios Romæ agentes philoſophos. Tenebat inter eos omnes principem locum Apollonius Chalcedonius: quem Marcus Aurelius, factus etiam Imperator, diſcendi cauſa domi convenire ſoleret, ut Julius Capitolinus (*c*) teſtatur: qui commendans affectum & ſtudium Principis erga philoſophos, quos audierat hæc ait: *Tantum autem honoris magiſtris ſuis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet, & ſepulchra eorum aditu, hoſtiis, & floribus ſemper honoraret*.

M. Imper. Philoſophus Philoſophos Romæ nutrit.

(*b*) *Tat. adv. Græc. orat.*

(*c*) *Jul. Capit. in Marco.*

X. Marcus Imp. odio proſecutus eſt Juſtinum.

Ceterum etſi ad omnes æque Chriſtianos (ut dictum eſt) quæ de philoſophis coercendis ſunt ab Imperatore decreta, ſpectare poſſe videantur; tamen præcipue occaſione Juſtini philoſophi olim Academici, poſtea Chriſtiani, ea etiam imperata fuiſſe, non dubium eſt: non ſolum enim Principibus notus erat ob gravem fortemque Apologiam illam Pio ipſiſque Cæſaribus traditam; ſed recens ejus factum, quod narraturi ſumus eum fecerat notiorem. Cum enim Chriſtiana religio Romæ tum petulantium philoſophorum calumniis atque dicteriis proſcinderetur, tum iniquorum judicum, Fideles ob Chriſti nomen paſſim injuſte duci jubentium graviſſime vexaretur: Juſtinus ex philoſopho Chriſtianus, ac proinde veræ ſa-

ſapientiæ amantiſſimus, cum Romæ ageret, tum privatim, tum publice in primis Creſcentem Philoſophum Cynicum, Chriſtianam fidem gravius inſectantem, & in eam obſcœnius obloquentem, ſæpe convenit atque convicit. Parceret ne Chriſtianis ejuſmodi genus hominum, qui procaci libertate dicendi, in magiſtratus quoſque ampliſſimos, ac in ipſos denique Imperatores temere invehi conſueverint? horum ſordidos mores, effrenemque petulantiam, tum Dio Chryſoſtomus (*a*), tum Lucianus (*b*), & alii ſuis ipſorum ſcriptis, & ex noſtratibus Gregorius Nazianzenus (*c*) pluribus reliquere teſtatam. Qui enim fæces erant Philoſophorum, Cynici, & Epicurei, hos præ cæteris infeſtos ſenſit Chriſtiana religio: cujus rei his temporibus ſpecimen edidere Celſus Epicureus, cujus ſuperius facta eſt mentio, & Creſcens Cynicus, de quo in præſentiarum eſt ſermo. Sed quibus hic vitæ moribus fuerit imbutus, primo dicendum eſt.

(*a*) *Dio Chryſ. in Alexand.* (*b*) *Lucian. in Peregrino.* (*c*) *Greg. Nazianz. orat in Max.*

XI. De Creſcente Cynico hoſte Chriſtianorum. (*d*) *Habetur to. 8. Biblioth. ſanct.*

Tatianus ejuſdem Juſtini diſcipulus, atque ex Philoſopho itidem Chriſtianus, in ea oratione quam habuit contra Græcos (*d*), hæc de Creſcente: *Creſcens denique ille Megalopoli nidulatus, maxime omnium puerorum inceſto amori deditus, & pecuniæ ſtudio addictiſſimus erat: mortem vero cum cæteris contemnendam ſuaderet, ipſe tam male de ea ſentiebat, ut Juſtinum, ſicut & me tamquam extremo malo morti traderet, eo quod ille veritatem prædicans, voluptuoſos & impoſtores philoſophos argueret*: & de eodem poſt multa: *Vidi quemdam ſæpenumero, & viſum admiratus, poſtea contempſi, utpote qui aliter in animo ſentit, foris autem quod non eſt mentitur, perquam delicate gloriantem, & variis modis luxuriantem, dum partim oculis micat, partim manibus geſticulatur, lutoſo vultu inſaniens, nunc Veneri nunc Apollini ſimilis, unus omnium deorum accuſator, ſuperſtitionis epitome, præclararum actionum calumniator, hypocrita, cædium adulteriique promotor, inſanæ avaritiæ commendator, cinædorum doctor, condemnatorum auctor: talem inquam vidi, qui interim a nemine non laudabatur. Ego vero mendaciſſimum hominem, & impietatem ejus & ſtudia abominatus ſum.* Hucuſque de Creſcente Tatianus. Ac denique in reliquos Cynicos: *Quid* (inquit) *magnum & admirandum agunt philoſophi veſtri? incedunt enim altero ex humeris neglecto, capillitium demittunt copioſum, barbam alunt, ungues ferinos gerunt: & cum nihil ſe deſiderare dicant, indigens tamen ſecundum Proteum coriario propter peram, textore propter tunicam, lignario propter baculum, divitibus denique & coquo propter gulam. Qui Deum ignoras, canem colis, & hominem ſine ratione tibi imitandum putas. Tu vero Cynice cum gravitate clamans publice, te ipſum ulciſceris, &, niſi aliquid acceperis, convitium dicis.* Ecce tibi quales erant philoſophi, qui Chriſtianis negotium faceſſebant, quaque arte Gentilium ſibi gratiam conciliabant.

XII. Juſtinus quid de Creſcente. (*e*) *Juſt. orat. ad Senat. Roman.*

Quod rurſus ad Creſcentem ſpectat, cujus gratia ejuſmodi eſt inſtituta narratio: Juſtinus ejus petulantiam, licet collato ſæpe cum eo ſermone convictam, cohibere tamen minime potuit: id ipſe teſtatur (*e*) ea defenſione, quam habuit oblato libello, quo de Chriſtianorum preſſuris conqueſtus eſt; aſſeverans ſe pariter expectare martyrium, ſic dicens: *Ego quidem inſidias, & fuſtuarium, crucifve ſupplicium a quopiam expecto, qui aliquo ſit numero & nomine, vel ab ipſo etiam Creſcente philoſopho & philocompo, hoc eſt, ſtrepitus popularis & inſolentis arrogantiæ amatore: indignus namque eſt, qui philoſophus & ſapientiæ amator dicatur, propterea quod publice de rebus quas ignorat, videlicet quod Chriſtiani ſint athei, prorſuſque ſine Deo & impii ſint aſſeverat: ad gratiam & libidinem eorum, qui ab eo ſunt in errorem ſeducti, id faciens. Si enim doctrinam Chriſti non attigit, & eam reprehendendo proſcindit, improbiſſimus eſt, idiotis & indoctis hominibus multo deterior, qui ſæpe de rebus, quas ignorant, loqui & falſo teſtificari ſuperſedent. Sin Chriſtianam profeſſionem legit, aut certe amplitudinem ejus non intellexit: aut intellexit ille quidem; neque vero in ſuſpicionem Chriſtianam eum eſſe perveniat, id facit, & nos criminatur: longe adhuc eſt importunior, nihil ingenui & liberalis ingenii habens, utpote inepta & abſurda opinione vir, timorique ſordido obnoxius.*

XIII. Creſcentis imperitia.

Sane ſcire volo, me qui quæſtiones hujus generis quaſdam illi propoſuerim, eognoviſſe, atque argumentis etiam eviciſſe, nihil hominem certo vereque ſcire. Quod ipſe autem hæc ita veraciter loquar; ſi ad vos colloquia diſputationum hujuſmodi relata non ſunt, paratus ſum adhuc cum eo ad fidem faciendam, apud vos de eis denuo ſermonem conferre: & eſſet profecto id quoque imperio dignum opus. Sin cognitæ vobis ſunt interrogationes meæ, atque illius reſponſiones; ſatis apud vos teſtatum perſpicuumque fuerit, nihil eum ſcire: aut certe, ſi ſcit, propter auditores ſuos eloqui non audere, quo minus exemplum Socratis imitetur. Quæ quidem res illum (ſicut antea dixi) non philoſophum & ſapientiæ amatorem, ſed philodoxum & gloriæ aucupatorem eſſe declarat: qui nimirum Socraticum illud omni comprobatione dignum non obſervet; Nullum eſſe veritati præferendum virum. Sed impoſſibile eſt homini Cynico, qui finem promiſcuum, nul-

ſo adhibito rerum vitæque certo delectu eſt amplexus, bonum aliud noſſe, quam adiaphoriæ & inordinatæ hujuſmodi confuſionis & indifferentiæ. Hucuſque de Creſcente Juſtinus: recitat eadem Euſebius (*a*).

(*a*) *Euſeb. l. 4. c. 15.*

XIV. Juſtinus ſcribit Apologiam ad Senatum & Imp.

Cum igitur per Creſcentem Cynicum & alios ejus ſimiles impeteretur, ac in dies magis magiſque calumniis urgeretur Chriſtiana religio; ob eamque cauſam Chriſtiani cum redderentur omnibus inſenſiſſimi, apud eos qui jura reddebant, male audirent, fœdorumque criminum rei ex nomine tantummodo crederentur, & gravia admodum paterentur: nova oborta occaſione, idem Juſtinus pro iiſdem ſcripſit Apologiam, non ad Senatum Romanum tantum (ut habet inſcriptio) ſed re vera & ad ipſos Imperatores Marcum Aurelium & Lucium Verum, prout clare demonſtrat Euſebius (*b*), dum ait: *Temporibus iiſdem Juſtinus, de quo paulo ante mentio facta eſt, ubi ſecundum librum, quem pro religionis noſtræ defenſione dedit, Imperatoribus ſupra citatis dedicaverat.* Et paulo poſt, quemnam per ſecundum illum librum ſignificare voluerit, declarat his verbis: *Quod quidem ipſe qui veritatis ſemper ſtudioſiſſimus fuit, in Apologia ſua, quam dudum commemoravimus, probe ſicut erat de eo futurum, mente & cogitatione percipiens, his verbis ſatis perſpicue declarat: Equidem expecto &c.* Hæc quidem cum eadem ipſa ſint, quæ ex ejus oratione ad Senatum inſcripta, modo a nobis recitata ſunt: luce clarius apparet, ſecundam illam a Juſtino ſcriptam Apologiam ad dictos Imperatores Marcum Antoninum & Lucium Verum, illam ipſam eſſe, quæ præpoſtero ordine ante Apologiam ad Antoninum datam, ad Senatum Romanum tantummodo habetur inſcripta: cum (ut teſtatur Euſebius) ad dictos Imperatores, ſed (ut puto) ad Senatum quoque ſcripta fuerit. Injuſta igitur eſt eorum querela, qui dicunt Apologiam ad dictos Imperatores a Juſtino conſcriptam, eſſe deperditam; cum, quænam illa fuerit ab Euſebio velut digito perſpicue indicetur. Quæ cum ſcripta fuiſſe dicatur ad eoſdem Imperatores, Marcum Aurelium & Lucium Verum ne quis miretur, ſi apud S. Hieronymum (*c*) Lucio ſit ſuperadditum nomen Commodi: nec quis hunc Lucium Aurelium Commodum putet filium Marci, qui nec niſi decimoſexto ejus Imperii anno cæpit regnare cum patre: longe enim ante S. Juſtinus ſubierat martyrium: nam Lucium Verum, Commodum quoque dictum fuiſſe, quod filius Lucii Commodi eſſet, quem Hadrianus in filium adoptaverat, ſuperius dictum eſt.

(*b*) *Euſeb. l. 4. c. 15.*

(*c*) *Hieron. de Scrip. Eccl. in Juſtino.*

XV. Urbicius præſes quid in Chriſtianos.

Quænam autem ſcribendæ hujus ſecundæ Apologiæ cauſa præceſſerit, idem ſuæ orationis exordio his ipſis verbis ſignificat: *Quæ heri & proximis diebus in Urbe veſtra, o Romani, ſub Urbicio accidere, & quæ ubique locorum ſimiliter citra rationem omnem a Præſidibus fiunt, neceſſitatem hanc mihi impoſuere, ut pro nobis, qui iiſdem vobiſcum affectionibus propenſionibuſque obnoxii, & fratres (quam-*

II. Secunda S. Juſtini Apologia Marco, non Antonino oblata.

Ad num. XIV. & ſeqq. Papebrocius ad diem XIII. menſis Aprilis, in Vita S. Juſtini Martyris exiſtimat, ſecundam hujus ſancti Apologiam pro Chriſtianis circa annum CLXX. ſcriptam, quo tamen anno jam corona martyrii Juſtinus ornatus fuerat. In Chronico enim Alexandrino Pudente & Orphito Coſſ. anno nempe Chriſti CLXV. legitur: *Juſtinus Philoſophus noſtrarum partium, cum alterum pro noſtræ ſententiæ decretis volumen Marco Aurelio & Antonino Vero Auguſtis porrexiſſet, non longo poſt tempore, cæleſti martyrii laurea, a Creſcente delatus, exornatur.* Præterea Euſebius in Hiſtoria lib. 4. cap. 16. tradit eam Marco & Vero oblatam eſſe. Lucius autem Verus ipſo fine anni CLXIX. demortuus. Valeſius in Notis ad lib. 4. Euſebii cap. 17. contendit, Euſebium deceptum, & Apologeticum illum, non M. Aurelio, ſed Antonino Pio nuncupatum eſſe. Verum quæ ad id probandum argumenta in medium adducit, rem minime evincunt. Hæc prima ejus ratio. Initio Apologetici ait Juſtinus, mulierem illam Chriſtianam, cum a Viro accuſata eſſet, dediſſe libellum Imperatori: *Et illa quidem libello tibi oblato*, inquit, *ſacratiſſime Imperator, poſtulavit*, &c. Si vero Marco & Lucio Apologeticus ille dicatus fuiſſet, ut vult Euſebius, Juſtinus in plurali numero locutus eſſet. Marcus enim & Verus ambo ſimul erant Auguſti. Hæc Valeſius. Verum videre potuit Vir doctiſſimus in epiſtola Eccleſiæ Smyrnenſis ad Eccleſias Ponti ſcripta poſt Polycarpi martyrium, (quod Marco Aurelio, & Lucio Vero imperantibus contigit) etiam dum plures Imperium adminiſtrarent, in Actis publicis ſæpe unius tantum mentionem factam. Herodes enim Irenarcha, & pater ejus Nicetes dicebant Polycarpo: *Quidnam mali eſt dicere hæc verba, Domine Cæſar, & ſacrificare, atque ita incolumem evadere?* Ibidem narratur, Proconſulem ſemel & iterum his verbis Polycarpum urſiſſe: *Jura per genium Cæſaris.* Martyres Lugdunenſes, Marco Aurelio & Commodo filio cum patre regnante, martyrium, paſſi: & tamen in epiſtola a Lugdunenſibus & Vienuenſibus ad Chriſtianos Aſiæ & Phrygiæ ſcripta, quam refert Euſebius lib. 5. cap. 1. dicitur: *Reſcriptum fuerat a Cæſare*, (nempe Marco Aurelio) *ut confitentes quidem gladio cederentur: hi vero qui negarent, dimitterentur incolumes.* Pari eademque ratione, licet plures Imperium Romanum gubernarent, pax tamen v. g. ab omnibus ſancita, in Nummis uni attribuitur, anno ſcilicet CLXVI. quo Orbis Romanus in pace fuit, quove Marcus & Lucius Verus Imperatores erant, annoque CLXXVII. quo Marcus cum filio Commodo imperabat. In Nummo enim Lucii Veri apud Mediobarbum legitur: TR. P. VI. COS. II. PAX. AUG. in Nummo vero Marci Aurelii Tribunitia Poteſtate XXXI. notato habetur: PAX ÆTERNA AUG. cum in utroque Numiſmate dicendum fuiſſet: *Pax. Augg.* id eſt, *Pax Auguſtorum*,

(quamvis id ignoretis , & propter earum quæ habentur dignitatum ſplendorem nolitis) veſtri ſumus , orationem hanc componerem: ac paulo poſt: *Maligni dæmones infenſi nobis , atque hujuſmodi judices ſub ditione ſua habentes , ſibique ſub religionis nomine ſervientes , per eos ipſos tamquam dæmonis agitatos Principes occidi nos procurant. Ut autem cauſa tota , quæ ſub Urbicio facta eſt , manifeſta ſit , rem ipſam exponam.* Quæ vero ſequenti narratione ponentur , ex Euſebio (*e*),
(*e*) *Euſeb. l.* 4. *c.*6. ejus verbis rem geſtam narrante mutuati ſumus : quod par ſit credere , eum ſicut in antiquiora , ita infideliora quoque exemplaria incidiſſe : ait enim.

XVI. De muliere Chriſtiana ſolicitata a viro ſuo ad turpitudinem.

Mulier quædam cuidam viro magna laſcivia defluenti in matrimonium data fuit : quæ quamquam jam antea eodem intemperantiæ vitio contaminata erat , tamen ſimul ac Chriſti doctrina ac præceptis erat erudita, non ſolum ipſa cœpit valde moderate & temperanter ſe gerere, ſed viro etiam perſuadere , ut ſimiliter ſe temperantiæ & vitæ modeſtiæ dederet : doctrinæ præcepta , quæ didicerat , ei referre , commonſtrareque ſupplicium his qui neque temperate neque recta ratione vitam degunt , perpetuo & æterno igne infligendum. At ille eiſdem libidinis veſtigiis inſiſtens , ſuorum improbe factorum turpitudine uxoris animum ab ſe penitus abalienavit . Nam hæc cum in eodem lecto cum viro , qui contra naturæ legem , atque adeo contra jus faſque omne , toto pectore (ut dicitur) omnes omnino voluptatis vias inſtare pergebat , de reliquo cubare nefas duceret ; cupiebat , lege conjugii rupta , ab illo ſeparari . At poſtquam ab amicis qui conſilium dederunt , ut adhuc cum eo perſeveraret , perinde ac vir jam ſpem quamdam ſuæ vitæ commutandæ oſtentaret , diſſuaſa , deque ſententia depulſa eſt ; & invita ſeipſam comprimens , ad tempus commorata.

XVII. Mulier Chriſtiana accuſatur a viro.

Ceterum ubi vir ejus Alexandriam profectus , ſe majoribus ſceleribus obſtringere nunciabatur ; illa , ne ſcelerum & flagitiorum ab eo impie admiſſorum , ſi in conjugio perſtaret particeps & ſocia fieret ; præſertim cum non victus ſolum eſſet , ſed tori etiam conſors , dato ei libello repudii (ſic enim appellamus) penitus ab illo diſceſſit. Honeſtus ille ſcilicet & bonus ejus maritus , quem plane magnam lætitiam eo capere oportuerat , quod non modo ejus uxor ſua pravefacta , quæ olim ebrietate & quovis vitiorum genere effuſe exultans , cum ſervis & mercenariis conſueviſſet alacri animo & prompto conſciſcere , omnino exuiſſet , ſed etiam eum eadem molientem vehementer eſſet hortata ut prorſus deſiſteret ; honeſtus ille inquam maritus , cum ejus repudiaſſet conſilium , eam diſcedere cupientem graviter apud tuam majeſtatem accuſavit , & Chriſtianam eſſe aſſeruit . Unde illa quidem tibi , qui

ſtorum , ſi Valeſii argumenti ratio aliqua habenda eſſet . Præterquam quod Roma forſan aberat Lucius Verus , quando libellus ille porrectus . Quod ſi Euſebius , & Auctor Chronici Alexandrini tradant , hanc ſecundam Apologiam Marco & Lucio Vero oblatam eſſe , aliud non intelligere videntur , quam , iis imperantibus , eandem ſcriptam ac præſentatam . Imo Euſebius , qui lib. 4. cap. 16. prodit , eam Marco & Vero oblatam , cap. 18. nulla Veri mentione facta , ait eam Marco nuncupatam eſſe.

III *Marcus Aurelius dictus Antoninus Pius.*

Secunda Valeſii ratio . Scribit Juſtinus , Lucium quemdam , cum Ptolomeum Chriſtianum „ ad ſupplicium duci videret , his verbis Judi„ cem compellaſſe : *οὐ πρέποντα εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι , οὐδὲ φιλοσόφου καίσαρος παιδὶ* . Id eſt , *Non* „ *hæc decent Imperatorem Pium , non Philoſophi* „ *Cæſaris filium*. Apud Euſebium in cap. 17. lib. „ 4. rectius legitur , *οὐδὲ φιλοσόφῳ* id eſt , *neque* „ *Philoſophum* : quam lectionem manuſcripti Co„ dices confirmant . Quis eſt igitur qui non vi„ deat , Antoninum Pium hic deſignari ? Nam „ & cognomentum ipſum *εὐσεβεῖ* id ſatis indicat : „ & quod ſequitur de Philoſopho Imperatoris „ filio , ſententiam noſtram maniſeſte confirmat . „ Dicet forte aliquis , nomine *Imperatoris Pii* „ Marcum deſignari , quippe qui patris ſui co„ gnomen aſſumſerit . Sed ſi hoc conceditur , quiſ„ nam erit ille Philoſophus Cæſaris filius ? Cur „ Lucium Verum Auguſtum hic omiſiſſet Juſti„ nus ; cum in priore Apologetico ejus mentio„ nem faciat ? An non luce clarius apparet , An„ toninum Pium hic a Juſtino deſignari , cui A„ pologeticum ſuum inſcripſit ? Ita Valeſius , qui non obſervaverat , Marcum Aurelium , paſſim Antoninum Pium nuncupatum , qui error illi cum multis Viris eruditiſſimis communis . Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis ad num. 2199. ubi de mirabili illa pluvia , quæ Marci Aurelii tempore contigit , loquens , ait manifeſto falſum Themiſtium , graviſſimum alioqui Scriptorem , qui hoc ſub Pio , non ſub Marco accidiſſe ſcripſerit , quale etiam judicium tulit Harduinus V. C. in Notis ad Orationem XV. Themiſtii *de regia virtute ad Theodoſium Imp.* Verum M. Aurelium modo tantum Antoninum , modo Antoninum Pium , modo Marcum Antoninum nuncupatum ex Nummis apud Mediobardum liquet . Et ut de Pii tantum cognomine loquar , pag. 228. Nummi exhibentur , in quibus legitur : Divus M. Antoninus Pius ; in poſtica : Consecratio . pag. 271. Severus qui ſeſe in M. Aurelii familiam inſeruerat , in multis Nummis dicitur ; Divi M. Pii F. id eſt , *Divi Marci Pii filius* . Sponius in Miſcellaneis Eruditæ Antiq. pag. 269. refert Inſcriptionem Commodi Imperatoris , quæ Romæ extat in Thermis Antonianis , cujus initium ,

Divo Commodo Divi . Pii . F
Coh. VII. Vigil. L. Antoninus
Aurelianus
&c.

Quare non dubitandum , quin Themiſtius in citata oratione , ubi ait : *Cum Antonini Romanorum Imperatoris , cui ab eadem illa pietate cognomen inditum fuit , ſiti laboraret exercitus , &c.* ac Juſtinus loco laudato , de M. Aurelio Antonino , non de Antonino Pio intelligendi ſunt . Secunda vero pars loci Juſtini citati , non de Marco , ut perperam Valeſius , ſed de Lucio cum

qui noſtri imperium geris, querelæ libellum obtulit: primum obteſtata, ut ſuæ ſibi rei familiaris diſpenſandæ poteſtas permitteretur; qua quidem ordine ſemel diſpoſita, pollicita eſt ſe deinceps crimini objecto reſponſuram. Quod quidem ei facile conceſſiſti.

XVIII. Ptolemæus accuſatur ut Chriſtianus. Ille autem qui ejus aliquando maritus fuiſſet, cum nihil poſſet amplius contra eam in præſentia dicere; in Ptolemæum quemdam ejus in ſacris litteris magiſtrum, quem Urbicius Præfectus gravi afficiebat ſupplicio, omnem ſuam malevolentiam transfudit: idque hac arte & fallacia Centurioni amico ſuo perſuaſit, ut Ptolemæum ſeorſum prehenſum, vel hoc unum interrogaret, utrum eſſet Chriſtianus, necne. Atque Ptolemæum, utpote veritatis fautorem, qui animum neque fraude neque mendaciis aliquando inquinaviſſet, cum ſe Chriſtianum ingenue eſſet confeſſus, Centurio in carcerem denuo compegit, & longo temporis ſpatio in ea cuſtodia illum graviter & acerbe afflictavit. Tandem vero cum Ptolemæus ad Urbicium adduceretur, & ſimiliter illud ſolum rogaretur ab eo, eſſet ne Chriſtianus, an non: ipſe recte factorum conſcientia fretus ob amorem quo Chriſti doctrinam complectebatur, eximium divinæ religionis, quam profitebatur, myſterium libere denuo confeſſus eſt. Qui enim negat ſe eſſe, quem ſe profiteatur eſſe; aut certe negat, quia profeſſionem ipſam improbat; aut certe eam confiteri recuſat, quia ſibi conſcius ſit, ſe vitam indignam illa profeſſione & ab ejus inſtitutis longe alienam traduxiſſe: quorum neutrum in vere Chriſtianum aliquando poterit incidere.

Urbicium autem, cum illum ad ſupplicium adduci præcepiſſet, Lucius quidam, qui etiam Chriſtianus erat, cum judicium adeo temere & inconſiderate factum intelligeret, ſic compellat: Quid cauſæ eſt, cur hominem qui neque adulterium neque ſtuprum cuiquam intulerit, neque homicida, neque fur, neque expilator ſit, neque quicquam denique ſceleris conſciviſſe deprehenſus fuerit, ſed ſolum Chriſtiani nomen aperte confeſſus, tanta pœna mulctare ſtatueris? Crede mihi Urbici, neque Imperatori Pio decora & convenientia, neque Philoſopho Cæſaris filio digna, neque ſacro Senatui congrua decernis. Tum ille, nullo alio dato reſponſo, ſic Lucium alloquitur: *Tu etiam (ut mihi videris) ex eo numero es. Quod cum Lucius conſtanter aſſeveraſſet, illum itidem in cruciatum abripi mandavit. Iſte permagnam ſe ei debere gratiam fatebatur: nam ita ſe non iniquis ſolum, & improbis ejuſmodi dominis liberatum fore dixit, ſed etiam ad bonum pa-* XIX. Lucii conſtantia, confeſſio, atque martyrium.

PAGIUS cum Marco imperante omnino exponenda, locuſque, non ut apud Juſtinum corrupte, ſed ut apud Euſebium habetur, legendus hoc modo: οὐ πρέποντα εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφῳ καίσαρος παιδὶ, οὐδὲ [τῇ] ἱερᾷ συγκλήτῳ κρίνεις; ὦ Οὐρβίκιε id eſt: *Non hoc ſicut Imperatorem Pium, non ut Philoſophum Cæſaris filium decet, non ita ut ſacroſancto Senatui convenit, judicas, Urbici.* Articulus τῇ ab Euſebii editione abeſt, & in editione Juſtini perperam ſcribitur, Φιλοσόφου ut videre eſt loco a Valeſio citato, ac ſupra deſcripto. Juſtinus igitur Marcum Aurelium, Lucium Verum, ac Senatum Romanum alloquitur, & tam in hoc, quam in priori Apologetico, Philoſophiæ ac Pietatis nomina frequenter allegat, ut Imperatores Marcum Aurelium, *Pium* cognominatum, & Lucium ejus Collegam, quem in priori Apologia etiam Philoſophum vocat, quique Ælii Cæſaris filius erat, erga Pietatem & Philoſophiam Chriſtianorum æquiores reddat ac propenſiores. Nec enim conveniebat, ut Marci & Senatus Romani, non vero Lucii mentionem faceret. Porro Lucium Cæſaris filium, naturalem nempe, Cæſarem ſine addito vocatum fuiſſe patet ex Inſcriptione Ælii Cæſaris ejus patris, quam ſuo loco de hujus adoptione loquentes retulimus. Unde & in Vita Lucii a Capitolino ſcripta, modo legitur, *mortuoque patre Cæſare;* modo, *illatum ejus corpus eſt Hadriani ſepulcro, in quo & Cæſar pater ejus naturalis ſepultus eſt.* Ex hoc igitur loco, in quo Marci Aurelii, Lucii Veri, & Senatus Romani, quibus omnibus Apologia illa dedicata, ſermo habetur, noſtra ſententia certa redditur, manifeſtumque fit, deceptum Valeſium, qui Pii nomine Antoninum, Philoſophi vero vocabulo M. Aurelium intelligendos arbitratur. Neque enim M. Aurelius *Cæſaris filius* ullibi appellatus, neque Juſtinus, qui in priori Apologia Antonini Pii, M. Aurelii, & Lucii meminit, hunc prætermiſiſſet, ſi ſecunda Apologia, uti prior, Antonino Pio dicata fuiſſet. Nec eſt quod Valeſius in *Philoſophi* voce vim faciat; cum Lucius, tam in priori Juſtini Apologia, quam in Athenagoræ Legatione pro Chriſtianis, Lucium *Philoſophum* appellet, non eruditionis ejus ratione, ſed propter auſteriorem vivendi formam: ad quam duplicem Philoſophiæ notionem Valeſius animum non advertit.

Tertia Valeſii ratio. *Urbicus* ille Præfectus, cujus ibidem meminit Juſtinus, vixit ſub Antonino Pio. Is enim eſt Lollius Urbicus, qui Legatus Imperatoris Britannos compeſcuit, ut re- IV. *S. Juſtinus ſub Marco occiſus.*
„ fert Capitolinus in Vita Antonini. Eum Præ-
„ fectum Urbis fuiſſe imperante Pio, docet A-
„ puleius in Apologia ſub initium. Nam cum
„ Apuleius eam orationem habuerit ſub Pio,
„ ut ipſemet in ea teſtatur; Lollium quoque
„ Urbicum Præfectum Urbi, a quo Æmilianum
„ damnatum fuiſſe dicit, ſub eodem Pio fuiſſe
„ dicendum eſt. De eodem Q. Lollio Urbico
„ Præfecto Urbi vetus extat Inſcriptio apud
„ Gruterum pag. XXXVIII. Cæterum ex his,
„ quæ dixi, colligi poteſt, Juſtinum ſub An-
„ tonino Pio, non autem ſub Marco feciſſe mar-
„ tyrium. Nullam enim aliam cauſam habuit
„ Euſebius, cur Juſtini martyrium in tempora
„ M. Aurelii conferret, niſi quod, ſecundum
„ Apologeticum Marco dedicavit. Atqui cer-
„ tiſſimis argumentis oſtendi, Apologeticum il-
„ lum Pio nuncupatum fuiſſe: ruit ergo fundi-
„ tus Euſebii ratio atque ſententia. Quid quod
„ Euſebius ipſe in Chronico, eumque ſecutus Geor-

patrem & clementem Regem Deum recta profecturum. Alius præterea tertius, his interveniens, ad idem ſupplicium ſubeundum adjudicatus eſt. Hucuſque de re tunc geſta Juſtinus. Facta ſunt hæc Romæ decimonono menſis Octobris, quo eorumdem martyrum natalis dies, anniverſaria memoria celebrandus, Eccleſiaſticis tabulis conſignatus eſt.

XX. Flagrans deſiderium Martyrii.

At quoniam ejuſmodi Chriſtianorum obtrudentium ſe neci flagrans ſubeundi martyrii deſiderium ſpeciem quamdam reddebat ſpectaculi illius, quod in Aſia ſub Antonino Pio tunc Proconſule contigit (de quo ſuo loco ſuperius dictum eſt) quando ſponte ſe multitudine ad necem offerente, ipſe Proconſul exclamans, dixit (*a*): *O miſeri, ſi cupitis perire, præcipitia aut reſtes habetis.* Juſtinus his (ut apparet) alludens, hæc ſubdit (*b*): *Ne vero quiſpiam dicat: Omnes vos igitur vobis ipſis afferte manus, atque ad Deum jam nunc ite, neque nobis negotium faceſſite; cauſam cur hoc non faciamus, & quamobrem, cum inquirimur, intrepide profiteamur, exponam.* Proſequitur pluribus horum omnium reddere rationem, quæ nos cauſa brevitatis omittimus: pluribus enim diſſerit de Chriſtianorum in martyrio ſubeundo conſtantia.

(*a*) *Tertul. ad Scapul. in fin.* (*b*) *Juſt. orat. ad Senat. ex verſion. Lang.*

XXI. Judicum iniquitas & ſævitia.

Exprobrat poſt hæc Juſtinus Judicum immanem ſævitiam: qui ut de illatis de promiſcuo concubitu atque eſu carnium humanarum calumniis leve aliquod poſſent teſtimonium aucupari, vel confeſſionem extorquere, diris infirmam ætatem & ſexum ſubjicerent quæſtionibus: ait enim: *Ad ſycophanticam adverſus nos calumniam nonnullos necantes, ad tormenta protraxerunt noſtrorum ſervos, aut pueros, aut mulierculas; ut per cruciatus horrendos, & formidabiles eorum quæ ſermonibus vanis atque fabuloſis feruntur, flagitiorum extorquerent confeſſionem; quæ flagitia ipſi manifeſto faciunt. Nos, autem, quoniam nihil ad nos pertinent, propterea non curamus, Deum ingenitum & ineffabilem teſtem cogitationum & factorum habentes.* Ac paulo poſt: *Utinam vero nunc etiam aliquis exiſteret, qui ſuperiore quo-*

PAGIUS

„ Georgius Syncellus, Juſtini martyrium a temporibus Antonini Pii videtur adſcribere? Atque ita diſerte ponit Michael Glycas in Annalibus. Hæc Valeſius. At quid vetat, *Urbicum*, cujus ſententia in Ptolomeum & Lucium Chriſtianos lata, occaſionem dedit huic Juſtini Apologetico, Præfecturam Urbanam, Antonino Pio imperante, iterumque eamdem dignitatem, Marco Imperium adminiſtrante, geſſiſſe? Denique ſi Juſtinus, Antonino Rempublicam Romanam gerente, paſſus eſſet, non dubium quin ſub eodem ſecundam Apologiam Juſtinus ſcripſiſſet. Sed cum ex ejus martyrii Actis a Baronio laudatis conſtet, illum Junio Ruſtico Præfecto Urbi exiſtente, morte affectum, eam Apologiam M. Aurelio, non vero Antonino Pio oblatam, certum indubitatumque eſſe debet. Ulpianus D. 49. L. I. *De Appellat.* laudat reſcriptum M. Aurelii & Lucii Veri *ad Junium Ruſticum Præfectum Urbi*, qui in vetuſtis Lapidibus Prætor Urbanus etiam dicitur. Plures a Grutero Inſcriptiones pag. 221. recitantur, in quibus legitur: Q. JUN. RUSTIC. PR. URB. & rurſus pag. 222. Neque dici poteſt, *Ruſticum*, de quo in Juſtini Actis, ſub Antonino Pio Præfectum Urbi fuiſſe; cum, præterquam quod id gratis aſſereretur, conſtet, per Marci Imperium, *Ruſticum* quemdam Præfecturam Urbis exercuiſſe, & ut hujus anni initio ex Capitolino diximus, omnia apud ipſum potuiſſe. Hic porro Q. Junius Ruſticus diverſus eſt a Junio Ruſtico hoc anno Conſule; cum Junius Ruſticus non dicatur Præfectus Urbis a Capitolino loco laudato, ubi ejus dignitates enumerat. Neque verum eſt, Euſebium in Chronico, Juſtini martyrium ſub Antonino Pio conſignare, ut oſtendimus anno CXLVIII. num.VI. Imo cum Hiſtoria Eccleſiaſtica poſt libros Chronicorum ab Euſebio compoſita ſit, ſi is in iiſdem ſcripſiſſet, Juſtinum ſub Antonino Pio paſſum, cum contrarium doceat in Hiſtoria, id ſequendum eſſet quod in ea ſcriptum, ut in ſimili obſervat Valeſius in Notis ad lib.4. cap.1. Quoad Michaelem Glycam, is adverſus Euſebium, Hieronymum lib. de Scrip. Eccleſiaſt. ac Auctorem Chronici Alexandrini, qui Juſtinum ſecundam Apologiam M. Aurelio porrexiſſe tradunt, nullo modo audiendus.

V. *De effectu Apologiæ S. Juſtini.*

Quem effectum hæc Apologia habuerit, incertum. Valde tamen veroſimile, nullam Marcum tunc in Chriſtianorum favorem epiſtolam dediſſe. In Fragmento enim Apologiæ Melitonis ab Euſebio lib.4. cap.26. relato ipſemet Melito ait, avum & patrem Marci, Hadrianum nempe & Antoninum Pium, ſcripſiſſe, ne contra Chriſtianos tumultus concitarentur; de Marco vero hæc tantum habet: *Te vero, quippe qui idem quod illi de nobis ſentias, imo etiam longe humanius atque ſapientius, tanto magis confidimus omnia eſſe facturum, quæ rogamus.* Scripta Melitonis Apologia anno CLXIX. ut infra oſtendam. Quod ſi Marcus literas, uti Hadrianus & Antoninus, ad cohibendam perſecutionem dediſſet, id dicere non prætermiſiſſet Melito Sardienſis Epiſcopus. Ex cujus etiam verbis liquet, Epiſtolam *ad Commune Aſiæ* ſcriptam, & a Marco, ut ſuo loco monſtravi, emiſſam, fructum fuiſſe Apologiæ Melitonis; recteque ab Auctore Chronici Alex. recitari præfato anno. In ea epiſtola Marcus inquit: *Sed & multi ad me de illis* (ſcilicet Chriſtianis) *retulerunt: quibus ego patris mei* (Antonini Pii) *Conſtitutionem* (quæ nunc non extat) *ſecutus reſpondi.* Illud reſponſum ad nos non pervenit. Sed non dubito, quin tam illud, quam hæc Epiſtola a Melitone impetrata fuerint. Verum eſt, Euſebium lib.4. cap.16. recitata ea epiſtola dicere: *Hæc quidem ita geſta eſſe Melito Eccleſiæ Sardienſis Epiſcopus, qui iiſdem temporibus floruit, perſpicue teſtatur in Apologetico illo longe utiliſſimo, quem ad Imperatorem Verum pro Religione noſtra conſcripſit.* Ex quo ſequi videtur, hanc Epiſtolam, non a Marco, ſed ab Antonino datam; ſicque ante annum CLXIX. quo Melito Apologiam ſuam emiſit. At cum ex hujus Apologiæ Fragmento jam laudato deducatur, nullum in favorem Chriſtianorum edictum Marcum conceſſiſſe, antequam Melito illam eidem offerret, exiſtimandum, Epiſtolam *ad Commune Aſiæ* ſubjunctam poſtea fuiſſe libro Apologetico Melitonis, a quo obtenta fuerat, eamque Euſebium in fine ejuſdem Apologetici, in qua tamen nulla ejus mentio, legiſſe, & Antonino Pio per errorem attribuiſſe, ut ſupra diximus.

Cæ-

quopiam e loco voce tragica exclamaret. Vereamini, vereamini, quæ manifeſte ipſi perpetratis, ea in innoxios referre; & quæ vobis ipſis & veſtris inſunt diis, ea illis attribuere, in quos ne tantilla quidem cadit pars ſcelerum tantorum. Mutamini, convertimini, reſipiſcite. Hæc & alia plura in eos Juſtinus.

XXII. Tandem vero quid contenderet ab illis in fine libelli declarat his verbis: *Quapropter vos rogamus, ut Senatuſconſulto (prout vobis viſum fuerit) ſcripto, libellus hic præmittatur: unde ab aliis etiam res noſtræ cognoſci, atque illi ipſi Chriſtiani ſuſpicione falſa liberari queant, qui præter ſuam ipſorum culpam ſuppliciis obnoxii fiunt; atque ut ad notitiam hominum iſta perveniant, propterea quod in hominum natura notio honeſtatis & turpitudinis ineſt: tum autem noſtra etiam cauſa, quos illi tales ignorant, quales ipſi dicunt, damnare fœditates; atque ob id etiam, quod valedixerimus diis, qui ejus generis flagitia admiſerunt, atque etiam nunc ſimilia ab hominibus expoſcunt. Atque illi utique ſe ipſos ipſi calculis ſuis condemnant, dum nos, quaſi talia deſignantes, ad mortem, aut vincula, aut aliam ejuſcemodi pœnam damnant; ita ut jam non aliis eis opus ſit quæſitoribus. Ego vero etiam impiam atque erroneam in gente mea Simonianam deſpexi diſciplinam.*

Quid Juſtinus juſte petat.

XXIII. *Quod ſi vos hanc, edicto propoſito, petitionem publicaveritis; noſtrum fuerit, rem omnem omnibus clarius exponere & declarare: ut illi, quoad ejus fieri poſſit, reſipiſcant, & mutati meliores reddantur; cujus unius rei gratia tantum, libellum hunc compoſuimus. Non ſunt autem doctrinæ & præcepta noſtra (ſi ſanum accedat judicium) turpia, ſed omni hu-*

Libellum publicari petit Juſtinus.

PAGIUS

VI. *Concilia Gentilium ſeminaria perſecutionum.*

Cæterum Valeſius in Notis Euſebianis in Epiſtolam *ad Commune Aſiæ* erudite obſervavit, Commune Aſiæ aliter ſumi in inſcriptione Epiſtolæ, aliter in ipſa Epiſtola, ubi dicitur: *Propoſita Epheſi in publico Conventu Aſiæ*. Nam in inſcriptione uſurpatur pro Concilio, ſeu pro Legatis, qui ex tota Aſia Epheſum convenerant ad Sacra, Ludoſque, in honorem Imperatorum. In loco autem laudato ſumitur pro loco ipſo, in quem conveniebant. Poteſt etiam ſumi pro templo, quod Commune Aſiæ conſtruxerat in honorem Romæ, & Auguſti. Extat ſane Nummus Claudii Imperatoris apud Triſtanum, in quo templum expreſſum eſt hoc titulo: COM. ASI. ROM. ET AUG. Quod templum Epheſi fuiſſe autumat Valeſius, quo conveniebant omnes Aſiæ civitates, ad ſacra pro ſalute Imperatoris, & populi Romani celebranda: eratque publici juris totius Aſiæ, utpote communi ſumtu extructum. Ludi quoque eodem nomine dicebantur, κοινὸν ἀσίας, vel in plurali, κοινά; quorum mentio in Inſcriptione Farneſiana, & in Marmoribus Arundelianis. Cæterum habuiſſe Aſianos commune Concilium totius gentis, quo ſingulæ civitates Legatos, ſeu *Synedros* mittebant, teſtatur Ariſtides in 4. Orat. Sacr. ubi ait, hoc Concilium in ſuperiori Phrygia conveniſſe, id eſt, *Apameæ* vel *Synadis*, vel aliqua alia urbe. Neque enim, quod jam Viris doctis annotatum, eodem ſemper in loco Commune Aſiæ fuit. De Ludis a Communi Aſiæ *Ancyræ* celebratis, legenda epiſtola a Spanhemio V. C. ad Andream Morellium ſcripta, quæ extat in *Specimine univerſæ rei nummariæ antiquæ* ab eodem Morellio V. C. compoſito, in qua plura de his ſimilibuſve Ludis & Conciliis diligenter explicantur. Erant & in aliis Provinciis Populi Romani hujuſmodi Concilia, ut v. g. Concilium Provinciæ Africæ, Concilium Byzacenorum, Concilium Tripolitanorum. In his non ſoli Curiales, ſed omnium Ordinum & Collegiorum homines conveniebant: & decreta condere ac Legatos eligere conſueverant, qui deſideria totius Provinciæ Imperatori renuntiarent, ut patet ex titulo Cod. Theod. *De Legatis & Decretis Legationum*; & *Imperatores* ad hæc Concilia ſæpe, ſi opus erat, reſcribebant. Sic Lex 2. Cod. Theod. *Quemadmodum munera civilia indicuntur*; directa eſt ad Concilium Provinciæ Africæ, & Lex 3. ejuſd. Cod. *De inofficioſo teſtamento*; ad Concilium Byzacenorum, ut obſervat Valeſius in Notis ad Ammianum lib.8. cap.6. Qua de re legendus etiam Gothfredus in Commentario Codicis Theod. Commune itaque Aſiæ ad M. Aurelium Imp. adverſus Chriſtianos ſcripſerat, ad quod is reſpondet, adverſus eos non eſſe tumultuandum, cum *in jus vocati mortem oppetere videantur pro Deo ſuo*. Nam fuere hæc Concilia variarum perſecutionum adverſus Chriſtianos ſeminarium; cum, ut alibi diximus, plebs quoties ad publica ſpectacula conveniebat, quidquid libitum eſſet, vel a Præſide, vel ab Imperatore, junctis vocibus poſtularet. Nec potuit perſecutio adverſus Chriſtianos M. Aurelio imperante non eſſe graviſſima ac diuturna; cum Quinquennalia & id genus feſta, ideoque & varia ſpectacula, ſæpius fuerint exhibita.

VII. *Calumnia Majeſtatis.*

Dodvvellus in Diſſert. Cyprianica XI. quæ eſt *de Paucitate Martyrum*, loquens de ſecunda Juſtini Apologia ait, videri primum hoc tempore excogitatam calumniam *Majeſtatis*, quod ſcilicet *per genium Cæſaris* jurare nollent Chriſtiani, *nec ſtatuas ejus adorare*, ſed nec eum *Dominum ſaltem agnoſcere*, iiſque artibus legi Polycarpum primum tentatum in Epiſtola Smyrnenſium ad Philomelium apud Euſebium lib.4. Hiſtoriæ. At eum morem jam in prima perſecutione a Nerone excitata inductum fuiſſe, elicio ex epiſtola Plinii 97. lib.10. quæ eſt de cauſa Chriſtianorum; ibi enim Plinius ad Trajanum ſcribit: *Quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti quoque annos, & imaginem tuam & Deorum ſimulacra venerati ſunt: ii & Chriſto maledixerunt.* Traianus enim nullum edictum ad perſequendos Chriſtianos emiſit; ſed quæ a Nerone, & Domitiano jam lata, vim obtinere voluit. Quare ſicut ſub Traiano ſervatum, ut in Quinquennalibus & id genus feſtis adverſus Chriſtianos quaſi Deorum contemtores ſæviretur, quemadmodum ſub Nerone & Domitiano factum fuerat; ita etiam ut per genium Cæſaris juraretur, ejuſque imagines adorarentur, præceptum. Certe in Nummis Neronis apud Mediobarbum, modo legitur, GENIO AUG. modo, GENIO AUGUSTI, quod in Nummis ejus deceſſorum ab eodem Auctore productis non habetur. De juramento per genium Cæſaris variis in locis Annalium agitur, quod ante Antoninum a Chriſtianis poſtulatum non dubito.

humana ſapientia longe ſuperiora: ſin minus, Sotadiis certe quidem, & Philænidiis, & Saltatoriis, & Epicureis, aliiſque id genus poeticis inſtitutionibus non ſimilia: quarum & qui antea ſcripti ſunt & qui nunc eduntur, libellos legere omnibus eſt permiſſum. Ac deſinemus jam verba facere; conniſi, quantum in nobis fuit, votiſque omnibus precati, ut omnes ubique homines, qui ad veritatis perveniant agnitionem, reperiantur digni. Hæc ex ipſius ſecunda Apologia Juſtinus, cujus idem qui ſupra Euſebius (*a*) alibi meminit, ſic dicens: *Alter eſt autem qui ſecundam pro fide noſtra continet defenſionem: quem ejus Imperatoris, quem diximus, ſucceſſori & gentili Antonino Vero, cujus in præſentia proſequimur tempora, obtulit.* Hæc Euſebius. Verum hæc omnia pro Chriſtianis a Juſtino tunc ſcripta, in deteriorem partem accepta ſunt, quippe qui viſus eſſet Rempublicam perturbare: quo malo cum dicat Julius Capitolinus (*b*) eam Marcum ipſum purgaſſe; plane ſignificat, ejus ſententia Juſtinum in carcerem trudi juſſum eſſe, eumque demum martyrium conſummaſſe; de quo ſequenti anno dicturi ſumus.

(*a*) *Euſeb. l. 4. cap. 17.*

(*b*) *Jul. Capit. in Marco.*

XXIV. Perſecutio incaleſcit. Hoc etiam perſecutionis exordio, aliquos ex Romano clero nobilitatos eſſe martyrio, Acta S. Praxedis, quæ a S. Paſtore habentur conſcripta, docent his verbis: *Poſt annos duos, & dies decem & octo, facta eſt perſecutio magna Chriſtianorum, ut traherentur ad idolorum culturam, & multi martyrio coronati ſunt. Virgo Domini Praxedes, fervens Spiritu ſancto, multos Chriſtianos occultabat in eodem Titulo, quos cibo paſcebat, & verbis hortabatur Spiritus ſancti. Tunc vulgatum eſt Antonino Imperatori, quod conventus fieret in domo Praxedis. Qui miſit & tenuit multos, inter quos Symtrium presbyterum cum aliis vigintiduobus: quos ſine interrogatione gladio puniri præcepit in eodem Titulo. Quorum corpora noctu beata Praxedes collegit, & ſepelivit in cœmeterio Priſcillæ ſeptimo Idus Junias. Tunc afflictione contriſtata beata Praxedes ingemuit, & oravit ad Dominum, ut tranſiret ex hac vita. Cujus orationes & lacrymæ ad Dominum Jeſum Chriſtum pervenerunt. Itaque poſt dies triginta quatuor, poſt prædictorum martyrium migravit ad Dominum virgo ſacrata, duodecimo Kalendas Auguſti. Cujus corpus ego Paſtor presbyter ſepelivi juxta patrem ſuum in cæmeterio Priſcillæ, Via Salaria, ubi florent hodie orationes ſanctorum.* Hucuſque Paſtor: qui & ipſe poſt varias ærumnas, multoſque labores perſecutionis tempore exantlatos, in Domino quievit vigeſimaſexta Julii: idemque natalis dies, commemoratione annua repetendus fuit in Eccleſiaſticis tabulis deſcriptus.

Praxedis officia erga Chriſtianos, & obitus.

JESU CHRISTI ANNUS 165. PII PAP. ANNUS 8. M. AUR. & L. VER. IMPP. ANNUS 3.

I. CEnteſimo ſexageſimo quinto Chriſti Redemptoris anno Papirius Ælianus & Junius Paſtor Conſulatum adierunt. Quo tempore, ingraveſcente nuper excitata (ut dictum eſt) in Chriſtianos perſecutione, furente populo, magiſtratibus conſpirantibus; cum (ut ſupra memoravimus) ad eam compeſcendam Juſtinus philoſophus ſcripſiſſet pro Chriſtiana religione egregiam orationem ad eoſdem Imperatores, promeruit pro mercede martyrium: quod quidem non modo Latinorum, ſed & Græcorum antiquis monumentis Eccleſiaſticis conſignatum reperitur; in horum enim Menologio Kalendis Junii recenſetur ejus martyrium ſub Ruſtico Præfecto una cum ſociis Caritone, Caritina, Evelpiſto, Hierace, Peone, & Valeriano, ſeu Liberiano. Extant horum Acta, atque illa ipſa (ut apparet) quæ a Notariis exceptoribus publicæ ſunt commendata memoriæ: quæ Epiphanius (*c*) viſus eſt cognoviſſe, dum (ut in eiſdem Actis etiam legitur) ſub Ruſtico Urbis Præfecto eum ſubiiſſe martyrium tradit: licet apud eumdem auctorem error irrepſerit, dum Juſtini martyrium ſub Hadriano ponitur. Haud enim potuit in iis erraſſe Epiphanius, quem non latuit, eumdem Juſtinum ad Antoninum Pium, Hadriani ſucceſſorem, ſcripſiſſe pro Chriſtianis defenſionem. Cum igitur magno Dei beneficio eadem celeberrimi viri & ſociorum Acta martyrii fuerint in hanc diem integre conſervata; quod brevia ſint, ac proinde fideliora, hic ea intexere operæpretium duximus. Sunt autem hujuſmodi, omiſſa appoſita præfatione ab auctore qui ea deſcripſit.

Juſtini martyrium & ſociorum.

(*c*) *Epiph. hæreſ. 46.*

II. Comprehenſi (*d*) Juſtinus & qui cum illo erant, adducti ſunt ad Urbis Præfectum Ruſticum nomine. Quibus ante tribunal conſtitutis, Ruſticus Præſes dixit Juſtino: *Age, eſto diis obediens, & Imperatoriis edictis. Illi autem Juſtinus reſpondit: Nemo umquam reprehendi aut condemnari poterit, qui Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti præceptis obedierit. Tum Ruſticus Præfectus: In cujuſnam (inquit) eruditionis ac diſciplinarum genere verſaris? Cui Juſtinus: Omnium diſciplinarum genus diſcere conatus ſum, omnemque eru-*

(*d*) *Apud Metaphr. die 1. Junii Lipom. & Sur. eodem die.*

Acta Juſtini Martyris & ſociorum.

eruditionem expertus: poſtremo vero Chriſtianorum diſciplinæ adhæſi, quamvis illa non placeat iis qui falſæ opinionis errore ducuntur: profitetur hæc ipſa idem Juſtinus in exordio ſui cum Tryphone dialogi. *Tum Ruſticus dixit: Illane, miſerrime, eruditione delectaris? Maxime, inquit Juſtinus: quoniam recto cum dogmate Chriſtianos ipſos ſequor. At Præfectus: Qualenam eſt iſtud dogma? Reſpondit Juſtinus: Rectum dogma, quod Chriſtiani homines cum pietate ſervamus, hoc eſt, Ut unum Deum exiſtimemus factorem atque creatorem omnium quæ videntur, quæque corporeis oculis non cernuntur, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Dei filium coufiteamur, olim a Prophetis prænuntiatum, qui & humani generis judex venturus eſt Salvator, præco & magiſter iis qui ab illo bene didicerint. Ego quidem, ut homo, imbecillis ſum & longe minor, quam ut de infinita illius deitate aliquid magnum dicere poſſim. Prophetarum hoc munus eſſe fateor: illi enim hujus ipſius, quem Filium Dei dixi, in orbem terrarum adventum multis antea ſæculis divinitus prædixerunt.*

III. *Quæſivit Præfectus, quem in locum Chriſtiani convenirent. Cui reſpondit Juſtinus, eo unumquemque convenire, quo vellet ac poſſet: An (inquit) exiſtimas omnes nos in eumdem locum convenire ſolitos? Minime res ita ſe habet: quoniam Chriſtianorum Deus loco non circumſcribitur: ſed cum inviſibilis ſit, cælum & terram implet, atque ubique a Fidelibus adoratur, & ejus gloria collaudatur. Tunc Præfectus: Age (inquit) dicas, quem in locum conveniatis, & diſcipulos tuos congreges. Reſpondit Juſtinus: Ego prope domum Martii cujuſdam, ad Balneum cognomento Timothinum, hactenus manſi. Veni autem in urbem Romam ſecundo; neque alium quempiam locum, niſi quem dixi, cognoſco. Ac ſi quis ad me venire voluit, communicavi cum illo veritatis doctrinam*: hæc ipſe. Porro Timothinæ Thermæ eædem & Novati dictæ reperiuntur, poſitæ a S. Rufo & P. Victore in Viminali: Timotheus enim & Novatus (ut dictum eſt) germani erant, Pudentis Senatoris filii: extantque uſque hodie earumdem Thermarum veſtigia, ſuperque Titulus Paſtoris (de quo ſuperius locuti ſumus) erectus permanet. Patebat Pudentis Senatoris domus (ut alias meminimus) ab initio Petri Romam adventus hoſpitio Chriſtianorum. Cum igitur ſe in Urbem iterum venientem ſemper ad Balneum Timothinum divertiſſe Juſtinus tradit, plane ſignificat, ſe exceptum hoſpitio a Novato atque Timotheo fratribus, eorumque ſororibus Pudentiana atque Praxede, nobili revera atque præ- ci-

Thermæ Timothinæ hoſpitium Chriſtianorum.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5656.

SÆC. II. ☉ 4. C. ☽ 12. P.11. April. Indict. 1.

Anno Urbis 916. JESU CHRISTI 163. *ſecund. Baronium* 165.

Olymp. 235. an.3. SOTERIS PAPÆ 3.

A.C. 163. M. AURELII ET L. VERI IMPP. 3.

I. *Conſules.* [1] ANum. I. ad X. Coſſ. *L. Papirius Aelianus, & Junius Paſtor.*

II. *Quinquennalia M. Aurelii Cæſaris.* Quinta Quinquennalia Imperii Cæſarei M. Aurelii, indeque perſecutio adverſus Chriſtianos aucta. Auctor enim Chronici Alexandrini ſub hujus anni Conſulibus ait: CXXXIII. *anno poſt Chriſti in cælum profectionem maximis in Aſia in Chriſtianos motis tumultibus, multi pro Chriſto occubuere Martyres.* Tum Divi Polycarpi martyrio longe poſt hunc annum facto, enarrato addit: *Plurimi quoque Celtarum & Galatarum tunc ultimo ſupplicio pro Chriſto afflicti ſunt.* Hujus Chronici Auctor mortem Chriſti anno Eræ Chriſtianæ triceſimo conſignat. Quare annus CXXXIII. poſt Chriſti mortem, anno currenti abſolvitur. Paulus Oroſius lib.7. cap.9. de M. Aurelio loquens ait: *In diebus Parthici belli perſecutiones Chriſtianorum quarta jam poſt Neronem vice, in Aſia & in Gallia graves præcepto ejus extiterunt, multique Sanctorum martyrio coronati ſunt.* Ubi tamen uterque variis annis geſta uno tenore recitat.

Auctor Chronici Alexandrini ſancti *Juſtini* martyrium Orfito & Pudente Coſſ. id eſt, anno CLXV. refert, cujus verba ſuperiori anno num. II. retuli. Quare cum nullus alius Auctor alium martyrii ejus annum exhibeat, illud ad annum CLXV. revocandum. De ejus ſcriptis legendus Labbeus in Diſſert. de Scriptoribus Eccleſiaſt. ubi tamen varia habet, quæ ex dictis corrigenda ſunt. III. *Martyrium S. Juſtini.* Baron. n. 1. & ſeq.

NOTÆ [1] C*oſſ. L. Papirius Ælianus, & Junius Paſtor.* Nomina *Papirii, & Junii* in vetuſtis monumentis non viſuntur, quare ex ingenio ea Pagius addidit. Gruterus pag. CXXVI.

L. ÆLIANO ET PASTORE
Q. Q. COS

In epiſtola Cuperi ad Faſtos Almelovenii n. IV. legitur.

M. AURELIO. ET. L. AELIANO. COS

Habetur hæc & apud Reineſium pag. 218. & 234. ſed longe aliter. Itaque incertum cui anno hujuſmodi conſulum par alligari debeat. Faſti Idatiani: *L. Æliano & Paſtore.* Vindebonenſes: *Lolliano & Paſtore.* Proſperi Chronicon: *Laliano & Paſtore.*

cipua in Urbe Chriſtiana familia: quippe qui omnes ſe ſuaque pietatis officiis mancipaverant. Porro Timotheum his prope diebus ex humanis fuiſſe ſublatum, litteræ Pii Papæ ad Juſtum Epiſcopum Viennenſem, de quibus dicemus anno ſequenti, ſignificant.

IV. Juſtini & ſociorum confeſſio.

Sed ad initam a Præfecto cum Juſtino quæſtionem redeamus. *Ergo Chriſtianus es tu? inquit Ruſticus. At Juſtinus: Maxime, Chriſtianus ego ſum. Tunc Præfectus dixit Charitoni: An & tu Chriſtianus es? Cui Chariton: Chriſtianus ego ſum, Deo ipſo juvante. Quæſivit Ruſticus a Charitina muliere, num & ipſa Chriſti fidem ſequeretur. Cui reſpondit illa, ſe quoque, Deo dante, Chriſtianam eſſe. Tunc Ruſticus dixit Evelpiſto: Tu vero quiſnam es? Qui reſpondit: Servus quidem Cæſaris ſum, ſed Chriſtianus, a Chriſto ipſo libertate donatus, & illius beneficio atque gratia ejuſdem ſpei, cujus & iſti ſunt quos vides, particeps factus. Poſt hæc Præfectus quæſivit ab Hierace, num & ipſe Chriſtianus eſſet. Cui Hierax dixit: Certe Chriſtianus & ego ſum: eumdem enim Deum colo & adoro. At (inquit Præfectus) Chriſtianos vos fecit Juſtinus? Ego (inquit Hierax) fui, & ero Chriſtianus. Stans autem & Peon dixit: Ego quoque ſum Chriſtianus. Et quiſnam (inquit Præfectus) te docuit? Reſpondit ille: A parentibus bonam hanc confeſſionem ego accepi. Poſt hunc Evelpiſtus dixit: Et ego quidem Juſtini ſermones magna cum voluptate audiebam: ſed a parentibus tamen & ipſe Chriſtianus eſſe didici. Tunc Præfectus: Ubinam parentes tui ſunt? In Cappadocia, inquit Evelpiſtus. Quæſivit Præfectus & ab Hierace, ubinam gentium eſſent parentes ejus. Cui reſpondit Hierax: Verus pater noſter Chriſtus eſt, & mater fides, qua in ipſum credimus: terreni vero parentes mei mortui ſunt. Cæterum ego ab Iconio Phrygiæ * abſtractus huc veni. Quæſivit Præfectus a Liberiano, quidnam & ipſe diceret; num Chriſtianus eſſet, atque in deos impius? Cui Liberianus: Et ego (inquit) Chriſtianus ſum: colo enim & adoro ſolum Deum verum.*

* al. Piſidiæ.

V. Juſtini conſtans Fides.

Tunc Præfectus, converſus ad Juſtinum, dixit: Audi tu qui eloquens eſſe diceris, & putas te veram diſciplinam tenere: Si a capite per totum corpus flagellis cæſus fueris, perſuaſum ne habes fore ut in cælum aſcendas? Cui Juſtinus: Spero (inquit) me habiturum quod habent qui Chriſti dogmata ſervaverint, ſi hæc ipſa, quæ dicis, perpeſſus fuero. Scio enim, omnibus, qui ſic vixerint, divinam gratiam conſervari, quoad totus mundus conſummetur. Ad hæc Præfectus Ruſticus: Ergo futurum opinaris, ut in cælos aſcendas, mercedem aliquam recepturus? Non opinor (inquit Juſtinus) ſed ſcio & hoc tam certum habeo, ut nihil dubitem. Ruſticus dixit: Veniamus deinceps ad id quod propoſitum eſt, & nos urget. Convenite ſimul, & uno eodemque animo diis ſacrificate. Ad hæc Juſtinus: Nemo (inquit) qui recta ſentiat, pietatem deſerit, ut in errorem atque impietatem dilabatur. Præfectus Ruſticus dixit: Niſi juſſis noſtris parere volueritis, cruciatus ſine ulla miſericordia patiemini. Juſtinus autem: Maxime nos in votis habemus, propter Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cruciatus perpeti, ac ſalvari: hoc enim nobis ſalutem & fiduciam conciliabit ante ejuſdem Domini & Salvatoris noſtri terribile illud tribunal, cui totus mundus divino juſſu aſſiſtet. Idem & reliqui martyres dixerunt, hoc addentes: Fac cito quod vis: nos enim Chriſtiani ſumus, & idolis non ſacrificamus.

VI. Sententia Judicis in Juſtinum ac ſocios.

Hæc audiens Præfectus, talem ſententiam pronunciavit: Qui diis ſacrificare, & imperatoris edicto parere noluerunt, flagello cæſi, ad capitalem pœnam abducantur, quemadmodum leges præcipiunt. Itaque ſancti martyres, Deum collaudantes, ad conſuetum locum perducti, poſt verbera ſecuri percuſſi ſunt, & in Salvatoris confeſſione martyrium conſummarunt. Poſt hæc quidam Fideles clam illorum corpora ſuſtulerunt, & in loco idoneo illa condiderunt. Hactenus Acta Juſtini & ſociorum quam emendatiſſime ex Græco codice reddita. At licet Juſtini natalis diverſo die a Græcis, quam a Latinis, adſcriptus tabulis Eccleſiaſticis habeatur (quod plurimis ex cauſis accidere in aliis multis, diximus in Notationibus noſtris ad Romanum Martyrologium) tamen ſi non aliunde, ex nomine ſaltem Præfecti ab Epiphanio æque prodito, unum eumdemque eſſe, nullus jure poterit dubitare. Quod ſi is qui ambiguam de iis tulit ſententiam, citatum Epiphanii locum exploratum habuiſſet, nulla mentem ejus dubitatio penitus inceſſiſſet. De ejus martyrio idem Epiphanius (a) agens, ait eum ſubiiſſe martyrium in conſiſtente ac matura ætate, cum eſſet annorum triginta: ſed ſuſpicor in numerum mendum irrepſiſſe: nam ex iis, quæ ipſe Juſtinus ſcribit in dialogo cum Triphone, hac eum ætate majorem fuiſſe, conjici poſſe videtur.

(a) Epiph. hæreſ. 46.

VII. Libri a Juſtino ſcripti.

Quod vero pertinet ad nobilis ingenii lucubrationes, eas recenſet Euſebius (b), ſic dicens: *Hic Juſtinus multa ſane & præclara ſui ingenii ſacrarum litterarum cognitione accurate informati, & in iiſdem valde diligenter exercitati, monumenta nobis reliquit, eaque certe plena utilitatis & commodi cujuſque generis. Ad quæ mittemus ſtudioſos quoſque, ſimulatque ex illis ea tantummodo, quæ ad noſtram notitiam pervenerunt, ad legentium utilitatem*

(b) Euſeb. l. 4. cap. 17.

tem percenſuerimus. Eſt unus quidem illius liber Antonino cognomento Pio, liberis ejus, & Senatui Romano dicatus, qui noſtræ religionis & inſtitutorum propugnationem complectitur: alter autem, qui ſecundam pro fide noſtra continet Apologiam, quem ejus Imperatoris, quem diximus, ſucceſſori & gentili Antonino Vero, cujus tempora in præſentia proſequimur, obtulit: alter item liber contra Gentiles ab eo editus, in quo ubi de multis rebus, quæ tum apud nos, tum apud Gentiles Philoſophos quæri ſolebant, longum ſermonem habuit, tandem de dæmonum natura diſſerit, quæ jam oratione explicare non opus eſt. Aliud præterea ejus opus contra Gentiles ſcriptum in manus noſtras pervenit, quod Elenchum inſcripſit. Et præter iſta, eſt aliud de Dei monarchia, quam non ſolum teſtimoniis ex ſacris litteris quæ apud nos ſunt, ſed etiam ex Gentilium libris petitis firme comprobat. Aliud, cujus inſcriptionem fecit, Pſaltem. Alius porro de Anima commentarius, in quo variis poſitis quæſtionibus de argumento quod inſtituit, Græcorum philoſophorum opiniones citat: quibus tum ſe reſponſurum, tum ſeram ipſius ſententiam alio libro ſeparatim in idem argumentum ſcripto explanaturum pollicetur. Diſputationem præterea adverſus Judæos contexuit, quam in urbe Epheſo cum Tryphone, Hebræorum id temporis facile præſtantiſſimo, habuerat: in qua non ſolum qua ratione divina gratia ipſum ad veræ fidei doctrinam impuliſſet, ſed etiam quam ardenti ſtudio antea in philoſophorum diſciplinas ſe inſinuaſſet, & quantum denique ſtudium operamque in veritate accuratiſſime perveſtiganda poſuiſſet, perſpicue docet. In eodem etiam libro narrat de Judæis, quo pacto inſidias ad Chriſti doctrinam oppugnandam comparaviſſent: & paulo poſt: *Scribit in eo præterea, quo modo ad ſua ipſius tempora dona prophetiæ in Eccleſia elucerent. Meminit item Joannis Apocalypſeos, eamque Apoſtoli eſſe fere affirmat*: ait denique: *Ejus ſcripta tanti æſtimabantur a veteribus tamque videbantur probata, ut Irenæus ejus libenter citet teſtimonia*: nimirum ex libro ab eo ſcripto contra Marcionem.

VIII. Alii Juſtini libri.

Hæc cum recenſeat Euſebius ſcripta Juſtini, addendus his eſt commentarius ille contra omnes hæreſes, quem ſe ſcripſiſſe, ipſe in oratione ad Antoninum auctor teſtatur: cujus tamen idem Euſebius (*a*) alibi, & S. Hieronymus (*b*) meminerunt. Feruntur ejuſdem auctoris alii quoque commentarii, nempe ille, cujus eſt titulus, Everſio quorumdam dogmatum Ariſtotelicorum; alius, cujus hæc eſt inſcriptio, Chriſtianarum ad Græcos quæſtionum, & Græcarum reſponſionum, earumque confutatio: & alius qui de recta fide & ſancta conſubſtantiali Trinitate tractatum habet. Inſuper epiſtola parænetica ad Zenam & Serenum de vita Chriſtiana. Tradunt (*c*) eum etiam in Apocalypſim ſcripſiſſe volumen. Quæ vero ex his, quæ nec Euſebius novit, legitima ſint, quæve ſpuria vel ambigua, haud eſt præſentis negotii prolixas nimis hic acervare quæſtiones. Quod ad Juſtini purgationem ſpectat de millenarii opinione, ne eadem cogamur ſæpe repetere, conſule quæ dicta ſunt ſuperius, cum actum eſt de Papia.

(*a*) *Euſeb. l. 4. cap. 10.* (*b*) *Hieron. de Scrip. Eccl. in Juſtino.* (*c*) *Xyſt. in Biblioth.*

IX. Calumnia Novatorum ex Juſtini verbis.

Sed illud a Juſtino dictum, quod Novatores in calumniam vertunt, non poſſumus diſſimulare. Cum enim in epiſtola ad Zenam & Serenum de vita Chriſtiana, ipſo ſui exordio hæc dicat: *De quorumdam, prout eorum fert præſumptio, inſtitutione & diſciplina, ſed præter rationem ſuſcepta illa & inutili, juxta traditionem hominum, quaſi hereditario ab eis jure occupata, perſimilia Phariſæis facientibus & ſentientibus, in epiſtola ad Papam perquam diligenter & accurate diſſerui, &c.* Cum, inquam, dicat Juſtinus ſe ſcripſiſſe ad Papam de iis qui corrupiſſent diſciplinam Eccleſiaſticam, traditionibus hominum intendentes: mox velut opportuna quadam nacta occaſione, Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ perduelles abutentes tanti martyris ſententia, phanatice abſque ulla penitus ratione conclamant illud Phariſæorum infelix elogium: *Quid adhuc egemus teſtibus? vos audiſtis blaſphemiam*; nimirum ſcripſiſſe Juſtinum ad Papam, nempe ad ipſum Romanum Pontificem, de corrupta Romanæ Eccleſiæ diſciplina, convulſis jam in ea traditionibus Apoſtolicis, hominumque ſtatutis ſubinductis. Siſtite, quæſo, continete clamores, & a plauſu paululum miſeri abſtinete manus: amice, rogo, res agatur ſine fuco & fallaciis, more Chriſtianorum.

X. Arguuntur inſcitiæ & nequitiæ Novatores.

Unde, dicatis velim, vobis innotuit, ſi Papæ nomen olim commune erat omnibus Epiſcopis (ut abunde notavimus in Romano Martyrologio, ad quæ vos provoco) quod Juſtinus ad Papam ſcribens,

PAGIUS IV. *Fabula Alexandrinorum de Papæ nomine.*

Ad num. X. Alexandrini perſuaſum habuere, *Papæ* nomen Alexandriæ Epiſcopis primum datum, & a populo Ægyptiaco uſurpatum; ac ab illis ad Romanos Pontifices devolutum, ut tradunt Georgius *Homaidius* & *Abulacrus Habbaſides* apud Ecchelenſem. Quare autem hic titulus Heraclæ potiſſimum, ut ipſi ſupponunt, attributus fuerit, hanc hiſtoriam excogitarunt, populum nempe diſcrimen illud inter Ægypti Epiſcopos nuper ab *Heracla* inſtitutos, & Alexandrinorum Patriarcham animadvertiſſe, ut poſtea vulgarem Epiſcopum *Abba*, Patriarcham *Papam*, id eſt, avum, appellarent; quoniam ipſi Epiſcopi Patriarcham *Abbam* vocarent. Sed, ut obſer-

vat

bens, ad Romanum Epiſcopum potius, quam ad alios, epiſtolam illam ſcripſerit? cum præſertim & Papæ nomen penes Græcos interdum contigerit eſſe proprium viri alicujus, & non dignitatis: nam celebrant illi nobilem martyrem in Lycaonia, Papam nomine, qui ex Menologio relatus eſt nuper in Romanum Martyrologium. Sed eſto (quod contenditis) ad ipſum Romanum Pontificem ſcripſerit eam Juſtinus epiſtolam: non tamen probare poteſtis, eam pravitatem in Eccleſiam Romanam irrepſiſſe: nam quod ejus muneris eſſet non tantum Eccleſiæ Romanæ proſpicere, ſed omnibus ubique poſitis, quæ alibi a recto traditionum tramite declinaſſent, ejus vigilantiæ & poteſtatis erat in priſtinum reſtituere. Sed etſi (ut hoc quoque liberaliter concedamus) velimus eum intellexiſſe de his quæ Romæ agerentur: cum ex his quæ dicta ſunt atque dicentur, conſtet diverſarum ſectarum hæreticos in Urbem adventaſſe; quid, quæſo, tam novum mirumque eſſet, Juſtinum litteris admonuiſſe Pontificem, ut eos caveret, & ſaluti gregis ſui conſuleret?

XI. Eccleſiæ Rom. Jugis integritas.

At vero non patitur veritas ſe ſinuoſis hiſce circumduci ambagibus: quare de fideli ac tuta Apoſtolicarum traditionum in Eccleſia Romana obſervantia atque cuſtodia ſinceriſſimus ac digniſſimus teſtis S. Irenæus accedat: qui cum in ſuis ſcriptis Eleutheri Papæ meminerit, conſtat certe poſt obitum Juſtini martyris illum commentarium conſcripſiſſe. Ipſe enim quid de Romanæ Eccleſiæ ſemper ſervata integritate, his verbis alia occaſione ſæpius recitatis, & nunc neceſſario repetendis teſtetur, audiamus. Agens ſiquidem de Apoſtolorum traditionibus, in omnes ab eis inſtitutas Eccleſias per ſucceſſiones Epiſcoporum delapſis ad poſteros, hæc (b) ait: *Sed quoniam valde longum eſt, in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones: maximæ, & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, a glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem & annunciatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum pervenientem uſque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam, præterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam, propter principaliorem auctoritatem, neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt undique Fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt undique, conſervata eſt ea quæ ab Apoſtolis eſt traditio.* Hæc Irenæus; qui & inferius appellat eam, Dives depoſitorium Apoſtolicarum traditionum. His igitur clara luce tam patenti teſtimonio & irrefragabili auctoritate monſtratis, erubeſcat neceſſe eſt cæca præſumptio, dum, quamcumque captans occaſionem, nodum in ſcirpo quærit, ut Romanam Eccleſiam calumnioſe dilaceret, ac contumelioſe proſcindat. At jam quæ reliqua ſunt de Juſtino, proſequamur.

(b) Iren. l. 3. cap. 3. 4.

XII. De Tatiano Juſtini diſcipulo.

Reliquit inter alios diſciplinæ ſuæ alumnos Juſtinus Tatianum, fide Chriſtiana & eruditione præclarum: qui Romæ agens, egregiam præſtantis ingenii fœturam edidit, librum nimirum adverſus Græcos, nempe Gentiles, & alia ſcriptorum monumenta: de quo hæc Euſebius (c): *Tatianus, vir plane cum primo ætatis ſuæ tempore Græcis diſciplinis deditus, tum in iiſdem poſtea non exiguam gloriæ amplitudinem aſſecutus, qui quidem plurima monumenta ſcriptis prodita poſt ſe reliquit, in libro, quem contra Gentiles componebat, hæc fere commemorat, &c.* De eodem quoque volumine hæc magna cum laude Sanctus Hieronymus: *Tatianus infinita ſcripſit volumina, e quibus unus contra Gentes florentiſſimus extat liber, qui inter omnia opera ejus fertur inſignis:* extat

(c) Euſebi l. 4. c. 25.

PAGIUS

vat Pearſonius in prima parte Vindiciarum Epiſtolarum S. Ignatii cap. ultimo, omnia hæc falſa futiliaque. Vox enim πάπας nunquam *avum* ſignificavit, ſed *patrem*, ut pluribus ipſe demonſtrat, eratque hæc liberorum ab ipſa Linguæ Græcæ origine blanda appellatio patri data, & poſteriores Græci eandem appellationem etiam illis tribuerunt, quos quaſi patrum loco habemus, ut videre eſt apud Scholiaſten Homeri. Et juniores ſenioribus tamquam filii parentibus titulum hunc dabant; & ubi ætati dignitas aliqua acceſſit, titulus venerationis habebatur, ut videre eſt apud Suidam. Sub hac venerationis nota πάπας a Græcis, *Papa* a Latinis Primævæ Eccleſiæ temporibus attribuebatur Epiſcopis, quos ſpiritualium patrum loco habuerunt. Sed nulla hic *avi*, nulla *patris patrum* notio. Quod ſecundo apparet ex eo quod titulus ille eodem ævo, quo de Heracla uſurpatus eſt, aliis Epiſcopis, quam Patriarchis communis erat. Clerus Romanus ad Clerum Carthaginenſem: *Didicimus ſeceſſiſſe benedictum Papam Cyprianum a Clementino Subdiacono.* Hieronymus in epiſtola ad Theophilum data Anaſtaſium Papam appellat, alioſque etiam eodem nomine indigitat. Ita reliqui ejuſdem ævi nomen *Papæ* cuilibet Epiſcopo tribuebant. Denique uſitatum hunc titulum ante Dionyſium & Heraclam docet nos Tertullianus lib. de Pudicitia cap. 13. ubi de Epiſcopo Romano ait: *In eum hominis exitum, quantum potes miſericordiæ illecebris bonus paſtor, & benedictus Papa concionaris.* Cum igitur vox *Papæ* nunquam avum ſignificet, ſed omnibus Epiſcopis ſemper tributa fuerit, & primo quidem Epiſcopo Romano, quam Alexandrino, inania ſunt omnia, quæ ab Alexandrinis conficta.

V. Lucilla nubit L. Vero Imp.

M. Aurelius Imperator *Lucillam* filiam ſuam Lucio Vero nupturam *medio belli tempore Brundiſium uſque deduxit*, ut narrat Capitolinus in Marco cap. 9. qui in Vero Imperatore ait: *Ad*

Eu-

tatis, cujus hoc eſt exordium: *Non decet nos, o Græci, odio tanto proſequi barbaros, & ipſorum placitis invidere: quod enim apud vos ſtudium non a barbaris traxit originem? &c.* Meminit Origenes ejuſdem Tatiani lucubrationis his verbis (*a*): *Extat Tatiani junioris oratio apud Græcos etiam habita, in qua ſcite admodum & abunde hiſtorici omnes explicantur, qui de Judæorum & Moyſi antiquitate conſcripſerint.*

(*a*) *Orig. contr. Celſ. l. 1.*

XIII. Quomodo Tatianus factus ſit Chriſtianus.

Quomodo autem ipſe Chriſtianam fidem ſit aſſecutus, eodem commentario declarat: cumque tamen primo, cur averſatus eſſet Gentilium ſuperſtitionem, rationem exactiſſime reddidiſſet, hæc demum ait: *Cum diligenter circumſpicerem, in libros quoſdam barbaros incidere mihi contigit, antiquiores multo quam Græcorum philoſophia, ſi ſpectes ætatem; & anguſtiores, ſi illorum errores. His ergo fidem adhibui, quod ſtylus non eſt phaleratus, nec ulla ſcriptorum affectatio, & ſermo nuſquam obſcurus, futurorum item eventuum prænotione, & magnitudine promiſſionum, & quod unum univerſorum monarcham ſtatuerent, impulſus. Itaque mente mea divinitus edocta, intellexi, &c.* & poſt multa de ſua peregrinatione ante Chriſtianam fidem ſuſcepta: *Hæc quidem non aliunde audita narravi, qui magnam terræ partem peragravi, & veſtra ſtudia profeſſus ſum, tum artes & inventiones multas exercui, & tandem Romæ verſatus, varias a vobis illuc delatas ſtatuas aſpexi. Ne quis me putet (quod pleriqae ſolent) alienis opinionibus niti: verum omnia illa, quorum oculatus teſtis ſum, conſcribere inſtituo. Vale igitur dixi Romanorum jactantiæ, Athenienſium frigido ſermoni, & diſſentientibus illorum ſtudiis; & barbaricam noſtram philoſophiam complexus ſum:* ac demum ſic perorat: *Hæc vobis, o Græci, Tatianus, ego barbaræ philoſophiæ ſectator compoſui, natus apud Aſſyrios, & veſtris primum ſtudiis imbutus, deinde vero illis quæ fovere me profiteor. In poſterum vero, quoniam Deum & opera ejus agnoſco, firma mihi & numquam neganda remanente divina inſtitutione, paratum me vobis ad examinanda mea dogmata præbeo.* Hucuſque Tatianus feliciſſimus in hanc diem.

XIV. Tatianus a cæteris defecit.

Poſtquam vero Juſtinus, quem non ut magiſtrum modo ac monitorem, ſed ut parentem reverebatur, martyrio vitam finivit; miſer pennis inanis elationis ſubvectus, e ſummo faſtigio in imum impietatis barathrum ſeſe præcipitem dedit, adeo ut auctor fuerit hæreſis Encratitarum: quam intra parietes domeſticos coaleſcentem, innotuiſſe tandem anno duodecimo ejuſdem Imperatoris M. Aurelii, tradit Euſebius in Chronico: ſed agemus de ea ſuo loco.

XV. Agrippa Epiſcopus Alexandrinus.

Hoc eodem anno, cum Celadion Epiſcopus Alexandrinus ſediſſet annos quatuordecim, ex hac vita migrans, ſucceſſorem habuit Agrippam, qui eidem ſedi præfuit annis duodecim. Hæc Euſebius (*b*) in hiſtoria, licet in Chronico numerus annorum ejus ultra annos quatuor lapſus eſſe legatur.

(*b*) *Euſeb. l. 4. c. 18.*

Anno

PAGIUS *Euphratem impulſu Comitum ſuorum ſecundo profectus eſt. Epheſum etiam rediit, ut Lucillam uxorem, miſſam a patre Marco ſuſciperet.* Quod hoc anno contigiſſe, Numiſmata Lucii Veri apud Mediobarbum pag. 234. demonſtrant. In averſa parte unius legitur: TR. P. III. COS. II. PROFECTIO AUG. S. C. Viſitur Imperator eques, tribus ſubſequentibus militibus, & uno præeunte, dextera haſtam, ſiniſtra clypeum gerente. In poſtica alterius habetur: TR. P. III. COS. II. FORT. RED. Repræſentatur Fortuna ſedens, dextera temonem, ſiniſtra cornucopiæ tenens. Fortunæ enim Reduci ſacrificatum, cum ad aliquam expeditionem Imperatores proficiſcebantur, aut longum aliquod iter ſuſcipiebant. In averſa parte alterius Nummi legitur: FELICITATI AUG. TR. P. III. COS. II. S. C. Prætoria navis exhibetur. Quare mari iter illud factum. Ex anno, quo hæ nuptiæ celebratæ, belli Parthici chronologia non parum obſcura aliquam lucem accipit.

VI. *Celadionis Epiſc. Alex. obitus.*

Ad num. XV. Quia Præſulum Alexandrinorum frequens in poſterum mentio occurret, eorum ſeries Chronologica, quantum accuratius fieri poterit, deinceps ordinanda. Baronius *Celadionis* Epiſcopi Alexandrini mortem cum Euſebio in Chronico hoc anno recitat: & tamen Euſebius in Hiſtoria lib. 4. cap. 19. ſcribit: *Apud Alexandriam cum Celadion per annos quatuordecim Eccleſiæ præfuiſſet, Agrippinus ſedem ejus obtinuit.* Quando vero Chronicon ab Hiſtoria diſſentit, parum de eo curandum; cum Euſebius in ea priorem opinionem damnet.

JESU CHRISTI ANNUS 166.	PII PAP. ANNUS 9.	M. AUR. & L. VER. IMPP. ANNUS 4.

I. ANno Redemptoris noſtri centeſimo ſexageſimoſexto, Julius Macrinus & Cornelius Celſus Conſules creati ſunt, cum Pius Papa annum in ſede ſua ageret nonum, qui poſtremum præcedit: quo ipſe priorem hanc perbrevem epiſtolam ſcripſit ad Juſtum poſtea Epiſcopum Viennenſem, his ſcilicet verbis (*a*):

(*a*) *Extat to.* 1. *Biblioth. ſanct.* * *Presbytero.*

Epiſtola Pii Papæ ad Juſtum.

Pius Epiſcopus Romanus fratri Juſto Epiſcopo *. *Antequam Roma exiiſſes, ſoror noſtra Euprepia (ſi bene recordaris) Titulum domus ſuæ pauperibus aſſignavit, ubi nunc cum pauperibus noſtris commorantes, Miſſas agimus. De te autem ſuperbeate, poſtquam ad Senatoriam Urbem Viennenſem perrexiſti, quid factum ſit, noſſe cupimus; & ut ſementem Evangelii jam ſparſeris, audire multum deſideramus. Presbyteri illi, qui ab Apoſtolis educati uſque ad nos pervenerunt, cum quibus ſimul verbum fidei partiti ſumus, a Domino vocati, in cubilibus æternis clauſi tenentur. Sanctus Timotheus & Marcus per bonum certamen tranſierunt. Vide frater, ut illos imiteris ſequendo, ne vinculis mundi illigeris. Feſtina palmam perſeverabilem cum ſanctis Apoſtolis tenere, quam per multas paſſiones Paulus ſuſcepit, & Petrus, cui crux charitatem Chriſti tollere non potuit. Salutant te Soter & Eleutherus, digni presbyteri. Saluta fratres qui tecum vivunt in Domino. Cerinthus primarcha ſatanæ, multos avertit a fide. Gratia Chriſti habitet in corde tuo.* Hucuſque prior ad Juſtum Pii epiſtola.

II. Porro Timotheum, cujus nunciat exitum, quem una cum aliis Apoſtolis verſatum eſſe tradit, illum ipſum putamus Timotheum germanum Novati, fratrem Pudentianæ & Praxedis, filium vero Pudentis Senatoris atque Priſcillæ, de quo ſuperius ſæpe facta eſt mentio. Quem cum dicat paſſum eſſe cum Marco, haud dubium eſt illos eoſdem eſſe, quorum in antiquis Eccleſiaſticis tabulis adſcriptus habetur natalis dies vigeſimaquarta Martii, his verbis: *Romæ natalis ſanctorum martyrum Marci & Timothei, qui ſub Antonino Imperatore martyrio coronati ſunt.* Porro Marcum Aurelium dictum quoque eſſe Antoninum, ex iis quæ nuper diximus, ſatis liquet. Cerinthum vero, quem primarcham ſatanæ nominat, quemque Apoſtolorum temporibus innotuiſſe diximus, haud quis mirari debet in hanc uſque diem fuiſſe ſuperſtitem: nam & Polycarpus Smyrnæ Epiſcopus, quem familiaritate & notitia conjunctum Apoſtolis tradit Euſebius (*b*), adhuc his temporibus ſuperſtes erat: quinimmo & viribus validus ſub Aniceto Pii ſucceſſore (ut ſuo loco dicemus) Romam ſe contulit. Vixiſſe etiam Hermam Pauli diſcipulum his diebus, ſuperius dictum eſt: ut non adeo prodigioſum videri debeat, ſi Cerinthus adhuc in humanis eſſet: quod utique firmius erit, ſi conſenſerimus (*c*) Ire-

Timotheus & Marcus martyres.

(*b*) *Euſeb. l.* 3. *c.* 30.

(*c*) *Iren. l.* 1. *c.* 25.

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 917. Olymp. 235. an. 4. Æ.C. 164.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5657.

☉ 5. BA. ☽ 13. P. 26. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 164. *ſecund. Baronium* 166.

SOTERIS PAPÆ 4.

M. AURELII ET L. VERI IMPP. 4.

[1] AD num. I. Coſſ. *M. Nonius Macrinus*, & *Celſus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari adverſus Onuphrium, qui C. Julium Macrinum proponit, quem Baronius ſecutus eſt. Sed Inſcriptio, ex qua id deducit Onuphrius, corrupta depravataque, ut docte Card. Noriſius laudatus.

I *Conſules.*

NOTÆ [1] C*oſſ. M. Nonius Macrinus*, & *Celſus*. Nomina & prænomina horum conſulum ſunt: *M. Pompeius Macrinus*, & *P. Juventius Celſus*. Ea eruit Fabrettus pag. 507. & 508. ex figlina, in qua:

M. PONPEIO. MACRI
P. JUVENT. CELS. COS

Exſtat nunc laterculus iſte in ædibus Capitolinis. Vetus lapis effoſſus A. D. 1735. in agro Tiburtino in prædio collegii Societatis Jeſu, adcurante Illuſtriſſimo Præſule Alexandro Furietto, inter cujus domeſticas inſcriptiones adſervatur.

MATTUCIAE. L. F.
POMPEIO MACRINO
COS.

Noriſius in epiſtola conſulari ad hunc annum, poſtquam Panuinii errores de horum conſulum nominibus e vetuſtis marmoribus prave exceptis detexit, *Macrini & Celſi* cognomina retinenda eſſe docet, quouſque eorum familiæ e vetuſtis monumentis appareant. Bono fato, & Fabretti figlinæ, & lapis in agro Tiburtino nuper repertus, horum familias nobis demonſtrarunt. Faſti Idatiani, & ceteri; *Macrino & Celſo.*

Irenæo Tertullianoque (*a*), dicentibus, poſt Carpocratem hæreſes docuiſſe Cerinthum. Verum quod dicit, multos a Cerintho ſatanæ primarcha averſos a fide: non viventem Cerinthum, ſed ejus adhuc graſſantem hæreſim, ac multos avertentem a fide, ſignificare voluiſſe, videri poteſt: ſatis enim a Cerintho ſeducti dici poterant, quos a recto fidei inſtituto ipſa ejus hæreſis pervertiſſet.

(*a*) *Tert. de præſcr. cap.* 48.

III. Sed deſcribamus & hic ejuſdem Pii poſteriorem epiſtolam ad eumdem Juſtum, Viennenſem jam factum Epiſcopum: quam ſequenti anno, paulo ante ſuum obitum, datam eſſe, ex ipſa apparet, quæ eſt hujuſmodi.

Poſterior Pii ad Juſtum epiſtola.

Pius Epiſcopus Romanus fratri Juſto Epiſcopo S. Attalus epiſtolas martyrum portans ad nos venit, gaudium nobis inæſtimabile faciens de triumpho eorum: qui dixit nobis, ſanctum Verum, collegam noſtrum, victorem de mundi principe triumphaſſe. Tu vero apud Senatoriam urbem Viennenſem ejus loco a fratribus conſtitutus, & colobio Epiſcoporum veſtitus, vide ut miniſterium, quod accepiſti, in Domino impleas. Cura autem ſanctorum martyrum corpora, ſicut membra Dei, quemadmodum curaverunt Apoſtoli Stephanum. Carceres ſanctorum viſita, ne aliquis tepeſcat in fide. Martyria ſancta Spiritu ſancto proba. Ut perſeverent in fide, eis incitator inſiſte. Presbyteri & diaconi non ut majorem, ſed ut miniſtrum Chriſti, te obſervent. Plebs univerſa ſanctitate tua protegatur. Fratres noſtri, quos per Attalum recognoſces, de tyranni ſævitia jam liberati, requieſcunt in Domino: Presbyter Paſtor Titulum condidit, & digne in Domino obiit. Revelatum mihi eſſe ſcias, collega beatiſſime, citius me finem hujus vitæ eſſe facturum. Unum flagitabo: In communione ſta, & mei ne obliviſcaris. Salutat te Senatus pauper Chriſti apud Romam conſtitutus. Saluto omne collegium fratrum, qui tecum ſunt, in Domino. Hæc Pius.

Appellat autem Senatum pauperem, ſacrum collegium miniſtrorum, presbyteros ac cæteros Romanæ Eccleſiæ clericos. Fuit porro Verus, cujus meminit, primus Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Apoſtolorum diſcipulus, qui Traiani tempore Epiſcopatum ejus Eccleſiæ accepit, & ad hæc uſque tempora illi præfuit. Attalum vero, cujus hic Pius mentionem facit, illum ipſum eſſe exiſtimo, cujus agonem cum cæteris poſtea egregie toleratum, litteræ (*b*) ejuſdem Eccleſiæ Viennenſis ac Lugdunenſis ad Aſianos ſcriptæ teſtantur: quem genere fuiſſe Pergamenum, ſed Romana civitate donatum ac magni nominis virum, tradunt: quas quidem litteras datas idem Euſebius (*c*) dicit, cum jam Montanus ac ſocii in Phrygia ſe prophetiæ ſpiritu imbutos omnibus demonſtraſſent; quod idem ait contigiſſe anno undecimo Marci Aurelii & Lucii Imperatorum: ſed de his ſuo loco. Porro has ambas perbreves epiſtolas ex Viennenſi archivo proditas (*d*), germanas atque legitimas eſſe, cum rerum argumentum & admirabilis quædam cum aliis horum temporum geſtis conteſſeratio, tum ſimpliciſſimus ille antiquitatis candor, quem in omnibus præſeferre noſcuntur, facile perſuadent quemvis, quantumlibet ſcrupuloſi ingenii, virum eruditum eas recipere. Cæterum quod ad Juſtum ſpectat, ad quem datæ ſunt litteræ; ipſum eadem perſecutione poſt longum exilium martyrium ſubiiſſe, Ado ejuſdem Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopus, in brevi quod ſcripſit Chronico tradit. Leguntur duæ aliæ prolixiores Pii Papæ epiſtolæ, de quibus alii diſſeruerunt: inſuper & complura ejuſdem decreta, quæ a Gratiano diverſis in locis appoſite relata ſunt, prout cujuſque argumenti ratio poſtulabat: ea hic non laboramus deſcribere, quod in unum collecta poſt eaſdem Pii citatas epiſtolas habeantur.

IV. Verus Epiſcopus Viennenſis, & Attalus.

(*b*) *Apud Euſeb. l.* 5. *cap.* 1.

(*c*) *Idem l.* 3. *c.* 3.

(*d*) *Extant to.* 10. *Bibl. ſanct.*

Juſtus Epiſcopus.

JESU CHRISTI ANNUS 167.	PII PAP. ANNUS 10.	M. AUR. & L. VER. IMPP. ANNUS 5.

I. Pius Papa martyrio coronatur.

CHriſti Domini anno centeſimo ſexageſimoſeptimo, Arrio Pudente & Gabino Orfito Coſſ. undecima Julii, Pius Papa, cum ſediſſet annos novem, & menſes ſex, tribus minus diebus, martyrio coronatur: ea enim die natalis ejus martyrio illuſtratus in Eccleſiaſticis tabulis notatus antiquitus reperitur. Porro quod ad annos ſedis ejus, in librum de Romanis Pontificibus, qui fertur nomine Damaſi, error irrepſiſſe videtur, dum loco novem annorum, decem & novem, & menſes aliquot poſiti leguntur. Sane quidem Euſebius in Chronico cum annos quatuor tantum (ut dictum eſt) tribuat Hyginio, qui præceſſit Pium, poſtea uſque ad Anicetum, Pii ſucceſſorem, decem tantum numerat annos, quibus Pium ſediſſe oportuit: cui hæc dicenti potius aſſentimur, quam cum alibi (*e*) ait ſediſſe Pium annos quindecim: priori enim ſententiæ de annis Pii propius accedit Creſconiana collectio, eademque vetuſtiſſima.

(*e*) *Euſeb. l.* 4. *c.* 10.

II. Acta Pii Papæ. Quod vero pertinet ad res a Pio geſtas: præter illa quæ ſunt ſuperius recenſita, hæc in eodem libro de Romanis Pontificibus perſtricta paucis habentur: *Hic conſtituit, hæreticum venientem ex Judæorum hæreſi ſuſcipi & baptizari*. Quod ſpeciale hoc de iis conſtitutum ſit hæreticis, utpote baptiſmi præſcriptam in Eccleſia regulam non ſervantibus: de aliis hæreticis, qui licet extra Eccleſiam eſſent, tamen in baptiſmi forma cum Eccleſia conſentirent, diverſam fuiſſe conſuetudinem & traditionem inſinuat: quam Stephanus Papa (ut ſuo loco memorabimus) adverſus eos qui negarent nullum eſſe hæreticorum baptiſma, ſæpe citavit, ſervandamque a patribus traditam diſciplinam, adverſus omnes altercantes ſæpius inculcavit. Porro per Hebræorum hæreſim ſignificare voluiſſe Cerinthi ſectam, quæ præ cæteris (ut vidimus) ſtudebat Hebraicis ritibus, mihi facile perſuadeo: quippe quos circumciſionem Legis admittentes ac propugnantes, & Chriſti divinitatem negantes, atque (ut docet Irenæus *a*) Chriſtum a Jeſu ſejungentes, diverſam quoque ab Eccleſia baptiſmi formam induxiſſe, facile eſt exiſtimare. (a) *Iren. l. 1. c. 25.*

III. Pii Papæ decretum de bonis Eccl. Sed ſubditur: *Et conſtitutum de Eccleſia fecit, nempe decretum, ne prædia divinis uſibus tradita, humanis inſerviant*. Idque in ſecunda (*b*) epiſtola habetur expreſſum. Non eſt autem quod quis refragetur, & ante Principes Chriſtianos Eccleſiam non poſſediſſe bona ſtabilia dicat: nam id ſuperius primo Annalium (*c*) tomo manifeſta veritate oſtendimus. Ad poſtremum de factis ab eo ſacrorum miniſtrorum ordinationibus, hæc ibidem leguntur: *Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, presbyteros octodecim, diaconos viginti unum, Epiſcopos per diverſa loca duodecim. Qui etiam ſepultus eſt juxta corpus beati Petri in Vaticano, quinto Idus Julii: & ceſſavit Epiſcopatus ejus dies quatuordecim*. Hæc ibi. Sed puto in diaconorum numerum mendum irrepſiſſe. (b) *Pii ep. 2.* (c) *Primo to. Annal. an. 57.*

Fo-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5658.

SÆC. II. Anno Urbis 918. Olymp. 236. an. 1. AC. 165.

☉ 6. G. ☽ 14. P. 15. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 165. *ſecund. Baronium* 167.

SOTERIS PAPÆ 5.

MARCI AURELII ET L. VERI IMPP. 5.

I. *Conſules.* [1] A Num. I. ad V. Coſſ. *L. Arrius Pudens*, & *M. Gavius Orfitus*, ut ex Inſcriptione Gruteriana oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari.

II. *Vicennalia Imperii Proconſularis Marci.* Vicennalia Imperii Proconſularis Marcus edidit.

III. *Obitus Pii PP.* [2] Ad num. II. & III. Quoto *Pius* Papa anno ad cœlum migrarit, prorſus incertum. Catalogus enim Damaſi per hæc tempora corruptus: in eo quippe deeſt Anicetus, & de Pio hæc leguntur: *Pius annis viginti, menſibus quatuor, diebus viginti uno. Fuit temporibus Antonini Pii a Conſulatu Clari & Severi, uſque duobus Auguſtis*. Clari & Severi Conſulatus incidit in annum Chriſti centeſimum quadrageſimum ſextum: Conſulatus vero duorum Auguſtorum ad annum CLXI. pertinet. Quare cum Pii initium anno centeſimo quadrageſimo primo conſignaverimus, & Luitprandus in Catalogo Pontificum annos tantum decem, menſes quatuor, dies tres eidem *Pio* aſſignet, mors ejus contigiſſe videtur anno centeſimo quinquageſimo primo. Neque enim plus decem annis, & aliquot menſibus ſedere potuit; cum videatur non poſſe in dubium revocari, quin *Anicetus* Pii ſucceſſor Antonino imperante Pontificatum geſſerit.

IV. *Pii PP. Epiſtola.* *Pii* circumferuntur duæ Decretales, quæ Viris doctis ſuppoſititiæ creduntur. Neque magis, inquit Labbæus, probantur duæ Epiſtolæ Pii Papæ ad *Juſtum* Viennenſem Epiſcopum, quas ex Archivio Viennenſi deſumtas Baronius Annalibus inſeruit.

NOTÆ [1] C*oſſ. L. Arrius Pudens, & M. Gavius Orfitus*. Gruterus pag. MXXXII. 6.

AD. XII. KAL. MART.
M. GAVIO. ORFITO
L. ARRIO. PUDENTE. COS.

Eadem item apud Sponium in Miſcellan. ex lapide *Kal. Septemb.* dedicato. Gruteriana inſcriptio pag. DCCCLI. 3.

PUDENTE ET ORFITO. COS.

Faſti Idatiani & ceteri: *Pudente & Orfito*. Vide quæ Noriſius in epiſtola conſulari A. V. 918. adverſus Panuinium adnotat de falſis ejus conjecturis, ad horum conſulum nomina quod attinet.

[2] VIde Conſtantium in epiſt. Rom. Pontificum pag. 66. qui Pontificalem librum, & Bucherianum catalogum expendit. Euſebium ſequitur Conſtantius, qui in Hiſtor. Eccleſiaſtica, *Pium annis quindecim* ſediſſe ſcribit. Quum vero Pontificatus *Pii* initia A. D. 142. alligentur, anno 157. extremus annus adfigitur, quo obiiſſe fertur, & ex veterum martyrologiorum fide, die XI. Julii.

IV. Anicetus Pio ſubſtitutus.

Eodem igitur anno, vigeſimaquinta die Julii, decimoquarto nempe die ab obitu Pii, creatur Papa Anicetus natione Syrus: quot autem annis ſederit, in obitu ejus dicemus. Quo tempore, nacti occaſionem urgentis perſecutionis, famoſiſſimi quidam hæretici ſe intruſerunt in Urbem: ut, ſi quo modo poſſent, nobiliſſimæ Apoſtolicæ Eccleſiæ ſinceritatem labefactarent. Fuit inter alios, qui id præſumpſerunt, procax fæmina, Marcellina nomine, ſectatrix nefandiſſimæ ſectæ Gnoſticorum, de quibus ſatis ſuperius dictum eſt. *Hæc enim* (inquit Irenæus *a*) *Marcellina, quæ Romam ſub Aniceto venit, cum eſſet hujus doctrinæ, multos exterminavit*. Eadem de ea Epiphanius (*b*) & alii. Cæterum illud plane videtur fuiſſe conſilium pravi dæmonis, inferendi in Urbem Gnoſticos hæreticos: ut non tantum, ſi poſſet, impiis dogmatibus Fideles ſeduceret, ſed & ſuis ipſorum turpiſſimis ac nefandiſſimis actionibus, quas titulo Chriſtianitatis patrarent, cæteris Fidelibus illic agentibus, ac pure ſancteque viventibus, ſummæ infamiæ notas inureret: in Catholicos enim omnia ab ipſis commiſſa ſcelera redundabant: nam cum Gnoſtici (ut dictum eſt) pro arbitrio colere idola, & cuncta facere, quæ Ethnici vellent, parati eſſent; ac proinde inter eos æque ut ipſi Gentiles haberentur: iis qui firmiter atque conſtanter ſe Chriſtianos profiterentur, omnia illa turpia ac pudenda de promiſcuo concubitu, & cœnis Thyeſtæis, quæ Gnoſtici perpetrarent, crimini vertebantur, ac propterea ea ſic de illis ſparſa calumnia, omnium in ſe civium animos iidem concitabant.

(*a*) Iren. lib. 1. c. 24.

(*b*) Epiph. hæreſi. 27.

Hæreſiarchæ ſe Romam conferunt.

V. Marcion venit Romam.

Contulit ſe quoque in Urbem, ejuſdem Aniceti Papæ tempore, ille omnium ſceleſtiſſimus hæreſiarcha, Marcion Ponticus: teſtatur id Irenæus (*c*), ſed & Tertullianus (*d*) in carmine adverſus Marcionem, ſic habens:

(*c*) Iren. lib. 3. c. 4.

(*d*) Tertul. l. 3. in. fin.

Aq. Pio ſuſcepit Anicetus ordine ſortem,
Sub quo Marcion hic veniens, nova Pontica peſtis
Nondum ſecretum facinus ſuo corde recluſum,
Paſſim vulgo loquens latebroſa perfidus arte.
Sed poſtquam cœpit mortis proferre ſagittas,
Abjectus merito tam ſævi criminis auctor
A ſanctis reprobus, patuit mirabile monſtrum.

Hæc Tertullianus: licet Epiphanius (*e*) velit eum Romam veniſſe poſt mortem Hyginii, nempe ſub Pio, quando (ut ait) petens ut in Eccleſiam reciperetur, repulſam paſſus eſt. Valentinum quoqe hæreſiarcham, qui ſe Romam contulerat ſub Hyginio, manſiſſe ibi uſque ad Anicetum, Irenæus (*f*) affirmat. Venerat (ut vidimus) & ſub eodem Hyginio Romam Cerdon novarum hæreſum (*g*) auctor. Porro tantum abeſt (quod & ſæpe alias dictum eſt) ut Romana Eccleſia horum ſordibus fuerit inquinata, ut Irenæus, qui iiſdem temporibus vixit, ad hos omnes errores redarguendos, Romanæ Eccleſiæ in medium adducat fidei, quam ab Apoſtolis acceperat; integram puritatem, ac ſolidam firmitatem.

(*e*) Epiph. hæreſi 42.

(*f*) Iren. l. 3. c. 4.

(*g*) Iren. l. 1. c. 28.

VI. Marcion & Valentinus ſimulantes pœnitentiam recepti.

Cæterum tam Valentinus, quam Marcion, Romæ cum eſſent (quod fecerat, ut vidimus, itidem Cerdon) fidem Catholicam ſimulantes, in Eccleſiam ſunt recepti: ſed detecti tandem & rejecti, ac rurſum ad pænitentiam admiſſi, demum ſub Eleuthero ab Eccleſia penitus ſunt proſcripti. Hæc quidem Tertullianus (*h*) qui & ipſe his temporibus vixit, narrat, verbis hujuſcemodi de Marcione ac Valentino verba faciens: *Conſtat illos neque adeo olim fuiſſe, Antonini fere principatu, & in Catholicam primo doctrinam credidiſſe apud Eccleſiam Romanenſem; donec ſub Epiſcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam ſemper eorum curioſitatem, qua fratres quoque vitiabant, ſemel & iterum ejecti, Marcion quidem cum ducentis ſeſtertiis ſuis, quæ Eccleſiæ intulerat, noviſſime in perpetuum diſſidium relegati, venena doctrinarum ſuarum diſſeminarunt. Poſtmodum Marcion pœnitentiam confeſſus, cum conditioni datæ ſibi occurrit, ita recepturus, ſi cæteros quoque, quos perditioni erudiſſet, Eccleſiæ reſtitueret, morte præventus eſt.* Hæc Tertullianus. Ex quibus videas hæreſiarchas, licet impudentiſſimos, e Ponto alterum, alterum ex Ægypto ſe in Urbem conferre, illiuſque Eccleſiæ communicationem quærere, & ſi non poſſent aliter, dolo tamen ſuffurari, eamque adeo affectare, ut ſemel licet expulſi, iterum recantantes palinodiam, eidem ſe inſinuare ſtuderent: quippe qui ſcirent (ut dictum eſt) communicantes cum Romana Eccleſia, ab omnibus Chriſtiani orbis Eccleſiis recipi; ab illa vero rejectos, ab omnibus æque reſpui. Videas & qua arte Marcion ejus communionem conſequi conatus ſit: quippe qui, ut ſe ex animo illi conjungi ac penitus inhærere ſignificaret, ſuam quoque non levem pecuniæ ſummam in eam contulit, nempe ducenta ſeſtertia, quæ pendunt quinque aureorum millia: porro eadem ipſa eidem rurſum ejecto mox reddita fuere.

(*h*) Tertul. de præſcr. c. 30.

Cur Hæreſiarchæ affectabant communionem Romanæ Eccleſiæ.

VII. Satisfactio juncta Pœnitentiæ.

Verum ex his licet exiſtimare, Dei Eccleſiam (ſicut etiam Hieroſolymis Apoſtolorum tempore) ex Fidelium oblatione fuiſſe locupletem: nam ſi peregrinus homo a parente domo pulſus, ac undique

que pene profugus, tanta contulit in Eccleſiam: quid putandum feciſſe cives, eoſdemque plurimos, divitiis & nobilitate præſtantes? Eſt illud quoque ad priſtinos Eccleſiæ mores inſinuandos obſervatione digniſſimum: ea demum conditione fuiſſe promiſſum Marcioni reditum in Eccleſiam, ſi quos ſeduxerat, eoſdem Eccleſiæ reſtitueret; nimirum ea adhibita ſatisfactione, ut publice contraria iis, quæ dixerat, prædicaret.

VIII. At nec illud de Marcione prætermittendum, quod ex Irenæo Euſebius (*a*) recitat: nimirum cum S. Polycarpus Smyrnæ Epiſcopus Romam hoc tempore ſub eodem Pontifice Aniceto veniſſet, Marcioni in ejus conſpectum venienti dicentique ac roganti, *Noſce nos amabo*: reſpondiſſe, *Novi equidem primogenitum ſatanæ*. Porro plurimum profuit opportunus Polycarpi Romam adventus; quippe qui cum Apoſtolis verſatus fuiſſet, magnamque ex eo apud omnes exiſtimationem conſecutus: quamobrem complures eorum (ut idem (*b*) auctor ait) quos Valentinus ac Marcion ſeduxerant, ad Eccleſiam, veramque religionem reduxit; illoque, quod in Marcionem dixerat, experimento docuit, quantum quiſque averſari debeat hæreticos, ſi nec verbo tenus, quod & Joannem feciſſe narrabat, communicare voluiſſet. Qua vero occaſione Romam venerit Polycarpus, idem Euſebius (*c*) ex Irenæo commemorat: nimirum ut diſſidia quæ de tempore celebrandi Paſchatis eſſent oborta, componeret.

(*a*) *Euſeb. l. 4. c. 13.* Polycarpi Romam adventus.

(*b*) *Iren. l. 3. cap. 3.*

(*c*) *Euſeb. l. 4. c. 13.*

IX. Quam benigne autem ab Aniceto ſuſceptus fuerit, & de controverſiis quid demum tranſactum ſit inter eos, ex eodem Irenæo hæc alibi idem Euſebius (*d*) recitat, dicens: *Cum beatus Polycarpus Aniceto Epiſcopatum adminiſtrante, Romam adventaret; cumque ille & Anicetus de aliis rebus, de quibus inter ſe diſcrepabant, pauca contuliſſent: confeſtim pax inter eos fuit conciliata: quin pro hoc feſto obſervando quod controverſiæ caput videbatur, charitatis vincula nequaquam ruperunt. Neque tamen Anicetus Polycarpo poterat perſuadere, ut ſuum obſervandi morem deponeret; neque contra Polycarpus Aniceto perſuaſit, ut conſuetudinem Aſiaticam quippe qui morem presbyterorum, qui illum erant antegreſſi, debere ſedulo retineri aſſereret ullo modo obſervaret. Quæ cum ita eſſent conſtituta, communicabant inter ſe mutuo; & in Eccleſia Anicetus ritus qui in Euchariſtia agi ſolent, Polycarpo, ob reverentiam videlicet quam erga illum habebat, obeundi poteſtatem conceſſit; atque tandem cum pace alter deceſſit ab altero: & omnes Eccleſiæ tum eorum qui decimo quarto die feſtum Paſchatis obſervabant, tum eorum qui ſecus, placida pace & tranquilla inter ſe fruebantur.* Hucuſque de his Euſebius ex Irenæo.

(*d*) *Idem l. 5. c. 24.* Quid egerit Polycarpus cum Aniceto.

X. Sed meminiſſe oportet (quod alias diximus) ſic ſtatuiſſe olim Apoſtolos celebrandum Paſcha die Dominico, ut tamen (ſicut in multis aliis) Judaizantes adhuc complures Chriſtianos, eos nimirum qui eſſent ex circumciſione, quorum ingens erat in Aſia numerus, æquanimiter tolerarent. Cætera autem, quæ ad Polycarpi martyrium ſpectant, ſuo loco dicemus. Quod vero apud S. Hieronimum (*e*) legatur, Polycarpum Romam veniſſe ad Anicetum temporibus Antonini Pii; Chronicon ipſe videtur ſecutus Euſebii, qui ſub Antonino Pio ponit Anicetum; verum ipſum erraſſe certum eſt, cum in ſerie Romanorum Pontificum Cletum numerare prætermiſerit: vel accidit potius ut (quod ſuperius dictum eſt) Hieronymus, ſicut Optatus & Auguſtinus poſt Hyginium poſuerit Anicetum, & non Pium, ut cæteri.

Tolerati Quartodecimani.

(*e*) *Hieron. de Scrip. Eccl. in Polycarp.*

XI. Idem S. Hieronymus (*f*) tradit de Hege-

De Hegeſippo Romam veniente.

(*f*) *Idem eod. lib. in Hegeſip.*

PAGIUS

V. Ad num. VIII. Valeſius in Notis ad Euſebium lib. 5. cap. 24. ait, veroſimile non eſſe, *Polycarpum* hoc anno Romam veniſſe. Nam cum annos natus ſex & octoginta martyrium fecerit, idque vel anno Chriſti CLXVII. vel anno CLXIX, ſi Baronii opinio vera eſſet, Polycarpus Romam veniſſet octogeſimo ſuæ ætatis anno, quod nequaquam credibile. Rectius itaque Auctor Chronici Alexandrini, cujus tantum Faſtos Baronius viderat, Tertullo, & Sacerdote Coſſ. anno ſc. Chriſti CLVIII. ſcribit: *Polycarpus Smyrnæ Pontifex vir admiratione ſuſpiciendus, Apoſtolorum auditor, & ab ipſis Epiſcopus inſtitutus, adhuc ſuperſtes, Aniceto Pontifice Romam venit, ob controverſiam de tempore quo celebrandum eſſet Paſcha*, &c. Ex quo conſtat, *Anicetum* anno CLVIII. Eccleſiam Romanam gubernaſſe; quem tamen Baronius autumat hoc tantum anno Pio ſucceſſiſſe. Porro male Baronius Hieronymum reprehendit, quod Polycarpum ad Anicetum Pio imperante, Romam veniſſe ſcripſerit. Nam non tantum Euſebius in Chronico id in litteras retulit, ſed & in Hiſtoria lib. 4. cap. 23. eique adhærent Hieronymus, Marianus Scotus, Ado in Chronico, Suidas in Polycarpo, aliique, a quibus primus diſſenſit Baronius, ut obſervavit Halloixius in Notationibus ad Vitam S. Polycarpi cap. 10.

Quo anno S. Polycarpus Romam venerit.

VI. *Peregrinus* Cynicus Philoſophus, cognomento *Proteus*, cum Herculis mortem æmulari vellet, in conſpectu totius Græciæ ſe ſe in rogum immiſit Olympiade CCXXXVI. in Panegyri Olympiaca, cum proxima ante Olympiade id ſe facturum pollicitus eſſet. *Lucianus* ejus mortem ac vitam peculiari libello deſcripſit, & Euſebius in Chronico juxta editionem Scaligeri id contigiſſe ſcribit anno Abrahami 2181. qui Kalendis octobris anni CLXIV. inchoatur, & quidem accurate. Olympias enim citata menſe Julio præſentis anni acta. *Athenagoras* in ſuo Apologetico de ea re tanquam recenti loquitur, indeque liquet, librum illum anno ſequenti elucubratum, non vero anno CLXXIX. ut exiſtimavit Baronius. Sed hac de re pluribus infra.

Interitus Peregrini Philoſophi.

Baron. an. 179. n. XXXIX.

geſippo ex ipſius ſcriptis, veniſſe Romam ſub Aniceto, & ibi permanſiſſe uſque ad (a) Euſeb. l. 4. c. 21. Eleutherum: Euſebius (a) autem aliter legiſſe videtur, dum ait, eumdem Romæ egiſſe uſque ad tempora Aniceti: de cujus in Urbem peregrinatione hæc idem ex ejuſdem commentariis prodit: *Hegeſippus quinque libris, qui ad nos pervenerunt, accuratiſſimam pleniſſimamque ſuæ ſententiæ & opinionis de fide declarationem poſt ſe reliquit: in quibus oſtendit, ſe in itinere Romam verſus ſuſcepto, multis cum Epiſcopis ſermonem contuliſſe, & unam eamdemque accepiſſe ab omnibus doctrinæ formam & inſtitutionem. Atque illum quidem poſt alia, quæ de Clementis ad Corinthios epiſtola diſſeruit, iſta quæ ſequuntur, narrantem audire licet: Eccleſia Corinthiorum in vera rectaque doctrina conſtanter præſtabat uſque ad Primum, qui ibidem geſſit Epiſcopatum: quo cum ipſe, dum Romam verſus navigabam de religione noſtra communicavi, & Corinthi non paucis diebus commoratus ſum: in quibus dum inter nos de doctrina Catholica multa conferebamus, non parum uterque ab alterius conſuetudine cepit oblectationis.*

XII. Eccleſiarum mira conſenſio. *Cum eſſem Romæ, manſi ibi uſque ad Aniceti tempora, cujus tum quidem Eleutherus munus Epiſcopale capeſſit. Nulla Epiſcoporum ſedes, ſucceſſione ab Apoſtolis ducta, nulla civitas, in qua non ita ſervata eſſent omnia, ut lex præſcripſerat, docuerant Prophetæ, & Dominus ipſe prædicaverat.* Hæc de ſtatu omnium (ut ait) Eccleſiarum cum Hegeſippus teſtetur, magnum plane extat teſtimonium ad declarandam atque inſinuandam Catholicam veritatem. Nam ſi illa legitima erat Chriſti doctrina, certaque traditio Apoſtolorum, quas in hanc diem omnes ubique ſervaſſent Eccleſiæ: plane convincitur, a Catholica veritate illos omnes deſciviſſe, qui aliam ab his diverſam reperiuntur docuiſſe fidei normam, vel mores aliter inſtituiſſe: ac proinde qui virginitatem damnant, jejunia contemnunt, Sanctorum cultum rejiciunt, hierarchicum in Eccleſia ordinem confundunt, ſacramenta reſpuunt, ritusque Eccleſiaſticos deſpiciunt, & alia id genus multa agunt, contra ea quæ in Eccleſia obſervata ſunt (ut vidimus) uſque ad Eleutherum Papam, ſub quo Hegeſippum ea ſcripſiſſe apparet, manifeſtiſſimi erroris redargui, ac deſertores veritatis eſſe convinci.

Ex quo quis hæreticus demonſtretur.

XIII. Cum vero poſt hæc multa ex eodem Hegeſippo de ſectis dicta recenſeat, de eodem demum hæc addit: *Nonnulla item cum de Evangelio, quod ſecundum Hebræos, quodque Syriacum dicitur, tum ſeparatim de Hebraicæ linguæ proprietate diſputat: ſeque narrat, tametſi erat Hebræorum ſtirpe ortus, ab eorum tamen religione & inſtitutis ad fidem Chriſti veniſſe: alia item tamquam a Judaica traditione ſine ſcripto accepta commemorat. Porro autem non hic ſolus, ſed Irenæus & tota veterum turba, Proverbia Salomonis librum eſſe præclara eximiaque ſapientia refertum affirmabant. Quinetiam dum de ſacræ Scripturæ libris, qui inter apocrypha numerantur, diſſerit, quoſdam ex illis ſuo ipſius tempore a quibuſdam hæreticis falſo confictos eſſe narrat.* Hucuſque ex Hegeſippo hic Euſebius (b): qui alibi de ſcriptis ab eo libris hæc ait: (b) Euſeb. l. 4. c. 8. *Hegeſippus, vir propter doctrinæ præſtantiam in luce atque hominum notitia verſatus, cujus teſtimonium jam antea dum res nonnullas Apoſtolorum temporibus geſtas, ab eoque ſcriptis traditas commemoramus ſæpius uſi ſumus. Iſte enim ſinceram & minime fucatam Apoſtolicæ prædicationis traditionem quinque libris, illo quidem ſcribendi genere maxime ſimplici ac ſummiſſo, litteris proſequi aggrediens, tempore quo ipſe floruit, aperte indicat.* Recitat ex eis fragmentum, quo auctor de Antinoo meminit Hadriani ſervo ab eodem inter deos relato. Commendat & S. Hieronymus ejus in hiſtoria conſcribenda ſimplicem ſtylum, cum ait: *Omnes a paſſione Domini uſque ad ſuam ætatem Eccleſiaſticorum Actuum texens hiſtorias, multaque ad utilitatem legentium hinc inde congregans, quinque libros compoſuit ſermone ſimplici; ut, quorum vitam ſectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem.*

Script Hegeſippi.

XIV. Hiſtoriæ ſcribendæ ratio. At cum tam Euſebius quam ſanctus Hieronymus laudent Hegeſippi in hiſtoria Eccleſiaſtica conſcribenda ſimplicitatem: nemo putet hac ex parte ipſum recte ſcribendæ hiſtoriæ numeros minus expleſſe. Errant, mea ſententia, qui putant illum ſcribendæ hiſtoriæ partes implere, qui res geſtas eloquentiæ phaleris exornat, & quæ ſunt oratoris apponit: atqui longe diverſam eſſe utriuſque tractandi generis facultatem, cum alii ſparſim diverſis in locis meminerint, Lucianus (c) eodem argumento ſcribens commentarium pluribus docet, ac plane deridet hiſtoriam illam, quæ ſeſe pennis eloquentiæ ſurſum efferens in encomium convertitur: affirmans plane decipi illos, qui duo neceſſario requirant in hiſtoria, jucundum, & utile; adulterinam hanc diviſionem nominans, atque ait: *Unum enim opus eſt hiſtoriæ, & unus finis, utilitas, quæ ex ſola veritate conciliatur. Jucundum vero ſi & ipſum ſequatur, melius quidem hoc, perinde ut ſi forma ſeu pulchritudo athletam: ſin minus, nihil vetat ab Hercule prognatum eſſe Nicoſtratum Iſidoti filium, generoſus cum ſit, & utroque colluctatore ſuo fortior; etiam ſi ipſe quidem, quod ad faciem attinet, turpiſſi-*

(c) Lucian. l. quomodo hiſt. ſcrib. ſit.

piſſimus videatur Hæc & alia plura ipſe in eamdem ſententiam: laudatque proinde dictionem humi incedentem, & cum pulchritudine & magnitudine ſimul eorum, quæ dicuntur, elatum. Sed & Plinius (*a*) ad Capitonem: *Orationi*, inquit, *& carmini adeſt pauca gratia, niſi eloquentia ſit ſumma; hiſtoria quoquo modo ſcripta delectat.* Et poſt nonnulla: *Habent quidem oratio & hiſtoria multa communia, ſed plura diverſa in his ipſis, quæ communia videntur. Narrat ſane illa; narrat hæc, ſed aliter. Huic pleraque humilia & ſordida, & ex medio petita; illi omnia recondita, ſplendida, & excelſa conveniunt. Hanc ſæpius oſſa, muſculi, nervi; illam tori quidam & quaſi jubæ decent. Hæc vel maxime vi, amaritudine, inſtantia; illa tractu & ſuavitate, atque etiam dulcedine placet: poſtremo alia verba, alius ſonus, alia conſtructio. Nam plurimum refert (ut Thucydides ait) κτῆμα ſit, an ἀγώνισμα: quorum alterum oratio, alterum hiſtoria eſt*: Hucuſque Plinius.

(*a*) *Plin. l. 5. ep. 8.*

XV. Hegeſippus imitandus.

Cum igitur Hegeſippi hiſtoria ad hos fuerit modos omnes attemperata: ipſum a ceteris imitandum, qui res Eccleſiaſticas ſunt memoria comendaturi, quis poterit dubitare? nam & hæc ibidem Plinius ait: *Invenio autem apud ſapientes honeſtiſſimum eſſe, majorum veſtigia ſequi, ſi modo recto itinere præceſſerint.* Ejuſmodi quidem ſcribendi genus majores noſtros eſſe ſectatos, cum plurima alia exempla declarant, tum ſanctus Baſilius oratione in Gordium martyrem demonſtrat, his verbis: *Sanctorum memorias orationis & eloquentiæ fuco proſequi, non fas erat illi*: & paulo poſt: *Illorum enim qui in fide claruerunt, hiſtoria ſimplex velut lucem quamdam Dei cultoribus ad virtutis iter oſtendit*: ac rurſus: *Quod ſi reliquorum facta virorum eloquentiæ floribus ornantur: Sanctis tantum ad ea, quæ maxima geſſere, demonſtranda, ſat fuerit oratio ſimplex.* Hæc Baſilius. At de his obiter dictis hactenus: in quæ occaſione hiſtoriæ ab Hegeſippo conſcriptæ, caſu velut incidimus. Porro illa magno damno deperdita cum ſit, perpaucis ejus fragmentis perfruimur ab Euſebio recitatis. Denique ejuſdem Hegeſippi ſanctiſſime vita perfuncti, in Domino requieſcentis, anniverſaria memoria (*b*) in ſacris tabulis ſcripta meruit conſecrari. Feruntur Hegeſippi nomine commentarius de Excidio Hieroſolymitano, & ad ipſum appoſita Anacephaleoſis: ſed alterius plane auctoris eſt opus, qui (ut alias diximus) poſt tempora Conſtantini floruerit.

(*b*) *Martyrol. Rom. 7. April.*

JESU CHRISTI ANNUS 168. | ANICETI PAP. ANNUS 2. | M. AUR. & L. VER. IMPP. ANNUS 6.

I. Pudentum familia nobilis.

ANno Domini centeſimo ſexageſimo-octavo, Servilius Pudens & Sufidius Pollio Conſules creati ſunt: claruiſſe namque his temporibus Romæ Pudentum familiam, ex duobus junctis Conſulatibus ejus facile poſſumus intelligere; ejuſdemque familiæ fuiſſe Pudentem Senatorem Chriſtianum, de quo ſæpe ſuperius dictum, æquum eſt exiſtimare: meminit & Tertullianus (*c*) ejuſdem nominis Proconſulis, cujus laudat in Chriſtianos judicando modeſtiam, cum ait: *Pudens etiam*

(*c*) *Tertul. ad Scapul. c. 4.*

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 919. Olymp. 236. an. 2. A. C. 166. I. *Conſules.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5659.

☉ 7. F. ☽ 15. P. 7. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 166. *ſecund. Baronium* 168.

SOTERIS PAPÆ 6.

MARCI AURELII ET L. VERI IMP. 6.

[1] AD num. I. Coſſ. *Servilius Pudens*, & *L. Fufidius Pollio*, ut oſtendit Card Noriſius in Epiſt. Conſulari ex Inſcriptione Gruteriana, in qua Pudens nulla iterati Conſulatus nota ſignatur, & quidem recte. Nam Pudens proximi anni Conſul erat e familia *Arria*, hic vero gentis *Servilia*. Præterquam quod Conſulatus continentes non niſi principibus aut re aut deſtinatione conceſſi. Memoratur uterque Conſul in Inſcriptione recitata in Miſcell. Eruditæ Antiquit. pag. 34. ubi prior dicitur Q. SERVILIUS PUDENS. Secundum Baronius perperam vocat *Sufidium* pro *Fufidio*.

II. *Marcus Quinquennalia Imperii Auguſtei dedit.*

M. Aurelius Imperii Auguſtei Quinquennalia dedit, quod ex ejus Decennalibus anno CLXI. celebratis neceſſario deducitur.

Ad

NOTÆ [1] COſſ. *Servilius Pudens, & L. Fufidius Pollio.* Prænomen *Quinti* addendum eſt *Servilio Pudenti*, ex Sponio pag. 33. 34. ubi *Kal. Maii, & Kal. Aug.* lapides dedicantur.

Q. SERVILIO PUDENTE
L. FUFIDIO. POLLIONE

Gruterus pag. MIX. 12.

X. K. SEPT.
... SERVILIO. PUDENTE
L. FUFIDIO. POLLIONE. COS.

Lapis

etiam miſſum ad ſe Chriſtianum, in elogio concuſſione ejus intellecta, dimiſit, ſciſſo eodem elogio ſine accuſatore; ſe negans auditurum hominem, ſecundum mandatum.

II. Triumphus de bello Parthico. (*a*) *Euſeb. in Chron.*

Eodem anno (*a*) Parthico bello poſt quinquennium abſoluto, L. Verus una cum M. Aurelio triumphavit: tot enim annis duraſſe illud tradit Julius Capitolinus: hocque anno ſexto de Parthis ſuperatis actum eſſe triumphum, Euſebius (*b*) habet. At Parthico bello confecto parari cœptam expeditionem Marcomannicam; quam diu ante idem Marcus Impe-

(*b*) *Ibid.*

PAGIUS III. *Verus in Oriente per quadriennium manſit.*

Ad num. II. Annus reditus Lucii Veri ex Oriente diſtinguendus ab anno, quo cum Marco Aurelio triumphavit, nam Lucius Verus anno præcedenti Orientem reliquit, currenti vero Romæ triumphavit. Capitolinus in Marco cap. 13. ait, Lucium Verum *poſt quinquennium* reverſum eſſe: in Vero autem Imperatore cap. 7. rem magis explicans, de eo habet: *Cum interfecto Legato, cæſis Legionibus, Syris defectionem cogitantibus, Oriens vaſtaretur, ille in Apulia venabatur, & apud Corinthum, & Athenas inter ſymphonias & cantica navigabat, & per ſingulas maritimas civitates Aſiæ, Pamphyliæ, Ciliciæque clariores voluptatibus immorabatur. Antiochiam poſteaquam venit, ipſe quidem ſe luxuriæ dedit. Duces autem confecerunt Parthicum bellum, Priſcus Avidius Caſſius, & Martius Verus per quadriennium, ita ut Babylonem & Mediam pervenirent*, &c. *Egit autem per quadriennium Verus hiemem Laodiceæ, æſtatem apud Daphnem, reliquam partem Antiochiæ.* Capitolinus itaque ſignificat, hoc bellum duraſſe per quadriennium completum, & per quinquennium non integrum. Quare cum anno CLXI. inchoatum fuerit, anno CLXV. deſiit, primaque hiems Laodiceæ tranſacta, a menſe Novembri anni CLXI. deducenda. Si enim verno tempore, ut veroſimile eſt, itineri ſe ſe commiſit, ſex aut ſeptem menſes ad varias illas regiones perluſtrandas, in iiſque aliquantulum immorandum ſuffecere.

IV. *Verus anno ſuperiori Romam redit.*

Turbat tamen Euſebius in Chronico ſecundum editionem Pontacenam, qui ſecundo Marci Aurelii & Lucii Veri anno ſcribit: *Lucio Cæſari Athenis ſacrificanti, ignis in cœlo ab Oriente in Occidentem ferri viſus.* Quo etiam anno Caſſiodorus, Hermannus Contractus, & Marianus Scotus in Chronicis eamdem rem recitant, & quidem iiſdem verbis: adeo ut ab Euſebio ea accepiſſe non dubitandum. Verum, cum in editione Scaligeriana prodigium illud cum primo utriuſque Imperatoris anno copuletur, ea hac in parte præferenda. Ad hæc, Capitolinus in Marco cap. 9. prodit; Marcum Aurelium *medio belli tempore filiam ſuam nupturam Brunduſium uſque* deduxiſſe, & ad Lucium Verum miſiſſe. Quare, cum bellum Parthicum anno CLXI. inchoatum fuerit, & Lucius Verus Lucillam uxorem anno CLXIII. ut ſupra demonſtravi, duxerit, anno CLXV. ex Oriente rediit. Ceterum eo anno adhuc bellum duraſſe inde colligitur, quod Marcus Aurelius tertium Imperator dictus ſit. Mediobarbus enim Nummos hujus Imperatoris exhibet, in quibus legitur: TR. P. XIX. IMP. III. COS. III. In aliis vero: TR. P. XIX. IMP. II. COS. III. S. C. Tribunitiam poteſtatem XIX. ſuſcepit Marcus Aurelius anno CLXV. idque ante diem ſeptimum menſis Martii. Quare eo anno dicebatur adhuc IMPERATOR. II. quemadmodum & Lucius Verus, ut videre eſt in ejus Nummis; & ob victorias Parthicas uterque dictus eſt IMP. III.

V. *Fame ſæviente.*

Inſuper Capitolinus in Marco cap. 13. inquit: *Et cum famis tempore populo inſinuaſſet de bello, fratre poſt quinquennium reverſo in Senatu egit, ambos neceſſarios dicens bello Germanico Imperatores.* Hi famis tempore ſoliti erant ſumma cura procurare ex Ægypto, Africa, Sicilia frumenti vilitatem: quod anno CLXV. a Marco Aurelio factum conſtat. Mediobarbus enim ejus Nummum producit in poſtica inſcriptum: P. M. TR. P. XIX. IMP. III. COS. III. Repræſentatur figura muliebris ſtans, dextra ſpicas, ſiniſtra cornucopiæ; a dextris ad pedes congium frumentarium, a ſiniſtris prora navis. Anno itaque CLXV. quo Tribunitiam poteſtatem XIX. Marcus auſpicatus eſt, frumentum Romam nave advectum, & populo diſtributum. Quamobrem cum Lucius Verus Romam redierit anno quo ea fame afflicta erat, ejus reditus cum anno CLXV. omnino conjungendus. Præterea Mediobarbus in Numiſmatis Lucii Veri duo in medium adducit, in quorum poſtica legitur: FORT. RED. TR. P. V. IMP. II. COS. II. S. C. Viſitur *Fortunæ reducis* ſedentis typus. In alio habetur: TR. P. V. IMP. III. COS. II. S. C. FORT. RED. cum eodem typo. Prius, in quo Lucius Verus dicitur tantum IMP. II. quando ex Oriente digreſſus eſt, percuſſum, ſicut & alterum, in quo IMP. III. appellatur. Fortunæ enim reduci ſacrificia de more offerebantur, & cum Imperatores profectionem inſtituebant, & quando in Urbem redierant. Nulla vero Numiſmata cum fortuna reduce expreſſa, ſexto Lucii Veri imperii anno, ſeu Tribunitia poteſtate notata, apud Mediobarbum extant; ideoque ejus ex Oriente reditus in præſentem annum, tam a Baronio, quam ab aliis male hactenus dilatus. Porro Lucius Verus, poſtquam Romam rediit, ob victorias a Legatis reportatas, currenti anno IMP. IIII. appellatus, ut patet ex Nummis apud Mediobarbum, in quibus Marcus dicitur: TR. P. XX. IMP. IIII. COS. III. S. C. Lucius vero TR. P. VI. IMP. IIII. COS. II. Capitolinus enim in Marco cap. 21. ait: *Cum Mauri Hiſpanias prope omnes vaſtarent, res per Legatos bene geſtæ ſunt. Et cum Ægyptum Bucolici milites gravia multa feciſſent, per Avidium Caſſium retuſi ſunt.* Bellum Bucolicum anno CLXVIII. geſtum, ut infra videbitur: Mauritanicum itaque ad hunc annum pertinet, & ob victorias per Duces relatas, uterque Auguſtus IMP. IIII. appellatus eſt. Illud autem verno circiter tempore cur-

NOTÆ Lapis inter Donianas inſcriptiones cl. II. n. 165. pag. 104. Ex ſchedis Vaticanis.

SERBILIO. PUDENTE. ET
FUFIDIO. POLLIONE. COS.

Lampridius in Commodo cap. XI. *Nominatus inter Cæſares quarto Iduum Octobrium, quas Herculeas poſtea nominavit, Pudente & Pollione Coſſ.* Vide Noriſium in epiſtola conſulari ad hunc annum. Faſti Idatiani, & alii ceteri: *Pudente & Pollione*, ſeu *Pulione*, ut in Vindebonenſibus.

perator fuerat meditatus, ſed ſuſpendiſſe eam uſque ad Parthicum bellum perfectum, idem ſcribit Capitolinus (*a*). Porro cum idem alibi (*b*) tradat, Lucium ipſum aliquamdiu Urbis deliciis eſſe detentum; conſtetque fuiſſe peſtem ſub eo poſt ſequentem annum: colligitur, eoſdem Imperatores nonniſi poſt duos annos ad bellum eſſe profectos; quod ex iis, quæ dicemus inferius, evidentius apparebit. Hæc autem ad exactam temporum chronologiam inſinuandam prætermiſiſſe minime oportuit.

(d) Jul. Capit. in Marco.
(e) Idem in Lucio.

Cen-

PAGIUS

currentis anni profligatum liquet, ex eo quod pax in Imperio Romano hoc anno fuerit, ut mox dicetur.

VI. *Marcus & Lucius hoc anno triumpharunt.*

Reditu *Lucii Veri* anno ſuo conſignato, nunc de anno Triumphi differendum. Et quidem nihil ex Euſebio in Chronico, ubi hujus mentio habetur, innoteſcere poteſt; cum alio anno in editione Scaligeriana, alio in Pontacena recitetur. Caſſiodorus & Hermannus Contractus in Chronicis hunc *triumphum* cum anno præcedenti illigant. Sed eum hoc anno ductum colligo ex illis Marci Aurelii & Lucii Veri Nummis mox referendis, in quibus Pax diſerte legitur. Ut enim anno XC. de ſecundo *Domitiani* triumpho loquentes, jam obſervavimus, *Pax* expreſſe, vel ſymbolice de more repræſentata in Nummis, annis quibus triumphatum eſt, percuſſis. Sic *Pax* in quibuſdam Nummis anno CLXXVI. cuſis diſerte memorata, quo ſcilicet anno ſecundum triumphum Marcus Aurelius exhibuit. Ductum primum initio anni, ex Capitolino in Vero cap.8. deduco; ibi enim legitur: *Habuit hanc reverentiam Marci Verus, ut nomina quæ ſibi delata fuerant, cum fratre communicaret die triumphi quem pariter celebrarunt.* Loquitur Capitolinus de *Parthici Maximi* titulo, qui in Nummis Marci a Mediobarbo recitatis non legitur, niſi quando Marcus Tribunitiam Poteſtatem XIX. quæ hoc anno paulo ante diem ſeptimum Martii abſoluta eſt, gerit; antea enim in Nummis *Armeniacus* tantum nuncupatur, ut patet ex variis Nummis a Mediobarbo relatis, in quibus habetur: M. Aurel. Antoninus Aug. Armeniacus. P. M. in averſa parte: Tr. P. XIX. Imp. II. Cos. III. S. C. In alio: M. Aurel. Antoninus Aug. Arm. Parth. Max. in poſtica: P. M. Tr. P. XIX. Imp. III. Cos. III. Cum tamen Lucius Verus in Nummis jam quarto Imperii ſui anno *Parthicus Maximus* appelletur. Triſtanus tomo 1. pag.866. hunc Nummum producit: L. Verus Aug. Arm. Part. Max. in poſtica: Tr. P. IIII. Imp. II. Cos. II. Lucius itaque prius quam Marcus Aurelius, *Parthicus* appellatus eſt, ſed hoc nomen Marco die triumphi ſui communicavit; quando hic nempe Tribunitiam Poteſtatem XIX. quæ hoc anno ante diem ſeptimum Martii exivit, obtinebat.

VII. *Marci Aurelii filii Cæſares dicti.*

Nec refert quod Capitolinus in Marco cap.12. ſcribat: *Petiit Lucius, ut ſecum Marcus triumpharet; petiit præterea Lucius, ut filii Marci Cæſares appellarentur.* Lampridius autem in Commodo Marci Antonini filio cap.II. dicat: *Nominatus inter Cæſares quarto Iduum Octobrium, Pudente & Pollione Coſſ.* currente nempe anno. Lampridius jam cap.1. ſcripſerat: *Appellatus eſt autem Cæſar cum fratre ſuo Severo*, ubi loco, *Severo*, legendum, *Sex. Vero*, ideſt, *Sexto Vero*, ut patet ex Galeno lib. de Præcognit. cap. 10. Cum itaque Commodus & Verus Marci Aurelii filii ante menſem Octobrem Cæſares nuncupati non ſint, ante eumdem menſem triumphus ille non videtur actus. Verum Capitolinus non dicit, ſtatim ac Lucius petiit, Marcum filios ſuos Cæſares creaſſe; ideoque ex illis Capitolini verbis acti triumphi tempus deduci non poteſt. Marcus autem Aurelius, ut id obiter dicam, poſtquam imperavit, tres filios genuit, nempe *Commodum* & *Antoninum* gemellos, ut tradit Lampridius in Commodo cap.1. qui dicit, eos natos *patre patruoque Coſſ.* anno nempe CLXI. Tertius Marci filius fuit *Verus*, ſeptimo ætatis anno demortuus, ut infra videbitur. Herodianus quidem lib.1. cap.2. duos tantum filios Marco Aurelio tribuit, *Commodum* ſc. & *Veriſſimum*, ut ipſe appellat; quia Antonini nullam mentionem facit, quod, ut teſtatur Lampridius citatus, quadrimus elatus fuerit. Mediobarbus pag.241. varios Nummos refert, in quibus legitur, vel Verus Caesar, vel, Annius Verus Cæs. adeo ut tertius Marci Aurelii filius dictus fuerit *Sex Annius Verus*, & præterea in vulgari uſu loquendi Veriſſimus.

VIII. *Pax in Imperio Romano viget.*

Poſt bellum Mauritanicum pax in univerſo Orbe Romano fuit. Verum quidem eſt quod ſcribit Capitolinus in Marco cap.13. *Dum Parthicum bellum geritur, natum eſt Marcomannicum, quod diu eorum, qui aderant, arte ſuſpenſum eſt, ut finito jam Orientali bello, Marcomannicum agi poſſet*; ſed peſtem Marcomannicam expeditionem retardaſſe infra viſuri ſumus. Hujus pacis mentio tam in Nummis M. Aurelii, quam in Nummis L. Veri. Mediobarbus hunc Marci Nummum exhibet: M. Antoninus Aug. Arm. Parth. Max. in poſtica: Tr. P. XX. Imp. IIII. Cos. III. Pax. Cernitur figura dextra ramum, ſiniſtra cornucopiæ tenens. Marcus currenti anno Tribunitiam Poteſtatem XX. ſuſcepit, ideoque & pax eodem anno ſancita. Idem Mediobarbus duos L. Veri Nummos habet in poſtica inſcriptos: Tr. P. VI. Imp. IIII. Cos. II. Pax. Producit & tertium, in quo legitur: Tr. P. VI. Cos. II. Pax. Aug. Viſitur Pax dextra ramum oleæ tenens. Ita ut certum ſit, pacem hoc anno viguiſſe. Et tamen Mediobarbus, qui illos Nummos recitat, eodem anno Chriſti, nempe CLXVI. ait: *L. Verus ad Euphratem iterum proficiſcitur, ubi res contra Barbaros proſpere geſtæ; hinc Imp. IV.* Tum anno CLXVII. ſcribit: *L. Verus poſt quinquennium Romam reverſus cum M. Aurelio de Parthis triumphat.* Quæ omnia a vero abhorrent, ut conſtat ex conjugio L. Veri & Lucillæ anno CLXIII. ut oſtendimus, initio, & quidem *medio belli tempore*, quemadmodum habet Capitolinus in Marco cap.9. quod per quadriennium tantum geſtum eſt, ut docet idem Capitolinus in Vero cap.7. Verum eſt, Capitolinum ſcribere, L. Verum *poſt quinquennium* Romam reverſum; ſed quinquennium illud utrimque incompletum fuit; certumque, præſenti anno, ſaltem majori ejus parte, omnia in Imperio tranquilla fuiſſe. Deinde ſecunda Lucii ad Euphratem profectio eodem anno, quo conjugium illud contigit, ut ex dictis, cum de eo loqueremur, colligere eſt. Ex his corrigendum quod ſcribit Baronius ad annum XVII. M. Aurelii, ſc. uſque ad eum annum nunquam ceſſatum eſſe a bello. Hoc enim & inſequenti anno arma quieverunt.

Baron. an. 179. nu. XL. Spondan. ibid. num. 111.

JESU CHRISTI ANNUS 169. | ANICETI PAP. ANNUS 3. | M. AUR. & L. VER. IMPP. ANNUS 7.

I. Perſecutio in Chriſtianos acrius ſævit.

CEnteſimo ſexageſimo nono Chriſti anno, Coſſ. L. Aurelio vero tertium & Vinidio Quadrato, perſecutio in Chriſtianos jam olim excitata acrius recrudeſcit, atque ferocius ſævit. Quo enim ſe erga deos ſtudioſiorem M. Aurelius præbuit, eo in illorum hoſtes, ac quos diceret impios Chriſtianos, ſe inhumaniorem exhibuit. Hoc ſiquidem anno, cum magnus metus ex Marcomannico bello immineret, idem Imperator totus fuit in concilianda ſibi numinum gratia: ſiquidem ait Capitolinus (a): *Tantus timor belli Marcomannici fuit, ut undique ſacerdotes Antoninus acciverit, peregrinos ritus impleverit, Romam omni genere luſtraverit, retardatuſque a bellica profectione ſit: celebravit & Romano ritu lectiſternia per ſeptem dies.* Hæc ipſe. At ſi (uti moris erat) iis temporibus quærebantur a diis reſponſa; eadem ſi non vera, ſaltem conficta omnia pariter in necem Chriſtianorum conſpiraſſe, & quaſi prætextu placandorum numinum, illorum hoſtes eſſe tollendos reſpondiſſe, par eſt exiſtimare. Quamobrem qui inter Chriſtianos erant omnium ſpectatiſſimi, eos ad necem petendos ante alios, Imperatorum conſilium fuiſſe videtur.

(a) *Jul. Capit. in Marco.*

Ann. Eccl. Tom. II.

II. Quapropter S. Polycarpus, uſque in hanc diem poſt tot tantaſque perſecutiones ipſis etiam Gentilibus reverendus, poſt alios ad necem tandem vulgi clamore quæritur hoc ipſo anno ſeptimo M. Au-

---

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 920. Olymp. 236. an. 3. A.C. 167.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5660.

☉ 8. E. ☽ 16. P. 23. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 167. *ſecund. Baronium* 169.

SOTERIS PAPÆ 7.

MARCI AURELII, ET L. VERI IMPP. 7.

I. *Conſules.* II. *Quinquennalia L. Veri.*

[1] AD num. I. Coſſ. *L. Aurelius Verus Aug. III. & Quadratus.* Lucii Veri Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam, ob Quinquennalia nempe anno uno dilata, quorum ſolennium multa ſuperſunt veſtigia. Mediobarbus hujus Imperatoris Nummum producit in poſtica inſcriptum: TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. Cernitur Victoria ſtans ad arborem, in qua clypeus, in quo VIC. PAR. id eſt, *Victoria Parthica.* Quia ſc. annis hujuſmodi feſtivitatibus addictis, præcedentium victoriarum memoria renovata. Ibidem in poſtica alterius Nummi: CONG. AUG. IIII. TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. S. C. Repræſentantur duo Impp. in ſubſtructione cum Dea Liberalitate Congiarium diſtribuente figuræ ſcalam aſcendenti. Congiarium autem in Quinquennalibus ſimilibuſve feſtis populo diſtribui ſolitum. Denique in averſa parte Nummi M. Aurelii legitur: TR. P. XXI. IMP. IIII. Viſuntur duo Imperatores in quadriga, quam præcedit triumphalis pompa. Mediobarbus ait, Nummum ad triumphum de Armenis & Parthis hoc anno actum, referendum eſſe. Sed ſine dubio fallitur, cum jam anno ſuperiori pax ſancita fuerit, ideoque & triumphus ductus. Ad refricandum itaque utriuſque Imperatoris triumphi memoriam Numiſma illud percuſſum.

III. *Perſecutio Chriſtianorum.* Baron. nu. 1.

Euſebius in Chronico quartam perſecutionem Chriſtianorum hoc anno conſignat, cujus etiam meminit Idacius in Faſtis ſub hujus anni Conſulibus. Ex quo aliud Quinquennalium L. Veri habemus indicium, perſecutiones enim in Decennalibus & id genus feſtis de more excitatæ.

IV. *Martyrium Polycarpi.*

Ad num. II. & ſeqq. Valeſius in Notis ad lib. 4. Euſebii exiſtimat cum hoc Scriptore, S. Polycarpi martyrium hoc anno contigiſſe, eumque die

---

NOTÆ

[1] COſſ. *L. Aurelius Verus Aug. III. & Quadratus.* Vetus lapis apud Sponium in Miſcellan. pag. 268.

IMP. CAESARI. L. AURELIO. VERO
AUG. ARMENIACO. MEDICO
PARTHICO. MAX. TRIB. POT.
VII. IMP. VIII. (lege IIII.) COS. III.

Nummus *L. Veri* in muſeo Theupolo pag. 535. & 536. cum epigraphe. L. VERUS. AUG. ARM. PARTH. MAX. & in poſtica: TR. POT. VII. IMP. IIII. COS. III. De *L. Vero* in hunc annum jam COS. III. deſignato, vetus lapis inter antiquas inſcriptiones Etruriæ P. I. pag. 310. n. 51.

IMP. CAESARI. DIVI. ANTONINI. PII. FIL.
DIVI. HADRIANI. N..... DIVI. TRAIANI. PARTHIC.
..... DIVI. NERVAE. ABNEPOTI. L. AURELIO
VERO. AUG. ARMENIAC. PARTHIC. MAXIMO
MOEDICO. TR. POT. VI. IMP. V. (forte III.) COS. II.
DESIGNAT. III. &c.

Blanchinus figlinam ex Fabretto pag. 501. n. 52. affert, ubi legitur. LUCIO. QUADRATO. COS. At ad *L. Quadratum* conſulem anno Chriſti 142. ſpectare poteſt. Faſti Idatii & Vindebonenſes: *Vero III. & Quadrato.* Proſperi Chronicon; *Vero IV. & Quadrato.* Ergo prænomen *Quadrati* in medio relinquendum eſt.

Aurelii Antonini, ut de eo ſcribit Euſebius. Porro res geſta ab eodem Euſebio (*a*) Euſeb. l. 4. c. 14. Polycarpi martyrium. (*a*) ex litteris Smyrnenſis Eccleſiæ in hunc modum deſcribitur: Eodem tempore Polycarpus, cum Aſia maximis perſecutionum procellis turbaretur, martyrio ſupremum vitæ diem egit. Cujus quidem vitæ exitum, litterarum monumentis adhuc conſervatum, in hac noſtra hiſtoria memoriæ prodere in primis neceſſarium arbitror. Eſt autem epiſtola ex perſona Eccleſiæ Smyrnenſis, cui præfuit Polycarpus, Eccleſiis Ponti ſcripta; quæ ad ejus martyrium ſpectantia, perſpicue docet his verbis:

III. Epiſtola Smyrnenſis Eccleſiæ. *Eccleſia Dei quæ Smyrnam incolit, Eccleſiæ quæ eſt Philomilii, & aliis omnibus ſanctis & Catholicis Eccleſiis, quæ ubique gentium ſunt miſericordia, pax, & charitas Dei Patris & Domini noſtri Jeſu Chriſti affatim impleatur. Scripſimus vobis, fratres quæ videbantur pertinere cum ad alios martyres, tum ad beatum Polycarpum: qui quidem perſecutionis flammam contra Eccleſiam incenſam, ſanguine ſuo copioſe per martyrium effuſo, penitus reſtrinxit. Iſtis deinceps, antequam in martyrii Polycarpi explicationem ingrediantur, ea quæ ſpectant ad cæteros martyres, ordine narrant, & qualem quamque celſam erectamque animorum firmitatem ad dolorum morſus tolerandos oſtenderint, ſcite deſcribunt. Nam (ut epiſtola loquitur) qui undique circumſiſtebant, cum coram cernerent illos partim flagris ad intimas uſque venas & arterias dilaceratos, ſicut jam viſcera, aliaque occultiora membra intimis corporis receſſibus abdita, oculis omnium ſubjicerentur, partim buccinorum teſtis e mari deportatis, & lapillis quibuſdam præacutis ſubſtratis afflictos, & per quodque ſuppliciorum & tormentorum genus raptatos, & beſtiis denique immanibus ad dilaniandum traditos: cum coram (inquam) cernerent illos hæc omnia tam toleranter ſuſtinuiſſe, incredibili prope admiratione obſtupuerunt.*

IV. Germanici certamen. *Inter quos Germanicum quemdam, qui divina gratia roboratus, imbecillitatem animi naturaliter inſitam, quæ efficit ut corporis mortem vehementer extimeſcamus, erexit, recreavitque, propter eximiam & ſingularem ejus conſtantiam, facile primas tuliſſe memorant. Nam cum Proconſul illi perſuadere conaretur, proponeret ætatem, & magnopere flagitaret, ut, cum jam adoleſcens eſſet, & in ipſo ætatis flore conſtitutus, ſui ipſius miſericordiam caperet: eum illa minime curaſſe, ſed abjecta cunctatione, feram parato animo attraxiſſe ad ſe, & prope eam in corporis ſui lamatum impuliſſe, quo celerius ab hac injuſta & impia vita liberaretur. Verum quamquam univerſa multitudo tum divini & cæleſtis hujus martyris fortitudinem & conſtantiam propter egregiam, & generoſam mortem magnopere admirabatur, tum univerſam univerſi generis Chriſtianorum virtutem vehementer ſuſpiciebat: tamen ſubito una hoc pacto omnes cœpiſſe conclamare: Tolle impios: Quæratur Polycarpus. Quinetiam cum permagna turba iſtis populi clamoribus de Chriſtianis conquirendis facta eſſet, Phrygem quemdam nomine Quintum, qui nuper e Phrygia advenerat, ſimulac immanes feras & terribiles præterea cruciatus perſpexerat, molli ac fracto animo obſtupuiſſe, & tandem ſalute prodita, manus præ ignavia dediſſe. Declarat quidem eadem, quam modo citavimus, epiſtola, illum non prudenti animi proviſione & conſilio adductum, ſed temere, & quaſi repentino vento incitatum, cum aliis ad tribunal judicis iviſſe: qui ſimulatque deprehenſus tenebatur, illuſtre & evidens exemplum omnibus propoſuiſſe, ne inconſiderate & imprudenter hujuſmodi rebus ſe aliquando objicerent. Sed iſto modo de illorum martyrum exitu a nobis expoſitum ſit.*

V. *Polycarpum autem qui maximam omnibus admirationem ſui excitabat, primum ut iſta de martyribus audierat, pacato & tranquillo animo perſtitiſſe, & vultum omnemque mentis ſtatum conſtantem & immobilem*

PAGIUS die XXIII. Februarii, quo colitur in Martyrologiis Latinis, & in Menæis Græcis, paſſum eſſe: præferenda tamen Uſſerii ſententia in Diſſert. de Macedonum & Aſianorum anno ſolari cap. 3. quam probat ex ipſis martyrii Polycarpi Actis, quæ extant apud Euſebium lib. 4. cap. 15. ubi dicitur Polycarpus, poſtquam captus, deductus in civitatem, *die magni Sabbati*, cujus etiam diei in Actis *S. Pionii* Martyris mentio, quod de Sabbato Paſcha proxime antecedenti intelligendum. Neque enim Chriſtiani aliud umquam Sabbatum ita appellarunt, quam illud quod Paſchalem ſolennitatem antecedebat. Porro anno Chriſti CLXIX. terminus Paſchalis juxta Alexandrinos fuit Martii die XXIX; Calippicus vero die Martii XXX. vel XXXI. Sabbatum, quod Lunam hanc XIV. anteceſſit, in Martii diem XXVI. incurrit, ſeu in diem VII. Kalendas Apriles; quo die paſſum eſſe Polycarpum docet Auctor Chronici Alexandrini, qui Æliano & Paſtore Coſſ. anno ſc. Chriſti CLXIII. ait: *Quos inter* (nempe Martyres) *Smyrnæ Pontifex Polycarpus Joannis Apoſtoli diſcipulus, a quo creatus erat Epiſcopus, captus ab Herode Irenarcho Nicetæ filio, Tatio Quadrato Proconſule VII. Kal. Aprilis in profeſto Paſchæ ipſo Sabbato hora VIII. in medium adductus, vivus igne concrematus eſt, cum ageret annum VII. ſupra octogeſimum.* Diem itaque martyrii S. Polycarpi nobis conſervavit Auctor Chronici Alexandrini, licet in anno, quo paſſus eſt, erraverit. Obſervat autem Uſſerius Smyrnæos a die XXV. Menſis Martii menſem Xanthicum exorſos eſſe.

V. *Annus hujus martyrii obſcurus.* Valeſius, temporaria nota, quæ magno Sabbato exprimitur, neglecta, ſeu potius contemta, ait, cum Smyrnæi paulo ante Pionii martyrium Principatu Decii Imperatoris, id eſt, octoginta circiter annis a paſſione Polycarpi, hujus Sancti Natalem VI. Kalendas Martii celebrarint, ut ex

co-

Polycarpi receſſus. *lem conſervaſſe. Et quamvis in animo haberet illa in civitate manere; tamen familiaribus petentibus, obſecrantibuſque ut ſe inde ſubduceret, demum morem geſſiſſe: ad villam non longe ab urbe diſtantem progreſſum eſſe, ibique cum paucis amicorum commoratum; & dies noctesque nihil aliud molitum, quam preces obnixe atque inſtanter ad Dominum fundere: quibus quidem ſupplex efflagitabat (hoc enim erat illi ſemper in more poſitum) ut pax tranquilla concederetur Eccleſiis. Ac triduo antequam prehenderetur, cum in precibus attente poſitus, ſomno oppreſſus eſset, nocte in viſione ſecundum quietem vidiſſe dicitur cervical flamma accenſum de repente conſumi, conficique. Qua quidem re e ſomno excitatum, ſtatim viſum ſuum iis, qui una aderant, expoſuiſse; & quod futurum erat, mente fere præſagientem, aperte ſuis prædixiſſe neceſſariis; ſe, flammarum incendiis corpori circumjectis, vitam pro Chriſto profundere oportere. Tandem igitur cum illi, qui eum omni cura & diligentia conquirebant, inſtarent; iterum incredibili ſtudio & amore erga fratres compulſum, in aliam villam ſe tranſtuliſſe ferunt: quo quidem non longo tempore poſt, qui illum inſequebantur, recta perveniſſe, duoſque illius loci pueros comprehendiſſe, atque alterius illorum indicio, ubi verberibus eum ceciderant, ad Polycarpi diverſorium acceſſiſſe.*

VI. Polycarpus invenitur. *Qui ſub crepuſculum adventantes, certiores fiebant, eum in ſuperiori conclavi aſſidere. Ex quo loco licet perfacile in aliam domum ſe recipere potuiſset, noluiſſe tamen, ſed dixiſſe: Fiat voluntas Domini. Quem ſereno ac placido vultu collocutum eſſe: ut qui viſum antea ignoraſſent, cum oculos in canam ejus & ingraveſcentem ætatem, in venerandam quoque & conſtantem vultus moderationem conjeciſsent, viderentur ſibi rem permiram videre; rogarentque a ſe ipſi mutuo. Tanta ne, quæſo, feſtinatio in tali ſene prehendendo ſuſcipi debuiſſet? Iſtum autem, abjecta cunctatione, primum menſam illis actutum apponi juſſiſſe; deinde oraſse, ut cibum large & affatim ſumerent: unamque horam, quo libere orationi vacaret, poſtulaſſe: qua ei conceſſa, ſurrexiſſe, & gratia Domini cumulate repletum, adeo ardenter precatum eſse, ut, qui præſto illum audirent orantem, admiratione prope obſtupeſcerent, compluresque illorum tam ſpectatum, tamque eximia & divina virtute præditum ſenem morte affici vehementer condoleſcerent. Poſt iſta, reliqua illius hiſtoria eſt ad verbum in eadem Epiſtola explicata.*

Ut primum finem precandi fecerat, & memoria repetierat omnia quæcumque illi in vita aliquando contigiſsent, ſive magna illa fuiſſent, ſive exigua, ſive glorioſa, ſive ingloria; & totam denique Eccleſiam Catholicam per univerſum Orbem diſperſam precibus Deo commendaverat: cumjam hora abeundi inſtaret, ſatellites eum aſino impoſitum, verſus urbem die feſto magni ſabbati adduxerunt. Herodes, qui Præfectus pacis dicebatur, & pater illius Nicætes, illi obviam prodiere: qui ubi illum ad ſe in rheda tranſtulerunt, prope eum aſſidentes, ei perſuadere conati ſunt ad hunc modum: Quid mali eſt, iſtud dicere, Domine Cæſar, & illi ſacrificare, & ſic tandem ſalvum evadere & incolumem? Polycarpus vero nullum dedit reſponſum: ſed illis magis inſtantibus, ſic tandem locutus eſt: Non facturus ſum aliquando, quod mihi conſulitis. Iſti igitur ſpe illius in ſuam ſententiam pertrahendi dejecti, contumelioſa verba in eum jaciunt, & tanta cum celeritate de curru præcipitant, ut inde delapſus tibiam magnopere laceraret, læderetque. At ille ea de re minime laborans, quaſi nihil mali fuiſſet perpeſſus, lubenti animo a ſatellitibus ductatus, ſatis incitato gradu ad ſtadium proficiſcitur. VII. Polycarpus perducitur Smyrnam.

PAGIUS eorum epiſtola, quam recitat, liquet, dubitandum non eſſe de die martyrii hujus. At infirma hæc ratio; Sanctos enim aliis poſtea diebus, quam quibus paſſi ſunt, cultos fuiſſe, innumera exempla demonſtrant. Deinde ex Ariſtide lib.4. Orationum ſacrar. conatur oſtendere, Polycarpum præſenti anno martyrium ſubiiſſe. Ariſtides enim, inquit, indicare videtur, *Statium Quadratum*, non vero *Tatium*, (ut perperam legitur in Chronico Alex.) præſenti anno Proconſulatum Aſiæ geſſiſſe, cum dicit, paulo poſt peſtem illam, quæ in Aſia graſſata eſt, Severum Proconſulem fuiſſe. Euſebius in Chronico eam peſtem confert in annum VIII. M. Aurelii: proinde *Severus* anno hujus Imperatoris IX. Proconſul Aſiæ fuit. Ante Severum proximo anno Proconſul fuerat *Pollio*, ut ibidem teſtatur Ariſtides. Proxime vero ante Pollionem Proconſul Aſiæ fuerat *Quadratus*. Sic enim Ariſtides in eadem Oratione, ubi poſtquam ea retulit, quæ Pollione Proconſule ſibi acciderant: *Age*, inquit, *quaſi per ſcalam progredientes, id quod ante hæc contigit, memoremus. Cum Sophiſta ille, cujus paulo ante memini, Proconſul eſset*, &c. Hic Sophiſta ſine dubio *Quadratus* eſt, cujus mentionem antea fecit Ariſtides in eadem Orat.4. ubi etiam eum Rhetorem appellat. Sic *Quadratus* Proconſul Aſiæ fuit anno VII. Imperatoris Marci, præſenti nempe, quo ſub Quadrato Polycarpus paſſus eſt. Ita Valeſius. Sed incertum, an Ariſtides loquatur de priori peſte, quæ anno VII. M. Aurelii contigit, an vero de alia peſte, quæ anno CLXXI. graſſata eſt, de qua Euſebius in Chronico mentionem facit. Quod ſi de poſteriori ſermonem habeat, ut veroſimile eſt, Ariſtides noſtræ ſententiæ manifeſte favet. Quare ex hoc Auctore nihil certi deduci poteſt.

Lues multas Provincias occupavit, Roma ex parte vexata, ut ait Euſebius in Chronico, de qua Baronius anno ſequenti. VI. *Lues.*

tur. Quod vero Smyrnenſium epiſtola hic meminerit de Herode pacis Præfecto; num fortaſſe hic ille Herodes Atticus, qui his temporibus ſub M. Aurelio floruit inter Græcos clariſſimus orator, cujus meminerunt Julius Capitolinus (*a*), & Gellius (*b*), qui & præfectus pacis ſit dictus, eo quod munus illud obierit, ut tumultus ubique locorum inter cives, Gentiles & Chriſtianos (quos dictum eſt magnopere increbuiſſe) aliquo modo componeret. Sed ad Polycarpum redeamus. In eadem Smyrnenſium epiſtola hæc ſequuntur.

Herodes Atticus. (*a*) *Jul. Capit. in Marco.* (*b*) *Gell. l. 1. c. 2.*

VIII. *Polycarpo igitur in ſtadium ingredienti, vox e cælo demiſſa dixit: Fortis eſto Polycarpe, & excelſo animo rem gere. Eum, a quo eſſet vox profecta, vidit nemo: vocem autem multi e noſtris audierunt: ſed propter tumultum in ſtadio concitatum, multitudo omnino eam audire non potuit. Illo igitur ad judicem deducto, ſimulatque intellectum erat Polycarpum fuiſſe comprehenſum, ingens tumultus ciebatur. Ex quo Proconſul, ubi acceſſit, ſciſcitatus eſt: Tu es Polycarpus? Polycarpus ſe eumdem eße fatebatur. Tum ſuadere Proconſul, ut Chriſtum negaret, ſic locutus: Reverere ætatem tuam: & alia his ſimilia, quæ ab ejuſmodi viris dici ſolent: Jura per Cæſaris fortunam. Reſpice dic: Tolle impios. Polycarpus gravi & conſtanti vultu in univerſam multitudinem, quæ erat in ſtadio, intuens, & manus verſus eos tendens cum gemitu, oculis in cælum ſublatis, dixit: Tolle impios. Præſidi, cum amplius inſtaret, diceretque, Jurato, convitiis Chriſtum afficito, & te dimittam: Reſpondit Polycarpus: Octogintaſex annos illi jam inſervivi, & nullo me hactenus affecit incommodo: quomodo igitur Regem meum, qui me ad hoc uſque tempus ſervavit incolumem, contumelioſis verbis poſſum afficere? Proconſule denuo urgente, ac dicente, Jura per Cæſaris fortunam: Polycarpus, Si, inquit, ad inanem oſtentationem requiris, ut per Cæſaris fortunam jurem (ſic enim vocas) & me, qui ſim, ignorare prætefers, ſic (ut libere & ingenue loquar) accipito: Chriſtianus ſum. Quod ſi placet Chriſtiani profeſſionem cognoſcere: da mihi diem, & audies.*

Polycarpus in ſtadio pugnat.

IX. Quod tantopere Proconſul extorquere conaretur a Polycarpo, ut juraret per fortunam Cæſaris, eam puto adduci poſſe rationem, quod invaluiſſet penes Gentiles (ut teſtatur Tertullianus *c*), & alii qui pro illis ſcripſerunt Apologias) opinio, Chriſtianos de regno aſſidue loquentes & Chriſto venturo, eſſe Imperii perduelles, & moliri ab Imperatore defectionem. Quamobrem ab eis juramentum, quod ſubjecti Regibus præſtare ſolerent, Præſules provinciarum in hunc modum exigere conſueverunt. Porro ſic jurabant Chriſtiani principibus, ut tamen a deorum nominibus (ut idem Tertullianus (*d*) ait) abſtinerent. Sed de his alias inferius pluribus. Pergit deinceps quæ ſubſecuta ſunt in hunc modum epiſtola.

Cur a Polycarpo juramentum exigitur. (*c*) *Tert. in Apol. Juſt. ad Anton. Arnob. & alii.*

(*d*) *Tert. in Apol. c. 32.*

X. *Tum Proconſul: Iſtud, inquit, perſuade populo. Tibi equidem (inquit Polycarpus) rationem, & ſententiam meam aperire non gravabor: magiſtratibus enim & poteſtatibus a Deo conſtitutis eum honorem, qui noſtrarum animarum ſaluti, noſtræque religioni nihil affert detrimenti, pro dignitate tribuere docemur: ſed illos non ſatis dignos exiſtimo, quibus de fide noſtra per reſponſum ſatisfaciam. Et Proconſul: Beſtias, inquit, habeo in promptu: iſtis te obiiciam laniandum, niſi te mature pœnituerit. Accerſe, inquit: nam nobis rata & decreta ſtat ſententia: & multum ab eo abſumus, ut aliquando animo mutato nos meliorum pœniteat, & deteriora ſequamur. A ſævitia & crudelitate ad æquitatem & modeſtiam traduci, eſt pulchra ſane mutatio. Ad quem rurſus Proconſul: Te, inquit, ardentibus flammarum incendiis domitum & manſuetum reddam, ſi beſtiarum laniatus contemnas, & non reſipiſcas ocyus. Tum Polycarpus: Ignem, inquit, mihi minitaris, qui ad tempus exardeſcit ille quidem, ſed paulo poſt penitus extinguitur: verum ignem illum futuri judicii, ad perpetuum impiorum ſupplicium & cruciatum reſervatum, omnino ignoras. Sed quid cunctaris? profer beſtias aut aliud quod lubet. Iſta & alia complura locutus, tanto vultus decore & gratia imbutus eſt, tantaque animi fidentia & alacritate expletus, ut his, quæ ei eſſent tam minaciter objectata, non modo non conturbatus ſuccumberet, ſed contra certe illum ipſum Proconſulem admirabili ſua conſtantia & gravitate prorſus obſtupefaceret. Proconſul præconem mittit, qui in medio ſtadio iſtud ter prædicaret: Polycarpus profeſſus eſt, ſe Chriſtianum eſſe.* Per præconem namque ſolitum interloqui judicem, leges (*e*) antiquæ declarant. Sed ſequitur:

Polycarpus quid cum Proconſule.

(*e*) *l. funſtibus. C. ex quibus cauſ. infam. irrog.*

XI. *Quæ vox cum a præcone eſſet emiſſa, univerſa tum Gentium, tum Judæorum multitudo, qui Smyrnam incolebant, animi impetu & bile effrenata exardeſcens, alta voce clamare: Iſte eſt Aſiæ doctor: Iſte Chriſtianorum pater: Iſte noſtrorum deorum everſor: Iſte denique eſt, qui adeo multos perdocuit, ut neque diis ſacrificent, neque eos adorent. Quæ cum eſſent locuti; vociferari, & rogare Philippum munerarium, ut leonem, qui Polycarpum diſcerperet, emitteret. Hic vero reſpondere, non eſſe ſibi integrum: quoniam fratrum jam certamina confecta erant. Tunc illis viſum eſt, uno conſenſu clamando inſtare, ut Polycarpus vivus in rogum conjiceretur.*

Gentiles & Judæi clamant in Polycarpum.

Ita

Ita enim factum oportuerat, ut viſio, quæ de cervicali illi apparuiſſet, compleretur (quod quidem cum ardens videret, Deum precatus paululum, ad Fideles tandem, qui cum eo erant, ſe convertit; & mente, prophetico more, futura præſagiens dixit: Me vivum oportet cremari). Iſta igitur erant tanta cum celeritate ſuſcepta, ut dicto pene citius propterea geri viderentur, quod cum frequens hominum turba & ex officinis & ex balneis ligna fermentaque actutum coacervabat, tum maxime Judæi ad hoc facinus (ſic enim illorum mos in ejuſmodi negotio erat) operam propenſo animo conferebant.

XII. *Polycarpi per ignem Martyrium.*

Verum ubi rogus extructus & paratus erat, Polycarpus, ſoluto cingulo, & omnibus veſtibus exutus, calceos etiam ſibi extrahere cœpit: quod quidem antea non aliquando facere conſueverat, propterea quod ſinguli Fideles magno ſtudio inter ſe contendebant, quis primum ei in eo munere inſerviens corpus illius poſſet contrectare: nam in toto ætatis curriculo etiam ante caniciem propter vitam honeſte actam probeque moratam, magnopere colebatur. Paulo poſt igitur inſtrumenta, quibus in rogo firmus teneretur, apparata corpori illius circumjiciuntur: & cum illum clavis vellent affigere, dixit: Sinite me hoc modo: nam qui mihi patientiam ad ignis flammas ſuſtinendas pro ſua clementia largitur, largietur etiam, ut ſine commiſſuris clavorum, quibus me affigere ſtatuiſtis, conſtans abſque ulla corporis commotione ego adhæreſcam. Idcirco illum non clavis, ſed ſolum vinculis colligarunt. Qui manibus a tergo circumplicatis conſtrictiſque, tamquam aries inſignis ex immenſo grege delectus, ut holocauſtum gratum & acceptum fieret Deo omnipotenti, ſic locutus eſt:

XIII. *Oratio Polycarpi.*

Pater dilecti & benedicti Filii tui Jeſu Chriſti, per quem tui cognitionem accepimus, Deus Angelorum & Poteſtatum, Deus totius creaturæ, & juſtorum cujuſque generis, qui vivunt in conſpectu tuo, tibi gratias ago, quod me hujus diei & horæ celebritate donaſti, in qua tum in martyrum numero, tum in calice paſſionis Chriſti tui tormentorum particeps fiam, in reſurrectionem vitæ æternæ, tam animæ quam corporis, per immortalem ſpiritus ſancti virtutem: inter quos quæſo martyres hodie in conſpectu tuo pro hoſtia pingui & accepta admittar, ſicut præparaſti, præſignificaſti, & jam tandem compleviſti, qui Deus verus es & omnis mendacii expers. Ac propterea præ cæteris omnibus te laudo, te benedico, te glorifico per Jeſum Chriſtum dilectum filium tuum, Pontificem æternum, per quem tibi cum Spiritu ſancto gloria nunc & in futura ſæcula ſæculorum. Amen. Hanc vocem, Amen, ubi emiſerat, & orandi finem fecerat; carnifices, quibus ignes inſtruendi cura imponebatur, rogum incenderunt.

XIV. *Miracula in Martyrio Polycarpi.*

Qui ubi ardentem flammam effuderat, miraculum ingens iis, quibus idem videre a Deo conceſſum fuit, quique ad ea, quæ gerebantur, cæteris Fidelibus in poſterum enarranda, erant reſervati, viſum eſt. Ignis enim fornicis ſpeciem gerens, tamquam velum navigii ventorum flatibus turgeſcens, corpus martyris undique obvallabat. Ille in medio conſtitit, non tamquam caro exuſta, ſed tamquam aurum & argentum in camino ignis ardore probatum. Quinetiam tantum & tam fragrantem odorem inde hauriebamus, ut idem velut ex thure odorifero, aut alio quovis pretioſo aromate, efflatus videretur. Ad extremum igitur, cum nefarii & impii homines ejus corpus ab igne minime poſſe conſumi viderent: carnifici mandata dederunt, ut propius ad rogum progreſſus, illum enſe ſtricto confoderet. Qua re confecta, tanta cruoris copia effluxit, ut ignem prorſus extingueret, & univerſa multitudo quæreret ſecum magna cum admiratione, utrum tantum eſſet diſcriminis inter fideles & electos: ex quorum numero iſte Polycarpus unus erat, vir noſtris temporibus omnium facile præſtantiſſimus, Catholicæ Smyrnenſis Eccleſiæ Epiſcopus, doctor Apoſtolicus, & Propheta pius. Nam quodcumque verbum ex ejus ore exibat, idem vel jam expletum erat, vel poſtea pro certo explendum.

XV. *Piorum ſtudium erga Sanctorum reliquias.*

Invidus igitur, odioſus, & juſtorum hominum generi ſemper infeſtus diabolus, cum martyrii ejus amplitudinem, cumque incorruptam & integram uſque a teneris unguiculis vivendi rationem, immortalitatis corona remuneratam, eumque ipſum propterea ſtabili & certo præmio vitæ æternæ donatum cerneret; omni cura & cogitatione eo incubuit, ne corpus ejus a nobis inde auferretur: idque adeo, ut permulti e noſtris permagna cupiditate ducerentur & ejus rei efficiendæ, & ſanctæ illibatæque carnis perfruendæ. Nam certi homines Nicetem patrem Herodis, Dalcæ fratrem, ſubmonebant, ut Præſidem exoraret, ne corpus ejus cuiquam daret: Ne Chriſtiani, inquiunt, Crucifixo illo relicto, hunc venerari incipiant. Atque hæc Judæis ſubmonentibus, obnixeque inſtantibus, aggreſſi ſunt. Judæi autem nos, quibus in animo erat illum ex igne eximere, accurate obſervabant. At illud miſeri penitus ignorabant, nimirum nos non aliquando in animum poſſe inducere, ut vel Chriſtum deſeramus, qui pro ſalute omnium, qui in mundo ſalvi futuri ſunt, crucis tormenta perpeſſus ſit, vel alium quempiam aliquando colamus ut Deum. Illum enim, qui vere Dei Filius eſt, adoramus:

mar-

martyres vero, ut diſcipulos & imitatores Domini, propter incredibilem eorum benevolentiam, quam in proprium Regem & magiſtrum declaraverunt, merito amplexamur; quorum cum in pietate diſcipulos, tum conſortes in gloria fore optamus.

XVI. Reconditæ Polycarpi reliquiæ.

Centurio autem, cum videret Judæos inſtare contentius, corpus martyris in medio poni, & (ut Gentium mos fert) igne comburi jubet. Sic nos poſtea oſſa ejus, lapillis pretioſis auroque puriora ex cineribus ſelecta eo loco repoſuimus, qui illis erat decorus, conſentaneuſque. Ubi ſane nobis, aliquando in unum coactis Dominus præſtabit, ut celebrem ejus martyrii diem, inſtar natalis feſti, cum exultatione & gaudio quantum fieri poteſt maximo recolamus: idque cum ad martyrum memoriam, qui antea tale certamen confecerunt: tum ad eorum exercitationem, mentiſque ad talem conſtantiam præparationem, qui poſtea eo genere mortis Chriſtum ingenue confeſſuri ſunt. Hactenus epiſtola Smyrnenſium Eccleſiæ apud Euſebium ex verſione Chriſtophorſoni, a qua

(a) Euſeb. l. 4. c. 15. verſ. Ruf.

tranſlatio Ruffini (*a*), in his præſertim quæ ad finem ſunt poſita, reperitur aliquantum diverſa, utpote (quod exiſtimandum eſt) ex diverſo textu Euſebii comparata: nam hæc poſtrema ipſe ſic vertit:

Cultus reliquiarum, & celebratio dierum Natalium SS. Martyrum.

Ambuſta oſſa, pretioſiſſimis gemmis chariora, & omni auro probabiliora per ignem facta, collegimus, & ſicut conveniebat, ex more condidimus. Quo in loco etiam nunc, præſtante Domino, ſolemnes agimus celebreſque conventus, maxime quidem in die paſſionis ejus. Sed & cum eo eorum memorias, qui prius paſſi fuerant, celebramus, ut ſequentium animi ad præceſſorum viam exemplis inſignibus ſuſcitentur. Hæc Ruffini verſio. Sed ex utraque antiquus mos Eccleſiæ tum in condendis ac venerandis ſacris ſanctorum martyrum reliquiis egregie commendatur, tum etiam de celebrandis diebus feſtis natalium eorumdem vetus traditio teſtata ac in omnibus explorata redditur.

XVII. (b) Euſeb. l. 4. c. 14. verſ. Chriſtoph.

Sed proſequamur cætera: ſubdit enim mox Euſebius (*b*) hæc ipſa: *Iſta de beato Polycarpo, qui Smyrnæ matyrium obivit, cum aliis duodecim ex Philadelphia profectis, qui idem genus mortis lubenter pertulerunt, litteris mandata ſunt. Qui ſolus præ cæteris multo maxima nominis celebritate apud omnes floruit, uſque adeo ut ipſis Gentibus ubique locorum frequens in ore & ſermone verſetur. Talem quidem exitum res ab admirabili & Apoſtolico Polycarpo geſtæ tandem conſecutæ ſunt, cujus hiſtoriam in ea quam declaravimus, epiſtola fratres Eccleſiæ Smyrnenſis accurate narrarunt.* Hucuſque ipſe de rebus Polycarpi ex dicta epiſtola Smyrnenſis Eccleſiæ; quæ quidem Acta publice legi conſueviſſe in Eccleſia, ut quæ fideliſſime ac ſinceriſſime ſcripta eſſent, teſtatur Gregorius Turonenſis in libro de Gloria Martyrum (*c*).

(c) Greg. Tur. de Gloria mart. c. 80.

XVIII. Scripta Polycarpi.

His igitur de Polycarpi martyrio enarratis, reliquum eſt, ut de iis, quæ ab eo ſcriptorum monumentis tradita ſunt, pauca dicamus. Jam ſuperius mentio habita eſt de epiſtola ab eo ſcripta ad Philippenſes; quam etiam legi publice in Eccleſia, antiquum uſum fuiſſe, tradit S. Hieronymus (*d*). Ad hæc addimus, affirmare Suidam, datam fuiſſe ab eodem Polycarpo epiſtolam ad Dionyſium Areopagitam, quæ non extat: haud dubium putamus inter tam inſignes eruditione ac pietate viros interceſſiſſe magnam animorum conjunctionem, ac proinde inter eos (quod commune eſt amicorum omnium) viguiſſe litterarum conſuetudinem, nec intermiſſam fuiſſe, etiamſi idem Dionyſius (ut dictum eſt ſuperius) fuerit amandatus in Gallias. Uſus quidem ille amicitiæ inter Aſianos, Chriſtianos ac Gallos, qui ex epiſtola Eccleſiarum Viennenſis ac Lugdunenſis, ad eos qui in Aſia ſunt Chriſtianos conſcripta, optime declaratur (recitaturi ſumus eam paulo inferius) facile ut hæc opinemur, inducit. Rurſum vero non unas illas tantum ad Philippenſes, vel alteras ad Dionyſium litteras ſcriptas fuiſſe a ſanctiſſimo viro Polycarpo, ſed quod vigilans eſſet ejus erga omnes Orientis Eccleſias vel alias ſtudium, ut credamus impellit, complures ab eo ad diverſas Eccleſias datas fuiſſe epiſtolas.

(d) Hieron. de Scrip. Eccl. in Polycarpo.

XIX. Irenæus & Florinus auditores Polycarpi.

Id quidem & S. Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis, qui ab ipſo Polycarpo fuit ſacris litteris imbutus, teſtatur in ea quam ad Florinum, qui olim una ſecum docentem audierat Polycarpum, conſcripſit epiſtolam: cujus quidem partem ab Euſebio (*e*) recitatam, hic deſcribere, operæ pretium exiſtimamus, ait enim: *Iſta dogmata, Florine, ut tecum agam humanitus, ſanæ doctrinæ & ſententiæ non ſunt: iſta dogmata ſunt Eccleſiæ repugnantia, utpote quæ eos, qui illis obſequuntur, in maximam impietatem dejiciant: iſta dogmata ne hæretici quidem, qui erant ab Eccleſia exturbati, umquam affirmare audebant: iſta dogmata presbyteri qui ante nos fuerunt, quique erant ipſorum Apoſtolorum diſcipuli, minime tibi tradiderunt. Vidi enim te, cum adhuc puer eſſem, in inferiore Aſia apud Polycarpum, cum & in aula Imperatoris ſplendide lauteque vitam degebas, & ſedulo te Polycarpo probare nitebaris. Nam ea quæ tum gerebantur, multo firmius inſident, quam quæ nuper præterierunt: cognitio enim, quam a puero combibimus, una cum ætate accreſcit ſimul, & quaſi vinculo cum ipſo animo penitus copulatur: adeo ut & locum in quo aſſidebat beatus Polycarpus cum diſſereret, illius eo adventum, & introitum, & for-*

(e) Euſeb. l. 5. c. 9.

mam,

mam, & modum vitæ, corporis effigiem, diſceptationes, ac ſermones quos ad multitudinem habebat & ut neceſſitudinem & vitæ uſum cum Joanne & reliquis, qui ipſum Dominum vidiſſent, ſe habuiſſe narraret, & quo pacto memoraret eorum ſermones, quum etiam quæ ab illis de Domino audiviſſet, quo modo de miraculis ejus ac virtutibus & de doctrina denique, ſicut ab illis, qui fuiſſent ſuis oculis Verbum vitæ conſpicati, Scripturis vere conſentientia narraret, videar mihi poſſe rite percenſere. Hoc eo tempore per Dei miſericordiam, quam erga me oſtendebat, ſtudioſe & attente audiebam, atque non chartæ & litteris, ſed interiori mentis cogitationi mandabam; & perpetuo, Dei juvante gratia, ingenue & exquiſite recordatione renovo. Atque coram certe jam Deum conteſtari poſſum, illum beatum & Apoſtolicum ſenem Polycarpum, ſi hujuſmodi dogmata forte audiſſet, continuo exclamaturum, & aures obturaturum, ac de more ſuo dicturum fuiſſe: O bone Deus, in quæ me tempora reſervaſti, ut iſta patiar? atque ex eo loco, quo vel ſedens, vel ſtans ea audiſſet, extemplo plane aufugiturum. Itemque ex epiſtolis, quas cum ad vicinas Eccleſias, quo eas confirmaret, tum ad quoſdam fratres, quo eos tum admoneret, tum cohortaretur, miſit, iſta ita ſe habere, manifeſto cognoſci poterit. Hactenus Irenæus apud Euſebium. At de Florini erroribus dicendum pluribus ſuo loco.

XX. Diſcipuli Polycarpi.

Quod autem ad diſcipulos Polycarpi pertinet: præter Irenæum, de quo facta eſt ex ſuis ipſius ſcriptis mentio, & poſt Florinum, qui in impietatis foveam lapſus eſt; in antiquis tabulis Eccleſiaſticis memoriæ proditur (a), Andochium presbyterum, Tyrſum diaconum, & Felicem, ejuſdem Polycarpi diſcipulos, ab ipſo in Gallias eſſe miſſos, eoſdemque apud Auguſtodunum fuiſſe martyrio coronatos. Benignus quoque presbyter, qui martyrium ſubiit (b) apud Divionem, ejuſdem Polycarpi fuit diſcipulus, ab eodemque cum cæteris in Gallias eſt amandatus, ubi tunc videtur conſummaſſe martyrium cum M. Aurelius ob expeditionem Germanicam in Galliis ageret. Mutuam ſane quamdam inter Aſianos Chriſtianos & Gallos interceſſiſſe amoris & conſuetudinis conjunctionem, tum Polycarpi de eis adeo benemerentis declarat ſtudium, tum Lugdunenſium & Viennenſium ad Aſianos de rebus geſtis martyrum litteræ ſcriptæ aperte indicant: de quibus inferius dicturi ſumus. Ex amicitiæ namque uſu inter Dionyſium qui dictus eſt Galliarum Apoſtolus, & Polycarpum, ejuſmodi inter Aſianos & Gallos amicitiæ fœderis occaſionem (quod dictum eſt) proveniſſe putandum. Fortaſſe etiam accidit, ut cum Polycarpus ad Anicetum Romam ſe contulit, hos ſecum ex Aſia duxerit, qui inde prædicandi Evangelii gratia in Gallias fuerint ablegati.

(a) *Martyrol. Roman. & alii 24. Septemb.*

(b) *Martyrol. Roman. 1. Novembr.*

Galli & Aſiani Chriſtiani charitate conjuncti.

XXI. Poſt hæc autem de Polycarpo ab Euſebio recitata, idem hæc ſubdit (c): *Alia etiam aliorum martyria Smyrnæ eodem temporis momento, quo Polycarpus martyrium perpetiebatur, factitata, in eam de eo conſcriptam epiſtolam congeſta ſunt: inter quos Metrodorus presbyter, qui erroris a Marcione inventi fautor eſſe putabatur, in ignem injectus migravit e vita. Ex martyribus item, qui eo temporis obierunt, unus erat Pionius, fama pervagata & multorum præconiis eximius: cujus confeſſiones ſigillatim habitas, cujus ingenuam ſermonis libertatem, cujus Apologias pro fide coram populo & magiſtratibus recitatas, cujus conciones ad docendum accommodatas; cujus benigna his qui perſecutionis acerbitate animis omnino cecidiſſent, humanitatis officia tributa; cujus jucundas & gratas conſolationes, quas in carcere fratribus, qui ad eum ingrediebantur, adhibuit: quæ præterea tormenta ſuſtinuerit, quos in eiſdem dolores toleraverit, quam acerbe clavorum confixus pertulerit, quantam in rogo animi magnitudinem oſtenderit, qualem denique & quam inſignem mortem præter alias omnes res ab eo tanta cum admiratione geſtas ſubiverit: eos, quibus libitum eſt cognoſcere, ad libellum a nobis de veterum Sanctorum martyriis in unum redactis editum, qui quidem omnia facta illius pleniſſime complectitur, amandamus.* Hactenus Euſebius.

(c) *Euſeb. l.4. c.14. prope fin.*

Pionii Martyris acta.

XXII. At hæc ipſa ſic ab eo ſummatim complexa Acta Pionii, eo ordine, quo ab ipſo hic poſita ſunt, fuſius narrata habentur (d): quæ quidem eſſe illa ipſa, quæ ab Euſebio hiſce lineamentis ſunt adumbrata, nulla eſt apud me dubitatio: Sed cum ſincera atque legitima eſſe noſcantur, eaque tum ex publicis Actis Proconſularibus accepta, tum ab iis qui aderant ſimpliciter abſque fuco (quod rarum eſt apud Græcos invenire) conſcripta, eademque conſignata certo die & Conſulibus habeantur: pateat autem ex eis, Smyrnæ Decii Imperatoris tempore eſſe acta: dubitationem non levem afferunt quo modo ab Euſebio ea ad Polycarpi martyrii tempora referantur. Qua in re quid exiſtimem, meam paucis aperiam ſententiam. Cum Græci omnes in Menologio æque profiteantur, Pionium paſſum eſſe ſub Decio; ut credam adducor vel aliter apud eos lectum eſſe textum Euſebii, vel ei afferenti paſſum Pionium Smyrnæ, tempore quo paſſus eſt Polycarpus, minus auſos eſſe adverſari voluiſſe; tamen Euſebium ſignificare, in libello illo de Smyrnenſibus martyribus deſcriptum quoque fuiſſe Pionii martyrium, quod ibidem loci,

(d) *Metaphr. cit. 1. Febr.*

De tempore Martyrii Pionii.

loci, atque etiam eodem anni tempore, non autem quod ſub eodem Imperatore paſſus ſit. Certe quidem quod in iiſdem Actis mentio habeatur de Cataphryga hæretico, & de Metrodoro Marcionita tum martyrium ſubeunte: ea ad hoc ipſum tempus martyrii Polycarpi haudquaquam referri poſſe videntur: nam nondum Cataphrygæ cogniti, atque ut hæretici damnati erant; & ipſe Marcion, ſuæ adhuc ſententiæ incoſtans aſſertor, Romæ (ut diximus) exomologeſes agebat.

XXIII. Quamobrem veluti ex neceſſaria quadam aſſumptione Pionii martyrium referimus ad ea tempora Decii, quæ Conſulibus in ejus Actis poſitis adnotantur: cum ex iis, quæ dicta ſunt, impoſſibile eſſe appareat, ut his Marci Imp. temporibus aptari poſſit. Ipſa igitur quæ diximus Acta Pionii ab Euſebio adeo commendata, eademque germana ſuo loco inferius intexemus: his conſentiunt ea quæ ibidem ita addit poſtremo (*a*) Euſebius: *Sequuntur deinceps in eadem epiſtola facta memoratu digna aliorum martyrum, qui Pergami, quæ eſt urbs Aſiæ, mortem oppetiverunt, Carpi, Papyli, & mulieris Agathonicæ: qui, poſt multas & eximias fidei & religionis noſtræ confeſſiones, martyrio glorioſam mortem aſſecuti ſunt.* Huc uſque ex libello Smyrnenſis Eccleſiæ Euſebius. Porro horum quoque martyrum Acta ſcripta inveniuntur (*b*): in quibus cum legatur hos etiam paſſos tempore Decii, eadem noſtræ ſententiæ favere noſcuntur, nimirum in eodem libello Smyrnenſis Eccleſiæ plures diverſis temporibus paſſos martyres ſcriptos eſſe. At de his ſatis. Quam male autem Romano Imperio a Marco Imp. conſultum fuerit, ut auctis deorum ſacris, & perſecutione in Chriſtianos vehementius inſtaurata, ſic jacerentur belli Marcomannici fundamenta, atque his auſpiciis ejus expeditio pararetur, dicetur anno ſequenti.

(*a*) *Euſeb. l. 4. c. 14.*

(*b*) *Metaphr. die 13. Apr.*

JESU CHRISTI ANNUS 170. ANICETI PAP. ANNUS 4. M. AUR. & L. VER. IMPP. ANNUS 8.

I. CHriſti anno centeſimo ſeptuageſimo, Coſſ. Vettio Paulo & Julio Montano, agente in Imperio M. Aurelio cum collega Lucio Vero annum octavum, *lues magna* (inquit Euſebius *c*) *provincias occupavit, Roma ex parte magna vexata.* Julius Capitolinus (*d*) etiam tempore apparatus expeditionis Marcomannicæ, cum M. Aurelius totus eſſet in conciliandà ſibi deorum gratia, immanem ejuſmodi peſtilentiam exortam tradit, cum poſt recenſitos varios deorum cultus, mox ſubdit: *Tanta autem peſtilentia fuit, ut vehiculis cadavera ſint exportata, ſarraciſque. Tunc autem Antonini leges ſepeliendi, ſepulcrorumque aſperrimas ſanxerunt: quandoquidem caverunt, ut ſi quis vellet, fabricaret ſepulcrum, quod hodieque ſervatur. Et multa quidem millia peſtilentia conſumpſit, multoſque ex proceribus, quo-*

(*c*) *Euſeb. in Chronic.*
(*d*) *Jul. Capit. in M. Aur.*

Peſtis ingens depaſcitur Romanum imperium.

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 921. Olymp. 236. an. 4. A. C. 168.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5661.

☉ 9. DC. ☽ 17. P. 11. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 168. *ſecund. Baronium* 170.

SOTERIS PAPÆ 8.

MARCI AURELII ET L. VERI IMPP. 8.

I. Conſules. (1) AD num. I. Coſſ. *L. Vettius Paullus*, & *T. Junius Montanus*, ex Inſcriptione Onuphriana poſita III. Kal. Jun. Paullo & Montano Coſſ. & ex libro Cuſpiniani. Caſſiodorus tamen, Faſti Græci, & Cæſarei habent Apronianum & Paullum, quia forſan Apronianus idem eſt cum Montano.

II. *Tricennalia Imperii Cæſarei Marci.* Imperii Cæſarei Marci Tricennalia in hunc annum incidunt. Morellius V. C. Nummum æreum majoris magnitudinis mihi Pariſiis oſtendit, in cujus antica legitur: L. VERUS AUG. ARM. PARTH. MAX. Viſiturque caput Veri laureatum. In poſtica, TR. P. VIII. IMP. IIII. COS. III. Repræſentatur triumphus M. Aurelii & L. Veri, qui ambo cernuntur in quadrigis, comitantibus militibus. Renovata itaque in Tricennalibus Imperii Cæſarei M. Aurelii, triumphi Par-

NOTÆ (1) COſſ. *L. Vettius Paullus*, & *T. Junius Montanus*. Lapis apud Ferretum in Muſ. lapid. pag. 27.

DEDIC. III. KAL. IUL.
L. VETTIO. PAULLO
T. IUNIO. MONTANO. COS

Eandem inſcriptionem, paucis immutatis, habet in Faſtis Panvinius. Faſti Idatiani, & alii: *Aproniano*, & *Paulo*. Faſti Græci Theonis inter Diſſertationes Cyprianicas: *Aproniano II. & Paulo II.* Vides in vulgatis Faſtis, nullam *Montani* mentionem fieri, in cujus locum ſuffectum nonnulli malunt *Apronianum*. Vide Tillemontium Hiſtor. Imp. tom. II. pag. 359. & 557.

quorum ampliſſimis Antoninus ſtatuas collocavit: tanta quidem clementia fuit, ut ſumptu publico vulgaria funera juberet efferri. Hæc ipſe breviter admodum & ſubobſcure. Ejuſmodi de ſepulcris latæ a Marco leges periiſſe videntur; cujus tantum ab Ulpiano hoc citatur reſcriptum (*a*): *Divus tamen Marcus reſcripſit, nullam pœnam meruiſſe eos, qui corpus defuncti in itinere per vicos aut oppida transvexerunt: quamvis talia fieri ſine permiſſu eorum, quibus permittendi jus eſt, non debeant*.

(*a*) *l.* 3. §. *Divus ff. de ſepul. viol.*

II. *Peſtis unde egreſſa.*

De eadem quoque peſtilentia, ejuſque origine, idem Capitolinus hæc alibi (*b*), cum agit de Lucio Vero: *Fuit ejus fati, ut in eas provincias, per quas rediit, Romam uſque luem ſecum deferre videretur. Et nata fertur peſtilentia in Babylonia, ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, quam miles forte inciderat, ſpiritus peſtilens evaſit, atque inde Parthos, Orbemque compleſſe*. Quam juſto Dei conſilio factum eſt, ut ab eodem ipſorum deo, ex quo Æſculapium haberent peſtis propulſatorem, peſtis egreſſa, Romanum Imperium devaſtarit? ſed hæc omnia ceciderunt in ultionem ſanguinis Chriſtiani. Meminit ejuſdem quoque peſtis & Galenus, qui tunc Romæ agens, ejus vitandæ cauſa, fuga ſibi conſuluit, in patriam (*c*) rediens: agens enim de ea, maximam (*d*) appellat peſtilentiam, eamque longiſſimam fuiſſe (*e*) tradit, perſimilemque ei fuiſſe ſcribit, quam Thucydides narrat (*f*).

(*b*) *Jul. Capit. in L. Vero.*

(*c*) *Idem in vita Gal.*

(*d*) *Gal. de præſag. expulſ. li.* 3. *c.* 3.

(*e*) *Idem de morb. vulg. l.* 3. *ægrit.* 1. *& lib.* 6. *c.* 29.

(*f*) *Idem ſimpl. medic. l.* 9.

III. *Expeditio Marcomannica.*

Adeo enim ſæviit lues ipſa, ut, cum depaſta eſſet innumeram Romanorum multitudinem, ad futurum bellum Marcomannicum oportuerit ſervos & alios præter uſum armare. Rurſum vero reſtituiſſe numinum cultum quam diligentiſſime Imperatorem, ut ingruentem in dies magis peſtem propulſaret, tradit idem qui ſupra Capitolinus (*g*), cum ait: *Inſtante adhuc peſtilentia, & deorum cultum diligentiſſime reſtituit; & ſervos, quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, quos Voluntarios, exemplo Volonum, appellavit: armavit etiam gladiatores, quos Obſequentes appellavit: latrones etiam Dalmatiæ atque Dardaniæ milites fecit: armavit & Diocmitas: emit & Germanorum auxilia contra Germanos*. Hæc ipſe. Sed hæc in ſecunda expeditione facta eſſe poſt mortem Lucii, idem auctor affirmat: quo item tempore, filium ejus ſeptennem, oborto ſub aure tubere, ea vi morbi ſublatum eſſe tradit.

(*g*) *Jul. Capit. in Marco.*

IV. Chriſtiani malorum omnium cauſa crediti.

Aliis adhuc cladibus Urbem ipſam, atque Romanum Imperium fuiſſe exagitatum, idem auctor docet his verbis: *Interpellavit iſtam fœlicitatem & ſecuritatem Imperatorum prima Tiberis inundatio, quæ ſub illis graviſſima fuit: quæ res & multa Urbis ædificia vexavit, & plurimum animalium interemit, & famem graviſſimam peperit: quæ omnia mala Marcus & Verus ſua cura & præſentia temperarunt*. Verum hæc de excreſcente Tiberi, ipſo Imperii exordio contigiſſe videntur. Cæterum tantum abeſt, ut his cladibus Gentiles afflictati, a Chriſtianorum perſecutione ceſſarint, ut potius, quod ſibi perſuaderent hæc omnia mala ob ſpretum a Chriſtianis deorum cultum ab illis immitti; idcirco in eos ſævius inſanire, acerbius inſilire, & quaſi auctores malorum omnium junctis animis conſpirare ſtuduerint: nam ad hæc reſpexiſſe quoque tempora videtur Tertullianus (*h*), cum ait: *Adverſus ſanguinem innocentium conclamant, prætexentes ſane ad odii defenſionem illam quoque vanitatem, quod exiſtiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi Chriſtianos eſſe cauſam. Si Tiberis aſcendit in mœnia, ſi Nilus non aſcendit in arva, ſi cælum ſtetit, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues; ſtatim Chriſtianos ad leonem. Tantos ad unum?* Sicut etiam ad hæc eadem tempora alluſiſſe viſus eſt, cum ſuperius (*i*) ait: *Si enim hoſtes exertos, non tantum vindices occultos agere vellemus, deeſſet nobis vis numerorum? plures nimirum Mauri, & Marcomanni, ipſique Parthi, vel quantæcumque, unius tamen loci & ſuorum finium, Gentes, quam totius Orbis?* Quos enim

(*h*) *Tert. Apol. c.* 40.

(*i*) *Ibid. c.* 37.

PAGIUS

Parthici memoria, quod in uſu poſitum fuiſſe, variis paſſim exemplis in hoc Opere demonſtro, quod videam viros Doctos, ſimilibus nummis deceptos, Imperatorum triumphos, non ſine Chronologiæ detrimento, e ſuis annis in alios tranſtuliſſe. Cum vero jam anno ſuperiori Marcus Imp. IIII. Lucius vero etiam Imp. IIII. in Nummis appellentur, ut ex iis quæ anno CLXVI. num. V. recitavi, manifeſtum fit, & currenti Lucius Verus nuncupetur Imp. V. ideoque & M. Aurelius, confirmatur quod hoc anno num. IV. affirmavi, bellum ſcilicet Bucolicum ad hunc annum pertinere. Præterea Inſcriptio ab Sponio in Miſcellaneis Eruditæ Antiquitatis pag. 268. relata, in qua Verus dicitur TRIB. POT. VII. IMP. VIII. falſa demonſtratur, aut ſaltem mendoſe deſcripta. Dodvvellus in Diſſert. Cyprianica XI. §. 37. qui nummum iſtum non viderat, quique arbitratus eſt Lucium hoc anno ex Oriente reducem cum Marco Aurelio triumphaſſe exhibet Nummum Lucii ita inſcriptum: L. AUR. ANTONINUS AUG. ARM. TR. P. VIII. IMP. V. COS. III. FORT. RED. ſimileque Marci Aurelii, & utrumque refert ad quinquennalem abſentiam Lucii Veri, & ad aliquam victoriam in bello Parthico reportatam, antequam Romam adventaret, ratione cujus hoc anno uterque Imperator dictus ſit in Nummis Imp. V. Verum jamdiu bellum Parthicum confectum fuerat, & duo Numiſmata a Dodvvello relata, anno tantum ſequenti, quo uterque Imperator profectus eſt ad bellum Germanicum, percuſſa, pro

enim populos nominavit, ſub horum imperium adverſus Romanos arma moviſſe certum eſt. De Parthis & Marcomannis jam dictum eſt: de Mauris idem affirmat Julius Capitolinus (*a*) invaluiſſe ac devaſtaſſe Hiſpanias, quod bellum per Legatos confectum ait.

(*a*) *Jul. Capit. in Marco.*

V. Perſeverant calumniæ. Perſeverarunt hæc, quamdiu Gentiles fuere, qui in Chriſtianos hanc calumniam frequenter, ut quoddam telum potiſſimum intorquentes, objectare conſueverant: cujus rei cauſa permotus Arnobius (ut ipſe teſtatur) ſuo tempore adverſus Gentes libros ſeptem concripſit, in quorum exordio hæc præfatur: *Quoniam comperi nonnullos, qui ſe plurimum ſapere ſuis perſuaſionibus credunt, inſanire, bacchari, & velut quiddam promptum ex oraculo dicere, poſtquam eſſe in mundo Chriſtiana gens cœpit, terrarum orbem periiſſe, multiformis malis affectum eſſe genus humanum; ipſos etiam cælites derelictis curis ſolemnibus, quibus quondam ſolebant inviſere res noſtras, terrarum ab regionibus exterminatos: ſtatui pro captu ac mediocritate ſermonis contraire invidiæ, & calumnioſas diſſolvere criminationes: ne aut illi ſibi videantur, popularia dum verba depromunt, magnum aliquid dicere: aut, ſi nos talibus continuerimus a litibus, obtinuiſſe ſe ſe cauſam putent, victam ſui vitio, non aſſertorum ſilentio deſtitutam. Non enim negaverim validiſſimam eſſe accuſationem iſtam, &c.*

VI. Cæterum ante ipſum plenius refellerunt eamdem calumniam Tertullianus tum in Apologetico, tum ſcribens ad Scapulam; Cyprianus itidem agens adverſus Demetrianum, & in commentario illo quem de Idolorum vanitate edidit; ſed & alii complures Eccleſiaſtici tractatores eamdem quoque calumniam potiſſime confutarunt. At non hæc tantum Gentiles ſub Ethnicis Imperatoribus Chriſtianorum hoſtibus in nos jaculari, ſed etiam ſub Chriſtianis Principibus eadem procaciter objectare non deſierunt: quorum cauſa (ut ſuo loco fuſius dicemus) Oroſius ſcripſit hiſtorias, & S. Auguſtinus eruditiſſimos illos de Civitate Dei commentarios ingenti ſtudio atque ſolertia elaboravit.

VII. Hoc eodem anno octavo Imperatorum, poſt Heronem Antiochenum Epiſcopum, qui viginti ſex annos in Epiſcopali functione explevit, eligitur Theophilus, vir perquam eruditus, cujus excellentis ingenii ac pietatis complura Euſebii tempore (ut ipſe tradit *a*) extabant opera. Sediſſe hunc annos (*b*) octo, idem auctor affirmat: verum cum ex ejus commentariis ad Autolicum (*c*) conſtet ipſum ſupervixiſſe M. Aurelio Imperatori; dicendum profecto eſt, dictum annorum numerum exceſſiſſe: quamobrem Nicephori chronologiæ de Theophili annis æquius eſt aſſentiri, qui ſediſſe eum tradit annos tredecim. De ejus lucubrationibus Euſebius (*d*) agens, hæc habet: *Theophili vero, quem Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum fuiſſe, ſupra demonſtravimus, tres libri extant, quos religionis elementa & quaſi ſeminaria complectentes, Autolico dedicavit: aliud item opuſculum edidit, cujus inſcriptio eſt, Contra Hermogenis hæreſim, in quo teſtimoniis ſumptis ex Apocalypſi Joannis utitur: alii ſunt ejus libri, qui ad primam Chriſtiani in fide inſtitutionem ſpectant. Cum vero hæretici tamquam zizania etiam id temporis, non minus quam antea, ſincera doctrinæ ſemina hominum mentibus mandata labefactare niterentur: Eccleſiarum paſtores undique illos, tamquam immanes & agreſtes beſtias, a Chriſti ovibus arcere, & a præda depellere laborabant, interdum fratres admonendo, cohortandoque, non raro ipſos hæreticos aperto marte adoriendo, & coram abſque ſcripto tum diſſerendo cum illis, tum eorum errores refutando: nonnumquam quibuſdam commentariis, quos diligenter ſcripſerant, opiniones ab illis inventas accuratiſſime coarguendo. Theophilum autem cum aliis nonnullis contra eos viriliter dimicaſſe, ex libello quodam ſumma induſtria ab eo contra Marcionem elaborato, qui quidem cum aliis ejus libris, quos diximus, eſt ad hoc uſque tempus ſervatus, ſatis perſpicuum eſt.* Hæc Euſebius.

(*a*) *Euſeb. in Chron.* (*b*) *Idem l. 4. cap. 10. & in Chronic.* (*c*) *Theop. ad. Autolic. lib. 3.* (*d*) *Euſeb. l. 4. cap. 23.* Theophili ſcripta.

VIII. S. Hieronymus (*e*) ejus ſcripta relegens, addit: *Legi ſub nomine ejus, in Evangelium, & in Proverbia Salomonis commentarios, qui mihi cum ſuperiorum voluminum elegantia & phraſi non videntur con-*

(*e*) *Hier. de Scrip. Eccl. in Theophil.*

PAGIUS pro quorum felici reditu Romani vota *fortunæ reduci*, ut moris erat, tunc ſolverunt. Indeque etiam confirmatur, quod eo anno dixi, utrumque Imperatorem belli Germanici occaſione illuc profectum eſſe.

III. *Lues bis ſævit.* Eutropius lib. 8. de M. Aurelio loquens ait: *Sub hoc tantus caſus peſtilentiæ fuit, ut poſt victoriam Perſicam Romæ ac per Italiam Provinciaſque maxima hominum pars, militum omnes fere copiæ languore defecerint.* Lues hæc cum Euſebio in Chronico juxta editionem Scaligeri, & Hermanno Contracto in Chronico ad annum ſeptimum Marci referenda. Ad hæc Capitolinus in Marco cap. 21. loquens de morte Veri Cæſaris, & profectione Marci Aurelii in Germaniam, quæ duo anno CLXX. contigere, ait: *Inſtante ſane adhuc peſtilentia, & Deorum cultum diligentiſſime reſtituit, & ſervos, quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, quos Voluntarios exemplo Volonum appellavit.* Ea peſte exercitus devaſtatus. Duæ itaque peſtes diſtinguendæ, ſeu verius eadem diverſis temporibus ſævit, præſenti ſc. anno, & anno CLXXI. ut videre eſt in Chronico Euſebii.

IV. *Bellum a Romanis geſtum.* Euſebius in Chronico ait: *Romani contra Germanos, Marcomannos, Quados, Sarmatas & Dacos*

(*a*) *Idem ep. 151. ad Algaſ. quæſt. 6.*

Theophilus quotus Epiſcopus Antioch.

congruere. Idem alibi (*a*) ad Algaſiam ſcribens, hæc de eodem habet: *Theophilus Antiochenus ſeptimus poſt Petrum Epiſcopus, qui quatuor Evangeliſtarum in unum opus dicta compingens, ingenii ſui nobis monumenta reliquit, hæc ſuper hac parabola in ſuis commentariis eſt locutus, &c.* Verum cum ſeptimum numeret Antiochenum Epiſcopum Theophilum poſt Petrum, Euſebius & alii ſextum ponunt, nempe poſt Petrum primo loco Evodium (licet alii Ignatium recenſeant) ſecundo loco Ignatium, tertio Heronem ſeniorem, quarto Cornelium, quinto Heronem juniorem, ſexto vero Theophilum, de quo agimus, collocant. Rurſus idem in præfatione in Evangelium Matthæi teſtatur ſe legiſſe ejuſdem Theophili commentarios in Matthæum. In fine autem commentariorum in quatuor Evangelia, de ſymbolicis in Eccleſia formulis hæc eleganter idem Theophilus ait: *Hortus Domini eſt Eccleſia Catholica, in qua ſunt roſæ martyrum, lilia virginum, violæ viduarum, hæderæ conjugum; nam illa quæ æſtimabat eum hortulanum, ſignificabat ſcilicet, eum plantantem diverſis virtutibus credentium vitam.* Hæc ipſe, diſtinguens iiſdem cujuſque ſtatus in Eccleſia ordinem & prærogativam.

IX.

Typus Eccleſiarum.

Idem vero Theophilus cum ſcribens ad Autolicum, in primis Catholicam veritatem, ad quam velut ad tutum portum ſit confugiendum, admonuit: ac rurſus ipſas hæreſes, quas ſcriptis exagitavit, ejuſmodi venuſta ſimilitudine præſignando, quomodo quis eas poſſet effugere, demonſtravit, ſic dicens: *Quemadmodum in mari inſulæ quædam prominent habitabiles, frugiferæ, & quibus eſt aqua ſalubris, necnon navalia & portus commodi, quibus ſe naufragi recipient: ſic Deus dedit mundo, qui peccatorum tempeſtatibus & naufragiis jactatur, ſynagogas, quas Eccleſias nominamus, in quibus veritatis doctrina fervet, ad quas confugiunt veritatis ſtudioſi omnes, quotquot ſalvari, Deique judicium & iram vitare volunt.* Sed quod hic Theophilus non ad unam, ſed ad omnes, quas velit, confugiendum monet Eccleſias: plane declarat, quod diximus ex Hegeſippo, omnes Eccleſias, ſive ab Apoſtolis, ſive ab eorum ſucceſſoribus fundatas in civitatibus tam Orientis quam Occidentis, ſemper perſtitiſſe in eam diem in fide Catholica: ac proinde hæreticos nullas in eis habuiſſe his temporibus fundatas vel ſpecie tenus Eccleſias, ſed inſtar ferarum extra per luſtra vagatos eſſe; de quibus idem hæc ſubdit: *Ut vero aliæ ſunt inſulæ ſaxoſæ, aqua potabili vacuæ, ſteriles, efferatæ, inhabitabiles, quæque plurimum damni tum navigantibus tum naufragis afferunt; in his etiam naves atteruntur, & quotquot ad eas appellunt, extrema pericula ſubeunt: ita ſunt doctrinæ errores, dico hæreſes, quæ ſuos ſectatores perdunt: non enim a prævia veritate ducuntur: verum quemadmodum piratæ, ubi impleverunt naves ſuas, penetrant ad prædicta loca, ut exitium apportent: ſic accidit iis, qui relicta veritate, in hæreſes abeunt, a quibus tandem perduntur.* Hæc ipſe.

Hæreſum ſymbolum.

X.

Autolicus hoſtis Chriſtianorum.

At ſcribendi ad Autolicum libros illos Theophilus ea fuit occaſione impulſus, quod ipſe Autolicus inter Gentiles cum primis diſertus, non ſecus ac Celſus Epicureus, adverſus Chriſtianam religionem ad ipſum Theophilum commentarium conſcripſiſſet; quo Græcorum cultum, nempe Gentiliciam ſuperſtitionem exaltans, laudibus celebraret; & ipſam Chriſtianam religionem, & qui illi addictus eſſet, Theophilum ſubſannaret. Ad quem ipſe reſpondens, ac confutans, hiſce eum in primis verbis compellat: *Tu me, o amice, tantum non obruiſti ſermonibus tuis, quibus declaras te multum gloriari & ſuperbire propter deos tuos lapideos, ligneos, ſculptos, fuſos, fictos, & pictos, qui neque cernunt, neque audiunt. Præterea mihi crimini vertis, quod ſim Chriſtianus, & inſigne præclarumque hoc nomen geram. At ego quidem libenter confiteor, me Chriſtianum eſſe; gaudeoque hoc nomine, quod Deo gratum & acceptum eſt, appellari: & nihil æque in votis habeo, quam ut ſim* εὔχρηστος, *id eſt, bonus erga Deum, ſive ut me bonum Deo exhibeam. Non enim (ut tibi videtur) odioſum & moleſtum nomen eſt. Verum enim vero tu fortaſſis ita ſentis de Deo, qui* ἄχρηστος, *id eſt, malus erga Deum,* &c. Tribus enim libris tum veritatem religionis Chriſtianæ demonſtrat, tum etiam falſitatem ipſorum Gentilium ſuperſtitionis redarguit.

XI.

Cæterum quod tam Euſebius, quam etiam S. Hieronymus tradant, ſcriptum fuiſſe a Theophilo Antiocheno librum adverſus Hermogenem hæreſiarcham: fal-

PAGIUS *cos dimicant*, quod partim hoc anno, partim ſequenti actum. Marcus enim & L. Verus, qui hactenus Imperatores IIII. vocabantur, currenti anno, quo Verus Tribunitiam Poteſtatem VIII. & Marcus Tribunitiam Poteſtatem XXII. ſuſcepere, uterque Imperator V. nuncupatus, ut ex eorum Nummis liquet. Niſi quis velit hunc eiſdem titulum attributum ob Bucolicos in Ægypto ab Avidio Caſſio devictos, quod Capitolinus in Marco cap. 21. ubi de hac victoria locutus eſt, ſtatim de morte Veri Cæſaris, & de profectione utriuſque Imperatoris in Germaniam ſermonem habeat.

V.

Ad num. XI. Hermogenem Hæreticum in Africa

li eos neceſſe eſt affirmare, qui ejus hæreſim poſt hæc tempora dixerunt in Eccleſiam erupiſſe, quamobrem ut de eo hic agamus, temporis ratio a nobis exigit. Quiſnam igitur qualiſve fuerit Hermogenes, hic opportuno loco dicamus. Docuit in Africa, picturæque ſtudioſus, ex Chriſtianis tranſiit ad philoſophos Stoicos, ex quibus inferre conatus eſt in Eccleſiam de materia ingenita opinionem, & ab aliis turpitudinem morum. Haud dubium hanc hæreſim ſugillavit Tertullianus (*a*) in libro de Præſcriptionibus, cum ait: *Et ubi materia cum Deo æquatur, Zenonis diſciplina eſt.* Fortaſſe ut adularetur Imperatori, Stoicam diſciplinam profitenti, ex ſchola Stoicorum Hermogenes ingenitam materiam in Chriſti Eccleſiam invehere conatus eſt. De eo idem Tertullianus in commentario, quem in ipſum ſcribit, multa in medium prodit: ac primum quod novellus eſſet hæreticus, quippe qui adhuc cum ſcriberet in eum, viveret: nam (*b*) ait: *Hermogenis autem doctrina tam novella eſt, denique ad hodiernum homo in ſæculo; & natura quoque hæreticus etiam turbulentus, qui loquacitatem facundiam exiſtimet, & impudentiam conſtantiam deputet; & maledicere ſingulis, officium bonæ conſcientiæ judicet:* ſubdit & de ejus arte pingendi: *Præterea pingit licite, nubit aſſidue, legem Dei in libidinem defendit, in artem contemnit, bis falſarius, & cauterio & ſtylo, totus adulter, & prædicationis & carnis:* & paulo poſt: *A Chriſtianis enim converſus ad Philoſophos, de Eccleſia ad Academiam & Porticum, unde ſumpſit a Stoicis materiam cum Domino ponere, quæ & ipſa ſemper fuerit, neque nata, neque facta, nec initium habens omnino, vel finem, ex qua Dominus omnia poſtea fecerit. Hanc primam umbram plane ſine lumine peſſimus pictor illis argumentationibus coloravit.* Rurſum (*c*) vero malum a materia prodiiſſe, ipſum docuiſſe tradit.

De Hermogene, hæreſiarcha.

(*a*) *Tertul. de præſcr. c.7.*

(*b*) *Idem in Hermog. c.1.*

(*c*) *Tert. ibid. c.10.*

XII. Alii errores Hermogenis.

Adhæſiſſe Hermogeni ſodalem Nigidium quemdam, idem alibi (*d*) teſtatur, cum ait: *Cæterum & Nigidius neſcio qui & Hermogenes, adhuc ambulant pervertentes vias Dei. Cupio oſtendant mihi ex qua auctoritate prodierunt.* Addit Philaſtrius hæc de Hermogene: *Is dicebat, corpus Domini in Sole eſſe repoſitum, diabolum autem & dæmones eſſe in materiam refundendos.* Porro ex Hermogenis hæreſi, Manichæorum eſſe deductam hæreſim, Gregorius Nyſſenus (*e*) docet. Adverſus vero Hermogenem ſcripſerunt non tantum, quos diximus, Theophilus & Tertullianus, ſed & Origenes in Periarcho (*f*), Euſebius (*g*) & alii qui in Hexameron commentarios ediderunt. Ex Hermogene autem prognatos eſſe non ſolum Manichæos (quod diximus) ſed & Sabellianos, auctor eſt Philaſtrius (*h*), qui addit, Galatas homines Seleucum & Hermiam eamdem de materia Deo congenita opinionem ſectatos, aliaque addidiſſe, nempe quod ſubdit: *Paradiſum viſibilem appellant ex Platone, animas hominum de igne & ſpiritu eſſe exiſtimantes: iſto baptiſmo non utuntur, propter verbum hoc quod dixit Johannes (i): Ipſe vos baptizabit in Spiritu & igne. Iſti Angelos dicunt creatores eſſe animarum noſtrarum, non Chriſtum Salvatorem. Mundum autem iſtum infernum eſſe aſſerunt; & reſurrectionem in filiorum procreatione hanc eſſe prædicant, quæ fit in humano genere quotidie, non illam immortalitatis futuram & glorioſam annuntiant expectantes.* Qui ab his deſcenderant, Hermiotitas dictos, alios quoque tradit errores, quos recenſet, cumulaſſe: hos omnes Hermianos ab Hermia, vel Seleucianos a Seleuco, nominat Auguſtinus (*k*). Quod vero tam Philaſtrius, quam Auguſtinus (*l*), nonniſi cum agunt de Sabellianis, de Hermogene meminerunt: accepta eſt a quibuſdam erroris occaſio, ut putarint poſt Sabellium vixiſſe Hermogenem. Porro Hermogenis ſectatores, ab hæreſi, quam aſſererent, Materiarii nuncupati ſunt ab eodem Tertulliano (*m*): quos æque omnes Hermogenianos dictos Lactantius (*n*) confutat.

(*d*) *Idem de præſcr. c.39.*

(*e*) *Gregor. Nyſſen. de hom. c.14. 25.*

(*f*) *Orig. Periarch. l.1. 2.*

(*g*) *Euſeb. de præpar. l.7. c.80.*

(*h*) *Philaſtr. de hæreſ. c.55. 56. 57.*

(*i*) *Luc.3.*

Quæ ex Hermogene prodiere.

(*k*) *Aug. de hær. c. 59.*

(*l*) *Idem. ubi ſupra c.41.*

(*m*) *Tertull. contr. Hermog. c.25.*

(*n*) *Lactant. l.2. c.9.*

Se-

PAGIUS *Hermogenes Hæreticus.*

ca docuiſſe, ſine teſte a Baronio affirmatum. Ex eo enim quod Tertullianus Africanus adverſus illum ſcripſerit, non magis deducitur, eum in Africa vixiſſe, quam deduceretur, eum Syrum eſſe, eo quod Theophilus Antiochenus in illum ſcripſit, ut ait Valeſius in Notis ad lib.4. Euſebii cap.24.

JESU CHRISTI ANNUS 171. | ANICETI PAP. ANNUS 5. | M. AUR. ET L. VER. IMPP. ANNUS 9.

I. Bellum Marcomannicum.

SEquenti anno centeſimo ſeptuageſimo primo, Soſio Priſco & Cælio Apollinare Coſſ. Marcomannicum bellum cæptum eſt, ipſis Imperatoribus ad bellum proficiſcentibus: de quorum profectione, ac obitu Lucii Veri, hæc ſcribit Capitolinus (a): *Profecti tamen ſunt paludati ambo Imperatores, Parthis * & Marcomannis cuncta turbantibus, aliis etiam gentibus, quæ pulſæ a ſuperioribus barbaris fugerant, niſi reciperentur, bellum inferentibus. Nec parum profuit iſta profectio, cum Aquilejam uſque veniſſent: nam plerique Reges cum populis ſuis ſe retraxerunt, & tumultus auctores interemerunt. Quadii autem, amiſſo Rege ſuo, non prius ſe confirmaturos eum, qui erat creatus, dicebant, quam id noſtris placuiſſet Imperatoribus. Lucius autem invitus profectus eſt, cum plerique ad Legatos Imperatorum mitterent, defectionis veniam poſtulantes. Et Lucius quidem, quod amiſſus eſſet Præfectus Prætorio Furius Victorinus, atque pars exercitus interiiſſet, redeundum eſſe cenſebat: Marcus autem fingere barbaros exiſtimans & fugam, & cætera, quæ ſecuritatem bellicam oſtenderent, ob hoc, ne tanti apparatus mole premerentur, inſtandum eſſe dicebat. Denique tranſcenſis Alpibus, longius proceſſerunt, compoſueruntque omnia, quæ ad munimen Italiæ atque Illyrici pertinebant. Placuit autem urgente Lucio, ut, præmiſſis ad Senatum litteris, Lucius Romam rediret. Via quoque poſtea iter ingreſſi ſunt: ſedens cum fratre in vehiculo Lucius apoplexia arreptus periit:* & poſt multa addit, corpus Lucii Romam advectum, illatumque majorum ſepulcro, ac inter divos ipſum Lucium a Senatu eſſe relatum. Obitus Lucii Imp.

(a) Capitol. in Marco.
* al. Sarmatis.

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 922. Olymp. 237. an. 1. A. C. 169.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5662.

☉ 10. B. ☽ 18. P. 3. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 169. *ſecund. Baronium* 171.

SOTERIS PAPÆ 9.

M. AURELII, ET L. VERI IMPP. 9.

I. *Conſules.* (1) ANum. I. ad IV. Coſſ. *Q. Soſius Priſcus, & P. Cælius Apollinaris*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari ex Inſcriptione, quæ apud Gruterum pag. CCC. legitur, in qua C. Licinius Licinianus dicitur cooptatus. Q. SOSIO. PRISCO. P. CÆLIO. APOLLINARE. COS. P. R. C. A. DCCCCXXII. qui annus Urbis hoc anno inchoatur, ideoque & Faſtorum ordo recte digeſtus.

II. *Quinta Quinquennalia Imperii Proc. M. Aurelii.* M. Aurelium Proconſularis Imperii quinta Quinquennalia dediſſe, ex ſeptimis ejus Quinquennalibus infertur; hæc enim anno CLXXVII. peracta. Iſtorum ſolemnium occaſione Congiarium, ut moris erat, a Marco Aurelio datum. Mediobarbus enim Nummum exhibet inſcriptum, ANTONINUS AUG. TR. P. XXIII. in poſtica: LIBERALITAS AUG. V.

NOTÆ (1) *Coſſ. Q. Soſius Priſcus, & P. Cælius Apollinaris.* Gruterianæ inſcriptiones pag. CCC. 1.

Q. SOSIO. PRISCO. P. CAELIO. APOLLINARE.
COS.
P. R. C. A. DCCCCXXII.

Ibidem pag. CCCXXX. 2.

DED. III. ID. AUG. SOSSIO. PRISCO.
ET. CAELIO. APOLLINARE. COS.

Item pag. MLXXXIX. 6. & Ferretus Muſ. Lapid. pag. 209.

DEDIC. III. ID. AUG. SOSSIO &c.

Sponius in Miſcell. pag. 189.

SOSIO. PRISCO. PONTIFICI
SODALI. HADRIANALI. &c.
CONSULI.

Lapis Arimini inter Donianas inſcriptiones Cl. VI. n. 33. pag. 168. ex Commentariis Cæſaris Clementini.

DEDICAVIT. IDIBUS. IAN.
Q. SOSIO. PRISCO. SENECIONE
P. CAELIO. APOLLINARE. COS.

De Soſio Priſco Senecione vide Plinium lib. I. epiſt. XIII. & lib. IV. epiſt. IV. Ergo *Soſio Priſco* addendum eſt ex Ariminenſi lapide *Senecionis* nomen.

Fabrettus pag. 494. n. 188.

P. CAELIO. APOLLINARE. COS.
P. R. C. A. DCCCCXXII.

Faſti Idatiani & ceteri: *Priſco & Apollinare.*

II. Tempus Imperii Lucii.

In ejus ſepulcro ad Hadriani molem poſito inſcriptio legitur, qua erroris redarguitur ipſe Julius Capitolinus, & Aurelius Victor, qui dixerunt eum imperaſſe annos undecim, cum novem tantum reperiatur in Imperio vixiſſe, quod ejus ſepulcri ejuſmodi docet elogium his verbis exaratum: IMP. CÆSARI. L. AURELIO. VERO. MED. PARTIC. PONTIF. TRIBUNIC. POT. IX. IMP. V. COS. III. P.P. Quot enim vicibus repetitus habetur numerus Tribunitiæ poteſtatis, tot annis eum vixiſſe in Imperio dicendum eſt. Nam (ut ex nummis conſtat) ea primum cum Imperio ſemel adcepta, anniſque ſingulis iterata, certum ejus Imperii numerum annorum conſtituit. Ex numero igitur Tribunitiæ poteſtatis certam ac firmam ſtabiliri chronographiam annorum cujuſque Imperatoris, ſuperius quoque auctore Dione ſæpe notaſſe meminimus. Quod ut exploratius cuique ſit, ejuſdem Dionis hic repetam verba, quod maximi ponderis ſint: nam de his frequenter, ob dubium annorum numerum cujuſque ferme Imperatoris, oportuit meminiſſe. Ait itaque Dio (*a*): *Gerere quidem Tribunatum plebis, nefas ducunt Imperatores, cum utique ipſi Patricii ſint: omnem vero Tribunitiam poteſtatem quantum umquam maxima fuit, accipiunt. Et quia quotannis eam cum Tribunis plebis ejus anni renovant, annorum Imperii ipſorum hinc ſumma concipi ſolet.* Hæc Dio: ex quibus tempus exordii Marcomannici belli & obitus Lucii perſpicue demonſtratur.

(a) Dio hiſt. Rom. l.53.

III. Cæterum M. Aurelius, qui funus Lucii curaturus Romam advenit: haud paſſus eſt ſe illic diutius retineri: ſed inde mox recedens, ſuſceptum Marcomannicum bellum eſt proſecutus, eoque diu detentus fuit: quod quidem Galenus (*b*) narrat his verbis: *Dum Aquileiæ hibernarent, ac exercitum colligere & inſtruere decreviſſent, nuntios ad me miſerunt, quibus ut ad ſe venirem jubebant. Cæterum Lucio media hieme ad ſuperos concedente, ut cadaver Romam retulit, & quæ conſueta ſunt, fieri peregit, iter in Germanos ſuſcepit, atque ut ſe ſubſequerer, mandavit. Verum cum bonus & humanus eſſet, ipſi (ſicut ſcis) perſuadere valui, ut me in Urbe relinqueret, præſertim cum brevi* re-

(b) Galen. de præcog. ad Poſth. c.9.

Galenus quid cum Marco Imp.

PAGIUS

V. Cos. III. Cernitur figura ſtolata ſtans, dextra congium, ſiniſtra cornucopiæ tenens.

III. Uterque Imperator Aquileiam contendit.

Capitolinus in Marco cap. 14. ait: *Profecti itaque ſunt paludati ambo Imperatores, Victovalis & Marcomannis cuncta turbantibus .... nec parum profuit iſta profectio, cum Aquileiam uſque veniſſent. Nam plerique Reges & cum populis ſuis ſe retraxerunt, & tumultus Auctores interemerunt. Quadi autem amiſſo Rege ſuo, non prius ſe confirmaturos eum qui erat creatus, dicebant quam id noſtris placuiſſet Imperatoribus .... Denique tranſcenſis Alpibus, longius proceſſerunt, compoſueruntque omnia, quæ ad munimen Italiæ atque Illyrici pertinebant.* Quæ omnia præſenti anno contigiſſe Baronius arbitratus eſt; cum tamen partim ad præcedentem, partim ad præſentem pertineant. Currenti anno uterque Imperator paludatus Aquileiam venerunt, ubi quæ ad bellum neceſſaria appararunt, ut teſtatur Galenus, qui tum vivebat, & Domus Auguſtæ Medicus erat, lib. de Præcognit. cap. 9. *Quare*, inquit, *cum jam ex Urbe in hoſtes moviſſent, ac dum Aquileiæ hibernarent, exercitum colligere & inſtruere decreviſſent, nuncios ad me miſerunt, quibus ut ad ſe venirem, jubebant.* Ubi de præſentis anni hieme Galenus loquitur, ut mox monſtrabimus. Mediobarbus M. Aurelii Nummum exhibet, in cujus poſtica legitur: FORT. RED. TR. POT. XXII. IMP. V. COS. III. Viſitur figura ſedens, dextra gubernaculum, ſiniſtra cornucopiæ tenens. Producit & iſtum L. Veri, in quo eadem figura cernitur, & hæc verba leguntur: TR. P. VIII. IMP. V. COS. III. FORT. RED. id eſt, *Fortuna reduce*. Quare cum uterque Nummus cuſus fuerit anno ſuperiori, quo L. Verus Tribunitiam Poteſt. VIII. & Marcus XXII. inierunt, nullus dubito, quin & eodem anno uterque Imperator Romam reliquerit, & Aquileiam venerit. Aquileiæ non parvo tempore commorati ſunt. Scribit enim Galenus de Libris propriis cap. 2. *Verum brevi poſt tempore ex Aquileia mihi litteræ ab Imperatoribus miſſæ perferuntur, quibus illi me revocabant: ſtatuerant enim ex hibernis expeditionem contra Germanos facere .... Ceterum ego Aquileiam cum perveniſſem, peſtis, quantum antea nunquam, graſſari cœpit. Unde Imperatores ſtatim Romam cum paucis militibus fugere coacti. ... In itinere autem e vivis cum exceſſiſſet Lucius, Romam deportatus ab Antonino, funeratuſque eſt.* Quæ omnia præſenti anno adſcribenda. Extat M. Aurelii Nummus apud Mediobarbum, in quo habetur: M. ANTONINUS AUG. TR. P. XXIII. in poſtica: SALUS AUG. COS. III. S. C. Cernitur Salutis typus. Qui Nummus cum currenti anno, quo Marcus Tribunitiam Poteſt. XXIII. ſuſcepit, percuſſus fuerit, confirmat quod ſcribit Galenus, indicatque, hoc anno peſtem graſſatam eſſe, at non Romæ; cum ad eam urbem M. Aurelius & L. Verus non fugiſſent, ſi peſte afflicta fuiſſet. Præterea Lucio demortuo, Marcus ejus corpus non detuliſſet, neque denique in Germaniam proficiſcens Commodum filium Romæ reliquiſſet, ſi in ea peſtis arſiſſet. Teſtatur quippe Galenus libro de libris propriis, M. Aurelium Roma ad bellum Germanicum ſe conferentem, quod anno CLXX. contigit, filium Commodum ibidem reliquiſſe: unde anno CLXXV. illum ad limitem Germaniæ vocaſſe eo anno videbimus.

Baron. n. 1.

IV. Imperatores, poſtquam Barbaris pacem petentibus conceſſiſſent, *tranſcenſis Alpibus longius proceſſerunt, compoſueruntque omnia quæ ad munimen Italiæ atque Illyrici pertinebant.* Addit Capitolinus in Vita Veri Imperatoris cap. 9. *Compoſito autem bello in Pannonia, urgente Lucio, Aquileiam rediret,* (nempe Marcus) *in urbem deſtinatus eſt: ſed non longe ab Altino, ſubito in vehiculo, morbo, quem apoplexim vocant, correptus Lucius, apud Altinum perit.* Ex quibus verbis colligitur, novam hoc anno ab Imperatoribus in Pannoniam profectionem inſtitutam eſſe, in Numiſmatis diſerte expreſſam. Extat enim in Gaza Regia Nummus æreus majoris formæ inſcri-

Uterque Imperator in Pannones movet.

pius;

rediturus eſſet : & poſt nonnulla : *Præter opinionem igitur cum Imperator diutius bello Germanico detentus fuiſſet, omne id otium ad ſcribendum contulit.* Hæc ipſe. Quod vero Capitolinus poſt Lucii obitum Caſſium rebellaſſe ait, non id continuo accidit, ſed poſt acceptam de barbaris victoriam contigiſſe, inferius tradit.

IV. Tempore ejuſdem Marcomannici belli martyrio coronatos Gervaſium & Protaſium, quæ S. Ambroſii (*a*) nomine conſcripta habentur, eorum Acta teſtantur. Expetiviſſe enim ſacerdotes idolorum ab Aſtaſio duce, ut, ſi vincere barbaros, & ad Imperatores victor reverti cuperet, & de diis benemereri, Gervaſium & Protaſium Chriſtianos ſupplicio afficeret; quod ille impigre faciendum curavit. Scimus tamen alios ad alia tempora eorum referre martyrium : ſed de his in Notationibus ad Romanum Martyrologium ſatis egimus.

(*a*) *Apud Sur. tom.* 1. *die* 19. *Junii.*

V. *De impoſtura Alexandri iterum.* At quomodo falſo oraculo, opera Alexandri impoſtoris (de quo ſuperius fuſius actum eſt) tanquam ab Æſculapio, qui recens apparuiſſet, prodito, Marcus imperator illi fidem præſtans, inſigniter deceptus, ipſeque Romanus exercitus ingenti clade affectus ſit, Lucianus (*b*) rem geſtam in hunc modum deſcribens : *Accipe*, inquit, *jam facinus quoddam hominis ſceleſtiſſimi, unum inter omnia multo impudentiſſimum. Cum jam non mediocrem in regiam aditum ſibi patefeciſſet, inque aulam Cæſaream, præſertim Rutiliano rem adiuvante atque approbante, cum bellum, quod in Germania gerebatur, maxime flagraret, Divo Marco cum Marcomannis & Quadis conſerente, oraculum divulgavit; quo jubebat, uti duos leones vivos in Danubium immitterent variis cum odoribus ac ſacris quibuſdam magnificis. Sed præſtat oraculum ipſum referre* :

(*d*) *Lucianus in Pſeudom.*

Falſo oraculo decipitur Imp.

Gur-

PAGIUS ptus: M. Antoninus Aug. Tr. P. XXIII. Cernitur caput M. Aurelii laureatum. In poſtica: Profectio Aug. Cos. III. Repræſentatur Imperator equo inſidens habitu militari, tenens dextra lanceam, miles ante eum graditur, & tres alii eum ſubſequuntur. Cum itaque præſenti anno M. Antoninus Tribunitiam Pot. XXIII. capeſſierit, Pannonica expeditio hoc etiam anno ſuſcepta; ob quam uterque Auguſtus Imperator VI. appellatus, ſaltem M. Aurelius, cujus hic apud Mediobarbum Nummus hoc anno percuſſus extat: M. Antoninus Aug. Tr. P. XXIII. In poſtica: Vic. Ger. S. C. in clypeo trunco arboris impoſito, quem Victoria tenet. In poſtica alterius, Imp. VI. Cos. III. S. C. Dio lib. 71. Lucii morte breviter memorata, ait Marcum præfeciſſe Caſſium toti Aſiæ, & eodem tempore Germanos, qui trans Iſtrum incolunt, veniſſe uſque in Italiam, attuliſſeque Romanis maxima ac graviſſima incommoda, quibus Marcus occurrit, Pompeiano atque Pertinace, Legatis exercitus factis. Addit: Germanis ſuperatis *Germanicus appellatus eſt*, hoc nempe anno, ut elicio ex hoc Nummo apud Mediobarbum : M. Antoninus Aug. Tr. P. XXIII. in poſtica: Germanico Aug. Imp. VI. Cos. III. S. C. Duo captivi ad trophæum, alter ſtans, alter ſedens repræſentantur. Quamobrem jam hoc anno M. Aurelius *Germanicus* nuncupatus. Ex Pannonia Aquileiam rediere, quo eos Galenus convenit, ut ex ejus verbis num. præcedenti citatis liquet.

V. *Obitus Lucii Imp.* Baron. num. I. & II. Galenus lib. de Præcognit. cap. 10. ait : *Ceterum Lucio media hieme ad ſuperos concedente, ut cadaver Romam retulit, & quæ conſueta ſunt, fieri peregit, iter in Germanos ſuſcepit.* Mortuus itaque hoc anno L. Verus, ut recte Baronius vidit, & quidem Decembri exeunte. Hiſtorici enim Græci hiemem a die undecima menſis Novembris incipiunt. Quare errarunt Capitolinus in Vita Marci, Victor in Epitome, Caſſiodorus, & Eutropius, qui annos undecim L. Vero aſſignant; annos enim tantum novem imperavit, ut ſcribit Auctor Chronici Alex. & liquet ex Nummis, qui ultra Tribunitiam Pot. IX. non progrediuntur. Lucii mortem hoc anno exeunte contigiſſe demonſtrat Em. Card. Noriſius Diſſert. 4. de Epochis Syro-Macedonum cap. 1. ex reſcripto *lib.* 3. *Cod. tit.* 31. *de petit. L.* 1. in cujus titulo ſolius M. Aurelii nomen præfigitur, cum vivente Vero utriuſque Auguſti nomina una ſimul prænotarentur. *Propoſitum* eſt reſcriptum, in Africa *VI. Kal. Februarias Claro & Cethego Coſſ.* ſeu anno Chriſti ſequenti, die XXVII. Januarii. Quare cum Verus apud Altinum Venetorum urbem obierit, mors ejus contigit, exeunte menſe Decembri currentis anni, ejuſdem Imperii anno nono.

VI. *Initium belli Marcomannici.* Bellum Marcomannicum, non hoc anno, ſed ſequenti inchoatum. Nam M. Aurelius non tantum corpus L. Veri Romam retulit, ibique eum apotheoſi donavit; ſed etiam aliquo tempore in Urbe manſit. Tradit enim Capitolinus in Marco cap. 21. *Sub ipſis profectionis diebus in ſeceſſu Prænestino agens, filium nomine Verum Cæſarem, exſecto ſub aure tubere, ſeptennem amiſit, quem non plus quinque diebus luxit. Et quia Ludi Jovis optimi maximi erant, interpellari eos publico luctu noluit. Inſtante ſane adbuc peſtilentia & Deorum cultum diligentiſſime reſtituit, & ſervos, quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit.* Quare M. Aurelius poſt Lucium in Deorum numerum relatum, *Præneſte* ſeceſſit, annoque centeſimo ſeptuageſimo Verum filium amiſit, & Ludos Capitolinos Jovi ſacros Romæ celebravit. Sequenti enim anno Agon Capitolinus viceſimus ſecundus actus, ut ex annorum ſupputatione intelligitur. Capitolinum citatum de rebus anno CLXX. geſtis (quod aliqui negarunt, & de priori profectione, quando nempe Aquileiam Marcus venit, interpretandum credidere) ſermonem habere, ex Nummis anno ſequenti percuſſis certum redditur. Mediobarbus Nummum Marci in medium affert, in quo habetur, M. Antoninus Aug. Tr. P. XXIIII. In poſtica, Cos. III. Saluti Aug. Viſitur figura ſtans coram ara, dextra pateram cum ſerpente, ſiniſtra haſtam tenens. Marcus anno centeſimo ſeptuageſimo Tribunitiam Pot. XXIIII. ingreſſus eſt; eoque anno peſte adhuc vigente, pro ejus ſalute ſacrificatum. Producit ibidem Mediobarbus alium Marci Nummum cum eadem antica, in cujus averſa parte legitur, Profectio Aug. Cos. III. S. C. Eo itaque anno Marcus Roma digreſſus expeditionem Marcomannicam ſuſcepit.

Gurgitibus fluvii turgentis ab imbribus Iſtri
Immiſiſſe duos Cybeles edico miniſtros,
Monte feras alitas: tum quantum alit Indicus aer
Florum atque herbarum beneolentum: moxque futura eſt
Et victoria, pax & amabilis, & decus ingens.

VI. *Hæc cum facta eſſent quemadmodum ille præſcripſerat, leones quidem ſimulatque in hoſtium regionem enataſſent, barbari, canes quoſpiam aut lupos eſſe rati, fuſtibus arcebant. At noſtrorum protinus maxima ſtrages conſecuta eſt, viginti ferme millibus ſimul extinctis. His ſimilia ſunt ea quæ in Aquileja contigerunt, cum parum abfuerit quin urbs ea caperetur. At is ad id quod evenerat, Delphicam illam reſponſionem, Crœſoque redditum oraculum frigide ſane detorſit, dicens, Deum quidem prædixiſſe victoriam, haud tamen explicuiſſe, utrum Romanorum futura eſſet, an hoſtium.* Hucuſque de oraculo impoſtoris famoſiſſimi Lucianus. Ex his videas, Imperatorem diis fidentem, & Chriſtianos odio proſequentem, in extremum diſcrimen adduxiſſe Romanum exercitum; ſed quod in eo militarent plurimi Chriſtianorum, haud funditus deleri potuiſſe: horum namque præſtantia ac pietate poſtmodum non ipſe tantum Romanus exercitus divinitus eſt liberatus, ſed & hoſtes penitus profligati: hæc autem quomodo facta ſint, ſuo loco uberius dicturi ſumus.

VII. Luciani ætas. Quod autem ad Lucianum pertinet, qui hæc ſcripſit; licet omnes affirment claruiſſe temporibus Traiani Imperatoris, tamen ex iiſdem ſcriptis liquido conſtat, eum ad hæc uſque tempora perveniſſe, ac etiam eadem ſupergreſſum eſſe. Sed cum multa quæ ab eo ſcripta ſunt adverſus Chriſtianam religionem, ſuis locis ſint ſuperius recenſita; hic de ejus obitu paucis agere, ratio temporis perſuadet, & quæ de eo a Suida litteris ſunt commendata ſimul attexere: ſic enim ait: *Lucianus, Samoſatenus cognomento, blaſphemus, ſive maledicus, atque inauſpicatus, ac potius impius, quod in Dialogis divina oracula pro ridiculis inducit, fertur ſub Traiano & ante eum fuiſſe. Initio concionator Antiochiæ fuit: quæ res cum ei male ceſſiſſet, ſe ad ſcribendum contulit, ſcripſitque infinita. Interiiſſe fertur a canibus, cum rabiem ſuam contra veritatem exercuiſſet. Nam in Peregrini vita perſtringit Chriſtianiſmum, & ipſi Chriſto maledicit homo ſceleratus. Itaque furoris ſui & in hac vita juſtas pœnas dedit, & in futura æterni ignis cum ſatana hæreditatem cernet.* Hucusque Suidas. Ejuſmodi ſane digno homine epitaphio decuit impium hominem cum impietate ſua pariter ſepeliiſſe. Quod vero idem Suidas dicat, Lucianum fuiſſe Antiochiæ concionatorem, inde accidit, ut complures ipſum fuiſſe religione Chriſtianum exiſtimarint, ſed a fide apoſtatam in eamdem eſſe furioſe graſſatum. Sane quidem ex ejus ſcriptis ſuperius citatis cognoſcitur, ipſum res Chriſtianas apprime calluiſſe. Vix dici poteſt quantam cladem apoſtatæ quibuſque ſæculis in Chriſtianam religionem intulerint, quod & hoc deplorato noſtro ſæculo experimur. At de his alias.

JESU CHRISTI ANNUS 172.	ANICETI PAP. ANNUS 6.	M. AUR. IMP. ANNUS 10.

I. Melitonis Apologia Imperatori oblata. CEnteſimo ſeptuageſimo ſecundo Chriſti anno, Severo Cethego & Julio Claro Coſſ. M. Aurelii Imperatoris anno decimo, Melito (*a*) Sardenſis in Aſia Epiſcopus, pro Chriſtianis ſæva perſecutione exagitatis, eidem M. Aurelio Antonino Imperatori apologeticum obtulit. Quam nervoſus fuerit liber ille, & Chriſtiano Epiſcopo dignus, pauca quædam quæ ex eo accepta Euſebius (*b*) recitat, facile monſtrant: ſunt enim hæc: *Jam (Quod numquam antea accidit) totum genus piorum hominum, qui ſe divino cultui penitus addixerunt, perſecutione affligitur, & novis edictis promulgatis per univerſam Aſiam exagitatur. Nam impudentes & protervi calumniatores, atque adeo alienarum rerum appetentes, ex his edictis occaſionem nacti, palam noctu atque interdiu furantur, eoſque expilant qui nihil cuiquam omnino intulerunt injuriæ*: & paulo poſt: *Quod ſi te præcipiente hoc fit (juſtus enim Imperator & Rex non injuſti quicquam aliquando conſilio ſtatuit) ſi ſane recte factum, atque ejuſmodi mortis præmium lubenti animo perpetimur.*

(*a*) Euſebius in Chron. hoc anno.
(*b*) Idem hiſtor. lib. 4. c. 25.

Iſtam autem unam tibi ſupplices petitionem offerimus, ut tu ipſe auctores talis contentionis & diſſidii diſpiciendos cures: denique recto judicio decidas, mortem ne ac ſupplicium, an ſalutem & ſecuritatem ſint promeriti. Sin vero iſtud conſilium hocque novum decretum tua auctoritate minime ſancitum eſt, quod plane ne contra crudeles quidem & barbaros hoſtes ſtatuere æquum eſt: multo magis te obſecramus, ne tam aperto latrocinio nos expoliari permittas. His item ſubdit: *Divina, quam nos excolimus, religio antea inter barbaros inſigniter viguit: quæ cum apud gentes tuas præ-* II. Melito Epiſcopus quid pro Chriſtianis.

præclaro & eximio Auguſti regno, a quo paternum duxiſti genus, floreret; ipſi Imperio, quo tu potiris cum primis fauſto ac felici præſidio fuit. Nam ex eo tempore Romani Imperii fines magna cum amplitudine & ſplendore dilatati ſunt: cui tu non modo jam ſucceſſor fortunatus es, ſed etiam cum filio futurus es, modo divinam illam religionem tuearis, quæ ſimul cum Auguſti regno apud vos cum incepta, tum una cum Imperio enutrita accrevit: quam plane majores tui, præter aliarum religionum ritus quos obſervabant, magnopere coluerunt. Atque quod noſtra religio Imperio tam præclare cœpto maximo plane adjumento & commodo fuerit, illud certiſſimo argumento eſſe poterit: nempe quod ab Auguſti regno hactenus nihil rerum adverſarum invectum eſt, ſed contra, omnia ſummo cum ſplendore & amplitudine proſpere & ex animi cujuſque ſententia proceſſerunt.

III. Modeſtiores Impp. pro Chriſtianis reſcripſere. *Et quamquam Nero & Domitianus, ſoli inter omnes Imperatores, invidorum quorumdam & malevolorum hominum ſuaſu adducti, noſtram religionem ignominiæ & obtrectationi exponere ſtudebant, quorum perdito conatu falſa iſta & malitioſa criminatio contra Chriſtianos ad aures hominum illapſa eſt, & temeraria ac veſana conſuetudine continuata: illorum tamen inſcitiam & amentiam pii & religioſi tui patres majoreſque coarguentes, ſæpe eos, qui contra iſtos piæ religionis & doctrinæ profeſſores aliquid novi moliri audebant, modeſte & prudenter per edicta correxerunt. In quorum numero & Hadrianus avus tuus, quem cum aliis multis, tum Fundano Proconſuli Aſiæque Præfecto litteras in Chriſtianorum gratiam ſcripſiſſe conſtat; tuus item pater, quocum una tu ſummam rerum adminiſtrabas, tum ad alias civitates gregatim, tum ad Lariſſæos, & ad Theſſalonicenſes, ad Athenienſes, & ad omnes denique Græcos nominatim mandata per litteras delegavit, ne quid novarum rerum contra nos Chriſtianos aliquando edere molirentur. Te igitur multo potius omnia facturum, quæ a tua benignitate poſtulamus, pro certo ſumus perſuaſi: quippe cum de his hominibus non eamdem ſolum cum majoribus ſententiam & mentem ſed etiam multo humaniorem & divinæ ſapientiæ ſtudio magis deditam teneas.* Hucuſque ex Apologetico Melitonis Euſebius, qui texens ejuſdem auctoris ſcriptorum catalogum, ait (a): *(a) Euſeb. lib.4. c.25. in princ.*

IV. Melitonis ſcripta. *Primum Melitonis duo de Paſchate libri, alius de recta vitæ Chriſtianæ inſtitutione, de Prophetis alius; liber item de Eccleſia, alter de die Dominico; eſt præterea ejuſdem liber de natura hominis, de ejus creatione, de obedientia fidei, de ſenſuum ſedibus: iſtis accedit liber de anima*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5663.

SÆC. II. Anno Urbis 923. Olymp. 237. an.2. A.C. 170.

☉ 11. A. ☽ 19. P.23. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 170. *ſecund. Baronium* 172.

ELEUTHERI PAPÆ 1.

M. AURELII IMP. 10.

I. *Conſules.* [1] ANum.I. ad VI. Coſſ. *M. Cornelius Cethegus*, & *C. Erucius Clarus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari ex Inſcriptione Forolivienſi a Marcheſio in lib.1. ejuſdem urbis publicata.

II. *Quinquennalia Commodi Cæſaris.* Commodus Cæſar Imperii Cæſarei Quinquennalia dedit.

III. *Apologia Melitonis.* Euſebius in Chronico anno Abrahami 2186. qui Kalendis Octobris præcedentis Chriſti anni inchoatur, ait: *Antonino Imperatori Melito Aſianus, Sardenſis Epiſcopus Apologeticum pro Chriſtianis tradidit*, quod anno præcedenti in finem evergente factum videtur, ut ex Chronico Alex. elicitur. Præterea eo anno Proconſularis Imperii quinta Quinquennalia Marcus edidit, quæ majori pompa, quam Quinquennalia fieri ſolita. Hujus Apologiæ Fragmentum extat apud Euſebium lib.4. cap.26. in qua de Imperio Romano loquens, ait: *Cujus tu hæres ac ſucceſſor adſpirantibus omnium votis potitus es, potierisque deinceps una cum filio.* Quare Commodus Cæſar Imperii con-

NOTÆ [1] COſſ. *M. Cornelius Cethegus*, & *C. Erucius Clarus*. Sponius in Miſcellan. pag. 80.

M. AURELIO. CETHEGO
L. IUNIO. CLARO. COS.

Lapis Foroliovienſis apud Fabrettum pag.505. n.116. de quo Noriſius in epiſtola conſulari ad hunc annum:

M. CORNELIO. CAETEGO. C. ERUCIO
CLARO. COS.

Hinc vera horum conſulum nomina ſe eruiſſe putavit Noriſius. Lapis Gruterianus pag. CCCXVI.

CLARO. ET CETHEGO. COS.

extremis tantum nominibus. Aliæ inſcriptiones a Relando prolatæ A. D. 146. aptari poſſunt. Faſti vulgati; *Cethego*, & *Claro*.

xima & corpore: inter quos eſt etiam liber de lavacro regenerationis, de veritate, de fide, de generatione Chriſti; liber etiam ejuſdem de prophetia, de hoſpitalitate: unus item qui Clavis inſcribitur, alius etiam de diabolo, alius de Apocalypſi Joannis, de Deo incarnato, poſtremo ad Antoninum ſcriptus. In libris quos de Paſchate confecit, quo tempore illos ſcripſerit, in ipſo illorum exordio his verbis refert: Cum Servilius Paulus eſſet Aſiæ Proconſul, quo quidem tempore Sagaris martyrii corona donatus eſt, magna apud Laodiceam orta eſt controverſia de Paſchate: quod quidem feſtum forte eodem temporis articulo, quo oriebatur controverſia, incidit; atque illis ipſis diebus etiam a me iſta de feſto illo fuere perſcripta: & in fine: *Idem auctor præterea in procemio operis ſui, quod breves & ſelectas ſententias ex Scripturis depromptas continet, librorum veteris Teſtamenti, qui ſunt omnium conſentiente auctoritate probati, catalogum citat; quem quidem iſto loco ad verbum percenſere neceſſarium duximus.*

V. Epiſtola Melitonis ad Oneſimum.

Melito Oneſimo fratri S. Quoniam ſæpenumero, incredibili ſtudio erga verbum Dei incenſus, a me vehementer flagitaſti, ut quaſdam breves & ſelectas ſententias ex Lege, & Prophetis, & Salvatore, & univerſa fide noſtra excerptas tibi contexerem; & item librorum veteris Teſtamenti accurate cognoſcendorum cupiditate incitatus, quot numero ſint, & quo ordine collocati, magnopere ſcire expetiviſti: cum ſtudium tuum erga fidem, & cognoſcendi aviditatem erga verbum Dei pro certo intelligerem: & quod pro æternæ ſalutis corona ſtrenue inſtar athletæ decertans, iſtas res ob deſiderium illud, quo erga Deum exardeſcis, maxime omnium præferre videare: illud plane cum tale & tam fructuoſum cernerem, cumulate, quoad poteram, perficere laboravi. Proinde in Orientem iter ſuſcipiens, & eo uſque loci proficiſcens, ubi hæc & prædicata & geſta fuerunt; cum accurate a quibuſdam de veteris Teſtamenti libris didiciſſem, illorum nomina hic ſubſcripta ad te miſi, quæ ſunt hæc: Moyſis quinque, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jeſus Nave, Judices, Ruth, Regum ſeu Regnorum libri quatuor, Paralipomenon duo, Pſalmi Davidis, Salomonis Proverbia, Sapientia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Job, Prophetarum libri Iſaiæ, Hieremiæ & duodecim Prophetarum ſcripta in uno libro ſeparatim contenta, Daniel, Ezechiel, Eſdras. Ex quibus breves & ſelectas ſententias excerpſimus, eaſque in ſex libros diſpertivimus. Tot libri dicuntur eſſe Melitonis. Hæc Euſebius. Sed quod ait de ſua profectione ad Orientem, ad locum ubi divina Scriptura prædicatione eſt vulgata, haud dubium de Hieroſolyma eſt intelligendum; ubi agens, ex canone Hebræorum tantum, quos recitat, libros recenſuit. Cum igitur Melitonis lucubrationes tum ab Euſebio, tum etiam a S. Hieronymo adeo exacte ſint enumeratæ, plane conſtat, librum illum de Tranſitu Virginis, Melitonis nomine decoratum, alterius potius eſſe auctoris; nec vel Melitonis continere apicem, eruditus quiſque perfacile judicabit: ſed enim illum recens emerſiſſe, & antiquos omnes latuiſſe certum eſt, ac proinde apocryphum jure cenſendum.

Quod vero in libro de Paſchate Melitonem meminiſſe ait de Sagari martyre: VI. Sagaris martyr. fuiſſe hunc Laodiceæ Epiſcopum, ac illuſtris martyrii obiiſſe certamen, teſtatur Polycrates Epiſcopus Epheſiorum, qui & de Melitonis exitu meminit, dicens (a): *Quid attinet dicere de Sagari Epiſcopo & martyre, qui Laodiceæ mortem oppetiit? Quid porro beatum Papirium, & Melitonem eunuchum recenſeam, qui ſpiritus ſancti inſtinctu afflatus totum vitæ ſuæ tempus pie ſancteque exegit, qui Sardis tumulo conditus eſt, expectans Chriſti e cælo ad univerſam carnem viſitandam adventum, ex quo ex mortuis reſurget? Iſti omnes diem Paſchatis decimoquarto die Lunæ ex Evangelii præſcripto obſervarunt*, &c. *Hujus* (inquit Hieronymus b) *elegans & declamatorium ingenium laudans Tertullianus in ſeptem libris, quos ſcripſit adverſus Eccleſiam pro Montano, dicit eum a pleriſque noſtrorum Prophetam putari.* Sed de his ſuperius, ubi toleratam eam de Paſchate celebrando ſententiam tunc fuiſſe diximus: quamobrem Sagaris & aliorum nomina publica atteſtatione, ſunt in Eccleſiaſticis tabulis merito recenſita, certuſque ſingulis tributus dies, quo anniverſaria eorum memoria celebretur. At

(a) *Apud Euſeb. lib. 5. cap. 23.*

(b) *Hieronym. de Script. Eccleſ. in Melitone.*

PAGIUS conſors erat, ut etiam ex verbis Julii Pollucis in Præfatione libri primi Onomaſtici ad Commodum Cæſarem, deduci videtur. *Ω καὶ πατρὸς ἀγαθοῦ ἐστί σοι κτῆμα κατ' ἴσου βασιλεία τε καὶ σοφία*: id eſt, *O boni patris fili paterno ſeu hæreditario jure, & regnum & ſapientiam poſſides.* Valeſius in Notis ad Procemium lib. 5. Hiſt. Euſebii laudatum hujus Hiſtorici locum explicans, inquit: *Jam ergo Commodus a patre adſcitus fuerat in conſortium Regni, cum hunc pro Chriſtianis libellum Melito Imperatori porrigebat. Quod ſub finem Imperii M. Antonini contigiſſe conſtat.* Sed non advertit Valeſius Commodum jam ab anno centeſimo ſexageſimo ſexto Cæſarem fuiſſe, Imperioque Cæſareo potitum? ideoque de Imperio Auguſteo Commodi Melitonem non loqui, ut Euſebius & Auctor Chronici Alex. videtur.

Hoc anno M. Aurelius, Roma relicta, adverſus Germanos movit, ut anno præcedenti oſtendi. IV. Expeditio Germanica.

VII. Apollinaris Hierapolit. Epiſcopus.

(a) Euſeb. lib. 4. cap. 25.
(b) Idem ibid. cap. 26.

At non Melitonem ſolum, ſed & Apollinarem Hierapolitanæ Eccleſiæ Epiſcopum, fama conſpicuum, ſcripſiſſe librum his temporibus pro fidei Chriſtianæ defenſione, idem teſtatur Euſebius (a), qui & cæterorum ejus ſcriptorum his verbis ſeriem texuit (b): *Ex multis Apollinaris ſcriptis, quæ apud multos integra ſervantur, iſta ſunt quæ ad nos pervenerunt: Liber ad Imperatorem, de quo ante diximus, ſcriptus: quinque libri contra Gentiles: de veritate duo: contra Judæos duo: & alii quos deinceps ſcripſit contra Cataphrygarum hæreſim: quæ id quidem temporis (quandoquidem jam tum Montanus cum ſuis pſeudo-Prophetiſſis perverſæ ſuæ opinionis fundamenta jaciebat) tamquam naſci cœpit: atque etiam non longo tempore poſt de integro renovata, multo ſerpſit longius.* Hæc de Apollinari Euſebius.

VIII.

(c) Ibid. cap. 24. Scriptores Eccl. hujus temporis.

Alios item complures tunc claruiſſe in Eccleſia viros ſanctitate & doctrina egregie excultos (c) teſtatur, inquiens: *Philippus porro, quem Dionyſii teſtimoniis Eccleſiæ Gortynenſis Epiſcopum fuiſſe cognovimus, longe accuratiſſimum opus contra Marcionem contexuit: idem ab Irenæo factitatum eſt. Modeſtus quoque egregie præter cæteros, viri illius errorem conſpicatus, omnium oculis ſubiecit ad contemplandum. Alii item complures ſcriptores extiterunt, quorum lucubrationes adhuc in permultorum fratrum manibus integre cuſtodiuntur.* Inter alios vero eſt de Muſano apud eumdem memoria nobilis, cum ait (d): *Muſani autem, quem inter eos qui ſupra demonſtrati ſunt numeramus, extat quidem liber elegantiſſimus, ab eo ſcriptus adverſus quoſdam fratres, qui videbantur inclinare in hæreſim eorum qui Encratitæ dicuntur.* Meminit horum omnium S. Hieronymus. Recenſet quoque inter hos Euſebius (e) Pinytum Epiſcopum Cretenſem, de quo idem Hieronymus (f) ait: *Pinytus Cretenſis, Gnoſiæ urbis Epiſcopus, ſcripſit ad Dionyſium Corinthiorum Epiſcopum valde elegantem epiſtolam, in qua docet non ſemper lacte populos nutriendos, ne quaſi parvuli ab ultimo occupentur die; ſed quaſi ſolido veſci debere cibo, ut in ſpiritualem proficiant ſenectutem.* Sunt & alii qui his temporibus claruerunt Catholici ſcriptores Eccleſiaſtici, de quibus alias opportunius.

(d) Ibid. c. 27.
(e) Ibid. ſupra cap. 29.
(f) Hieronym. de Script. Eccleſ. in Pinyto.

IX. Clariores tempore hæreſum a Deo Eccleſiæ dari Doctores.

Vides ex his & plane intueris divinam erga Eccleſiam providentiam; quæ ſcilicet perditiſſimis hiſce temporibus, quibus dictæ hæreſes invaleſcebant, quæ ex diverſis ſcholis philoſophorum prodierant, eruditiſſimos, omnique diſciplinarum genere excultiſſimos dederit viros, qui non eorum modo procaciam infringerent, petulantiam reprimerent, omneſque conatus fruſtrarentur; ſed & eruditiſſimis commentariis, Gentilium etiam in Chriſtianos ut impios oblatrantium impetum retunderent, atque audaciam coercerent.

JESU CHRISTI ANNUS 173. ANICETI PAP. ANNUS 7. M. AUR. IMP. ANNUS 11.

I. De Montani hæreſi.

CHriſti Domini noſtri anno centeſimoſeptuageſimotertio; Severo & Herenniano Coſſ. M. Aurelii Imperatoris anno undecimo, Pſeudo-prophetia, quæ juxta Phrygas nominatur, accepit exordium, auctoribus Montano, Priſcilla, & Maximilla inſanis vatibus. Hæc Euſebius (g). Verum Epiphanius (h), adverſus eoſdem agens, hæc ait: *Hi fuerunt circa annum decimumnonum Antonini Pii poſt*

(g) Euſebius in Chron. hoc anno.
(h) Epiphan. hæreſ. 48.

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 924. Olymp. 237. an. 3. A.C. 171.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5664.

☉ 12. G. ☽ 1. P. 8. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 171. *ſecund. Baronium* 173.

ELEUTHERI PAPÆ 2.

M. AURELII IMP. 11.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *L. Septimius Severus II. & L. Alfidius Herennianus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari.

II.

His Coſſ. M. Aurelius Imperii Auguſtei Decennalia dedit, ut ex Numiſmatis, in quibus ea diſerte memorantur, indubitatum redditur. Unum extat argenteum in Gaza Regia inſcriptum: IMP. M. ANTONINUS AUG. TR. P. XXV. Viſitur caput Marci laureatum. In poſtica, VOTA SOL. DECENN. COS. III. Viſitur Imperator ſtans velatus, qui ſacrificat in tripode. Plura ſimilia apud Mediobarbum videnda. Ex quibus patet, ejus Quinquennalia anno CLXVI. non vero antecedenti exhibita fuiſſe; alioquin extra legitimum tempus acta fuiſſent, ac præterea verum eſſet quod ſæpe inſinuavimus, Imperatoribus hujuſmodi ſolennia edentibus viros iterato Conſulatu exornatos Faſtis non raro nomen dediſſe.

Decennalia Imperii Auguſtei M. Aurelii.

NOTÆ [1] *COſſ. L. Septimius Severus II. & L. Alfidius Herennianus*, ut notat Pagius. Faſti Idatiani, & ceteri; *Severo & Herenniano*, ſine nota *ſecundi Conſulatus* in Severo.

Hadrianum. Rurſum autem ſcribit Apollinaris (*a*), qui eodem quo Montanus vixit tempore, ſub Grato Aſiæ Proconſule Montanum ad fidem veniſſe, ac mox cœpiſſe ſe efferre ſuperbia. Mentio de Grato Conſule apud Caſſiodorum habetur anno quarto Antonini Pii Imperatoris; quem ſi velimus, more majorum, poſt Conſulatum, Proconſulatum Aſiæ accepiſſe, ad ea tempora ejus ſunt primordia referenda. At poſſumus hæc ex ſententia ejuſdem Euſebii (*b*) de Apollinare ita ſcribentis ſimul conciliare: *Scripſit*, inquit, *contra Cataphrygarum hæreſim, quæ id quidem temporis (quandoquidem jam tum Montanus cum ſuis pſeudo-Prophetiſſis, perverſæ ſuæ opinionis fundamenta jaciebat) tamquam naſci cœpit: atque etiam non longo tempore poſt de integro renovata, multo ſerpſit longius.*

(*a*) *Apud Euſeb. lib. 5. cap. 15.*
(*b*) *Idem lib. 4. cap. 26.*

II. Tria Tempora Montani.

Duo igitur tempora, immo & tria, Montani ac ſociorum conſideranda putamus, Primum, cum iidem in Eccleſia prophetare cœperunt, & in admiratione ſunt habiti, ſed nondum detecti hæretici; quippe qui ovinis pellibus lupos induentes, vitam optimis compoſitam moribus, abſtinentia præſertim exultam, extrinſecus præſeferrent: inſuperque & miraculorum ſibi virtutem arrogantes, necdum quicquam Catholicis dogmatibus contrarium loquentes, jam toti Orbi facti conſpicui, & in admiratione habiti, ab omnibus propemodum præconiis tolli & laudibus prædicari cœperunt. Secundum vero tempus fuit, cum res in controverſiam deduci cœpit primis M. Aurelii Antonini temporibus, cum in Galliis ingens perſecutio vigeret: quæ duo tempora Euſebius (*c*) ſimul oratione conjungens, ait: *Cum Montanus, & Alcibiades, & Theodotus in Phrygia jam prophetandi opinionem, apud complures adepti fuiſſent, (permulta enim, divina gratia largiente, miracula & opera ſtupenda ad illud uſque tempus per varias Eccleſias edita, fidem multis faciebant, illos etiam donum prophetiæ fuiſſe conſecutos) cumque de his hominibus controverſia orta eſſet; fratres rurſus qui in Gallia habitabant, privatum judicium, idque prudens & rectum cum primis, de iiſdem epiſtolæ quam diximus, ſubjunxerunt.* Hæc de illis cum ſcribat Euſebius, plane ſignificare videtur, eos aliquando recte ambulaſſe, & divina gratia illuſtratos ſigna & miracula edidiſſe, ſed ea de re adverſas his fuiſſe poſtmodum nonnullorum ſententias ſanctorum virorum.

(*c*) *Idem lib. 5. cap. 3.*

III. Magna tentatio Montani hæreſis.

Tertium vero tempus illud fuit, cum iidem jam palam facti quales eſſent, ab Eccleſia Catholica penitus ejecti ſunt, quod quidem non fui parvi negotii opus; tantam enim ſibi apud plurimos æſtimationem & gloriam comparaverant, ut nec jam detecti exciderint ab opinione multorum: immo & qui de eis aliquando recta ſenſiſſent, atque damnaſſent, poſtea fraude pellecti eorumdem facti fuerint acerrimi defenſores: ut Tertullianus plane infelix, qui in calce (*d*) lucubratiſſimi operis, quod adverſus hæreticos conſcripſit, de Præſcriptione, ſecundum Phrygas hæreſes notat, atque condemnat: poſt vero iiſdem, omnibus intenſis nervis, patrocinatus eſt. Magna certe Montani fraus tentatio in Eccleſia fuit, cum non hic vel ille inanis homo & facilis ad credendum ab ejuſcemodi compoſita larva deceptus ſit, ſed & qui magna præditi videbantur ſanctitate atque doctrina.

(*d*) *Tertull. de præſcr. cap. 25.*

IV.

Enituit tunc temporis quæ de ſede Petri impolluta ſervanda viguit ſemper vigilans divina providentia: nam cum illi totis viribus niſi eſſent primariæ Eccleſiæ communicationem ſuffurari, quo ſic ab univerſa Catholica Eccleſia viderentur eſſe recepti atque probati; dum res apud Romanum Pontificem ageretur, idemque

de

PAGIUS III. *Sub quo Pontifice Praxeas Romam venerit.*

Ad num.IV. Praxeas, Catholicæ Religionis tunc homo, Romam venit, non Aniceto ſedente, ut exiſtimavit Baronius, ſed Victore Romanam Eccleſiam adminiſtrante, ut didici a clariſſimo viro Ludovico *Du Four*, Abbate Sancti Joannis de Jardo ad Melodunum, & Septem Fontium in Theraſcia, qui quæcumque fere de Tertulliano hoc in Opere ſcripſi, mecum communicavit. Hæc Tertulliani verba lib. adverſus Praxeam cap.1. *Iſte primus ex Aſia hoc genus perverſitatis* (hæreſim nempe Patripaſſianorum) *intulit Romæ*, &c. *Nam idem tunc Epiſcopum Romanum, agnoſcentem jam prophetias Montani, Priſcæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ inferentem, falſa de ipſis Prophetis & Eccleſiis eorum aſſeverando, & prædeceſſorum ejus auctoritates defendendo, coegit & literas pacis revocare jam emiſſas, & a propoſito recipiendorum chariſmatum conceſſare. Ita duo negotia Diaboli Praxeas Romæ procuravit, prophetiam expulit, & hæreſim intulit; Paracletum fugavit, & Patrem crucifixit.* Ait itaque Tertullianus, Epiſcopum Romanum, *Victorem* nempe, olim Montani prophetiam agnoviſſe, literaſque pacis Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ eandem amplexis conceſſiſſe; ſed *Praxeam* coegiſſe Victorem eas literas revocare, falſa de Prophetis & Eccleſiis Montanizantibus aſſerendo, ac defendendo auctoritate prædeceſſorum Victoris, qui dictam prophetiam exploſerant. Hi autem alii non fuerunt, quam *Eleutherus* & *Soter*, ſub quo, teſte Euſebio in Chronico, Montanus hæreſim publicare cœpit, quique contra *Montanum* ſcripſit, ut docuit nos Anonymus a Sirmondo poſt Baronii mortem in lucem editus, cui titulus eſt, *Prædeſtinatus*. Is Auctor hæreſi 26. quæ eſt de Cataphrygibus, ait: *Scripſit contra eos librum S. Soter Papa Urbis, & Apollonius Epheſiorum Antiſtes, contra quos ſcripſit Tertullianus Presbyter Carthaginenſis. Qui cum omnia bene, & primo, incomparabiliter ſcripſerit, in hoc ſolum ſe reprehenſibilem fecit, quod Montanum defendit, agens contra Soterem ſupradictum Urbis Papam.* Quod & hæreſi LXXXVI. repetit, addens, *Tertullianiſtas olim a Sotere Papa Romano damnatos.*

de impartienda illis communicatione litteras dediſſet, continuo revocavit: cum adveniens Praxeas, Catholicæ religionis tunc homo, multa de illis, quæ hactenus præteriiſſent ipſum Romanum Pontificem, eidem ſignificaſſet, inculcaſſetque. Teſtatur id quidem Tertullianus (*a*), cum ait: *Nam idem Praxeas tunc Epiſcopum Romanum agnoſcentem jam prophetias Montani, Priſcæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ inferentem, falſa de ipſis Prophetis & Eccleſiis eorum aſſeverando, & præceſſorum ejus auctoritatem defendendo, coegit & litteras pacis revocare jam miſſas, & a propoſito recipiendorum chariſmatum conceſſare*. Hæc Tertullianus: quem licet velimus non mentitum eſſe (periculoſum enim alioqui eſt, hæreticis de ſuis dogmatibus quæcumque dicentibus fidem præſtare) quid magnum eſt falſis aſſertionibus ſurreptam, pacificis ſcriptis litteris, communicationem dare Romanum Pontificem?

(a) *Tert. adv. Praxeam c.1.*

Rom. Eccleſia Montanum reſpuit.

V. Accidit id quidem alias ſæpe; & inter alia plura exempla illud eſt perſpicuum, quod in præſentiarum menti occurrit. Euſtathius Sebaſtenus (*b*) hæreticus Romam veniens cum ſuis ad Liberium Papam, fidei Catholicæ ſinceram profeſſionem edens, doloſe communionem ſurripuit; rediensque glorioſe de Romanæ Eccleſiæ communicatione ſe extulit: ſed reclamantibus Orientalibus, & qualis adhuc eſſet Euſtathius declarantibus, rurſum ſic cognitus, ab Eccleſia pulſus eſt atque damnatus, ut ſuo loco dicemus. Qui novit, numquam a Romano Pontifice atque etiam aliis conſueviſſe dari litteras communicatorias, quas & pacificas dicimus, abſque fidei Catholicæ præmiſſa prius confeſſione; nec rurſum illam profitentibus, ac eas petentibus litteras, potuiſſe negari; haud profecto mirabitur, Papam per litteras impertitum fuiſſe pacem Eccleſiis Phrygiæ atque Aſiæ, quarum fidem Catholicam, edita ex more rectæ fidei profeſſione, jam exploratam habuiſſet: hoc eſt namque quod ait Tertullianus, ipſum Romanum Pontificem agnoſcentem prophetias Montani & ſociorum, ex ea (quod addit) agnitione pacem Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ per litteras conceſſiſſe: perinde ac ſi diceret, cognita ab eis edita fide Catholica, nec ab ea illorum prophetias diſſentire cognoſcens (haud dubium, eos, quæ in illis erant hæreſes, occuluiſſe) ad dictas Eccleſias litteras pacificas dedit. Nam quid eſt, per Praxeam aliis ſignificatis, revocaſſe quas dederat pacificas litteras, niſi, prodita illorum hæreſi, eos averſatum fuiſſe? ut appareat in omnibus viguiſſe ſimul ejuſdem Romani Pontificis ſinceritatem ac pariter poteſtatem.

(b) *Socrat. l.4.c.11.*

Litteræ communicatoriæ quibus dari ſolitæ & quibus negari.

VI. Sic igitur tribus his temporibus conſideratis, nulli ſane crimini dari potuit, ſi ipſo initio, vel medio tempore, cum primum illorum prophetiæ junctæ miraculis veris aſſertis vel apparentibus ederentur, vel cum poſtea de iis dubitatione exorta, diverſæ eſſent diverſorum ſententiæ, quis iiſdem communicaſſet: ſed tantummodo crimen erat, cum patefacta, atque a Catholica Eccleſia improbata ipſorum hæreſi, id ſciens quis prudenſque feciſſet. Fuiſſe namque ſemper a temporibus Apoſtolorum in Eccleſia, ac perſeveraſſe in poſterum ſpiritum prophetiæ, abſque controverſia apud omnes eſt; de quo & Juſtinus martyr (*c*) hæc ait: *Apud nos enim hucuſque prophetica extant dona: unde & vos intelligere debetis, quæ olim in genere veſtro* (de Judæis intelligit) *fuere, ea eſſe in nos tranſlata. At quemadmodum apud vos, ſanctorum Prophetarum tempore, etiam pſeudo-Prophetæ erant: ita & apud nos permulti ſunt falſi doctores, quos cavendos eſſe Dominus noſter præmonuit*. Et poſt multa: *Eſt*, inquit, *apud nos videre & fæminas & maſculos dona a Spi-*

Quando crimen eſſet Montano communicare.

(c) *Juſtin. in dialog. cum Tryphone.*

PAGIUS *tos*. Tum Tertullianus inſinuat, ſe dum adhuc Catholicus eſſet, adverſus hæreſim Praxeanam Carthagine diſſeminatam pugnaſſe, & rurſus poſt ſuam a Catholicis, quos *Pſychicos appellat*, ſeparationem impugnare velle: *Fructificaverant*, inquit, *avenæ Praxeanæ, hic* (nempe Carthagine) *ſuperſeminatæ: traductæ dehinc per quem Deus voluit, etiam evulſæ videbantur. Et nos quidem poſtea agnitio Paracleti, atque defenſio disjunxit a Pſychicis*, (nempe Catholicis) &c. *nunc denuo erupit; ſed & denuo eradicabitur*, &c. Denique Tertullianus lib. de Præſcriptione Hæreticorum cap. ult. inquit: *Sed poſt hos omnes etiam Praxeas quidam hæreſim introduxit, quam Victorinus* (id eſt, Victor Papa) *corroborare curavit*.

IV. Verum Catalogus ille hæreticorum in fine libri de Præſcriptione editus perperam Tertulliano adſcribitur; fœtus enim eſt Auctoris anonymi ei coævi, qui Montaniſtas quibus Tertullianus adhærebat, inter hæreticos numerabat. Ait enim: *Acceſſerunt alii hæretici, qui dicuntur ſecundum Phrygas* &c. *qui dicunt Paracletum plura in Montano dixiſſe, quam Chriſtum in Evangelium protuliſſe*. Et tamen Tertullianus lib.4. de Præſcript. cap.XXII. ait: *Utrum ne ſimplici errore an ratione qua defendimus in cauſa Novæ Prophetiæ, gratiæ Ecſtaſin, id eſt amentiam convenire? In ſpiritu enim homo conſtitutus, præſertim cum gloriam Dei conſpicit, vel cum per ipſum loquitur, neceſſe eſt excidat ſenſu, obumbratus ſcilicet virtute divina, de quo inter Nos* (ſcilicet Montaniſtas) & *Pſychicos* (id eſt, Catholicos) *Quæſtio eſt*. Quare veriſimile non eſt Tertullianum poſt compoſitum librum illum de Præſcriptione hæreticorum Librum alium edidiſſe, in quo falſam Montani prophetiam inter hæreſes recenſuerit; id enim maniſeſtiſſime abſurdum. Unde in antiquo exemplari Agobardi, in Bibliotheca Regia aſſervato non extat Catalogus ille hæreſeon, qui præfigitur quibuſdam aliis MSS. initio Libri *de Præſcriptionibus*. Sed Librarii Auctores de eadem materia loquentes, licet diverſa prorſus ſentientes, inter ſe imperite copularunt.

Catalogus Hæreticorum Tertulliano male adſcriptus.

Prophetia ſemper in Eccleſia.

(a) Joel. 2.

a Spiritu Dei habentes. Equidem ex veteri quoque prophetia jure ſibi S. Eccleſia novas vindicat prophetias, Joelis (a) nempe oraculo dicente: *Effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri & filiæ veſtræ:* Idque ſibi per Chriſtum (b) conceſſum eſt, divino Spiritu ex menſura fidei (quod ait Apoſtolus c) his & aliis chariſinata ſingula dividente.

(b) Epheſ. 4.

(c) Rom. 12.

VII. Perfacile erat a Montano decipi.

(d) Philaſtr. de hær. cap. 50.

(e) Epiph. hær. 48.

(f) Theodor. hæret. fab. lib. 3.

Cæterum quod ſpectat ad Montanum & ſocios ejus, perfacile fuit ab eis decipi, quippe qui in omnibus ſpeciem pietatis præferebant; nam (ut docent Philaſtrius (d), Ephiphanius (e), Theodoretus (f), & alii) Scripturas omnes cum Catholicis, tam veteris quam novi Teſtamenti, recipiebant: de Patre, Filio, & Spiritu ſancto paria cum Eccleſia ſentiebant: dona Spiritus eſſe pariter in Eccleſia, ac Fidelibus etiam impertita affirmabant: diſciplinam inſuper Eccleſiaſticam ſe arctiſſime ſervare profitebantur: jejunia, martyria, & cuncta alia, quæcumque in pretio eſſent in Eccleſia Catholica, excolere diligentiſſime curabant: nec ea quidem verbis dumtaxat, ſed re ipſa præſtare videbantur. Magnam itaque hæc omnia apud unumquemque durioris licet ingenii hominem vim habuiſſe, quis dubitet? Verum enim vero quis hæc accurate conſiderans, non afficiatur magna animi admiratione atque ſtupore, perſpiciens diaboli callidam artem atque in decipiendo verſutiam, novo ſemper certamine, quo minus ſuarum technæ inſidiarum proditæ evitentur, Dei Eccleſiam oppugnantis? Ecce tibi, qui non ita pridem, nempe hoc ipſo ſæculo, Gnoſticorum & aliorum, quos retulimus, turpitudines commentus erat, ut ignominiam irrogaret Eccleſiæ, eamque penitus labefactaret: jam detectus, & una cum ſuis ſectariis omni execratione dignus habitus, atque proſcriptus, immutans ſpeciem, omneſque exuens prioris habitus impuritates, ſordes, ac turpitudines, ſuperinducta ſummæ atque admirandæ ſanctitudinis compoſita larva, progreditur, nonniſi jejunia, continentiam, & martyria prædicans; oſtentanſque in ſuis Prophetiæ ſpiritum, & ſumma illa a Chriſto olim promiſſa Fidelibus chariſmatum dona, multaque alia ſuperaddens, quæ ad ſectam eſſe poſſent illecebræ, maximo omnium fuit Eccleſiæ detrimento.

VIII.

(g) Hieronym. in ep. 54.

Montanus, Priſcilla, & Maximilla pſeudo-Prophetæ.

Quod vero ad Montanum ipſum ſpectat; S. Hieronymus (g), ad Marcellam ſcribens, in primis eum abſciſſum & ſemivirum appellat, ac proinde eunuchum fuiſſe declarat: qui nuper baptizatus, propriæque excellentiæ gloria elatus, malo arreptus ſpiritu, prophetam profiteri cœpit, magnamque inde ſibi exiſtimationem comparavit, nactus ad eam rem duas quas ſeduxit nobiles fæminas, Priſcam videlicet, quam nonnulli Priſcillam nominant, & Maximillam, eaſdemque eodem afflatas ſpiritu docuit prophetare; quarum ope innumeros pene ſeduxit: nam Hieronymus ſcribens contra Pelagianos ad Cteſiphontem, de iis hæc ait: *Montanus, immundi ſpiritus prædicator, multas Eccleſias per Priſcam & Maximillam, nobiles & opulentas mulieres, primum auro corrupit, deinde hæreſi polluit*. Hæc ipſe.

IX. At quod ad rerum ab eo geſtarum hiſtoriam pertinet, a nullo fidelius atque certius quam ab ejus temporis homine, qui adverſus eum cominus decertavit, aſſequi licet. Is fuit nobilis eruditione atque virtutibus præſtans Apollinaris Hierapolitanus Epiſcopus, qui ab ipſo rerum exordio narrationem inſtituens, ad Avircium Marcellum ſcribens, in hunc modum præfatur (h): *Quamquam longo jam & prolixo temporis ſpatio, Avirci Marcelle cariſſime, a te, ut aliquid contra Cataphrygarum hæreſim ſcriberem, incitatus ſum, tamen hactenus me ab illo inſtituto continui: non tam quod dubitarem falſa errorum commenta me poſſe convincere, & firmis teſtimoniis veritatem corroborare, quam quod tum metuerem, tum ſedulo præcaverem, ne Evangelico novi Teſtamenti verbo, cui neque apponere, neque detrahere quidquam licet, & præſertim qui ſecundum Evangelium vitam degere inſtituerit, quibuſdam viderer meo quaſi marte aliquid vel addere, vel ſtatuere, quod non in eo omnino comprehenſum ſit*. En vides, lector, quanta modeſtia, animique demiſſione, antiqui Patres, quantum libet eruditiſſimi atque ſanctiſſimi, ad divinas Scripturas tractandas, etiam ſi ex eis oppugnaturi forent hæreticos, ſe conferebant. Sed proſequitur deinde inchoatam de Montano narrationem, ſic dicens:

(h) Apud Euſeb. l. 5. cap. 15.

Quæ Apollinaris de Montano.

X. Apollinaris diſputatio adverſus Montanum.

Verum cum nuper eſſem Ancyræ Galatiæ urbe, & Eccleſiam quæ eſt in Ponto contentionum procellis ab iſta nova & inuſitata non (ut illi dicunt) prophetia, ſed potius (ut demonſtrabitur) pſeudo-Prophetia concitatis jactatam offenderem; quantum poteram, juvante Deo, de his ipſis eorum erroribus, qui jam paſſim vagantur, & de iis quæ ab illis proponebantur, multis diebus in Eccleſia aſſidue diſceptabam: adeo ut ea non ſolum permagna efferretur lætitia, ſed ad veritatem vehementer roboraretur; & qui contrarias partes tuebantur, eodem temporis momento a me refutati, animos dejicerent, & omnes veritatis adverſarii ſummo dolore angerentur. Ac cum presbyteri, qui in eo loco erant, præſente Zotico Otreno poſtularent, ut de iis, quæ fuiſſent contra veritatis adverſarios eo ſermone diſputata, commentarium aliquem relinqueremus: i-

ſtud

ſtud quidem minime ibi præſtitimus, ſed conſtanter illis ſumus polliciti, Domino nobis gratiam largiente, nos illum ſcriptis hoc loco mandaturos, & abſque cunctatione ad eos miſſuros. Iſta aliaque deinceps verba in exordio libri præfatus, & in ſermone progreſſus paululum, auctorem erroris, de quo locuti ſumus, hoc modo commemorat. Et paulo poſt:

XI. Exordia Montani. *Pagus eſſe dicitur in Myſia Phrygiæ, quæ nuncupatur Ardabam: ibi ferunt quemdam nomine Montanum, qui nuper ad fidem venerat, Grato tum Proconſule Aſiæ primum inſatiabili quadam animi cupiditate in primatu ambiendo incenſum, ſimul atque aditum diabolo adverſario ad ſe patefecerat, ſpiritu quodam maligno abripi, & de repente furore & mentis inſania exagitatum bacchari, atque mox non temere ſolum garrire, ſed peregrinas quaſdam voces fundere, & contra quam Eccleſiæ conſuetudo cum traditione tum ſucceſſione antiquitus ab Apoſtolorum temporibus eo uſque derivata poſtulabat, prophetare ſcilicet accepiſſe. Ex illis, qui eo temporis articulo adumbratas eas & adulterinas voces auditione acceperant, nonnulli contra illum, tamquam inſano ſpiritu præditum, dæmonio agitatum, falſi erroris quaſi vento pulſum, & hominum denique multitudinem magnopere conturbantem, acriter increpabant; & Domini tum diſtinctionis, qua ſpiritus erroris innoteſcerent, tum minarum, quibus perterrefacti, vigilanter pſeudo-Prophetarum adventum præcaverent, recordati, ne ita deinceps garriret, prohibuerunt. Alii autem, Dominicæ diſtinctionis penitus obliti, de eo, velut Spiritu ſancto & dono prophetiæ imbuto, ſe ſe glorioſe extulerunt, atque inſolenter intumuerunt: a quo decepti, inque fraudem abducti, ſpiritum illum veſanum fallaciter blandientem, & populum in errorem aſtute inducentem, vehementer ſolicitarunt, ut ſe a loquendo non amplius prohibere permitteret.*

XII. *Diabolus igitur cum arte quadam immo ejuſmodi falſæ & fraudulentæ aſtutiæ præſtigiis, perniciem contra iſtos, qui ita ſe Deo oppoſuiſſent, machinatus eſſet, & ab eiſdem, contra atque meruerat, magno honore affectus; illorum mentem a fide, quæ eſt ſecundum veritatem, lapſam, erroriſque ſomno conſopitam excitavit, incenditque, ut duas meretrices in illud ipſum ſcelus impellerent, ſpirituque complerent adulterino, quo non aliter quam Montanus, quem diximus, furioſe, inepte, ac* Montani conatus. *novo & peregrino modo garrirent: uſque adeo, ut ſpiritus ille veteratorius eos, qui tum in eo ſe oblectarent, tam effuſe gloriarentur, interdum beare & promiſſionum magnitudine admodum inflatos reddere videretur; interdum conjecturis & rationibus probabilibus nixus, aperte eorum peccata coram redargueret, ut putaretur etiam corrector vitiorum. Quamquam pauci ex Phrygibus erant, qui ejus erroris tenebris involvebantur: præfractus tamen ille & arrogans ſpiritus ad Catholicam & univerſam ſub cælo Eccleſiam contumeliis onerandam eos propterea perdocuit, quod idem ille pſeudopropheticus ejus ſpiritus neque aditum ad illam ſibi patentem habere, neque honorem in illa acquirere potuerat. Nam ubi Fideles, qui Aſiam incolebant, ſæpenumero & multis in locis ejuſdem in unum convenerant, & doctrinam recens inductam explorarant; & eam profanam ac deteſtabilem oſtenderant, & errorem ipſum improbarant: ſic tandem iſti tum ab Eccleſia extruſi, tum a communione penitus depulſi fuerunt.* Hæc Apollinaris, reliqua vero, quæ ab eodem ſcripta ſunt de fine ipſorum, inferius ſuo loco dicemus.

Quæ autem de Apollonio, egregio ejuſdem ſæculi ſcriptore, de iiſdem ſint memoria commendata, hic intexere operæpretium exiſtimamus: ait enim (*a*): XIII. Apollonius quid de Montano. (*a*) *Apud Euſeb. l. 5. c. 17.* *Atqui quis ſit hic recens & novitius doctor, facta illius & doctrina ſatis declarant. Iſte eſt, qui nuptiarum divortia perdocet: qui novas jejunii leges ſancit: qui Pepuzam & Tymium, (iſtæ enim ſunt parvæ civitates Phrygiæ) cupiens omnes undique eo convocare, Hieruſalem nuncupat: qui pecuniarum exactores conſtituit: qui oblationum nomine munera accipienda prætexit: qui denique ſui verbi prædicatoribus, ut ejuſdem verbi doctrina ſordido ventris abdomine & ingluvie roboretur, ſalaria ſuppeditabat.* Montani artes. Hæc de Montano: de cujus prophetiſſis, ſermone aliquanto longius producto, ſic ſcribit (*b*): (*b*) *Ibidem.* *Intelligendum eſt iſtas primas Montani prophetiſſas, ut primum ſpiritu illo repletæ erant, maritos deſeruiſſe. Quam falſo igitur mentiti ſunt hi, qui Priſcam virginem appellabant?* Deinde ſubjungit: *An non univerſa Scriptura videtur prophetam vetare, ne munera & pecuniam accipiat? Quando ego igitur forte video prophetiſſam aurum, argentum, & veſtes pretioſas cupide accipientem: quid eſt cur illam non prophetiſſarum numero excludam?* Iterum ſermone longius provecto, de quodam illorum, quos Confeſſores nominabant, hæc diſſerit: *Themiſon etiam totus re vera avaritiæ ſordibus involutus,* Themiſonis procacia. *qui non toleranter crucem afflictionis (quæ eſt veri confeſſoris nota) geſtabat, ſed pecuniarum multitudine ſe e vinculis eripiebat; cum oportuiſſet illum ob iſtud peccatum humili ſummiſſoque animo ſe geſſiſſe, martyrem & teſtem Chriſti ſe eſſe gloriatus, audebat, Apoſtolum imitando, catholicam ad omnes Eccleſias epiſtolam contexere: ac tum illos, qui plane multo melius credebant quam ille, fide & religione*

ne inſtruere: tum ſuæ doctrinæ confirmare ineptias; tum denique in Dominum, in Apoſtolos, & in ſanctam Eccleſiam convitia petulanter jacere.

XIV. Alexander pſeudo-martyr. *De alio item eorum, quos tamquam martyres apud ſe honore & obſervantia decorabant, ſic tradit: Ut non de pluribus verba faciamus, dicat nobis ipſa prophetiſſa de Alexandri facinoribus, qui ſe martyrem prædicat, & quem ipſa convivio excipit familiariter; quem etiam alii complures adorant, cujus latrocinia & alia flagitiorum genera, pro quibus debitas pœnas perſolverit, nihil noſtra intereſt commemorare; præſertim cum in ipſas tabulas publicas ſatis accurate relata ſint. Igitur quiſnam iſtorum alterius condonabit peccata? prophetiſſa ne martyri latrocinia; an martyr prophetiſſæ avaritiam? Cum enim Dominus dixerit: Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas: iſti omnia contra, in rerum vetitarum poſſeſſione magnopere deliquerunt. Nam illos, qui ab iſtis prophetæ & martyres dicuntur, non a divitibus ſolum, ſed a pauperibus etiam, ab orphanis & viduis pecunias exegiſſe, perſpicue oſtendemus. Quod ſi in hac re ſibi confidant; prodeant in medium, & de his nobiſcum una diſceptent; ut ſi forte convincantur, deſinant de cætero peccare. Oportet enim fructus prophetæ exacte explorari; nam arbor a fructu rite internoſcitur.*

XV. *Ut vero Alexandri flagitia cuique ea cognoſcere cupienti dilucide aperiantur, hoc pacto oſtendemus. Epheſi ab Æmilio Frontino proconſule, non propter nomen Chriſti, ſed propter latrocinia (erat enim maleficus) quæ turpiter admiſerat, in judicio condemnatus eſt. Verum poſtea cum ſe ob nomen Chriſti perſecutionem paſſum fuiſſe apud Fideles, quos callide hac aſtutia deludebat, falſo prætexuiſſet: illis Proconſulem rogantibus pro eo, dimiſſus eſt. Attamen propria ac ſua unde erat, Eccleſia, eum, quia latro erat, recipere nolebat. Cæterum qui plura de rebus geſtis illius (cujus vitæ rationem hæc prophetiſſa, licet cum illo multis jam annis commoratus ſit, ignorare præſefert) penitus agnoſcere cupiant, Aſiæ tabulas publicas habent, unde diſcant. Iſtius igitur mores depingendo in iiſdem, tamquam in tabula, propriam etiam & veram prophetiſſæ effigiem ſcite depinximus. Similem etiam inſcitiam in multis eorum poſſumus declarare. Quod ſi ſibi ſuiſque ingeniis præfidant, veniant quæſo in quæſtionem, judiciumque ſubeant.*

XVI. Pſeudo-Prophetæ quales. *Alio etiam in loco ejuſdem libri, de prophetis, de quibus ſe ita jactitant, iſta adnectit: Si inficias eant ipſorum prophetas munera accepiſſe, hoc pro confeſſo ſtatuant, ſe, ſi munera accepiſſe manifeſto convincantur, non omnino eſſe prophetas. De quibus rebus infinita pene eaque certiſſima argumenta proferemus. Quin omnes prophetæ fructus examinare neceſſum eſt. Dic mihi: Propheta ne comam coloribus tingit? Propheta ne oculos ſtibio oblinit? Propheta ne ſumptuoſe & veſtitu ſplendido ornatus incedit? Propheta ne tabulis & teſſeris ludit? Propheta ne fœnus exercet? Iſta vero mihi fateantur, & dicant utrum liceat uſurpare, an contra. Ego certe hæc apud illos factitata, perfacile oſtendam. Idem iſte Apollonius in eodem libro commemorat, quod quadrageſimus jam annus, in quo quidem ad hoc opus ſcribendum ſe contulit, agebatur, ex quo Montanus illam confictam & commentitiam prophetiam inceperit. Atque rurſum dicit, Zoticum, cujus ſuperius ſcriptor meminerat, cum Pepuzam adventaſſet, ibi jam Maximilla prophetare ſe ſimulante, inſanum in illa ſpiritum coarguere conatum eſſe: verum ab illis, qui Maximillæ partibus favebant, ab inſtituto prohibitum. Porro Thraſeæ cujuſdam ex numero martyrum, qui tum erant, meminit.* Hæc ex Apollonio Euſebius; qui nobilis inter ſcriptores Eccleſiaſticos, adverſus Cataphrygas, ad eorum auctores confutandos, librum ſeparatum conſcripſit.

XVII. Miltiades quid de Montano. Qui vero decimoquarto anno a morte Maximillæ, alterius ex prophetiſſis Montani, adverſus eoſdem commentarium ſcripſit Miltiades, hæc in eoſdem habet, quæ ex multis idem Euſebius (a) recitat his verbis: *Hic pſeudo-Propheta Montanus, quem impudentia & audacia ſequuntur ut comites, cum eſſet furore correptus, ex inſcitia quadam voluntaria ordiens, in inſaniam animi non voluntariam (ſicuti ante diximus) præceps tandem dilabebatur. At vero neque quemquam veteris Teſtamenti prophetam, neque quemquam novi oſtendere potuerunt, qui inſano ſpiritu in hunc modum fuerint aliquando exagitati: neque de Agabo, neque de Juda, neque de Sila, neque de Philippi filiabus, neque de Ammia ex Philadelphia, neque de Quadrato, neque de aliis quibuſvis præterea, quod veſano ipſorum more ulla ex parte aliquando prophetaverint, omnino gloriari poterunt. Rurſum iſta memorat paullo poſt: Quod ſi poſt Quadratum & Ammiam ex Philadelphia, mulieres illæ Montani (ſicut prædicat) in prophetiæ munus proxime ſuccedebant; proferant etiam eos, qui poſt Montani & mulierum illarum mortem (nam donum prophetiæ in Catholica Eccleſia ad poſtremum uſque Chriſti adventum debere verſari affirmat Apoſtolus) in idem munus ſucceſſerint. Verum decem & quatuor annis, qui jam a Maximillæ morte hactenus interceſſerunt, ne unum quidem prophetam commonſtrare poterunt.* Hactenus ex Miltiade Euſebius, qui ſubdit ab eodem au-

(a) *Euſeb. l.5. c.16.*

ctore editum quoque librum fuiſſe contra Gentiles, & alium contra Judæos: Apologiam quoque pro Chriſtiana religione ad illius temporis Imperatores ſcripſiſſe tradit. Quæ cum omnia magno detrimento deperiiſſe noſcantur, fragmentum ſaltem ex eo ab Euſebio recitatum, tamquam perilluſtris antiqui Theologi monumentum, ut ejus quoque ſicut aliorum memoria vivat in chartis noſtris, hic voluimus recitaſſe.

XVIII. Quid Serapion de Montaniſtis. (a) Apud Euſeb. l. 5. cap. 18. De ipſorum vero pſeudoprophetarum damnatione ab Epiſcopis Aſiæ & aliis facta, hæc Serapion (*a*), ejuſdem quoque ſæculi clarus inter ſcriptores Eccleſiaſticos, in epiſtola ad Coricum & Ponticum habet: *Ut vero iſtud intelligatis, omnem in Chriſto fraternitatem, quæ per univerſum orbem terrarum diffuſa eſt, ab hac nova & peregrina prophetia, tam falſis præſtigiis inſtituta, reapſe abhorrere; litteras Claudii Apollinaris beatiſſimi, qui Hierapoli Aſiæ civitati Epiſcopus præfuit, ad vos miſi. In hac Serapionis epiſtola extant diverſorum Epiſcoporum ſubſcriptiones, quorum unus ſic fere ſubſcribit: Aurelius Cyrenius, teſtis Chriſti, vobis ſalutem & proſperam valetudinem opto. Alter iſto modo: Ælius Publius Julius ex Debelto Colonia Thraciæ Epiſcopus: Vivit Deus in cælis, quod Sotas in Anchialo voluit Priſcillæ dæmonem ejicere, ſed veteratores illi hypocritæ neutiquam permiſerunt. Sunt etiam in iiſdem litteris permultorum aliorum Epiſcoporum ſubſcriptiones ſua ipſorum manu exaratæ, qui eidem ſententiæ ſuffragati ſunt.*

XIX. Concilia in Græcia. (b) Tertul. de jejun. adv. Pſychic. c. 13. At non in Aſia ſolum, ſed & in Græcia hoc ſæculo pleraque acta fuiſſe Concilia, in quibus de iiſdem dignoſcendis habitum fuiſſe tractatum, putamus; nam Tertullianus (*b*) ait: *Aguntur præcepta per Græcias illas certis in locis Concilia ex univerſis Eccleſiis; per quæ & altiora quædam in commune tractantur, & ipſa repræſentatio totius nominis Chriſtiani magna veneratione celebratur.* Ex Apoſtolorum namque traditione ejuſmodi dimanavit in Eccleſiam conſuetudo, ut contentionibus de fide exortis, vel cum alia perdifficilia tractanda eſſent, Eccleſiarum Epiſcopi in condictum omnes locum convenirent. At quippiam de iiſdem definire, haud fuiſſe liberum abſque Romano Pontifice (neque enim ſoliti erant) vel ſi quid definiſſent, illius auctoritate probari, ſolemne ſemper in Eccleſia fuit, ut innumera propemodum declarant exempla, ſuis quibuſque locis ponenda. Ad hæc ſpectat, quod, cum Aſiæ Epiſcopi de celebrando Paſchate luna decimaquarta agerent, Polycarpus Romam ad Anicetum (ut dictum eſt) ad ejus ea de re explorandam ſententiam venit; qui inolitæ Aſianæ Eccleſiæ conſuetudini noluit refragari. Feſtinaſſe itaque ea item ex cauſa Montanum, atque falſa relatione ſubripuiſſe litteras pacificas a Romano Pontifice diximus.

Sed jam quis fuerit Montani & propheтiſſarum exitus, a Claudio Apollinare, Hierapolitano Epiſcopo, audiamus: *In ſecundo libro* (inquit Euſebius *c*) *iſta de morte illorum, quos ſupra perſecuti ſumus, commemorat: Quin nos ideo prophetarum interfectores appellarunt, quod garrulos in primis & loquaces illorum prophetas minime admiſerimus (hos enim prædicant eſſe, quos Dominus pollicebatur ſe populo miſſurum.) Nobis jam quæſo reſpondeant. Et quis, amabo, optimi illorum, qui Montani & mulierum illarum diſciplina eruditi garrire cœperunt, qui vel a Judæis ſit perſecutionem perpeſſus, vel a nefariis & facinoroſis Gentibus, neci traditus? Nemo certe: neque quiſquam illorum prehenſus aliquando pro Chriſti nomine cruci affixus eſt: neque in Judæorum ſynagogis mulier ulla inter eos aliquando flagris cæſa, aut lapidibus uſquam obruta. Et quod ad Montanum ipſum & Maximillam ſpectat, illi alio quodam & longe diverſo mortis genere occubuiſſe dicuntur. Nam iſtos ferunt ſpiritus veſani & perditi impulſu commotos, ſibi laqueo mortem conſciviſſe: non tamen ſimul credo, & eodem momento (ipſo temporis puncto quo alteruter obierit, multus ſermo de illis inter homines verſabatur) ſed ita occubuiſſe ut diximus, & eumdem cum Juda proditore vitæ exitum adeptos, conſtans eſt fama. Eſt etiam pari ratione de admirabili illo Theodoto, qui primus illius commentitiæ prophetiæ quaſi procurationem ſuſceperat, valde creber ſermo, quo modo e mentis poteſtate deturbatus, fraudulento ſpiritui ſe ipſum concrediderit: a quo ſublimem aliquando in aerem ſublatum, ac de repente præcipitem dejectum, miſere ac perdite interiiſſe ferunt. At illi: Rumor eſt, inquiunt, iſtud ita geſtum eſſe. Nos ne, o beate, nos ne ejuſmodi quicquam pro certo nos ſcire cenſebimus, cum oculis ipſi minime conſpeximus? Montanus namque, Theodotus, & mulier illa quæ ſupra commemorata eſt, fortaſſe, ſic, fortaſſe ſecus mortem oppetiverunt.*

XX. Exitus Montani & propheтiſſarum. (c) Euſeb. lib. 5. c. 15.

Rurſus eodem in libro dicit, ſanctos & pios Epiſcopos id temporis conatos eſſe, Maximillæ ſpiritum redarguere, reprimereque; ſed ab aliis, qui videlicet ſpiritui illi patrocinio eſſe ſtudebant, impeditos eſſe: ſic enim ſcribit: Ne amplius loquatur Maximillæ ſpiritus, ſicut Aſterius Urbanus in libro ſuo illam loquentem inducit: Omnium inſectatione urgeor, & tamquam lupus ab ovibus repellor: non ſum lupus, verbum equidem ſum, ſpiritus, & virtus. Sed virtutem, quæſo, in ſpiritu evidenter declaret, oſtendatque. Atque XXI.

adeo Zoticum ex vico qui dicitur Comana, & Julianum ex Apamea, cum viros probatos, tum Epiſcopos, qui id temporis ad eam explorandam, & cum ipſo garriente ſpiritu diſſerendum adventaverant (quorum ora Themiſon cum ſuis obturabant, neque ullo modo patiebantur mendacem illum & ſubdolum ſpiritum ab illis redargui refellique) cogat fateri, ſi poterit, illum ipſius ſpiritum verum & ingenuum eſſe.

XXII. Prædictiones Pſeudo-Prophetarum. *In eodem libro iterum paucis verbis interpoſitis, quæ ad commenticias illas Maximillæ prophetias convincendas accommodantur, tum tempus, quo iſta ipſe ſcripſerit, oſtendit, tum vaticiniorum illius meminit, quibus ante augurabatur bella & ſeditiones futuras; quarum commenta iſto modo redarguit: Qui fieri poteſt, ut iſtud illius mendacium jam non ſatis omnibus exploratum ſit? Nam ex eo tempore, quo illa mulier abiit e vita in hunc uſque diem plures quam tredecim anni interceſſerunt, & neque bellum in aliqua regione ſeparatim, neque paſſim in toto orbe terrarum geſtum hactenus accepimus: quin Chriſtianis etiam, Dei miſericordia largiente, pax ſecura & ſtabilis permanſit.* Hæc cum ſcribat Apollinaris, ab obitu Maximillæ tredecim annos & ultra Romanum Imperium omni ex parte bello vacaſſe; ſatis poteſt intelligi, ipſam defunctam eſſe ultimo M. Aurelii tempore, & Apollinarem ſcripſiſſe ultimo tempore Commodi Imperatoris: nam anni tredecim illius Imperii, pacifici abſque bello tranſierunt; antea vero & poſtea vel externum vel civile bellum viguit, ut dicemus ſuis quibuſque locis. Sed rurſus ex Apollinari Euſebius:

Tempus obitus Maximillæ.

XXIII. Pſeudomartyres Hæreticorum. *Ex tertio libro item pauca quædam proferam, quibus Montani æmulos, qui inani oſtentatione complures ex ſuis martyres fuiſſe jactavit, impugnat in hunc modum: Cum jam omnia illorum argumenta, quæ ſupra poſuimus, ſint penitus confutata, & nihil habeant quod dicant amplius, ad martyres confugiunt, ſeque affirmant complures habere martyres, atque hoc certum argumentum eſſe virtutis, & potentiæ quæ eſt in prophetico illo ſpiritu abdita. Cæterum iſtud, ut videtur, omnino a veritate alieniſſimum eſt: etenim non pauci aliarum hæreſeon propugnatores, permultos venditant ſe habere martyres: non tamen propterea cum illis conſentiemus, neque illos veritatem penes ſe retinere fatebimur. Qui primi ex Marcionis hæreſi Marcionitæ vocati ſunt, permultis ſe Chriſti martyribus abundare prædicant; ſed tamen Chriſtum ipſum, uti veritas poſtulat minime profitentur. Non multo poſt hæc ſubdit: Simulatque viri vere Eccleſiaſtici & Catholici perſecutionis temporibus, ad teſtimonium fidei, quæ eſt ex veritate, una cum quibuſdam Cataphrygarum hæreſi cæcatis, quos illi hæretici pro martyribus habebant, eſſent forte vocati, ab illis plane diſſenſerunt plurimum: &, ne, cum veſano ac dementi Montani & mulierum ſibi in ſocietatem adſcitarum ſpiritu ulla ex parte conſentire viderentur, cum illis communicare ad extremum uſque ſpiritum prorſus recuſarunt. Atque hoc verum eſſe & noſtris temporibus Apameæ, quæ juxta Mæandrum ſita eſt, geſtum, Gajus & Alexander Eumeniæ prognati, qui tunc martyrium ſubibant, ſatis perſpicue declararunt.* Hucuſque ex Apollinari Euſebius.

Quod autem ad Montani prava dogmata pertinet; quæ ab aliis de his dicta ſunt, recenſebimus. Ajunt ergo illum primum ejus & maximum fuiſſe errorem, a quo, ut e fonte, fluxerunt cæteri; quod diceret ſe eſſe Paracletum illum Spiritum veritatis, quem pater pollicitus erat ſe daturum Apoſtolis: eo tamen nomine eum ſæpe citat Tertullianus (*a*): ac proinde ipſum negaſſe, Apoſtolos accepiſſe Spiritum Paracletum. Rurſum quod ſpectat ad doctrinam fidei de ſanctiſſima Trinitate docuiſſe Montaniſtas, quæ poſtea Sabellius prædicavit, teſtatur S. Hieronymus (*b*), cum ad Marcellam ſcribens, *Primum*, inquit, *in fidei regula diſcrepamus. Nos Patrem & Filium & Spiritum ſanctum in ſua unumquemque perſona ponimus, licet ſubſtantia copulemus: illi* (nempe Aſſeclæ Montani) *Sabellii dogma ſectantes, Trinitatem in unius perſonæ anguſtias cogunt.* Inde quoque potuit accidiſſe, ut qui ſe Paracletum diceret, idem quoque ſe eſſe Deum Patrem, impudentiſſime affirmaret, ut ait his verbis Epiphanius (*c*): *Inſuper apponit idem Montanus, ſic dicens: Ego Dominus Deus omnipotens, converſans in homine:* ac ſubdit poſt nonnulla; *Montanus autem ſe ipſum ſolum glorificat, & dicit eſſe Patrem omnipotentem, & in homine inhabitare; ut undequaque oſtendatur, quod non ipſe ſit ab illo miſſus, neque qui ab illo accepit:* ac paulo poſt: *Deinde rurſus inquit miſerrimus homuncio Montanus, neque Angelus, neque Legatus, ſed ego Dominus Deus Pater veni. Hæc autem cum dicat, deprehenditur alienus eſſe, ut qui Chriſtum non glorificet*: nam de Spiritu Paracleto dictum ab eo fuerat: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.*

XXIV. Montani hæreſes quæ.

(*a*) *Tertul. de fug. in perſecut. c. 1.*

(*b*) *Hier. ep. 54.*

(*c*) *Epiph. hær. 48.*

XXV. Quid de Spiritu Sancto Montanus. Hæc cum tradant de Montano Epiphanius atque Hieronymus: falſum eſſe oportet, quod idem Epiphanius, necnon ante ipſum Philaſtrius, Theodoretus, & alii dixerunt, Montanum de Patre, Filio, & Spiritu ſancto eadem ſenſiſſe, quæ Eccleſia Catholica. Verum hæc omnia arbitror jactata potius a Montaniſtis, quam a Montano: nam Tertullianus, qui eum nominat Paracletum, & omnia ab eo

dicta

dicta eidem Paracleto fert accepta, ac ſubinde eadem ut divinitus tradita pro viribus propugnare non deſtitit, nihil hujuſmodi de Trinitate eum ſenſiſſe demonſtrat. Rurſum vero ſi tam horrendas palam blaſphemias Montanus effutiſſet, quorſum de eo dubitare, propheta ne, an pſeudo-Propheta fuerit, opus erat? quid tam diu de eo altercatum atque conſultatum? in re enim tam patente, nulla prorſus opus erat conſultatione: nam ipſo primo auditu blaſphemiæ, eam cujuſcumque licet impii, aures exhorruiſſent. Hæc ut exiſtimem, adducor etiam, quod nullus antiquorum ſcriptorum, qui eodem ſæculo cum illo vixerunt, & adverſus eum ſcripſerunt, hæc objiciat: cum multa in eum inferant & quæ longe minora his erant (ut vidimus) magnopere exaggerent. Nec tam immania, quæ ante omnia objicienda ac refellenda fuiſſent, putandum eos obvoluta ſilentio reliquiſſe, ſi re vera ab ipſo dicta fuiſſent.

XXVI. Et quod de Sabellianiſmo Montaniſtarum tradit S. Hieronymus, nequaquam id ſenſiſſe Montanum, nec Montaniſtas quidem omnes, ſed ex eis aliquos, affirmat Theodoretus (*a*), nempe ex illis, quos Tertullianus (*b*) vocat ſecundum Æſchinem. Nec item credimus, licet dixiſſet ſe eſſe Paracletum, ut Theodoretus affirmat, atque Tertullianus qui hoc nomine eum appellat, ſignificare voluiſſe Paracletum humanam aſſumpſiſſe carnem, & illum ipſum ſe Montanum, vel abſque carne ſe Spiritum tantum, & negaſſe ſe eſſe hominem: nam nullus plane eſt qui id aliquando dixerit de Montano, dum vel ei adverſans, ab eo proditas impugnat hæreſes, vel eas pugnaciter, ut Tertullianus, defendit. Quamobrem ſic exiſtimamus ipſum a Tertulliano vel aliis dictum eſſe Paracletum, quod ſe illum diceret accepiſſe Spiritum Paracletum, quem Chriſtus pollicitus fuerat a Patre mittendum: ipſumque (*c*) ſe majori plenitudine, quam feciſſent Apoſtoli, aliis impertiri, quod illum majori abundantia, quam Apoſtoli, accepiſſet: quippe qui diceret, illos (ut de ſe quoque teſtatur Paulus (*d*), cum ait: *Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus*) nondum quod perfectum erat accepiſſe, ſed in ſe ac ſuos plenitudinem illam Spiritus, immo ipſum Paracletum deſcendiſſe, ac proinde (quod de ipſo Spiritu a Chriſto dictum erat: *Ipſe docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia*) ſe ſuoſque pleniſſimam rerum ſcientiam aſſecutos eſſe.

Montanus quomodo dictus Paracletus.

(*a*) *Theodor. hæret. fab. lib. 3.*
(*b*) *Tertul. de præſcript. c. 52.*
(*c*) *Philaſtr. de hæreſ. c. 50.*
(*d*) *1. Cor. 13.*

XXVII. Ea quippe ratione ſecundas nuptias, quas non rejicit Apoſtolus, ipſe tamquam majori ſcientia præditus, ut fornicationem damnavit. Inſuper, quod nec ipſe Chriſtus, nec Apoſtolus admiſiſſet, nuptiarum docuit ſolutionem. Ad hæc etiam jejunia quædam nova & penitus inuſitata in Eccleſiam conatus eſt introducere; de quibus Hieronymus (*e*) ad Marcellam: *Nos*, inquit, *unam Quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum, toto anni tempore nobis congruo, jejunamus: illi tres in anno faciunt Quadrageſimas, quaſi tres paſſi ſint Salvatores.* Non quod diceret Montanus ſe tertio quadrageſimale jejunium repetere, quod tres paſſi re vera eſſent Salvatores, cum una tantum ea ratione in Eccleſia ex traditione Apoſtolorum, poſt Chriſti paſſionem, ſit ſolita celebrari: ſed aliam ab hac diverſam prætexebat jejuniorum cauſam Montanus, quam refert Tertullianus (*f*), cum ait: *Spiritus ſanctus cum in quibus vellet terris, & per quos vellet prædicaret, ex providentia imminentium ſive Eccleſiaſticarum tentationum, ſive mundialium plagarum, qua Paracletus, id eſt, advocatus, ad exorandum judicem, hujuſmodi officiorum remedia mandabat, puta nunc ad exercendam ſobrietatis & abſtinentiæ diſciplinam: hunc qui recipimus, neceſſario etiam quæ tunc conſtituit obſervamus.* Hæc ipſe. Sed quam falſus vates extiterit, pax Eccleſiæ, quæ ſecuta tunc eſt (ut ex Apollinare diximus) perſpicue declaravit.

Quæ Montanus docuit.

(*e*) *Hier. ep. 54.*
(*f*) *Tert. adv. Pſych. cap. 13.*

XXVIII. At ſubdit S. Hieronymus (*g*), non ob id Eccleſiam non amare jejunia, quod reſpuat illa Montani; nam ait: *Non quo & per totum annum, excepta pentecoſte, jejunare non liceat; ſed quod aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate munus offerre.* Hæc cum dicat Hieronymus, plane ſignificat, Montanum, tamquam totius Eccleſiæ præſulem, lege ſancita ad hæc ſua ſervanda jejunia univerſam voluiſſe Eccleſiam obligare: quod non obſcure declarat Tertullianus, cum ſæpiſſime in Catholicos invehatur, quod a Paracleto tradita jejunia non ſervarent. Ex iis apparet quam calumnioſe agant, qui ſanctos monachos, alioſque regulares damnant, quos & ſervantes plura in anno jejunia ac Quadrageſimas, Montanizare dicunt, & nonniſi a Montani ſpiritu afflatis jactant eas de jejuniis leges eſſe ſtatutas: nam hi non ut Montanus ejuſmodi leges univerſæ præſcripſerunt Eccleſiæ, ut ob id, qui non eas ſervarent, eſſe damnandos dicerent: ſed eos tantum, qui arctiori vinculo diſciplinæ ſua ſponte ſe voto ad ea & alia ſervanda obligaſſent, teneri voluerunt; nec eos ſemper, ſed cum idoneæ vires ſuppeterent.

(*g*) *Hieron. ad Marcell. epiſt. 54.*

Jejunia Montani qualia.

XXIX. Quod vero ad eccleſiam ejus temporis ſpectat (ut paucis Tertulliano iſtæc in Catholicos inclamanti ſatisfaciamus) conſulto quidem atque prudenter ea penitus Catholici rejecerunt: primo quidem, quod ſi ob aliquam imminentem cladem erant indicenda jejunia, hoc non Montani erat, ſed

Montani non erat indicere jejunia.

ſed Epiſcoporum munus: id enim conſuetudine jam in Eccleſia receptum fuiſſe, idem ipſe (*a*) teſtatur, cum ait: *Bene autem quod Epiſcopi univerſæ plebi mandare jejunia aſſolent, non dico de induſtria ſtipium conferendarum, ut veſtræ capturæ eſt; ſed interdum ex aliqua ſolitudinis Eccleſiaſticæ cauſa.* Præterea ſi quæ a Montano ſtatuta eſſent jejunia Eccleſia recepiſſet, ſpiritum illius comprobaſſe penitus viſa eſſet. At quantumlibet exiſtimaſſet ipſum divino afflatum Spiritu illa locutum: adhuc tamen quod ſciret, quæ a Deo ſunt (ſecundum Apoſtolum *b*) ordinata eſſe, non erat illius partium illa edicere, adjicereque ea ſervandi neceſſitatem.

(*a*) Tert. adv. Pſych. c.13.

(*b*) Rom. 13.

XXX. Sed ad cætera recenſenda Montani impia dogmata redeamus. Idem alibi addit S. Hieronymus (*c*), dixiſſe Montanum Prophetas in extaſi eſſe locutos, adeo ut nec ipſi ſcirent quid dicerent. Præter alia complura mendacia atque deceptiones, Pſeudo-paracletus Montani illud ſuperaddidit, ut aſſereret, nequaquam martyrii tempore fugiendum, ſed loco ſiſtendum, & martyrium expectandum, immo nec quavis occaſione id redimere licere: quæ ex ejuſdem Paracleti auctoritate pluribus Tertullianus (*d*) ſcripto de ea re commentario diſputavit: cum tamen ex Apollonio (*e*) ſuperius ſit recitatum, ex ejuſdem Montani ſecta virum eorum opinione celebrem, ingenti collata pecunia, ſe, ne ſubiret martyrium, redemiſſe. Et in hoc quidem ſubdolum diaboli plane fuiſſe conſilium declaratur: nimirum quod cerneret nihil profeciſſe per Gnoſticos & alios quos diximus negaſſe ſubeundum eſſe pro Chriſto martyrium; cum nihilominus Fideles quotidie magnæ conſtantiæ in perferendis pro Chriſto tormentis ſpecimen ederent; mox contrariam huic ſtruens aciem, Chriſtianos ſua ſponte ad martyrium properantes, quodam velut impulſu in præceps eos agi contendit: eo nempe conſilio, ut omni ſecluſa fuga, & intercepto evadendi remedio, omnes ſe neci dederent, ſicque infimul omnes abſumerentur, atque Eccleſia Chriſti omnino deficeret.

(*c*) Hier. comment. in ep. ad Epheſ. l.2. c.3.

Quid de fuga in perſecutione Montanus.

(*d*) Tert. de fug. in perſecut.

(*e*) Apud Euſeb. l.5. c.17.

XXXI. Præter hæc etiam, animam eſſe corpoream & anthropomorphitam, quamdam ex Montani prophetiſſis docuiſſe, Tertullianus (*f*), qui omnes eſt illorum errores ſectatus, declarat his verbis: *Eſt hodie ſoror apud nos revelationum chariſmata ſortita, quas in Eccleſia inter Dominica ſolemnia per extaſin in ſpiritu patitur, converſatur cum Angelis, aliquando etiam cum Domino, & videt & audit ſacramenta, & quorumdam corda dignoſcit, & medicinas deſiderantibus ſubmittit. Jam vero, prout Scripturæ leguntur, aut pſalmi canuntur, aut allocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur, ita inde materiæ viſionibus ſubminiſtrantur. Forte neſcio quid de anima diſſerueramus, cum ea ſoror in ſpiritu eſſet. Poſt tranſacta ſolemnia, dimiſſa plebe, quo uſu ſolet nobis renunciare quæ viderit (nam & diligentiſſime digeruntur ut etiam probentur). Inter cætera, inquit, oſtenſa eſt mihi anima corporaliter, & ſpiritus videbatur, ſed non inanis & vacuæ qualitatis; immo quæ etiam teneri repromitteret, tenera & lucida & aerii coloris & forma per omnia humana; hæc eſt viſio. Deus teſtis, & Apoſtolus chariſmatum in Eccleſia futurorum idoneus ſponſor.* Hucuſque infelix Tertullianus, qui licet eruditiſſimus ac prudentiſſimus videretur, hiſce tamen mulierculærum commentis traduci atque ſeduci paſſus eſt; hæc autem & alia plura didicit in ſchola Montani, quæ ab erudito viro ac pio Pamelio habes adnotata in Paradoxis Tertulliani in unum collectis.

(*f*) Tert. de anima c.9.

Quid de animæ qualitate Montaniſtæ.

XXXII. Rurſum hæc de Montaniſtis S. Hieronymus (*d*): *Apud nos Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent, apud eos Epiſcopus tertius eſt. Habent enim primos de Pepuza Phrygiæ Patriarchas, ſecundos quos appellant Cenones; atque ita in tertium, id eſt, pene ultimum locum Epiſcopi devolvuntur: quaſi exinde ambitioſior religio fiat, ſi quod apud nos primum eſt, apud illos noviſſimum ſit. Illi ad omne pene delictum Eccleſiæ obſerant fores:* & ſubdit: *Rigidi autem ſunt, non quo & ipſi pejora non peccent: ſed hoc inter nos & illos intereſt, quod illi erubeſcunt confiteri peccata quaſi juſti: nos, dum pœnitentiam agimus, facilius veniam promeremur. Prætermitto ſcelerata myſteria, quæ dicuntur de lactente puero & de victuro martyre confarrata. Malo, inquam, non credere, ſit falſum omne quod ſanguinis eſt.* Hæc de ſanguine S. Hieronymus: ſed quod innuit ſolum Epiphanius (*g*) his explicat verbis.

(*d*) Hieron. epiſt. 54.

Montaniſtarum rigor.

(*g*) Epiph. hæreſ. 48.

XXXIII. *In hac vero hæreſi, aut in cognata ejus Quintilianorum, ſeu Priſcillianorum & Pepuzianorum appellata, horrendum ac nefarium quoddam facinus fieri dicunt. Puerum enim quemdam valde infantem in feſtivitate quadam per totum corpus æreis aciculis compungentes, ſanguinem ipſius ſibi ipſi comparant, ad apparatum videlicet ſacrificii.* Hæc Epiphanius, qui tamen hæc de puero tribuit Quintilianis ex Montano prognatis. Hæc eadem de eorum myſteriis Paſchatis feſto fieri ſolitis tradunt Philaſtrius (*h*) etiam & Auguſtinus (*i*); verum Theodoretus (*k*) hæc ait: *De myſteriis autem nonnulla quidam jactitant, ſed illi non fatentur & ſui accuſationem calumniam appellant.* Certe quidem hæc a Montano facta eſſe non credimus: nullum enim antiquorum in

Nefanda eorum myſteria.

(*h*) Philaſtr. de hæreſib. c. 50.

(*i*) Aug. de hæreſ. c.24.

(*k*) Theodor. hæret. fab. lib.3.

eum

eum ejuſmodi ſcelus intuliſſe, certum eſt: at hæc ipſa his temporibus a Gnoſticis perpetrari ſolita, diximus, dum de eorum origine ſuperius ſermonem habuimus. Num vero qui a Montano provenerunt hæretici, talia factitarint, ut in divinis myſteriis imitati ſint Gnoſticos, aliorum ſit judicium: laboraſſe quidem eos hac diu infamia certum eſt: licet tamen, quæ de his ſcribuntur, diverſa ſint ab iis quæ de Gnoſticis dicta ſunt; ait enim S. Auguſtinus (*a*): *Poſt ſanguinem e puncturis infantis emunctum, ſi ille ex eo mortuus fuerit, apud illos celebrari pro martyre: ſi autem vixerit, pro magno ſacerdote.*

(*a*) *Auguſt. de hæreſ. c.* 24.

XXXIV. (*b*) *Philaſtr. de hæreſ. c.* 50.

Addit Philaſtrius (*b*), eoſdem Cataphrygas conſueviſſe mortuos baptizare. S. Hieronymus (*c*) rurſum hæc de ipſorum dogmatibus: *Aperta eſt convincenda blaſphemia dicentium, Deum primum in veteri Teſtamento voluiſſe per Moyſen & Prophetas ſalvare mundum: ſed quia non potuerit explere, corpus ſumpſiſſe de Virgine, & in Chriſto ſub ſpecie Filii prædicantem mortem obiiſſe pro nobis: & quia per duos gradus mundum ſalvare nequiverit, ad extremum per Spiritum ſanctum in Montanum, Priſcam & Maximillam inſanas fœminas deſcendiſſe, quem Paulus non habuerit, &c.* ac demum: *Hæc ſunt*, inquit, *quæ coargutione non indigent: perfidiam eorum expoſuiſſe, ſuperaſſe eſt*. Digna plane tanto doctore ſententia; nam ſicut eſt in geometricis aſſertionibus, Rectum eſt menſura ſui & obliqui: ita confutatione non indiget, quod collatione recti, cunctis recte intuentibus eſſe demonſtratur obliquum; ac proinde certum exploratumque reddi quod ait: *Perfidiam hæreticorum expoſuiße, ſuperaſſe eſt*: qua ratione & nobis ſatis hæreſes recenſuiſſe, cum hoc ipſum ſit confutaſſe.

(*c*) *Hieronym. epiſt.* 54. Alia commenta Montani.

XXXV. Ceterum quod ſpectat ad Montaniſtas, non ipſa tantum inſania dogmatum redarguit eos mendaces & impoſtores, ſed ex ſuis ipſorum falſis editis vaticiniis, quæ ex contrario eventu vana prorſus ſunt reddita, ſe eſſe pſeudo-Prophetas certo certius oſtenderunt. Nam præter illa quæ ſuperius dicta ſunt, hæc addit Epiphanius (*d*) de falſo Maximillæ vaticinio: *Dicit enim Maximilla, ab ipſis appellata prophetiſſa: Poſt me prophetiſſa non amplius erit, ſed conſummatio. Ecce quomodo undique apparet ſpiritus erroris. Quæcumque enim Prophetæ dixerunt, & cum intelligentia conſequenter locuti ſunt, & perfecta ſunt quæ ab ipſis dicta ſunt, & adhuc implentur. Hæc vero dixit, poſt ipſam eſſe conſummationem: & nondum conſummata ſunt, maxime cum tot Reges poſtea fuerint, & tantum tempus tranſierit. Anni enim jam ſunt ab eo tempore plus minus ducenti nonaginta uſque ad noſtrum tempus duodecimi anni Valentiniani, Valentis, & Gratiani regni, & nondum eſt conſummatio juxta illam, quæ ſeipſam nominavit prophetiſſam, cum ne diem quidem obitus ſui noverit*: Hæc Epiphanius.

(*d*) *Epiphan. hæreſ.* 48. Pſeudo-Prophetia Maximillæ.

XXXVI. Quod vero omnibus hæreticis commune eſt (eo quod non ſit ſolium (*e*) filiæ Chaldæorum) ſtabilitatem neſcire, nec in propoſiti firmitate conſiſtere, ſed inconſtantia nutare, ac in deterius prolabi; idem & ipſis eveniſſe conſpicitur: ipſo nimirum ſectæ Montani exordio, ſectarios ejus inter ſe diſſidio ſeparari, ac quemque ex ſuo nomina ſectam conficere. Nam Tertullianus (*f*), cum ſanioris mentis eſſet, ſcribens eruditum illum commentarium de Præſcriptione adverſus hæreticos, in fine, cum de hæreſi ſecundum Phrygas agit, hæc habet: *Acceſſerunt alii hæretici, qui dicuntur ſecundum Phrygas: ſed horum non una doctrina eſt. Sunt enim qui Kata Proclum dicuntur: ſunt qui ſecundum Æſchinem pronuntiantur. Hi habent aliam communem blaſphemiam, aliam blaſphemiam non communem, ſed peculiarem & ſuam. Et communem quidem illam, quod in Apoſtolis quidem dicant Spiritum ſanctum fuiſſe, Paracletum non fuiſſe: & qua dicant, Paracletum plura in Montano dixiße, quam Chriſtum in Evangelium protuliſſe: nec tantum plura, ſed meliora atque majora. Privatam autem blaſphemiam illi, qui ſunt Kata Æſchinem, hanc habent, qua adjiciunt etiam hoc, ut dicant Chriſtum ipſum eße Filium & Patrem.* Hucuſque Tertullianus, de Catholicis dogmatibus in eam diem ſane optime meritus.

(*e*) *Iſa.* 47. Sectæ diverſæ Montaniſtarum.

(*f*) *Tert. de præſcrip. c.* 52.

XXXVII. Quando autem mente motus, inſano delirio cœperit agitari, ſuo loco opportunius dicturi ſumus: tunc enim, quem hic hæreſis ſigniferum nominat Proclum, mirifice laudavit, & inter nobiliſſimos ſcriptores Eccleſiaſticos adnumerans, hæc ait (*g*): *Non ſolum noſtri anteceſſores, ſed ipſorum hæreſiarcharum contemporales inſtructiſſimis voluminibus & prodiderunt, & retuderunt, ut Juſtinus philoſophus & martyr, ut Miltiades Eccleſiarum ſophiſta, ut Irenæus omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator, ut Proculus* (idem eſt quod Proclus) *virginis noſtræ ſenectæ & Chriſtianæ eloquentiæ dignitas, &c.* Quem enim ſui compos incuſat hæreſiarcham, poſtea in tranſverſum actus adnumerat inter ſummos oppugnatores hæreſiarcharum. Adverſus hunc Proclum egregiam conſcriptam fuiſſe diſputationem a Cajo nobili inter illius ætatis Theologos, tradunt Euſebius (*h*) atque S. Hieronymus (*i*). Cæterum cum eloquentiæ nomine Proculus a Tertulliano laudetur: non levis eſt apud me conjectura, hunc illum fuiſſe Proculum Siccenſem ex Africa inſignem grammaticum, quo inter alios latinos uſum eſſe magiſtro M. Aurelium Impe-

De Proclo.

(*g*) *Tertull. adverſ. Valentinian. c.* 52.

(*h*) *Euſeb. l.* 3. *c.* 25.

(*i*) *Hieron. de Scrip. Eccl. in Cajo.*

pe-

peratorem, ac eum uſque ad Proconſularem dignitatem provexiſſe, auctor eſt Capitolinus (*a*). Sed aliis temporibus vixit, nempe ſub Anaſtaſio Imperatore, alius Proculus Lycius, Plutarchi Neſtorii filii auditor, Platonicus philoſophus. Cum vero commentarios ab eo ſcriptos recenſet Suidas, poſt alios enumeratos, hæc ait: *Scripſit argumenta contra Chriſtianos decem & octo. Hic eſt Proclus ille, qui alter a Porphyrio impuram & contumelioſam contra Chriſtianos linguam exacuit. Sed Joannes Philoponus præclariſſime decem & octo ejus præpoſitiones refutavit, eumque Græcis etiam, quibus efferebatur, rudem atque indoctum eſſe oſtendit.* Hæc Suidas. Sed ad Montani hæreſim redeamus.

(*a*) *Jul. Capitolin. in Marco.*

XXXVIII. Rurſum vero conſtat eamdem hæreſim alia diverſa atque deformia peperiſſe portenta, quæ ſuos fœtus aliis nominibus appellarunt, de quibus hæc Epiphanius (*b*): *Quod vero nihil relinquamus ex iis quæ ad nomen pertinent uniuſcujuſque ſectæ a nobis præjudicatæ, etiam de Traſcodrugitarum nominis appellatione rurſus dicemus. Eſt enim hoc nomen, aut in hac ipſa (nempe Cataphrygarum) aut in ſequenti Quintillianorum appellata: ab ipſis enim & hoc nomen proficiſcitur. Vocantur autem Traſcodrugitæ ob hanc cauſam. Traſcus enim apud ipſos pertica appellatur, druſus vero naſus ſive roſtrum: & ab eo quod imponunt digitum ſuum indicem appellatum in naſum dum orant, triſtitiæ nimirum & ultroneæ juſtitiæ gratia, ab aliquibus Traſcodrugitæ appellati ſunt, hoc eſt, Perticonaſati, &c.* Quod enim naſus eſſet judicii ſignum, & digitus hieroglyphicum dimenſionis (ut eſt apud Orum Apollinem) digito naſum tangere, idem ſignificare videbatur, quod recto judicio cuncta metiri ac judicare.

(*b*) *Epiphan. hær. 48.*

Portentoſa nomina Hæreticorum.

XXXIX. Addit inſuper Epiphanius alios, qui ex Montano deſcenderunt, dictos eſſe Quintillianos a Quintilla, Pepuzianos a vico in Phrygia ſic dicto, & Priſcillianos a Priſcilla, ſeu Priſca pſeudo-prophetiſſa Montani. Harum alteram finxiſſe Chriſtum ad ſe veniſſe in mulieris forma, & ſapientiam ſibi communicaſſe, idem tradit, cum de his agit (*c*): ſubditque, in Eccleſiam ingredientes ſecum ferre incenſas lampadas, ſeptemque virgines ſecum ducere, quæ populo vaticinarentur, itemque Epiſcopos ac presbyteros apud eos eſſe fæminas. Adhuc inſuper alios Montaniſtas ait fuiſſe Artotyritas, ſic dictos, eo quod in myſteriis ſuis apponerent panem & caſeum, & ſic myſteria ſua facerent: ex his etiam prognatos eſſe Teſſaredecatitas, quos dicimus Quartadecimanos, idem affirmat ſic dictos, quod quartadecima luna celebrandum eſſe Paſcha contenderent. Sed horum puto aliam eſſe rationem, de quibus inferius dicturi ſumus.

Alia genera Cataphrygarum.

(*c*) *Epiph. hær. 49. & 50.*

XL. Occupaſſe hos hæreticos uſque ad tempora Epiphanii Phrygiam, Cappadociam, atque Galatiam, viguiſſeque plurimum in Cilicia atque Conſtantinopoli, ipſe (*d*) teſtatur. S. Hieronymus (*e*) hæc ipſa & alia his cognata monſtra ſuo tempore in Galatia extitiſſe, tradit his verbis: *Scit mecum, qui vidit Ancyram Galatiæ civitatem, quod nunc uſque ſchiſmatibus dilacerata ſit, quod dogmatum varietatibus conſtuprata. Omitto Cataphrygas, Ophitas, Borboritas, Manichæos: nota enim jam hæc humanæ calamitatis vocabula ſunt. Quis umquam Paſſalorincitas* *, *& Taſcodrogos* (ſic legendum puto pro Aſcodrobos) *Artotyritas, & cætera magis portenta quam nomina, in aliqua parte Romani orbis audivit?* De iiſdem etiam in Imperatorum reſcriptis (*f*) habetur mentio; ſed de Pattalorincitis hæc ſanctus Auguſtinus (*g*): *Pattalorincitæ* (ſic enim eos nominat) *in tantum ſilentio ſtudent, ut naribus & labiis ſuis digitum opponant, ne vel ipſam taciturnitatem voce præripiant, quando tacendum ſibi eſſe arbitrantur: unde etiam illis nomen inditum: πάτταλος, enim Græce dicitur palus, & ῥύγχος naſus. Cur autem per palum digitum ſignificare maluerint, a quibus hoc nomen compoſitum eſt neſcio, cum Græce dicatur digitus δάκτυλος, & poſſint utique Dactylorincitæ multo evidentius nuncupari.* Hæc Auguſtinus ex Philaſtrio (*h*), ut apparet. Puto autem (quod nuper dictum eſt) digitum, quod dimenſionis hieroglyphicum eſſet, per palum ſignificatum eſſe. Addit Philaſtrius, conatos ejuſmodi hæreticos imitari Prophetam dicentem (*i*): *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis.* Addit: *Et quia jejuniis beati Prophetæ vacantes, ſilentium ſæpius commendabant, inde uſurpantes iſti æſtimant obſervandum, Pythagoricam vanitatem potius, quam Prophetarum cæleſtem vitam & ſapientiam ſequi properantes.* Agit idem (*k*) de Aſcodrogitis, qui Montani Paracleto plenos ſe eſſe jactantes, inſanis mentibus inſtar bacchantium furentes agebantur. Sed de Montano & ex eo orta ſobole ſatis. Adverſus Montanum autem ac ſuas prophetiſſas ipſo principio conſtat ſcripſiſſe, quos diximus, Claudium Apollinarem, Miltiadem, Apollonium, & Caium, celebrem illorum temporum ſcriptorem, adverſus Proclum, Montani primogenitum, commentarium edidiſſe, poſt alios (*l*) Theodoretus affirmat.

(*d*) *Apud eumdem hæreſ. 48.*

(*e*) *Hieron. in præfat. l. 2. in epiſt. ad Galat.*

* *al.* Pattalorincitas.

(*f*) *l. 65. de hæretic. Cod. Theod.*

(*g*) *Aug. de hæreſ. cap. 63.*

Affectatum ſilentium hæreticorum.

(*h*) *Philaſtr. de hæreſ. cap. 77.*

(*i*) *Pſal. 140.*

(*k*) *Idem cap. 76.*

(*l*) *Theodoretus hæret. fabul. lib. 3.*

Se-

JESU CHRISTI ANNUS 174.	ANICETI PAP. ANNUS 8.	M. AUR. IMP. ANNUS 12.

I. SEquitur annus Domini centeſimus ſeptuageſimusquartus, Maximo & Orfito Coſſ. duodecimo M. Aurelii Imperii anno: quo (inquit Euſebius) Tatianus hæreticus agnoſcitur, a quo Encratitæ. Ex his & aliis ſuperius de eo narratis, corrigendus eſt textus Epiphanii (*a*), quo dicitur, poſt obitum Juſtini ſub Antonino Pio Tatianum ab Urbe receſſiſſe: emendanda quoque eſt Philaſtrii (*b*) lectio qua dicitur Tatianus poſt Decii tempora vixiſſe. Hic quidem natione Syrus ex philoſopho Platonico Chriſtianus (ut dictum eſt) vivente S. Juſtino philoſopho, quem in fide habuit cathechiſtam, florentiſſimus in Eccleſia fuit, Romæque vivens docuit, ac ſcripſit pro Chriſtianis adverſus Gentes egregium volumen, cum adhuc ſibi conſtaret. Quo modo autem infelix in errores ſit lapſus, factuſque ſit hæreſis auctor, Irenæum (*c*) eodem cum illo viventem tempore audiamus, qui ait, ipſum, cum eſſet Juſtini auditor, quamdiu ille vixit, nec latum unguem aberraſſe, ſed eximiæ pietatis ſpecimen edidiſſe. Ille autem per martyrium ſublato de medio, cum profiteretur ſe aliorum magiſtrum, elatus, in Valentini dogma dilapſus, ab illo errores didicit, & Marcionis & Saturnini amplexatus continentiam, deteſtatus eſt nuptias: de Adam illud edicens, ipſum minus conſecutum eſſe ſalutem; eadem de eo habet Tertullianus (*d*) illi æqualis.

(*a*) *Epiphan. hæreſ.*46. De Tatiano Hæreſiarcha.
(*b*) *Philaſtr. cap.* 49.
(*c*) *Iren. l.*1.*c.*3. *& apud Euſeb. l.*4. *c.* 27.
(*d*) *Tert. de præſcrip. c.*52.

II. Tantæ is fuit æſtimationis, ut venerit ad eum Romæ profitentem audiendum Rhodon ab Oriente: de quo hæc Euſebius (*e*), poſtquam ab eo elaboratas lucubrationes recenſuit: *Idem Rhodon in eodem libro* (*illum autem Calliſtioni dedicabat*) *ſe Romæ a Tatiano & doctrina & litteris inſtitutum aſſerit: Ait vero a Tatiano elaboratum librum quemdam quæſtionum; quibus cum Tatianus polliceretur, ſe ſacras litteras involutas & obſcuras demonſtratum; idem Rhodon contra ſe eaſdem quæſtiones in libro ſeparato perſpicue ſoluturum, promittit*. Hucuſque Euſebius. Porro quamdiu Romæ fuit, veritum fortaſſe multos oculos ſe inſpicientes, ipſiuſque Romanæ Eccleſiæ, quam Apoſtoli inſtituiſſent, ſinceriſſimam puritatem, ſtetiſſe in fide, nec quidquam docuiſſe quod Catholicæ fidei adverſaretur; ſed cum in Orientem profectus eſt, ipſum a recto fidei tramite deviaſſe, & alios in errorem induxiſſe, Epiphanius (*f*) teſtatur, cum ait: *Cum Roma poſt mortem S. Juſtini digreſſus ad Orientis partes, & illic converſatus, in malam opinionem incidit, & ſæcula quædam & fabulas Valentini, & principatus quoſdam ac emiſſiones etiam ipſe introduxit: maximam vero prædicationis ſuæ partem in Antiochia ad Daphnen ſita fecit, & in Cilicum partibus, multum autem in Piſidia valuit.*

(*e*) *Euſeb. l.*5. *c.*13.
Quantæ æſtimationis Tatianus.
(*f*) *Epiph. hæreſ.*46.

III. *Ab hoc enim per ſucceſſionem qui Encratitæ, id eſt continentes, appellantur, venenum tranſumpſerunt*. Et paulo poſt, ejus relegens impia dogmata, hæc ait: *Hic quidem aſſerit non ſalvari Adam ipſum. Continentiam vero hic prædicat, nuptias autem ſcortationem & corruptionem putat, aſſerens nihil differre matrimonium a ſcortatione, ſed idem eſſe. Unde in prætextu continentiæ & continentium morum, nequitioſam vitam duxit, velut lupus rapax ovilla pelle indutus, & temperantiæ præ-*

Encratitæ Hæretici.

PAGIUS SÆC. II. Anno Urbis 925. Olymp. 237. an. 4. A. C. 172.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5665.

☉ 13. FE. ☽ 2. P. 30. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 172. *ſecund. Baronium* 174.

ELEUTHERI PAPÆ 3.

M. AURELII IMP. 12.

I. [1] AD num. I. Coſſ. *Maximus*, & *Orfitus*. Septima Quinquennalia Imperii Cæſarei M. Aurelii in hunc annum incidunt.

Conſules. II. *VII. Quinquennalia Marci Cæſaris*.

NOTÆ [1] *COſſ. Maximus & Orfitus*. Horum conſulum prænomina in vetuſtis monumentis deſiderantur; nam apud Gruterum pag. CXXVI.

MAXIMO. ET ORFITO. COS.

Pag. CCCXIX. 5.

DEDIC. III. ID. MAI. MAXIMO. ET ORFITO. COS.

Pag. MXIV. 1.

XII. KAL. AUG. O.....
ET MAXIMO. COS

Sponius pag. 172.

DEDIC. XVIII.... SEPT
ORFITO ET MAXIMO. COS

Lampridius in Commodo cap. XI. *Appellatus Germanicus, Idibus Herculeis, Maximo & Orphito Coſſ.* Vulgati Faſti; *Orfito*, vel *Orphito & Maximo*.

prætextu deceptos ſeducens. Myſteriis autem ſimiliter uſus eſt ad imitationem ſanctæ Eccleſiæ, verum aqua ſolum uſus eſt in iiſdem myſteriis. Hæc Epiphanius. Aquarios S. Auguſtinus hos nominat hæreticos, qui aquam tantum in ſacrificio offerrent. Sed de Encratitis pluribus agemus inferius.

IV. Docuiſſe etiam Tatianum ab animantibus abſtinentiam, ex Irenæo tradit Euſebius (a). Addit Clemens Alexandrinus a Tatiano etiam illud dictum: alterius Dei eſſe Legem, alterius Evangelium; & duplex genus hominum ſtatuiſſe, vetus & novum; non tamen eo ſenſu, quo a Catholicis, hæc ab eo dici conſueverunt; nam addit (b): *Tatianus ſeparat veterem quoque hominem, & novum, ſed non ut nos dicimus; veterem quidem virum, Legem; novum autem, Evangelium: ei aſſentimur nos quoque dicentes, ſed non eo modo, quo ille vult, diſſolvens Legem, ut alterius Dei, &c.* Hæc etiam a Marcione ipſum eſſe mutuatum apparet, ut auctorem Legis Deum diceret adverſarium eſſe Evangelii conditoris. Diſputat idem pluribus adverſus ejus hæreſim, vini uſum prohibentem, in libro cujus titulus eſt Pædagogus (c). Ad hæc Euſebius (d): *Hunc autem aiunt nonnullas Pauli Apoſtoli voces, utpote qui dictionis & loquendi compoſitionem in illis corrigere moliretur, audaciter & temere commutaſſe.*

(a) Euſeb. l.4. c.27.
(b) Clem. Alex. Strom. l.3.
(c) Idem in Pædag. l.2. c.2. in fin.
(d) Euſeb. l.4. c.27. in fin.

V. Tatiani Diateſſaron.

Ab eodem elaboratum eſſe opus, quod Διατεσσάρων appellavit, quo unum ex quatuor Evangelium contexuiſſet, idem (e) affirmat. Laudabilis plane fuiſſet hac ex parte Tatianus, niſi doloſe ſic compingens unum ex quatuor, multa reliquiſſet, quæ de Chriſti carne in eis ab Evangeliſtis ſunt prodita: quippe qui Marcionis ſemel male imbutus tinctura, quæcumque valuit, pro ejus dogmatibus facere non prætermiſit. De eodem opere agens Theodoretus (f) hæc ait: *Is autem compoſuit etiam Evangelium, quod dicitur Ex quatuor, amputatis genealogiis, & aliis, quæcumque oſtendunt Dominum natum eſſe ex David ſecundum carnem. Eo autem uſi ſunt non ſolum hi qui ſunt illius ſectæ, ſed ii etiam qui dogmata Apoſtolica ſequuntur, compoſitionis fraudem non cognoſcentes, ſed ſimplicius eo tamquam libro compendioſo utentes. Ego quoque inveni pluſquam ducentos ejuſmodi libros, qui in honore habebantur in noſtris Eccleſiis: quos cum omnes ſimul coegiſſem, depoſui, & in loco eorum repoſui quatuor Evangeliſtarum Evangelia.* Hæc Theodoretus: quæ quidem latuiſſe oportuit Victorem Capuanum, dum quodnam eſſet Tatiani opus, & quod Ammonii Alexandrini eodem argumento conſcriptum, dubitaſſe ſe dicit. At, quod deterius eſt, poſt longam de ea re habitam diſcuſſionem, quod Ammonii erat opus, Tatiano tribuit, & Diateſſaron Tatiani adſcripſit Ammonio. Exiſtimo enim, hæreſiarchæ opus abſque auctoris titulo, ob ſectæ infamiam, fuiſſe deſcriptum.

(e) Euſeb. ib.
(f) Theodor. hæret. fab. lib.1.

VI. Victoris Capuani error corrigitur.

Sed præſtat, quæ ipſe præfatur in Harmoniam Ammonii (hic nempe erat titulus libri) quam adſcribit Tatiano, hic, ut cuncta certiora habeantur, exſcribere. Eſt autem ejuſmodi ejus ad opus præfatio (g): *Dum fortuito in manus meas incideret unum ex quatuor Evangelium compoſitum, & abſente titulo non invenirem nomen auctoris: diligenter inquirens, quis geſta vel dicta Domini & Salvatoris noſtri, Evangelica lectione diſcreta, in ordinem, quo ſe conſequi videbantur, non minimo ſtudii labore redegerit; reperi Ammonium quemdam Alexandrinum, qui Canonum quoque Evangelii fertur inventor, Matthæi Evangelio reliquorum trium excerpta junxiſſe, ac in unam ſeriem Evangelium nexuiſſe; ſicut Euſebius Epiſcopus Carpiano cuidam ſcribens, in præfatione editionis ſuæ, quæ Canones memorati Evan-*

(g) Extat to. 7. Biblioth. ſanct.

van-

PAGIUS III. *Opus a Tatiano ſcriptum.*

Ad num. V. Opus quod poſt *Ammonii* Harmoniam editum eſt longe differt ab Evangelio *Tatiani*, uti Valeſio obſervatum in Notis ad Euſebium lib. 4. cap. 29. Illud enim Opus, ſicut lectio ipſa indicat, nihil aliud eſt quam Paraphraſis quatuor Evangeliorum, ſeu potius Epitome ab homine Catholico eleganter conſcripta. At Evangelium Tatiani ipſiſmet Evangeliſtarum verbis contextum fuit, reſectis duntaxat iis, quæ ad Davidicam Chriſti genealogiam ſpectant. Præterea in Opere illo quod editum eſt, Chriſtus filius David non ſemel dicitur. Oſtendit etiam Valeſius, Harmoniam illam quatuor Evangeliorum, quæ priori loco relata eſt a Victore Capuano, & in quam *Zacharias Chryſopolitanus* Commentarios ſcripſit, Opus eſſe Ammonii Alexandrini. Nam illud Opus nihil aliud erat, quam Evangelium Matthæi, cujus ſingulis capitibus adjuncta erant ad latus capitula trium aliorum Evangeliſtarum, qui cum Matthæi Evangelio conſentiebant. Opus itaque illud per columnas diviſum erat, perinde ac Origenis Tetrapla. Quæ res Euſebio Cæſarienſi anſam dedit canones ſuos excogitandi, ut ipſemet in Epiſtola ad Carpianum docet. Ex his liquet, Opus *Tatiani* Hæreſiarchæ non extare, contra quam credidit Baronius. Auctor Chronici Alex. ſub præcedentis anni Coſſ. de Tatiano plura habet, quo ideo hæc referenda; cum Euſebius in Chronico de Tatiano agens anno Abrahami 2188. qui Kalendis Octobris præcedentis Chriſti anni inchoatur, ſcribat: *Tatianus Hæreticus agnoſcitur, a quo Encratitæ.* Inſuper Auctor Chronici Alex. ſub anni ſequentis Coſſ. ait: *Tatianus his antiquior* (Severianis nempe) *neſcio quam Evangeliorum confuſionem & ſynagogam condiderit, quam Diateſſaron appellavit, & vero hodie in manibus paſſim verſatur.* Loquitur poſtea de aliis voluminibus a Tatiano compoſitis, quæ ſuo tempore extabant, ſed quæ ad nos non pervenerunt, non magis quam illud *Diateſſaron*.

vangelii edidit, ſupradicti viri imitatus ſtudium, refert in hunc modum: Ammonius quidam Alexandrinus, multum (ut arbitror) laboris & ſtudii impendens, unum ex quatuor nobis reliquit Evangelium. Ex hiſtoria quoque ejus comperi, quod Tatianus, vir eruditiſſimus, & orator illius temporis clariſſimus, unum ex quatuor compaginaverit Evangelium, cui titulum Diapente impoſuit. Hic beati Juſtini philoſophi & martyris, dum adviveret, diſcipulus fuit: quo migrante ad Dominum palma martyrii, magiſtri ſancti deſerens diſciplinam, & doctrinæ ſupercilio elatus, lapſus in Encratitarum hæreſim, Marcionis potius amplexus errorem, quam Juſtini Chriſti philoſophi veritatem, ſuæ vitæ pernicioſus extitit; aſſerens inter alia, nuptias & ſtupra pari crimini ſubjacere.

VII. *Sed & dictis Apoſtolicis manus profanæ emendationis, vel (ut dicam verius) corruptionis dicitur intuliſſe. Sed quia & hominum perfidorum (Chriſti noſtri operante potentia) confeſſione vel opere ſæpe triumphat gloria veritatis (nam & dæmones (a) Chriſtum fatebantur, & filii Scevæ in Actibus Apoſtolorum (b) in nomine Jeſu, quem Paulus prædicaret, dæmonia fugabant) Tatianus quoque, licet profanis implicitus erroribus, non inutile tamen exhibens ſtudioſis exemplum, hoc Evangelium (ut mihi videtur) ſolerti compaginatione diſpoſuit; & forſitan adhuc beati Juſtini adhærens lateri, illius eruditionis merito, hoc opus explicuit. Arbitror enim propterea non Ammonii, ſed hujus eſſe editionem memorati voluminis, quod Ammonius Matthæi fertur relationi, Evangeliſtarum reliquorum relatione diſcretos annexuiſſe ſermones: hic vero S. Lucæ principia ſunt aſſumpta, licet ex maxima parte Evangelii ſancti Matthæi reliquorum trium dicta conjunxerit: ut jure ambigi poſſit, utrum Ammonii, an Tatiani inventio ejus operis debeat æſtimari. Veruntamen vel ſi jam hæreſiarches hujus editionis auctor extitit Tatianus, verba Domini mei cognoſcens, libenter amplector interpretationem: ſi fuiſſet ejus propria, procul abjicerem.* Hucuſque de his Victor, qui poſt præfationem ejuſmodi ponit operis titulum: *Sancta quatuor Evangeliorum Harmonia, Tatiano * Alexandrino auctore.*

(a) Matth. 8.
(b) Act. 19.
Commendatur opus Tatiani.
* al. Ammonio.

VIII. Cæterum ipſo tantum Tatiani ſublato, & reſtituto Ammonii nomine, omnia ſe recte habent: nam quod ponitur, Alexandrinus, Ammonio convenit, qui fuit Alexandrinus, non Tatiano, qui Syrus: & Harmoniæ nomen, non operis Tatiani, ſed Ammonii titulus fuit: hæc ita ſe habere, ipſe contextus, qui ſequitur, quatuor Evangeliſtarum plane declarat, in quo nihil ponitur auctoris, ſed ipſa tantum, ut ſe habent in codicibus, quatuor Evangeliſtarum verba, nec quicquam ab eo prætermiſſum, quod illi dixiſſent: quod quidem nequaquam factum eſſe a Tatiano, Theodoretus eſt firmiſſimus teſtis; nam ait ab eo prætermiſſas eſſe genealogias, & alia quæ ad inſinuandam Chriſti generationem ſecundum carnem ſpectarent: quæ quidem omnia exacte (ut habent verba Evangeliſtarum) in ea Harmonia Ammonii, a Victore Tatiano tributa, habentur recitata.

Ammonii harmonia Tatiano tributa.

IX. Rurſum vero quæ poſt eam poſita habetur alia Evangeliſtarum Concordia, quæ Ammonii titulo cenſetur, illam ipſam eſſe Tatiani, nulla penitus eſſe poſſe videtur dubitatio; nam ad numeros Theodoreti in omnibus diſpoſita videtur; nulla enim in ea de genealogiis a Matthæo vel Luca deſcriptis mentio prorſus habetur: immo more Tatiani, qui ſimplicem Apoſtolorum locutionem carpebat, non Evangeliſtarum verba poſuit, ſed ſententias ex illorum ſcriptis ſummatim collectas. Hæc igitur tam accurate animadvertiſſe oportuit, ne titulo falſo appoſito, imprudenter quis deciperetur, alteri tribuens quod alterius foret. Nec quicquam refert, quod ait Victor, Ammonium reliquos tres Evangeliſtas aſſociaſſe Matthæo, ſi Concordia illa, quam primo loco ponit, a Luca incipiat: nam neceſſitate hiſtoriæ, illa quæ a Luca ſcripta eſſent de ſacerdotio Zachariæ, erant primo loco ponenda; cum in reliquis, quæ in contextu operis continentur (ut idem ipſe Victor fatetur) maxima ex parte ex Matthæi Evangelio ſint deſcripta.

Tatiani concordia tributa Ammonio.

X. Quod denique ad ejuſdem Tatiani commentarios pertinet; auctor eſt Clemens Alexandrinus (c), ab ipſo ſcriptum librum hoc titulo prænotatum, De perfectione ſecundum Salvatorem, ſed refertum blaſphemiis, cum in eo totus fuerit auctor in condemnatione nuptiarum, & ejus auctoris, nempe Dei, qui eas primus inſtituit: nam ex paucis, quæ idem Clemens recitat ex eo, facile eſt de cæteris conjectari. At quoniam Theodoretus, de Tatiano agens, ait: *Hunc habent ducem, qui dicuntur Hydroparaſtatæ, & Encratitæ;* quinam hi fuerint, ſuſcepta narratio de Tatiano, uberius ut dicamus, poſtulat. Nominati (d) ſunt autem Hydroparaſtatæ, qui Tatianum ſectabantur, eo quod aquam in ſacrificio loco vini offerrent. Porro Tatianos cum Encratitis conjungit Epiphanius (e), adeo ut appareat unius monſtri ex diverſis actibus duo fuiſſe nomina. Encratitas igitur ex Tatiano prognatos, non modo omnia ab ipſo accepta ſectatos, ſed & in deteriora eſſe prolapſos, Epiphanius docet: quippe qui, ſicut ille, abominarentur nuptias, abſtinerent ab animatis & vino

(c) Clem. Alex. Strom. lib. 3.
Alia ſcripta Tatiani.
(d) Theodor. hæret. fab. lib. 1.
(e) Epiph. hær. 47.
Encratitæ Hæretici iidem Tatiani.

vino, & alia ſectarentur quæ Tatiani eſſent; aliaque etiam eos addidiſſe tradit, nam ait: *Aſſerunt etiam hi, principatus quoſdam eſſe; & qui diaboli eſt, adverſus Dei opera oppoſitum eſſe, & Deo non ſubjectum, ſed robuſtum, & facientem velut ex propria poteſtate, & non velut qui aberret.* Additque eos ad ſuorum ipſorum dogmatum adſtipulationem aucupatos eſſe ſcripturas quaſdam apocryphas, nimirum Acta quædam quæ dicerentur Andreæ, Joannis alia, alia vero Thomæ, & aliorum: inſuper admittere fœminas ad ſacra myſteria, inter quas & vivant: adeo ut qui nomine Continentes ſunt dicti re ipſa turpes eſſent: horumque non exiguum numerum ſua adhuc ætate vixiſſe in Phrygia, Galatia, Pamphilia, Cilicia, atque Syria.

XI. Auxiſſe autem Tatiani dogmata Severum quemdam, qui Severianis hæreticis nomen dedit, tradit Euſebius (a) cum ait: *Non longo tempore poſt Severus quidam nomine hæreſim modo a nobis commemoratam mordicus tuebatur, atque illis qui ex eo, tamquam ex erroris fonte, dimanarunt, auctor extitit, ut Severiani, appellatione ab eo derivata, nominarentur.* Meminerunt ejuſdem Hieronymus ac Theodoretus. S. Auguſtinus (b) autem de iiſdem Severianis hæc addit: *Vinum* (inquit) *non bibunt, eo quod fabuloſa vanitate de ſatana & terra germinaſſe aſſerunt vitem. Etiam ipſi non ſanam doctrinam ſuam, quibus volunt, inflant nominibus Principum, carnis reſurrectionem cum veteri Teſtamento reſpuentes. Hic præterea Philumenam quamdam puellam dicebat inſpiratam divinitus ad pronuncianda futura: ad quam ſomnia atque æſtus animi ſui referens, divinationibus ſeu præſagiis ejus ſecretim erat ſolitus præmoneri, eodem phantaſmate eidem Philumenæ pueri habitu ſe demonſtrante: qui puer apparens, Chriſtum ſe aliquando, aliquando eſſe aſſereret Paulum; a quo phantaſmate ſciſcitans, ea ſoleret reſpondere, quæ ſe audientibus diceret. Nonnulla quoque illam miracula operari ſolitam, inter quæ illud præcipuum, quod in anguſtiſſimi oris ampullam vitream panem grandem immitteret, eumque extremis digitulis levare ſoleret illæſum, eoque ſolo quaſi divinitus, ſibi cibo dato fuiſſet contenta.* Hæc Auguſtinus. Verumtamen Philumenen (ut dictum eſt ſuperius) alii tribunt Apelli hæreſiarchæ; ſed fortaſſe hæc alia ab illa, quæ hiſce nugis atque præſtigiis magnam ſibi æſtimationem a vecordibus comparaverat.

(a) Euſeb. l.4. cap. 27.

(b) Aug. de hær. c. 24.

Severiani Hæretici.

XII. Quod item ad Tatiani ſectarios ſpectat: addit Clemens Alexandrinus (c) Julium Caſſianum Valentini hæreſiarchæ diſcipulum, in eamdem ſententiam conſpiraſſe cum Tatiano, fuiſſeque hunc principem hæreſis Docitarum, qui dicerent Chriſtum corpus ſumpſiſſe phantaſticum; ſed & ad roborandum Tatiani dogma ſcripſiſſe librum de Continentia vel caſtitate; & ex pſeudo-Evangelio, Secundum Ægyptios dicto, mutuatum eſſe teſtimonium de Chriſto loquente cum Salome, ac matrimonium deteſtante: eumdemque perperam interpretatum eſſe Geneſim, cum per lignum vetitum diceret ſignificatum eſſe conjugium, & per pelliceas tunicas humanam carnem. Hæc & alia ex eo recitat Clemens, quem hæc deteſtantem utinam Origenes ejus diſcipulus auſcultaſſet.

(c) Clem. Alex. Strom. lib. 3.

Julius Caſſianus Encratita.

XIII. Scripſiſſe adverſus Tatianum & Encratitas Muſanum, veritatis patronum, tradit Theodoretus (d); cui & alios adnumerat, nempe Apollinarem Hierapolis in Phrygia Epiſcopum, Clementem Alexandrinum, & Origenem. Rhodonem quoque Tatiano adverſatum eſſe, Euſebius non obſcure ſignificat: qui licet illius diſcipulus fuerit, tamen magnam ſibi laudem ex fide Catholica ob certamina adverſus diverſos hæreticos inita propagavit: de quo hæc Euſebius (d) brevi narratione commemorat: *Eodem tempore Rhodon Aſiatico genere procreatus, & Romæ (ut narrat ipſe) de litteris & doctrina a Tatiano, qui ex ſuperiori noſtro ſermone ſatis cognoſci poteſt, inſtitutus, variis libris exquiſite compoſitis ſtrenue cum reliquis fidei noſtræ patronis impugnavit Marcionis hæreſim, eamque etiam ſua ætate in varias & diſcrepantes diſtractam ſententias explanat; ac non modo diſſidii & diſſenſionis deſcribit auctores, ſed falſa cujuſque illorum commenta, quæ callide excogitaverant accurate coarguit.* Ex iis namque unum fuiſſe Tatianum, quem Marcionis ſectatum veſtigia diximus, ſatis poteſt intelligi. Demum lucubrationes ab illo editas recenſens, ab eo elaboratum tradit commentarium in ſex dies creationis rerum omnium, quo errores Apellis & ejus blaſphemias egregie confutavit: alia vero ejus ingenii monumenta, ſuperius recitata, hic iterum enumerare prætermittimus; quæ ſingula Hieronymus (e) ex Euſebio recenſet.

Qui ſcripſerunt adverſus Tatianum.

(c) Theod. hæret. fab. lib. 3.

(d) Euſeb. lib. 5. cap. 13.

(e) Hieron. de Script. Eccl. in Tatiano.

XIV. His igitur aliiſque ab hæreticis ad demoliendum Eccleſiam compoſitis arietibus, cum & adhuc gladius perſecutionis ſæviret, quo

Eccleſiæ robur invictum.

PAGIUS IV. Ad num. XI. Auctor Chronici Alex. ſub ſequentis anni Coſſ. de Severo Severianæ hæreſis architecto loquitur. Neque dubito, quin eo anno agnoſci cœperit. Tatianum Severo antiquiorem fuiſſe docet non tantum Auctor Chronici Alex. cujus verba num. præcedenti recitavi, ſed & Euſebius lib. 4. cap. 29. & Theodoretus in lib. 1. Hæreticarum Fabularum, qui Tatianum Severo præponunt. Imo Irenæus nullam hujus Severi mentionem facit. Quare recte ſcripſit Valeſius in Notis ad illud Euſebii caput, male Epiphanium Severum Tatiano antiquiorem facere.

Severus Hæreſiarcha.

quo necatum etiam ſequenti anno Anicetum Papam dicemus; ſatis certum exploratumque proditum eſt experimentum, ipſam ſupra ſolidum fundamentum eſſe conſtructam, ſuper ipſam nimirum immobilem petram Chriſtum, ut nulla adverſaria obtinente poteſtate aliquando disjici poſſet ac dirui: quin potius ſicuti clavus, quo majoribus ac frequentioribus mallei ictibus percutitur, eo preſſius atque altius figitur, ac firmius ſolidatur; ita Dei Eccleſia, ingruentibus majorum perſecutionum inſultibus, magis viſa eſt firmari atque ſolidius ſtabiliri. Ut plane juge miraculum cognoſcatur, cum aſſidue emergentibus ab inferis adverſariis legionibus, indeque erumpentibus quotidie in ejus incendium flammarum globis, ipſa nihilominus omnia ſibi adverſantia ſuperet, referatque triumphum ingenti illo gloriæ titulo prænotatum: PORTÆ INFERI NON PRÆVALEBUNT ADVERSUS EAM.

JESU CHRISTI ANNUS	ANICETI PAP. ANNUS	M. AUR. IMP. ANNUS.
175.	9.	13.

I. Prærogativa Conſulatuum. ANno Chriſti Domini noſtri centeſimo ſeptuageſimoquinto Aurelius Severus ſecundum & Claudius Pompeianus declarati ſunt Conſules. Hunc Claudium M. Aurelius poſt obitum Lucii fratris profecturus ad bellum, data ei Lucilla filia, quæ fuerat Lucii, in conjugem, adſcivit ſibi generum, quem poſtea bis Conſulem fecit: quod tradit Capitolinus in Marco. Hunc etiam in eadem expeditione præfectum fuiſſe exercitui, edictum ab ipſo Marco datum pro Chriſtianis, de quo ſuo loco agemus, ſignificat. Quod vero gener Imperatoris in Conſularibus Faſtis non priori loco, ſed poſteriori ponatur (nam Severus ſecundo Conſul primitus adſcriptus habetur) illud plane tunc accidit, quod ſanctus Gregorius (*a*) Papa tradit his verbis: *Fertur apud veteres moris fuiſſe, ut, quiſquis Conſul exiſteret, juxta ordinem temporum honoris ſui locum teneret: & ſi quis poſterius ad Conſulatum veniens, Conſul non ſemel, ſed bis fortaſſe, aut tertio fieret, etiam illos laude & honore tranſcenderet, qui non plus quam ſemel Conſules extitiſſent.* Hæc Gregorius, ſed ex Dione, ut ſuperius diximus.

(*a*) *Gregor. homil. 3. in Evang.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5666.

SÆC. II. Anno Urbis 926. Olymp. 238. an. 1. A.C. 173.

☉ 14. D. ☽ 3. P. 19. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 173. *ſecundum Baronium* 175.

ELEUTHERI PAPÆ 4.

M. AURELII IMP. 13.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *M. Aurelius Severus II. & T. Claudius Pompeianus;* ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari adverſus Onuphrium, qui priorem credidit Claudium Severum, M. Aurelii præceptorem, qui tamen tantum Conſul ſuffectus fuit, dum L. Verus Auguſtus bellum in Oriente gereret. Peccavit & Onuphrius in altero Conſule deſignando, ſcribens, fuiſſe Marcum Claudium Pompeianum Marci Aurelii generum, quem errorem ab eo hauſit Baronius. Et tamen M. Claudius Pompeianus anno tantum CLXXVI. Conſul ſuffectus fuit, ut diſcimus ex Vulcatio in Vita Avidii Caſſii cap. 11. ubi M. Aurelius ait, ſe eum *in annum ſequentem Conſulem* dixiſſe, poſt mortem nempe Caſſii anno CLXXV. occiſi.

II. *Tricennalia Imperii Proconſularis M. Aurelii.* His Coſſ. M. Aurelius Tricennalia Imperii Proconſularis edidit, ut ex ſeptimis ejuſdem Imperii Quinquennalibus aliiſque indiciis patet.

NOTÆ [1] COſſ. *M. Aurelius Severus II. & T. Claudius Pompeianus.* Gruterus pag. MXXV. 6.

K. OCTO. M. AURELIO. SEVERO. II.
ET. T. CLAUDIO. POMPEIANO. COS.

Donianæ inſcriptiones cl. IV. n. 15. pag. 140.

POS. KAL. SEPTEMB.
M. AURELIO. SEVERO. II. TI. CLAUDIO
POMPEIANO. COS.

Faſti Idatiani & Vindebonenſes: *Severo II. & Pompeiano.* Proſperi Chronicon: *Severo & Pompeiano.*

II. De Aniceti Papæ martyrio & annis ſedis. (a) Martyrol. Rom. ea die.

Hoc ipſo anno Anicetus Papa, cum ſediſſet annos octo, minus menſibus tribus ac diebus ſeptem, die decima ſeptima (a) Aprilis, martyrio clarus migravit ad Dominum. Quod pertinet ad annos ſedis Aniceti ſcimus variam atque diverſam eſſe aſſertionem, cum alii decem, undecim alii eidem tribuerint annos: ſed qui prætermiſit Cletum Romanum Pontificem Euſebius, anno octavo Marci Imp. ſucceſſorem Aniceti Soterem ponit. Cæterum, quam in multis ſequimur, Creſconiana ſeries octo tantum annos tribuit Aniceto & tres menſes: verum ſi ratio habeatur diei, quo pius, qui eum antegreſſus eſt obiit, & quo Anicetus deceſſiſſe reperitur, qui quidem dies tabulis Eccleſiaſticis antiquitus adſcripti habentur: præſcriptum tempus ſedis Aniceti ratum firmumque haberi debet: cum præſertim Indices Vaticani, qui deſcripti habentur in codice qui dicitur liber Cenſuum, ingreſſum Soteris ſucceſſoris Aniceti hoc anno Domini ponant. Cur autem minus ſequamur Conſules in libro de Pontificibus Romanis appoſitos, alias ſuperius tomo primo Annalium reddidimus rationem.

III. Decreta Aniceti. (b) 1. Cor. 11.

In eodem nuper citato libro hæc etiam de Aniceto ſcripta habentur: *Hic conſtituit, ut clericus comam non nutriret, ſecundum præceptum Apoſtoli* (b). At de tonſura clericorum affatim dictum eſt eodem primo Annalium tomo. Subditur ibidem: *Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, presbyteros decem & ſeptem, diaconos quatuor, Epiſcopos per diverſa loca novem: qui obiit martyr, & ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti, Via Appia, decimo quinto Kalendas Maias.* Quod habetur de cœmeterio Calliſti, ſic accipias, ipſum in eo arenario ſepultum fuiſſe, quod poſtea Calliſtus cœmeterium fecit. Legitur ibidem, ſedem vacaſſe diebus decem & ſeptem: qua ratione dicendum, Soterem ejus ſucceſſorem ſedere cœpiſſe die quarta Maii: qui (ut idem liber de Romanis Pontificibus habet) natus eſt Fundis in Campania ex patre Concordio.

Soter Papa creatus.

IV. Felicitas & ſeptem filii martyres.

Paſſi ſunt, eadem perſecutione urgente ſub Marco, Romæ alii complures martyres, & inter alios illuſtris illa ſeptem martyrum mater S. Felicitas, quæ cum antea (ut dictum eſt) filios præmiſiſſet martyrio coronatos ad gloriam, ipſa demum digna palma martyrii ſecuta eſt ad triumphum, de qua hæc S. Gregorius (c) in homilia quam ad populum habuit in ejuſdem S. Felicitatis baſilica Romæ poſita, in die natali ipſius, qui in tabulis Eccleſiaſticis poſitus legitur vigeſimus tertius menſis Novembris: *Adeſt* (inquit) *beata Felicitas, cujus hodie natalitia celebramus: quæ credendo extitit ancilla Chriſti, & prædicando facta eſt mater Chriſti: ſeptem quippe filios* (*ſicut in geſtis ejus emendatioribus legitur*) *ſic poſt ſe timuit vivos in carne relinquere, ſicut carnales parentes ſolent metuere ne mortuos præmittant. In perſecutionis enim labore deprehenſa, filiorum corda in amore ſupernæ patriæ prædicando roboravit: & parturivit ſpiritu, quos carne pepererat; ut prædicatione pareret Deo, quos carne pepererat mundo. Conſiderate, fratres cariſſimi, in fœmineo corpore virile pectus: ad mortem ſtetit imperterrita: amittere ſe in filiis lumen veritatis timuit, ſi non fuiſſet orbata. Numquid ergo hanc fœminam martyrem dixerim? ſed pluſquam martyrem.* Hæc & alia plura de ea Gregorius: quam & S. Petrus Chryſologus (d) Ravennatis Eccleſiæ Epiſcopus pro concione laudibus celebravit. Nomina autem filiorum, quæ decima Julii recenſita habentur in Romano Martyrologio, ſunt hæc, Januarius, Felix, Philippus, Silvanus, Alexander, Vitalis, & Martialis: qui ſub Publio Urbis Præfecto hæc paſſi ſupplicia ponuntur. Januarius poſt verbera virgarum ac carceris macerationem plumbatis occiſus: Felix & Philippus fuſtibus mactati: Silvanus præcipitio interemptus: Alexander, & Vitalis & Martialis capitali ſententia puniti ſunt.

(c) Gregor. homil. 3. in Evangel.

(d) Petrus Chryſol. ſer. 134.

V. Ob magnam quamdam ſimilitudinem, quæ inter ſanctam Felicitatem & ſanctam Sym-

PAGIUS III. Obitus Aniceti PP.

[1] Ad num. II. & ſeq. In Chronico Damaſi, a Bucherio in Commentario de Doctrina Temporum publicato, nulla fit mentio *Aniceti* Papæ, ſed poſt *Pium* ſtatim ſermo eſt de *Sotere*, qui cum in Chronico auctiori veterum Pontificum dicatur fuiſſe *a Conſulatu Ruſtici & Aquilini uſque Cethego & Claro*, apparet, Aniceti mortem ſub Conſulatu duorum Auguſtorum anno CLXI. geſto conſignandam eſſe. Auctor enim auctioris Chronici veterum Pontificum eoſdem Conſules exhibere ſolet, quos Chronicon Damaſi, & Pontificatum ſucceſſoris ordiri a Conſulibus, qui poſt obitum deceſſoris annum aperuere. Aniceto Soter ſucceſſit anno centeſimo ſexageſimo primo, ut ex dictis ſequitur. Aniceti Decretalis unica ad Galliæ Epiſcopos circumfertur, quæ cum incipiat ab his verbis: *Bonorum operum & ſpiritualium ſtudiorum Deum auctorem eſſe*, &c. non dubium, quin ſuppoſititia ſit, cum hæc ſint ipſiſſima Leonis I. verba Epiſt. 32. juxta veterem ordinem. Sunt & in ea alia loca ex eodem Leone & Vigilio Papa deſumta, quæ de ejus ſuppoſitione nos dubitare non ſinunt.

NOTÆ [1] NOn hoc anno *Soter* ſucceſſit, ſed A. D. 168. ut Conſtantio videtur pag. 75. qui detectis mendis veterum catalogorum, & libri Pontificalis, Romanam ſedem tenuiſſe cenſet ab A. D 163. uſque ad an. 177. die XXI. aut XXII. menſis Aprilis, quo ejus natalem recolunt vetera martyrologia.

Sympho-roſæ no-men.

Symphoroſam intercedit, dubitaſſe ſcio virum eruditum, familiarem meum, num una eademque eſſet fœmina, quod eorumdem nominum eadem ferme ſignificatio eſſet: nempe quod interdum συμφορὰ idem ſit, quod bonus eventus, ſeu fortuna proſpera; ſicque pro bono eventu, vel fortuna, Felicitas eſſet Latine redditum, quod nomen magis conveniat feminæ: cæterum ejus vocis ambiguæ diverſa reperitur interpretatio. Verum σύμφερος, a συμφέρω, quod eſt prodeſſe, idem eſt quod utilis, vel commodus: σύμφορος item, qui ſimul verſatur, aſſecla, vel comes, dictus reperitur. Quamobrem æquius eſt ut exiſtimemus Symphoroſæ nomen deductum a σύμφορος, quod eſt, utilis, vel commodus, quam a συμφορὰ voce ambigua, quæ interdum bonum eventum, interdum vero infortunium adverſamque fortunam ſignificet; quamobrem ut in bonam partem ea vox acciperetur, majores aliquid aliud addere conſueverunt, ut habet Suidas ex Simonide, quod ille dicat; Πῖνε πῖν' ἐπὶ συμφοραῖσιν ἀγαθαῖς; quod eſt: Bibe bibe in bonum eventum.

VI. Sed quæ nomine diſcrepant, longius rebus eſſe diſtinctas ac plane diverſas, res cujuſque ipſarum evidentius manifeſtant: Nam illa Tiburtina, ſub Hadriano, Tibureque martyrio coronata eſt: hæc Romana, ſub M. Antonino paſſa eſt, & Romæ; nomina quoque ſeptem filiorum cujuſlibet ipſarum diverſa prorſus eſſe reperiuntur; inſuper & martyriorum genera hos ab illis omnino diſcriminant atque diſtinguunt. Extant enim tum illorum, quorum ſuperius facta eſt mentio, Acta: tum horum, quæ ex antiquioribus Eccleſiaſticis monumentis edita habentur (a) ac ſane fidelia.

(a) *Apud Sur. t. 4. die 10. Julii.*

VII. Martyres ſub Marco Aurelio Imp.

Tunc etiam Julianus illuſtris martyr paſſus eſt Soræ, Spoleti Concordius presbyter & Pontianus, Peruſiæ Conſtantius ejus civitatis Epiſcopus: quorum omnium Acta in ſuis Eccleſiis, quibus coluntur, extant, aliaque eorumdem certaminum monumenta; dieſque anniverſariæ eorum natalitiis conſecratæ, in Romano ſunt Martyrologio annotatæ, quod Notationibus auximus: ſicut & aliorum conplurium martyrum, qui in diverſis Orbis regionibus hac eadem perſecutione ſunt palmam martyrii conſecuti. Inter alios quoque nobiliſſimum certamen ſubiit Heracleæ Glyceria, cui in corona aſſociatus eſt carceris cuſtos Laodicius: celebre fuit namque in toto plane Oriente ejuſdem martyris nomen, ob liquorem medicum ad infirmitates curandas ex membris ejus jugiter effluentem: quam rem pluribus teſtibus in iiſdem Notationibus teſtatam reliquimus. In Ponto quoque mirabile illud accidit in confeſſione Hermiæ martyris, qui innumeris ac ſæviſſimis affectus tormentis, torquentem ſe carnificem convertit ad Chriſtum, & poſt ſe martyrii reliquit hæredem. Horum omnium certa dies natalis in Romano Martyrologio adſcripta habetur, quod ſi cupit lector, conſulat, ſimulque Notationes appoſitas, ſi hæc avidius ſcire optat. Cæterum immenſa eſt illorum multitudo; quorum memoria excidit, qui hac eadem perſecutione martyrium ſunt feliciter conſecuti.

VIII. Soteris Papæ munificentia erga egentes Eccleſias.

At quid Soter Romanus Pontifex his temporibus? Imitatus certe majores ſuos antegreſſos Romanos Pontifices, longe poſitas Eccleſias eadem perſecutione vexatas non litteris modo conſolabatur, ſed & pecuniarum ſubſidio collato, eiſdem præſto erat. Hujus quidem Soteris officii aliorumque Romanorum Pontificum in his præſtandis incomparabilis ſollicitudinis teſtes ſunt litteræ S. Dionyſii Corinthiorum Epiſcopi, celebris nominis in Eccleſia: de quibus hæc Euſebius (b) tradit: *Extat etiam alia Dionyſii ad Romanos epiſtola, Epiſcopo Soteri, qui tum illam Eccleſiam gubernavit, dicata; cujus quidem verba in medium proferre, non erit ab inſtituto alienum; nam Romanorum conſuetudinem, quæ aſſidue ad hanc perſecutionem noſtra ætate graſſantem ſervata eſt, magnopere approbans, iſta ſcribit. Apud vos is mos jam inveteravit, ut omnes fratres variis afficeretis beneficiis, & Eccleſiis permultis, quæ in quaque civitate ſunt, vitæ mitteretis ſubſidia. Sic plane non ſolum egentium ſublevatis inopiam, verum etiam fratribus, qui ſunt ad metalla damnati, opem fertis. Sicque per ea beneficentiæ ſubſidia, quæ jam a primis Eccleſiæ veſtræ jactis fundamentis paſſim mittere conſueviſtis, cum ſitis Romani, Romanorum conſuetudinem a patribus traditam ſedulo obſervatis; quam quidem certe beatus Soter veſter Epiſcopus & hactenus cuſtodivit diligenter, & mirum in modum ſuo propenſo ſtudio adauxit: idque non modo opes in ſanctos reficiendos delegatas benigne ſubminiſtrando: verum etiam fratres ad ipſum adventantes, tamquam pater indulgens & clemens in liberos, beato ac pio ſermone ad virtutem cohortando.*

(b) *Euſeb. l. 4. c. 23.*

IX. Hæc de munificentia Romanorum Pontificum ab exordio Romanæ naſcentis Eccleſiæ erga cæteras Eccleſias longe lateque poſitas, cum fideliſſimus teſtis Dionyſius affirmat; tum ipſe teſtatur Euſebius eadem liberalitatis officia perſeveraſſe uſque ad ultimam Eccleſiæ perſecutionem ſua ipſius ætate graſſantem. Res quidem magna admiratione atque obſervatione digna eſt, Eccleſiæ omnium principi tantam opum abundantiam Dominum contuliſſe, quæ non tantum qualibet licet duriſſima perſecutione urgente, ſufficere poſſent ad Fideles pauperes, qui Romæ eſſent, uber-

Eccleſia Romana prædives olim.

bertim alendos: ſed quæ non prædantium manibus avidis potuerint exhauriri atque conſumi (haud enim putandum ſe temperaſſe a bonorum rapina, qui etiam in ipſorum corpora immaniter ſæviebant) immo & talis & tanta ei ſuppeditaretur bonorum copia, ut in Chriſtianos ad metalla damnatos, quorum ingens numerus eſſe ſoleret, jugiter ſtipem conferre, & Eccleſias permultas penuria afflictatas ſua largitate levare. Divina quidem providentia, quæ eam matrem omnium Eccleſiarum, Petri beneficio conſtituerat, admirabili quodam modo, quo cunctis ubique egentibus proſpiceret, ac matris inſtar eos plenis lactaret uberibus incredibili quadam divitiarum affluentia eamdem ſemper donavit & auxit: ut plane in hoc expletum appareat Iſaiæ oraculum
(a) Iſai. 60. (a) hæc de Eccleſia prædicentis: *Suges lac Gentium, & mammilla Regum lactaberis: & ſcies quia ego Dominus ſalvans te. Pro ære afferam aurum, pro ferro argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum, & ponam viſitationem tuam pacem, & præpoſitos tuos juſtitiam:* his nempe ſignificans, magnis divitiis Eccleſiam locupletandam, ac immenſa fore fortitudine roborandam.

X. Greg. XIII Papæ munificentia. At laudatiſſimam ejuſmodi Romanæ Eccleſiæ, ſui ortu congenitam, conſuetudinem non tantum perſeveraſſe uſque ad ultimam Euſebii tempore excitatam perſecutionem, ſed ſemper viguiſſe, quæ ſuis quibuſque locis dicentur, demonſtrabunt exempla. Inſigne quidem ac nobile ejus officii ſpecimen editum vidimus diebus noſtris a ſanctiſſimæ memoriæ Domino noſtro Gregorio decimotertio Romano Pontifice (hæc modo libere effari liceat, cum jam ipſo defuncto, nulla poſſit eſſe adulationis ſuſpicio) cujus incomparabile plane ſtudium in juvandis pauperibus, non ſolum (ut de mendicis taceam) omnibus honeſto præſertim loco natis, Romæ agentibus, ſed & longe poſitis, iiſdemque cauſa pietatis extorribus, toto plane Chriſtiano orbe ſpectatum fuit: adeo ut nulla provincia fuerit, quam ejus effuſa largitas non pervaſerit, quæ etiam & ad Antipodas penetrarit: cujus memorabilis munificentiæ ex publicis rationibus accurate ſumma collecta, meruit ex Senatuſconſulto, præclaro gloriæ monumento, in Capitolio una cum ſtatua omnium votis publice conſecrari digno plane omnium Patris atque Paſtoris elogio, quod inter alia hæc verba in marmore habet inciſa: SESTERTIUM OCTINGENTIES SINGULARI BENEFICENTIA IN EGENOS DISTRIBUTUM: eſt horum ſumma, vicies centena millia aureorum. Verum ſumma iſta collecta fuit adhuc ipſo ſuperſtite: ceterum plurima ejus poſt hæc uſque ad obitum perſeveravit majoribus in dies incrementis aucta largitio. At ad hæc occaſione Soteris & aliorum Romanorum Pontificum conſuetæ in egenos liberalitatis præſtantiæ obiter digreſſi ſumus.

XI. Sed ad Dionyſium revertamur, ex cujus epiſtola Euſebius hæc quoque ſubdit: (b) Euſeb. lib.4. cap. 22. (b) *In hac eadem epiſtola etiam Clementis ad Corinthios epiſtolæ mentionem facit, declaratque ex priſtino more ab antiquis temporibus repetito eam in Eccleſia legi ſolere, ſic enim loquitur. Hodie ſacrum diem Dominicum celebravimus, in quo veſtram epiſtolam, quo nos ad ſtudium pietatis cohortaremur, legimus: quam ſemper, ſicut etiam priorem nobis a Clemente* Epiſtolæ Rom. Pont. quantæ æſtimationis. *miſſam, ad noſtram inſtitutionem legere ſolemus. Tanti enim faciebant veteres ab Apoſtolica ſede ſcriptas epiſtolas, ut eas, perinde ac ſi Apoſtolum Petrum in ipſis loquentem audirent, in Eccleſia feſtis diebus populo recitarent. Hactenus de epiſtola Dionyſii ad Romanos conſcripta.*

XII. Rurſus de Dionyſio Corinthiorum Epiſc. *Hujus quidem viri adeo magna erat tum ob inſignem eruditionem, tum etiam ob egregiam omnibus ſpectatam vitæ ſanctimoniam, apud omnes exiſtimatio, ut cum epiſtolæ ejus ad diverſas Eccleſias ſcriptæ maximi eſſe ponderis viderentur, hæretici, adhuc ipſo auctore vivente, eas conati fuerint depravare: quo tantum virum, per calumniam licet, facerent ſuarum ipſorum hæreſum aſſertorem. Id quidem ab ipſo aliis ea de re ſcriptis litteris conteſtatum eſſe, idem Euſebius* (c) *tradit, ſic dicens:* (c) Euſeb. lib.4. cap. 22. in fin. *Præterea idem auctor iſta de ſuis ipſius epiſtolis, tamquam a quibuſdam depravatis & de induſtria corruptis, loquitur: Epiſtolas rogatu quorumdam fratrum qui me ad ſcribendum compellebant, conſcripſi: atque eas miniſtri diaboli zizaniis referſerunt: nam quædam pro ſuo arbitratu exemerunt, alia adjecerunt: quibus plane, væ in extremum judicium repoſitum eſt. Nec mirum certe, ſi quidam Dominicas ſcripturas dedita opera depravare aggreſſi ſunt; cum has meas quæ non ſunt certe ejus generis adulterare ſtuduerint.* Plurimum enim hujuſmodi genere lucubrationum Dionyſium Eccleſiis profuiſſe, idem Euſebius teſtatur; qui eaſdem relegens, ipſo exordio ſic præfatur (d). (d) Eod. cap. in princ.

XIII. *Verum ad alios pios viros ſermonem transferamus, & primum dicamus de Dionyſio, tum quod Corinthiorum Eccleſiæ Epiſcopalem ſedem adeptus ſit, tum quod ſuas præclaras & divinas vigilias non ſolum iis quibus præfuit, ſed aliis etiam aliarum Eccleſiarum incolis affatim impertierit: & ſane Catholicis ſuis epiſtolis, quas ad Eccleſias exaravit, omnibus permultum utilitatis attulerit. Quarum una eſt ad Lacedæmonios, quæ illos tum in Orthodoxa & recta fide erudiat, tum de pace & unitate commonefaciat. Altera*

Scripta Dionyſii Epiſcopi Corinth.

ra ad Athenienſes miſſa, quæ illos & ad veram fidem & ad vitam ex Evangelii præſcripto pie degendam excitet; qua ſpreta & contempta, eos vehementer reprehendit, quod a verbo Dei penitus fere deſciſcere cœpiſſent; quo Publius, qui illis præfuit, Martyrium, ob perſecutionum tempeſtates tum quidem ingruentes, forte perpeſſus eſt. De Quadrato etiam qui illorum Eccleſiæ poſt Publium martyrio defunctum creabatur Epiſcopus, in eadem epiſtola mentionem facit, atteſtatus, quod in labore & induſtria tum ad Eccleſiam reducti eſſent, tum ardorem fidei prope in ipſis reſtinctum denuo recuperaſſent. Declarat præterea, Dionyſium Areopagitam, a Paulo Apoſtolo ad fidem converſum (ſic enim Acta Apoſtolorum (a) referunt) primum Athenienſis Eccleſiæ Epiſcopatum adminiſtraſſe: Hæc quæ de epiſtola ab eo ad Athenienſes conſcripta tradit Euſebius, magno fuiſſe illi Eccleſiæ adjumento (quippe quæ poſthac egregie floruerit) tum Athenagoræ ſcripta poſtea pro Chriſtianis Apologia declarat; tum etiam Origenis (b) teſtimonium, dum eamdem Eccleſiam in exemplum adducit, certam de ea re fidem facit.

(a) Act. 17.

(b) Orig. contra Celſ. lib.3.

XIV. Quid deinde Euſebius (c) de reliquis a Dionyſio ſcriptis epiſtolis tradat, inſpiciamus: *Alia*, inquit, *quædam ejus extat epiſtola ad Nicomedienſes, in qua Marcionis hæreſim acriter impugnans, veritatis regulæ egregie patrocinatur. Ad Eccleſiam item quæ eſt Gortynæ ſimul cum reliquis Cretenſibus Eccleſiis ſcripſit epiſtolas, in quibus Philippum Epiſcopum eo magnopere collaudat, quod Eccleſia, quam regebat, propter multas & generoſas virtutes, quibus erat imbuta, teſtificatione omnium plurimum eſſet approbata: eamque ſedulo commonefacit, ut nefariam hæreticorum perverſitatem omni cura & cogitatione declinet. Aliam epiſtolam Eccleſiæ quæ Amaſtrim obtinet una cum aliis Ponti Eccleſiis miſit, in qua Bacchylidis & Elpiſti mentionem facit, utpote qui illum ad ſcribendum fuiſſent hortati; in qua etiam nonnulla loca Scripturæ ſacræ explicat, eorumque Epiſcopum Palmam nominatim citat. Multa de nuptiis & caſtitate illos hortatur: & eos qui quocumque caſu, ſive gravis alicujus peccati noxa, ſive hæretico peſtiferoque errore Eccleſia excidiſſent, denuo in Eccleſiam, modo ſe totos converterent, clementer recipiendos præcepit. His porro alia ad Gnoſios adnumeratur epiſtola, in qua Pinytum Eccleſiæ illius Epiſcopum admonet, ne grave onus caſtitatis fratribus ex neceſſitate imponat, ſed multitudinis accurate conſideret imbecillitatem.*

(c) Euſeb. lib.4. cap. 22.

Aliæ epiſtolæ Dionyſii.

XV. *Ad quam Pinytus reſcribens, quamquam Dionyſium propter epiſtolam veneratur ac laudat, illum tamen e contrario obſecrat, ut jam aliquando cibum illis impertiat ſolidiorem, & perfectiore doctrina populum ejus procurationi commiſſum educet: ne umbratili cuidam inſtitutioni & molli inſtar lactis perpetuo aſſuefacti, puerili quadam diſciplina nec opinantes conſeneſcant. In qua quidem epiſtola non modo recta Pinyti de fide opinio, & cura de plebis utilitate ſibi ſubjectæ ſuſcepta, verum etiam eloquentia, & litterarum divinarum intelligentia, tamquam in viva quadam & expreſſa effigie liquido pateſit. Hæc quidem de venia peccantibus præſtanda, & de caſtitatis onere non omnibus imponendo, a Dionyſio prudenter fuiſſe ſcripta exiſtimamus, ne Fideles aliqua levi ſaltem ex parte hæreticis tunc emergentibus ſimiles forent. Jam dictum eſt, Cataphrygas fuiſſe in delinquentes ſeveriſſimos, & Encratitas, eodem quo illi, hoc tempore progredientes, nuptias perinde ac fornicationem damnaſſe. Denique poſt epiſtolam Dionyſii ad Romanos ab Euſebio recenſitam, de qua ſuperius locuti ſumus, hæc habet in fine de alia ejuſdem auctoris epiſtola: Eſt etiam præter iſtam alia quædam Dionyſii epiſtola ad Chryſophoram ſororem fideliſſimam miſſa: cui dum ea quæ ſunt ejus inſtitutioni valde conſentanea perſcribit, alia etiam tamquam alimenta rationi & menti inſtituendæ accommodata impertit. Hæc a Dionyſio ſcripta accepimus.* Hucuſque Euſebius; quod ergo epiſtolæ omnes citatæ perierint, ſaltem fragmenta oportuit collegiſſe.

De Pinyti epiſtola.

Idem quoque alios ejuſdem temporis ſcriptores Eccleſiaſticos, quibus præſens ſæculum abundavit, poſtea recenſuit, quorum nos ſuperius opportunioribus locis meminimus: ac demum de Bardeſane Syro, magni nominis viro, ſed qui extra claſſem Catholicorum poſitus aberravit, hæc ſcribit (d): *Regnante iſto Imperatore* (nempe M. Aurelio Antonino) *cum hæreſes in dies multitudine creſcerent: in Meſopotamia Bardeſanes, vir quidem cum in omni doctrinæ genere exquiſitiſſimus, tum in lingua Syriaca diſertiſſimus, non modo contra eos qui erant Marcionis æmuli & imitatores, verum etiam contra alios quoſdam qui varias errorum ſectas defenſitabant, dialogos compoſuit, quos cum pleriſque aliis ejus ſcriptis lingua ſua & patrio ſermone divulgavit. Quos etiam diſcipuli ejus (complures enim, quia tantum dicendo valeret, ejus ſcholam frequentabant) ex Syriaco ſermone in Græcum converterunt: in quorum numero eſt dialogus de Fato ad Antoninum ſcriptus accuratiſſime. Et alia item ſunt, quæ occaſione ex perſecutionis calamitate id temporis longe lateque manante arrepta, eum ſcripſiſſe ferunt. Hic primum in Valentini ſchola educatus eſt: cujus cum coarguiſſet errorem, multaſque & commentitias Valentini fabulas reprehendiſſet, videbatur ſibi quodam-* XVI.

(d) Euſeb. lib.4. cap. ult.

Bardeſanes Syrus.

immodo ſe ad meliorem recentioremque ſententiam tranſtuliſſe. Cæterum veteris erroris ſordes non penitus profecto eluerat. Hæc de Bardeſane Euſebius, ſignificans eum ſub Sotere vixiſſe. De eodem quoque & in Chronico, ſed ſuperiori anno, nempe duodecimo Antonini: *Bardeſanes* (ait) *alterius hæreſeos princeps, notus efficitur.* Admiratus eſt ſanctus Hieronymus eum librum de Fato ad M. Antoninum Imperatorem, & alia ab eodem de perſecutione in Chriſtianos conſcripta; aitque: *Si tanta vis eſt & fulgor in interpretatione, quantam putamus in ſermone proprio?*

XVII. (a) Epiph. hæreſ. 56. Bardeſanes olim clariſſimus. Epiphanius (a) de ipſo agens, ejus ſententiæ fuiſſe videtur, ut ille primo quæ recta ſunt dogmata fuerit conſectatus, ac complures libros, cum ſanæ mentis eſſet, conſcripſerit, demum vero impegerit in hæreſim Valentini; nam ait: *Hic vir magnopere ornatus erat, donec in errorem ſectæ ſuæ incidit: factus inſtar pulcherrimæ navis, cui incomparabile onus immittitur, & quæ juxta ripas portus tracta eſt, & totum mercimonium perdidit, & aliis, qui navem conſcenderunt, mortem induxit: corrumpitur enim hic per Valentinianos.* Docuiſſe hunc, cum ſui compos eſſet, Edeſſæ, eoque familiariſſime uſum eſſe Abagarum Principem Edeſſenorum, immo & ejus auditorem fuiſſe, virumque ſanctiſſimum, idem qui ſupra auctor teſtatur. Mentio autem eſt ejuſdem Abagari apud Julium Capitolinum in Antonino Pio. Omnes namque ejus provinciæ Reges nominatos Abagaros, contextus Gentilium hiſtoricorum demonſtrat. Duravit hic (inquit Epiphanius) Bardeſanes poſt Abgari mortem uſque ad tempora Antonini Cæſaris, non Pii appellati, ſed Veri; & multa in Adibam aſtronomum contra Fatum diſſerens collegit.

XVIII. Apollonius conatus avocare Bardeſanem a fide Chriſti. (b) Jul. Capitol. in Marco Aurelio. Memorabile illud quoque de Bardeſane fuit, quod cum ejus fama celebris Romæ innotuiſſet, Apollonius Chalcedonius, inter Stoicos illius ſæculi philoſophos facile princeps, magiſter M. Aurelii Imperatoris, quem eum adeo coluiſſe ſcribit (b) Capitolinus, ut, licet adſcitus eſſet ad Imperatoriam dignitatem, tamen ad ejuſdem Apollonii domum diſcendi cauſa veniret: hic, inquam, Apollonius conatus fuerit eumdem Bardeſanem, tam inſignis eruditionis virum, a Chriſtianorum religione avocare. Sed renuit ipſe, & pro religione, quam colebat, egregiam defenſionem inſtituit; quod quidem paucis his verbis Epiphanius (c) complexus narrat: (c) Epiph. hæreſ. 56. Bardeſanes aliquando confeſſor. *Apollonio vero Antonini amico contradicebat, commonenti ut negaret ſeipſum Chriſtianum dicere. Hic autem ferme in confeſſionis loco conſtitutus erat, ſermoneſque prudentes reſpondit, pro pietate viriliter defenſionem ſuſcipiens: mortem ſe non formidare dicens, quam neceſſe ſit affore, etiam ſi Regi non contradiceret.* Hæc de eo Epiphanius, qui miſerabilem caſum ejus juſte deplorans, amplexum eum dicit dogmata Valentini, atque inſuper negaſſe reſurrectionem mortuorum.

Hæc & multa alia de Bardeſanis erroribus feruntur; verum ex illis multos adſcribendos illius ſectariis, qui poſt ipſum fuerunt, & ab eo Bardeſaniſtæ ſunt dicti, potius quam ipſi, exiſtimarim. XIX. In quibus Bardeſanes calumniam paſſus. Huic fuiſſe filium Armonium nomine, Athenis Græcis litteris excultum, multaque ſcripſiſſe, tradit Theodoretus (d), additque utriuſque errores S. Ephræm ejuſdem Eccleſiæ Edeſſenæ diaconum egregie confutaſſe. (d) Theodoret. hæret. fabul. lib. 1. Apud S. Auguſtinum (e) de Bardeſane agentem, poſt lapſum ejus in Valentini hæreſim hæc leguntur: (e) Auguſtin de hæreſ. 34. *Addens de ſuo, ut Fato adſcriberet converſationes hominum.* Sed hæc cum non in omnibus exemplaribus æque legantur, additamentum potius ad Auguſtinum alicujus imperiti, quam Auguſtini eſſe putamus: cum id falſum eſſe omnino conſtet; nihil enim validius a Bardeſane impugnatum eſſe atque Fatum, cum omnes affirmant, tum ipſius de Fato dialogus, quem ſcripſit, in iis quæ ex eo ab eodem Euſebio recitantur, aperte declarat.

Sed operæpretium me facturum exiſtimo, ſi, quæ ex eodem tam celebri ac omnium ore laudato commentario a Bardeſane ſcripto de Fato, Euſebius (f) in libro de Evangelica præparatione ad verbum recitat, aliqua ſaltem ex parte hic intexam. XX. (f) Euſeb. de præp. Evangel. lib. 6. c. 8. Bardeſanes diſputat contra fatum. Auctor poſtquam multa de Fato diſſeruit, moreſque diverſarum nationum non ex natura, ſed voluntate eſſe percenſuit, hæc ſtatim ſubdit. *Sed & exponam vobis, quod omnes facile ad hanc veritatem adducere poteſt. Omnes Judæi: Moſaica lege in octava die pueros circumcidunt, nec alicujus ſtellæ vi coguntur, nec regionis temperie impelluntur, nec alienis moribus ut aliter faciant inducuntur. Nam ſive apud Syros, ſive apud Galatas, ſive in Italia, ſive in Græcia, ſive in Parthia, ubicumque ſint, legem ſuam ſervant; quod neceſſitate nativitatis fieri nullo modo poteſt. Non enim poſſibile eſt, eamdem habere nativitatem omnes Judæos. Præterea unam ſemper ſeptimam dierum, ubicumque fuerint, ab omni opere ceſſant, nec iter agunt, nec igne utuntur: nec genethliaca quædam ratio coercet Judæum ædificare, vel diruere domum, vendere aut emere illa die: atque multi eorum eodem die naſcuntur, multi ægrotant atque ſanantur, multi denique eo die moriuntur: hæc enim liberi arbitrii non ſunt. In Syria & Oſroene ſunt etiam Galli, & in Phrygia Matri deorum multi abſcindebantur: deinde Rex Abagarus omnium quoque manus,*

nus, qui id agebant, abſcindi juſſit: nec quiſquam poſtea in Oſroene virilia ſibi amputavit.

XXI. Chriſtiani iidem apud omnes. *Quid autem dicemus de Chriſtianorum ſecta, qui in omni parte Orbis, immo vero in omni civitate inveniuntur? nec multas Parthi Chriſtiani ducunt uxores, nec canibus mortuos objiciunt Medi, nec Perſæ filias ducunt, nec Bactriani & Galli matrimonia corrumpunt; nec Ægyptii Apin, aut canem, hircum, aut felem colunt: ſed ubicumque ſunt, alienis legibus vivere nec cogi poſſunt; nec genethliaca ratione, aut ſua, aut Principis alicujus impelluntur umquam, ut quæ nefanda magiſter eorum dixit, facienda putent; ſed paupertatem, labores, ignominiam, cruciatus intolerabiles ſufferunt. Nam quemadmodum libertas noſtra cogi non poteſt, ſic corpus noſtrum non facile poteſt pericula effugere: & certe ſi omnia poteſtatis eſſent noſtræ, nos eſſemus univerſa; ſi vero nihil poſſemus, aliorum eſſemus organa, nihil noſtra voluntate producentes. Deo autem volente, nihil impediri poteſt; illius enim poteſtati cuncta ſubjiciuntur, qui unicuique naturæ præcipuum aliquid largitus eſt: homini autem illud dedit eximium, ut libertate voluntatis atque judicio uteretur; hæc Syrus ille:* Et hucuſque ex eo Euſebius: quæ ſi cui perpauca videri poſſunt, integrum caput illud ex Bardeſane acceptum legat, & veram certamque argumentationem ejus adverſus Genethliacos eſſe cognoſcet. Sed quod de iis ad rem noſtram pertinet; illud plane obſervatione digniſſimum, non fuiſſe hoc tempore in Orbe provinciam, immo nec civitatem, in qua non eſſent Chriſtiani; itemque adeo potentem fuiſſe Evangelicam prædicationem, ut in diverſum ac plane contrarium habitum naturam hominum transformaret, ut ſive Perſæ, ſive Medi, aut Parthi, Ægyptiive, vel aliæ barbaræ nationes eſſent, quæ reciperent Evangelium, mox inolitas illas apud gentiles ſuos turpes conſuetudines, feraleſque atque nefandos mores penitus antiquarent, eoſdemque longius abdicarent. Hæc de Bardeſane ſatis.

Vis Chriſtianæ religionis.

XXII. Valentini diſcipuli. At quoniam de primario diſcipulo Valentini Bardeſane opportuna ſemel eſt ſuſcepta narratio; argumenti ratio poſtulat, ut reliquos ejuſdem portenti partus, qui his ipſis temporibus turbarunt Eccleſiam, hic breviter recenſeamus. Ponitur primo loco Ptolemæus, quem Irenæus (*a*) nominat Floſculum Valentini; huic Tertullianus (*b*) adjungit Secundum, de quibus hæc ait: *Poſt hunc extiterunt Ptolemæus & Secundus hæretici: qui cum Valentino per omnia conſentiunt, in illo ſolo differunt: nam cum Valentinus Æonas tantum triginta finxiſſet, iſti addiderunt alios complures: quatuor enim primum, deinde alios quatuor aggregaverunt.* Porro ſecundum Epiphanium (*c*) Ptolemæus inſanus duas Deo tribuebat uxores, Intelligentiam & Voluntatem, ex quibus alios generare deos dicebat: recitatque idem auctor ejuſdem Ptolemæi ad Florum quemdam ſcriptam epiſtolam, omni refertam impietate atque blaſphemia. Vivebat idem his temporibus, cum S. Irenæus (*d*) innoteſcere cœpit, qui de eo hæc ait: *Quibus magis oportet credi? his ne talibus, nempe Apoſtolis, an Ptolemæo, qui Apoſtolos numquam vidit, veſtigium autem Apoſtoli ne in ſomnis quidem aſſecutus eſt?* Idem (*e*) meminit & Secundi, differens pluribus in quibuſnam ipſe a Valentino diſcrepet in Æonibus. Eadem Epiphanius, qui eumdem Secundum tandem (quod ajunt de calcaria in carbonariam) ſe conjunxiſſe Epiphanii Carpocratis filio tradit (*f*): *Qui*, inquit, *ita inter ſe connexi ſunt, ut aut hic illi tradiderit, aut ille huic errorem impertierit, etiam ſi aliqua parte inter ſe differant.* Sed & Iſidorum his adjungit: verum an ex eadem ſchola provenerit, non affirmat.

(*a*) Iren. lib. 1. in præfation.
(*b*) Tertul. de præſcript. c. 49.
(*c*) Epiph. hæreſ. 33.
(*d*) Iren. lib. 2. c. 40.
(*e*) Idem lib. 1. cap. 5.
(*f*) Epiph. hæreſ. 31.

XXIII. De Heracleone hæretico. Poſt hos autem prodiiſſe Heracleonem, teſtatur Tertullianus (*g*), dum ait: *Extitit præterea Heracleon alter hæreticus, qui cum Valentino paria ſentit; Sed novitate quadam pronunciationis vult videri alia ſentire: introducit enim in primis illud fuiſſe, quod pronunciat; & deinde ex illa monade duo, ac deinde reliquos Æonas; deinde introducit totum Valentinum:* Meminit ejuſdem tamquam ſocii Ptolemæi Irenæus (*h*), ſed pluribus Epiphanius (*i*), qui eum ſucceſſiſſe Colarbaſio ponit. Verum Tertullianus poſt ipſum Heracleonem ponit Marcum quemdam & Colarbaſium novam hæreſim ex Græcorum alphabeto componentes, quod negarent veritatem ſine illis litteris poſſe inveniri, ſed totam plenitudinem & perfectionem veritatis in iis litteris eſſe diſpoſitam, ob idque Chriſtum A & Ω eſſe pronunciatum in divinis litteris. At de Heracleone ejuſque ſectatoribus ait Epiphanius, conſueviſſe, invocatis ſuper morientes quorumdam principatuum nominibus, ungere defunctos oleo & aqua, interdum balſamo, ut (quod ſomniabant) incomprehenſibiles fierent, & inviſibiles ſupernis principatibus: aliaſque tradit eos fabulas jactaſſe, & docuiſſe commenta, quæ narrat.

(*g*) Tertull. de præſcr. c. 40.
(*h*) Iren. l. 2. c. 4.
(*i*) Epiph. hær. 36.

XXIV. Marcus execrandus hæreticus. Sed nemo ex iis omnibus aliiſque Valentini diſcipulis nequior Marco, nec qui majorem cladem intulerit Catholicæ fidei profeſſoribus: quippe qui addens hæreſi adhuc magiam, & multa faciens quæ eſſe miracula viderentur, his artibus circumiens Chriſtianum orbem, ſeduxit plurimos, quorum non ſolum mentes imbuit hæreſi, ſed corpora affecit ignominia. Quibus autem præſtigiis viros pariter ac mulie-

lieres traduceret, hoſque a ſana mente dimoveret, & ad omne ſcelus impelleret, præſtat ut ab Irenæo audiamus; ipſe enim hoc ipſo tempore impoſtorem graſſantem, ſed jam detectum ſcriptis acrius exagitavit, ac penitus confutavit. Quæ igitur a nugace impoſtore fieri ſolita eſſent, idem ſic enarrat (a): *Alius vero quidam ex iis qui ſunt apud eos, magiſtri emendatorem ſe eſſe glorians, Marcus autem eſt illi nomen, magicæ impoſturæ peritiſſimus, per quam & viros multos & non paucas fœminas ſeducens, ad ſe convertit, velut ad ſcientiſſimum & perfectiſſimum, & virtutem maximam ab inviſibilibus & ab inenarrabilibus locis habentem fecit, præcurſor quaſi vere exiſtens Antichriſti.*

(a.) Iren. l.3. c.8.9.

XXV. Pſeudoeuchariſtia Marci.

Anaxilai enim ludicra cum nequitia eorum qui dicuntur magi commiſcens, per hæc virtutes perficere putatur apud eos qui ſenſum non habent, & a mente ſua exceſſerunt. Pro calice enim vino mixto fingens ſe gratias agere, & in multum extendens ſermonem invocationis, purpureum & rubicundum apparere facit, ut putetur ea gratia ab iis quæ ſunt ſuper omnia, ſuum ſanguinem ſtillare in illius calicem per invocationem ejus, & valde concupiſcere præſentes ex illo guſtare poculo, ut & in eo ſtillet quæ per magum hunc vocatur gratia. Rurſum mulieribus dans calices mixtos, ipſas gratias agere jubet præſente ſe: & ubi hoc factum eſt, ipſe alium calicem multo majorem quam eſt ille, in quo illa ſeducta Eucariſtiam facit, proferens & transfundens a minori, qui eſt a muliere Euchariſtia factus, in illum qui eſt ab eo allatus multo majorem, ſtatim dicens ita: Illa quæ eſt ante omnia inexcogitabilis & inenarrabilis gratia adimpleat tuum intus hominem, multiplicet in te agnitionem ſuam, inſeminans granum ſinapis in bonam terram; & alia quædam dicens, & in inſaniam mittens illam infelicem, admirabilia faciens apparuit, quando major calix adimpletus eſt de minori calice, ut & ſupereffunderet ex eo, & alia quædam his ſimilia faciens, exterminavit multos, & abſtraxit poſt ſe.

XXVI. *Datur autem intelligi, eum & Dæmonem quemdam paredrum habere, per quem ipſe quoque prophetare videtur: & quotquot dignos putat fieri participes ſuæ gratiæ, prophetare facit. Maxime autem circa mulieres vacat, & hoc circa eas, quæ ſunt honeſtæ & circumpurpuratæ & ditiſſimæ; quas ſæpe adducere tentans, dicit blandiens eis: participare te volo ex mea gratia, quoniam Pater omnem Angelum tuum ſemper videt ante faciem ſuam: locus autem tuæ magnitudinis in nobis eſt: oportet, nos in unum convenire; ſume primum a me & per me gratiam; adaptare ut ſponſa ſuſtinens ſponſum ſuum, ut ſis quod ego, & ego quod tu; conſtitue in thalamo tuo ſemen luminis, ſume a me ſponſum, & cape eum, & capere in eo. Ecce gratia aſcendit in te: & aperi os tuum, & propheta. Cum autem mulier reſponderit: Numquam prophetavi, neſcio prophetare: invocationes quaſdam faciens denuo ad ſtuporem ejus, quæ ſeducitur, dicit ei: Aperi os tuum, & loquere quæcumque, & prophetabis. Illa autem ſeducta & elata ab iis quæ prædicta ſunt, concalefaciens animam a ſuſpicione quod incipiat prophetare, cum cor ejus multo plus quam oporteat palpitet; audet & loquitur delirioſa, & quæcumque evenerint, omnia vacue & audaciter: quippe calefacta ſpiritu, ſicut meliora nobis de talibus prophetis exequitur, eo quod audax & inverecunda * anima quaſi vacuo aere excalefacta eſt, & exinde prophetidem ſeipſam putat, & gratias agit Marco, qui participavit ei ſuam gratiam: & remunerare eum geſtit non ſolum ſecundum ſubſtantiæ ſuæ dationem, unde divitiarum copiam magnam collegit, ſed & ſecundum corporis copulationem, & ſecundum omnia unire ei cupit, ut cum eo deſcendat in unum.*

Scelera Impoſtoris Marci.

* al. verecunda.

XXVII. *Proh pudor! Proh dolor! Tam ſceleſta atque deformia, nefandiſſimi impoſtores, iidemque Chriſtiano nomine inſigniti, circuientes Orbem his temporibus, perpetrantes, fœtore quodam immenſo ac peſtilenti halitu Chriſtianam religionem corrumpebant: ut non mirum ſit, ſi Chriſtianum nomen in his infectum adeo apud Gentiles male oleret, peſſimeque audiret; ut, niſi exundaſſet divini illius odoris fragrantia, de quo ſcriptum eſt (b):* Oleum effuſum nomen tuum; jam actum de Chriſtiana religione videri poſſet. Sed virtus eſt ex Deo (ne quis glorietur c) ut quadam vi nominis Chriſti pertractæ, in odorem unguentorum ejus undique accurrerent omnes gentes. Sed quid poſt hæc Irenæus?

(b) Cant. 1. (c) Epheſ. 2.

XXVIII. A Marco recedunt pænitentes fœminæ.

Jam vero, inquit, *quædam ex fideliſſimis mulieribus, quæ habent timorem Dei, & non ſunt ſeducibiles: quas ſimiliter ut reliquas affectavit ſeducere; jubens eas prophetare, exſufflantes & anathematizantes eum, ſeparaverunt ſe ab hujuſmodi inſano, qui ſe divinum ſpirare ſimulabat; pro certo ſcientes, quod prophetare non a Marco mago inditur hominibus: ſed quibuſcumque Deus deſuper immiſerit gratiam ſuam, hi ab eo traditam habent prophetiam: & tunc loquuntur, ubi & quando Deus vult, ſed non quando Marcus jubet:* & paulo poſt de ſeductis: *Hæ ſæpiſſime converſæ ad Eccleſiam Dei confeſſæ ſunt, & ſecundum corpus exterminatas ſe ab eo velut cupidine, & inflammatas valde illum ſe dilexiſſe: ut & diaconus quidam eorum qui ſunt in Aſia, ſuſcipiens eum in domum ſuam, inciderit in hujuſmodi calamitatem; nam cum eſſet uxor ejus ſpecioſa, & ſententia & corpore corrupta eſſet*

ſet a mago iſto, & ſecuta eum eſſet multo tempore, poſt deinde, cum magno labore fratres eam convertiſſent, omne tempus in exomologeſi coſummavit, plangens ac lamentans ob hanc, quam paſſa eſt ab hoc mago, corruptelam.

XXIX. Marci diſcipulorum ſuperbia. *Et diſcipuli autem ejus quidem circumobverſati in eiſdem, ſeducentes mulierculas multas corruperunt, perfectos ſemetipſos vocantes, quaſi nemo poſſit exæquari magnitudini agnitionis ipſorum, nec ſi Paulum aut Petrum dicas vel alterum quemdam Apoſtolorum; ſed plus omnibus ſe cognoviſſe, & magnitudinem agnitionis illius, quæ eſt inenarrabilis virtutis, ſolos ebibiſſe: eſſe autem ſe in altitudine ſuper omnem virtutem: quapropter & libere omnia agere, nullum in nullo timorem habentes.* Subdit poſt hæc quædam verba delira, quæ ab eis dicerentur, cum a ſuperiori vellent redimi poteſtate: ac demum hæc habet in fine: *Talia autem dicentes, & operantes; & in iis quoque quæ ſunt ſecundum nos regiones, Rhodanenſes multas ſeduxerunt mulieres: quæ cauteriatas conſcientias habentes, quædam quidem etiam in manifeſto exomologeſin faciunt: quædam autem revertentes: hoc ipſum in ſilentio, ſenſim ſemetipſas retrahunt, deſperantes a vita Dei: quædam quidem in totum abſceſſerunt: quædam autem inter utrumque dubitantes, & (quod eſt proverbii) paſſæ ſunt: neque intus neque foris exiſtentes, hunc fructum habentes ſeminis filiorum agnitionis.* Hucuſque de his Irenæus.

XXX. Infelix plane harum conditio, quæ his temporibus magno vitæ periculo perſecutione ubique vigente, cum deos Gentilium reliquiſſent, atque Chriſto nomen dediſſent, in hunc & alios huic ſimiles impoſtores impegerint, a quibus ſic fallaciter deciperentur; ut perſpicue plane appareat, graviorem S. Dei Eccleſiam paſſam eſſe jacturam ab ejuſmodi nebulonibus, quam a perſecutoribus ipſis: cum præſertim ad ſectam eſſent illecebræ, quod Valentiniani omnes (ut ſcribit Tertullianus *a*) non eſſe confitendum Chriſtum, nec ſubeundum martyrium prædicarent: adeo ut qui ejus ſectæ erant, in perſecutione tutiſſime agerent; e contra vero qui Catholici eſſent, undique a perſecutoribus exagitarentur, ac crudeliter necarentur. Quis, rogo, inter tot ſpinas ac vepres ſemen fidei poſitum videns, non prorſus ſuffocandum eſſe putaſſet, ac coaleſcere poſſe penitus deſperaſſet? At ne mente quidem quis concipere potuiſſet, ipſum ſic compreſſum perſecutione Gentilium, & oppreſſum impiis dogmatibus, ac proculcatum operibus hæreticorum, vi quadam divinitus inſita ex illis erumpere, & ſuper illas emergere, ſuperare, atque in arborem creſcere valuiſſe: ut in his il-

(*a*) Tertul. in Scorpiac. c. ult.

Dei Eccleſiæ firmitas inconcuſſa.

lud ſit plane canendum: *Manus Domini fecit hæc omnia: & eſt mirabile* (*b*) *in oculis noſtris.*

Sed jam ad cæteros Valentini diſcipulos, XXI. quorum gratia ſuſcepta narratio eſt, indicandos convertatur oratio. Conjungit Irenæus (*c*) Marco Colarbaſium quemdam, cujus (ut diximus) etiam Tertullianus (*d*) meminit; idemque apud Philaſtrium Baſſus dictus reperitur. Sed agit de eodem pluribus Epiphanius (*e*), ejuſdemque dogmata fuſius explicat, oſtendens eumdem primo de hæreſi Valentini ſenſiſſe cum Marco; ſed poſtea ab eo diviſum, deteriora, quæ refert, coagmentaſſe deliria. Porro Theodoretus (*f*) adjungit Marcoſiis iis ſcilicet qui ex Marco, quem diximus, ſic denominati ſunt, *Aſcodritas hæreticos, atque Archonticos: qui penitus abjicerent divina ſacramenta, dicentes non oportere eſſe divina myſteria, quæ ſunt inviſibilium ſigna; nec incorporalia per viſibilia atque corporalia communicanda.* En vides, lector, in quorum claſſem rejicias Novatores noſtri temporis, abjicientes procul Eccleſiæ ſacramenta.

Hæretici Sacramentarii.

XXXII. Dicebant iidem repoſitam eſſe redemptionem perfectam in cognitione, vocabantque redemptionem univerſorum cognitionem: quamobrem baptiſmum etiam prorſus abjiciebant. Archonticos item addidiſſe tradunt confictos quoſdam libellos, quos appellarent Revelationes Prophetarum: alium autem nominarent Symphoniam: hos etiam ungere conſueviſſe mortuos oleo & aqua (ut de aliis ſuperius dictum eſt) inſuper & Dominum Sabaoth blaſphemare, quod dicerent ipſum in ſeptimo cælo exercere tyrannidem, ab eodemque genitum eſſe diabolum, ex quo per Evam Cain & Abel ſint prognati; negaſſe hos quoque mortuorum corporum reſurrectionem, Epiphanius (*g*) tradit, novoſque prophetas finxiſſe Martiadem & Martianum; eoſque raptos in cælum, ac poſt triduum deſcendiſſe. Porro hos cæteris ad alios fallendos conſtat fuiſſe aſtutiores, quod ſolitarie agentes, renuntiationem omnium præſeferrent, eoſque ad ſua tempora in Palæſtina coaluiſſe, idem auctor teſtatur, quos pie ſancteque (ut ſuo loco dicetur) fuerit inſecutus. Addit his omnibus Valentiniani diſcipulis Tertullianus (*h*) Theotimum: *qui multum*, inquit, *circa imagines legis operatus eſt.* At licet hi omnes a Valentino deſcenderint, longe tamen ab illius aſſertionibus receſſerunt: ob idque addit: *Ita numquam jam Valentinus, & tamen Valentiniani qui per Valentinum. Solus ad hodiernum Antiochiæ Axionicus memoriam Valentini integra cuſtodia regularum ejus conſolatur: alioquin tantum ſe huic hæreſi ſuadere permiſſum eſt, quantum lupæ fœminæ formam*

Alia diſcipulorum Valentini portenta.

(*b*) Pſal. 117.
(*c*) Iren. l. 1. c. 10.
(*d*) Tertul. de præſcrip. c. 50.
(*e*) Epiph. hær. 35.
(*f*) Theodor. hæret. fab. lib. 1.
(*g*) Epiph. hær. 40.
(*h*) Tert. adv. Valentin. c. 4.

mam quotidie ſupparare ſolemne eſt. Hæc Tertullianus de Valentinianis quotidie formam novam adducentibus, ac fuco etiam componentibus.

XXXIII. His Valentini diſcipulis enumeratis, haud placet inter eos ab aliis recenſeri Prodicum, quod Tertullianus (*a*), adverſus Praxeam agens, æque adnumeraret Valentinos & Prodicos plures deos introducentes: nam ante Valentinum vixiſſe Prodicum, Adamitarum hæreſis fautorem, ſuperius dictum eſt. Jure igitur idem Tertullianus (*b*), agens adverſus Gnoſticos Martyrium negantes, primo loco Prodicum recenſuit, ac ſubinde Valentinum, ſic dicens: *Quod ſi jam tunc Prodicus, & Valentinus aſſiſteret, ſuggerens, non in terris eſſe confitendum apud homines, quod nec Deus humanum ſanguinem ſitiat, &c.* Qui autem adverſus Valentinianos ſcripſerint, eo ordine quo ab eis id factum eſt, idem Tertullianus (*c*) recenſens, hæc ait: *Nec ſolum noſtri anteceſſores, ſed ipſorum hæreſiarcharum contemporales inſtructiſſimis voluminibus & prodiderunt & retuderunt; ut Juſtinus philoſophus ac martyr, ac Miltiades Eccleſiarum ſophiſta; ut Irenæus omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator: ut Proculus noſtræ virginis ſenectæ & Chriſtianæ eloquentiæ dignitas: quos in omni opere fidei, quemadmodum in iſto, optaverim aſſequi.* Fuiſſe hunc Proculum Montani ſectatorem, ſuperius dictum eſt: qui quod adeo prædicaret martyrium, ut nec fugiendum eſſe perſecutionis tempore, nec aliter id redimendum diceret, merito in Valentinianos ſtylum armavit, qui negabant eſſe coram hominibus confitendum, & martyrium ſubeundum.

(*a*) Idem adv. Prax. c.3. in fin. ibi not. 37.

(*b*) Idem in Scorpiac. c. ult.

Qui ſcripſerint adverſus Valentinianos.

(*c*) Idem adv. Valentin. c. 5.

XXXIV. Irenæus autem non commentarios tantum horum legiſſe, ſed & congreſſus cum illis ſe habuiſſe teſtatur, ſic dicens (*d*) *Cum legerim commentarios ipſorum (quemadmodum ipſi dicunt) Valentini diſcipulorum, quibuſdam autem ipſorum & congreſſus, & apprehendens ſententiam ipſorum: manifeſtare tibi, dilectiſſime, portentoſiſſima & altiſſima myſteria eorum, quæ non omnes capiunt, &c.* Porro citans ipſe Juſtinum martyrem, ſe commentarios ejus de hac re optime noviſſe demonſtrat. Idemque, ut potuit, cavens ut quam fideliſſime ab antiquariis idem commentarius deſcriberetur, hanc appoſuit obteſtationem: *Adjuro te, qui tranſcribis librum iſtum, per Dominum Jeſum Chriſtum & per glorioſum ejus adventum, quo judicaturus eſt vivos & mortuos, ut conferas poſtquam tranſcripſeris, & emendes illum ad exemplar, unde ſcripſiſti diligentiſſime: hanc quoque obteſtationem ſimiliter transferas, ut inveniſti in exemplari.* In his enim aliqua ex parte imitatus videtur fuiſſe S. Joannem, ex cujus ſchola provenerat; nam ejus diſcipuli Polycarpi auditor fuit. Ipſe namque Joannes ad librum Apocalypſis (*e*) conteſtationem, ſed alterius generis, nempe ſeveriorem adjecit. Porro cum Irenæus, recenſendo ſeriem Romanorum Pontificum a Petro, perducat eam uſque ad Eleutherum, qui Soteri ſucceſſit, perſpicue ſignificat ſe ea adverſus hæreticos ejuſdem ſedis tempore lucubraſſe.

(*d*) Iren. in præfat. l. 1.

Irenæi conteſtatio.

(*e*) Apoc. c. ult.

JESU CHRISTI ANNUS 176. | SOTERIS PAP. ANNUS 2. | M. AUR. IMP. ANNUS 14.

I. Centeſimo & ſeptuageſimoſexto Chriſti anno, Gallo & Flacco Coſſ. Romanus exercitus adverſus Marcomannos, Quados, & alias complures barbaras nationes, jam quadriennio difficili bello in expeditione poſitus, in maximumque diſcrimen adductus, ope tandem Chriſtianorum militum, precibus ad Deum fuſis, non ſolum ab infeſtis caſibus, quibus urgebatur, eripitur, ſed victoria divinitus parta potitur. Hæc autem adeo admiranda, ut in omnibus perſpicua ac penitus elucidata ſcriptorum memoria relinquamus; in primis, quod ad tempus ſpectat, hoc ipſo anno geſta eſſe, ex eo evidenter apparet, quod in litteris Marci Aurelii Imperatoris ad Senatum tunc datis, inſcripta habeatur ejus Tribunitia poteſtas viceſimaoctava; quarum primam cæptam eſſe conſtat (ut ex Julio Capitolino colligitur & ex nummis) poſt annum ſequentem a ſecundo Marci Conſulatu, anno Domini (ut a nobis ponitur) centeſimo quadrageſimonono. Quod & ex eo certius demonſtratur, quod eo anno, quo Marcus tertium Conſulatum geſſit, & Imperium cæpit poſt Pium, in nummis & aliis inſcriptionibus Tribunitia ejus poteſtas numeratur decima quinta: qua per ſingulos annos ex more aucta, hoc ipſo anno decimo quarto ejus Imperii, vigeſimaoctava jure connumeratur; quo anno idem Imperator victis hoſtibus, ſeptimum jam Imperator ab exercitu eſt appellatus, prout etiam in iiſdem litteris hactenus habetur inſcriptus.

Tempus Marci Imp. de Marcomannis victoriæ.

Tan-

II. Ethnicorum Hiſtoricorum affectio privata. Tantam Chriſtianorum gloriam iniquo animo ferentes ſcriptores Ethnici, quod contigit prægrande miraculum aut magiæ tribuerunt, aut M. Aurelii Imperatoris precibus ac meritis adſcripſerunt. Quam autem parum exacti ac diligentis, parumque veritatis amantis iidem hiſtorici munere ſint perfuncti in ea hiſtoria conſcribenda, ex eo primum poteſt plane cognoſci, quod tam longi temporis bellum, in quo multa memoratu digna accidiſſe oportuit, ſilentio pene obrutum reliquerint. Erubuerunt fortaſſe caſum illum acerbum & luctuoſum referre, quo primum falſis oraculis Imperatore decepto (quod recitavimus ſuperius ex Luciano) exercitu Romanorum ab hoſtibus profligato, deſiderata ſunt viginti millia militum. At non magis in illis oſcitantia, quam privata quædam ipſorum affectio ac ſtudium erga res patrias avitamque ſuperſtitionem, quibus verax hiſtoricus carere debet, in crimen adducenda videtur. Cum enim de rebus geſtis, de quibus eſt ſermo, ſcripſerunt, ipſas longe aliter atque publicis litteris Imperatoris non tantum in Senatu publice recitatis, ſed inſtar edicti in foro Traiano affixis, eſſent ſcriptæ, narrarunt: ut certo certius convincantur nonniſi dolo malo in re tam perſpicua ac nota omnibus eſſe mentiti.

Sed ut rem ipſam ab exordio repetamus: cum primo contra Sarmatas ac Marcomannos bellum fuerat exorditum, complures aliæ barbarorum provinciæ adverſus Romanum Imperium conſpirantes, iiſdem poſtea adhæſerunt; uſque adeo, ut perdifficile ac formidabile bellum, quod leve antea videbatur, plane reddiderint. Quinam vero fuerint hi populi, Julius Capitolinus (*a*) his verbis deſcribit: *Gentes omnes ab Illyrici limite uſque ad Galliam conſpiraverant, ut Marcomanni, Nariſci, Hermunduri, & Quadi, Svevi, Sarmatæ Latringes, & Buri: hi aliique cum Victovalis, Soſibes, Sicobotes, Rhoxolani, Baſtarnæ, Alani, Peucini, Coſtoboci.* Hæc ipſe; qui tam inſignem hiſtoriam, in qua tantam victoriam, quam Imperator & Romanus exercitus eſt conſecutus, his paucis deſcripſit, ſic dicens, cum obiter eam tractat, & ejuſdem Imperatoris virtutes enumerat: *Æquitatem etiam circa captos hoſtes cuſtodivit; infinitos ex gentilibus in* III. Difficile bellum cum Barbaris multiplicibus.

(*a*) Jul. Capit. in Marco.

PAGIUS | Anno Periodi Græco-Romanæ 5667.

Sæc. II. Anno Urbis 927. Olymp. 238. an. 2. A. C. 174.

☉ 15. C. ☽ 4. P. 4. April. Indict. 12.

Jesu Christi 174. *ſecund. Baronium* 176.

Eleutheri Papæ 5.

M. Aurelii Imp. 14.

I. Conſules. II. Pluvia a M. Aurelio obtenta.

[1] AD num. I. Coſſ. *Gallus* & *Flaccus*. Ad num. II. & ſeqq. Hermannus Witſius anno CIƆIƆCLXXXIII. Amſtelodami publicavit Diatribem *de Legione fulminatrice Chriſtianorum ſub Imperatore M. Aurelio Antonino*, in qua ad fidem huic hiſtoriæ conciliandam multa profert, & ad argumenta, quæ in contrarium afferuntur, reſpondere conatur. Nos cum Valeſio in Notis ad lib. 5. Euſebii cap. 5. facile credimus Apollinari, Euſebio & Tertulliano, qui pluviam a militibus Chriſtianis impetratam teſtantur. Sed non dubitamus, quin multa falſa veris admixta fuerint. Et primo quidem Epiſtola illa, quæ ad calcem poſterioris Apologetici apud Juſtinum legitur, tantum abeſt, ut ab ipſo Imperatore Græce dictata, aut ex Latino ipſius in Græcum ſermonem tranſlata fuerit; ut infra ſeculum Juſtiniani Imperatoris, ab imperitiſſimo rerum Romanarum Græculo confictam fuiſſe manifeſte appareat, ut ex Scaligero, Salmaſio, & Huetio obſervat Witſius. Edictum quoque tale in favorem Chriſtianorum illa occaſione anno XIV. Marci, quo bellum Quadicum contigit, ſancitum fuiſſe, in animum ſuum facile non inducet, qui norit, mox poſt Germanicam ſitim tam mirabiliter depulſam, anno nimirum Marci XVII. innumeram Chriſtianorum multitudinem diris ſubjectam fuiſſe quæſtionibus, & Chriſtianos paſſim ingenti perſecutione acerbe eſſe exagitatos. Non dico tamen, nullum datum fuiſſe edictum: Tertullianus enim non auſus fuiſſet id falſo prætendere paucis poſt annis tam in ſuo Apologetico, quam in libro ad Scapulam, Aſiæ Proconſulem. Itaque dici forſan poteſt cum Witſio, edictum quidem emiſſum, ſed ex eo Chriſtianos nullum fructum percepiſſe, propter Proconſulum acconcitatæ plebis crudelitatem, qui aliis quæſitis, non tam cauſis, quam coloribus, in innoxios ac bene merentes ſæviebant; cum non deſint exempla, ubi nequicquam

---

NOTÆ [1] COſſ. *Gallus* & *Flaccus*. Prænomina adhuc quæruntur. Apud quoſdam Faſtorum noſtri temporis concinnatores, hos conſules nominari video, hoc pacto, ut ſint: *Appius Annius Trebonianus Gallus*, & *Fulvius Flaccus*; quibus auctoribus, ignoro. Gruterus pag. CVIII. 5.

FLACCO. ET. GALLO. COS.

Num ad *Gallum* hujus anni conſulem referri debeant duo verſus in lapide Romæ, nunc apud Marchionem Alexandrum Gregorium Capponium, an ad alios *Gallos* deinceps in Faſtis deſignatis, hærere me fateor. Hic tamen eos appono; alii, cui malint *Gallo conſuli*, eoſdem accommodabunt. Ita vero habent.

FECERAT EUFRANOR BACCHUM QUEM GALLUS HONORAT
FASTORUM CONSUL CARMINE TURE SACRIS

Faſti vulgati: *Gallo* & *Flacco*.

in Romano ſolo collocavit: fulmen de cælo precibus ſuis contra hoſtium machinamentum intorſit, ſuis pluvia impetrata, cum ſiti laborarent; voluit Marcomanniam provinciam, voluit etiam Sarmatiam facere; & feciſſet, niſi Avidius Caſſius rebellaſſet in Oriente. Hucuſque Capitolinus.

IV. Sed ex Dione (*a*), audiamus rem geſtam paulo accuratius explicatam, utinam ſic etiam in omnibus verius, qui ait: *Igitur Marcus multis magniſque prœliis in Germania factis, aditiſque periculis, Marcomannos & Jazygas ſubegit: poſt hæc bellum acre, prœliumque magnum, cum iis qui Quadi appellantur, fuit; quo ex bello victoria præter ſpem, vel potius Dei beneficio, conſecuta eſt: propterea quod Romani cum eſſent in prœlio, atque in maximum periculum veniſſent, mirabiliter ſane ac divinitus conſervati ſunt. Cum enim intercluſi a Quadis in locis opportunis conferti pugnarent fortiter, atque interim barbari differrent prœlium, ſperantes eos calore & ſiti perituros; quos circum occupatis locis omnibus ſic concluſerant (erant enim multo plures) ut aquam habere nullo pacto poſſent; atque Romani in tantas difficultates incurriſſent, ut morbo, vulneribus, ardore Solis, ac ſiti vexarentur; nec ob eas res pugnare poſſent, aut alio ſecedere, ſed in acie ſtantes, atque in locis conſtitutis arderent: nubes de repente ita coactæ ſunt, ut maximus imber aquæ ceciderit, non ſine Dei beneficio. Fama eſt Arnuphin magum Ægyptium, qui una cum Marco erat, Mercurium illum, qui eſt in aere, alioſque dæmones quibuſdam magicis artibus invocaviſſe, ac per eos pluviam extorſiſſe.* Hæc de Mercurio per magum advocato Dio tradit, quod ejuſmodi Deus princeps magiæ eſſet ac doctor: de quo Prudentius cum agit, hæc ait (*b*):

(*a*) *Dio in M. Aurel.*

Dei ope obtenta victoria de Barbaris.

Necnon Theſſalicæ doctiſſimus ille magiæ.

(*b*) *Prudent. adv. Symmach. l.1.*

Quamobrem artis magicæ profeſſores Mercurii fuerunt ſtudioſiſſimi, ut inter alios Julianus Apoſtata.

Sed proſequitur Dio cæptam narrationem his verbis: *Cum autem primum pluvia cadere cœpit: Romani in cælum ſuſpicientes, eam in ora recipiebant: deinde ſcutis galeiſque ſubjectis, inde largiter abſorbuerunt, equis quoque aqua refectis. Cumque barbari in ipſos impetum facerent bibentes, ſimul pugnabant, & complures ſaucii ſanguinem infuſum in galeas ſimul cum aqua abſorbuerunt. Cum autem urgentibus hoſtibus, gravia damna, propterea quod magna ex parte in bibendo erant occupati, acciperent, vehemens grando, compluraque fulmina in hoſtes ceciderunt. Itaque licebat videre in eodem loco aquam ignemque ſimul de cœlo cadere: atque ob eam* V.

Barbarorum miſeranda ſtrages.

PAGIUS quam prohibentibus Imperatorum reſcriptis in Chriſtianos ſævitum fuerit. Quoad Legionem fulminatricem, ea ab hoc miraculo cognominata non eſt, cum diu ante M. Aurelii tempora ita appellata fuerit, ut jam Viris doctis obſervatum. Denique extat Nummus argenteus in Gaza Regia inſcriptus, M. ANTONINUS AUG. TR. P. XXVIII. Viſitur caput Antonini laureatum. In poſtica, RELIG. AUG. IMP. VI. COS. III. id eſt, *Religio Auguſti*. Cernitur Mercurius ſtans, qui dextra pateram, & ſiniſtra caduceum tenet. Tribunitiam Pot.XXVIII. currenti anno M. Aurelius iniit. Quare cum Xiphilinus ſcribat, dicere Dionem, Marcum hanc pluviam Mercurio, cujus cultus ſtudioſus erat, attribuiſſe, is Nummus Dionis fidei teſtis, ut ab Andrea Morellio, Viro clariſſimo, me audiviſſe memini. Denique Themiſtius in Orat.15. de Regia Virtute ad Theodoſium Imperatorem, de illa pluvia hæc habet: *Cum Antonini Romanorum Imperatoris, cui ab eadem illa pietate cognomen inditum fuit, ſiti laboraret exercitus, manus ille ad cœlum erexit. Hac ego manu, inquiens, ſupplex te placare volui, & oravi vitæ largitorem, quia nulli eam eripui; eaque prece divinum ſibi placaſſe numen, ac ſtatim ſerenitate facta, magna imbrium copia ad militarem ſedandam ſitim erupit. Cujus rei deſcriptam in imagine picturam videre memini: in qua media phalange pictus erat Imperator; milites vero galeis imbrem excipientes, divinitus conceſſo liquore ſitim explebant.* Porro Marcum Antonini Pii nomine intelligendum, præter ea quæ ſupra attulimus, egregie oſtendit Inſcriptio Reineſiana pag.311. quæ Panormi viſitur.

IMP. CAES.
L. SEPTIMIO. SEVERO. PIO. PERTI.
AUG. PART. ADIABEN. ARABICO.
P. M. TRIB. POT. XVII. IMP. XII. COS. III.
P.P. PROCOS. V. IMP. CAES. DI
VI. ANTONINI PII. GERMANICI.
SARMATICI F. DIVI COMMODI
FRATRI. DIVI ANTONINI NEPO
TI. DIVI ADRIANI PRONEPOTI
DIVI TRAIANI PARTHICI ABN.
DIVI NERVAE. ADN. INDULGEN
TISSIMO. AC CLEMENTISSIMO
PRINCIPI. NOSTRO
RESP. PANORMITAN.
P SATYRI DONATI ET
M. MARCI RUFFINI
D. D.

eam cauſam valere alii, & bibere, exuri alii, ac prorſus interire videbantur: non enim ignis Romanos attingebat: quod ſi forte cum eis interdum miſceretur, extinguebatur ſubito: neque imber juvabat barbaros, ſed non ſecus ac oleum inflammabat; ita ut aquam requirerent pluvia perfuſi, infligerentque ſibi vulnera, quo ſanguine ignem reſtinguerent: pars autem confugiebat ad Romanos, quaſi illis tantummodo aqua ſalutaris eſſet: ſed eorum Marcus miſertus eſt: eoque facto a militibus ſeptimum Imperator appellatus eſt: quod etſi admittere non conſuevit priuſquam eſſet decretum a Senatu: tamen non repudiavit, quaſi id divinitus acciperet: de quo etiam facto ad Senatum ſcripſit. Hucuſque de his Dio.

VI. Sed quid ad Dionem addiderit Xiphilinus, apponamus: *Hæc*, inquit, *quidem de mago Ægyptio a Dione dicuntur, ſed is mihi mentiri videtur (volens, an invitus, neſcio, volentem magis arbitror) cum non ignoret legionem militum quæ* Κεραυνοβόλος *appellatur proprio nomine (ejus enim mentionem facit in catalogo cæterorum militum) nulla alia cauſa (neque enim alia circumfertur) quam ex ea quæ in bello accidit, id nomen accepiſſe: quæ cauſa etiam tum Romanis ſaluti, barbaris exitio fuit. Non enim Arnuphis magus erat, cum nuſquam memoriæ proditum ſit, Marcum magorum ſocietate aut præſtigiis fuiſſe delectatum. Quod igitur in hac re dico, tale eſt: Cum Marcus legionem unam haberet ex militibus Melitenis (hi omnes Chriſtum colunt) ad eum Præfectus prætorianorum venit, neſcientem quid in illo prœlio conſilii caperet, timentemque toti exercitui: eique fertur dixiſſe, Nihil eſſe, quod ii, qui Chriſtiani nominantur, precibus impetrare non poſſint; eſſeque legionem unam in exercitu hominum hujus generis. Qua re cognita, Marcum ab eo petiiſſe, ut Deo ſuo ſupplicarent. Quod cum feciſſent, Deum exaudiviſſe ſubito, percuſſiſſeque hoſtes fulmine, ac Romanos pluvia recreaſſe. His rebus Marcum vehementer obſtupefactum, edicto Chriſtianos honore affeciſſe, ipſamque legionem* Κεραυνοβόλον *Fulminatricem appellaſſe. Atque de iis rebus epiſtola Marci extare dicitur. Græci autem ſciunt eam legionem Fulminatricem appellari, ejuſque rei teſtes ſunt: cauſam vero cur ita appellata ſit, non dicunt.* Hucuſque Xiphilinus apud Dionem.

Legio Fulminatrix unde dicta.

VII. Quod vero Dio tribuit Arnuphi mago, alii tribuerunt cuidam Juliano itidem mago, qui vixit his ipſis temporibus Marci, cujus Suidas (a) meminit. Rurſus autem quod ad Dionem pertinet; puto equidem, quod ſicut quæ hic de mago ſcripſit, apertiſſimi mendacii redarguitur; ita ejuſdem quoque criminis vehementer ſuſpectus redditur, dum rem huic perſimilem geſtam in Africa, Coſſ. Germanico & Saturnino, primo anno Claudii Imperatoris, Chriſti vero quadrageſimo-tertio, narrat his verbis (b): *Gneus Sidius Geta poſt Suetonium Paulinum expeditione facta, recta adverſus Salabum ducem eorum contendit, eumque ſemel atque iterum vicit. Qui cum relictis quibuſdam ad limites, qui inſequentes arcerent, ad arenoſa confugeret; auſus eſt Sidius inſectari eum: ac parte exercitus poſita in ſubſidiis, proceſſit, aqua ſecum quantum potuit portata. Verum ea abſumpta, cum nulla alia ſuppeteret, in ſumma hæſit difficultate, barbaris durantibus, eo quod ſitim diutiſſime tolerare aſſueviſſent, ac peritia locorum aquam invenirent. Romanis vero neque progredi, neque regredi integrum erat. Cum quidam indigenarum confœderatorum Sidio auctor fuit, ut incantationibus & magica arte uteretur; affirmans ſæpius ſe eo modo aquam elicuiſſe. Cum paruiſſet, confeſtim aquæ vis cælitus fluxit, ut & ſitim exercitus reſtingueret, & hoſtes perterrefaceret, divinum auxilium Romanis adeſſe opinantes: itaque ultro pacis conditiones acceperunt.* Hæc ipſe.

(a) *Suid. in verbo Julian.* 2.

(b) *Dio Hiſtor. Rom. l.* 60.

Aqua ex inſperato Romanis data.

VIII. Sed mea ſententia, quod (ut alias ſuperius dictum eſt) a Gentilibus Chriſtiani, magi conſueverint appellari, Chriſtiani hominis fidei potius, quam magiæ id adſcribendum putarem. Si enim tantam vim Romani in magis hominibus eſſe ſentirent, ut, cum vellent, e cœlo pluviam impetrarent, & in hoſtes fulmina intorquerent: cur, quæſo, non omnibus prœliis magos, qui talia præſtarent, ſemper adhibuerunt; ut eadem magica arte, fulmine disjectis hoſtibus, certum ſemper triumphum referrent ex hoſtibus? Sed miracula hæc fuerunt, juſtorum piorumque precibus divinitus impetrata: ut jure glorietur Tertullianus (c) ſic dicens: *Quando non geniculationibus & jejunationibus noſtris etiam ſiccitates ſunt depulſæ?*

Magiæ tributæ r s Chriſtianorum.

(c) *Tertul. ad Scapul. c.* 4.

IX. Rurſum vero quod ad ſcriptores Gentiles pertinet, Claudianus (d) & ipſe Gentilis, quæ apud ſuos hiſtoricos legerat, his carminibus cecinit:

Non tantis patriæ ſtudiis ad templa vocatus
Clemens Marce redis: cum gentibus undique cinctam
Exuit Heſperiam paribus Fortuna periclis.
Laus ibi nulla ducum: nam flammeus imber in hoſtem
Decidit: hunc dorſo trepidum flammante ferebat
Ambuſtus ſonipes: hic tabeſcente ſolutus
Subſedit galea: liquefactaque fulgure cuſpis
Canduit, & ſubitis fluxere vaporibus enſes.

Eadem barbarica clades a Claudiano deſcripta.

(d) *Claudian. in ſexto Honorii Conſulatu l.* 1.

Tunc

Tunc contenta polo, mortalis neſcia teli,
Pugna fuit. Chaldæa mago ſeu carmina * *ritu*
Armavere deos: ſeu (quod reor) omne Tonantis
Obſequium Marci mores potuere mereri.

* *numina.*

X. Quid de his Chriſtiani ſcriptores.

At cum Gentiles & Chriſtiani ſcriptores de re geſta æque conſentiant, diſcrepent tamen ab invicem, cum illi aut magiæ, aut precibus ac laudatis moribus M. Aurelii tribuerunt: quorumnam fides præſtet, judicium omnium recte ſentientium, qui nec affectione moveantur, libenter appellarem, ſi in re dubia & non omnino certa, Marcique Imp. litteris publicis declarata, quæſtio verſaretur. Sed antequam eaſdem recitemus; qui his temporibus proximi vixere ſcriptores Eccleſiaſtici, quid de ea re ſcripſerint, audiamus. Id quidem factum fuiſſe Chriſtianorum precibus aperte teſtati ſunt, cum agerent ſcriptis ſuis adverſus Gentes, qui his ipſis temporibus magna laude in Eccleſia claruere, Latinus, itemque Græcus, auctores, Tertullianus nimirum, & Apollinaris Epiſcopus, Hierapolitanus in Phrygia.

XI. Hiſtoriæ veritas a Tertulliano certa reddita.

Et ut de Tertulliani teſtimonio in præſentiarum agamus; id quidem ipſe non ſemel, ſed iterum profeſſus eſt, nec clam in angulo, ut inter domeſticos parietes ejuſmodi a ſe ſcripta continerentur, ſed quorum alia ad Romanos Antiſtites, alia ad Scapulam Aſiæ Proconſulem legenda darentur, ipſo exordio perſecutionis Severi abhinc paucos poſt annos: nec id quidem levi quadam opinione permotus, aut rumore vulgi, ſed atteſtatione facta ex litteris Imperatoriis; eis nimirum, quas tunc M. Aurelius (ut tradit Dio) ad Senatum ex more miſit. Poteſt ne quis ſuſpicari, in re tam memorabili, cujus adhuc teſtes viverent, atque coram redarguere poſſent, immo & coram illis qui Chriſtianos alioqui levi ex cauſa deridere ac jurgiis inſectari ſolerent, Tertullianum mentiri potuiſſe? cum præſertim graviſſimam ageret cauſam, nempe fidei Chriſtianæ defenſionem, & Chriſtianorum vitam innoxiam commonſtraret, ac ab omni prorſus crimine alienam, cum a cauſa penitus ſe cadere intelligeret, ſi vel levioris mendacii ab illis argui potuiſſet: cum alioqui in maximum fraudis crimen incurriſſet, ſi, quæ parta eſſet meritis Imperatoris victoria, ipſe Chriſtianis procaciter tribuiſſet.

XII. (a) Tertull. Apol. c.5. Rei geſtæ ſumma a Tertulliano perſtricta.

Sed jam ipſum hæc libere loquentem (a), & ipſos Antiſtites Romæ agentes ſcriptis graviter compellantem audiamus: *Ceterum* (inquit) *de tot exinde Principibus uſque ad hodiernum, divinum humanumque ſapientibus, edite aliquem debellatorem Chriſtianorum. At nos e contrario edimus protectorem: ſi litteræ Marci Aurelii graviſſimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam ſitim, Chriſtianorum forte militum precationibus impetrato imbri, diſcuſſam conteſtatur. Qui ſicut palam ab ejuſmodi hominibus pœnam dimovit, ita alio modo palam diſperſit, adjecta etiam accuſatoribus damnatione, & quidem tetriore.* Hæc Tertullianus in Apologetico (ut dictum eſt) ad Romanos Antiſtites. Idemque ad Scapulam (b) Proconſulem agentem in Africa eodem perſecutionis tempore eadem habet his verbis: *Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione, Chriſtianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in ſiti ſua impetravit.*

(b) Tertul. ad Scapul. c.4.

XIII. (c) Euſeb. l.5. c.5. Apollinaris de eadem re teſtimonium.

Euſebius (c) de eadem re agens, Apollinarem Tertullianumque adhibens teſtes, hæc ait: *Antonini fratrem Marcum Aurelium Cæſarem, fama eſt, contra Germanos & Sarmatas aciem inſtruentem, cum exercitus illius ingenti ſiti opprimeretur, omnino non habuiſſe quid ageret. Unde milites in ea legione, quæ Melitina appellabatur (quæ ſane ab illo tempore ad hanc noſtram ætatem magnopere propter fidem commendata eſt) in ipſa acie contra hoſtes inſtructa, genibus humi poſitis (ut nobis, cum oramus, in more eſt) ſe ad preces Deo adhibendas totos convertiſſe dicuntur. Ac dum hoſtes hujuſmodi ſpectaculum magnopere mirabantur, aliud quoddam multo admirabilius ſtatim conſecutum fertur: fulmen enim hoſtes in fugam vertiſſe, eoſque interemiſſe; & imbrem in exercitum eorum, qui divini numinis opem imploraverunt, de cælo affatim ruentem eum univerſum refeciſſe recreaſſeque, qui parum aberat, quin præ ſiti intolerabili jam extingueretur. Eadem hiſtoria apud Gentiles ſcriptores, qui longe a noſtra religione diſſentiunt, quique laborem cœperunt, ea quæ illis temporibus agebantur, litteris proſequendi, recenſetur. Commemoratur etiam a noſtris: ſed a Gentilibus ſcriptoribus utpote a fide alienis, quamquam miraculum illud ponitur, tamen quod noſtrorum hominum precibus evenerit, ex eorum ſcriptis minime certe conſtat: at a noſtris, utpote veritatis fautoribus, ſimplici quadam oratione & minime fucata, res vere, ut edita fuit, explicatur. Ex quorum numero eſt Apollinarius: qui affirmat legionem, cujus precibus miraculum edebatur, Latino ſermone Fulmineam uſque ab illo tempore appellatam, illudque nomen, rei eventum ſcite exprimens, ab Aurelio Cæſare ei tributum.* Hæc Euſebius, qui mox teſtimonium ſubdit Tertulliani a nobis ſuperius recitatum.

XIV.

Idemque auctor in Chronico eamdem rem his verbis teſtatam reliquit: *Imperator Antoninus, multis adverſum ſe naſcentibus bellis, ſæpe ipſe intererat, ſæpe duces*

ces nobiliſſimos deſtinabat : in quibus ſemel perniciter exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, ſiti oppreſſo, pluvia divinitus miſſa eſt : cum e contrario Germanos & Sarmatas fulmina perſequerentur, & plurimos eorum interficerent. Extant litteræ Marci Aurelii graviſſimi Imperatoris, quibus illam Germanicam ſitim, Chriſtianorum forte militum precationibus impetrato imbri, diſcuſſam conteſtatur. Hucuſque ille. His addimus nobile teſtimonium S. Gregorii Nyſſeni (*a*), qui celebrans laudes ſanctorum Quadraginta militum martyrum, qui Sebaſtæ in Armenia paſſi ſunt, ab hiſce militibus Chriſtianis, qui tam inſigne miraculum ediderunt, encomium auſpicatus eſt; ea nimirum occaſione quod gentiles ferme eſſent, nempe Armeni omnes: nam quod ait Euſebius Melitinam eam legionem fuiſſe antea dictam, id accidit quod Melitinenſes eſſent populi in Armenia, unde illi nomen deductum eſſe videtur. Gregorius igitur rem geſtam his verbis deſcripſit :

(*a*) *Gregor. Nyſſ. orat. 2. in Quadragint. mart.*

Teſtificatio Gregorii Nyſſeni.

XV. Rei geſtæ ſeries.

Erat vetus quædam circa vicinam urbem militum manus, præſidium totius gentis adverſus impetus barbarorum. Illis, ex quadam ante oblata divinitus apparitione, majori ſtudio fides erat, quam res ac diſciplina militaris. Ac forſitan non intempeſtivum fuerit, unum quoddam fidei virorum illorum facinus egregium obiter commemorare. Bello enim eis adverſus barbaros aliquando conflato, cum omnibus locis opportunis ab exercitu hoſtium præoccupatis, aquæ quoque in eorum poteſtate eſſent, ad extremum periculum redacti, ſive imperitia noſtrorum ducum, ſive meliore ac divino magis conſilio atque diſpoſitione; ut vel per hoc maxime appareret, quid intereſſet inter Chriſtianos, atque externos & a fide alienos; cum nulla ratione rebus præſentibus mederi poſſent, magnaque trepidatio ac deſperatio eſſet, cum nullus fons in eo loco, aut aliunde provenientis aquæ facultas eis appareret; periculumque eſſet, ne ſiti expugnati, ab adverſariis ſubigerentur : tunc præclari illi atque egregii, omiſſo armorum præſidio, invictum, cui ve reſiſti non poſſet, auxilium in rebus aſperis animadverterunt. Relictis enim in caſtris qui nondum fidem receperant, ac per ſe ſeparati, imitantur id quod tempore Eliæ Prophetæ factum eſt miraculum; communi atque conjuncta voce precibus petentes, ut ex rebus deſperatis, in quas incidiſſent, eriperentur. Atque illi quidem precabantur : preces vero ex templo in opus convertebantur.

XVI. Precibus impetrata aqua & fulmina.

Cum enim adhuc ipſi in oratione perſeverarent, flatu violento nubes aliunde coacta ſublimis in aere caſtris hoſtium imminebat : deinde fragoribus ingentibus ſuperintonans, & fulgurum in ſubjectos incendia immittens, aquam fluminibus vehementiorem præcipitabat : adeo ut adverſariis quidem tum continentia fulmina, tum continuationis imbrium vis extremi exitii cauſa exiſteret ; his vero qui precum aciem oppoſuerant, ad utraque ſufficeret, tam ad vincendos hoſtes, quam ad ſitis levamen; quippe defluentibus torrentibus abunde potum ipſius ſuppeditantibus. His igitur adjunctus eſt noſter cœtus eorum, qui de exercitu narrationibus illis etiam ipſi circa fidem confirmati, & eiſdem ſtudiis & exercitiis innutriti, in tantam animi indolem ac magnitudinem evecti ſunt, ut excellentia virtutum adverſus ſeſe invidiam excitarint.

XVII. Alia teſtimonia de re geſta.

Gregorius hæc pro concione narrans, plane innuit, eos, quos celebrat, licet diverſis temporibus ab iſtis claruerint, tamen his fidei imitatione fuiſſe conjunctos, qui & genere & patria æque gentiles eſſent, & fortaſſe ejuſdem milites legionis. Nam apud Romanos vetus illa erat conſuetudo eaſdem perſeverare nomine legiones, eaſque, niſi penitus periiſſent, loco mortuorum novis ſemper militibus ſuffici ſolitas. Nam & clariſſimus ille martyr Polyeuctus, qui temporibus Decii Melitinæ in Armenia civitate paſſus eſt, etſi non ex horum numero, ejuſdem tamen Fulminatricis legionis miles fuit : in cujus martyrii Actis (*b*), & quidem germanis, ejuſdem rei geſtæ narratio quoque retexitur, his ſcilicet verbis: *Quidni enim faceret, qui talis erat, & genus illinc ducebat, & ejuſdem fuerat ſoliditatis? nobilium, inquam, & illuſtrium ex fide in Chriſtum, qui ſequebantur quidem Marcum Imperatorem bellum gerentem adverſus barbaros. Aquæ namque penuria laborabat Romanorum exercitus, triſtiſque erat Imperator, cum hoſtes quidem valde invaleſcerent, ſitis autem inter cætera noſtros vexaret. Alii autem Chriſti fortes milites, qui eamdem implebant legionem quam hic venerandus martyr, cum ſe ſeparaſſent, & procul ab exercitu removiſſent, manus quidem pias ad Deum tollunt, piam, quæ ab eis honorabatur, fidem acerrime proferentes. Rogant autem Dei miſerationes, ut eos benignis oculis aſpicerent, & hanc ſolverent neceſſitatem, quæ opprimebat multitudinem. Cum illi ſic oraſſent, ſuis non ſunt fraudati precibus. Nondum autem precationibus finem impoſuerant; & denſa nubes cœlum ſubiens, aerem quidem implevit tonitru, fulgura autem eliſa micabant, & multa erupit pluvia : adeo ut, dum ſic ferrentur fulmina & imbres, recreati quidem ſint Chriſtiani, plurimi autem barbari interierint : & ex eo ſit legio nuncupata* Κεραυνοβόλος, *id eſt, fulminum jaculatrix* : Hucuſque ibi.

(*b*) *Apud Metaph. die 9. Januar.*

XVIII.

Quod autem ad nomen legionis ſpectat : Cum omnes ferme conſentiant eam ex ad-

Legio duodecima Fulminatrix.

(a) Dio hiſt. Rom. l. 35.

miranda illa fulminum immiſſione dictam eſſe Fulminatricem, ſive Fulmineam; non ſic quidem id accipiendum eſt, ut tunc primum eo inſigni nomine legio Romana nobilitata fuerit: nam Dione (*a*) auctore conſtat, jam Auguſti tempore Duodecimam nominatam legionem, dictam eſſe Fulminatricem. Inſuper extant alia antiqua monumenta id ipſum teſtantia, & in primis columna Capitolina, in qua legiones deſcriptæ habentur in hæc verba:

NOMINA LEG. (*b*)

II. AUG	II. ADIUT	IIII. SCYT
VI. VICT	IIII. FLAV	XVI. FLAV
XX. VICTR	VII. CLAUD	VI. FERR
VIII. AUG	I. ITALIC	X. FRETE
XXII. PRIM	V. MACED	III. CYREN
I. MINER	XI. CLAUD	II. TRAI
XXX. ULP	XIIII. GEM	III. AUG
I. ADIUT	XII. FULM	VII. GEM
XIII. GEM	III. GALLIC	III. ITALIC
I. PARTH	II. PARTH	III. PARTH

(*b*) *Ex columella marmorea rotunda, quæ Romæ extat in Capitolio, quam Lipſius edidit formis Plant. fol. 86. inſcrip. 1.*

Sed huic aliam ſubiicimus inſcriptionem, qua pariter demonſtratur, Duodecimam legionem dictam eſſe Fulminatricem (*c*)

(*c*) *Extat Romæ in Aventino in Eccleſia S. Alexii; edidit Lipſius pag. 90. inſcript. 15.*

C. VETTIO. C. F
COL. NIGRO
DOMO ANTIOCHIA
SYRIA VETERANO
LEG. XII. FULMINAT
MILIT. ANN. XXVI.
VIXIT ANN. LVII
EX TESTAMENTO

XIX. Rurſus vero ad omnem dubitationem tollendam de Fulminatricis legionis nomine, ante hæc Marci tempora extitiſſe, aliam ſubjiciemus inſcriptionem, quæ de Traiani temporibus fidem facit: eſt hujuſmodi (*d*):

(*d*) *Extat Tergeſtæ in vico Riburgi; edidit idem Lipſius fol. 194. inſcript. 9.*

Q. PETRONIUS. C. F. PUB.
MODESTUS P. P. BIS
LEG. XII. FULM. ET. LEG. I. ADIUT
VICTR. TRIB. MIL. COTT. V. PR. PR.
DIVI. NERVAE. ET. IMP. CAES
NERVAE. TRAIANI. AUG. GERM
PROVINC. HISPANIAE. CITER. ASTURIAE
ET. GALECIARUM. FLAMEN. DIVI
CLAUDI. DEDIT. IDEMQUE. DEDICAVIT

XX. Ex iis igitur cum ſatis perſpicuum ſit, Fulminatricem legionem longe ante hæc tempora extitiſſe, eamdemque Duodecimam nuncupatam: proculdubio ab hac diverſa illa fuit, quæ ob tam inſigne miraculum meruit adeo nobilem gloriæ titulum. Verum cum ex ejuſdem Marci Imperatoris litteris conſtet, eo tempore nonniſi quatuor legiones apud ſe habuiſſe, aliis alio amandatis, quarum & recenſet nomina, nempe Primam, Gemellam, Decimam, atque Fretenſem: oportuit ex iis unam nomen illud eſſe conſecutam; & quemadmodum olim Duodecimæ, ſic modo uni ex iis idem nomen acceſſiſſe. Sed quod Dio (*e*), qui temporibus Severi Imperatoris ſcripſit hiſtoriam, cum recenſet omnes Romani Imperii legiones, nonniſi unius Fulminatricis dictæ duodecimæ, habuerit mentionem: meminiſſe oportuit, eumdem Dionem ibidem teſtari, ab Imperatoribus exhauſtas bello militibus legiones ſimul aliis admiſceri, duaſque in unam redigi ſolitas. Unde potuit accidiſſe, ut ex duabus Fulminatricibus legionibus Severi tempore una confecta fuerit. At cum Marcus Aurelius Imperator ſuis ad Senatum litteris rei geſtæ breviter retexens hiſtoriam, non dicat legionem integram fuiſſe militum Chriſtianorum, ſed tantum in eo exercitu repertam eſſe magnam Chriſtianorum militum multitudinem, quorum precibus tunc inflexum fuerit cæleſte numen, ut fulmina jacularetur in hoſtes: par eſt credere, ipſum eoſdem ob tam egregium atque mirandum facinus, Fulminantium nomine nobilitaſſe, ac eoſdem ſimul ejuſdem nominis legioni pariter

(*e*) *Dio hiſt. Rom. l. 55.*

riter aggregaſſe, ſicque immortale gloriæ nomen eoſdem in poſteros propagaſſe. Porro haud ab iis Euſebius (*a*) diſcrepat, cum eamdem legionem Melitinam appellat: nam eoſdem milites ejuſdem civitatis cives fuiſſe teſtatur: quam quidem legionem Duodecimam Fulminatricem in Cappadocia ſolitam agere, Dio affirmat. At de his hactenus.

(*a*) *Euſeb. l.5. c.5.*

XXI. Sed præſtat jam ipſas Marci Aurelii litteras, ad Senatum tunc ſcriptas, hic recitare. Deſcriptæ quidem illæ reperiuntur ad calcem Juſtini Apologiæ ad Antoninum Pium, eodemque loco una cum ipſius Juſtini operibus typis excuſæ. Sed ſicut paulum diverſa earumdem reperiuntur vetuſtiora exemplaria, prout a diverſis auctoribus in Græcum ſermonem primo, ac deinde in Latinum tranſlatæ: ita licet eadem ferme ſit in ſententiis, in verbis tamen aliqua videtur ineſſe varietas lectionis; quæ etſi momenti nullius plane eſſe videatur, tamen eam ponemus in margine. Eſt igitur hujuſmodi ex codice Vaticano (*b*) ejus editio.

(*b*) *Deſcripſit etiam Panvin. lib.2. Faſt.*

IMP. CÆSAR. M. AURELIUS. ANTONINUS. AUGUSTUS. PARTHICUS GERMANICUS. SARMATICUS. PONTIFEX. MAXIMUS. TRIBUNITIÆ POTESTATIS. XXVIII. IMP. VII. COS. III. PATER. PATRIAE. PROCOS. S. P. Q. R. S. D.

XXII. *Certiores vos feci de conſilii propoſitique mei magnitudine, & quæ in Germania mihi in diſcrimine atque obſidione, alia ex aliis acciderunt, cum in ejus medio, labore atque æſtu confectus fuiſſem. Sane dum * Carnuti eſſem, ſpeculatores nobis indicarunt ſeptuagintaquatuor hoſtium dracones † prope nos novem millibus adeſſe: idemque Pompeianus, quem bello ducem præfecimus, quod nos quoque videbamus, renunciavit. Cumque in noſtrorum militum exercitu haberemus tantum legiones Primam, Decimam, * Geminam, & * Fretenſem, hoſtium vero † nongentorum & ſeptuaginta ſeptem millia; meaſque ipſius copias cum ingenti barbarorum atque hoſtium exercitu comparaſſem, deos patrios votis ſuſceptis rogavi. Sed cum ab eis negligerer, neque ab hoſtibus premi animadverterem: copiarum mearum paucitatem contemplatus, eos qui apud nos Chriſtiani dicuntur, accerſivi ac rogavi; inveníque magnam eorum multitudinem: illoſque minis compuli, quod minime decuerat, propterea quod poſtea illorum vim ac poteſtatem cognovi. Itaque non ad telorum præparationem, non ad armorum, neque ad tubarum uſum ſe contulerunt: hoc enim illis facere Dei cauſa & nomine, quem in conſcientia geſtant, * gratum non eſt. Æquum igitur eſt, ut, quos impios eſſe & a Deo alienos opinabamur, eos exiſtimemus Deo munitos eſſe. Cum enim ſe humi projeciſſent, non ſolum precati ſunt pro me, ſed etiam pro toto hoc exercitu, ut famis, ac ſitis, qua urgebamur, remedium aliquod afferretur: quinque enim diebus aquam non ſumpſeramus, quod ea non ſuppeteret. Eramus enim in media Germania montibus undique concluſi. Simul autem atque ſeſe humi abjecerunt, ac Deum illum precati ſunt, quem ego ignorabam; ſtatim e cælo pluvia delapſa eſt in nos quidem frigidiſſima, in Romanorum vero hoſtes grando, ignis ſpecie ac ſimilitudine, & fulmina: eorumque orationibus ac precibus ſtatim præſto Deus fuit, qui neque vinci, neque expugnari poteſt. Quamobrem illinc exorſi, concedamus talibus, ut ſint Chriſtiani, ne qua arma ejus generis contra nos petant & impetrent. Cenſeo autem, neminem, quod Chriſtianus ſit, eſſe in crimen & in judicium vocandum. Quod ſi quis inventus fuerit crimini dare cupiam, quod Chriſtianus ſit: ei quidem qui in crimen vocatur, manifeſtum fieri volo, ſi nihil aliud objectum eſt, quam quod Chriſtianus tantum, dimitti: eum autem qui Chriſtianum accuſavit, vivum exuri: illum vero qui Chriſtianum ſe eſſe profeſſus fuerit, periculo omni, quod ob eam rem ei intendebatur, liberatum. Is cui provincia commiſſa eſt, nequaquam ad pœnitentiam adigat, aut libertatem ei adimat: Hæc autem S. C. etiam ſanciri volo, atque hoc meum edictum in foro D. Traiani proponi, ut legi poſſit: Curæ autem erit Vetraſio Pollioni Præfecto urbi, ut ad omnes provincias hæc conſtitutio mittatur: neque quiſquam, qui eam exſcribere, vel ipſa uti voluerit, prohibeatur. Valete.* Meminit (ut diximus) harum litterarum Tertullianus (*c*), quarum exemplaria ſuo tempore complura extitiſſe tradit Oroſius (*d*). Porro Pompeianus, cujus in litteris Marci mentio habetur, gener (ut dictum eſt) Marci fuit, cui Lucillam viduam nuptui tradidit.

* *al. Cotini Carnutii.*
† *Signa erant militaria barbarorum.*
* *Gemellam.*
* *Ferentariorum.*
† *Conventorum ſeptuaginta ſeptem millia: quæ magis placet.*
* *Conſuetum.*

(*c*) *Tert. Apolog. c. 5. & apud Euſeb. l.5. c.5.*
(*d*) *Oroſ. l.7. c.15.*

XXIII. Viguiſſe idem Marci Imp. edictum Romæ etiam temporibus Commodi ejus filii & in Imperium ſucceſſoris, ex eo quod ſcribit Euſebius (*e*) Romæ actum adverſus ſervum, qui Apollonium Senatorem Chriſtianitatis reum fecerat, liquido apparet; ait enim: *Cæterum huic miſero ac perdito intempeſtive & incommode in judicium ad Chriſtianum accuſandum ingredienti, actutum (quoniam indices qui Chriſtianorum nomina, ſolum quod Chriſtiani eſſent, deferebant, Imperatoris edictum neci dare mandaverat) crura confringebantur, Perennio Judice talem ſententiam contra eum pronunciante.* Hæc Euſebius.

(*e*) *Euſeb. lib.5. cap. 20.*

XXIV. Extat hactenus tam egregii miraculi, Chriſti virtute editi, quam præclarum atque egregium monumentum in nobiliſſima illa Antonini columna cochlide inſigniter inſculptum, una cum aliis ejuſdem Marci Aurelii Imperatoris in bello Marcomannico facinoribus fortiter geſtis; quam jure dixerimus egregium Chriſtianæ victoriæ trophæum, æterna memoria conſecratum: quippe quæ celebre illud factum contineat, *cum*(quod eſt in Pſalmis *a*) *intonuit de cœlo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam: grando & carbones ignis: miſit ſagittas ſuas, & diſſipavit eos: fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.* Romanis vero apparuerunt fontes aquarum: & quod alibi (*b*) dicitur: *Fulgura in pluviam fecit.* Viſitur adhuc in ea imago expreſſa rei tam inſigniter geſtæ: ſed iis plane ſignis, ut Jovis imbres dantis & illis fulgura admiſcentis repræſentet effigiem: quam ex ea graphice inciſam, hac tibi forma exprimendam curavimus.

(*a*) *Pſal.* 17.

(*b*) *Pſal.* 134.



XXV. Elucidatio ſculptæ Tabulæ. A. Imago hæc eſt Jovis Pluvii: ex diverſis enim effectibus, diverſis quoque nominibus a Gentilibus Jupiter appellari conſuevit: unde & Phornutus hæc in libro de Natura deorum: *Deinde eum Nubicogum, & Grandiſtrepum appellant, quod ſuperne nubes cogat, & tonitrua, & illinc etiam fulmina & tempeſtates immittat:* & paulo inferius: *Ob alias*, inquit, *ſimiles ac manifeſtas cauſas Pluvius, & Fructifer, & Deſcenſor, & Fulminator, & alio ſæpius modo ſecundum diverſam ſententiam appellatur:* ac pariter ſecundum diverſas cauſas, diverſis quoque imaginibus ſolitus erat ſculpi atque depingi. Cum igitur pluviam daret, Pluvius dicebatur; & fundens undique imbres (ut imago impreſſa demonſtrat) effigiari pariter conſuevit. Sunt Tibulli (*c*) verſus de Jove Pluvio Ægyptiis tantum ignoto.

(*c*) *Tibul. lib. 1. eleg.* 7.

Te

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec Pluvio ſupplicat herba Jovi.

(a) *Virg. Georg. lib.* 2.

Idemque apud Virgilium (*a*) appellatus eſt Æther, ut cum ait:

Tunc pater omnipotens fœcundis imbribus Æther
Conjugis in gremium lætæ deſcendit, &c.

(b) *Arnob. lib.* 5.
(c) *Tertull. contra Marcion. lib.* 3. *cap.* 5.
(d) *Lilius Giral. hiſt. deorum ſyntag.* 2.
(e) *Strab. lib.* 15.

At Arnobius (*b*) Jovem ipſum, pluviam, dictum eſſe teſtatur: quem Tertullianus (*c*) eadem ex cauſa, Aquilicem nominat: a Græcis itidem ab imbre ὄμβριος Ζεὺς dictus, atque ὑετὸς, aliiſque nominibus eamdem rem ſignificantibus, ut pluribus docet Lilius (*d*). Porro Jovis Pluvii non erat obſcurus cultus, nec privatus: nam auctor eſt Strabo (*e*), Indos quoque coluiſſe Jovem Pluvium.

XXVI. B. Quod reliquum eſt de cæteris ibi ſculptis ejuſdem tabulæ imaginibus; illa tantum repræſentari videtur hiſtoria, cum ſic fulminibus atque pluviis confectum, barbarorum exercitum Romanus miles inſequitur. Quomodo autem idem caſtris potitus, eos, quos invenit, in deditionem accepit; quæ huic conjungitur in eadem reflexa columnæ zona hiſtoria ſculpta declarat. At licet Marcus Imperator publicis litteris tantam divinitus impartitam gratiam Chriſtianorum precibus acceptam ferre profeſſus fuerit: tamen vel quod numen Chriſtianorum illi eſſet incognitum, vel quod invidioſum admodum videretur, hæc Chriſtianorum religioni tribui, cui contradicebatur ab omnibus; oreque omnium Gentilium diffamabatur, a Jove quem colerent, illud fuiſſe conceſſum; idcirco Jovis pariter imago pluviam dantis in columna fuit expreſſa.

XXVII. At plane accidit quod ait Tertullianus ut ſicut cuncta adverſa, quæ accidiſſent, a Gentilibus conſueviſſent Chriſtianis adſcribi: ita pariter quicquid boni fuiſſet Chriſtianorum precibus impetratum, ab illis Jovi tribueretur. Quamobrem quod ab hanc rem ſpectare videtur, Tertullianus (*f*) adverſus Gentes ſcribens, hæc ait: *Denique cum ab imbribus æſtiva hiberna ſuſpendunt, & annus in cura eſt; vos quidem quotidie paſti ſtatimque pranſuri, balneis & cauponis & lupanaribus operati, Aquilicia Jovi immolatis, nudipedalia populo denunciatis, cælum apud Capitolium quæritis, nubila de laquearibus expectatis, averſi ab ipſo & Deo & cælo: nos vero jejuniis aridi, & omni continentia expreſſi, ab omni vitæ fruge dilati, in ſacco & cinere volutantes, invidia cælum tundimus, Deum tangimus, & cum miſericordiam extorſerimus, Jupiter honoratur.*

Res proſperæ tributæ Jovi, res adverſæ Chriſtianis.
(f) *Tertull. in Apolog.* 40. *in fin.*

Porro eamdem columnam licet victoriis Marci Imp. exculptam, tamen ut Chriſtianæ fidei (utcumque expreſſum ſit) præclariſſimum monumentum, ſuperſtitione vero Gentilitia obſcuratum, barbarico olim furore deorſum incenſam, ac deſuper fulmine tactam (juſte numine cælitus fulgure ulciſcente, quod ex fulmine datam a Deo victoriam Gentilitas Jovi tribuerit) jam deformatam, multiſque in locis e ſoliditate compaginis diſſolutam, convulſiſque atque disjectis lapidibus ſtipiti inhærentibus, jam collabentem S. D. N. Sixtus Quintus, ſummus Catholicæ religionis Antiſtes, magna impenſa, ſummoque ſtudio in priſtinum gloriæ ſplendorem reſtituendam curavit, collocata ſuper ejus verticem conflata ære, auroque tecta Pauli Doctoris Gentium ſacra effigie: ut ubi olim a Marco ſtatutum Pio parenti fuerat ſimulacrum, ibidem illius qui ad veram pietatem Urbem excoluit, & Gentiles Chriſto ſubegit, ob præſtantiſſimum virtutis meritum, ſignum nobiliſſimum cerneretur. XXVIII.

XXVIII. Statua S. Pauli poſita ſuper columnam.

JESU CHRISTI ANNUS 177. | SOTERIS PAP. ANNUS 3. | M. AUR. IMP. ANNUS 15.

I. SEquitur Chriſti Redemptoris noſtri annus ſeptuageſimusſeptimus ſupra centeſimum, Coſſ. Piſone ac Juliano: quo occiſus eſt Avidius Caſſius Syrus ex * Cyri regione: hoc ipſo olim duce Lucius Verus Parthos vicit, & captas ab eo Romani Imperii provincias, Romano Imperio poſt omnes debellatos hoſtes reſtituit. Hic igitur jam diu ante molitus tyrannidem, falſo nuncio Marci Imperatoris morte accepta invadens Imperium, tenuit menſes tres & dies ſex; ſed ab Antonino Centurione vulneratur, & a decurione necatur: hæc omnia pluribus Dio (*g*), qui hæc poſt victoriam adeptam de Marcomannis contigiſſe tradit; id ipſum affirmat Julius Capitolinus (*h*), dum ait: *Poſt eamdem victoriam conſecutam voluit Marcomanniam provinciam facere, voluit etiam Sarmatiam facere & feciſſet, niſi Avidius Caſſius rebellaſſet ſub eodem in Oriente:* ac ſubdit: *Relicto Sarmatico & Marcomannico bello, contra Caſſium profectus eſt.*

* Cypri, *legit Jul. Capitol.*
Caſſii defectio.
(g) *Dio in Marco Aur. Imp.*
(h) *Jul. Capit. in M. Aurel.*

II. De clementia autem Imperatoris, qua non modo pepercit affinibus & cognatis ipſius Caſſii, & iis qui cum Caſſio conſpiraverant: ſed & ipſi Caſſio, niſi occiſus fuiſſet, etiam indulſiſſet: brevis extat epiſtola ejuſdem Antonini, tunc reddita ad Fauſtinam conjugem, vindictam litteris expoſcentem adverſus Romani Imperii perduelles; quam Volcatius Gallicanus (*a*) his verbis conſcriptam recitat:

(*a*) *Volcat. Gallic. in Caſſio.*

Marci epiſtola.

Tu quidem mea Fauſtina religioſe pro marito & pro noſtris liberis agis: nam relegi epiſtolam tuam in Formiano, qua me hortaris, ut in Avidii conſocios vindicem. Ego vero & ejus liberis parcam & genero & uxori; & ad Senatum ſcribam, ne aut proſcriptio gravior ſit, aut pœna crudelior. Non enim quicquam eſt, quod Imperatorem Romanum melius commendet gentibus, quam clementia; hæc Cæſarem Deum fecit, hæc Auguſtum conſecravit, hæc patrem tuum in primis Pii nomine ornavit. Denique ſi mea ſententia de bello judicandum eſſet, nec Avidius eſſet occiſus. Eſto igitur ſecura: dii me tuentur, diis pietas mea cordi eſt. Pompeianum noſtrum in annum ſequentem Conſulem dixi. Hæc Antoninus ad conjugem; licet in eo ipſe legem Majeſtatis ampliaverit, quod poſt mortem quoque voluerit pœna proſequi delinquentem: nimirum cum ſtatuit, ut in defunctum poſſet ejuſmodi judicium inſtaurari. Meminit ejuſmodi conſtitutionis a Marco editæ Paulus Juriſconſultus (*b*), ibi & de Drunciano Senatore ſocio Caſſiani furoris, cujus bona poſt mortem a Fiſco vindicari ſunt juſſa.

(*b*) *l. 6. & 7. C. ad leg. Jul. Majeſt.*

III. De ſecundo conſulatu Pompeiani.

Quod autem pertinet ad Conſulatum Pompeiani, quem diximus maritum Lucillæ, & generum Imperatoris, qui (ut vidimus) in expeditione Marcomannica præfuit exercitui: haud poteſt intelligi de primo Conſulatu, quem ante biennium geſſit, ſed de ſecundo: non ſemel enim, ſed bis a Marco Imperatore creatum fuiſſe Conſulem, teſtatur Julius Capitolinus (*c*): quamobrem ex his quæ dicta ſunt, referendus videtur Pompeiani ſecundus Conſulatus anno ſequenti: haud enim generum Principis inter ſuffectos allectum fuiſſe putandum, cum præſertim jam ante annum fuerit deſignatus; ſed excidiſſe e tabulis Conſulum ſecundus ejus Conſulatus videtur, cum tam ſequens annus, quam cæteri aliis notati Conſulibus habeantur. Cum igitur anno ſequenti a nece Caſſii eum creatum Conſulem fuiſſe, ex litteris Imperatoris appareat: qui poſt præſentem ſequitur, annus, Conſulatu Pompeiani ſecundo adſcribendus videtur; & alter ex illis, qui eo anno ponuntur, inter ſuffectos potius aggregandus.

(*c*) *Jul. Capitolin. in Marco.*

Ex iis autem quæ ex Marci litteris mitius acta vidimus cum tyrannis, poſſumus in- IV.

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 928. Olymp. 238. an. 3. A.C. 175.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5668.

☉ 16. B. ☽ 5. P. 27. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 175. *ſecund. Baronium* 177.

ELEUTHERI PAPÆ 6.

M. AURELII IMP. 15.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Piſo*, & *Julianus*.

II. *Decennalia Commodi Cæſaris.* Commodus Cæſar Decennalia hoc anno exhibuit, ut ex ejus Quindecennalibus, quæ ab anno CLXXIX. removeri non poſſunt, manifeſtum fit. Videtur & Marcus octava Quinquennalia Imperii Cæſarei anno uno anticipata, hoc anno edidiſſe; cum idem Imperator uno eodemque anno duo diverſa hujuſmodi ſolennia non repræſentarit, & Marcus duobus ſubſequentibus annis, quemadmodum videbimus, ſimilia feſta peregerit.

III. *Rebellio Caſſii, & Trib. Poteſtas Commodo conceſſa.* [2] Emin. Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari pag. 119. ex eo quod in Differt. Hypatica ſcripſi, Tribunitiam Poteſtatem hoc anno poſt diem XVII. Martii Commodo Cæſari M. Aurelii filio datam eſſe; ſed ante diem viceſimum octavum Octobris (quod omnino obſervandum erat, ut Decennalia aliaque id genus feſta a Commodo celebrata, hactenuſque magnis tenebris ſepulta, annis ſuis reddi poſſent) occaſionem ſumſit indagandi menſem, quo Tribunitia Poteſtate Commodus decoratus eſt. Ait itaque Cardin. Noriſius menſe Auguſto id contigiſſe. Nam Dio lib. 71. de M. Aurelio ſcribit: *Cum autem Caſſius res novas moliretur in Syria, Marcus vehementer perterritus Commodum filium accerſiri ex Urbe jubet.* Commodus a Lampridio cap. 12. in Vita ejuſdem dicitur, Roma *profectus in Germaniam XIV. Kal. Aelias iiſdem Conſulibus*, nempe Piſone & Juliano. Quare Commodus currenti anno die decima nona Maii, a patre evocatus in Germaniam perrexit poſt intellectam rebellionem Caſſii, ut ibidem Dio teſtatur. Capitolinus cap. 22. in M. Aurelio: *Filio Commodo accerſito ad limitem, togam virilem dedit: Quare Congiarium populo diviſit.* Producit Card. Noriſius loco citato Nummum Mediceum inſcriptum: M. ANTONINUS AUG. TR. P. XXIX. In poſtica: LIBERALITAS AUG. VII. Eſt Congiarium Capitolino recitatum, & in Germania militibus datum. Diem delatæ togæ Commodo prodit Lampridius in ejus vita cap. 2. *Indutus autem toga eſt Nonarum Juliarum die.* Marcus, quo

---

NOTÆ

[1] COſſ. *Piſo & Julianus*. Nomina & prænomina apud Relandum hæc ſunt: *Calpurnius Piſo*, & *M. Salvius Julianus*; at nulla veterum monumentorum fide. Lampridius in Commodo cap. XII. *Aſſumptus eſt in omnia collegia ſacerdotalia Sacerdos, XIII. Kal. Invictas, Piſone & Juliano Coſſ. Profectus in Germaniam XIIII. Kal. Ælias, ut poſtea nominavit, iiſdem Coſſ.* Faſti Vulgati: *Piſone & Juliano*.

[2] DE anno, & die delatæ *Tribunicia poteſtatis Commodo* vide etiam Noriſium in Diſſertatione chronologica de votis Decennalibus cap. III. ubi ante Pagium, Baronii lapſum detexit.

Chriſtiani habiti omnium ſceleſtiſſimi a gentilibus.

intelligere, quanto deterioris conditionis olim apud eum fuerint Chriſtiani, quam crimini Majeſtatis obnoxii: quippe qui in Romanum Imperium conſpirare, & in deos bellum gerere cenſerentur, quod nec Imperatores nec deos adorarent: quam quidem calumniam Eccleſiaſticos tractatores, qui, pro Chriſtianis Apologias ſcripſerunt, ſæpius oportuit refelliſſe: ut inter alios Tertullianus (*a*), cum in primis demonſtrat, neminem ex Chriſtianis inventum eſſe conſpiraſſe cum dicto Avidio Caſſio, vel aliis adverſus alios Imperatores tyrannidem exercentibus: ait enim: *Unde Caſſii, Nigri, & Albini? Unde qui inter duas Lauros obſident Cæſarem? Unde qui faucibus ejus exprimendis palæſtricam exercent? Unde qui armati Palatium irrumpunt, omnibus Stephanis atque Partheniis audaciores? De Romanis, ni fallor, id eſt, non de Chriſtianis*: & alibi hæc in eamdem ſententiam: *Sic & circa majeſtatem Imperatoris infamamur; tamen numquam Albiani, numquam Nigriani, vel Caſſiani inveniri potuerunt Chriſtiani: ſed iidem ipſi qui per genios eorum jampridem uſque juraverant, qui pro ſalute eorum hoſtias & fecerant & voverant, qui Chriſtianos ſæpe damnaverant, hoſtes reperti. Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nedum Imperatoris; quem ſciens a Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt & ipſum diligat, & revereatur, & honoret, & ſalvum velit cum toto Romano Imperio, quamdiu ſæculum ſtabit: tamdiu enim ſtabit. Colimus ergo Imperatorem ſic quemadmodum & nobis licet, & ipſi expediat*. Hæc & alia complura eodem argumento Tertullianus.

(*a*) Tertul. in Apolog. c. 35.

V. Chriſtiani pacifici, innoxii, & obſequentes.

Quam autem facile fuiſſet Chriſtianis ſi voluiſſent, Romanum Imperium invadere, ac ſumma rerum potiri, vel ſi agere vellent armis, vel diſceſſione idem penitus deſolatum relinquere, pluribus monſtrat: quæ nos ſuperius, cum egimus de ingenti Chriſtianorum multitudine, recitavimus: ſed hic rurſum (quod ratio poſtulat argumenti) neceſſario opportune repetenda ſunt: *Si enim* (inquit *b*) *& hoſtes exertos, non tantum vindices occultos agere vellemus: deeſſet nobis vis numerorum & copiarum? Plures nimirum Mauri & Marcomanni, ipſique Parthi, vel quantæcumque, unius tamen loci & ſuorum finium*

(*b*) Tertull. in Apolog. c. 37.

PAGIUS

quo milites adverſus rebellantem Caſſium in fide contineret, filium depoſita prætexta, jam in toga virum certum Imperii ſucceſſorem oſtentavit. Tum M. Aurelius magnis itineribus in Italiam reverſus, nec Romam ingreſſus, in proximam Campaniam receſſit, brevi cum claſſe in Orientem contra Caſſium tranſmiſſurus. Vulcatius in Avidio Caſſio quædam fragmenta recitat epiſtolarum, quas id temporis Fauſtina Auguſta ad Marcum miſit. In altera earumdem ſcribit: *Vide quid agas de Avidio Caſſio, & de ejus conſciis*; & ſtatim: *Sed ſi te Formiis invenire non potuero, aſſequar Capuam*. At iis plane diebus caput Caſſii ab ejuſdem interfectoribus ad Marcum delatum, ingenti eundem ſolicitudine liberavit, qui ſtatim unius tantum hominis nece obtentæ victoriæ nuntium miſit tum ad Fauſtinam, tum ad Senatum per literas, quarum fragmenta Vulcatius recitat. At Senatus lætis acclamationibus memoratas literas accepit, quas inter conclamarunt, ut refert idem Scriptor cap. 13. *Commodo Antonino Tribunitiam Poteſtatem rogamus, præſentiam tuam rogamus*. Marcus Romam quidem ingredi recuſavit, ſed de altero morem gerens Senatui, filio Commodo tribunitiam Poteſtatem detulit, ac cum eodem paulo poſt in Aſiam tranſmiſit. Ex quibus infert Card. Noriſius, tempus collatæ Commodo Tribunitiæ Poteſtatis, intra menſem Auguſtum contrahendum. Commodus Nonis Juliis cum virilem togam accepit, nondum erat Tribunitia Poteſtate inſignitus, quam accepit poſt nuntium occiſi Caſſii ad patrem in Campaniam delatum. Caſſius imperavit, teſte Dione, menſes tres, dies ſex. Menſe Aprili rebellaſſe dicendus eſt, cum Marcus celeri defectionis ejus nuntio accepto, filium Roma acceſſierit, qui die 19. Maii ad patrem profectus eſt. Itaque menſe Julio occiſo Caſſio caput ejuſdem certiſſimum compreſſæ rebellionis nuntium, ipſimet interfectores Imperatori Marco menſe Auguſto obtulerunt. Tum petita a Senatu, atque etiam impetrata Commodo Cæſari Tribunitia Poteſtas. Mediobarbus Caſſii Nummum profert inſcriptum: IMP. CÆS. AVIDIUS CASSIUS PERPET. In averſa parte: FIDES MILITUM.

IV. *Toga virilis quo anno filiis Auguſtorum data.*

Commodus Cæſar non tantum Tribunitia Poteſtate, ſed etiam Imperio Proconſulari extra Urbem, licet Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores id non referant, a patre donatus eſt & quidem hoc anno, ut, quoad Tribunitiam Pot. certis argumentis in Diſſert. Hypat. oſtendi, & ex infra dicendis manifeſtum fiet. Quare male Baronius anno tantum ſequenti Commodum Tribunitia Poteſtate exornatum credidit. Quoad vero Imperium Proconſulare, eo Commodum ornatum, elicio ex Nummis apud Mediobarbum pag. 241. In uno legitur: AURELIO CAES. AUG. F. SAR. IMP. in poſtica: PROVIDENTIÆ AUG. IMP. ubi ſolus Marcus *Auguſtus* appellatur; Commodus vero dicitur *Imp.* ob victorias, qui titulus Cæſaribus Imperio Proconſulari non exornatis non dabatur. In alio Nummo habetur: IMP. CAES. L. AUREL. COMMODUS GERM. SARM. TR. P. COS. qui Nummus anno ſequenti, quo Conſul proceſſit, percuſſus. Prænomen Imperatoris puris putis Cæſaribus non concedebatur. Quare tam ex Imperatoris titulo, quam ex Imperatoris prænomine Commodum Imperio proconſulari decoratum fuiſſe detexi. Præterea Senatus, cum Caſſii necem accepit, abſenti M. Aurelio acclamavit apud Volcatium: *Commodo Imperium juſtum rogamus: Commodo Tribunitiam Poteſtatem rogamus*, ubi priora verba de Imperio Proconſulari, quod juſtum & verum Imperium erat, intelligenda. Cum vero, *patre patruoque Coſſ.* anno nempe Chriſti CLXI. natus fuerit, ut tradit Lampridius in Commodo cap. 1. toga ei ante legitimum tempus conceſſa. Nam poſt inſtitutum Imperium togam virilem filiis Auguſti dare ſoliti erant, poſtquam annum ætatis XV. auſpicati fuerant, Octaviani Auguſti exemplo, qui Caio Cæſari nepoti annum agenti XV. eamdem dedit. Noriſius quidem Card. in Diſſert. II. de Cenotaphiis Piſanis cap. 4. ubi accurate de virili

Baron. an. 178. num. 1.

nium gentes, quam totius Orbis? Externi ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, Palatium, Senatum, & forum: ſola vobis reliquimus templa. Cui bello non idonei, non prompti fuiſſemus, etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur; ſi non apud illam diſciplinam magis occidi liceret, quam occidere? Potuimus & inermes, nec rebelles, ſed tantummodo diſcordes, ſolius divortii invidia adverſus vos dimicaſſe. Si enim tanta vis hominum in aliquem Orbis remoti ſinum abrupiſſemus a vobis; ſuffudiſſet utique dominationem veſtram tot qualiumcumque amiſſio civium; immo etiam & ipſa deſtitutione puniſſet: proculdubio expaviſſetis ad ſolitudinem veſtram, ad ſilentium rerum & ſtuporem quemdam quaſi mortuæ Urbis quæſiſſetis quibus in ea imperaſſetis. Plures enim hoſtes quam cives vobis remanſiſſent: nunc enim pauciores hoſtes habetis præ multitudine Chriſtianorum pene omnium civium, pene omnes cives Chriſtianos habendo: ſed hoſtes mavultis vocari generis humani, potius quam erroris humani. Quis autem vos ab illis occultis & uſquequaque vaſtantibus & mentes & valetudines veſtras hoſtibus raperet? a dæmoniorum incurſibus dico, quæ de vobis ſine præmio, ſine mercede depellimus. Suffeciſſet hoc ſolum noſtræ ultioni, quod vacua exinde poſſeſſio immundis ſpiritibus pateret. Porro nec tanti præſidii compenſationem cogitantes, non modo non moleſtum vobis genus, verum etiam neceſſarium, hoſtes judicare maluiſtis: qui ſumus plane, non generis humani tamen, ſed potius erroris. Hæc ipſe ſignificans (quod dictum eſt) inter gentiles arreptorum a dæmone fuiſſe innumeram multitudinem, qui omnes curarentur a Chriſtianis: cumque ait, id eos præſtare ſolitos ſine præmio, ſine mercede, diverſos quidem ab his illos fuiſſe declarat, qui (quod ait Juriſconſultus *a*) ea arte lucrum facerent: ſed de his ſuperius, atque cum de Exorciſtis egimus primo Annalium (*b*) tomo.

Gentiles arreptitii.

(*a*) *l. 1. ff. de var. & extraor. cognit.* (*b*) *Prim. tom. Anno 56. n. 10.*

VI. Sed quod de Caſſio tyranno primitus eſt in-

PAGIUS

virili toga agit, exiſtimat, eam neutiquam Auguſtorum filiis dari ſolitam ante exactum annum XV. Auguſtum vero Caio adhuc annum XV. agenti eamdem dediſſe, deſignati Conſulatus cauſa. Sed ei non adhæreo; illum enim ætatis annum togæ accipiendæ Auguſtum ſtatuiſſe apparet ex facto aliorum Imperatorum, qui eum hac in re imitati ſunt, ut paſſim videbitur, licet fatendum ſit, eos interdum togam filiis maturaſſe, aliquando vero tardius conceſſiſſe. Certe annus XV. ætatis exactus togæ accipiendæ præfixus non eſt, cum nullus fere eam illo tempore induerit. Natus erat Commodus die triceſima prima Auguſti, ut habet Lampridius citatus; ideoque hoc anno ante eundem diem dari non debuit: ſed gratia ætatis facta ante duos fere menſes quam annum XIV. exegiſſet, togam accepit. Capitolinus in Marco cap. 22. ait: *Filio Commodo accerſito ad limitem togam virilem dedit: quare Congiarium populo diviſit, & cum ante tempus Conſulem deſignavit*, in annum nempe CLXXVII. Nullus hucuſque ante viceſimum ætatis annum Conſulatum geſſerat: Commodus itaque primus fuit qui anno ætatis decimo ſexto ea dignitate exornatus eſt. Qui Conſulatus omen fuit Tribunitiæ Poteſtatis, Imperiique Proconſularis eidem conferendi, juxta ea quæ alibi diximus.

V. *Duplex initium Tribunitiæ Poteſt. Commodi fictitium.*

Tribunitiæ poteſtatis *Commodi* duplex initium ſtatuendum eſſe, alterum ab hoc anno, alterum ab anno CLXXVIII. deductum contendit Larryus in Hiſtoria Imperatorum Romanorum; adeo ut eo poſteriori anno Auguſtus nuncupatus fuerit, indeque aliquando ejus Tribunitia Poteſtas inchoata. Verum, hoc ſecundum ejuſdem Tribunitiæ Poteſtatis initium prorſus commentitium. Ceteri enim Imperii Collegæ, qui hunc præceſſere, numquam Tribunitiam Poteſtatem ab eo anno, quo Auguſti dicti ſunt, incepere: & aliunde *Commodum* ante eum Chriſti annum Auguſtum appellatum, varia Numiſmata apud Mediobarbum pag. 242. demonſtrant, uti iſtud: L. AUREL. COMMODUS AUG. GERM. SARM. in poſtica: JUNONI SISPITAE TR. P. II. IMP. II. COS. P.P. S.C. Primum Conſulatum anno CLXXVII. ſecundum anno CLXXIX. *Commodus* ſumſit; in priori conſulatu adhuc IMP. II. dictus, IMP. III. anno CLXXVIII. & IMP. IV. anno CLXXIX. ut ex ejus Nummis certum redditur. Quare cum in laudato, aliiſque apud Mediobarbum videndis, *Commodus* vocetur Auguſtus, Conſul, Imp. II. & Tribunitia Poteſtate ſecunda exornetur, eum ante annum centeſimum ſeptuageſimum octavum Auguſteam dignitatem adeptum eſſe oportet. Nec obſtant Numiſmata a Viro erudito ex Occone in medium allata, in quorum uno legitur: IMP. CÆS. L. AUREL. COMMODUS GERM. SARM. in poſtica: TR. P. II. COS. II. S. C. LIBERALITAS AUG. ubi viſitur Imperator in ſubſtructione Congiarium diſtribuens. Mediobarbus eumdem recitat pag. 242. recteque exiſtimat, *Congiarium* illud ob nuptias Commodi & Criſpinæ diſtributum eſſe in primo Commodi Conſulatu, annoque CLXXVII. Sed loco COS. II. male reponit COS. ſine numerali nota; ſicque Nummum corrumpit; nam Conſulatus ille ſecundus Commodi deſignatus tantum intelligendus. Alibi autem oſtendimus, *Conſulatus deſignatos* Cæſarum vel Auguſtorum in Nummis & Inſcriptionibus non raro abſolute & ſine deſignatione memorari; quod in variis Commodi Nummis obſervare licet, uti v. g. in iſto a Mediobarbo pag. 243. producto: IMP. CÆS. L. AUREL. COMMODUS GERM. SARM. in averſa parte: TR. POT. COS. Cernuntur in ea *Marcus Aurelius* & *Commodus* in quadriga, quam trahit miles dextra labarum tenens, in aere Victoria ſpolia gerens volitat. Qui Nummus teſtis optimus triumphi de *Germanis* a Commodo cum patre acti die XXII. Decembris anni centeſimi ſeptuageſimi ſexti, ut recte explicat Mediobarbus. Conſulatus itaque ille ſimpliciter poſitus nonniſi deſignatus erat.

VI. *Auguſti ſine eo nomine vel filii Auguſtorum in Nummis aliquando dicti.*

Porro, occaſione duorum *Commodi* Nummorum mox relatorum, in quibus is non dicitur *Auguſtus*, juvat annotare, *Commodum* in multis Nummis, poſtquam Auguſteam dignitatem obti-

(a) Tertull. ad Scapul. c.2.

inſtituta narratio; cum Tertullianus (a) loco citato dicat, eos in Imperium conſpiraſſe, qui Chriſtianos ſæpe damnaverant; & quod alibi addit, eoſdem habuiſſe Chriſtianos ut publicos hoſtes: ad hunc ipſum Avidium Caſſium, præcipuum horum temporum tyrannum, reſpectum habuiſſe videtur: quem natura ſæviſſimum fuiſſe, Vulcatius (b) tradit, qui de ejus ſævitia plura locutus, hæc addit (c): *Quoniam de ſeveritate ejus dicere cæpimus, multa extant crudelitatis potius quam ſeveritatis ejus indicia. Nam primum milites, qui aliquid provincialibus tuliſſent per vim, in ipſis locis in quibus peccaverant, in crucem ſuſtulit. Primus etiam id ſupplicii genus invenit, ut ſtipitem grandem poneret pedum octoginta & centum, id eſt, materiam, & a ſummo uſque ad imum damnatos ligaret, & ab imo focum apponeret, incenſiſque aliis, alios fumi cruciatu, timore etiam alios necaret. Idem denos catenatos in profluentem mergi jubebat vel in mare. Idem multis diſertoribus manus excidit, aliis crura incidit ac poplites; dicens, majus exemplum eſſe viventis miſerabiliter criminoſi, quam occiſi.* Quod ſi tam atrox in milites, quorum ope egebat: qualis fuiſſe putandus eſt in Chriſtianos, quos ſæpe damnaſſe ut hoſtes Imperii (quod vidimus) Tertullianus affirmat?

(b) Vulcat. Gal. in Caſſio.
(c) Tertullian. in Apolog. c. 35.

Caſſii crudelitas.

VII. At nec illud ejuſdem Tertulliani prætereamus, dum loco ſuperius citato ait Chriſtianos caſtra, tribus, decurias, Palatium, & Senatum repleſſe: quibus plane demonſtrat, eos domi atque militiæ honores ac magiſtratus adminiſtraſſe: quod & Ulpianus (d) J. C. de Proconſulis officio libro tertio his verbis viſus eſt declaraſſe: *Eis qui Judaicam ſuperſtitionem ſequuntur, Divi Verus & Antoninus honores adipiſci permiſerunt; ſed & neceſſitates eis impoſuerunt, quæ ſuperſtitiones eorum non læderent.* Hæc ipſe: quæ de Chriſtianis eſſe intelligenda, accuratus interpres (e) admonuit: qui tamen illud minus aſſecutus fuiſſe videtur, dum ait eam eſſe editam ſanctionem poſt victoriam de Marcomannis beneficio Chriſtianorum acceptam: nam cum ambo Imperatores ejus legis citentur auctores, ante quinquennium latam fuiſſe oportuit, cum adhuc viveret Lucius Verus Marci collega.

(d) l.3. in fin. ff. de decurion.

Chriſtiani ad honores & Magiſtratus admiſſi.

(e) Alciat. diſpunct. lib.3. c.8.

PAGIUS

obtinuit, percuſſis, Auguſtum non appellari, ſed vel ſimpliciter, vel filium Auguſti nominari, uti in iſto a Mediobarbo pag. 245. deſcripto: M. COMMODUS ANTONINUS. in poſtica: TR. P. V. IMP. IIII. COS. DES III. P. P. LIB. AUG. Ubi vides, *Commodum* non appellari Auguſtum anno CLXXX. quo Nummus ille cuſus, quove, mortuo M. Aurelio patre, propter novum Imperium Auguſteum Conſul III. in annum inſequentem deſignatus eſt, quinta ejus Tribunitia Poteſtate nondum abſoluta. Ibidem etiam alter ejuſdem Imperatoris Nummus habetur, in quo is non Auguſtus, ſed tantum *Auguſti filius* dicitur, licet jamdiu Auguſteo Imperio decoratus fuiſſet: L. AUREL. COMMODO CÆS. AUG. FIL. GERM. SARM. id eſt, *Cæſari*, *Auguſti filio*, *Germanico Sarmatico*. In poſtica: IUPITER CONSERVATOR TR. P.VI. IMP. IIII. S. C. qui Nummus poſt patris mortem, anno CLXXX. vel inſequenti cuſus. Neque ſolum Commodus, ſed etiam multi alii Auguſti in Nummis ſine eo nomine memorati. Mediobarbus pag.132. duos Domitiani jam Auguſti profert, in quibus is non Auguſtus, ſed Divi Veſpaſiani filius vocitatur, & pag.302. duos Getæ Cæſaris, in quibus is tantum Cæſar & TR. P. II. dicitur, licet jam Auguſteam dignitatem conſecutus eſſet; quæ illi ſimul cum Tribunitia Poteſtate collata eſt, ut omnibus notum. Quæ ad majorem Numiſmatum, præſertimque Commodi, intelligentiam dicta ſunto.

VII. Fundatur ſecundo Lacarryus in Nummo iſto: COMMODO CAES. AUG. FIL. GERM. SARM. in poſtica: TR. P.III. IMP. II. COS. III. P. P. in qua cernitur Spei ſedentis typus. Cum enim anno tantum CLXXXI. Conſul III. proceſſerit, tertia ea Tribunitia Poteſtas ab alio anno quam CLXXVIII. non videtur deducenda. Verum Nummus ille male deſcriptus, & loco COS. III. legendum COS. II. qui ſecundus Conſulatus, licet abſolute poſitus, deſignatus ſolum erat, adeo ut Nummus ille anno CLXXVIII. percuſſus fuerit, antequam *Commodus* diceretur Imperator III. Tunc enim jam Conſulem II. deſignatum fuiſſe demonſtrat hic Nummus a Vaillantio tom.2. pag.92. recitatus, ſeu, ut verius loquar, poſtica Nummi antica ſua mutilata: TR. P.III. IMP. II. COS. DES. II. P. P. Anno itaque CLXXVIII. *Commodus*, dum adhuc eſſet IMP. II. Conſul II. in annum ſequentem deſignatus eſt, eaque deſignatio in ejus Nummis aliquando prætermiſſa. Nummum illum corruptum ſic corrigit Mediobarbus pag.242. TR. P. III. IMP. II. COS. P. P. Sed non monet, ſe illum exhibere, non ut ab Occone repræſentatur, ſed ut a ſe emendatus eſt, quod tamen ſemper fieri debet, ne noſtras hallucinationes tamquam veras lectiones aliis obtrudamus, & errorem detegendi viam omnem occludamus. Denique in medium adducit Lacarryus alium hujus Imperatoris Nummum, in quo tertius ejus Conſulatus anno CLXXXI. poſt patris ſcilicet mortem geſtus, cum quinta ejus Tribunitia Poteſtate jungitur, qui ideo percuſſus videtur anno CLXXXII. quo adhuc Conſul III. *Commodus* appellabatur. Hic illum repræſento: IMP. CAES. AEL. AUREL. COMMODUS ANT. P. FEL. AUG. P. P. in poſtica: IMP. TR. POT. V. COS. III. F. EXERC. Imperator alloquitur cohortes. At Nummus ille cuſus non anno CLXXXII. neque anno CLXXIX. ut male Mediobarbus pag.244. ſed anno CLXXX. quo, patre menſe Martio demortuo, in Nummis dictus eſt Conſul III. modo tacita deſignatione, & Conſulatu III. abſolute memorato, modo deſignatione conceptis verbis expreſſa, uti in illo, quem ex Mediobarbo pag.245. numero præcedenti retuli, in quo *Commodus* dicitur TR. P.V. COS. DES. III. Hinc tandem intelligimus, *Tribunitiam Poteſtatem Commodi* ſemper deſumtam fuiſſe ab anno CLXXV: eum ante annum CLXXVIII. *Auguſtum* appellatum: & demum Conſulatus ejus deſignatos non raro abſolute, & ſine deſignatione in Nummis expreſſos fuiſſe quem Numiſmatum & Inſcriptionum uſum in prima parte Diſſert. Hypat. fuſe probavi.

Conſulatus deſignati Commodi aliquando in Nummis abſolute expreſſi.

JESU CHRISTI ANNUS 178. | SOTERIS PAP. ANNUS 4. | M. AURELII. IMP. ANNUS 16.

I. Commodus a Marco aſſumitur ad Imperium.

CHriſti anno centeſimo ſeptuageſimo octavo, Pollio & Aper bis ambo ponuntur Conſules; ſed alterum eorum fuiſſe ſuffectum, & Pompeianum generum Imperatoris Conſulatum ordinarium geſſiſſe, quæ dicta ſunt ex Capitolino atque Vulcatio anno ſuperiori, ſatis ſignificare videntur. Verum quoniam Lampridius in Commodo & alii horum Conſulum, ut ordinariorum, meminerunt; quidquam mutare haud præſumpſimus. In hujus anni fine Commodum a patre & dignitatem Conſulatus accepiſſe, & Imperatorem nominatum eſſe, ac una cum patre triumphaſſe, idem qui ſupra Lampridius (*a*) narrat his verbis: *Poſt hæc Commodus, venia legis Annariæ impetrata, Conſul eſt factus, & cum patre Imperator eſt appellatus, V. Kalend. Decembris, Pollione ſecundum & Apro Coſſ. & triumphavit cum patre:* adeptumque hoc anno Tribunitiam poteſtatem, nummi demonſtrant, necnon Julius Capitolinus.

(*a*) *Lamprid. in Commodo.*

II. At hæc (ut dictum eſt) in fine hujus anni facta ſunt: cujus exordio Marcus Aurelius Imperator, ut nutans Imperium Orientale ſui præſentia ſtabiliret, in illas regiones profectionem inſtituit una cum conjuge atque filiis. *Sed Antiochiam* (inquit Capitolinus *b*) *noluit videre, cum Syriam peteret; nam nec Cyprum voluit videre, ex qua erat Caſſius. Fuit Alexandriæ, clementer cum iis agens; poſtea tamen Antiochiam vidit. Multa egit cum Regibus & pacem confirmavit, ſibi occurrentibus cunctis Regibus & Legatis Perſarum. Omnibus Orientalibus provinciis cariſſimus fuit, apud multos etiam philoſophiæ veſtigia reliquit. Apud Ægyptios civem ſe egit & philoſophum in omnibus ſtudiis, templis, locis. Et cum multa Alexandrini in Caſſium dixiſſent fauſta, tamen omnibus ignovit, & filiam ſuam apud eos reliquit. Fauſtinam uxorem ſuam in radicibus montis Tauri in vico Halale exanimatam ſubito morbo amiſit.*

(*b*) *Jul. Capit. in Marco.*

Marcus in Orientem proficiſcitur.

III. Fauſtina defuncta inter divos relata.

Petiit a Senatu, ut honores Fauſtinæ, ædemque decerneret; laudata eadem, cum tamen impudicitiæ fama graviter laboraſſet; quod Antoninus vel neſcivit, vel diſſimulavit: novas puellas Fauſtinianas inſtituit in honorem uxoris mortuæ: Divam etiam Fauſtinam a Senatu appellatam gratulatus eſt; quam ſecum & in æſtivis habuerat, ut Matrem caſtrorum appellaret; fecitque & coloniam vicum, in quo obiit Fauſtina, & ædem illi extruxit, ſed hæc poſtea Heliogabalo dedicata eſt: & paulo inferius: *Orientalibus rebus ordinatis, Athenis fuit, & inter alia* Ce-

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5669.

SÆC. II. Anno Urbis 929. Olymp. 238. an. 4. A. C. 176.

☉ 17 AG. ☽ 6. P. 15. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 176. *ſecund. Baronium* 178.

ELEUTHERI PAPÆ 7.

M. AURELII IMP. 16. ET COMMODI IMP. 1.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *T. Vitraſius Pollio II.* & *M. Flavius Aper II.* tam ex Inſcriptione Onuphriana, quam ex alia a Card. Noriſio in Epiſt. Conſulari pag. 112. recitata,

II. *Quindecennalia Imperii Auguſtei Marci Aurelii.*

Imperii Auguſtei Quindecennalia M. Aurelius dedit. Si enim anno præcedenti ea exhibuiſſet, anno CLXXX. quo e vivis exceſſit, Vicennalia edidiſſet; quæ cum hoc tempore Nummis inſculperentur, aliqui ſupereſſent horum ſolennium teſtes, ſi repræſentata fuiſſent. Horum indicia tam iteratus Conſulatus Pollionis, & Apri, quam nuncupatio Commodi hoc anno Auguſti renuntiati. Baronius exiſtimat, alterutrum ex Conſulibus nominatis ſuffectum fuiſſe, & Pompeianum Marci generum Conſulatum ordinarium geſſiſſe. Sed anno CLXXIII. oſtendimus, Pompeiani Conſulatum ſuffectum tantum fuiſſe; quo fit, ut in nullis Faſtis legatur.

III. Commodus non hoc anno, ut exiſtimavit Baro-

NOTÆ

[1] COſſ. *T. Vitraſius Pollio II.* & *M. Flavius Aper. II.* Gruterus pag. XXX. 4.

XV. KAL. NOVEMB.
POL. ET APRO. COS.
Ibid. POLLIONE. II. ET. APRO. II.
COS. XV. KAL. NOVEM.

Marmora Felſinea pag. 253. & Fabrettus pag. 213. n. 536.

APRO. II. ET POLLIONE. II. COS.

Vides in ſaxis vetuſtis, extrema tantum nomina exarari, quare neſcio unde Pagius, ac exinde Relandus prænomina, ac alia nomina petierint. Lampridius in Commodo cap. II. *Poſt hæc venia legis Annariæ impetrata, Coſſ. eſt factus: & cum patre Imperator eſt appellatus V. Kal. Decemb. die, Pollione & Apro Coſſ. & triumphavit cum patre.* Ibid. cap. XII. *Appellatus* (Commodus) *Imperator V. Kal. Exuperatorias, Pollione iterum & Apro Coſſ. Triumphavit X. Kal. Amazonias, iiſdem Coſſ.* Faſti vulgati: *Pollione & Apro*, ſine nota geminati conſulatus.

Cereris templum adit, ut ſe innocentem probaret, & ſacrarium ſolus ingreſſus eſt. Revertens in Italiam navigio, tempeſtatem graviſſimam paſſus eſt. Per Brunduſium veniens in Italiam, togam ipſe ſumpſit, & milites togatos eſſe juſſit; nec umquam fatigati fuerunt ſub eo milites. Romam ut venit, triumphavit. Cum inde Lavinium profectus eſt, Commodum deinde ſibi collegam in Tribunitiam poteſtatem junxit. Hucuſque de ejus peregrinatione & Romam reditu Capitolinus.

IV. (a) *Ammian. lib. 22.* Quid de Judæis M. Aur. Imp.

Ad hanc ipſam ejus peregrinationem ſpectant, quæ de eodem Marco Aurelio Imperatore Ammianus Marcellinus (a) tradit his verbis: *Ille cum Palæſtinam tranſiret, Ægyptum petens, fœtentium Judæorum, & tumultuantium ſæpe tædio percitus, dolenter dicitur exclamaſſe: O Marcomanni, O Quadi, O Sarmatæ, tandem alios vobis deteriores inveni.* Hæc tunc Marcus Imperator, cujus judicio omnibus barbaris nationibus Judæi deteriores ſunt habiti. Sed de his primo tomo Annalium pluribus.

V. Vaticinia Marcus prohibet.

Quod vero ad præſentem ſtatum rerum Chriſtianarum ſpectat: quod de Caſſiana futura tyrannide quidam fuiſſet vaticinatus & alia prædixiſſet, quibus animi perturbarentur; idem Imperator Marcus reſcribens ad Pacatum, ea omnia vetuit vaticinia. Meminit ejus legis Ulpianus J. C. his verbis (b): *Denique Divus Marcus eum qui de motu Caſſiani vaticinatus erat, & multa quaſi inſtinctu deorum dixerat, in inſulam Syrum* (eſt una ex Cycladibus) *relegavit. Et ſane non debent impune ferri hujuſmodi homines; qui ſub obtentu & monitu deorum, quædam vel renuntiant, vel jactant, vel ſcientes effingunt.* Hæc ille. His ſane Chriſtianos prophetantes voluiſſe cohibere, mihi facile perſuadeo: nam quæ e ſuis ipſorum templis vaticinia ederentur, qualiacumque eſſent, magni facere conſueverunt.

(b) *Ulpian. lib.7. de offic. Proconſ. ex fragmentis Pithæi.*

Chriſtianos quoque a Modeſtino notatos opinor, dum ejuſdem Marci Imperatoris legem recitans, hæc ait (c): *Si quis aliquid fecerit, quo leves hominum animi ſuperſtitione numinis terreantur, Divus Marcus hujuſmodi homines in inſulam relegari ſcripſit:* his ſane notatos quoque eſſe Chriſtianos, qui ſignis & prodigiis & malorum futurorum prædictione Gentilium animos perterrerent, exiſtimo. Quam indigno animo hæc a Chriſtianis prædici ſolita Gentiles ferrent, locuples teſtis eſt Luciani Philopater. Fuit hæc eadem querela Celſi Epicurei, eadem in Chriſtianos objicientis: in quem hæc Origenes (d): *Qualibus autem calliditatibus terriculiſve fictitiis vulgus attrahamus, ut Celſus temere objicit, proferat qui vult. Niſi forte quod de judice Deo, deque hominibus in eo judicio rationem factorum ſuorum poſtulandis docemus, adſtruentes id variis modis, vel Scripturarum auctoritate, vel argumentis probabilibus, iſte habet pro terriculis fictitiis. Quamvis tandem (amica enim veritas) ipſe Celſus ita loquatur; Abſit, ut ii, aut ego aut ullus mortalium tollat opinionem de injuſtorum pœnis, & juſtorum præmiis. Quæ ſunt igitur alia terricula, quibus confictis, homines attrahimus?* Hæc & alia de his Origenes.

(c) *l. ſi quis aliquid ff. de pœn.*

(d) *Orig. contra Celſ. lib.3.*

VI. (e) *Jul. Capitol. in Marco.* De Futuro judicio a Chriſtianis inculcata ſæpe oratio.

Rurſum vero in deriſionem Chriſtianorum, qui de futuro incendio conflagraturi Orbis ſæpe prædicerent, ludus & ſtropha illa a deriſore quodam excogitata videtur, quam Julius Capitolinus (e) his verbis recitat: *Vano cuidam, qui diripiendæ Urbis occaſionem cum quibuſdam conſciis requirens, de caprifici arbore in Campo Martio concionabundus, ignem de cœlo lapſurum, finemque mundi affore diceret, ſi ipſe lapſus ex arbore in ciconiam verteretur; cum ſtatuto tempore decidiſſet, atque ex ſinu ciconiam emiſiſſet, perducto ad ſe atque confeſſo Marcus veniam daret:*

PAGIUS

Commodus Auguſtus nuncupatus. Baron. n.1.

ronius, ſed præcedenti, ut ibidem diximus, Tribunitia Poteſtate donatus, & quidem menſe Auguſto, &, ſi divinare licet, quinto Kalendas Septemb. quibus Kalendarum diebus Tribunitia Poteſtas de more conceſſa. Lampridius in Commodo cap.2. ait: *Profectus eſt commendatus militibus cum patre in Syriam & Ægyptum, & cum eo Romam rediit. Poſt hæc venia legis annariæ impetrata, Conſul eſt factus: & cum patre Imperator eſt appellatus quinto Kalendarum Decembrium die, Pollione & Apro Coſſ. & triumphavit cum patre.* Tum cap.12. inquit: *Triumphavit decimo Kalendas Amazonias, iiſdem Conſulibus*, ſcilicet Pollione iterum & Apro, ideoque decimo Kalendas Januarias. Ex his liquet, primo, Imperatores filios prius Conſules, quam Cæſares aut Auguſtos deſignaſſe, ut alibi monuimus. Secundo, quintum Kalendarum diem Collegarum Imperii, & Auguſtorum cum aliis corregnantium nuncupationi de more deſtinatum fuiſſe. Progreſſu temporis quando plures Auguſti eodem tempore imperabant, qui prior creatus fuerat, *ſenior Auguſtus*; qui vero poſterior, *junior Auguſtus* de more nuncupatus; quod Commodo imperante cœptum eſſe oſtendit Nummus Corinthi percuſſus, qui extat apud Mediobarbum pag.258. in cujus antica legitur, IMP. M. AUR. COMMO. ANTON. AUG. JUN.

IV. *Pax ſancita.*

Hoc anno poſt Germanos Sarmataſque devictos, pax in Imperio ſancita, ut liquet ex Nummo a Mediobarbo recitato, in quo legitur, M. ANTONINUS. AUG. GERM. SARM. TR. P.XXX. In poſtica: PAX AETERNA AUG. Viſitur figura ſtans, dextra facem, qua comburit ſpolia, ſiniſtra cornucopiæ tenens. Cum itaque M. Aurelius Tribunitiam POT.XXX. hujus anni initio ſuſceperit, pax hoc anno ſtabilita, ſequentique continuata, ut ex Nummis producendis liquebit. Hanc pacem Baronius anno tantum ſequenti factam putat, quia ſc. præfatum Nummum certum pacis teſtem non viderat.

ret. Hæc ipſe. Moleſtis ſane auribus Magiſtratus accipere conſueviſſe Chriſtianos de horribili futuro judicio vaticinantes, exemplum Felicis Judææ Præſidis in Actis (a) declarat; dum hæc ille audiens, tremore concuſſus, non eſt paſſus ulterius orationem produci. Ceterum hæc Chriſtianos frequentius inculcaſſe, & in averſas illorum aures ingeſſiſſe, Juſtini martyris, Tertulliani, & aliorum Apologiæ, ac quæ extant fidelia Acta martyrum, ſæpe demonſtrant; porro hæc erant præludia quædam ad perſecutionem in Chriſtianos denuo excitandam: cum enim populi intelligerent, Chriſtianos hiſce legibus Principis exagitari, in eos furore perciti audentius inſurrexere. Sed de his dicendum anno ſequenti.

(a) Act. 24.

JESU CHRISTI ANNUS 179. SOTERIS PAP. ANNUS 5. M. AUR. IMP. ANNUS. 17.

I. Gentiles in Chriſtianos inſurgunt.

Anno Domini centeſimo undeoctogeſimo, Commodo Auguſto & Quintillo Coſſ. cum Marcus in Imperio annum ageret decimumſeptimum, Gentiles favore Imperatoris de eis ubique locorum benemerentis elati, magnos inde ſibi ſumentes ſpiritus, Chriſtianos ingenti ubique perſecutione acerbe nimis exagitant. Teſtatur id quidem Euſebius (a) his verbis: *Ad decimumſeptimum annum Antonini Veri, gravis & acerba in nonnullis terræ partibus perſecutionis procella, ex temerario populi impetu per ſingulas urbes excitata, contra nos ingraveſcere cæpit*. Hæc Euſebius. Eadem quoque de tempore teſtata habentur in Actis SS. Martyrum Epipodii (b) & Alexandri, nimirum hoc anno decimoſeptimo Marci Aurelii Imperatoris perſecutionem excitatam fuiſſe.

(a) Euſeb. lib. 5. cap. 1.

(b) Apud Sur. 22. & 24. April. tom. 2.

II. Ex calumniis in Chriſtianos illatis conflatur perſecutio.

At quoniam edicto Marci vetitum erat, ne quis Chriſtianus, ob id tantum quod eſſet Chriſtianus, accuſaretur.; Gentiles illam conſuetam ab eis exerceri fraudem, ad impune adverſus eos agendum, denuo prætexuerunt: nimirum cum horrendorum criminum apud Proconſules accuſarent Chiſtianos; liberam hanc & honeſtam (ut videbatur) aperientes calumniis ſibi viam, ut plane innumeram Chriſtianorum multitudinem diris ſubjicerent quæſtionibus. Quam porro aſpera, quam atrox atque immanis hæc fuerit perſecutio, ex iis quæ certa fide ex litteris Eccleſiarum Viennenſis ac Lugdunenſis deſcribit Euſebius (c), qualiter aliis pleriſque in locis graſſata fuerit, facile eſt exiſtimare; ſic enim & ipſe Euſebius: *Sicut ex martyriis quæ in una natione forte confecta erant, conjectura plane de aliis licet augurari, infiniti*

(c) Euſeb. lib. 5. cap. 1.

PAGIUS SÆC. II. Anno Urbis 930. Olym. 239. an. 1. A.C. 177.

Anno Periodi Græco-Romanæ 5670.

☉ 18. F. ☽ 7. P. 31. Mart. Indict. 15.

Jesu Christi 177. *ſecund. Baronium* 179.

Eleutheri Papæ 8.

M. Aurelii Imp. 17. et Commodi Imp. 2.

I. Conſules.

[1] Annum I. ad XXXIX. Coſſ. L. *Aurelius Commodus Aug.* & *Quintillus*. Commodi Conſulatus juxta priorem Conſulatuum Cæſareorum regulam, ob Imperium Auguſteum, quo anno elapſo donatus eſt.

II. Septima Quinquennalia Imperii Proconſularis Marci Aurelii.

Septima Imperii Proconſularis M. Aurelii Quinquennalia hoc anno exhibita.

Ad num. I. Septimorum Quinquennalium M. Aurelii teſtis eſt perſecutio, qua Chriſtiani hoc anno afflicti. Euſebius enim in Prœmio libri quinti ſuæ Hiſtoriæ inquit: *Annus tunc agebatur ſeptimus decimus Imperii Antonini Veri. Quo tempore cum in nonnullis terrarum partibus violentior adverſus noſtros perſecutio commota eſſet ex incurſione popularium, innumerabiles prope Martyres per univerſum Orbem enituiſſe, ex iis, quæ in unica Provincia contigerunt, conjicere eſt.* Galliam intelligit, in qua multi martyrium pertulere, ut videre eſt apud Baronium. Blondellus in Apologia pro ſententia Hieronymi de Epi-

III. Perſecutio in Gallia excitata.

NOTÆ

[1] Coſſ. *L. Aurelius Commodus Aug. & Quintillus*. Commodi nummus in Muſeo Theupolo pag. 541. ubi L. AURELIUS COMMODUS AUG. GERM. SARM. & in poſtica: DE SARMATIS. TR. POT. II. COS. PP. Item pag. 551. COMMODO. CAES. AUG. FIL. GERM. SARMAT. COS.

Gudianæ inſcriptiones apud Relandum in Faſtis hujus anni.

III. NON. IAN. M. AURELIO ANTONINO
COMMODO AUG. ET QUINTILIO
COS.

Fabrettus pag. 213.

COMMODO. ET QUINTILLO COS.

Ita; & vulgati Faſti; ex quo fit, *Quintilli* prænomen adhuc latere.

niti prope martyres in reliquis etiam orbis terrarum regionibus generoſa cæde pro Chriſto tolerata nobilitati ſunt. Quæ cum memoria ſempiterna digna re vera viderentur, litterarum monumentis ad poſteritatem tradita ſunt: & poſt aliqua: *In Gallia*, inquit, *ſtadium ad hæc obeunda certamina, quæ ſupra explanavimus, conſtitutum fuit. Cujus urbes ſunt facile principes, & quæ præter cæteras omnium ſermone præſtare dicuntur, Lugdunum & Vienna, per quas utraſque Rhodanum pertranſire, ac præcipiti curſu per univerſam Galliam præterlabi conſtat. Epiſtolam de martyribus illis ſcriptam, Eccleſiæ quæ ibi ſunt illuſtriſſimæ, Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ miſerunt; reſque apud ſe geſtas (earum enim verba citabo) iſto pacto illis ſignificarunt:*

III. (a) Euſeb. lib. 5. cap. 5. Epiſtola Viennenſis & Lugdunenſis Eccleſiarum.

Servi (a) Jeſu Chriſti, qui Viennam ac Lugdunum Galliæ incolunt, fratribus in Aſia & Phrygia, qui eamdem nobiſcum redemptionis fidem & ſpem habent, pax, gratia & gloria a Deo Patre & Chriſto Jeſu Domino noſtro ſit vobis. Deinde cum in epiſtolæ exordio alia iſtis deinceps adjecerint, his verbis initium narrandi faciunt: Magnitudinem afflictionis quæ hoc loco ingraveſcit, ingens Gentilium odium contra ſanctos incitatum, ſupplicia quæ beati martyres placide ſuſtinuerunt, neque nos dicendo accurate exprimere, neque ſcribendo a quoquam facile comprehendi poſſunt. Nam adverſarius noſter adventum ſuum, in quo audacter ac libere Eccleſiam Chriſti oppugnaturus ſit, jam quaſi præluſione quadam & proœmio brevi futurum prænuncians, omnibus viribus (ut dicitur) Chriſtianos adortus eſt: atque adeo ubique graſſatus, ſuos conſuefecit, & ad bellum contra ſervos Dei gerendum uſi & exercitatione mire inſtruxit. Quapropter non ſolum ædificiis publicis, balneis, & foro nobis interdictum eſt; ſed etiam, ne quiſquam noſtrum uſquam locorum in conſpectu prodeat, ab illis vetitum.

IV. Chriſtianorum invicta patientia.

At gratia Dei pro nobis cum diabolo decertavit, & hos, qui ſunt paulo remiſſiore animo, eripuit e periculo; illos autem, qui patientia armati, tamquam firmæ fidei columnæ, non modo impetum hoſtis noſtri diaboli facile laturi videbantur, verum etiam in ſua ipſorum capita eumdem quodammodo provocaturi, ex adverſo oppoſuit; qui tum in acie fortiter cum adverſario conflixerunt, omne opprobrii & ſupplicii genus toleranter ſuſtinendo, tum celeri gradu maturarunt ad Chriſtum, ea mala quæ erant ingentia & gravia, exigua & pene nulla exiſtimando: perſpicueque revera oſtenderunt, quod non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis (b). Ac primum cruciamenta, quæ confertim erant & tamquam cumulo a multitudine in illos coacervata, viriliter & magno animo ſubierunt, vociferationes, plagas, violentos tractus, dilacerationes, lapidum projectiones, carceres, & quicquid denique ab agreſti & furioſa multitudine contra nos, veluti contra hoſtes & inimicos, fieri ſolet.

(b) Rom. 8.

V. Vetius Epagathus clariſſimus martyr.

Quotquot igitur erant a Tribuno plebis aliiſque magiſtratibus, qui civitati præerant, in forum deducti, cum coram univerſa multitudine eſſet ab illis de fide quæſitum, & eam ipſi libere confeſſi fuiſſent, uſque ad præſidis adventum in carcerem conjecti concluſique erant. Deinde cum ducerentur ad Præſidem, & ille in judicando omni crudelitatis genere contra nos noſtroſque uteretur: Vetius Epagathus, unus ex

PAGIUS piſcopis & Presbyteris cap.8. exiſtimat, hanc perſecutionem factam eſſe anno ſeptimo M. Aurelii, quo in Chronico Euſebii quarta perſecutio conſignatur. Eandem ſententiam ſequitur Dodvvellus in Diſſert. XI. de Paucitate Martyrum num. XXXV. & XXXVI. ubi ex ipſa Eccleſiæ Lugdunenſis & Viennenſis Epiſtola ab Euſebio relata inveſtigat annum, quo ea ſcripta, ac perſecutio excitata. Ait itaque Dodvvellus. *In hujus perſecutionis tempore ſtatuendo diverſus a ſe eſt Euſebius. In Hiſtoria annum Marci XVII. ei aſſignat, in Chronico VII. duntaxat. Hinc diverſæ a ſe invicem Doctorum ſententiæ. Ego Chronico potius accedo, non quod bellum Parthicum cum ea conjungit Oroſius ex conjectura ſua, nulla prorſus Hiſtoriæ fide; nulla enim belli Parthici mentio in Epiſtola Lugdunenſium & Viennenſium. Ego ex ipſa potius Epiſtola repetendum cenſeo.* Verum Euſebius a ſe ipſo minime diſſentit, & quando ſententiam mutaſſet, ejus Hiſtoriæ poſt Chronicon ſcriptæ ſtandum eſſet. Excitatæ itaque in variis Imperii Romani partibus variæ perſecutiones ab ipſo ferme initio Imperii Marci Aurelii ad ejus fere finem, qua de re martyrium S. Juſtini ac S. Polycarpi, Apologiæ Athenagoræ ac Melitonis, aliaque argumenta nos dubitare non ſinunt. Quare Euſebius in Chronico more ſibi familiari anno ſeptimo Marci quartam Eccleſiæ perſecutionem conſignavit, unoque tenore locutus eſt de Martyribus in Gallia paſſis; licet hi anno tantum currenti martyrium fecerint, ut ipſemet accurate in Hiſtoria ſua obſervavit. Euſebium in Chronico imitatus eſt Oroſius libro ſeptimo ſuæ Hiſtoriæ, ubi ait: *in diebus Parthici belli perſecutiones Chriſtianorum, IV. jam poſt Neronem vice, in Aſia & in Gallia graves præcepto ejus extiterunt: multique Sanctorum martyrio coronati ſunt.* Ubi Oroſius ex Hiſtoriæ fide bellum Parthicum cum perſecutione conjungit, quia Sanctus Juſtinus ſub finem belli Parthici mortem oppetiit. Nulla quidem belli Parthici mentio in Epiſtola Viennenſium & Lugdunenſiam, ſed in illa ejus fieri non debuit; cum longe poſt illud bellum, currenti nempe anno, Eccleſiæ Lugdunenſis & Viennenſis vexatæ fuerint. Cum hac de re ad Guillelmum Loydium Dodvvelli amicum, & Angliæ ſuæ ornamentum ſcripſiſſem, ut ejus monitu in Diſſertationibus ad D. Irenæum, quæ Londini ſub prælo ſudant, ab ea ſententia diſcederet, ne alia inde in præclaro illo Opere oriantur incommoda, non ſolum ille amici ſententiam calculo ſuo probavit, ſed magis in litteris

ex fratribus, immenſo erga Deum & proximum ardore inflammatus, qui quidem cum non modo ad omne officium erga Deum & proximum ſedulo exequendum impiger & propenſus eſset, verum etiam flagranti Dei amore & ſacroſancti Spiritus inſtinctu exardeſcens, in omnibus Domini præceptis & juſtitiæ & æquitatis inſtitutis integre incederet, adeo ſane accurate vitam inſtituiſſet, ut, quamvis eſſet adoleſcens, eodem tamen teſtimonio, quod Scriptura (a) ſeni Zachariæ tribuit ſacerdoti, dignus videretur: hic Vetius, inquam, judicium tam temere & injurioſe contra nos pronunciatum non poterat omnino æquo animo ferre, ſed ſupra modum ſuccenſebat, poſtulabatque ut poteſtas ei daretur libere in illo conſeſſu pro fratribus reſpondendi; ſeque præcipue probaturum dicebat, nihil ſceleris, nihil impietatis in nobis omnino poſſe reperiri.

(a) Luc. 1.

VI. Confeſſio Vetii Epagati advocati Chriſtianorum.

Contra quem cum multitudinis frequentia, quæ tribunal circumſiſtebat, admodum vociferata fuiſſet (erat enim inter illos illuſtris atque eximius) cumque Præſes etiam juſtam ab eo propoſitam poſtulationem minime poſſet tolerare, ſed ſolum iſtud ab eo quæreret, utrum eſſet Chriſtianus: ille tum, ſimulatque erat clariſſima voce hoc ipſum confeſſus, in ſortem & numerum martyrum relatus eſt, ac deinceps Advocatus Chriſtianorum appellatus; nec plane immerito; habuit enim advocatum Jeſum in animo commorantem, & Spiritum ſanctum multo quam Zacharias ferventiorem; quem per ingentem charitatis quaſi cumulum, quo adductus adeo alacri & ardenti ſtudio pro fratrum propugnatione ſuam ipſius vitam profudit, ſatis perſpicue oſtendebat. Chriſti igitur & eſt, & fuit verus, & germanus diſcipulus, qui agnum, quocumque eat, ſequitur. Inde igitur inter reliquos Chriſtianos facile cognoſcebatur: nam martyres qui videbantur cæteris facile præſtare, in publicum prodibant, ſeque paratos ad omnia tormenta oſtendebant; omni denique animi alacritate confeſſionem illam, quæ eſt martyrii propria, cumulate pleneque explebant.

VII. Lapſus quorundam Chriſtianorum.

Sed extabant alii imparati, inexercitati, & animo fracto, qui acrem certaminis impetum ferre non poterant, ex quibus circiter decem numero animis ignave & muliebriter conciderunt: qui profecto non modo magnum dolorem mentibus noſtris & immenſam acerbitatem inurebant, verum etiam aliorum qui hactenus non comprehendebantur, quique martyribus etiam in acerbiſſimo cujuſque generis cruciatu jacentibus præſto ſemper aderant, & eos non aliquando deſertos eſſe paſſi fuerant, alacritatem penitus retuderunt. Omnes igitur id temporis propter incertum confeſſionis eventum eramus gravi metu perculſi; non plagas quidem & ſupplicia, quæ illis poſt infligerentur, veriti, ſed ancipiti confeſſionis exitu mente præviſo, magnopere extimeſcentes, ne quis prælanguida animi infractione prorſus ſuccumberet. Quotidie tamen qui digni corona martyrii habebantur, ad illorum numerum ſupplendum prehenſi erant: uſque adeo, ut ex duabus hiſce Eccleſiis omnes pii & ſtudioſi viri, quorum doctrina & virtute in primis ſtatus illarum rite adminiſtrari ſolet, eximerentur.

VIII. Calumniæ in Chriſtianos objectæ.

Quidam etiam Ethnici, noſtrorum ſervi, una capiebantur (ſiquidem Præſes omnes nos paſſim perquiri præceperat) qui tormenta, quæ ſanctos tolerare cernebant, reformidantes, contra nos, militibus ſatanæ impulſu illos ad hoc idem incitantibus, Thyeſteas cœnas & incœſtus Oedipodis fal-

ſo

PAGIUS ris ad me datis explicavit: *Nam*, inquit, *Euſebium ſententiam mutaſſe conſtat. Cum enim in Chronico eam perſecutionem in annum VII. Marci retulerat, nullius autem uſquam gentium perſecutionis ejus anno XVII. meminerat; poſthac, in Hiſtoria ſua abſque ulla mentione perſecutionis VII. anno Marci, hanc Gallicam perſecutionem in annum XVII. Marci retulit: liquet, Euſebium mentem mutaſſe, & quamobrem mutavit, non eſt in obſcuro. In Chronico quippe non cogitaverat, anno VII. Marci Eleutherum nondum Eccleſiæ Romanæ præfuiſſe: hunc autem jam Epiſcopum fuiſſe eo tempore, quando ea perſecutio erupit, Euſebio Hiſtoriam ſcribenti conſtitit ex monimentis Eccleſiæ Lugdunenſis. Eleuthero igitur ſecundum ejus rationes non citius Epiſcopo facto, quam anno XVI. aut XVII. Marci Antonini, neceſſe habuit mutare ſententiam, & pro VII. Marci, ſcribere Marci XVII. Hanc autem emendationem illi male ceſſiſſe ex eo conſtat, quod hic annus XVII. non erat annus* τῆς ἐνθάδε πανηγύρεως, id eſt, ſolenni apud nos mercatu; *quod verba apud Euſebium ſequentia oſtendunt de Ludis Lugdunenſibus dici. Hi Ludi incidebant in annos Chriſti CLXVII. CLXXI. & CLXXV. Annus CLXVII. qui primum Euſebio viſus eſt, nunc etiam Dodvvello meo videtur annus iſtius Gallicæ perſecutionis. Neque enim ille Euſebium ſequitur in annis Eleutheri figendis, ut in ejus ad Irenæum Diſſertationibus propediem videbis. Citius integro decennio quam Euſebius Eleutheri Epiſcopatum auſpicatur. Idacium tuum huic anno perſecutionem Gallicam tribuentem, ut & Oroſium in diebus Parthici belli aientem contigiſſe, Hieronymianam verſionem Chronici Euſebiani ſecutos non dubito. Sancti Polycarpi martyrium Vir ſummus Pearſonus nuper Ceſtrienſis Epiſcopus in annum Chriſti CXLVII. retulit, ut jam indicavit Dodvvellus meus Diſſert. Cyprianica XI. 33. Idem Pearſonus cum Faſtis Alexandrinis (non tamen illorum auctoritatem, ſed ſuas rationes ſecutus) Gallicam perſecutionem refert in annum Chriſti CLXXV. Nolo ejus rationes delibando mutilare: nam eas propediem integras accipies in Opere ejus poſthumo, quod Londini nunc prælum exercet.* Ita Vir eruditiſſimus, cui me plurimum debere profiteor.

IV. *Perſecutio Eccleſiæ Lugdunenſis hoc anno excitata*

Verum, licet egregium illum temporis characterem ex Conventu Ludorum cauſa Lugduni fieri ſolito, de quo mox, ſolerter obſervarit Loydius, & poſt eum Dodvvellus loco citato; perſecutiones tamen, quæ annis Marci VII. & XVII. contigere, minime confundendæ: cum tam Euſebium quam reliquos Epitomatores, quæ

ad

ſo commenti ſunt, & alia quæ nobis nec eloqui nec cogitare quidem fas eſſe judicatur: quin tale facinus aliquando inter homines admiſſum fuiße, ne credi quidem propemodum debet. Hæc quæ ibi referuntur de illatis in Chriſtianos calumniis de tam obſcœnis criminibus: quænam hæc eſſent nefanda crimina, quibus calumnioſe ab Ethnicis Chriſtiani inſimulari ſolerent, jam ſatis a nobis ſuperius multorum ſententiis declaratum eſt, cum de hæreſi Gnoſticorum tractatio eſt habita. *Quæ ſane* (proſequitur epiſtola) *cum eßent fama & ſermone hominum paſſim diſſipata; omnes veluti immanes belluæ contra nos furere cœperunt; ita ut ſi qui antea propter neceſſitudinem moderate ſe erga nos geſſiſſent, tunc veluti rabie quadam incitati, dentibus frendere, inſanireque prope viderentur, atque id adeo, quod a Domino noſtro prædicabatur, in eo eſſe completum* (a)*: Tempus venturum, in quo omnis qui vos occiderit, videretur obſequium præſtare Deo. Unde de cætero ſancti martyres majora quædam cruciamenta, quam quæ poſſint oratione explicari, ſufferre cogebantur, idque ſatana pro viribus in illud incumbente, ut aliquid blaſphemiæ contra Chriſtum ex eorum ore educeret.*

(a) Joan. 16.

IX. Sanctus Diaconus, Attalus, Maturus, Blandina illuſtres martyres.

Supra modum igitur lethale multitudinis univerſæ, Præſidis, ac ſatellitum odium in diaconum nomine Sanctum, Viennæ prognatum, & in Maturum etiam, recens quidem baptizatum, ſed generoſum tamen Chriſti athletam, efferbuit: In Attalum porro genere Pergamenum, columnam & ſtabilimentum continuum Eccleſiarum quæ hic ſunt: In Blandinam denique, per quam Chriſtus evidenter oſtendebat, eos qui apud homines viles, deſpecti, & contempti videantur, apud Deum propter charitatem erga illum non ſpecie jactatam & ſimulatione, ſed vi & virtute declaratam, magno ſplendore & gloria donari. Nam cum non nos ſolum pertimeſceremus, ſed etiam hera illius ſecundum carnem (*quæ etiam ipſa una martyrum pugna dimicaverat*) *ne, cum in certamen deſcenderet, præ corporis imbecillitate non libere & ingenue fidei ſuæ confeſſionem proloqui pergeret: Blandina tanto animi robore & virtute imbuebatur, ut tortores, qui illam viciſſim omni ſuppliciorum genere a primo mane ad veſperam uſque afflixiſſent, prope labore defeſſi langueſcerent; ſeque tum ab illa victos, tum nihil amplius habere cruciamenti reliquum, quod ei irrogarent, faterentur; atque adeo magnopere mirarentur, quo pacto, cum totum ejus corpus ita dilaceratum eſſet, perſeverans ſpiritum duceret: palamque teſtarentur, unum tormenti genus ſatis habuiſſe virium ad vitam ei eripiendam, nedum tam multis & variis opus fuiſſe. Verum beata martyr, ſicut generoſum athletam decet, in ipſa fidei confeſſione vires colligebat; atque prolatio iſtorum verborum; Chriſtiana ſum, & nihil apud nos admittitur ſceleris; erat dolorum, qui eam urgebant, ſumma levatio, fomentum cruciatus, & cujuſque moleſtiæ depulſio.*

X. Sancti Diaconi certamen.

Diaconus ille, Sanctus nomine, ſupra quam credibile eſt, & ſupra omnem humanum captum verbera a carnificibus impacta toleranter ſuſtinens, cum ſcelerati illi carnifices propter aſſiduitatem & magnitudinem tormentorum, quæ ei infligebant, ſperarent ſe aliquid quod indecorum & ejus profeſſioni parum conſentaneum videretur, ab eo audituros: ipſe tanta animi celſitate & conſtantia illis ex adverſo reſtitit, ut ne nomen quidem vel ſuum, vel gentis, vel ci-

ad eamdem rem ſpectant, licet diverſis plerumque geſta temporibus, uno eodemque anno non raro recitare, innumeris exemplis pateat; certumque ſit, Marco Imperium adminiſtrante, Fideles variis temporibus, diverſiſque in regionibus afflictos fuiſſe. Levior eſt autem utriuſque Viri eruditiſſimi conjectura, quam ut nobis perſuadere poſſit, eum rerum narrandarum modum in loco Chronici, de quo agitur, non ſervaſſe Euſebium, cum vix exemplum adduci poſſit, quo demonſtretur, eum retractando in Hiſtoria, quod jam in Chronico ſcripſerat, a vero, quod amplexus fuerat, deflexiſſe; quod tamen eidem in caſu, de quo agitur, accidiſſe, uterque contendit. Gallicam itaque perſecutionem non ideo in Chronico anno ſeptimo Marci narravit, quod ignoraret, Eleutherum nondum Pontificatum adeptum eſſe; ſed quia, ut dixi, morem ſibi conſuetum ſervare voluit, & perſecutionem uno tenore narrare. Quod ſi revera Euſebius, dum Chronicon ſcriberet, arbitratus eſt, perſecutionem Lugdunenſem & Viennenſem anno ſeptimo Marci contigiſſe, ut ipſi volunt, in Hiſtoria, ut aſſolet, errorem illum correxit, & ſententiam mutavit, tam quoad annum ejuſdem perſecutionis, quam quoad Eleutheri initium, quod tardius in Chronico diſtulerat. Non poterit autem Dodvvellus Eleutheri Pontificatum cum prioribus Marci Aurelii annis copulare, quin præcedentium Pontificum annos mutilet, aut Eleutheri annos augeat, vel denique ejus ſucceſſorum Pontificatum antevertat. Denique ſi Pearſonius S. Polycarpi martyrium ad annum CXLVII. retraxit, quia in Epiſtola Eccleſiæ Smyrnenſis, in qua Polycarpi martyrium narratur, unius Auguſti mentio fiat, ideoque Marco & Vero imperantibus martyrium iſtud accidere non potuiſſe, quod tamen Euſebius docuit, ſine dubio fallitur, quia dum plures Imperium regerent, in Actis publicis ſæpe unius tantum mentio facta, ut anno CLXII. num. II. demonſtravi. Verum cum nullus inauditus damnari debeat, Opus tanti Viri avide expecto.

V. *Martyres Lugdunenſes paſſi, dum Ludi Druſiani ederentur.*

Venio nunc ad Ludos, qui durante perſecutione Lugdunenſi celebrati dicuntur in Epiſtola Viennenſium & Lugdunenſium ab Euſebio lib. 5. cap. 1. recitata, qui ejus opinioni, quam in Hiſtoria ſequitur, minime officiunt. Aiunt ii in ea Epiſtola, τῆς ἐνθάδε πανηγύρεως &c. id eſt: *Ineunte igitur ſolenni apud nos mercatu, qui maxima hominum frequentia celebratur, utpote ex omnibus populis ac Provinciis eo conveniente virorum multitudine,*

Præſes

civitatis, unde fuit, neque utrum ſervus, an liber, illis vellet dicere; ſed ad omnia rogata ita Latino ſermone reſponderet, Chriſtianus ſum, iſtudquè pro nomine, pro civitate, pro genere, & denique pro re quaque iterum ac ſæpius eloqueretur. Aliam autem vocem Gentiles ab eo elicere audireque non poterant. Unde tam gravi & acerba bile animus cum Præfecti, tum tortorum contra illum inflammabatur, ut cum nihil haberent ſupplicii, quod ei deinceps imponerent, ad extremum laminas æneas ferventes & ignitas tenerrimis corporis membris affigerent. At ille, quamquam corporis membra exurebantur, firmus tamen, conſtans & immutabilis in fidei confeſſione perſtitit; quippe qui divino & cæleſti fonte aquæ vitalis, quæ ex Chriſti ventre profluit, tamquam rore cum aſperſus, tum roboratus erat; corpus autem teſtimonio fuit eorum quæ ipſi acciderant, utpote vulneribus & vibicibus totum cruentatum; quod quidem ſic in rugas erat contractum, ut exteriorem hominis formam prorſus abjeciſſet; in quo Chriſtus afflictionis particeps res præclaras ad ſuam ipſius gloriam geſſit, cum adverſarium profligando, tum cæteris præclarum exemplum oſtendendo, nullum eſſe metum, ubi Dei Patris charitas; nec ullam moleſtiam, ubi fides Chriſti viget. Nam quamquam impii carnifices paucis diebus poſt, cum martyrem denuo torquerent, putabant, ſi corporis membris ſuperiore jam cruciatu tumidis, & inflammatione quadam efferveſcentibus, eadem ſupplicia accumularent, vel ſe illum facile evicturos (præſertim cum nec manuum prope tractationem perferre jam poſſet) vel illum tormentis tandem extinctum, gravem reliquis horrorem incuſſurum; tamen tantum abfuit, ut in illo aliquid ejuſmodi contingeret, ut etiam, præter omnium hominum opinionem, corpus in illis poſterioribus tormentis recreatum, & integrum reſtitutum, formam priorem atque uſum membrorum recuperaret; adeo ut in ſecunda illa carnificina non inflicta pœna, ſed medicina per Chriſti gratiam adhibita videretur.

XI. Biblidis martyrium.

Porro Biblidem, una ex eorum numero qui fidei confeſſionem pernegaſſent, cum jam diabolus a ſe prorſus abſorptam putaret; cupiens etiam per blaſphemiam in Deum condemnationem ejus augere, ad ſupplicium deducendam curavit. Hæc ibi. Moris fuiſſe penes Gentiles, inſequentes Chriſtianos, non tantum deorum cultum quacumque via captatum, & Chriſti negationem ab illis extorquere, ſed etiam in Chriſtum blaſphemias jubere, cum in aliis ſanctorum martyrum Actis, tum in recitata ſuperius Smyrnenſis Eccleſiæ epiſtola, & in ea quam Plinius (*a*) ſcripſit ad Traianum, facile apparet. Sed proſequamur cætera: *Eamque velut fractam & ignavam impia in nos & flagitioſa probra loqui impulit. Illa tamen in tormento rediit ad ſe, atque (ut ita dicam) ex profundo ſomno excitata eſt, præſenti ſupplicio quodammodo ſubmonita, ut de æternæ gehennæ pœna ſerio cogitaret. At contra quam diabolus expectabat, malevolis Chriſtianorum obtrectatoribus ex adverſo ſic reſpondit: Quomodo ejuſmodi viri liberos ſuos devorare, in animum potuerunt inducere, quibus ne licitum quidem ſit, ſanguinem animalium ratione carentium comedere? Et ab eo tempore ſe Chriſtianam ingenue confeſſa eſt, & forti numeroque martyrum adjuncta.*

(*a*) *Plin. lib.* 10. *ep.* 97.

XII. Dira cruciamenta SS. Martyrum.

At cum tyrannica crudeliaque illa ſuppliciorum genera per beatorum patientiam Chriſti virtute firmatam, fruſtra impoſita irrogataque viderentur; diabolus alias quaſ-

PAGIUS

Præſes beatiſſimos Martyres ad tribunal adduci juſſit, tanquam in theatrali pompa eos populo oſtentans. Quibus ex verbis Loydius & Dodvvellus, manifeſtum fieri arbitrantur, Martyres Lugdunenſes anno Chriſti CLXVII. ſanguinem effudiſſe. Hæc Dodvvelli verba loco laudato: *Ludos inſtituit Druſus Lugduni in honorem Julii an. U. C. DCCXLIII. ut e Dione collegit, & Livii Epitomatore doctiſſimus Pater Epiſcopus Aſaphenſis, Kalendis, ut videtur, Juliis illos dedicaturus. Sed repentino Germanorum incurſu impeditus eſt, ne illo anno dedicare poſſet. Proximo itaque anno venit in Galliam ipſe Auguſtus. Inde Ludi inſtaurati, non in Julii (ut antea conſtitutum erat) honorem ſunt, ſed ipſius Auguſti ipſis Kalend. menſe videlicet Auguſto ſacro. Meminit Suetonius, meminit etiam ſub Hadriano Juvenalis, & ſub Alexandro Severo Dio. Inſtituti ſunt Julo Antonio, Fabio Africano Coſſ. an. U.C. Varroniano DCCXLIV. Pentaetericos fuiſſe probabile eſt, id eſt, quarto quoque anno abſoluto, quinto ineunte rediiſſe, ut pentaetericos explicat Cenſorinus (de Die Natali cap. 18.) In hos Ludos incidiſſe hanc perſecutionem ex ipſa conſtat Lugdunenſium Epiſtola. Annus itaque Urbis DCCCCXX. agonalis fuerit neceſſe eſt, Chriſti nimirum pro Era vulgari CLXVII.* Ita Dodvvellus, ut perſecutionem illam ab anno Chriſti CLXXVII. in quem Ludos illos incidere non potuiſſe arbitratur, ſummoveat.

VI. *Ludi Lugdunenſes quotannis celebrati.*

At licet certum ſit, aram Lugduni primum Auguſto dedicatam eſſe, *Kalendis Auguſtis Julo Antonio, Fabio Africano Coſſ.* ut diſerte teſtatur Suetonius in Claudio cap. 2. Ludi tamen illi non ſingulis quinquenniis, ſed quotannis celebrati, ut obſervavit Marca in Diſſert. de Primatu Lugdunenſi num. C. & ſequentibus, qui fuſe loquitur de Conventu illo populorum Galliæ, qui quotannis fiebat in colonia Lugdunenſi ad aram Auguſto Principi dicatam, ubi & ait, de eo Conventu accipi debere inſignem locum Epiſtolæ Lugdunenſium, de quo agitur, & Rufinum, laudatum Euſebii locum ſic vertere: *Die quodam celeberrimo, in quo ex omnibus Provinciis coeuntes nundinas celebrare ſolent.* Recte Conventum ſolennem, inquit Marca, ſeu πανήγυριν *nundinas* vertit: eo ſignificatu in veteribus Gloſſis, nundinæ, ἑορτὴ, quæ mercimonia quoque ſignificant, quod agitari ſolerent diebus feſtis. Quod autem apud Euſebium ex omnibus gentibus conflatum Conventum, intelligi debet de omnibus ſaltem trium Galliarum populis, id eſt, de populis Aquitanicæ, Belgicæ, & Lugdunenſis, quibus Gallia-

quaſdam machinas de integro contra illos excogitavit; nempe ut in carcerem conjecti, interdum in locis horrida caligine obſitis & plenis moleſtiarum miſere jacerent; nonnumquam illorum pedes in craſſas compedes impoſiti diſtinerentur, & ad quintum uſque foramen longa intercapedine interpoſita diſtenderentur; aliquando vexarentur aliis plagarum modis, quos rabidi diaboli miniſtri, illiuſque malevolentia ſuffuſi, hominibus in carcere concluſis incutere ſolent; uſque adeo, ut complures quos Dominus eo pacto e vita exire volebat, ibi ob fœtidum odorem & loci anguſtiam penitus ſuffocarentur. Quin etiam non pauci, in quibus illic Dei gloria perſpicue oſtenſa erat, quamvis ita acerbe excruciati fuiſſent, ut nulla curatione adhibita viderentur amplius poſſe vitam protrahere; in carcere tamen ſuperſtites manebant, omni humana quidem cura & ſubſidio orbati & deſtituti; a Domino tamen tum corporis, tum animæ viribus ita roborati confirmatique erant, ut cæteros ad fidem conſtanter tenendam tuendamque incitarent, & grato admodum ſublevarent ſolatio. Alii autem modo capti, & recens in carcerem contruſi, quorum corpora antehac tormentis ſubeundis callum haud contraxerant, pondus carceris & gravitatem minime poterant ferre, ſed intus brevi mortem oppetebant.

XIII. Photini Epiſcopi Lugdunenſis martyrium.

Beatus item Photinus, cui Lugdunenſis Epiſcopatus miniſterium erat concreditum, cum nonageſimum ſuæ ætatis annum præteriiſſet, & corporis imbecillitate ita langueſceret, ut vix poſſet propter virium infirmitatem, qua diſtinebatur, libere ſpirare, ſpiritus tamen alacritate, propter ardentem qua flagrabat martyrii cupiditatem, plurimum recreatus, ad tribunal geſtabatur; & tametſi corpus ejus jam præ decrepita ætate & cruciatu morbi pene exhauſtum eſſet, anima tamen in ipſo ſervabatur integra, ut per eam Chriſtus glorioſe triumpharet. Qui quidem ad tribunal, magiſtratibus civitatis eum comitantibus, & univerſa multitudine varias cujuſque modi vociferationes contra illum, utpote Chriſtianum, edente, a militibus deductus, præclarum fidei teſtimonium perhibuit. Cum enim a Præſide rogaretur, quis eſſet Chriſtianorum Deus; reſpondit: Si tu ea re dignus ſis, cognoſces. Inde igitur aſpere & immiſericorditer raptatus varias plagas excepit, cum ab iis qui ſtabant in proximo, qui nihil ejus ætatem reverentes, manibus pedibuſque in illum contumelioſe inſultabant, tum ab illis, qui longius erant remoti; qui, quod ſinguli habebant, in manibus, illud in illum conjecerunt; idque propterea, quod omnes permagnæ culpæ & impietatis loco ducebant ſi quiſquam petulanter illum inſectari ulla ex parte omitteret; nam deorum ſuorum cauſam ſe ita vindicaturos arbitrabantur. Ille vix jam ſpiritum ducens, in carcerem conjectus fuit, ac biduo poſt efflavit animam.

XIV. Apoſtatarum afflictio.

Ibi vero ſingularis Dei providentia apparuit & infinita Jeſu Salvatoris miſericordia patefacta eſt; quæ ſane talis fuit, qualis quidem raro inter fratres Chriſtianos contigiſſet, a divina tamen Chriſti virtute ac potentia non omnino aliena. Nam qui, ut primum erant comprehenſi, fidem inficiati fuiſſent, non modo in carcerem cum ceteris condebantur (nihil enim illis, ut tempus ferebat, negatio attulit adjumenti) verum etiam ſuppliciorum eorumdem erant facti participes, atque ſicut illi qui ingenue fatebantur ſe eſſe quod

PAGIUS

liarum partibus tres Galliarum partes a Julio Cæſare ſubactæ continebantur. Nam præter nundinas ſingulis annis fieri ſolitas, in honorem Auguſtorum Primores illarum Provinciarum conveniebant ad hoc templum, & ſolennes feſtos dies agitabant, quam celebritatem ſeu feſtum Dio, non ſub Alexandro Severo, ſed lib.54. *ſua ætate*, id eſt, ſub Principatu Alexandri Severi, qui anno CCXXII. Imperium iniit, adhuc perduraſſe teſtatur. Quod ſi contendat Dodvvellus, Ludos illos ſingulis annis non eſſe Lugduni editos; unde habet eoſdem pentaetericos fuiſſe, aut aliquando non dilatos, aut anticipatos; cum Nerone imperante Ludi Olympiaci omnium celeberrimi per biennium dilati fuerint, ipſaque Imperatorum Quinquennalia & id genus feſta ſæpe annis non ſuis celebrata conſtet? Certe anno Chriſti quadrageſimo, Urbis vero conditæ DCCXCIII. qui ſecundum rationes Dodvvelli agonalis non fuit, Caligula, dum Lugduni eſſet, Ludos illos celebrari juſſit, ut docet Suetonius in Caligula cap.20. *Edidit & peregre ſpectacula; in Sicilia Syracuſis aſticos Ludos, & in Gallia Lugduni miſcellos. Sed & certamen quoque Græcæ Latinæque facundiæ, quo certamine ferunt victoribus præmia victos contuliſſe, eorum & laudes componere coactos. Eos autem qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguave delere juſſos, niſi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent.* Suetonium vero de Ludis a Druſo inſtitutis loqui, certum facit Juvenalis Satyra prima, ubi ait:

Palleat, ut nudis preſſit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram.

Denique Caligulam anno Chriſti XL. eos Ludos edidiſſe, diſcimus tam ex Suetonio loco laudato cap.17. ubi prodit Imperatorem iſtum *Lugduni* tertium Conſulatum eo Chriſti anno geſtum iniiſſe, quam ex Dione lib.59. qui aſſerit, eum præfato anno in Britanniam trajeciſſe, per Gallias ſc. Ludi itaque Lugdunenſes extra legitimum tempus editi, aut, quod longe probabilius, quotannis de more exhibiti; neque propter conjecturas ſupra recitatas perſecutio Lugdunenſis a præſenti anno dimovenda, certaque pro incertis relinquenda.

VII. *Quo in loco quove die Martyres Lugdunenſes paſſi.*

Dubitandum non eſt, inquit Marca laudatus, quin ad recitationes iſtas publicas & ſolennes auditorium eſſet in ædibus Auguſti, ſuis gradibus, ſubſelliis, anabathris, & orcheſtra inſtructum.

erant, nullo alio crimine objecto, niſi quod Chriſtiani eſſent, tradebantur in cuſtodiam; ſic iſti, qui fidem pernegarant, de reliquo in carcere tamquam homicidæ & ſcelerati detinebantur, duplo graviore cruciatu & angore, quam ceteri afflictati. Illos enim ſublevabat lætitia ex martyrio percepta, ſpes promiſſorum, charitas in Chriſtum, ſacer Patris Spiritus: hos magnum & grave conſcientiæ pondus admodum vexabat: uſque adeo, ut dum pro hominum frequentia palam gradiebantur, ipſo vultu ab omnibus aliis facile internoſcerentur. Illi enim hilares in publicum progreſſi ſunt, in quorum vultu decor quidam gratia & venuſtate multa aſperſus enituit; ſic ut vincula etiam, quibus velut ſponſa aurearum fimbriarum varietate decorata, mire erant illuſtrati, egregium quemdam ornatum illis adjeciſſe viderentur; tam ſuavem item & fragrantem ex ipſo Chriſto egredientem efflarunt odorem, ut nonnullis artificioſo quodam unguento & manu compoſito delibuti putarentur; hi autem demiſſi, abjecti, aſpectu horridi, turpi ignominiæ labe deformati, a Gentilibus porro veluti ignavi, effœminatique probris contumelioſe affecti; ac denique cum honoratum, glorioſum, & ſalutare nomen Chriſti amiſiſſent, perinde ac ſi homicidii rei fuiſſent, homicidæ jam appellati. Iſta ubi ceteri coram aſpexiſſent, magnopere roborati erant, & animo conſtabiliti. Et paulo poſt.

Diſcrimen ſontium & inſontium fidelium.

XV. *His igitur rebus confectis, de reliquo martyria, quæ in ipſorum vitæ exitu ſufferebant, in quæque ſuppliciorum genera diſpertiebantur; ſiquidem unam coronam beati martyres ex univerſis & variis cujuſque generis floſculis contextam complicatamque Deo Patri obtulerunt. Quocirca par erat, generoſos & inſignes Dei athletas, ubi multiplex & varium martyrii certamen ſubierant, illuſtremque ab hoſtibus reportarant victoriam, præclara immortalitatis corona decorari. Maturus ergo, Sanctus, Blandina, & Attalus, die cum beſtiis dimicandi in noſtrorum hominum cruciatum de induſtria præſtituta, ad beſtias ducebantur, quo publicum & commune Gentilibus ſpectaculum plenum inhumanitatis & ſævitiæ exhiberent. Atque Maturus & Sanctus in amphitheatro omne genus tormentorum denuo ſubeunt, perinde ac ſi nihil cruciatus antea fuiſſent omnino perpeſſi; immo vero athletæ, qui modo adverſarium per varias certaminum vices ſtrenue profligaſſent, & pro corona vitæ ipſis propoſita poſtremum jam certamen haberent in manibus ad conficiendum, de integro tum verberum trajectiones, quibus homines illic plecti ſolent, ſuſtinent, tum crudeles ferarum tractus, tum alia omnia cruciamentorum genera, quæ inſana & furioſa plebs alii aliunde cum vociferatione illis infligi poſtulabant, tum denique ferreas cathedras & ignitas illorum membris ſuppoſitas, quibus corpora miſere frixa & exuſta erant. Et quamquam Gentiles peſtifero illorum nidore non abſque moleſtia ſaturabantur; tamen ne ea quidem re deterriti, ab inſania ſua deſiſtunt, ſed pergunt*

Martyres ad beſtias delati.

adhuc

PAGIUS ctum. Ejuſmodi auditoria, quæ ex Hadriani inſtituto dicta ſunt *Athenæa*, ut patet ex Dione, Lampridio, Capitolino & Victore, quæ dein voce pauliſper deflexa *Athenica* dici cœperunt. Quod verbum uſurpatum a Trebellio ad ſignificandam Bibliothecam publicam. Inde dictum eſt *Athanacum* locus, ubi erat Athenæum, ac ſi diceres Athenaicum, eadem inflexione, qua ex Achæo fit Achaicus. Unde in antiquis Inſtrumentis vetus Monaſterium in area ædium Auguſti dirutarum extructum, dicitur *Athanacum*, vulgo, *Aiſnay*. Quod nomen eidem loco erat ante Gregorii Turonenſis tempora, qui meminit Martyrum Athanacenſium, ita dictorum, ut ipſe notat, a loco ubi paſſi ſunt Lugduni. Quod indiget interpretatione: Martyres enim confecti ſunt in Amphitheatro, cujus rudera viſuntur in colle *Forviera*: ſed eorum corpora ludibriis plebis expoſita ſunt per ſex dies, dein combuſta, cinereſque dejecti in Rhodanum, Euſebio teſte, ſcilicet ad confluentes fluminum, ante Auguſtorum ædes, ut illis hæc quaſi victima Chriſtianorum devoveretur. Unde Gregorius diſerte obſervavit, in *Athanaco* combuſta fuiſſe Martyrum corpora, quæ tamen ſupplicio affecta in Amphitheatro Euſebius docuerat. Ad hæc, quod Hieronymus, Ado, Uſuardus, Beda, Notkerus, aliique Natalem Lugdunenſium Martyrum in diem IV. Nonas Junii conferunt, nihil nos movere debet; quia, ut ſcribit Valeſius in Notis ad laudatum Euſebii locum, diu poſt illorum necem, cum illorum reliquiæ inventæ fuiſſent, hic dies potiſſimum electus eſt, quo omnium ſimul memoria celebraretur; cum tamen non uno eodemque die omnes paſſi ſint, ut ex Epiſtola Eccleſiarum Viennenſis & Lugdunenſis conſtat. Denique, quod ait Dodvellus citatus, perſecutionem, quæ ſub Marco contigit, ipſum non habuiſſe auctorem, nec tam multos coronaſſe, quam putant, Martyres, ex Epiſtola Chriſtianorum Lugdunenſium evertitur. In ea enim dicitur: *Quippe reſcriptum fuerat a Cæſare, ut confitentes quidem gladio cæderentur; hi vero qui negarent, dimitterentur incolumes*. Auctor igitur perſecutionis Imperator; & an pauci fuerint, qui Chriſtum confeſſi martyrium pertulere, docet Euſebius loco numero tertio hujus anni relato. Verum quidem eſt, in quibuſdam Provinciis ex incurſione popularium Perſecutionem ortam, ſed hoc non probat paucos morte affectos, aut perſecutionem atrocem non fuiſſe. Quod non tantum de Marci perſecutione, ſed & de aliis dicendum. Video enim Dodwellum ad paucitatem Martyrum oſtendendam, identidem Imperatores excuſare, culpamque in populum rejicere, quaſi furor populi Martyrum numerum minuerit. Sarta itaque tectaque Martyrologiorum fides, ſive edictis Principum Romanorum, ſive furore populorum Chriſtiani martyrio coronati fuerint. Præterea Dodvvellus ideo perſecutionem ſub Marco Aurelio brevem fuiſſe contendit, ut Martyrum numerum minuat, & opinionem ſuam de paucitate Martyrum omnimodis adſtruat.

adhuc magis magiſque furere; quandoquidem illis in optatis erat, eorum patientiam prorſus evincere. Cæterum ab ipſo Sancto nihil aliud elicere poterant, præter illam vocem, quam ab initio de fidei ſuæ confeſſione proferre conſueviſſet. Iſti autem martyres, quoniam in hoc ingenti certamine vita adhuc in ipſis reſidebat, ſingularium certaminum loco, quæ magna cum varietate ibi fieri ſolebant, illo die ſpectaculum univerſo populo præbentes, ad extremum ſecuri percutiuntur.

XVI. Blandina iterum cruciatur. *At Blandina, trabi ligneæ ſublimis affixa, præda beſtiis incurſantibus objicitur: quæ quoniam & in crucis ſpecie ſuſpenſa cernebatur, & ardenter preces fundebat, magnam concertantium mentibus alacritatem injecit; quippe in ipſo certamine ex ſorore cruci ſuffixa, ipſum Chriſtum, qui pro nobis crucifixus eſt, oculis corporeis quodammodo videbant; uti credentibus in illum pro certo perſuaderetur, quod qui pro ejus gloria quicquam perpetiatur, hæreditatis ſit cum Deo vivente conſors & particeps futurus. At cum nulla beſtia ejus carnem tangere vellet, e trabe mox abrepta, in carcerem iterum truditur, & in aliud reſervatur certamen; ut per varia concertationum genera victrix facta, tum tortuoſum ſerpentem condemnationi, quam ab ſe avertere non poſſet, jure addiceret; tum fratres ad conſtantiam pariter incitaret; quæ licet humilis, imbecillis, & prope abjecta virgo eſſet, armatura tamen Chriſti fortis athleta induta, non ſolum per multas cruciamentorum vices adverſarium ſuperavit, verum etiam per illuſtre illud certamen coronam immortalitatis tandem conſecuta eſt.*

XVII. Attalus iterum ad pœnas revocatur. *Attalus item, clarus & magni nominis vir importuno multitudinis rogatu ad ſupplicium evocatus, ob recte factorum conſcientiam (ſi quidem ingenue in Chriſtiana inſtitutione & diſciplina exercitatus, fidelis ſemper apud nos & conſtans veritatis teſtis extitiſſet) alacri animo certamen ingreditur. At cum undique per amphitheatrum circumduceretur, tabula, in qua Latinis litteris hæc inerat inſcriptio: HIC EST ATTALUS CHRISTIANUS, illum præcedente; cumque in eum admodum petulanter populus inſultaret; Præſes, ubi Romanum eſſe didiciſſet, mandavit ut in carcerem denuo, cum reliquis qui in eodem erant, concluderetur: de quibus litteris ad Cæſarem ſcripſit, ejuſque expectavit de illis ſententiam.* More quidem & uſu receptum erat, quod in cives Romanos Præſides ac Proconſules jus gladii non haberent; ut ſi qui aliquo comprehenſi delicto eſſent, Proconſules vel de eo ad Imperatorem ſcriberent; vel (quod noſcitur feciſſe Plinius *a*) eoſdem ad ipſum amandarent Imperatorem. Sed rurſum epiſtola.

(*a*) *Plin. lib. 10. epiſt. 97.*

Tempus vero quod interea intercedebat, illis quidem neque otioſum, neque infrugiferum fuit; ſed per mortem eorum dilatam immenſa Chriſti clementia quaſi lumen ſuum propalam profudit. Nam intermortua Eccleſiæ membra vivorum ſubſidiis fuerunt ad vitam revocata; & qui fidem confeſſi fuiſſent, iis qui eamdem pernegaſſent, magna beneficia detulerunt: atque adeo permagna lætitia matri & virgini Eccleſiæ exorta eſt; cum eos, quos abortu tanquam mortuos ejeciſſet, vivos & incolumes recuperaſſet. Illorum enim hortatu & exemplo complures, qui fidem negaſſent, erant tamquam in utero matris Eccleſiæ iterum concepti, iterum in membra formati, iterum ad vitam reducti, iterum denique ad fidem ſuam confitendam perducti. Atque cum ad vitam eſſent reſtituti, & viribus confirmati, ſuavitatem Dei, qui non vult mortem peccatoris, ſed pro ſua benignitate eum ad pœnitentiam invitat, animis haurientes, ad tribunal ſponte accedunt, ut iterum a Præſide de fide denuo rogarentur. Nam cum Cæſar reſponſum per litteras miſiſſet, illos qui Chriſti fidem confiterentur, tympanis eſſe torquendos; hos autem qui eamdem inficiarentur, in principio mercatus, qui hic celebrari ſolet, quique eſt propter frequentiam hominum ex omnibus eo gentibus commeantium, multorum ſermone nobilitatus, liberos dimittendos: Præſes beatos martyres, tamquam ſpectaculum & glorioſam pompam de illis multitudini præſtaturus, ad tribunal deduci jubet, iterum in quæſtionem vocat, datque ſententiam, ut qui municipes Romani eſſent, ſecuri percuterentur, reliqui autem amandarentur ad beſtias. Chriſti vero gloria in his qui antea fidem abnuerant, tunc tamen, præter Gentilium opinionem, eamdem ingenue confitebantur, magnopere illuſtrata fuit. Etenim illi cum privatim in quæſtionem dati eſſent, quaſi pro certo abſolvendi: tamen ſe Chriſtianos vere confitentes, martyrum choro adjiciebantur. Alii autem falſi Chriſtiani a fide penitus lapſi, qui neque veſtigium aliquando fidei, neque ſenſum & ſignificationem veſtis ſponſalis, neque cogitationem timoris Dei in animis inſidentem habebant, ſed per nequam eorum converſationem viam veritatis contumeliis affecerant, hoc eſt, filii perditionis, foris extra Eccleſiam permanſerunt; cæteri univerſi fuerunt in Eccleſiam denuo adſcripti. XVIII. Lapſi revocati ad fidem martyrium conſequuntur.

De quibus cum haberetur quæſtio, Alexander quidam genere Phryx, arte & ſcientia medicus, multis annis in Gallia commoratus, omnibus fere propter charitatem erga Deum & liberam in verbo prædicando alacritatem cognitus (non enim doni & muneris Apoſtolici expers erat) cum adſtaret tribunali, & illos fratres nutu ad confeſſionem fidei hortaretur (iis qui undi- XIX. Alexandri certamen.

undique tribunal circumſiſtebant, videbatur tamquam parturiens) populi multitudo confeſſionem eorum, qui antea inficias iviſſent, ægre ferens, contra Alexandrum, tamquam ejus rei caput & auctorem, vociferari cœpit. Ubi vero Præſes inſtabat, ſciſcitabaturque quiſnam eſſet; reſpondet, ſe Chriſtianum eſſe. Unde Præſes ad iracundiam provocatus, illum condemnat ad beſtias.

XX. Alexandri & Attali conſummatio. *Poſtero autem die eamdem cum Attalo dimicationem (Præſes enim, quo populo gratificaretur, Attalum denuo beſtiis objecit) Alexander ingreditur. Hi duo in amphitheatro omnes machinas, ad eorum cruciatum excogitatas, tamquam prætervecti, maximumque certamen perpeſſi, ad extremum gladio feriuntur. Alexander autem neque ingemuit, immo vero ne gry quidem ore extulit, ſed interiore mente & cogitatione, quaſi cum Deo ſermones contulit. Attalus vero ubi in ferrea cathedra jam candenti eſſet impoſitus, & ejus incendio ambuſtus, quando nidor & fumus e corpore in ſublime ferebatur, Latino ſermone multitudinem ſic affatus eſt: Ecce, ecce, hoc quod vos præſtatis, eſt homines vorare; nos quidem neque voramus homines, neque aliud quicquam ſceleris patramus. Rogatos tandem, quod nomen Deus haberet; reſpondet, Deum nomen non habere more hominum.*

XXI. Blandina iterum cum Pontico cruciata. *Quibus omnibus confectis, poſtremo die ſingularium certaminum adventante, Blandina, & adoleſcens Ponticus circiter quindecim annos natus (hi autem quotidie introducebantur ad reliquorum ſupplicia contemplanda) in amphitheatrum inferebantur, urgebanturque per Gentilium idola jurare. At quoniam illi perſtabant conſtantes, & ea deſpectui ducebant; veſana multitudo contra illos aſpere & ferociter ſæviebat, adeout neque adoleſcentuli commiſerarentur ætatem, neque mulierem omnino revererentur; omnibus igitur tormentis eos objectare, & per quodvis ſupplicii genus undique agitare cœperunt, & ſine intermiſſione nunc hunc, nunc illum per ipſorum deos jurare impellebant. Cæterum hoc nullo modo poterant efficere; nam Ponticus, qui ita a ſorore erat exuſcitatus, ut Gentes eam eſſe animadverterent, quæ illum cohortata fuiſſet confirmaſſetque, poſt omnia cruciamentorum genera viriliter & magno animo tolerata, extremum ſpiritum edidit.*

XXII. *Beata Blandina omnium poſtrema, tamquam nobilis & generoſa mater, ubi liberos animaverat ad pœnam, & victores ad Chriſtum Regem præmiſerat; ipſa eoſdem cum liberis certaminum curſus remenſa, ad eoſdem lætitia geſtiens, ac de ipſo vitæ ſuæ exitu permagno gaudio exultans, properabat, non quaſi ad beſtias crudeliter projecta, ſed ad cœnam* Blandinæ ultimum certamen. *ſponſi amice invitata. Atque poſt verbera, poſt beſtiarum laniatus, poſt ſartaginis exuſtionem, ad extremum in rete involuta, tauri ictibus objectatur. Quæ cum ab animali illo diu multumque icta exagitataque fuiſſet, ac nullum ſenſum cruciamentorum, quæ hactenus ei obtigiſſent, partim propter ſpem, qua Dei promiſſis firme adhæreſcebat, partim propter colloquia quæ intra ſe cum Chriſto conferebat, omnino haberet, tandem enſe jugulata fuit. Unde Gentes ipſæ palam teſtabantur, mulierem apud ſe numquam tot tamque acerba tormenta tam conſtanter pertuliſſe. Verum eorum rabies & crudelitas in ſanctos non ita exaturata fuit. Nam ab immani & furioſa bellua diabolo immanes illæ & barbaræ Gentes exagitatæ, vix, aut ne vix quidem a furore ſuo aliquando acquieverunt; immo vero in corporibus martyrum ſuam de integro contumeliam cœperunt & malevolentiam exercere: nam quamvis martyrum conſtantia penitus eſſent ſuperatæ, tamen quia omnem humanam rationem omnino exuiſſent, illarum amentia minime fuit retardata repreſſaque; ſed acerba bilis cum Præſidis, tum populi, qui quidem in eos lethale odii ſui virus evomebant, tamquam immanis bellua magis magiſque incenſa: ſicut Scriptura vere impleretur (a): Impius adhuc impie agat, & juſtus juſtificetur adhuc.* (a) Apoc. 22.

XXIII. Corpora Sanctorum canibus objiciuntur. *Etenim corpora eorum, quos carceris peſtifer odor & cruciatus ſuffocaverat, canibus dilaceranda objiciuntur: ſtudioſeque nocte & die obſervant, ne quiſquam e noſtris illos tumulis mandet. Tandem vero martyrum in amphitheatro interfectorum membra, quæ nec beſtiæ adhuc voraverant, nec ignis abſumpſerat, partim minutatim dilaniata, partim inſtar carbonum ambuſta, quinetiam ſecuri percuſſorum capita una cum corporis truncis collecta, dies complures ſimiliter militum excubiis inſepulta cuſtodiunt.*

XXIV. Quæ gentiles in Chriſtianos effutirent. *Porro alii fremere, & dentibus contra eos frendere cœperunt, toto animo connitentes aliquam graviorem in ea exercere contumeliam. Nonnulli irriſione ludere, & falſos cachinnos tollere, ſummaque commendatione & præconio idola ſua efferre: quibus quidem, tamquam auctoribus, pœnam & ultionem Chriſtianorum acceptam retulerunt. Non pauci, quamquam facti aliquanto modeſtiores erant, & de illorum afflictione aliquantum condoleſcere videbantur, verbis tamen eos acerbe vexare ad hunc modum: Ubi jam illorum Deus? Quid illis hæc profuit religio, quam ſuæ ipſorum vitæ præpoſuerunt? Quæ ad Gentilium crudelitatem pertinebant, talem habebant veritatem; quæ autem ad nos, videbantur ſane magnum mærorem propterea in ſe complecti, quod martyrum corpora humo tegendi nulla dabatur facultas. Ne-*

que

que enim nox ad hanc rem aliquid afferre præſidii, neque magna pecuniæ vis eorum animos flectere, neque preces ulla ex parte placare poterant. Sed nulla non ratione & via corpora illa erant aſſidue ab illis obſervata; & id quaſi in magno lucro deputatum, ſi penitus inhumata jacerent.

XXV. Cineres Martyrum projecti in fluvium. *Paulo poſt etiam iſta addunt: Martyrum corpora ſex dies continuos ſub dio jacentia, & maxima ignominia affecta; poſt autem ab impiis illis & facinoroſis carnificibus exuſta, inque cineres redacta, in Rhodanum fluvium, qui illic in proximo defluit, ſpargebantur, quo nullæ quidem illorum reliquiæ amplius ſuper terram reſtarent. Iſta eo conſilio patrabant, quod Deum ſe poſſe vincere, & illis regenerationem corporum prorſus eripere arbitrati ſunt; quo ne ulla quidem (ſic enim dicebant) ſpes reſurrectionis illis reliqua fieret; qua freti, inquiunt, non ſolum peregrinam quamdam & novam nobis induxerunt religionem, verum etiam neglexerunt penitus tormenta, & prompto atque alacri animo ad mortem properarunt. Jam videamus utrum ſint reſurrecturi, & utrum illorum Deus ipſos juvare, & e manibus noſtris eripere poſſit.* Hucuſque ex epiſtola illa Euſebius, qui ſubdit: *Ejuſmodi perſecutionis tempeſtas, regnante Imperatore, de quo docuimus, iſtis Chriſti Eccleſiis obtigit, unde certe quænam fuerint in reliquis provinciis eodem tempore factitata, conjectura aſſequi poterimus.* Hæc ipſe.

XXVI. (a) Aug. de cura agenda pro mort. De ſanctorum cineribus diſperſis. At quid de eorumdem ſanctorum martyrum cineribus in Rhodanum jactatis S. Auguſtinus ſcribat (a), audiamus: *Legimus*, inquit, *in Eccleſiaſtica hiſtoria, quam Græce ſcripſit Euſebius, & in Latinam linguam vertit Ruffinus, martyrum corpora in Gallia canibus expoſita, canumque reliquias, atque oſſa mortuorum uſque ad extremam conſumptionem ignibus concremata; eoſdemque cineres fluvio Rhodano, ne quid ad memoriam qualemcumque relinqueretur, inſperſos. Quod non ob aliud credendum eſt divinitus fuiſſe permiſſum, niſi ut diſcerent Chriſtiani in confitendo Chriſtum, dum contemnunt hanc vitam, multo magis contemnere ſepulturam. Hoc enim quod ingenti ſævitia de corporibus martyrum factum eſt, ſi eis quicquam noceret, quo minus beate requieſcerent eorum victorioſiſſimi ſpiritus, non utique fieri ſineretur. Re ipſa ergo declaratum eſt, non ideo dixiſſe Dominum (b): Nolite timere eos qui occidunt corpus, & poſtea non habent quid faciant; quod non eſſet permiſſurus aliquid eos facere de ſuorum corporibus mortuorum; ſed quoniam quicquid facere permiſſi eſſent, nihil quo diminueretur Chriſtiana defunctorum felicitas fieret; nihil inde ad ſenſum poſt mortem viventium perveniret; nihil ad detrimentum ſaltem ipſorum corporum, quo minus integra reſurgerent, pertineret.* Hucuſque Auguſtinus.

(b) Mat. 10. Luc. 12.

XXVII. Conſtantia Chriſtianorum calumniam patitur. At nec illud prætereamus: Cum quidem iſtiuſmodi toto Chriſtiano orbe de Chriſtianorum conſtantia vulgarentur exempla, quod nullis poſſent inflecti pœnis, ut quam ſectabantur religionem desererent; invaluit ea apud Gentiles omnes opinio, ut Chriſtiano homine nihil obſtinatius inveniri poſſet; quorum enim conſtantiam laudare debuiſſent, res ab eis fortiter geſtas vitio adſcribebant, atque obſtinationi tribuebant. Nam & M. Aurelius Imperator, cujus tempore hæc agebantur, ſic ait (c): *Ut autem ſic parata ſit anima, a peculiari judicio venit; non ut ſimplici obſtinatione mortem aliquis ſubeat, id quod faciunt Chriſtiani, ſed bene ſubductis rationibus*, &c. Id autem non tantum Marcus Imperator Chriſtianis obtrectat, ſed & Galenus etiam, qui his temporibus Romæ agebat, ſic aliquando eſt locutus (d): *Citius autem Moyſis aſſeclæ & Chriſti ſua deſerant dogmata, quam qui ſectis addicti ſunt, tum medici, tum philoſophi.* Sed hæc de ſuis hyperbolice; cum nullus prorſus ex ipſis ſit inventus, qui tuendorum cauſa ſuorum dogmatum, vitam aliquando profuderit, perinde ac Chriſtiani.

(c) M. Aur. in Vita ſua.

(d) Galen. de pulſuum differen. lib. 3. Galeni de Chriſtianis calumniæ.

XXVIII. Cedunt autem hæc omnia laudibus Chriſtianorum; dum ſub calumnia obſtinationis, eorum conſtantia prædicatur. At quid mirum ſi hæc homines, cum & dii ipſorum, pravi dæmones ſcilicet, admirati ſint Chriſtianorum in tormentis ſubeundis conſtantiam? accipe quid apud Porphyrium legeretur (e): *Interroganti*, inquit, *quem Deum placando, revocare poſſit uxorem ſuam a Chriſtianiſmo, hæc ait verſibus Apollo. Deinde verba velut Apollinis dicta ſunt: Forte magis poteris in aqua impreſſis litteris ſcribere, aut inflans pennas leves per aera ut avis volare, quam ſemel pollutæ revoces impiæ uxoris ſenſum; pergat quomodo vult inanibus fallaciis perſeverans, & lamentationibus fallaciſſimis mortuum Deum cantans, quem judicibus recta ſentientibus perditum peſſima in ſpecioſis ferro juncta mors interfecit.* Hæc apud Porphyrium, quem recitat S. Auguſtinus. Sed haud mirandum hæc de Chriſto & Chriſtum colente dixiſſe dæmonem. Verum iſtiuſmodi adeo temere effutiiſſe prudentes viros in Chriſtianos, gravius crimen videri debet, ut de re tanta, ea necdum perſpecta, adeo temere judicarent. Et ut omittamus de Marco Aurelio dicere, quem ſua ipſius ſcripta pro Chriſtianis data redarguunt; in Galenum Chriſtianos deteſtantem dicendum eſſet; quorum religionem ſi non per tranſennam tantum, ſed exactius diſquiſiſſet; ſi, quæ de ea tam ex noſtris Prophetis, quam Gentilium vatibus, aperta extabant ante tot ſæcula prolata ac probata vaticinia intuitus eſſet: ſi miracula Chriſti virtute patrata, & (quod medicæ videbatur eſſe facultatis

tis conſiderare) non arte aliqua morborum curationes, ſed crucis tantum ſigno, & Jeſu adhibito dumtaxat nomine editas attendiſſet; ſi egregiam inſuper omnibuſque numeris abſolutiſſimam Chriſtianorum vitam proprius contemplatus eſſet; ſi denique in cruciamentis perferendis robur corporis vires naturales excedens, animique infractam una cum vultus hilaritate conſtantiam inſpexiſſet; ſi hæc, inquam, & alia id genus innumera attentius conſideraſſet, haud adeo inanem de Chriſtiana fide ſententiam effutiiſſe, nec adeo leviter Chriſti doctrinam Moyſiſque deriſiſſet, neque adeo conſulto addidiſſet (*a*): *Ne quis initio ſtatim, quaſi in Moyſi & Chriſti ſcholam impingat, leges audiat nulla conſtituta demonſtratione.*

(a) Galen. de pulſuum differen. lib. 2. cap. 4.

XXIX. An ne videri poterat, Chriſtianos, quos in credendo arguit levitatis, qui Deo docente, doctrinamque tot ſignis atque virtutibus confirmante, veritatem didiciſſent, nulla prævia demonſtratione Chriſti fidem ſectatos eſſe: cum, quantum divina præſtant humanis, ſit horum ſtudium aliis omnibus maturitate atque conſilio, ſapientia ac pietate præſtantius? Sed quid iidem Marcus Imperator atque Galenus tam inconſulte, nulla prorſus habita veritatis ſolerti inſpectione, adeo perfunctorie Chriſtianam in tormentis patiendis conſtantiam obſtinatione ſuggillant? quam partibus omnibus veræ virtutis perfecte conſtantem ſi recto intuitu proſpexiſſent, perfacile cognoviſſent, intellexiſſentque excelſo atque ſublimi gradu Chriſtianorum conſtantiam, Gentilium antecellere; cum illa humi repens, humanarum tantum laudum fuerit aucupatrix; hæc vero ſe earum contemptricem exhibens, humilitate ſe erigens atque in ſublime tollens, hominum præconia vitans, divino tantum gaudeat placere conſpectui.

XXX. At ne de his longe exempla petamus quæ de iiſdem martyribus ex ſuperiori epiſtola ſcripſit Euſebius, in medium adducamus; ait enim (*b*): *Illas item voces ex eadem epiſtola acceptas, in hunc ſermonem includere operæpretium arbitramur, quibus modeſtia & ſingularis martyrum quos diximus, benignitas hoc ferme modo deſcripta ſit: Iſti vero ipſius Chriſti, qui cum in forma Dei eſſet* (*c*), *non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, tam vere æmuli & imitatores erant; ut, quamvis in tali gloria & ſplendore locarentur, & non ſemel & iterum, ſed ſæpius, ut martyres decet, pro fidei confeſſione acerba tormenta perpeſſi, beſtiis obiecti, ab iiſdem denuo ablati, ignito ferro exuſti, vibicibus lividi, vulneribus undique inflictis excruciati; non tamen ſe ipſi martyres eſſe prædicarent, neque cuiquam noſtrum copiam facerent, illos eo nomine appellandi; ſed ſi quiſquam noſtrum eos vel per literas, vel per ſermonem ut martyres forte ſalutaviſſet, graviter eum reprehenderent; libenter enim Martyris appellationem Chriſto, fideli & vero martyri, primogenito mortuorum, duci & auctori vitæ quæ eſt ex Deo, conceſſerant. Martyrum etiam, qui jam ad Chriſtum ex hac corporis cuſtodia migraviſſent, nos non gravate in memoriam redegerunt, dixeruntque: Illi jam vere ſunt martyres, quos Chriſtus propter fidei confeſſionem ad ſe recipere dignatus eſt, & quorum martyrium ipſo præclaro vitæ exitu, tamquam ſigillo certiſſimo, obſignavit; nos autem tenues ſolum & abjecti Chriſti nominis confeſſores atque fratres obſecrabant cum lacrymis, ut preces pro illis ardenter & obnixe Deo funderent; quo ipſo deceſſu e vita opus, quod Deus tam benigne in illis inceepiſſet, cumulate expleretur. Et quamvis non modo libera reſponſa Gentilibus dando, ſed etiam patientia, magnanimitate, fidenti animi robore contra omnes cruciatus ſe generoſos & ſtrenuos palam oſtendendo, vim & virtutem martyrii perſpicue declaraſſent; tamen timore Dei referti, Martyrum appellationem, qua fratres donare illos voluiſſent, ab ſe repellere ſtudebant. Et iterum, paucis verbis interjectis, ſequuntur iſta: Humiliaverunt ſe ſub manu potenti, qua jam ſatis exaltati ſunt. Dum in vita manebant, defendere omnes, neminem accuſare, omnes e vinculis eripere, colligare neminem conabantur. Pro illis qui ſupplicia eorum corporibus inflixerant, exemplum Stephani perfecti martyris imitati, benigne orare, dicentes: Domine* (*d*), *ne ſtatuas illis hoc peccatum. Quod ſi pro eis, qui ipſos tam contumelioſe torſiſſent, precabantur; quanto magis pro fratribus idem ipſum præſtiterunt?*

(b) Euſeb. lib. 5. cap. 2.

(c) Philip. 2.

Ingens in Martyribus humilitas.

(d) Act. 7.

XXXI. *Hæc item, paulo longius ſermonem producentes, adnectunt: Graviſſimum autem bellum ab illis, propter ingenuam erga fratres charitatem, cum ipſo diabolo ideo ſuſceptum erat; quod tantopere nitebantur, ut voracem illius tamquam malæ beſtiæ gulam ſtringendo, eos vivos denuo evomere cogerent, quos prius, tamquam mortuos, ſe penitus devoraſſe putaverat. Non enim illi fratrum imbecillorum lapſu gloriabantur; ſed quæ dona ipſis per Dei gratiam affatim ſuppetebant, aliis, qui majoris opis indigerent, benigne largiebantur; atque adeo veluti matris indulgentis miſericordia commoti, multas lacrymas pro eorum ſalute in conſpectu Dei Patris profundebant: vitam illis flagitabant: vitam conceſſit Deus: vitam etiam cum proximis communicarunt: victores in omnibus ad Deum profecti ſunt: pacem amplexati, pacem nobis commendarunt: cum pace denique ad Deum deceſſerunt; non*

Martyrum charitas.

ma-

matri Eccleſiæ moleſtiam & angorem, non fratribus bellum & ſeditionem, ſed gaudium, pacem, concordiam, & charitatem reliquerunt. Iſta igitur de beatorum illorum martyrum amore, quem erga fratres, qui fide excidiſſent, declarabant, ad legentium utilitatem hoc loco poſuimus; quo inhumanus & crudelis animus eorum, qui deinceps erga debilia Chriſti membra in aliquod peccatum delapſa tam inclementes & ferreos ſe ipſos oſtendebant, perſpicue coarguatur. Idemque rurſus:

XXXII. *Eadem* (a) *porro epiſtola de martyribus ſupra memoratis perſcripta, aliam etiam hiſtoriam dignam plane memoria continet: quam iſto loco, quo a lectoribus cognoſcatur, citare non gravabimur. Ea hujuſmodi eſt: Alcibiades, unus ex illorum martyrum numero, vitam admodum duriter & auſtere inſtituens, nullum omnino ante illud tempus cibum capeſſere, ſed ſolo pane & aqua uti ſolet. Qui cum in carcere eodem modo vitam degere in animo haberet; Attalo poſt primum certamen, quod in amphitheatro confecerat, indicatum eſt, Alcibiadem parum conſiderate feciſſe, cum & Dei creaturis ipſe uti nollet, & aliis etiam inde quoddam offenſionis exemplar relinqueret. Alcibiades igitur, a fratribus tandem perſuaſus, omnia cibaria deinceps abſque delectu capeſſebat, & gratias agebat Deo. Non enim divina gratia iſtos ſuo benigno obtutu deſtitutos reliquerat: ſed Spiritus ſanctus illis ſemper præſto dabat conſilium.* Hactenus ex ea epiſtola Euſebius.

(a) *Euſeb. lib. 5. cap. 3.*

De Alcibiadis abſtinentia.

XXXIII. Sed nolumus abſque conſideratione hæc de Alcibiade præteriiſſe, quanam ex cauſa illi negotium factum ſit a fratribus, quod abſque pane & aqua, cæteris ſe cibis abſtineret. Haud quidem in homine improbatum fuit jejunium & temperantia, quam ab Apoſtolis & Apoſtolicis viris pie ſancteque cuſtoditam atque obſervatam vidimus. Sed quod (ut nuper diximus) increbuiſſent his temporibus ſectæ Cerdonis & Marcionis, qui non amore abſtinentiæ, ſed quod dicerent creaturas malas eſſe, utpote a malo principio creatas, induxiſſent ſuperſtitioſum ac plane impium ciborum delectum. Erant & ſuſpectæ xerophagiæ Montaniſtarum, in quorum ſectæ ſuſpicionem potius adductus videretur Alcibiades; quem cum martyres ea de cauſa averſarentur, ſe plane Montani dogmati eſſe contrarios demonſtrarunt. Quamobrem magna conſideratione ſunt digna, quæ poſt recitatam de martyribus epiſtolam Euſebius de Montano ac ſociis hic addit:

Purgatur juſta ſuſpicio de ciborum delectu.

XXXIV. *Cum Montanus & Alcibiades & Theodotus in Phrygia tum prophetandi opinionem apud complures adepti fuiſſent (permulta enim divina gratia largiente, miracula operaque ſtupenda ad illud uſque tempus per varias Eccleſias edita, fidem multis faciebant, illos donum etiam prophetiæ fuiſſe conſecutos) cumque de iſtis hominibus controverſia orta eſſet, fratres rurſum, qui in Gallia habitabant, privatum judicium, idque prudens & rectum cum primis, de iiſdem epiſtolæ, quam diximus, ſubjunxerunt; nonnullaſque ac varias martyrum litteras, qui apud ipſos mortem oppetebant, quas, cum adhuc tenerentur in vinculis, non modo fratribus in Aſia & Phrygia, verum etiam Eleuthero Epiſcopo Romæ, quem vehementer rogabant ut pax & concordia in Eccleſiis conſtituerentur, exarabant, eidem epiſtolæ adjecerunt.* Hæc Euſebius. Sic namque diverſa miracula, quæ crebro penes Catholicos viſebantur, Montani prophetiæ fidem conciliabant, quod ille adhuc in Eccleſia eſſet. Sed eadem ſic quoque Ruffinus: *Et quia per illud ad hoc tempus multæ etiam aliæ virtutes & gratiæ per donum ſancti Spiritus miniſtrabantur; facile accommodata eſt fides, etiam iis potuiſſe prophetiæ gratiam dari; cumque plurima inter fratres diſſenſio fuiſſet exorta, rurſum Eccleſiæ Galliarum judicium ſuum & ſententiam de his quoque cum omni reverentia & rectæ fidei expoſitione dederunt, epiſtolas martyrum, qui apud eos conſummati fuerant, proferentes, quas illi in vinculis poſiti fratribus per Aſiam & Phrygiam conſiſtentibus ſcripſerant, & Eleuthero urbis Romæ Epiſcopo, de pace eum Eccleſiæ commonentes.*

De Montano, Alcibiade, & Theodoto.

Sed ut ad martyres tunc paſſos in Gallia redeamus; non hi tantum, qui recenſiti ſunt, tunc temporis ſub Marco Aurelio Imperatore apud Lugdunum, & Viennam paſſi ſunt, ſed & alii, quorum nomina certis diebus, quibus conſummati ſunt, deſcripta habentur in tabulis Eccleſiaſticis. Nam in primis numerus illorum martyrum, quorum cineres in Rhodanum projecti ſunt, tum a Gregorio (b) *Turonenſi, tum ab Adone Viennenſi* (c) *recenſetur, quadragintaocto, ſingulaque omnium nomina deſcribuntur, nimirum, Photinus Epiſcopus, Zacharias presbyter, Epagathus, Macarius, Alcibiades, Silvinus, Primus, Ulpius, Vitalis, Cominus, October, Philominus, Geminus, Juſtinus, Albinus, Grata, Rogata, Æmilia, Potamia, Pompeja, Rhodona, Biblis, Quarta, Materna, Helpis, quæ & Amnes. Hi ſunt autem qui ad beſtias traditi ſunt: Sanctus, Maturus, Attalus, Alexander, Ponticus, Blandina. Hi vero qui in carcere ſpiritum reddiderunt: Ariſtæus, Cornelius, Zoſimus, Titus, Julius, Zoticus, Apollinaris, Geminianus, Julia, Auſonia, Æmilia, Jannica, Pompeja, Domna, Juſta, Trophima, Antonia; hi omnes famuli Chriſti ſub præfatis Imperatoribus coronati ſunt; reliquiæ eorum a perſecutoribus incenſæ, & in Rhodanum fluvium diſperſæ ſunt.* XXXV.

(b) *Greg. Turon. de Glor. mart. cap. 49.*

(c) *Ado in Martyrolog. die 2. Junii.*

Numerus & nomina martyrum qui tunc paſſi ſunt.

ſunt. Hæc Ado, qui addit de cinerum martyrum inventione hiſtoriam, anniverſariamque celebritatem antiquitus ea de cauſa celebrari ſolitam tradit; quem, cum fuerit ejus Eccleſiæ, nempe Vienneſis, a qua epiſtola ſcripta eſt ad Aſianos, Epiſcopus; hæc tum ex ſcriptis, tum traditione, præ cæteris oportuit calluiſſe; idemque ait, hos martyres a loco in quo paſſi ſunt, Athanaco dicto, appellatos eſſe martyres Athanacenſes.

XXXVI. De Epipodio & Alexandro. Rurſus poſt hos recenſitos martyres, adhuc alii, eadem perſecutione urgente, hoc ipſo anno decimoſeptimo Marci Imperatoris (ut eorum Acta teſtantur) paſſi reperiuntur Lugduni, nempe Epipodius & Alexander, quorum res geſtæ deſcriptæ habentur (*a*), eorumdemque natalis dies in Antiquis Martyrologiis adſcriptus. Habetur autem mentio apud eorum Acta de miraculis ex calceo Epipodii edi ſolitis; quorum & Gregorius Turonenſis (*b*) teſtis eſt. Inſuper idem qui ſupra Ado (*c*) ſocios dictorum martyrum quadragintaocto fuiſſe meminit Marcellum & Valerianum; qui divinitus ſibi via patefacta, inde fuga lapſi, poſtea apud civitatem Cabilonenſem ſub Priſco judice illuſtre martyrium obiere, quod ex antiquioribus monumentis idem auctor ſummatim collectum recenſet. Hos plane Euſebius (*d*) ſignaſſe viſus eſt martyres, dum agens de dictis martyribus Eccleſiæ Lugdunenſis & Viennenſis, hæc in fine habet: *Verum quid attinet martyrum catalogum in eadem, quam citavimus, epiſtola comprehenſum recenſere, qui partim capite obtruncato occubuerunt, partim beſtiis dilacerandi projecti fuerunt, partim in ergaſtulum concluſi vitam amiſerunt? Quid item numerum confeſſorum commemorem, qui ad id temporis fuere ſuperſtites? Perfacile enim, ſicui viſum fuerit, licet iſta pleniſſime cognoſcere, modo illam epiſtolam, quam in libro noſtro de Martyribus, (ut dictum eſt) poſuimus, accurate voluerit evolvere*. Hucuſque Euſebius.

(*a*) Apud Sur. 22. & 24. April. to. 2.
(*b*) Greg. Tur. de glor. confeſſ. c. 64.
(*c*) Ado die 4. & 15 Sept.
(*d*) Euſeb. lib. 5. cap. 4. in fin.

XXXVII. Alii martyres paſſi in Galliis. Inſuper etiam paſſi ſunt eadem perſecutione urgente in Galliis alii plurimi, licet non omnium extet memoria. Inter alios autem magna laude dignum fuit martyrium Flocelli pueri, qui poſt multa tormenta feris objectus, ab illis diſcerptus eſt; celebris eſt ejus memoria Auguſtoduni. Sed & apud Lingonas glorioſa confeſſio Tergeminorum Speuſippi, Eleuſippi, & Meleuſippi, quorum martyrii Acta extant, germana (*e*) quidem, ſed injuria temporum aliquantulum depravata; in quibus quæ poſt ipſorum trium martyrum ſunt de aliis ad martyrium avide properantibus ſcripta, operæpretium ducimus hic deſcribere, quo vehemens ac flagrans martyrii deſiderium Chriſtianorum horum innoteſcat exemplo; ſunt enim hæc. *Videns denique Jovilla quædam mulier tam pretioſam ſanctorum Tergeminorum martyrii conſummationem, ſpreto maritali conſortio, parvuli & unici filii dulcem relinquens amplexum, inter incredulas turbas, adhuc in perſecutionis ardore commotas, veloci curſu properans, exclamavit dicens: Et ego ancilla Chriſti ſum; Chriſtum Deum vivum & verum ſine ulla ambiguitate pronuntio; idola veſtra ignominioſa & vana adorare deſpicio. His dictis, continuo comprehenſa, & propter metum circumſtantium populorum, a capillis ſuſpenſa, multiſque afflictata ſuppliciis, cum Chriſtum negare coacta nullatenus voluiſſet, una cum Leonilla avia Sanctorum, ad locum ducta martyrii, ad memoratum videlicet vicum Urbatum, a perſecutoribus cum eadem gladio eſt perempta. Neon quoque textor hiſtoriæ hujus atque ſcriptor, tradens Turboni codicem, inter medias turmas perſecutorum ingreſſus, cupiens ſanctorum Tergeminorum militiæ beatiſſimæ ſociari, Chriſti nomen confeſſus, tantiſper ictibus mactatus, ut vita temporali ſpoliatus, martyrii palma continuo meruerit coronari. Turbon autem non poſt multum tempus a perſecutoribus captus, & ipſe eſt martyrii remuneratione locupletatus*. Hæc ibi.

(*e*) Apud Sur. tom. 1. die 17. Januar.

XXXVIII. Severi error redarguitur. His de martyribus in Gallia paſſis enarratis, haud poſſumus diſſimulare, quod Severus (*f*) de hac perſecutione, quam quintam nominat, breviter agens, tunc primum in Galliis ait viſos fuiſſe martyres; cum ex iis, quæ ſuperius dicta ſunt manifeſtiſſimi erroris argui facile poſſit plurium teſtimonio. Sed & quod ad Euſebium (*h*) pertinet, præpoſtero ſane ordine poſuiſſe liquet poſt recens excitatam perſecutionem anno decimo ſeptimo Imperatoris Marci Aurelii, victoriam de Marcomannis, Quadis, & aliis Germaniæ populis; quam tum ipſiuſmet teſtificatione in Chronicis, tum ſcriptorum Gentilium & aliorum, ipſiuſque potiſſimum litteris Imperatoris ad Senatum datis, acceptam fuiſſe conſtat (ut dictum eſt) anno quarto decimo ejuſdem Marci Imperatoris.

(*f*) Sev. hiſt. lib. 2.
(*g*) Euſeb. lib. 5. cap. 5.

XXXIX. Perſecutio Orientalis Eccleſiæ. At vero non modo (ut dictum eſt) Galliæ, & aliæ orbis Occidentalis regiones;

PAGIUS VIII. *Athenagoras Apologiam Marco & Lucio Vero obtulit*. Ad num. XXXIX. & ſeq. quo anno, quibuſvis Imperatoribus Athenagoræ Athenienſis Philoſophi Legatio pro Chriſtianis contigerit, in controverſiam vocatum; ex titulo præſertim Legationis difficultas orta: *Imperatoribus M. Aurelio Antonino, & L. Aurelio Commodo Armeniacis, Sarmaticis, &, quod maximum eſt, Philoſophis*. Cum enim tam L. Verus, qui cum M. Aurelio imperabat, quam Commodus M. Aurelii filius, annoque ſuperiori Auguſtea dignitate coho-

nes, ejuſdem reviviſcentis perſecutionis furore exagitatæ fuerunt; ſed & Orientis quoque Eccleſias eadem eſſe clade vexatas, legatio pro illis ab Athenagora Athenienſi Chriſtiano philoſopho tunc ad Imperatores ſuſcepta, & Apologia pro eiſdem tunc ſcripta, ac dictis Principibus oblata, manifeſtam certamque fidem faciunt. Eſt ejus Apologiæ hujuſmodi inſcriptio: IMPERATORIBUS *M. Aurelio Antonino, & Aurelio Commodo, Armeniacis, & (quod eſt maximum) Philoſophis*.

Athenagoræ Apologia.

Cum autem eamdem præſeferat inſcriptionem, quæ a S. Hieronymo (*a*) tribuitur Juſtino martyri Apologia, dicente, alium librum ab eo datum ſucceſſoribus ejuſdem Antonini Pii Marco Antonino Vero, & Lucio Aurelio Commodo; vehemens permovit multos ſuſpicio ut credant ejuſmodi, de qua eſt ſermo, Apologiam eodem titulo præſignatam, eſſe Juſtini, eo quod ad Marcum & Lucium data nulla alia reperiri videretur. Sed quam diximus, & ex Euſebio perſpicue demonſtravimus, ad eoſdem Principes eſſe datam, errore factum eſt, ut non ad illos, ſed ad Senatum Romanum legeretur inſcripta; re vera tamen ad Marcum Aurelium, & ad Lucium Verum, eumdemque & Commodum dictum ſcripta. Verumtamen longe fuiſſe diverſum Lucium Verum Antonini fratrem, Commodum etiam cognominatum, qui cum eo regnavit uſque ad annum nonum, a Lucio Commodo filio ejuſdem Antonini, qui anno decimoſexto ejuſdem a patre in collegam Imperii eſt aſſumptus, certum eſt; ut nihil penitus ſit, quod Apologia M. Antonino & L. Commodo data, Juſtino, qui longe ante martyrio finem vivendi fecerat, adſcribi poſſit. Ea ergo germano auctori ſuo tribuenda eſt; nempe (ut præſefert vetus inſcriptio) Athenagoræ. Eſt enim hic illius operis titulus: *Athenagoræ Athenienſis philoſophi Chriſtiani Apologia, vel Legatio pro Chriſtianis*. Cujus nomen fortaſſe ea de cauſa antiquioribus parum innotuit, quod nomine Juſtini ejuſdem tituli commentarius apud nonnullos, ut eſt apud ſanctum Hieronymum haberetur inſcriptus.

(*a*) *Hier. de Script. Eccleſ. in Juſtin.*

XL. Sed qualis eſſet horum temporum Chriſtianorum ſtatus, & ipſorum cum Gentilibus cauſa, cum ab eis immaniter vexarentur, ipſis Imperatoribus non prohibentibus; ex ipſa ejuſdem auctoris Apologia hæc in medium adducamus; his enim verbis ipſo pene exordio auctor Imperatores compellat: *At vos (ne quæſo hinc etiam vobis, quod vulgo hominum, imponat) vel nomine tantum audito, averſamini. Atqui nomina digna odio non ſunt, ſed ſcelus ipſum pœnam & ſupplicium meretur. Manſuetudinem ac lenitatem veſtram, animum erga omnes placabilem & benignum cum ſinguli ſuſcipientes æquali & pari jure utuntur; tum civitates, pro ſua quæque dignitate, ſuis potiuntur honoribus; denique univerſus hic terrarum orbis, veſtræ prudentiæ beneficio, altiſſima pace perfruitur*. Hæc cum de immenſa totius Orbis pace memoret Athenagoras; plane ſignificat, hoc ipſo anno ab eo eſſe datam Apologiam; nam ſi præteritum tempus Marci & Lucii Imperii repetas, invenies numquam ceſſatum a bello; ipſo enim Imperii exordio cœptum eſt bellum Parthicum; eo ſublato, immo & ante illud abſolutum, conſecutum eſt Marcomannicum; quo mitigato; e veſtigio emerſit Caſſiana tyrannis; qua jam extincta, ipſe (ut vidimus) Lucius Commodus anno ſuperiori a patre creatus eſt Imperator. Rurſum ſi ſpectes futura tempora, ab hoc anno uſque ad obitum Marci, recrudeſcente Marcomannico bello, ſemper Imperatorem fuiſſe in armis, & in iiſdem diem obiiſſe invenies; ante quod tempus ſcriptam ab Athenagora Apologiam oportuit, hoc plane anno.

Chriſtiani cæteris Nationibus deterius habiti.

XLI. Sed proſequamur juſtas querelas Chriſtiani philoſophi: *Noſtri tantum*, inquit,

PAGIUS

cohoneſtatus, L. Aurelii Commodi nomina tulerint, Baronius, aliique multi eam Legationem ad M. Aurelium, & L. Aurelium Commodum, ejus filium, directam credidere; quam alii contendunt ad M. Aurelium & L. Verum ſcriptam eſſe. Verum eam M. Aurelio & L. Vero, idque anno centeſimo ſexageſimo ſexto, oblatam eſſe, multa probant argumenta. Primum, in fine Apologiæ Athenagoras ait: *Ecqui enim conſequentur æquius ea, quæ petunt, quam nos adeo vobis devoti addictique? Nos enim pro Imperio veſtro preces ad Deum fundimus, & ut filius (quod juſtiſſimum eſt) in regno olim parenti ſuccedat*. Quæ verba de M. Aurelio & Commodo ejus filio jam Auguſto intelligi non poſſunt; cum is jam cum patre imperaret, filioſque, qui ei ſuccederent, non haberet. Sed e contra anno centeſimo ſexageſimo ſexto, quo Marcus & Lucius Verus imperabant, Commodus a patre, petente Lucio, Cæſar nuncupatus fuit, quem ut patri aliquando ſuccederet, Deum deprecari Chriſtiani poterant. Verum quidem eſt, in eadem Apologia pag. 17. editionis Pariſienſis legi: *Vos quidem in ſumma Imperii majeſtate, adeo conjunctis animis Orbem gubernatis, ut inde cœleſtis etiam Regni contemplationem clarius animo quis complecti queat. Ut vobis enim patri & filio in poteſtate ſunt omnia, Regno divinitus in vos collato: (Regis enim anima, inquit ſpiritus Propheticus, in manu Dei eſt) ſic uni Deo, & Filio ejus, hoc eſt, Verbo inſeparabili ſubjecta ſunt omnia*. Quæ verba demonſtrare videntur, eam Apologiam patri & filio Imperatoribus præſentatam eſſe. Sed obſervandum, Athenagoram Chriſtianos impietatis accuſatos defendentem, oſtendere, Deos Gentilium nullam vim atque efficaciam habere, uni vero Deo Chriſtianorum & Filio ejus ſubjecta eſſe omnia, uti in gubernatione Imperii patri & filio in poteſtate cuncta eſſent, Regno divinitus in eos collato; ubi L.

Chriſtianorum innocentia. *qui Chriſtiani vocamur, nulla vobis cura eſt. Similis enim nos, qui nihil mali patramus, immo omnium (ut in progreſſu ſermonis noſtri exponetur) piiſſime juſtiſſimeque cum erga Deum, tum Imperium veſtrum nos gerimus, exagitari, rapi, fugari, nomen dumtaxat noſtrum pleriſque impugnantibus. Quamobrem cauſam noſtram verbis perſpicue explicare, ſumptis in præſentia animis, auſi ſumus. Intelligetis enim ex ſermone noſtro, prorſus immerito, præterque omnem legem ac rationem hæc mala nos ſuſtinere. Proinde vos obſecramus, ut noſtri aliquam curam ſuſcipiatis, quo aliquando tandem ab hujuſmodi calumniatoribus jugulari deſinamus.* Sic non quod inferant, ſed non compeſcant mala, queritur.

XLII. Chriſtianorum probitas, & conſtantia. Quomodo vero ad omnia mala perferenda pro fide eſſent animo compoſiti Chriſtiani, hæc ſubdens declarat his verbis: *Non movet nos damnum, quod facultatibus noſtris adverſarii moliuntur; non quod exiſtimatio famæ & honoris noſtri minuatur integritas, non ſi quid aliud hujuſmodi, aut etiam majus eſt: omnes enim illas contemnimus, quamvis per multis magni eſſe videantur pretii. Non ſolum enim, ſi vapulamus, regerendis verberibus abſtinere, & iis, qui noſtra invadunt ac diripiunt, litem nullam intendere didicimus; ſed inſuper illis, quamvis colaphum inflixerint, alteram quoque capitis partem præbere; his vero, ſi tunicam abſtulerint, pallium etiam addere. Corporibus & vitis noſtris poſtquam ſemel renunciatum eſt a nobis, opibus inſidiantur, & criminum acervos adverſus nos deblaterant, quæ neque in mentem umquam nobis venerunt, ſed in ipſos potius eiſque ſimiles dici oportebat. Quod ſi quis vel parvi vel magni alicujus criminis nos convicerit: non deprecamur ſupplicium, ſed vel crudeliſſimum illud tolerare parati ſumus. Atſi nomine tenus, dumtaxat accuſamur (nam in hunc uſque diem quæ de nobis ſparguntur, promiſcuæ incertæque famæ commenta ſunt, neque Chriſtianorum quiſquam illius criminis convictus eſt) veſtrum jam fuerit, maximi, humaniſſimi, ſapientiſſimique Reges, ab hac injuria legibus nos vindicare; ut quemadmodum in toto terrarum orbe, cum ſinguli, tum univerſi, & oppidatim beneficia veſtra communi bono fruuntur, ſic nos quoque vobis gratias habeamus, & quod a calumniis liberati ſimus, gaudentes gloriemur.*

Hæc ipſe agens, cum ſæpius ad leges provocet; ad editas tum ab Hadriano, tum a Pio, ac denique ab ipſo Marco pro Chriſtianis ſanctiones, quibus præceptum erat, ne quis nominis tantum cauſa negotium faceſſeret Chriſtianis, reſpectum habuiſſe videtur. At vero quod illi perſequentes Chriſtianos, licet non præcipue nomen, ſed crimina, & quidem enormia, prætexere viderentur; revera tamen quod nonniſi Chriſtiani nominis cauſa illos vexarent, mox ſubdit: *Neque enim juſtitiæ & æquitati veſtræ decorum hoc fuerit, ſi aliorum nemo criminis, de quo inſimulatus eſt, condemnetur, niſi convictus; adverſus nos vero major ſit vis nominis, quam quæ judiciis conveniunt argumentorum & probationum. Etenim judices non tam quid commiſerit reus aliquis noſtrum inquirunt, quam ipſi nomini tamquam certo ſceleri illudunt; cum tamen nomen ipſum per ſe, & quatenus nomen eſt, bonum malumve exiſtimandum ſit nullum; ſed tale profecto judicandum unumquodque, qualis res ipſa, aut actio, de qua prædicatur, fuerit.* Hæc & alia plura de nomine Chriſtiano; multiſque demonſtrat, ejus tantum cauſa Chriſtianos quoquoverſum exagitari. XLIII. Nomen in crimen injuſte duci.

XLIV. Verum quoniam falſorum criminum calumniis nonnihil ipſe Imperator Marcus vide-

PAGIUS Verum, qui M. Aurelii gener erat, filium vocavit, ut comparatio melius quadraret: nec aliud in hoc loco arcanum latet, ut recte vidit Toinardus Vir eruditiſſimus, quando cum eo hanc ſententiam communicabam.

IX. *Hæc ſententia magis confirmata.* Alterum argumentum deſumitur ex ſecunda Juſtini Apologia M. Aurelio & L. Vero oblata, in qua uterque Philoſophus appellatur, & de qua Hieronymus lib. de Eccleſiæ Scriptoribus loquens ait, pro Religione Chriſti in tantum laboraſſe, ut Antonino Pio librum contra gentes ſcriptum daret, *& alium librum ſucceſſoribus ejuſdem Antonini, M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo*; ubi vides, L. Verum ab Hieronymo vocari L. Aurelium Commodum, & ſanctum Doctorem eundem titulum ſecundæ Juſtini Apologiæ attribuere, quem ſuæ Legationi Athenagoras præfixit; quia nempe utrumque ſcriptum iiſdem Imperatoribus oblatum. Nec refert quod L. Verus in Nummis numquam dicatur *Commodus*, ſed tantum *L. Aurelius Verus*, ut videre eſt apud Mediobarbum. Nam, ut ſupra demonſtravi, Imperatores vulgo ſæpe aliis nominibus vocati quam in Nummis & Inſcriptionibus, ut vel locus laudatus Hieronymi nos dubitare non ſinit. Duo itaque illi Philoſophi in titulo Legationis Athenagoræ memorati, M. Aurelius & L. Verus; non vero Marcus & Commodus ejus filius; cum is nec moribus, nec doctrina umquam Philoſophus fuerit, ſed, ut ait Lampridius in ejus Vita, *a prima ſtatim pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinoſus, ore quoque pollutus & conſtupratus* fuerit. Præterea in laudato hujus Legationis titulo uterque Imperator *Armeniacus* nuncupatur, quod nomen Commodo M. Aurelii filio attributum non invenimus. Verum quidem eſt, utrumque Imperatorem in eodem *Sarmaticum* etiam appellari, quo nomine L. Verus Marci in Imperio Collega vocatus non fuit; cum tamen Commodus Marci filius jam ab uno aut altero anno *Sarmaticus* in Nummis dicatur. Sed titulus ille intruſus videtur, & in Græco loco σαρματικοῖς, id eſt, *Sarmaticis*, legendum, παρθικοῖς, id eſt, *Parthicis*.

Eam

videbatur in Chriſtianos fuiſſe permotus, idem fidei Chriſtianæ defenſor hæc ſubdit: *Porro nunc ab initio inſtitutæ orationis meæ obſecro vos, ſummi Imperatores, æquis & benignis animis auſcultare ut dignemini; neque vos communis & nulla ratione vigentis famæ præjudicio occupari, & ad illius veluti impetum rapi patiamini. Quin illud veſtrum ſapientiæ & veritatis aviſſimum ſtudium mea quoque oratio ut ſentiat, ſinite. Sic fiet, ut neque vos per ignorantiam delinquatis, & nos, depulſis confutatiſque iis quæ in nos vulgus hominum effutit, quietiores agamus.* Quænam autem eſſent ea, quorum Chriſtiani a Gentilibus accuſarentur, crimina, mox ſubdit, ſic dicens: *Trium igitur flagitiorum infamis rumor de nobis ſpargitur; impietas, quæ deos tollat, epulæ Thyeſteæ, concubitus inceſti.* Quænam hæc fuerint crimina, & quo modo Gnoſticorum hæreticorum occaſione Chriſtianis duo poſtrema adſcriberentur, fuſius dictum eſt ſuperius. Sed ſubdit: *Quæ ſi vera ſunt, nulli vel ſexui, vel ætati parcite, ad pœnas rapite, cum uxoribus & liberis funditus extirpate.* Ac ſubinde: *Si vero commenta improborum hominum & inanes calumniæ hæ ſunt (cum ita natura comparatum ſit, ut malitia ſe opponat virtuti, & divina quadam lege, quæ inter ſe contraria ſunt, depugnent) & nihil injuſte a nobis committi, vos ipſi teſtes vobis locupletiſſimi eſſe poſſitis; veſtrum jam fuerit, de vita noſtra, de opinionibus, de ſtudia & obedientia erga vos, familiam, & Imperium veſtrum, quæſtionem inſtituere; atque ita demum tantumdem juris & æquitatis, quantum adverſariis noſtris (amplius enim non petimus) concedere. Vincemus proculdubio illos, qui pro veritate vitam etiam effundere parati ſumus.*

Calumniæ in Chriſtianos.

XLV. Vita innoxia Chriſtianorum.

Hæc prælocutus, adverſus Gentilium deos diſertiſſime diſſerit, ac deinde de innoxia Chriſtianorum vita hæc ſubdit: *Reſpondebo tamen ad hæc etiam objecta nobis facinora, etiam ſi vobis, ſapientiſſimi Principes, ex iis quæ hactenus dixi, ſatis ea eſſe diſſoluta videri poſſunt. Neque enim dubitare vos puto, homines illos, quorum omnis ad Deum vita veluti normam ac regulam dirigitur, ut inculpatum & irreprehenſibilem unuſquiſque ſe ei præbeat, ne cogitatione quidem vel minimum crimen ullum admiſſuros. Si enim ſolam hanc præſentem vitam nos victuros crederemus, ſuſpicioni foret locus, nos carni & ſanguini indulgentes, aut avaritia, aut concupiſcentia captos, peccare. Nos vero omnibus non modo factis, ſed etiam cogitationibus & ſermonibus noſtris tum noctu, tum interdiu Deum adeſſe ſcimus; eumque & totum eſſe lumen, & quæ in cordibus noſtris latent videre; & hac mortali defunctos vita, alteram hac terreſtri longe meliorem, nempe cæleſtem, nos victuros:* & paulo poſt: *Quod cum ita ſe habeat, ſponte nos malos eſſe, & magno judici tradere puniendos velle, probabile non eſt.*

XLVI. Caſtitas Chriſtianorum.

Inſuper de mutua inter ſe Chriſtianorum pura ſinceraque directione hæc addit: *Quamobrem etiam pro ætatis diſcrimine alios pro filiis & filiabus, alios pro fratribus & ſororibus habemus, provectiores ætate patrum & matrum loco honoramus. Illorum igitur, quos tamquam fratres & ſorores, aut alio cognationis nomine conjunctos nobis ducimus, inviolata & integra manere corpora, maximi apud nos fit. Rurſum cum religio noſtra nos doceat (ſicut quidam ſanctus ſcripſit) ſi quis oſculum ſuæ cupiditatis cauſa repetierit,* &c. & mox: *Summa igitur cautione communicandum eſt oſculum, ut non aliter quam pia ſalutatio vel potius adoratio quædam habeatur; quæ ſi vel parum impura cogitatione inquinata fuerit, a vita æterna nos alienet. Ergo ſpe vitæ æternæ freti, præſentem hanc, ejuſque delicias, & ſenſuum etiam animæque non puras voluptates contemnimus. Itaque uxorem, quam ſecundum approbatas nobis leges ſibi quiſque duxerit, reputat non in alium* quam

PAGIUS X. *Quo anno ea Apologia præſentata.*

Eam Apologiam Athenagoras Marco & Lucio Imperatoribus obtulit anno Chriſti centeſimo ſexageſimo ſexto, quo pacem per Orbem Romanum viguiſſe monſtravimus. In ea enim Legatione legitur: *Univerſus hic terrarum Orbis, veſtræ prudentiæ beneficio, altiſſima pace perfruitur.* Quare Dodvvellus, qui in Diſſert. XI. Cyprianica de Paucitate Martyrum num. XXXVII. ubi hanc Apologiam M. Aurelio & L. Vero porrectam recte ſcribit, in anno, quo ea iis Imperatoribus oblata, manifeſte peccat. Ait enim, Athenagoram eam ſcripſiſſe anno centeſimo ſexageſimo octavo, quo tamen bellum ardebat, & uterque Auguſtus IMP. V. appellatus eſt, ut ſuo loco dictum. Verum quidem eſt, currenti anno pacem præcedenti ſancitam, adhuc ſervatam fuiſſe. Nam Mediobarbus hunc M. Aurelii Nummum producit: M. ANTONINUS AUG. GERM. SARM. TR. P. XXXI. in poſtica: IMP. VIII. COS. III. P. P. S. C. PAX ÆTERNA AUG. Cernitur figura ſtans clypeorum acervum incendens, & ſiniſtra cornucopiæ tenens. Refert & alia eamdem in rem Numiſmata Mediobarbus, quæ cum Tribunitia Poteſtate XXXI. hoc anno inchoata notentur, apparet, verum eſſe quod ſcribit Baronius, hoc nempe anno Orbem Romanum in pace fuiſſe. Verum ex ea deduci non poteſt, Legationem Athenagoræ ad præſentem annum pertinere, ut ex dictis liquet. Neque præterea verum eſt quod ſcribit Baronius, uſque ad præſentem annum, M. Aurelii decimum ſeptimum, bellum in Imperio arſiſſe; cum ſexto Imperii ejus anno omnia tranquilla fuiſſe ſuo loco demonſtraverimus. Denique fallitur doctiſſimus Cardinalis, quando dicit bellum hoc anno rurſus inſtauratum, ut anno ſequenti oſtendemus.

Baron. n. XL.

quam in procreandæ ſobolis finem. Quemadmodum enim agricola, poſtquam ſemina terræ mandavit, meſſis tempus expectat, nec alia ſuperinjicit; ſic nobis etiam concupiſcentiæ modus liberorum procreatione definitur. Invenias multos ex noſtris in utroque ſexu, qui in cælibatu conſeneſcant; quod in hoc ſtatu Deo conjunctiores ſe futuros ſperent.

XLVII. Hæc & alia plura de ſublimi Chriſtianorum caſtitate locutus, de eſu carnium humanarum calumniam diluit verbis iſtis: *Hoc nempe eſt quod nobis objicitur ab illis, carnibus humanis nos veſci; cum præter leges, quas vos & majores veſtri, rebus omnibus juſtiſſime perpenſis, ſanciviſtis, innocentium fama violatur; tanta quidem eſt calumniatorum frequentia, ut Proconſules & Præfecti a vobis in diverſas provincias miſſi, cauſis audiendis non ſufficiant.* Ex his quidem expendere licet, quam immanis hæc ubique terrarum Romani orbis fuerit perſecutio. Tum addit: *Traducitur, inquam, fama illorum, quibus, cum verberantnr, non licet, non præbere ſe ipſos, & cum maledicuntur non benedicere non licet; neque enim illis juſtos eſſe ſatis eſt (cum talionem & par pari referri, juſtitia poſtulet) ſed bonitatem & patientiam inſuper ſibi proponunt. Quis igitur non amens in hoc vivendi inſtituto nos homicidas appellet? Non enim carnes guſtare hominum licet, antequam cæſus aliquis fuerit: quemadmodum autem primum ab eis falſo dicitur, ita ſecundum quoque mendacium eſt. Jam ſi quis ab eis rogitet, an viderint ipſi quæ dicunt, nullus tam impudenter mendax eſt, ut ſe vidiſſe fateatur. Atqui & ſervos aliqui noſtrum poſſident, alii plures, alii pauciores; quos ea, quæ facimus, latere non poſſunt; verum ne ex illis quidem ullus adverſum nos tale quidquam mentitus eſt. Quomodo enim quiſquam vel homicidii, vel humanarum carnium epulationis inſimularet illos, quos ne juſte quidem occidendi hominis ſupplicium intueri velle aut poſſe cognoverit? Quis non ſpectacula illa in quibus gladiatores & belluas populo præſertim vos Imperatores exhibetis maximi facit? Nos vero non ita multum, ſive ſpectator ſit aliquis, ſive auctor cædis, intereſſe judicantes, alieno ab his ſpectaculis animo ſumus.*

Dilutio de eſu humanarum carnium calumniæ.

XLVIII. His igitur enarratis, alia permulta ſuperaddidit ad Chriſtianorum innocentiam declarandam, quæ prætermittimus: ſatis enim hæc eſſe putamus ad priſtinam illam integritatem morum Chriſtianorum inſinuandam. Demum vero cauſam perorans hæc ait: *Vos vero, o undiquaque in omnibus natura ſimul & diſciplina boni, moderati, benigni, & Imperio digni Principes, mihi obſecro, qui crimina nobis objecta diſſolvi, & inſuper nos eſſe pios erga Deum vita, & moribus honeſtos, animo ſobrios & temperantes oſtendi, capitibus regiis annuite. Ecqui enim conſequentur æquius ea quæ petunt, quam nos adeo vobis devoti addictique? Nos enim pro veſtro Imperio preces ad Deum fundimus, & ut filius (quod juſtiſſimum eſt) in regno olim parenti ſuccedat, utque Imperium veſtrum magis magiſque ſemper augeatur, denique omnia ex animi ſententia vobis eveniant oramus; quod & nobis ſalutare fuerit, ut quietam tranquillamque vitam degentes, vobis interim ad quælibet imperata prompte inſerviamus.* Hucuſque Athenagoras, cujus & de mortuorum reſurrectione, quæ ab ipſis Gentilibus deridebatur, extat egregius commentarius.

Peroratio Athenagoræ.

XLIX. An autem Marcus Antoninus poſtulatis annuerit, haud liquet: immo ſecus; cum ad exitum ipſius uſque perſeveraſſe perſecutionem conſtet. Nam Theophilus (a) Epiſcopus Antiochenus, qui his diebus vivebat, & ſtatim poſt Marci Aurelii Imperium (ut dicemus) ex hac vita migravit, in libro tunc ad Autolicum ſcripto hæc in fine habet: *Præterea Chriſtianos, qui verum Deum venerantur, hactenus ſunt perſecuti, nec adhuc hodie perſequi ceſſant; immo iis, qui verborum quibuſdam illecebris Deum conviciantur, præmia & honores decernunt; quoſdam eorum, qui feſtinant ad virtutem capeſſendam, & ſanctam vitam agunt, lapidibus obruere, quoſdam interfecere. Adhuc hodie non ceſſant Chriſtianos crudeliſſime & immaniſſime virgis cædere.* Hæc Theophilus.

(a) Theoph. ad Autol. lib. 3. in fine.

Perſecutio uſque ad obitum Marci Aurelii Imp.

L. Hac item perſecutione ſublatum fuiſſe Soterem Papam, litteræ martyrum Lugdu-

PAGIUS XI. *Obitus S. Soteris PP.* [1] Ad num. L. & ſeq. *Soter* Pontifex Romanus ad Deum migravit anno centeſimo ſeptuageſimo Cethegi & Clari Conſulatu notato, ut habet auctius Chronicon veterum Pontificum. Chronicon enim Damaſi per hæc tempora corruptum, inque hæc tantum verba leguntur: *Soter annis novem, menſibus tribus, diebus duobus. Fuit temporibus Antonini & Commodi a Conſulatu Veri &*

NOTÆ [1] Anno Chriſti 170. obiiſſe *Soterem*, eique *Eleutherum* ſucceſſiſſe, hoc loco Pagius ſcribit. Verum Conſtantius pag. 86. expenſis catalogi Bucheriani mendis, ex Euſebio, qui in proœmio Hiſtor. Eccl. lib. V. docet, *Eleutherum*, anno *decimoſeptimo* imperii *Antonini Veri*, ideſt *M. Aurelii*, quod eſt A. D. 177. Pontificem creatum, hoc anno Pontificatum iniiſſe, haud immerito putat; quumque idem Euſebius in Chronico, *quindecim annos* ſediſſe referat, ejuſque mortem poſt necem *Commodi* contigiſſe, *Eleutheri* obitus illigandus videtur A. D. 193. Diem natalem aliquot martyrologia ad diem XXVI. Maii, Hieronymiana ad diem VI. Septembris referunt.

Soteris Papæ Martyrium.

dunenſium, quæ hoc eodem perſecutionis tempore ſcriptæ ſunt ad Eleutherum ejus ſucceſſorem, neceſſario nos affirmare compellunt; licet alii annos novem eidem tribuerint: ſed quod tres tantum ordinationes feciſſe reperiatur, haud longiori tempore ſediſſe, poſſumus opinari. Euſebius autem in Chronico anno ſuperiori, nempe decimo ſexto Marci Imperatoris, ponit Eleutherum ſuffectum in locum Soteris, ſed in hiſtoria hoc (*a*) ipſo anno decimo ſeptimo; cui, quoniam credimus id ipſum accepiſſe ex litteris Martyrum Lugdunenſium, haud inviti adſtipulamur; cum alioqui in reliquis præteritis Romanis Pontificibus, quod prætermiſerit Cletum, haud poſſimus eidem aſſentiri. Sic igitur in re ambigua, non tam ex ipſo Euſebio, quam ex litteris ſanctorum Lugdunenſium martyrum hoc tempore ad Eleutherum ſcribentium, Soteris obitum, atque Eleutheri ingreſſum conſulto ponendum eſſe exiſtimamus.

(*a*) *Euſeb. l. 5. cap. 1. ex verſ. Ruffin.*

LI. Defunctus igitur habetur Soter die vigeſima ſecunda menſis Aprilis, cum ſediſſet annos quatuor, minus diebus duodecim. Si quis autem certiorem de annis Soteris invenerit chronographiam, qua tamen non rejiciatur Cletus e numero Romanorum Pontificum, nec litterarum Martyrum Lugdunenſium ſincerum teſtimonium contemnatur, haud inviti aſſentiemur. De Sotere extat decretum in nuper citato libro de Romanis Pontificibus: *Ne ulla diaconiſſa* (licet, Monacha, quæ præ manibus habetur edita lectio dicat) *pallam ſacratam contingat; nec incenſum ponat in ſancta Eccleſia*: cujus quidem inſtitutionis his temporibus edendæ ea potuit eſſe ratio, quod ex Montani ſecta fœminæ (ut ſuperius dictum eſt, cum de ea egimus) ſe ſacris miniſteriis immiſcerent. Alia feruntur a diverſis collectoribus canonum Soteris decreta, quæ in unum ſimul (*b*) congeſta habentur. Sed & de Sotere hæc ibidem leguntur: *Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros decem & octo, diaconos novem, Epiſcopos per diverſa loca undecim. Qui ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti, Via Appia, decimo Kalend. Maii. Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies undecim*: Hæc ibi; qua ratione ingreſſus Eleutheri ponitur die tertia Maii. Fuit hic (ut idem

Decreta Soteris Papæ.

(*b*) *Tom. 1. Conc. in Sotere.*

Eleutherus Papa.

commentarius (*c*) habet) natione Græcus, patria Nicopolitanus, ex patre Abundio.

(*c*) *Lib. de Rom. Pontif. in Eleuthero.*

LII. De litteris Martyrum ad Roman. Pontif.

Creato jam ipſo Eleuthero (ut dictum eſt) Romano Pontifice, ſcripſerunt ad eum martyres Lugdunenſis Eccleſiæ, cum adhuc tenerentur in vinculis. Conſueviſſe autem martyres de rebus geſtis penes eos certiorem reddere ipſum Romanum Pontificem, iteratum ejuſmodi officium plane declarat. Tempore enim Pii Papæ id ipſum præſtitiſſe martyres Viennenſis Eccleſiæ, ejuſdem Pontificis litteræ ad Juſtum ejus civitatis Epiſcopum ſcriptæ, quas ſuperius recitavimus, ſane ſignificant ſuo ipſarum exordio, his verbis: *Attalus epiſtolas martyrum portans ad nos venit, gaudium nobis ineſtimabile faciens de triumpho eorum.* Quod ergo tunc Pii tempore per Attalum præſtitit Eccleſia Viennenſis, hoc anno per S. Irenæum presbyterum Eccleſia Lugdunenſis explevit. Meminit earum litterarum Euſebius (*d*), ſic dicens: *Nonnullas ac varias martyrum litteras, qui apud ipſos mortem oppetebant, quas cum adhuc tenerentur in vinculis, non modo fratribus in Aſia & Phrygia, verum etiam Eleuthero Epiſcopo Romano, quem vehementer rogabant ut pax & concordia in Eccleſiis conſtitueretur, eidem epiſtolæ ſuperius recitatæ adiecerunt.* Quod vero eos interpellaſſe tradit Romanum Pontificem pro pace Eccleſiarum, puto eos intellexiſſe de diſſidio occaſione pſeudoprophetiæ Montani multis in locis (ut antea dictum eſt) orto; quod auctoritate univerſi gregis paſtoris ſedare, eſſet ejus operis & officii.

(*d*) *Euſeb. l. 5. cap. 3. in fin.*

LIII. Poſt hæc vero de legatione ad eumdem per Irenæum presbyterum miſſa ſubdit hæc ipſa (*d*): *Iidem porro martyres Irenæum, Eccleſiæ Lugdunenſis id temporis presbyterum, per litteras eidem Epiſcopo Romano inſcriptas, plurimum commendabant; permultaque viro illi virtutis dabant teſtimonia, ſicut ipſa litterarum verba declarant in hunc modum: Te in Deo omnibus in rebus perpetuo, pater Eleuthere, valere optamus. Has litteras ad te perferre fratrem noſtrum Irenæum, & miniſterii conſortem, rogavimus; teque obſecramus, ut illum, utpote ſtudio incredibili erga teſtamentum Chriſti flagrantem, gratia & benevolentia præ cæteris complectaris.*

(*e*) *Euſeb. l. 5. c. 4.* Irenæi legatio ad Rom. Pontif.

PAGIUS

& Erenniani, uſque Paterno & Bradua. Ubi Eleutheri nomen deſideratur, quamvis hæc verba *fuit temporibus*, & ſequentia, de eo, non vero de Sotere dicantur, & deſiderentur Conſules, tam quibus *Soter* cœpit, quam quibus vivendi finem fecit. Is tamen defectus ex auctiori Chronico veterum Pontificum ſuppleri poteſt. Colitur Soter die XXII. Aprilis, qui potius ad aliquam ejus Tranſlationem, quam ad ejus mortem referendus. Sedit annos novem & aliquot menſes ac dies, ut in variis Catalogis legitur, eique Eleutherus ſucceſſit.

XII. *Decretales Soteris.* Decretales duæ *Soteri* adſcribuntur, quæ Viris eruditis exiſtimantur ſuppoſititiæ. Prior eſt ad Campaniæ Epiſcopos, in qua habetur teſtimonium ex Idacio deſumtum. Secunda vero epiſtola ad Epiſcopos Italiæ ſcripta, habet varia ex Leone primo & Martino primo, quæ eam commentitiam probant.

ris. Quod ſi locum & gradum Eccleſiaſtici miniſterii, vim & facultatem habere juſtitiæ cuiquam impertiendæ animadverteremus; hunc, ut presbyterum Eccleſiæ (hoc namque munus obtinet) in primis tibi commendaſſemus. Hucuſque de eo ex epiſtola martyrum Euſebius. Certe quidem haud tabellarii munus expleturus miſſus eſt a martyribus tantus vir Romam ad Eleutherum Romanum Pontificem (per Subdiaconos enim conſueviſſe olim litteras Eccleſiaſticas dari, ſuperius dictum eſt) ſed apparet, virum omnium eruditiſſimum delectum fuiſſe legatum (ut ait S. Hieronymus *a*) ob quaſdam Eccleſiæ quæſtiones; Romanam enim Eccleſiam in ambiguis conſulendam eſſe, innumeræ quibuſcumque ſæculis ea de cauſa miſſæ legationes, de quibus ſuis locis dicturi ſumus, certo certius manifeſtant.

(*a*) *Hier. de Script. Eccleſ. in Irenæo.*

LIV. Irenæus quid Romæ.

Romæ cum ageret vir tam inſignis, quem Tertullianus (*b*) nominat omnium doctrinarum curioſiſſimum exploratorem, haud moles ædificiorum Urbem circumeundo contemplatus eſt, nec otioſus domi reſedit; ſed Apoſtolicæ Eccleſiæ fidem, ritus, mores, ac diſciplinam, quam illi tradidiſſent Petrus, & Paulus Apoſtolorum principes quam diligentiſſime perſcrutatus eſt; nactuſque ibi Apoſtolicas traditiones integras, & illibatas, ut ab Apoſtolis ipſis traditæ fuerant, vigilantiſſime cuſtoditas & integerrime conſervatas; ad eas omnes, quos ſcriptis exagitat, exinde hæreticos provocavit (*c*); quos ſciret eo ſolo tam patenti teſtimonio (ſi quæ in eis reliqua eſſet ratio veritatis) convinci poſſe. Unde autem acceperit (*d*), qui Irenæum in Aſiam mandatum, in itinere occaſione litterarum Eleutherum inviſiſſe tradit, non invenimus, ut certo affirmari poſſit; nam licet unus idemque fuerit faſciculus litterarum, legatio tamen (ut ait S. Hieronymus) ad Eleutherum miſſa eſt ob quaſdam Eccleſiæ quæſtiones; an autem & ad Aſianos litteras ipſe tulerit, nulla penes Euſebium (quem non putamus id taciturum fuiſſe) mentio eſt, neque apud S. Hieronymum, vel alium antiquorum quempiam. Quod ſi velimus eum ad Aſianos miſſum eſſe cum martyrum litteris, additaſque ad Eleutherum Romanum Pontificem alias; æquum eſt exiſtimare, id feciſſe martyres, ut, quod de prophetia Montani privatum (ut ait Euſebius) judicium tulerant; idem legatione Irenæi ad Eleutherum Pontificem, ejus auctoritate probandum atque firmandum, antequam innoteſceret Aſianis, miſiſſe voluerint. Quis enim perſuaderi poteſt ſanctos martyres ſuum ipſorum judicium de Montani prophetia, miſſa legatione, noluiſſe participare cum Romano Pontifice, cum nulla gravior his temporibus videretur eſſe quæſtio in Eccleſia? Sed de Irenæo Romæ agente plura ſequenti anno.

(*b*) *Tertul. adv. Valen. cap. 5.*

(*c*) *Iren. l. 3. c. 1. 2. 3. 4.*

(*d*) *Fevard. in vita S. Iren.*

Irenæi duplex legatio.

LV. Bello & peſte vexatur Rom. Imp.

Hoc eodem anno, juſto Dei judicio, quod pace precibus Chriſtianorum parta Gentiles abuſi ſint, cum adverſus eos acriter & hoſtiliter dimicando prælium convertiſſent; bellum iterum idemque acerrimum, a Marcomannis atque aliis finitimis populis adverſus Romanum Imperium excitatur, lueſque immaniter iterum ſævit. Quamobrem idem Marcus adverſus eos expeditionem inſtituens, hoc ipſo anno, qui eſt tertius ante ejus obitum, adverſus barbaros proficiſcitur, penes quos etiam (ut ſuo loco dicetur) defunctus eſt. Habet hæc omnia Julius Capitolinus (*e*), ut cum in primis ait: *Deinde ad conficiendum bellum converſus, in adminiſtratione ejus belli obiit, labentibus jam filii moribus ab inſtituto ſuo. Triennio poſtea cum Marcomannis, Hermunduris, Sarmatis, Quadis etiam egit. Et ſi uno anno ſuperfuiſſet, provincias ex his feciſſet.* Et de peſte hæc inferius, cum agit de Marci obitu, cum amicis flentibus hæc dixiſſet: *Quid me fletis, & non magis de peſtilentia & communi morte cogitatis.*

(*e*) *Jul. Capitolin. in Marco.*

LVI. Commodi vitæ inſtitutio.

Sic igitur innocentiam Chriſtianorum Deus his ſimul ultus eſt cladibus, bello, peſte, &, quæ deterior eſt exiſtimata & multorum malorum cauſa, ipſa filii Commodi, quem hactenus ſub philoſophis educaverat, teterrima morum corruptione; cujus rei moleſtia adeo afflictatum ferunt Marcum patrem, ut magno animi mœrore perculſus, tædioque victus, mortem ſpontaneam oppetierit ciborum inedia. Fertur (inquit Capitolinus) illum mori voluiſſe, cum filium talem videret futurum, qualis extitit poſt ejus mortem, nempe ſimilis Neroni, Caligulæ, atque Domitiano: de cujus vitæ inſtitutione hæc Lampridius (*f*): *Habuit Commodus litteratorem Græcum Oneſicritum, Latinum Capellam Antiſtium, orator ei Ateius Sanctus fuit. Sed tot diſciplinarum magiſtri nihil ei profuerunt; tantum valet aut ingenii vis, aut eorum qui in aula inſtitutores habentur; nam a prima ſtatim pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinoſus, oreque pollutus & conſtupratus fuit.* Hæc Lampridius; ut plane conſtet, hunc in Romanum Imperium diram facem progreſſum eſſe, in omneſque ſæviſſimum ultorem prodiiſſe; ſed tamen qui cum talis eſſet, nullum negotium faceſſeret Chriſtianis; ut plane luce clarius noſceretur, tale monſtrum ob vindictam Chriſtiani ſanguinis in Imperio coaluiſſe, & ab irato numine immiſſum eſſe. Sed de his opportunius ſuo loco.

(*f*) *Lamprid. in Commod.*

Chri-

JESU CHRISTI ANNUS 180.	ELEUTH. PAP. ANNUS 2.	M. AUR. IMP. ANNUS. 18.

I. Irenæus creatus Epiſcopus Lugdunenſis.

(a) Euſeb. l.5. c.6. (b) Hieron. de Script. Eccleſ. in Iren.

CHriſti anno centeſimo octogeſimo, Ruſo & Orphito Coſſ. cum S. Photinus Epiſcopus Lugdunenſis anno ſuperiori glorioſo martyrio jam nonagenarius ex hac vita migraſſet, in locum ejus ſubſtituitur Irenæus. Hæc Euſebius (*a*), atque S. Hieronymus (*b*); qui cum certum tempus, quo Irenæus Photino ſubrogatus fuerit, non definiant, haud longas interpoſitas eſſe moras ſignificant; tamen non continuo poſt Photini martyrium ſuffectus eidem fuiſſe videtur, qui adhuc presbyter ad Eleutherum Romanum Pontificem (ut vidimus) a martyribus eſt legatione perfunctus. At vero Eccleſia illa, perſecutione vehementer exagitata, haud valuit diutius carere, qui fracta conſolidaret, ac diſperſos congregaret, Epiſcopo. Auditor hic fuerat Polycarpi, ut ab eo ſcripta ad Florinum teſtatur epiſtola, cujus fragmentum ab Euſebio (*c*) recitatum, ſuperius poſuimus, cum de ipſo egimus Polycarpo; ab eo autem fuiſſe ex Aſia amandatum in Gallias, tradit Gregorius Turonenſis (*d*). At non Polycarpi modo, ſed & Papiæ Joannis diſcipuli fuiſſe auditorem, S. Hieronymus (*e*) ſcribens ad Theodorum teſtatur his verbis: *Refert Irenæus, vir Apoſtolicorum temporum, & Papiæ auditoris Evangeliſtæ Joannis diſcipulus, Eccleſiæ Lugdunenſis Epiſcopus quod Marcus quidam*, &c. ea etiam ex cauſa, quod auditorum Apoſtolorum auditor fuerit, Epiphanius (*f*) eum Apoſtolorum ſucceſſorem, priſcumque Theologum nominat.

(c) Euſeb. l.5. cap. 19. (d) Gregor. Turon. hiſtor. Fran. l.1. c.29. (e) Hieron. epiſt.29. (f) Epiph. hæreſi 24. 31.

II.

Hic igitur poſtquam Romam ad Eleutherum ſe contulit, quod vidiſſet ibi carioſum ſenem Valentinum hæreſiarcham, ſed in diſcipulis reviреſcentem (ad Eleutheri enim tempora in Urbe illum perſeveraſſe, affirmat Tertullianus *g*) & inter alios cum fœtus illius contemplatus eſſet Florinum & Blaſtum, olim Romanæ Eccleſiæ presbyteros, ſed ob impietatem ab eodem Pontifice gradu depoſitos, non recto incedentes pede, ſed in deterius raptim ad impietatem prolabentes; adverſus eoſdem Epiſtolas, ſeu potius commentarios ſcripſit. Elucubravit paulo poſt etiam illud adverſus Valentinianos eruditiſſimum ac plane celeberrimum, quod ſolum ex multis præ manibus habetur, opus. Eædem quippe ab eo editæ ſcriptiones, tempore Eleutheri eas fuiſſe elaboratas, aperte demonſtrant. Sed in primis quod pertinet ad Florinum & Blaſtum, hos Romæ obortos hæreticos eo tempore, quo Montanus pſeudopropheta in Phrygia cognitus eſt, Euſebius (*h*) teſtatur ſic dicens:

(g) Tertul. de præſcr. c.30. (h) Euſeb. l.5.cap 14.

III.

Nonnulli Romæ vigebant; quorum Florinus

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 931. Olymp. 239. an.2. A. C.178.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5671.

☉19. E. ☽ 8. P. 20. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 178. *ſecund. Baronium* 180.

ELEUTHERI PAPÆ 9.

MARCI AURELII IMP. 18. ET COMMODI IMP. 3.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Julianus Rufus, & Gavius Orfitus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag. 113.

II. *Bellum Germanicum, & nuptiæ Commodi cum Criſpina.* Baron. an. 179. n. LV.

Lampridius in Commodo cap. 12. de hoc Imperatore loquens ait: *Iterum profectus* (ſcilicet in Germaniam) *tertio Nonas Commodias* (nempe menſis Auguſti) *Orfito & Rufo conſulibus*, ideoque præſenti anno pax rupta, & bellum Germanis illatum. Baronius eam anno præcedenti fractam credidit, quod Capitolinus in Marco ſcribat: *Filio ſuo Brutii Præſentis filiam junxit, nuptiis celebratis exemplo privatorum; quare etiam Congiarium populo dedit. Deinde ad conficiendum bellum converſus, in adminiſtratione ejus belli obiit. Triennio bellum poſtea cum Marcomannis, Hermunduris, Sarmatis, Quadis etiam egit.* Quare cum M. Aurelius anno CLXXX. ſupremum diem obierit, illud triennium ab anno præcedenti inchoatum fuiſſe Baronius autumavit. Verum triennium illud utrimque incompletum intelligendum, & præſenti anno auſpicandum. Dio enim lib. 71. utrumque Imperatorem eam expeditionem ſuſcepiſſe tradit, poſtquam Commodus *Criſpinam* Brutii Præſentis filiam uxorem duxit. Illud autem matrimonium anno præcedenti peractum, quo Marcus Imperii Proconſularis ſeptima Quinquennalia dedit. Animadverti enim, Auguſtorum & Cæſarum nuptias annis hujuſmodi ſolenniis addictis de more celebratas eſſe. Quare cum hoc tantum anno Commodus in Germaniam profectus ſit, Marci profectio alio anno non contigit; cum Dio citatus dicat: *Poſtquam res Scythicæ præſentiam ejus iterum poſtulare viſæ ſunt, Criſpinam celerius quam vellet, ob hanc cauſam filio in matrimonium collocavit*, &c. *Quamobrem ipſi Imperatores neceſſario profecti ſunt*, menſe nempe Auguſto, ut dixi.

NOTÆ

[1] COſſ. *Julianus Rufus, & Gavius Orfitus.* Aliqua horum nomina in vetuſtis monumentis deſunt, ut & utriuſque prænomina. Fabrettus pag.213.

ORFITO. ET IULIANO. COS.

Lampridius in Commodo cap. XII. *Iterum profectus Nonas Commodias Orphito & Rufo Coſſ.* Ita vulgati Faſti præferunt.

Blaſtus & Florinus hæretici. *rinus presbyterii Eccleſiaſtici gradu abdicatus, & Blaſtus perſimili implicatus errore pariter cum illo principatum obtinuit. Iſti certe complures alios, quaſi ab Eccleſiæ complexu abſtrahentes, in ſuam pertraxere ſententiam: quorum uterque ſeparatim novam ſectam ad veritatem evertendam excogitare laboravit.* Hæc de origine malorum Florini & Blaſti Euſebius, qui poſt multa de flagranti Irenæi pro veritate ſtudio adverſus eos, hæc ait: (*a*) *Cum quidam rurſus ſanam & ſinceram Eccleſiæ conſuetudinem Romæ depravare ſtuderent, Irenæus varias contra eos compoſuit epiſtolas: unam ad Blaſtum quam inſcripſit de Schiſmate; alteram ad Florinum de Monarchia, ſive, quod Deus non ſit auctor & fabricator mali. Nam iſte Florinus contrariam illi ſententiam videbatur acriter propugnaſſe: cujus cauſa etiam (quandoquidem in errorem Valentinianorum lapſus erat) Irenæus librum de Ogdoade conſcripſit, in quo ſatis aperte declarat, ſe Apoſtolorum temporibus proxime ſucceſſiſſe.* Meminit & paulo poſt dictæ ejuſdem Irenæi ad Florinum epiſtolæ, ad memoriam revocans diſciplinam, qua a pueris ambo imbuti fuerant a Polycarpo, de qua ſuperius. Adjicit ad errorem Blaſti id etiam Tertullianus (*b*): *Eſt præterea his omnibus etiam Blaſtus accedens, qui latenter Judaiſmum vult introducere: Paſcha enim dicit non aliter cuſtodiendum eſſe, niſi ſecundum legem Moyſi quartadecima menſis. Quis autem neſciat quoniam Evangelica gratia evacuatur, ſi ad regem Chriſtum redigit?* At veniale id fuiſſet Blaſto, niſi ea de cauſa ſchiſma conflaſſet, & aliis enormioribus erroribus ſe pernicioſe addixiſſet; nam ejuſmodi ritus de celebrando Paſchate decimaquarta die, in compluribus ſanctis viris uſque ad Victorem Romanum Pontificem fuit æquanimiter toleratus.

(*a*) *Idem l.5. cap.19.*

(*b*) *Tertull. de præſcript. c.53.*

IV. Ceterum quod ad Florinum ſpectat; ſi qui dicti ſunt a Philaſtrio (*c*) Floriani, a Florino velimus eſſe denominatos, impuriſſimo Carpocrati inhæſiſſe, alterumque alteri ſuas communicaſſe ſordes oportuit; quandoquidem qui Floriani, iidem Carpocratiani etiam dicerentur. Sed cum de Florianis, ſic a Florino dictis, agit Auguſtinus (*d*), nihil de obſcœnitate Carpocratis illis adhæſiſſe commemorat, ſed tantum illud, quod Deus cauſa malorum eſſet. Verum Theodoretus (*e*) nonniſi Valentini ſectam impingit utriſque, cum ait: *Jam vero Florinus quoque & Blaſtus, qui in presbyterorum catalogum Romæ erant cooptati, in Valentini pernicioſam ſectam declinaverunt. Ferunt beatiſſimum Irenæum eorum morbum deplorantem, ſcripſiſſe adverſus Valentinum.* At cum (ut vidimus) Euſebius hos ſeparatim novam hæreſim excogitaſſe tradat, aliquid amplius Valentini hæreſi eos oportuit addidiſſe. Sic igitur, ex his quæ dicta ſunt ex diverſis auctoribus de Florino, & Blaſto loquentibus, ambos Valentinianos fuiſſe; ſed quod Deus malorum ſit cauſa, Florinum docuiſſe; Blaſtum vero de Paſchatis tempore judaizaſſe, ac ea de cauſa ſe ab Eccleſia ſegregaſſe patet: reliqua autem de utriſque remanſerunt obſcura. Verum ea ex parte, qua dictum eſt Valentinianos Carpocrati communicaſſe, & proinde Gnoſticos dictos eſſe, iidem earumdem turpitudinum participes forte dici poſſe videntur.

(*c*) *Philaſt. c.58.* Floriani Gnoſtici.

(*d*) *Aug. de hæreſ. cap.66.*

(*e*) *Theodor. hæret. fab. lib.1.*

V. Sed ut ad Irenæum revertamur; cum ad certam indubitatamque veritatem cognoſcendam, Valentinianos omnes & alios ſimul hæreticos provocat ad Apoſtolicas traditiones in Romana Eccleſia inviolabiliter cuſtoditas per ſucceſſores Romanos pontifices, numeranſque eos a Petro uſque ad Eleutherum (*f*); plane ſignificat (quod dictum eſt alias) ſe ſub eodem Pontifice illa ſcripſiſſe, nec niſi cum in Gallias reverſus eſt; nam in ejus operis præfatione hæc ait: *Non autem exquires a nobis, qui apud Celtas commoramur, & in barbarum ſermonem plerumque avocamur, orationis artem, quam non didicimus; neque vim conſcriptionis, quam non affectamus; neque ornamenta verborum, neque ſuadelam, quam neſcimus: ſed ſimpliciter & vere & idiotice ea, quæ tibi cum dilectione ſcripta ſunt, cum dilectione percipies.* Græce autem ipſum ſcripſiſſe, omnes conſentiunt.

(*f*) *Iren. lib.3. c.3.*

Irenæus quando ſcripſit.

VI. Sed ad hæc Eleutheri tempora perſeveraſſe Romæ una cum Valentino etiam Marcionem nunquam ſibi conſtantem, ſed ſæpe de errore exomologeſin facientem, iterumque corruentem, jam & ſuperius diximus ex Tertulliano, (*g*), qui ait: *Ubi tunc Marcion Ponticus nauclerus, Stoicæ ſtudioſus? ubi tunc Valentinus, Platonicæ ſectator? nam conſtat illos neque adeo olim fuiſſe Antonini fere principatu & in Catholicam primo doctrinam credidiſſe apud Eccleſiam Romanenſem; donec ſub Epiſcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam ſemper eorum curioſitatem, qua fratres quoque vitiabant, ſemel & iterum ejecti.* Hos quidem (quantum ex iis conjicere licet) quo facilius in rectæ fidei gregem poſſent irrumpere, ſæpius mutaſſe formam, apparet. Ceterum quod Marcion apud Ethnicos Stoicum philoſophum ageret, ejuſdemque ſcholæ, cujus & ipſe Marcus Imperator ſtudioſiſſimus erat, ſectatorum ſe eſſe profiteretur; & quod Valentinus ac ſui omnes ex dogmatis diſciplina negarent ſubeundum eſſe martyrium; inde factum eſt, ut exagitata ſæpius ejuſdem Marci tempore Eccleſia

(*g*) *Tertull. de præſcr. c. 30.*

Marcion & Valentinus Romæ adhuc verſati.

ſia Romana perſecutionum procellis, hi ſoli impietatis propagatores Romæ, in pace egerint, ibique diutius vixerint; ipſam tamen Romanam Eccleſiam nequicquam horum ſorde fœdatam, ſed clariori jubare veritatis, majorique ſplendore in tenebris effulſiſſe, Irenæus (de quo ſæpius diximus) pluribus egregie cum ad ejus ſinceritatem illos provocat, plane demonſtrat.

VII. Chariſmatum dona in Eccleſia Catholica.

Idem Irenæus præſentis quoque temporis Catholicæ Eccleſiæ, quibus ſemper abundare ſoleret, divina chariſmata recenſet (*a*), quæ & Euſebius (*b*) recitat in hæc verba: *Plurimum abeſt, ut hæretici poſſint mortuum ſuſcitare ſicut Dominus ipſe, ſicut ejus Apoſtoli prædicationis ſubſidio adjuti, ſicut alii e fratribus complures ſuſcitarunt: Sæpenumero autem, aliqua cauſa neceſſaria illud ipſum poſtulante, ſpiritus mortui (propterea quod tota Eccleſia illius loci, ubi hujuſmodi res gerebatur, cum jejunio & multa interceſſione Deum orabat) in corpus rediit, & hominis vita ſanctorum precibus donata eſt. Rurſus paululum in oratione progreſſus*, ſic ait: *Quod ſi Dominum non re vera quidem, ſed oculos hominum quaſi viſis præſtringendo, iſta edidiſſe dixerint illos ad Prophetarum libros deducemus, ex illiſque oſtendemus perſpicue omnia de illo ad eum modum prædicta eſſe, & vere poſt eveniſſe, & eum ſolum Filium Dei eſſe. Quapropter qui vere ſunt ejus diſcipuli, in nomine illius per gratiam ab illo acceptam ejuſmodi præſtant, quo reliquis hominibus gratificentur, ſicut quiſque eorum ab eo donum acceperit. Quidam enim dæmones ſic pro certo & vere ejiciunt, ut non raro hi, qui malis & nequam ſpiritibus purgati fuerint, tum fidem recipiant, tum in Eccleſia & fidelium hominum ſocietate conſtanter perſeverent. Nonnulli rerum futurarum præſcientia, divina viſione & prædictione prophetia imbuuntur.*

(*a*) Iren. lib. 2. cap. 56.
(*b*) Euſeb. lib. 5. cap. 7.

VIII. Gratia miraculorum in Eccleſia.

Alii eos qui gravibus morbis affligantur, per manuum impoſitionem curant, & ad priſtinam valetudinem reſtituunt. Jam vero (ut diximus) mortui ſuſcitati ſunt, & multos annos poſt apud nos commorati. Quid plura? Dona ſane ne dicendo quidem numerari poterunt, quæ Deus Eccleſiæ per univerſum mundum diffuſæ donavit, quibuſque illa in nomine Jeſu Chriſti ſub Pontio Pilato crucifixi in dies ſingulos multa miracula ad gentium utilitatem efficit, & neque quemquam dolo & fallaciis deludit, neque hæc agit pecuniæ cupiditate, aut quæſtu ducta. Alio loco idem auctor ſcribit: Multos fratres in Eccleſia ipſi audivimus, qui & dona prophetiæ habent, & variis linguis per Spiritus ſancti gratiam loquuntur, & occulta hominum in apertum proferunt ad aliorum commoditatem, & myſteria Dei perſpicue & evidenter aperiunt. Iſta de varietate donorum in eorum animis, qui eiſdem digni habebantur, ad tempora modo commonſtrata reſidentium hactenus diſſeruimus. Hæc apud Euſebium.

IX. De Divina Scriptura, & interpretibus.

Sed & de divinis Scripturis ejuſdem Irenæi auctoritate probatis, idem (*c*) Euſebius quæ de ea re ab eo ſcripta ſunt recitat, deque illarum interpretibus; qui hactenus extitiſſent, ejuſdem quoque verbis meminit, nempe de illis ſeptuagintaduobus divinæ Scripturæ interpretibus, qui primo divinam Scripturam tranſtulerunt in Græcum, deque Theodotione Epheſio, & Aquila Pontico, quos ut Chriſti divinitatem imminuentes Ebionæi hæretici, qui Chriſti divinitatem negarent, ſecuti eſſent. At nos de interpretibus Scripturæ divinæ opportunius agemus inferius.

(*c*) Euſeb. lib. 5. cap. 8.

X. De Divina Scriptura per Eſdram reſtituta.

Verum illud hic diſſimulare non poſſumus, quod idem S. Irenæus (*d*) de reſtitutione librorum facta per Eſdram tradit his verbis, quæ idem quoque Euſebius (*e*) ſic recitat: *Nec mirum ſane eſt, Deum iſtud feciſſe*, de ſeptuagintaduobus interpretibus ſcilicet: *qui etiam cum Scripturæ, dum populi Iſraelitici captivi ſub Nabuchodonoſor tenebantur, penitus interiiſſent, & Judæi poſt annos ſeptuaginta rediiſſent: deinceps temporibus Artaxerſis Eſdram ſacerdotem ex tribu Levi, divino Spiritus ſui afflatu incitavit, ut cum libros omnium Prophetarum, qui antegreſſi fuiſſent, de integro conſcriberet, tum legem a Moyſe promulgatam populo de integro reſtitueret.* Hæc Irenæus ſecundum Euſebii lectionem; licet in ea, quæ communi uſu habetur præ manibus, ea verba adjiciantur: *Prophetarum omnium rememorare ſermones*: præteriiſſe ea verba in textu poſita ipſe videtur Euſebius; nam in Chronico, Olympiade octogeſima, anno ſecundo, ait de Eſdra poſt alia: *Affirmaturque divinas Scripturas memoriter condidiſſe &, ut Samaritanis non miſcerentur, litteras Judaicas commutaſſe*: cujus ſententia pari quadam conſenſione a pluribus æque accepta videtur.

(*d*) Iren. lib. 3. cap. 25.
(*e*) Euſeb. lib. 5. cap. 8.

XI. At quoniam res ejuſmodi eſt, quam (licet non horum temporum res geſta ſit) ad Eccleſiaſticam tamen hiſtoriam magnopere pertinere, omnes facile judicabunt; hanc elucidare operæ pretium ducimus. Tertullianus (*f*) itidem, qui his ipſis cum Irenæo temporibus vivebat, hæc de Eſdra in eamdem ſententiam: *Hieroſolymis Babylonia expugnatione deletis, omne inſtrumentum Judaicæ litteraturæ per Eſdram conſtat reſtauratum*: ſed & Clemens Alexandrinus (*g*) id ipſum affirmat, cum ait: *Eſdras Levites, qui factus fuerat ſacerdos prophetavit, omnes veteres rurſus Scripturas renovans.* Sed & citatur epiſtola

(*f*) Tertullian. de habitu mulieb. c. 3.
(*g*) Clem. Alex. Strom. lib. 1.

ſtola S. Baſilii ad Chilonem, in qua hæc habentur deſcripta: *Hic campus in quo ſeceſſu facto Eſdras omnes divinos libros ex mandato Dei eructavit*. Id ferme Theodoretus in præfatione ſuper Pſalmos, & alii. Sane quidem & S. Hieronymus in Elvidium agens nominat Eſdram reſtauratorem Pentatheuchi. Ex his igitur quam amplisſimorum virorum, atque aliorum recentiorum additis teſtimoniis, ea opinio penes complures invaluiſſe videtur, ut, cum captivitatis Babylonicæ tempore incenſum eſt templum, civitas diruta, & populus ductus in captivitatem, divinæ quoque Scripturæ libri exuſti perierint, ſed in reſtitutione urbis & templi omnes fuerint per Eſdram reſtituti; nimirum divini afflatu Spiritus abſque aliquo exemplari, ut prius erant, ex integro eos fuiſſe dictatos; quorum ſententia dici oportet, divinam illam a Moyſe & Prophetis legem Scripturamque traditam penitus excidiſſe, ſed Eſdra auctore iterum fuiſſe ſcriptam.

XII. Sed unde hæc ſententia dimanarit, prima fontis origo eſt demonſtranda. Certe quidem apud libros Eſdræ ab Eccleſia receptos nihil tale eſt invenire; immo extitiſſe tunc legis libros, ea Scribarum rogatio monſtrat, quæ ait (*a*): *Dixerunt Eſdræ Scribæ, ut afferret librum legis Moyſi, quem præceperat Dominus Iſraeli. Attulit ergo Eſdras ſacerdos legem coram multitudine virorum, ac mulierum cunctiſque qui poterant intelligere, in die prima menſis ſeptimi, & legit in eo aperte, &c.* Sic ergo ex ſcripto libro legiſſe Eſdras dicitur, non numen dictaſſe legem. nec aliter habet, qui Judaicas antiquitates accuratius eſt proſecutus, Joſephus, cujus hæc ſunt verba (*b*): *Rogaverunt Eſdram, ut eis legem Moyſi legeret? quod & fecit, ſtans in medio multitudinis a mane uſque ad meridiem. Ex qua lectione non ſolum in præſens & futurum diſcebant quid eſſet juſtum, ſed etiam præteritorum memoriam retractantes lacrymabantur.* Hæc Joſephus; quibus plane non memoriter ab eo recitatam, ſed ex ſcripto lectam fuiſſe legem apparet. Denique nullus penitus antiquorum Hebræorum reperitur, qui libros divinos penitus periiſſe, & per Eſdram divinitus renovatos tradiderit. In apocrypho tantum, ab Eccleſia penitus improbato atque rejecto quarto libro (*c*) Eſdræ leguntur fuſius ſcripta, quæ de lege recens ab Eſdra abſque aliquo exemplari divinitus dictata feruntur. Porro librum illum manifeſtos errores, qui repugnent Catholicæ veritati, continere, certum eſt. Sixtus (*d*) & alii collegerunt eos; ad quos lectorem amandamus.

(*a*) 1. Eſdr. 8.

Error de reſtitutione facta per Eſdram.

(*b*) Joſeph. antiq. lib. 11. c. 5.

(*c*) 4. Eſdr. 14.

(*d*) Sixt. Senenſ. Biblioth. lib. 1.

XIII. Nec rurſum quod ajunt, Eſdram litteras Hebraicas commutaſſe, ac proinde non eo charactere, quo olim exarata eſt lex, poſt Eſdram haberi conſcriptam, probatur antiquorum Hebræorum auctoritate. Quod ſi aliqua ab eo facta eſt commutatio litterarum, de quinque finalibus tantum contigiſſe potuit: nam Philo (*e*) Judæus & Judæorum diſertiſſimus, illa ipſa lingua ac charactere, quo antiquitus ſcripta lex eſt, ſic permanſiſſe ſemper abſque aliqua mutatione uſque ad tempora Ptolemæi Philadelphi, qui eam per Hebræos in Græcum transferri curavit, aperte teſtatur; qui tamen cum dicat Chaldaica lingua legem fuiſſe conſcriptam, Hebraicam proculdubio linguam intelligit, quod Abraham Chaldæus fuerit, & Chaldaica illorum temporum lingua eadem eſſet cum Hebraica; quod & de eo teſtatur S. Hieronymus, cum ait (*f*): *Philo arbitratur linguam Hebræorum ipſam eſſe Chaldaicam, quia Abraham de Chaldæis fuit:* cæterum in confeſſo eſt apud omnes, legem Hebraice fuiſſe conſcriptam, & ex Hebraico idiomate a Septuaginta interpretibus Græco ſermone donatam; id Joſepho, id etiam reliquis tam Judæis, quam Græcis, atque Latinis teſtantibus.

(*e*) Philo in Vita Moyſi.

(*f*) Hieron. in comment. in Daniel. cap. 1.

Sed mea quidem ſententia, inde horum omnium dubitationum cauſa atque origo manaſſe videtur, quod apud eos opinio illa invaluiſſet, una ſimul cum urbis excidio, ac templi combuſtione, ſic divinos quoque libros incenſos eſſe, ut nullum illorum exemplar reliquum fuerit; quo certe nihil mendacius dici poſſe videtur. In primis enim ſi exemplo agenda res eſt, cum ſub Antiocho, ac demum ſub Veſpaſiano eamdem cladem, immo longe majorem, Judæi ſint experti: num quia incenſi ſunt libri eorum, vel in manus Gentilium devenerunt, fuerunt illi ab aliquo novo Eſdra dictante, miraculo iterum edito, reſtituti? an non potius quod innumera ſuppeterent eorumdem exemplaria fideliſſime ſcripta? Sed agedum, hæc ut certiora reddantur, ad veterem & inolitam Hebræorum conſuetudinem eos, qui de his dubitant, provocemus. XIV.

Confutatur de reſtitutione Scripturæ divinæ opinio.

Cum templum nonniſi unum, in quod omnes undique convenirent, apud Judæos eſſe poſſet, in quo ſacrificia offerrentur; proviſum eſt tamen, ut religioni eorum alia quoque via conſultum eſſet: nimirum ut in civitatibus, oppidis, ac etiam vicis ſynagogas, domus ipſas publicas habere poſſent, in quibus ſimul tum precationis cauſa, tum etiam gratia divinæ ſcripturæ, quæ quolibet ſabbato legebatur, frequentes agerentur conventus: quod non ſolum Judæorum innumeris teſtibus exploratum habetur, ſed etiam pluribus tum ſacri Evangelii, tum Actuum Apoſtolorum teſtimoniis confirmatum redditur: & ut res exemplo clarior fiat, hæc apud Lucam (*g*) de Domino: *Venit Nazareth,* XV.

Divina Scriptura numquam perdita.

(*g*) Luc. 4.

zareth, ubi erat enutritus, & intravit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbati in ſynagogam, & ſurrexit legere, & traditus eſt ei liber Iſaiæ Prophetæ, &c. Si in Nazareth exigui oppiduli ſynagoga erant ſacri libri ad legendum, quid de aliis amplioribus locis dicendum? Per omne quidem ſabbatum legi ſolitas divinas Scripturas tum legis, tum Prophetarum, idem Lucas teſtatur in Actis, ſic dicens (*a*) de Paulo & Barnaba: *Cum veniſſent Antiochiam Piſidiæ, ingreſſi in ſynagogam, poſt lectionem legis & Prophetarum &c.* At ne quis putet recentem fuiſſe ejuſmodi apud Judæos inſtitutionem, audiat quid pro concione in Concilio Hieroſolymitano Jacobus frater Domini locutus ſit, dicens (*b*): *Moyſes enim a temporibus antiquis habet in ſingulis civitatibus, qui eum prædicent in ſynagogis, ubi per omne ſabbatum legitur.* Joſephus (*c*) quoque Judæus id ipſum confirmat, cum ait: *In hac populatione miles quidam libros Moſaicos in quodam vico inventos protulit, eoſque laceravit in conſpectu omnium:* & cum agit de Judæis Ceſareæ habitantibus (*d*): *Judæi*, inquit, *libros legis rapientes, ſeceſſerunt in Narbata.* Sed in re adeo aperta otioſum nimis eſt diutius immorari.

(*a*) *Act.* 13.
(*b*) *Act.* 15.
(*c*) *Joſeph. antiq. lib.* 20. *c.* 4.
(*d*) *Idem de bello Jud. lib.* 2. *c.* 12.

XVI. Innumera exemplaria ſcripturæ divinæ.

Ex his igitur neceſſaria conſecutione deducitur penes Judæos tot ſaltem fuiſſe ſacrorum voluminum exemplaria, quot apud eos fuerunt ſynagogæ inſtitutæ. Quibus ſic ſe habentibus, etſi non tantum quæ erant in templo, vel in aliis ſynagogis Hieroſolymis conſiſtentibus ſacra legis volumina incenſa fuerint; ſed & quæ in tota Palæſtina, pariter combuſta, vel alio caſu perierint; certe quod Judæorum populus nequaquam ejus provinciæ limitibus contineretur, ſed ubique terrarum (ut auctor eſt Philo *e*) dilatatæ eſſent ipſorum coloniæ, haud poſſibile fuit omnia quæ reperiebantur tunc temporis ſacra volumina excidiſſe; cum alioqui conſtet divinæ Scripturæ (*f*) auctoritate, non omnes Judæos ductos fuiſſe in captivitatem, ſed conſentiente Rege Babylonis, plurimos in Judæa remanſiſſe, qui & tranſmigrarunt in Ægyptum: & quamvis alia denuo preſſura fuerint exagitati; Judæam tamen abſque Judæis, durante ea captivitate, fuiſſe, dici non poteſt, cum inter eos Propheta fuerit Habacuc, qui (*g*) in ſublime raptus tulit prandium Danieli. Certe quidem non invidiſſe Babylonios Judæis legem ipſorum, quam ſuos in Samariam miſſos didiciſſe voluerunt (*h*), intelligi poteſt.

(*e*) *Philo de leg. ad Caium.*
(*f*) 4. *Reg.* 25.
(*g*) *Daniel.* 14.
(*h*) *Reg.* 17. 18.

XVII. Si igitur ſacra volumina nequaquam ubique locorum ea clade periiſſe potuerunt, quænam, obſecro, cauſa reddi poteſt, ut oportuerit divino miraculo divinam legem, libroſque omnes ſacros ab Eſdra dictari, atque eo modo edi denuo? Rurſus ſi tot ubique locorum extabant vetera exemplaria, quomodo verum eſſe poteſt, alio charactere Eſdram curaſſe ſacra volumina ſcribi, cum nonniſi unius characteris eſſe omnes vetuſtiſſimi codices reperiantur, nempe Hebraico antiquo charactere conſcripti? Ex his itaque mendacii quoque redarguitur quod ab aliis ferri Athanaſius in Synopſi tradit his verbis: *Narratur quoque hoc de Eſdra, quod cum libri quinque per incuriam populi ac diuturna captivitate periiſſent, ipſe illos, cum eſſet honeſti ſtudioſus, induſtrius, & lector, apud ſe omnes cuſtodierit, ac tandem protulerit, omnibuſque tradiderit, atque ita ſervaverit.* Hæc licet veritati proxime accedant; tamen non unum tantum apud Eſdram remanſiſſe divinæ Scripturæ exemplar, dicendum eſt, cum plura fuerit in aliis ſaltem regionibus ejuſdem exemplaria reperiri.

Una eademque eodem etiam charactere divina Scriptura edita.

XVIII. Eſdræ munus.

Sed quod ad Eſdræ officium ſpectat, egregiam ſane ab ipſo navatam eſſe operam, non dubitamus; nempe ut ſacros codices, quam diligentiſſime recognoſceret, &, ſi quod mendum irrepſiſſet, ex aliorum exemplarium collatione corrigeret, emendatoſque (ut dictum eſt) populo legeret. Conſtat etiam divinarum Scripturarum auctoritate, ab Eſdra Nehemia egregiam illam operam eſſe navatam, ut collectis hinc inde divinis libris, & aliis ad rem ſacram ſpectantibus, bibliothecam nobilem conſtituerit. In libris enim Macchabæorum (*i*) hæc leguntur: *Inferebantur autem in deſcriptionibus & commentariis Nehemiæ hæc eadem, & qualiter conſtruens bibliothecam, congregavit de regionibus libros & Prophetarum, & David, & epiſtolas Regum, & de donariis.* Secundum hæc etiam affirmaſſe videmus S. Hilarium in præfatione in Pſalmos, cum ait Eſdram omnes Pſalmos, perquiſiſſe, & ex eis librum unum collegiſſe. Nec aliud ſignificare voluit S. Joannes Chryſoſtomus (*k*), dum tradit ipſum ex reliquiis ſcripturarum Divinam Scripturam compoſuiſſe: ſic & Theodoretus (*l*), pariter affirmans, Scripturam depravatam tempore captivitatis, ab Eſdra reſtitutam. In hanc quoque ſententiam Patres, qui de reſtitutione facta per Eſdram ſermonem habuerunt, intelligendos exiſtimamus; niſi qui eidem apocrypho aliquam fidem, quam nullam meretur, adhibendam eſſe putarunt. At de his, quæ obiter occaſione elucidationis ſententiæ Irenæi, a nonnullis in magnam fidem acceptæ, ſunt dicta, jam ſatis. Cetera de eodem Irenæo ſuo loco inferius.

(*i*) 2. *Mach.* 2.
(*k*) *Chryſoſt. hom.* 8. *in epiſtol. ad Hebr.*
(*l*) *Theodoretus præfat. in Pſal.*

JESU CHRISTI ANNUS 181.	ELEUTERI PAP. ANNUS 3.	M. AUR. IMP. ANNUS 19.

I. Julianus Epiſcopus Alexandrinus.

CEnteſimo octogeſimo primo anno, Lucius Aurelius Commodus ſecundum Conſul renuntiatus, collegam habuit Candidum Verum: quo anno (ut habet Euſebii Chronicon) poſt Agrippinum, qui ſedit annos tredecim, ſubrogatus eſt in ſedem Alexandrinam Julianus, ſub quo Alexandriæ templum Serapidis conflagravit: quod accidiſſe anno ſecundo ejus ſedis, idem auctor affirmat. Hic (ultimis nimirum Marci temporibus) prætermiſiſſe nolumus, quæ ſub ejus Imperio a Nicephoro contigiſſe narratur hiſtoria. At quoniam in ea mentio habetur de Dionyſio Alexandrino Epiſcopo, loco ejus reſtituendum putamus Dionyſium Corinthiorum, qui his ipſis (ut vidimus) temporibus claruit: ille autem Alexandrinus longe poſtea. Utcumque ſe res habuerit, fides ſit apud auctorem, qui ait (a):

(a) *Niceph. l.3. c.36.*

II. Judæus fide convaluit.

*Adhuc autem Marco Aurelio Antonino Imperium adminiſtrante, quod tunc accidit non prætermittendum eſt ſilentio. Judæus enim quidam in ſolis aridiſque locis iter faciens, communiter cum viatoribus Chriſtianis Pſalmos canebat. Cum vero morbo repentino ita affligeretur, ut crederetur moriturus, atque ibi in locis illis permanſurus eſſe; magna contentione viatoribus ſuis obſecrando inſtitit, ne eum ita præſidio omni deſtitutum relinquerent, ſed ut divini lavacri participem facerent ac deinde abirent. Ut autem illi, neque qui præſtare hoc poſſet (ſacerdote enim opus erat) neque aquæ copiam adeſſe, quæ in baptiſmo perficiendo, ex conſuetudine antiqua & lege certa & inviolata, requireretur, cauſati ſunt; & propterea in tanta rerum penuria petitioni ejus non annuerunt. Judæus porro in ſententia ſua permanſit, & jurejurando eos, ut ſibi ſatisfacerent, adegit. Illi itaque detractis homini veſtibus, arena quæ ibi erat, pro aqua uſi, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, tertium arena in eum conjecta, baptizarunt. Per hanc tam inſolitam & admirandam ſacroſanctam myſteriorum initiationem, imbecillitate omni tamquam vinculo quodam is ſolutus, longe melius quam illi, validius jam prorſus iter fecit. Poſtquam autem domum ſunt reverſi, rem illam ad Dionyſium * Corinthio-*

* *al. Alexandrinum*

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 932. Olymp. 239. an.3. A. C.179.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5672.

☉ 20. D. ☽ 9. P.12. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 179. *ſecund. Baronium* 181.

ELEUTHERI PAPÆ 10.

MARCI AURELII IMP. 19. ET COMMODI IMP. 4.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. L. *Aurelius Commodus Aug. II. & T. Annius Aurelius Verus II.* ut ex duabus vetuſtis Inſcriptionibus oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari. Commodi Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam: Quindecennalia enim Imperii Cæſarei celebravit. Ad ea referendus Commodi Nummus a Mediobarbo recitatus, in cujus poſtica legitur: LIBERALITAS AUG. TR. P.V. COS.II. P. P. S. C. Viſitur Imperator ſedens in ſubſtructione cum alia figura ſtante, Congiarium diſtribui jubens. Congiarium autem in hujuſmodi feſtivitatibus de more diſtributum.

Quindecennalia Imperii Cæſarei Commodi.

Hoc anno *Paternus* Marci Aurelii Legatus adverſus Barbaros miſſus eſt. *Reſtitere Barbari totam diem, tandem vero omnes a Romanis cæſi ſunt. Marcus decimum Imperator dictus eſt*, inquit Dio lib.71. Hinc in Nummis notatis Tribunitia Poteſtate XXXIII. hoc anno aſſumta dicitur IMP. VIIII. vel IMP. X. & Commodus ejus filius, qui antea dicebatur TR. P.IIII. IMP.III. dicitur TR.P.V. IMP. IIII. ut videre eſt apud Mediobarbum.

II. *Barbari victi.*

NOTÆ [1] C*oſſ. L. Aurelius Commodus Aug.*II. *& T. Annius Aurelius Verus II.* Gruterus pag. LXV. 9.

NON. IANUAR
IMP. COMMODO. II.
T. ANNIO. VERO. II. COS.

Pag. LXXVII. 3.

DEDICATUM. IV. IDUS. AUG.
IMP. COMMODO. II.
ET. AURELIO. VERO. II. COS.

Fabrettus pag.213.

COMMODO. II. COS.

Commodi nummus in Muſeo Theupolo pag.546. cum TRIB. POT. V. COS. II. Deſignat conſulatum ſecundum jam geſtum; nam cuſus eſt A. D. 180. quum *Commodus* Trib. pot. V. iniiſſet. Vulgati Faſti: *Commodo II. & Vero II.*

Aliqui putant, ſuffectos fuiſſe hoc anno *ex Kal. Jul. P. Helvium Pertinacem, & M. Didium Severum Julianum*; quod Capitolinus in Pertinace cap.II. ſcribat: *ex quo eminente induſtria, ſtudio Marci Imperatoris conſul* (Pertinax) *eſt deſignatus*. Et Spartianus in Didio Juliano cap. II. *Fuit conſul cum Pertinace*.

thiorum Epiſcopum retulerunt. Ille vero admiratione ſtupens, Eccleſiam de ea re conſuluit. Cui viſum eſt, aqua inſuper ad eum modum initiatum, juxta Eccleſiæ traditionem, abluendum eſſe; & ita, quod ſacramento ei deeſſet, ſarciretur. Hucuſque Nicephorus: qui dum ait Judæum cum Chriſtianis Pſalmos una cantaſſe, eum fuiſſe catechumenum demonſtrat; nam aliter nequaquam a Chriſtianis ad illud pietatis munus admiſſus fuiſſet. Cæterum nec ex Eccleſiaſticæ legis præſcripto, illum, etiam neceſſitatis tempore, ab aliis quam a ſacerdotibus non potuiſſe baptizari, dicere potuerunt: ſed rudi quadam ſimplicitate, & rerum Eccleſiaſticarum ignoratione.

JESU CHRISTI ANNUS 182. | ELEUTHERI PAP. ANNUS 4. | COMMODI IMP. ANNUS 1.

I. M. Aurelii Imp. obitus.

ADveniente autem anno Domini centeſimo octogeſimo ſecundo, Brutio præſente ſecundum & Quintilio Gordiano Coſſ. ☞ die decima ſeptima menſis Martii ☜ Marcus Aurelius Antoninus Imperator, cum in expeditione Marcomannica ageret in Pannonia, morbo affectus, abſtinentia cibi mortem voluntariam oppetiit: cum jam (ut habet Theophilus Antiochenus, qui tum vivebat) imperaſſet annos decem & novem, & dies decem. At quod tempus ab origine mundi idem ibi numerat annos quinquies mille ſexcentos nonagintaquinque; diverſam eſſe de his aliorum ſententiam, alibi dictum eſt. In hanc uſque diem perſeveraſſe Chriſtianorum perſecutionem, idem auctor in fine ejus a ſe ſcripti commentarii tradit. Obiiſſe autem Marcum Imperatorem annos natum quinquagintanovem minus diebus novem, ex Julio Capitolino colligitur, qui eum ortum dicit Vero & Augure Coſſ. ſexto Kalendas Majas, fuit is annus Domini (ut poſitum eſt) centeſimus vigeſimustertius. Cum die ſequenti ab obitu Marci decima octava menſis Martii Commodus, qui cum patre in caſtris agebat, hereditarium Imperium adiit, annos (a) natus decem & novem minus menſibus tribus & diebus tredecim: ☞ qui mox bellum prope confectum remittens, Romam ſe contulit ☜, ubi *pauculis annis* (ut eſt apud Herodianum b) *nihil non honoris paternis amicis exhibebat, omnibuſque eos in negotiis in conſilio habebat*.

(a) Lamprid. in Commodo.

(b) Herodian. lib. 1.

II. Commodus Imp. moribus corruptus.

At quomodo poſtea, in imum omnium ſcelerum penitus prolapſus, factus ſit omnium crudeliſſimus atque turpiſſimus; adeo ut omnes, qui ex vitiis ante eum inſignis infamiæ nomine notati eſſent, nempe Domitianum, Caium, atque Nero-

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5673.

SÆC. II. Anno Urbis 933. Olymp. 239. an. 4. A. C. 180.

☉ 21. CB. ☽ 10. P. 3. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 180. *ſecund. Baronium* 182.

ELEUTHERI PAPÆ 11.

COMMODI IMP. 5. ET 1.

I. *Conſules*.

[1] AD num. I. Coſſ. *L. Fulvius Bruttius Præſens II. & Sex. Quintilius Condianus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag. 115. Erat Bruttius Præſens pater Criſpinæ uxoris Commodi, ob idque altero Conſulatu hoc anno a M. Aurelio decoratus.

II.

M. Aurelius XVI. Kalend. April. ut Tertullianus & Dio teſtantur, die nempe decima ſeptima Martii, e vivis exceſſit. Addit Dio, eum imperaſſe annos XIX. dies XI. qui cum Tribunitiam Pot. XXXIV. inierit, ut ex Nummis apud Mediobarbum liquet, ea anno Chriſti CXLVII. & quidem ante diem decimum ſeptimum Martii, donatum fuiſſe manifeſte apparet. Natus erat VI. Kalend. Maii anni Chriſti CXXI. ut ex Capitolino in ejus Vita colligitur; quem diem etiam exhibet Calendarium Lambecianum. Quare vixit annos LVIII. menſes X. dies XXII. ut Dio notavit.

Obitus M. Aurelii.

III. *M. Aurelii filii maſculi*.

Marcus Aurelius, poſtquam ſolus imperavit, tres e Fauſtina juniori ſuſcepit maſculos, Commodum, qui ei in Imperio ſucceſſit, Antoninum quadrimeſtrem demortuum, & Annium Verum ſeptimo ætatis anno extinctum, de quibus ſuis locis actum. Verum ex veteri Collectione Inſcriptionum Romanarum a Mabillonio V. C. tom. IV. veterum Analectorum evulgata diſcimus, Mar-

NOTÆ

[1] C*Oſſ. L. Fulvius Bruttius Præſens II. & Sex. Quintilius Condianus*. Horum in vetuſtis lapidibus nomina & prænomina adhuc latent, præterquam in Gudiana inſcriptione apud Relandum, vitioſe meo judicio exſcripta; nam habet:

KAL. SEPT.
L. APRIO. PRISCO. PRAESENTE
ET. M. GORDIANO. COS.

Lampridius in Commodo cap. XII. *Datus in perpetuum ab exercitu & Senatu in domo Palatina Commodiana conſervandus XI. Kal. Romanas, Præſente iterum cos.* Faſti Vulgati: *Præſente & Condiano*.

Hoc anno *Commodus* poſt mortem patris, prænomen *Lucii* in *Marcum* commutavit. Noriſius in Epochis Syro-Maced. Diſſert. III. cap. IX. pag. 257. primæ editionis.

ronem, facile antecelleret; tum Dio, tum etiam Herodianus, ſed & Lampridius in primis deſcripſit. At quod non ſit noſtri inſtituti, omnia ab Imperatoribus geſta proſequi, quodque animus horreat ſingula ejus monſtruoſiſſima facinora recenſere, libentius abſtinemus. Satis ſit aliqua ex his, quæ Marius Maximus, nobiliſſimus & antiquus hiſtoricus (*a*), de acclamationibus in eum non a plebe tumultuante, ſed a Senatu poſt obitum factis, ſcripſit, accepta reddere: *Acclamatum ait, Patriæ hoſtem, parricidam, occiſorem Senatus, carnificem ejuſdem, civium necatorem, impurum gladiatorem, ſæviorem Domitiano, Nerone impuriorem.* Eademque ſæpius repetita, aliaque complura addita, quæ lector pervidere poterit; ut nec illis ſatis quidem quibuſcumque enormitatis vocibus, omnis, ejus cum turpitudine juncta ſævitia, aliiſque omnis generis ſceleribus vita ducta, iiſdemque omnibus ſæpius iteratis, exprimi facile potuiſſet; quæ a nobis hoc ipſo Imperii ejus exordio non inconſulte ponuntur, ſed hac potiſſimum ratione.

(*a*) *Apud Lamprid. in Commodo.*

III. Commodus ultor ſanguinis Chriſtiani.

Quis enim non videt (quod ſuperius diximus) ulciſcente numine, talem facem in Urbem illatam, & gladium in cives fuiſſe paratum? ut qui olim in Chriſtianos, toto pene Marci Imperio, deſævierant, quique eos calumniis fuerant inſectati; ipſiuſque Urbis Senatores præfecturas tunc provinciarum gerentes, de iiſdem Chriſtianis peſſime meriti, eoſdem per calumniam delatos carceribus mancipantes, ſæviſſime cruciantes, & crudeli morte tandem afficientes; omnes æque Chriſtiani ſanguinis Commodum experirentur ultorem. Et ut appareat, hæc nonniſi divino conſilio facta; ut olim accidit in Ægypto (*b*), dum clades illæ divinitus immiſſæ Ægyptios tantum afficerent, nec filiis Iſrael moleſtiæ quidquam inferrent; ita pariter cum Gentiles tot Commodianis eſſent exagitati moleſtiis, ac diris noviſque ſemper caſibus afflictati, Chriſti tamen Eccleſia pace ubique tranquilliſſima fruebatur; vixque ſit aliquem reperire, cui religionis cauſa negotium exhibitum ſit? niſi fortaſſe, inſcio Principe, ex Senatus vel Magiſtratus ſententia quiſpiam juſſus ſit duci.

(*b*) *Exod. 9.*

IV. Eluſa Prophetia Montani.

Dixerim plane alia quoque ex cauſa manifeſtum reddi ea in re divinum conſilium, nimirum ad mendacii arguendam Montani pſeudoprophetiam, quæ univerſum pene Chriſtianum invaſerat orbem; multo plures in errorem impulſura, ſi, quæ prædicta ab eo erant, contrario eventu non fuiſſent eluſa. Doloſa quidem ille arte, quod mala facilius evenire contingat, quam proſpera; quodque conjectura fortaſſe (ut accidit Gregorio Nazianzeno (*c*) de Juliano Apoſtata Athenis agente, ex naturalibus ſignis vera prædicere) Commodi potuiſſet præſagire ſævitiam; bella ſeditiones, ac immanem proxime in Chriſtianos perſecutionem fore excitandam ille fuerat auguratus. Sed inſanam ipſius ac ſuorum mentem plane patefecit eventus; nam Romanum Imperium a bello quievit (levioribus quibuſdam Britannorum velitationibus exceptis) nullum a Commodo eſt faceſſitum negotium Chriſtianis; ut propemodum miraculo adſcribendum fuerit, quod ſub turpiſſimo, imma-

(*c*) *Gregor. Nazian. in laud. Baſil.*

PAGIUS

Marcum, dum tantum Cæſar eſſet, duos alios filios genuiſſe, quorum nulla ab Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptoribus mentio, quia, ut videtur, antequam is imperaret, mortem obiere, eamque ob rem ab iiſdem prætermiſſi. In ea Collectione hæ duæ Inſcriptiones recitantur: *T. Aurelius Antoninus M. Aurelii Cæſaris filius, Imp. Antonini Auguſti Pii, P. P. nepos.* Altera: *T. Ælius Aurelius, M. Aurelii Cæſaris & Fauſtinæ Aug. filius, Imp. Antonini Aug. Pii nepos.* In quibus Inſcriptionibus Antoninus non dicitur *Divus*, neque Marcus Aurelius *Auguſtus*, ideoque ante Antonini mortem dedicatæ, ut recte cenſuit Mabillonius. Bellorius, V.C. in Diſſert. de Nummo Commodi & Annii Veri Cæſarum, qui in una parte habet: COMMODUS CAES. ANTONINI AUG. FIL. in altera: ANNIUS. VERUS. CAES. ANTONINI AUG. FIL. hos duos Cæſares cum duobus Antonini Pii filiis, ſuo loco a nobis memoratis, confundit; cum tamen Antonini Pii filii nunquam dignitate Cæſarea exornati fuerint, & diverſa prænomina geſſerint. Quare Marcus Galerius Antonini filius idem non eſt cum Annio Vero Cæſare, quod tamen Bellorius colligi putat ex Annii nomine, quod legitur in Græco Nummo, qui in antica exhibet ſenioris Fauſtinæ caput velatum, in poſtica Annii vultum cum prænomine Marci, & nominibus Annii Galerii Antonini. Nam Annius Verus Cæſar appellatus Annius fuit, quia avus ejus paternus erat Annius Verus, quo etiam nomine proavus ejus vocatus, ut videre eſt apud Capitolinum in Marco cap. 1.

IV. M. Aurelii filiæ.

Herodianus lib. 1. cap. 2. ſcribit, Imperatorem Marcum *filias* ſuſcepiſſe *complures*, & *optimis ex ordine Senatorio viris* collocaſſe. Major nata Lucilla, ut eam is Auctor appellat, quæ Lucio Vero Imperatori nupſit. Altera *Fadilla*, quam Herodianus lib. 1. cap. 16. maximam natu ſororem Commodi Auguſti etiam nominat, poſtquam nempe is Lucillam occidiſſet; tertia Domitia Fauſtina, ex Epigraphe, quæ in præfata Collectione legitur, nota: *Domitia Fauſtina M. Aurelii Cæſaris filia, Imp. Antonini Auguſti Pii P. P. neptis.* Fauſtina a matre, Domitia ab avia materna appellata; Capitolinus enim in Marco cap. 1. ait, Marci matrem, fuiſſe Domitiam Calvillam. Cum autem Domitia Fauſtina in ea Inſcriptione dicatur Cæſaris filia, nata erat antequam pater Auguſteam dignitatem conſequeretur. Herodianus lib. 4. cap. 6. poſtquam narravit, Caracallam interfeciſſe Getam fratrem, quod anno CCXII. factum, ait, eum & Commodi ſororem jam *anum*, atque ab omnibus Imperatoribus magno in honore habitam, morte affeciſſe. Hæc una ex alteruiris, antequam Marcus imperaret, ut videtur, nata. Habuit & alias duas filias Marcus, Sabinam ſcilicet, cujus mentio in Inſcriptione Gruteria-

maniſſimo, ac inſuper avariſſimo Imperatore, nullis Chriſtiana religio fuerit talis Principis laceſſita moleſtiis, nec aliorum Gentilium invidentium ex more vexata calumniis; quippe qui omnes ſæviſſimi Imperatoris vel malis oppreſſi, vel minis territi, aut aliorum exemplo perculſi, pavore metuque dejecti, de Chriſtianis ne cogitandi quidem haberent otium, nedum perſequendi facultas eis aliqua ſuppetere videri poſſet.

V. Unde Pax Eccleſiæ.

Unde autem acciderit, ut inter tot tumultus ac turbas Chriſtiani ſolummodo ſecuri agerent, ac poſt longam vexationem quieſcerent, perveſtigandum eſt; cum autem id quidem clementiæ Imperatoris minime poſſit adſcribi; totum eſt tribuendum divinæ virtuti, qua *congregat (a) ſicut in utre Dominus aquas maris*: cum nimirum cor impii exæſtuans, & quaſi mare ferveſcens, limite voluntatis ſuæ coercet, imperatque dicens (b): *Uſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos*. Accidit quidem nec abſque divino nutu, ut Marcia, una ex Commodi concubinis, quam prope loco uxoris (ut tradit Herodianus c) habebat (eidem enim honores omnes, velut Auguſtæ, præter ignem, nempe faces accenſas præcedere ſolitas, ejus voluntate tribuebantur) ipſa inquam Marcia fuerit (ut auctor eſt Dio d) Chriſtianorum ſtudioſiſſima: quam quidem, quod magna apud Commodum polleret auctoritate, pro Chriſtianis eum interpellaſſe, par eſt credere. Sed utcumque id acciderit: quod Imperator ſævitiam in omnes longe lateque graſſantem, in Chriſtianos ſolum progredi cohibuerit; quodque gentiles omnes immenſo ſemper odio proſecuti hactenus Chriſtianos, eos vexare jam prætermiſerint, miraculum propemodum reputatur. Qui enim fieri potuit, ut adverſariæ religionis perditiſſimus homo, immo & qui ipſe Deus dici (e), & ut Herculi ſibi ſacra fieri voluit, Chriſtianos deorum omnium hoſtes & contemptores benigne habuerit? Immo quonam pacto ſe a Chriſtianorum injuria valuit cohibere, & ab eorum religionis vexatione temperare, qui (quod ſcribit Lampridius) templa quoque deorum, quos colebat, ſtupris ac humano ſanguine polluit, necnon etiam ſpoliavit? ut merito in eum poſt mortem acclamatum ſit a Senatu: *Hoſtis deorum, qui templa ſpoliavit, unco trahatur*. Sane quidem hoc præſtare, illius ſolius erat, quo mari & ventis imperante (f), fit tranquillitas magna. Sed jam cætera, quæ ſub ejus Imperio facta ſunt, enarremus; prius tamen quæ anni hujus reliqua ſunt, abſolvamus.

(a) *Pſal.* 32.
(b) *Job.* 38.
(c) *Herodian. lib.* 1.
(d) *Dio in Commodo.*
(e) *Lamprid. in Commodo.*
(f) *Matth.* 8. *Marc.* 4. *Luc.* 8.

VI. Theophilus quando ſcripſit.

In hunc uſque annum vixiſſe oportuit Theophilum Epiſcopum Antiochenum: nam ad finem commentarii ad Autolicum meminit mortis Veri, cum regnaſſet annos (ut ait) decem & novem: ſic enim nominat Marcum Aurelium Imperatorem. Quamobrem corrigendus eſt Euſebius, qui ante annos quatuor ponit in Chronico Theophili ſucceſſorem Maximinum. Immo & hoc ipſo anno, cum adhuc perſecutio Marci tempore excitata, nondum ſedata penitus eſſet, nec plena pax per Commodum reſtituta, ipſum commentarium illum ſcripſiſſe oportuit: nam in fine ipſius de perſecutione adhuc cum ea ſcriberet graſſante meminit; quod ejus verba ſignificant, quæ alia occaſione ſunt a nobis ſuperius recitata. Quod ſi poſt præſentem annum, qui eſt ultimus Marci, & primus Commodi, ipſe ſcripſiſſet; non ea utique de perſecutione adhuc vigente, ſed de pace Eccleſiæ reddita meminiſſet.

Chriſti

PAGIUS

eriana pag. 252. & Lucillam minorem nuptam Pertinaci, cujus meminit Herodianus lib. 4. cap. 6. Lucilla major natu filia poſt Lucii Veri Imperatoris obitum Claudio Pompeiano, ut in Annalibus dicitur, nupta. Duos alios Marci Aurelii generos obſervavi, *Antiſtium Burrhum* anno CLXXXI. Conſulem ordinarium, & *Petronium Mamertinum* anno CLXXXII. Conſulem etiam ordinarium, ut iiſdem annis oſtendo. Sed quarum præciſe Marci filiarum mariti fuerint, mihi incompertum. Porro numerus filiorum Marci male, ut mihi videtur, a variis Viris doctis ex Nummo Fauſtinæ junioris Auguſtæ, qui apud Mediobarbum pag. 230. & in Cimeliis Principum extat, deductus. In ejus poſtica parte cernitur mulier cum ſex puerulis, quatuor ad pedes, & duos brachiis geſtans, cum his verbis circum: TEMPOR. FELIC. id eſt, *Felicitas temporum*. Verum hæc repræſentatio ſymbolica, quæ ideo ad Marci Aurelii genealogiam explicandam nihil conducit. Apud Mediobarbum pag. 186. refertur *Sabina*, Hadriani Auguſti conjugis, Numiſma, in cujus averſa parte legitur: PIETAS AUG. S. C. Viſitur figura ſtans ambas manus porrigens duobus parvulis ad pedes ſtantibus. Ibidem pag. 118. exhibetur Nummus Flaviæ Domitillæ, Veſpaſiani conjugis, antequam is imperaret, demortuæ, ut teſtatur Suetonius in Veſpaſiano. In poſtica habetur: PIETAS AUGUST. Repræſentatur figura muliebris ſedens, & pro pedibus puerulus. Pag. 283. habetur Nummus Juliæ Severi Auguſti uxoris, in cujus poſtica, FECUNDITAS S. C. Cernitur figura muliebris ſtans, ſiniſtro brachio puerum tenens, ad cujus pedes duo alii pueri. Denique pag. 239. exhibetur Nummus Lucillæ, Lucii Veri Imp. conjugis, in cujus poſtica, SECURITAS. Cernitur figura ſedens cum tribus infantulis, quorum unus lactens in gremio, duo ad pedes colludunt. Sane ſi quis his Nummis innixus contenderet, Domitillam unicum filium reliquiſſe, Sabinam duos genuiſſe, Juliam tres, & Lucillam etiam tres, is valde falleretur. Neque denique puerulus in Nummo Domitillæ repræſentatus, Titus eſſe poteſt, aut Domitianus; cum prior annum fere triceſimum, poſterior fere viceſimum ageret, quando Veſpaſianus ad Imperium pervenit, & in defunctæ uxoris honorem Numiſmata percuti cœpere.

JESU CHRISTI ANNUS	ELEUTHERI PAP. ANNUS	COMMODI IMP. ANNUS
183.	5.	2.

I. *Romanorum ingens numerus fidem Chriſtianam ſequitur.*

CHriſti anno centeſimo octuageſimotertio Commodus tertium adiit Conſulatum, collegam habens Antiſtium Burrhum. Quo tempore, quieſcente Eccleſia a perſecutione Gentilium, magna facta eſt multorum accurrentium ad fidem ſuſcipiendam acceſſio, ac eorum præſertim, qui nobilitate ſimul cum animi ingenuitate præſtarent. Longo enim Chriſtianæ religionis experimento, & ejus cultorum, quos præ oculis ſemper habebant, excitati virtutum exemplo, erecti animis ad altiorem ſe conſiderationem ex imo ſuperſtitionis Gentiliciæ efferentes, primum admirari, ac ſubinde perſcrutari, ac denique agnitam veritatem conſectari, amplexarique tandem penitus decreverunt. Erant e contrario de falſitate deorum, deque cultus eorum tam aperta ſtultitia, adeo patentia ob oculos poſita argumenta, ut a patriis ritibus deſciſcere vi quadam quodammodo cogerentur. Quis enim eorum, qui cerneret Fauſtinam impudicitiæ infamia laborantem, inter divas relatam, templo donatam, & deæ inſtar ſacrificiis celebratam, adeo vecors eſſet, ut eo conſpecto, atque aliis, quæ ibidem Romæ hoc ipſo ſæculo edita ſunt exempla, non confeſtim quid de diis cæteris eſſet ſentiendum, rationi conſentientem ſententiam ferret? Quis, rogo, Commodum ſe ipſum inter deos referentem, & adulantem Senatum (*a*) ipſum itidem deum Herculem appellantem, eidemque ut deo ſacrificantem, æquo animo ferre poſſet; quin mox ſordidæ religionis pertæſus, eam quam cerneret puriorem ac ſanctiorem, teſtatam miraculis, Prophetarum ac Sibyllarum prænunciatam oraculis, atque ſanctitate morum excultam religionem capeſſeret? Erat

(*a*) *Lampr. in Commodo.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5674.

SÆC. II. Anno Urbis 934. Olymp. 240. an.1. A. C.181.

☉ 22. A. ☽ 11. P.16. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 181. *ſecund. Baronium* 183.

ELEUTHERI PAPÆ 12.

COMMODI IMP. 6. & 2.

I. *Conſules.* [1] AD num.I. Coſſ. *L. Aurelius Commodus Aug.III.* & *Antiſtius Burrhus II.* Burrhum cum nota numerali edendum docent Anonymus Cuſpiniani & Auctor Chronici Alexandrini. Erat *Burrhus*, ſeu, ut alii vocant, *Byrrus*, ſororis Commodi Auguſti maritus, ut teſtatur Lampridius in Commodo cap.6. ejuſque meminit Capitolinus in Pertinace cap.3. Spanhemius Diſſert.II. de Præſtantia & Uſu Numiſmatum, & Card. Noriſius in Cenotaphiis Piſanis pag.440. obſervant; Antiquos propria nomina ſcribentes, ſæpe pro *V* poſuiſſe *Y*. Unde promiſcue dixere *Syllam* & *Sullam*, *Syriam* & *Suriam*, *Boryſtenem* & *Boruſtenem*. Priores porro Conſulatus digniores, ideoque propinquis Imperatorum aut Viris illuſtrioribus attributi.

II. *Imperii Proconſularis Commodi Quinquennalia, ejuſque triumphus.* Conſulatus Commodi juxta priorem Conſulatuum Cæſareorum regulam: Imperii enim Proconſularis Quinquennalia exhibuit. Extat Nummus Commodi apud Mediobarbum pag.246. in cujus averſa parte legitur: VOTA DECENN. SUSC. TR. P.VI. IMP. IIII. COS. III. P. P. S. C. Tribunitiam Pot.VI. quinto Kalendas Septembris anni elapſi Commodus ſuſcepit, ideoque currenti anno, quo tertium Conſulatum geſſit, ea ſolennia exhibuit, & quidem die XVII. Martii poſterioris Imperii Auguſtei natali. Quando enim aliquis Imperator varia hujuſmodi feſta celebrabat, quilibet dies natalis Imperii, ſive Proconſularis, ſive Auguſtei indiſcriminatim uſurpabatur, ut in diſſert. Hypat. oſtendi. Cum Quinquennalibus, ut mos erat, triumphum conjunxit. Illum enim præſenti anno de Germanis trium-

NOTÆ [1] COſſ. *L. Aurelius Commodus Aug.III. & Antiſtius Burrhus II.* Male Pagius Commodo *Lucii* prænomen dat, quum *Marci* prænomen poſt mortem patris ſumpſerit, ut patet ex lapidibus & nummis. Fabrettus pag.340. num.514.

DEDIC. KAL. JUNIIS
IMP. M. AURELIO. COMMODO
ANTONINO. AUG. III.
L. ANTISTIO. BURRO. COS

Prænomen *Lucii* Burro tribuitur in hoc lapide, ex quo illi dandus eſſe videtur: nota tamen geminati Conſulatus abeſt, ut & in alio lapide apud Joſephum Caſtalionem, Obſer. Decad. V. cap.VIII.

DEDICATA EST. KAL. MAI
IMP. COMMODO. III. ET
BURRO. COS.

Gudiana inſcriptio, at mendoſa.

M. ANTONINO. COMMODO
ET. VIRIO. BYRRHO. COS.

Commodi nummus in Muſeo Theupolo pag.547. ubi M. COMMODUS ANTONINUS. AUG. In poſtica. LIBERTAS. AUG. TR. POT.VI. IMP.IIII. COS. III. Item alius pag.546. cum TR. POT. VIII. IMP. VI. COS. III. Faſti vulgati: *Commodo III. & Burro, ſeu Byrro.*

II. Quibus Chriſtiana religio illuſtrata. Erat adhuc recens Chriſtianorum ope editum in Marcomannico bello miraculum toto terrarum orbe tantopere prædicatum. His acceſſerat, quod complures in hanc diem pro Chriſtiana religione ab eruditiſſimis viris editæ fuerant Apologiæ, & in vanitatem ac falſitatem deorum ſimul ingeſtæ graviſſimæ invectivæ, quibus quilibet animus quamvis durior potuiſſet facile permoveri. De viris autem clariſſimis ad Chriſtianam fidem accedentibus, ſic ſcribit Euſebius (*a*): *Eodem tempore Commodo Imperium gubernante; noſtra religio ad pacatum & tranquillum ſtatum deducta fuit, & pax divina gratia largiente, omnes Eccleſias in toto terrarum orbe occupavit. Quo quidem tempore ſalutaris Dei ſermo hominum mentes cujuſque generis adeo attraxit ad piam Dei omnium rerum conditoris religionem cultumque, ut jam Romæ complures & genere illuſtres & rerum affluentia admodum locupletati, una cum omni familia & cognatione ſua ſe ad ſuam ipſorum ſalutem amplexandam reciperent.* Hæc Euſebius de Romanis.

III. Quod autem pertinet ad externos, illud memorabile & ſcriptorum monumentis a pluribus conſignatum habetur de Lucio Britannorum Rege, qui divina luce mentem perfuſus, de Chriſtiana fide ſuſcipienda conſilium iniens, legatos ad Eleutherum Papam miſit, a quo ſacros miniſtros, qui Chriſtianæ religionis munera obire poſſent, acciperet. Hæc quidem cum omnes ad Eleutheri referant tempora, erroris arguuntur, qui ſcripſerunt (*b*), facta ſub Marco Aurelio & Lucio Vero fratribus Imperatoribus; nam tempora Eleutheri ſedis nullo modo cum ipſorum Imperio congruere, certum eſt: magis itaque iis aſſentimur (*c*), qui ſub Commodo id factum eſſe dixerunt. Sed quid de his in libro de Romanis Pontificibus in Eleuthero ſcriptum habeatur, huc inferamus: *Hic accepit epiſtolam a Lucio Britannico Rege, ut Chriſtianus efficeretur per ejus mandatum.* Eadem Beda, Ado, & alii recentiores; ſed quod præſtat his omnibus, ejus rei memoria antiquis tabulis Eccleſiaſticis, ipſis inquam antiquis Martyrologiis in Eccleſia legi ſolitis, habetur adſcripta; cujus rei geſtæ narrationem paulo fuſius in hunc modum invenimus explicatam.

IV. Lucii regis legatio. *Lucius numquam ſe Chriſtianæ religioni infenſum exhibuit, hoſtemve; ſed quod Chriſtianorum miracula ſimul & vitæ integritatem admiraretur, in eoſdem propenſior videbatur; amplexuſque fuiſſet jam ante Chriſtianam religionem, niſi avita velut nexibus obligatus eſſet ſuperſtitione; niſi etiam conſpexiſſet Chriſtianos ab Ethnicis ipſis, ut infames vileſque haberi a Romanis ipſis, apud quos ſumma rerum eſſe videbatur, & gladio & injuriis aſſiduo lacerari. Comperit tamen poſtea, novitque ex Legatis Cæſaris Senatores etiam aliquos Chriſtianos factos eſſe, & inter alios Pertinacem quemdam, atque Trebellium; Imperatoremque ipſum Marcum Aurelium, victoria eorum precibus obtenta, benigne habuiſſe Chriſtianos. Quibus his aliiſque perceptis, Lucius legationem miſit ad Eleutherum Romanum Pontificem per Elvanum & Meduinum Britannos; rogans per eos Eleutherum, ut per ſe ſuoſque miniſtros ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendam aditum patefaceret; quod & obtinuit. Nam idem Pontifex Fugatium & Donatianum, aliter Damianum in Britanniam miſit, qui Regem & alios Chriſtiana religione imbutos ſacris initiarent myſteriis; quod & naviter impleverunt:* cum alioqui diu ante (quod teſtatur Gilda (*d*) Sapiens) Chriſti Evangelium

(*a*) Euſeb. l.5. c.20.

(*b*) Beda de geſt. Ang. l.1. cap.4. & de ſex ætat.

(*c*) Ado in Chr. & alii.

(*d*) Gild. de excid. Britan.

PAGIUS triumphaſſe, non tantum Euſebius & Marianus Scotus in Chronicis teſtantur; ſed & oſtendit Nummus Commodi, quem Patinus in Numiſmatis Imperatorum producit. In ejus averſa parte repræſentatur quadriga triumphalis cum his verbis circum, TR. P.VI. IMP.IIII. COS. III. P.P. & infra, S. C.

III. Legatos Romam Lucius Britanniæ Rex mittit. Ad num.III. & ſeq. Uſſerius lib. de Britannicarum Eccleſiarum primordiis cap.4. quo anno Lucius Britanniæ Rex Legatos ad Eleutherum Papam miſerit, diligenter inquirit, & opiniones viginti tres ea de re recitat, quarum maxima pars in eo convenit cum Beda & Mariano Scoto, quod initio Pontificatus Eleutheri ea Legatio deſtinata fuerit. Baronius Lucium Commodo imperante converſum ſcribit, quod primus tradidit Rogerus *de VVendover* in Chronico circa annum 1335. in lucem edito. Citat pro ſua opinione Baronius Adonem in Chronico, qui tamen, quemadmodum & Beda, Hermannus Contractus, Marianus Scotus, aliique plures ab Uſſerio laudati hanc converſionem ad M. Aurelii tempora retulerunt, quibus longe major fides habenda. Baronius in Annalibus hæc ex vetuſtioribus monumentis de Lucio prodita eſſe ſcribit. *Lucius numquam ſe Chriſtianæ Religioni infenſum exhibuit, hoſtemve: ſed quod Chriſtianorum miracula ſimul & vitæ integritatem admiraretur, in eoſdem propenſior videbatur: amplexuſque fuiſſet jam ante Chriſtianam Religionem, niſi avitæ velut nexibus obligatus eſſet ſuperſtitione; niſi etiam conſpexiſſet Chriſtianos ab Ethnicis ipſis, ut infames vileſque haberi, a Romanis ipſis, apud quos ſumma rerum eſſe videbatur, & gladio & injuriis aſſiduo lacerari. Comperit tamen poſtea, novitque ex Legatis Cæſaris, Senatores etiam aliquos Chriſtianos factos eſſe, & inter alios Pertinacem quemdam atque Trebellium, Imperatoremque ipſum M. Aurelium, victoriæ eorum precibus obtenta, benigne habuiſſe Chriſtianos. Quibus his aliiſque perceptis, Lucius Legationem miſit ad Eleutherum Romanum Pontificem per Elvanum & Meduinum Britannos: rogans per eos Eleutherum, ut per ſe ſe ſuoſque miniſtros ad Chriſtianam Reli-*

lium illuc perlatum fuiſſet. Hæc ex vetuſtioribus monumentis de Lucio prodita habentur (*a*).

(*a*) *Edita etiam apud Baleum in catal. & alios.*

V. Sed qualis fuerit his temporibus rerum Britannicarum ſtatus, ut omnis quæ de his poſſet dubitatio exoriri tollatur, perveſtigandum eſt. Fallitur quidem certe, qui hæc de Lucio Britannico Rege in dubitationem audet inducere, quod putet Britanniam jam olim a Romanis ſub Claudio (*b*) redactam in provinciam nullum habere potuiſſe Regem. Numquam enim Romani ante hæc tempora tota Britannia potiti ſunt; ſed in ea complures populos indomitos permanſiſſe liquet, qui Romanis exercitibus negotium ſæpe faceſſerent. Rurſum vero eoſdem, qui in Britannia populi a Romanis fuerunt debellati, ſæpe ſæpius deſciviſſe, ac penitus rebellaſſe, certum eſt. Nam, ut de remotioribus temporibus dicere prætermittamus, conſtat quidem auctore Julio Capitolino (*c*), ſub Marco Aurelio conflatum eſſe Britannicum bellum, ſed per Calpurnium Agricolam, illuc a Marco miſſum, fuiſſe compreſſum. Rurſum vero poſt obitum Marci, imperante Commodo inſtauratum; adeo ut Britanni (quod ſcribit Lampridius *d*) voluerint contra ipſum alium creare Imperatorem, recuſantes omnino parere Commodo; ſed per duces fuiſſe ſedata omnia, idem auctor affirmat. Addit inſuper ad hæc Dio (*e*), Britannicum bellum his Commodi temporibus fuiſſe omnium maximum, ſed per Ulpium Marcellum prorſus extinctum. Tradit enim, Btitannos murum illum eſſe tranſgreſſos, qui inter ipſos & Romanorum caſtra poſitus erat medius.

Status rerum Britannicarum.

(*b*) *Suetonius in Claud. c. 17. & Tacitus l. 10.*

(*c*) *Jul. Capit. in Marco.*

(*d*) *Lampridius in Commodo.*

(*e*) *Dio in Commodo.*

VI. Quibus plane ſignificatur, Britanniam ſic eo tempore fuiſſe diviſam, ut partem illam, quæ citra murum eſſet, Romani occuparent, alteram vero trans murum poſitam Britanni libere poſſiderent, qui ſæpe Romanos murum illum egreſſi præliis provocarent. Sic igitur quod dicunt Lucium Regem fuiſſe Britanniæ, nihil prohibet, quantumvis Romani ex parte inſulam detinerent, quin alterius ejus partis, quam Britanni libere poſſiderent, Rex eſſe potuiſſet. Auctor eſt enim Ælius Spartianus (*f*) (quod ſuperius dictum, in memoriam revocare, res de qua agitur, exigit) ab Hadriano Imperatore, cum in Britanniam perrexiſſet, murum per octoginta millia paſſuum eſſe ductum, qui barbaros a Romanis divideret; alium inſuper murum, ſed cæſpititium ſuperinduxiſſe Antoninum Pium, Julius Capitolinus affirmat in Pio. Sic videas magnam partem Britanniæ fuiſſe liberam, nec paruiſſe Romanis. Potuit inſuper & Lucius aliquis eſſe Regulus ſub Romana ditione in Britannia poſitus, Romanoque Imperio parens, ſecundum ea quæ a nobis in Romano Martyrologio in Eleuthero Papa (*g*) ſcripta ſunt. At de Lucio ſatis. Cæterum quod ad Britannos ſpectat, qui Romanum ferre jugum noluiſſent, ſubjeciſſe colla Chriſto, fideque Chriſtiana imbutos Tertullianus (*h*), qui his vivebat temporibus hoc miratus teſtatur, aitque: *Britannorum inaceſſa Romanis loca, Chriſto ſunt ſubdita*: & inferius de iiſdem & aliis: *Quid de Romanis dicam, qui legionum ſuarum præſidiis Imperium ſuum muniunt, nec trans iſtas gentes porrigere vires regni ſui poſſunt? Chriſti autem regnum & nomen ubique porrigitur, ubique creditur, ab omnibus gentibus ſupra enumeratis colitur, &c.*

Britannia diviſa.

(*f*) *Spartianus in Hadriano.*

(*g*) *Die 26. Maii.*

(*h*) *Tertul. adver. Jud. cap. 7.*

VII. Quod autem tum ex Euſebio, tum ex Lucii Actis dictum eſt, his temporibus Commodi, complures clariſſimos viros religionem Chriſtianam ſectatos eſſe: ad hæc ſpectat, quod habet Tertullianus (*i*) de Conſulari viro, qui Chriſtianus cum fuiſſet, ac Conſulatum geſſiſſet, poſtea lapſus

(*i*) *Idem. in Car. ad Senator.*

Chriſtianus Conſularis apoſtata.

PAGIUS *ligionem ſuſcipiendam aditum pateſaceret, quod & obtinuit. Nam idem Pontifex Fugatium & Donatianum, aliter Damianum in Britanniam miſit, qui Regem & alios Chriſtiana Religione imbutos ſacris initiarent myſteriis; quod & naviter impleverunt.* Eandem rem narrant Magdeburgenſes Centur. 2. cap. 2. colum. 8. licet verbis aliis ac plenioribus, uſque ad hanc phraſim, *quibus his aliiſque perceptis*, &c. Sed hæc ex vetuſtis monumentis minime deſcripta, verum plane ſabuloſa, cujus ſabulæ originem Uſſerius laudatus detexit. Legerat in Hectore Boethio lib. 5. Hiſtoriæ Balæus Centuria prima cap. 29. Lucium *de Chriſtianorum pietate & miraculis, a Romanis in Britanniam ſub Trebellio & Pertinace merentibus permulta audiſſe.* Quod ille hunc in modum amplificat; *Erat* Lucius *aliquantulum (ut apparet) in Chriſto paupere cum Judæis ſcandalizatus. Nam licet a centum & amplius annis propagata fuiſſet per Britanniam Chriſtiana Religio, ei nihilominus debito videbatur carere ſplendore, quo illuc uſque adminiſtrata fuiſſet per ſolos pauperes, abjectos & ſimplices homines, ſaltem non fulcita Romana auctoritate. Cum audiſſet igitur per Cæſaris Legatos, Trebellium & Pertinacem, Romanorum illuſtres aliquot acquieſcente perſecutione, illam admiſiſſe, cogitabat aliquanto rem ipſe digniorem.* Iſta negligentius Magdeburgenſes percurrentes, ipſos Legatos pro illuſtribus illis Romanis acceperunt, a quibus Religionem Chriſtianam ſuſceptam fuiſſe; Luciumque Cæſaris Legatos audiviſſe voluit Balæus. Atque hæc, inquit Uſſerius, vera origo eſt jocularis hujus fabellæ, quæ prorſus rejicienda. Illud enim ridiculum, comperiſſe Lucium ex Legatis Cæſaris, Senatores etiam aliquos Chriſtianos factos eſſe, & inter alios Pertinacem quemdam atque Trebellium. Neque enim alius fuit Pertinax iſte, quam ille ipſe, qui ſub Commodo Imperatore Legatus miſſus eſt in Britanniam, ut docet Capitolinus, eique poſtea in Imperio ſucceſſit: quem Chriſtianum factum fuiſſe, nullus ſibi perſuaſerit.

pſus miſer, inter ſacerdotes Iſidis profiteri cœpit; quem idem auctor, ſcripto ad eum carmine, acriter objurgavit. Quiſnam fuerit iſte, qui Senator & Conſul quoque (ut idem Tertullianus ait) etiam philoſophum fingeret, haud ſatis compertum habemus. Scimus tamen iis ipſis temporibus Commodianis accidiſſe, ut, cum Princeps Commodus ejus deæ cultui addictiſſimus eſſet, alii adulantes, eidem numini propenſiorem cultum exhibuerint. De Commodo quidem teſtis eſt Lampridius, qui in Commodo hæc de eo ait: *Sacra Iſidis coluit, ut & caput raderet, & Anubin portaret.* Sed & Spartianus (*a*), cum agit de Peſcennio Nigro: *Hunc in Commodianis hortis in porticu curva pictum de muſivo inter Commodi amiciſſimos videmus ſacra Iſidis ferentem; quibus Commodus adeo deditus fuit, ut & caput raderet, & Anubin portaret, & omnes partes expleret.* Hæc cum dicat de Commodo & Peſcennio Nigro Spartianus; haud mirum videri debet, eadem ab eodem Conſule factitata, in quem Tertullianus ſcriptis invehitur.

(*a*) *Spartian. in Peſcennio Nigro.*

VIII. Suſcepta & retenta ſacra Iſidis.

At ſuſceptis ſemel Romæ Iſidis ſacris, quæ ſæpe majores fuerant averſati, non ſolum his temporibus Commodi, ſed aliis quoque poſterioribus (quod ea religio poſtularet) Romanorum proceres ſacris Iſidis initiari conſueverunt. Nam de temporibus ſuis ſub Chriſtiano Imperatore Ambroſius (*b*) hæc ait de quibuſdam Gentilibus Romanorum proceribus: *Et cum ipſi capita & ſupercilia ſua radant, ſi quando Iſidis ſuſcipiunt ſacra; ſi forte Chriſtianus vir attentior ſacroſanctæ religionis veſtem mutaverit, indignum facinus appellant. Equidem doleo tantam eſſe in mendacio obſervantiam.* Hæc ipſe.

(*b*) *Ambroſius ad Sabinum.*

IX. Solitæ pingi formæ nobilium Iſiacorum.

Sed admiratione plane dignum, quod hujuſmodi Iſidis ſacerdotio fungentium (ut egregium nobilitatis monumentum) conſueverint ea forma compoſita imagines pingi: nam quod de effigie Nigri Spartianus narrat, de apoſtata Conſulari Tertullianus idem his verſibus tradit:

Teque domo propria pictum cum faſcibus ante,
Nunc quoque cum ſiſtro faciem portare caninam:
Hæc non humilitas, ſed humilitatis imago eſt.
Aedibus illa tuis ſemper monumenta manebunt.

X. De Conſulari apoſtata, & cultu Iſidis.

Hiſce igitur Iſidis ſacris turpiter initiatus Senator Conſularis a fide transfuga, turpiſſime quoque, quod Chriſtianus aliquando fuiſſet, ad ſimulacrum Iſidis accedens, veniam miſer precatus eſt, ut his carminibus idem docet Tertullianus:

Rumor & ad noſtras pervenit publicus aures.
Te dixiſſe: Dea erravi, ignoſce, redivi.
In quem auctor deejuſdem deæ ſordido cultu ſuperius agens hæc ait:
Quis patiatur enim te Matrem credere magnam
Poſſe deam dici, rurſuſque putare colendam,
Cujus cultores infamia turpis inurit?
Namque ſacerdotes tunicis muliebribus iidem
Interius ritum cultu interiore fatentur:
& paulo poſt:
Si quis ab Iſiaco Conſul procedat in Urbem.
Riſus oris erit. Quis te non rideat autem.
Qui fueris Conſul, nunc Iſidis eſſe miniſtrum?

XI.

Sed quiſnam eſſet cultus, his temporibus Commodi, Matris deorum Romæ, non inutile putamus hic Herodiani verbis referre, quo arguatur Gentilitius inter Chriſtianos mos deteſtandus inolitus; ait enim (*c*): *Veris initio, ſtato ſolemnique die. pompam Matri deum Romani celebrant: in ea, quæ apud quemcumque ſunt divitiarum præcipua, ſupellexque pleraque Imperatoria, materiæ aut artis ſpectandæ, perferri ante deam ſolent:* At hæc abolita; ſed proſequitur: *Paſſimque omnibus ludendi licentia permiſſa, ſic ut perſonas induant, quas cuique libitum, nullamque non magiſtratuum quoque imaginem, prout cujuſque ſtudium repræſentent, ſic ut non temere a falſis veros dignoſcas. Putavit hoc Maternus idoneum cælandis inſidiis tempus, &c.* Pergit narrare hiſtoriam de famoſiſſimo latrone, qui ſic his diebus perſona ex more contectus, machinatus occidere Commodum Imperatorem, Romam venit. Porro hi ferme illi videntur eſſe ludi, quos eodem propemodum anni tempore, licet non matri deorum, ſed inſania quadam perciti leviſſimi Chriſtianorum perſonati agere conſueſcunt, quos Bacchanalibus alii aſſimilarunt. Sed hæc obiter occaſione Conſularium virorum, Chriſti fidem ſuſcipientium.

(*c*) *Herodian. lib.* 1. Gentilicius qui pravus uſus in Chriſtianos irrepſit.

JESU CHRISTI ANNUS 184. | ELEUTH. PAP. ANNUS 6. | COMMODI IMP. ANNUS. 3.

I. ANnus Chriſti centeſimus octogeſimus-quartus, Petronii Mamertini & Trebellii Rufi Conſulatu in Faſtis adſcribitur. His primis annis Commodi Imperatoris (certum quippe annum haud deſignare licet) innotuit divinæ Scripturæ nova tranſlatio facta a Theodotione. Cum enim Epiphanius (*a*) editam eam ſub Commodo Auguſto dicat, conſtetque S. Irenæum (*b*) his temporibus ejuſdem Commodi & Eleutheri Papæ ſcribentem ejuſdem editionis meminiſſe; certe quidem ad hæc priora potius quam poſteriora Commodi tempora eſſe referenda videtur. Tertia hæc tranſlatio dici conſuevit; primam enim numerant illam nobiliſſimam Septuagintaduorum a Chriſtianis olim atque Judæis ipſis frequentiori uſu receptam; ſecundam autem ſub Hadriano (ut ſuo loco meminimus) ab Aquila Pontico elaboratam; hanc vero tertiam ſub Commodo editam. Verum quarta hæc ordine recenſenda eſſet, ſi illius omnium antiquiſſimæ ratio haberetur, quam, antequam regnaret Alexander Magnus, incerto auctore in lucem prodiiſſe ferunt, quæ & Græcis philoſophis, ut inter alios Platoni (auctor eſt Clemens Alexandrinus *c*) innotuit; ſed quod ejus nullum extet exemplar, & an integra fuerit, ignoretur, nec quo auctore fuerit elucubrata, in comperto eſſet, deſiit inter alias numerari, cum præſertim nulla de ea habita ratio videatur, ut quæ & ipſis quoque Judæis incognita haberetur; nam Philo (*d*) Judæus illam primam omnium nominat (nec ullam antea factam affirmat) quæ Alexandriæ tempore Ptolemæi Philadelphi a Septuagintaduobus interpretibus ſummo ſtudio eſt confecta. Dicturi ſumus de hac paulo fuſius, cum agemus de Hexaplis Origenis.

(*a*) *Epiph. l. de menſur. & ponder.* (*b*) *Iren. l.* 3. *c.* 24. Theodotionis tranſlatio & aliorum. (*c*) *Clem. Alex. Strom. lib.* 1. (*d*) *Philo in vita Moyſi.*

II. Quod autem pertinet ad Theodotionem, de

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5675.

SÆC. II. Anno Urbis 935. Olymp. 240. an. 2. A. C. 182.

☉ 23. G. ☽ 12. P. 8. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 182. *ſecund. Baronium* 184.

ELEUTHERI PAPÆ 13.

COMMODI IMP. 7. & 3.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. & ſeqq. Coſſ. *Petronius Mamertinus* & *Trebellius Rufus*. Erat Mamertinus ſororis Commodi Auguſti maritus, ut diſcimus ex Lampridio in Commodo cap. 7. ideoque ipſo Imperii initio Conſulatus in eum collatus.

II. *Vicennalia Imperii Cæſarei Commodi.* Vicennalia Imperii Cæſarei anno uno Commodus anticipaſſe videtur, quod prioris ejus Imperii Auguſtei Quinquennalia in annum ſequentem inciderent, neque duo iſtiuſmodi feſta, idem Imperator eodem anno unquam celebrarit.

III. *Theodotio & S. Irenæus Opera ſua publicant.* Auctor Chronici Alexandrini ſub Conſulatu Marcelli, ut ipſe vocat, & Æliani anno CLXXXIV. geſto ait: *His Conſulibus Theodotio quiſpiam, in Ponto natus, Marcionis Hæreſiarchæ (qui & ipſe Sinope Ponti oriundus erat) poſthumus & ſucceſſor: alienus & ipſe poſtea a Marcione in Judaiſmum inclinavit, illorumque (Judæorum, inquam) literas & linguam complexus, edidit non pauca jam ante per ſeptuaginta duos Interpretes vulgata & reddita, ut Epiphanius Cypri Epiſcopus refert*, libro ſcilicet de Ponderibus & Menſuris. Quare Verſio Theodotionis eo anno, quo Commodus Quinquennalia Imperii poſt patris mortem ſuſcepti celebravit, publicata. Theodotionis mentionem facit Irenæus in libris contra Hæreſes, quos Pontificatu Eleutheri ſcriptos conſtat, ipſo Irenæo teſte in libro tertio illius Operis. Quare exiſtimavit Auctor Chronici Alex. Eleutherum

NOTÆ [1] COſſ. *Petronius Mamertinus, & Trebellius Rufus*. Relandus ita exhibet: *C. Petronius Mamertinus, & Cornelius Rufus*. Gudiana inſcriptio apud eundem.

KAL. MART. C. PETRONIO
MAMERTINO. ET CORNELIO
RUFO. COS.

Fragmentum apud Gruterum pag. IX. 3.

B. F. COS......
AMERTINO. ET. RU....

Andreas Schottus Obſervat. lib. V. cap. XXXII.

DEDIC. KAL. MART.
MAMERT. ET RUFO. COS.

Fabrettus pag. 511. ex figlina.

VETTIO. RUFO. ET POMP.
MATER. COS.

Antiquæ inſcriptiones Etruriæ P. I. pag. 301. num. 35.

POSITA. IDIB. APRIL.
MAMERTINO. ET RUFO. COS

Faſti vulgati: *Mamertino & Rufo*.

Suffectos faciunt hoc anno ex *Kal. Jul. Æmilium Junium, & Atilium Severum*. De quibus Lampridius in Commodo cap. IV.

Qualis Theodotion fuerit, (a) Euthym. in Panoplia. (b) Euſeb. l.3. cap.8. (c) Iren. lib.3. cap. 24. (d) Epiph. de menſur. & pond.

de quo eſt ſermo; tradunt hunc (a) Tatiani auditorem fuiſſe, ejuſque dogmata eſſe ſectatum, moxque ſe Marcionitis adjunxiſſe; neque tamen apud eos diu potuiſſe conſiſtere, ſed ad Judæos tranſiſſe; jamque proſelytum eam ſubiiſſe provinciam, ut ex Hebræo in Græcum volumina ſacra transferret. Sed Euſebius (b) eum Ebionæum appellat, ſicut & S. Hieronymus, ea fortaſſe ratione, quod dicat S. Irenæus (c) Ebionæos tranſlationem Theodotionis, ſicut & Aquilæ Pontici, eſſe ſectatos; huncque patria Epheſium nominat: quamobrem miramur eundem ab Epiphanio Ponticum appellatum. Sed multo magis mirandum, quod poſt Symmachum ponat Theodotionem, cum ille Severi temporibus ſuam promulgaverit editionem; Theodotion vero ſub Commodo. Locutus enim de Symmacho, hæc idem ait (d): *Poſt hunc autem mox ſequenti progreſſu temporis, hoc eſt, circa ſecundi Commodi regnum, qui regnavit poſt prædictum Commodum Lucium Aurelium annos tredecim; Theodotion quidam Ponticus ex ſectatoribus Marcionis hæreſiarchæ Sinopitæ, infenſus & ipſe illius hæreſi, & ad Judaiſmum declinans, & circumciſus, & Hebræorum linguam ipſorumque elementa edoctus, privatim etiam ipſe interpretationem, & pleraque conſonanter cum Septuagintaduobus edidit. Habebat enim hic plurima exercitia, ex conſuetudine Septuagintaduorum.* Hæc Epiphanius; & ne putes eum de alio Commodo fuiſſe locutum, quam de quo agimus, hæc inferius ſubdit: *Poſt Antoninum Pium regnavit Marcus Aurelius Antoninus, qui & Verus, annos decem & novem; poſt hunc Commodus regnavit annos tredecim; cujus tempore Theodotionem cognitum eſſe diximus, qui quartam interpretationem edidit; huic ſucceſſit Severus, &c.*

III. Theodotionis verſio cur quarta numerata. (e) Athan. in Synopſi in fin.

Sic igitur poſt Commodum ponit Severum (ut plane nulla poſſit eſſe ſuſpicio ipſum in his eſſe hallucinatum) quod Symmachi tertiam, Theodotionis quartam dicat, dici non poteſt mendum in codicem irrepſiſſe; ſed id accidiſſe S. Epiphanio, quod & S. Athanaſio (e), qui etiam quarto loco Theodotionis interpretationem numerat, cum nec ipſum latuerit, Severum regnaſſe poſt Commodum. At vero id ab eis ea ratione eſſe factum apparet, quod non ordine temporum eaſdem numerarunt editiones, ſed ſicut in Hexaplis ab Origene poſitæ eſſent, in quibus tertio loco Symmachi, quarto vero erat Theodotionis editio collocata, alio prætextu, quam temporum ordine, iiſdem ſic ab eo diſpoſitis, ut dicemus.

IV. Theodotionis verſio non exploſa. (f) Hier. in præfat. in Daniel. (g) Idem ubi ſupr.

Porro verſionem Theodotionis, licet perfidi, quique ex cloacis hæreticorum in lacunas ſe merſerit Judæorum, antiquiores Eccleſiaſtici tractatores minime deſpexerunt, nec Eccleſia eam ut hominis infidelis proſcripſit quippe quæ Danielem ab eo transſlatum (ut tradit Hieronymus (f) infrequentiorem uſum olim recepit. Cujus rei cauſa ex multis ea reddi poſſe videtur, quod ad coarguendos Judæos plurimum valere conſpicerent, ſi ea editio afferretur, quæ ab infenſiſſimo Chriſtianorum hoſte, Judæorum tamen ſtudioſiſſimo fuiſſet elaborata. Hanc tamen ab Origene aſteriſcis & obelis appoſitis fuiſſe cenſura notatam, ut quæ deeſſent, quæve abundarent, manifeſta fierent; idem S. Hieronymus (g) tradit, qui & hæc ſubdit: *Cum* (inquit) *omnes Chriſti Eccleſiæ*

PAGIUS

therum anno CLXXXIV. adhuc in vivis fuiſſe: cumque anno CLXXXV. Eleutherus ad cœleſtem patriam migrarit, libros ſuos contra Hæreſes alterutro anno ſcripſit Irenæus, juxta Auctoris Chronici Alex. ſententiam.

IV. Liber Ariſteæ ſuppoſititius. Baron. an. 231. n.XXIX. & ſeqq.

Libellus Ariſteæ *de Legis Divinæ ex Hebraica lingua in Græcam tranſlatione per ſeptuaginta Interpretes*, inter ſuppoſititios cenſetur a Viris doctiſſimis, tum ex Catholicis, tum ex Proteſtantibus. Nec refert, quod Sancti Patres *Ariſteæ* Hiſtoriam tanquam veram narrationem Operibus ſuis inſeruerint; nam ea utrum eſſet vera, necne, non erat cur critice inquirerent, quandoquidem Græca ſeptuaginta Seniorum verſio, qua tunc Eccleſia utebatur adverſus Judæos, qui contextum Hebræum inter diſputandum Chriſtianis paſſim opponebant, illius fidem egregie tuebatur. Neque erat, quod Patres verſionem illam non amplexarentur, quam Judæi penitus rejicere non poterant. Hieronymus ea, quæ in omnium ore vulgo habebantur de ſeptuaginta Interpretum cellulis, evertere non dubitavit: *Neſcio*, inquit, *quis primus Auctor LXX. cellulas mendacio ſuo ſtruxerit*. Juſtinum deinde cellarum teſtem oculatum deridet, ut virum ſimpliciorem, qui Judæorum fabulas arripuerit. Similiter nec veritus eſt in eodem argumento a reliquis Patribus diſcedere, dum Ariſteæ ipſius & Joſephi auctoritate communitus ſeptuaginta Interpretes *contuliſſe*, non vero *prophetaſſe* aſſerit: *Aliud eſt enim*, inquit, *Vatem, aliud eſt eſſe Interpretem: ibi Spiritus ventura prædicit, hic eruditio & verborum copia, ea quæ intelligit, transfert*. Univerſa libri Ariſteæ oratio ita compoſita eſt, ut a Judæo quodam Helleniſta, gentis ſuæ amantiſſimo, conſtructa fuiſſe videatur. Qua de re legendi Scaliger in Notis ad Chronicon Euſebii, Valeſius in Notis ad lib.5. Hiſt. Euſebii cap.9. Humfredus *Ody* in Diſſertatione contra Hiſtoriam Ariſteæ de Interpretibus, aliique plures. Licet autem Hiſtoria, quæ ſub Ariſteæ nomine circumfertur, commentitia ſit, male tamen quis inde tranſlationi, quæ diu in Synagoga & in Eccleſia fidem obtinuit, detraheret. Ea ab Apoſtolis laudata, neque alio inſtrumento Fides Chriſtiana per univerſum Orbem propagata eſt. Eam adhuc pleræque Eccleſiæ retinent, neque etiam ætate noſtra aliam forte retineret Orbis Catholicus, niſi novam Hieronymus ex Hebraicis fontibus tranſlationem concinnaſſet; ad quam converſionem, quæ non immerito poſtea in Eccleſiæ uſum ceſſit, graviſſimis rationibus adductus eſt Hieronymus, inquit Simonius in Diſquiſitionibus Criticis de variis Bibliorum editionibus cap.15.

ſiæ tam Græcorum, quam Latinorum, Syrorum, & Ægyptiorum, hanc ſub aſteriſcis & obelis editionem legant; ignoſcant invidi labori meo, qui volui habere noſtros, quod Græci in Aquilæ, Theodotionis & Symmachi editionibus lectitant. Et ſi illi in tantis divitiis doctrinarum non contemnunt ſtudia Judæorum hominum, cur Latina paupertas deſpiciat hominem Chriſtianum? Et adverſus Ruffinum (*a*) eadem querela expoſtulans ait: *Quod ſi apud Græcos poſt Septuaginta editionem, jam Chriſti Evangelio coruſcante, Judæus Aquila, Symmachus, & Theodotion Judaizantes hæretici ſunt recepti, qui multa myſteria Salvatoris ſubdola interpretatione cælarunt, & tamen in exemplis habentur apud Eccleſias, & explanantur ab Eccleſiaſticis viris: quanto magis ego Chriſtianus, & de parentibus Chriſtianis natus, & vexillum Crucis in mea fronte portans, cujus ſtudium fuit omiſſa repetere, depravata corrigere, & ſacramenta Eccleſiæ puro & fideli aperire ſermone, vel a faſtidioſis, vel a malignis lectoribus non debeo reprobari.*

(*a*) *Idem in Apolog. adverſ. Ruffin.*

V. Uſi ſunt igitur Patres Theodotionis interpretatione, adhibita cenſura Origenis; at non ſic quidam hæretici, de quibus hæc Philaſtrius (*b*): *Sunt hæretici, alii, qui Theodotionis & Symmachi itidem interpretationem diverſo modo expoſitam ſequuntur, non illam beatiſſimorum priorum, quam Eccleſia Catholica colit & prædicat.* Fertur ejuſdem Theodotionis alia editio ex Hebræo in Syriacam linguam verſa. Fuit & quorumdam opinio (*c*), ejuſdem Theodotionis eſſe Paraphraſim Jonatæ nuncupatam. Sed cum de his nihil certi affirmari poſſit, a nobis conſulto prætermittitur.

(*b*) *Philaſtr. cap.* 142.

Alia Theodotionis verſio & Paraphraſis Chald.

(*c*) *Sixt. Bibl. lib.* 4. *verſ. Syr.*

JESU CHRISTI ANNUS 185. | ELEUTHERI PAP. ANNUS 7. | COMMODI IMP. ANNUS 4.

I. Sequenti anno Domini octogeſimoquinto ſupra centeſimum, Commodus quartum adiit Conſulatum cum collega Aufidio Victorino: quo tempore pace conceſſa Eccleſiæ, cum in multis aliis locis, tum apud Indos Chriſtiana religio fœliciſſime propagatur. Etenim Pantænus Chriſtianus philoſophus, Alexandriæ ſub Juliano Epiſcopo docens, ad Indos Evangelii prædicandi conſilio profectus eſt. Rem geſtam his paucis narrat Euſebius (*d*): *Eodem tempore* (cum ſcilicet, imperante Commodo, Julianus ſederet Alexandriæ) *Pantænus, vir omni humaniore litteratura præſtantiſſimus, inſtitutioni Chriſtianorum illic præficitur. Quo quidem*

De Pantæno Philoſopho Chriſtiano.

(*d*) *Euſeb. l.* 5. *cap.* 10.

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 936. Olymp. 240. an. 3. A. C. 183.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5676.

☉ 24. F. ☽ 13. P. 31. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 183. *ſecund. Baronium* 185.

ELEUTHERI PAPÆ 14.

COMMODI IMP. 8. & 4.

I. *Conſules.* [1] Ad num. I. Coſſ. *L. Aurelius Commodus Aug. IV.* & *Victorinus II.* Hunc enim cum nota numerali edendum oſtendit Inſcriptio Gruteriana pag. 35.

II. Conſulatus Commodi juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam; Quinquennalia enim Imperii Auguſtei vivente patre ſuſcepti dedit, ut conſtat ex Nummo qui extat apud Mediobarbum pag. 148. inſcripto: M· COMMODUS ANTONINUS AUG. PIUS BRIT. In poſtica: VOTA DECENN. SUSC. TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. P. P. S. C. Viſitur figura ſacrificans coram ara. Sed hæc feſtivitas anno uno dilata fuit; cum anno præcedenti, quo ſextus prioris ejus Imperii Auguſtei abſolutus eſt, celebrari debuiſſet, ut moris erat; ac præterea die XVII. Martii poſterioris ejus Imperii Auguſtei natali peracta eſt; menſe enim Auguſto hujus anni Tribunitiam Pot. IX. Commodus iniit; qui cum in

Quinquennalia prioris Imperii Auguſtei Commodi.

NOTÆ [1] Coſſ. *L. Aurelius Commodus Aug. IV. & Victorinus II.* Scribendum M. non L. *Commodi* prænomen. Gruterus pag. XXXV. 1.

IMP. COMMODO. AUG. PIO. FELICE.
IIII. ET VICTORINO. II. COS.

Alias inſcriptiones cum horum conſulum nominibus vide apud Relandum in Faſtis hujus anni, in quarum aliquibus prænomen ac nomen *Victorini* eſt *M. Aufidius*; in Gudiana vero *M. Aurelius*; rectius in Ligoriana veteris Latii tom. III. pag. 161. ubi *M. Aufridus* appellatur. At Relandus non vidit tabulam Fratrum Arualium editam a V. C. Philippo a Turre Epiſcopo Adrienſi in Monumentis veteris Antii pag. 388. in qua legitur.

IMP. CAES. M. AUR. ANTONINO. AUG. IIII.
C. AUFIDIO. VICTORINO. II. COS.

Itaque *Victorini* prænomen eſt *Caius*, non *Marcus*. Hinc hujus anni conſules ita nominandi: *M. Aurelius Antoninus Commodus Aug. IV. & C. Aufidius Victorinus II.*
Fabrettus pag. 248.

K. F. COMMODO. IIII. COS.

An-

dem in loco, conſuetudine ab antiquis temporibus ducta, ſacrarum litterarum ſchola habebatur, quæ eſt ad noſtram uſque ætatem continuata; quam ſane ab hominibus cum politiore doctrina & eloquentia mire inſtructis, tum ſacrarum litterarum ſtudio probe exercitatis, frequentatam accepimus. Pantænus, de quo paulo ante dixi, diſciplina philoſophorum, qui Stoici appellati ſunt inſtitutus, eodem temporis momento cum primis excelluiſſe traditur. Quem amore ardentiſſimo erga ſacram Scripturam flagrantem tantum ſtudii in illa propaganda poſuiſſe ferunt, ut præco Evangelii Gentibus, quæ Orientem incolebant ordinatus, ad Indorum uſque regiones ſeſe conferret.

II.

Pantænus Indis prædicat Evangelium.

Erant autem, erant inquam ad id temporis complures verbi prædicatores & fideles nuncii; qui divino Apoſtolorum imitandorum ſtudio inflammati, magna adjumenta tum ad Verbum Dei in animis hominum exædificandum, tum ad id augendum afferebant. Quorum e numero unus erat Pantænus ille, quem ad Indos perrexiſſe diximus; ubi, ut fertur, Evangelium Matthæi (quod ante ejus adventum ibi fuerat receptum) in manibus quorumdam, qui in illis locis Chriſtum profitebantur, reperit; quibus Bartholomæum unum ex Apoſtolis prædicaſſe, illiſque Matthæi Evangelium litteris Hebraicis ſcriptum reliquiſſe, & illud ipſum ad monſtratum tempus reſervatum conſtat. Sed idem Pantænus (a) in multis præterea aliis doctrinæ Eccleſiaſticæ ſtudiis; apud Alexandriam, claram ſatis & nobilem vitam optimo & admirabili fine concluſit; tam viva voce diſcipulos inſtruens, quam etiam librorum monumentis theſauros ſcientiæ poſteris relinquens. Hucuſque Euſebius Verum ejus profectionem in Indiam ſub ſucceſſore Juliani Demetrio Epiſcopo contigiſſe teſtatur S. Hieronymus (*b*): ab eodemque miſſum fuiſſe, id expoſcentibus illius gentis legatis. Porro quos Indos dicunt, fuiſſe Brachmanas alibi idem S. Hieronymus (*c*) confirmat.

(a) *Idem eod. l. cap. 1. ex verſione Ruffin.*

(b) *Hieron. de Scrip. Eccl. in Pantæno.*

(c) *Hieron. ad Magnum ep. 84.*

III.

Pantæni Philoſophi excellentia.

Reliquit poſt ſe Pantænus complures ſuæ eruditionis ac pietatis hæredes; ſed inter omnes ejus diſcipulos laudatiſſimus fuit Clemens Alexandrinus, de quo ſuo loco plura. Ceterum quantum Pantænus reliquis ſuæ ætatis Eccleſiaſticis doctoribus eruditione excelluerit; ex iis quæ idem Clemens (*d*) numerans ſuos quos diverſis in locis audiſſet magiſtros, tradit his verbis, poteſt intelligi: *Non* (inquit) *mihi eſt hoc opus ſcriptura artificioſe comparata ad oſtentationem, ſed mihi ad ſenectutem reconduntur monumenta, oblivionis medicamentum, vere imago & adumbratio evidentium & animatarum illarum orationum, quas dignus habitus ſum qui audirem, & virorum beatorum, quique re vera erant maximi pretii & æſtimationis. Eorum unus quidem in Græcia Jovicus, alii vero in Magna Græcia, alter eorum erat ex Cœleſyria, alter ex Ægypto, alii autem ex Oriente, ex eis alter quidem Aſſyrius, alter vero in Palæſtina Hebræus ex alto ducta origine.*

(d) *Clem. Alex. Strom. lib. 1.*

IV.

Clemens Alexandrinus nactus Pantænum quievit.

Cum autem in eum ultimum incidiſſem (erat autem primus poteſtate) conquievi in Ægypto, venans, ea quæ latuerant, Sicula re vera apis prophetici & Apoſtolici prati flores decerpens, ſinceram quamdam & incorruptam cognitionem ingeneravit eorum, qui audiebant, animis; ſed qui veram quidem beatæ doctrinæ ſervabant tra-

PAGIUS in antica *Britannicus* appelletur, & hoc nomen in Nummis Tribunitia Poteſtate IX. notatis crebro occurrat, apparet, bellum Britannicum, quod, ut inquit Xiphilinus, *omnium longe maximum fuit*, hoc anno inchoatum eſſe, & Commodum, qui antea dicebatur *Imperator V.* propter victorias a Legatis, per quos illud bellum geſſit, reportatas, nuncupatum eſſe *Imp. VI.* Cum autem Perennis, quando bellum Britannicum cœptum, adhuc in vivis eſſet, Xiphilino & Lampridio in Commodo cap. 6. teſtibus, liquet, Mediobarbum laudatum deceptum eſſe, dum ſcripſit, Perennem anno ſuperiori occiſum, eumque perperam belli Britannici initium in annum ſequentem diſtuliſſe. De hoc bello loquitur Baronius anno ſecundo Commodi.

NOTÆ Antiquæ inſcriptiones Etruriæ P. I. pag. 112. n. 93.

IMP. COMMODO. AUG. PIO.
FELICE. IIII. ET VICTORINO. II. COS.

Inſcriptiones aliæ apud Relandum, in quibus *M. Aufidius Fronto Pronepos M. Cornelii Frontonis Cos. & nepos Aufidii Victorini Præfecti Urbis Conſulis II.*
Vulgati Faſti: *Commodo IV. & Victorino.*

In tabula Fratrum Arualium apud Philippum a Turre, de qua ſupra, ſuffecti conſules hi ſubjiciuntur.

L. TUTILIO PONTIANO GENTIANO
COS. VI. ID. FEBRUAR.

Mox. M. HERENNIO. SECUNDO
M. EGNATIO POSTUMO COS.
III. ID. MAI. Exinde. IISDEM
COS. XVI. K. IUN.

Vide de his Conſulibus eundem Adrienſem epiſcopum pag. 100.

traditionem, ſtatim a Petro & Jacobo, Joanne & Paulo ſanctis Apoſtolis (filius a patre accipiens, pauci autem ſunt parentibus ſimiles) ad nos quoque, Deo volente pervenerunt illa a majoribus data & Apoſtolica depoſituri ſemina. Hæc Clemens, per eum, quem in Ægypto demum convenit, intelligens Pantænum philoſophum. Quod ſi augurari licet de ceteris putamus, per eum quem in Græcia nactus eſt, intelligi Dionyſium Corinthiorum Epiſcopum, vel Cajum, per Syrum, Theophilum Antiochenum, per Aſſyrium, Bardeſanem; & per Palæſtinum, Theophilum Cæſarienſem, de quo inferius ſub Victore Papa plura dicturi ſumus; ſed præſtabat his omnibus Pantænus, ipſius Clementis ſententia; qui cum non ſolum doctrina, ſed & vitæ ſanctitate enituerit, ejus dies anniverſaria in tabulis Eccleſiaſticis (a) adnotata legitur. At de Pantæno ſatis.

Præceptores Clementis.

(a) *Martyrol. Rom. 7. Julii.*

JESU CHRISTI ANNUS 186.	ELEUTHERI PAP. ANNUS 8.	COMMODI IMP. ANNUS 5.

I. CHriſti anno centeſimo octogeſimoſexto Marcello, & Æliano Coſſ. anno quinto Commodi Imperatoris; Hieroſolymis (inquit Euſebius (a) *ordinatur Epiſcopus Maximus ordine vigeſimusſextus; poſt quem vigeſimusſeptimus Antonius, vigeſimusoctavus Valens, vigeſimusnonus Dolichianus, trigeſimus Narciſſus, trigeſimusprimus Ælius, trigeſimusſecundus Germanio, trigeſimustertius Gordius, trigeſimusquartus rurſum Narciſſus. Tantis apud Hieroſolymas Epiſcopis conſtitutis, non potuimus diſcernere tempora ſingulorum, eo quod uſque in præſentem diem eorum epi-*

(a) *Euſebius in Chronico, & hiſt. li. 5. c. 12.*

Epiſcopi Jeroſolymitani.

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 937. Olymp. 240. an 4. A. C. 184.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5677.

☉ 25. ED. ☽ 14. P. 19. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 184. *ſecund. Baronium* 186.

ELEUTHERI PAPÆ 15.

COMMODI IMP. 9. & 5.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *M. Eggius Marullus*, & *Cn. Papirius Aelianus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari ex Inſcriptione Romana a Sponio recitata. *Marcellus* itaque ab Auctore Chronici Alex. Baronioque propoſitus, Conſul tantum ſuffectus fuit.

II. *Quinquennalia poſteriora Imperii Auguſtei Commodi.* Commodus Quinquennalia Imperii poſt patris mortem initi celebravit, ut demonſtrat Nummus apud Mediobarbum, in cujus poſtica legitur: VOTA DECENN. SUSC. TR. P. VIIII. IMP. VI. COS. IIII. P. P. S. C. Viſitur figura ſacrificans coram ara. Tribunitia Pot. IX. adhuc in curſu fuit uſque ad V. Kalend. Septemb. hujus anni, quo decimam iniit. Atque hinc liquet, non tantum Commodum fuiſſe primum, qui Vota Quinquennalia in Nummis expreſſerit, ſed etiam Imperatores tot Quinquennalia & id genus feſta repræſentaſſe, quot modis in Imperium vocati fuiſſent. Quare quia Commodus primum a patre Cæſar dictus, poſtea Imperio Proconſulari donatus, tum in Auguſtei Imperii conſortium allectus, ac denique quia poſt patris obitum ſolus imperavit, quatuor Quinquennalia, aliaque id genus ſolennia edidit, quorum tria poſteriora Nummis ſculpta, ut oſtendimus; non item priora, quia ſcilicet minori pompa fieri ſolita, quæ tandem tamen in Nummis memorata, ut ſuo loco videbimus.

NOTÆ

[1] C*oſſ. M. Eggius Marullus & Cn. Papirius Ælianus.* Gruterus pag. XXX. 2.

CONSUMMATUM. VIII. KAL.
MAI. L. EGGIO. MARULLO
CN. PAPIRIO. AELIANO. COS.

Reineſius Inſcript. pag. 89. & in epiſtolis ad Rupertum pag. 509. Fabrettus pag. 367. n. 127. Sponius in Miſcellan. pag. 4.

IIII. NON. IUNIAS. L. EGGI-
O. MARYLLO. ET. GN. PAPI-
RIO. AILIANO. COS.

Negligentiam Sponii ſupplet laudato loco Fabrettus, ut & Gruterianum lapidem pag. XLIX. 5. emendandum monet, in quo:

M. EGGIO MARULLO. ET
CN. PAPIRIO. AELIANO. COS.
L. D. D. D. K. IUL.

Corrupte M. pro L. legitur. Prænomen enim *Eggii Lucius*, non *Marcus* eſt; atque adeo & Pagius eſt emendandus. Mendoſe item Gudiana inſcriptio, in qua:

M. MARULLO. ET. IUNIO
AELIANO. COS.

Aliæ inſcriptiones apud Relandum, ſolis poſtremis nominibus: *Marullo, & Æliano*, quod habent vulgati Faſti.

Epiſcopatuum anni minime inveniantur. Huc-uſque Euſebius; quibus plane non modo erroris, ſed, ſi dicere hoc fas eſt, temeritatis arguuntur recentiores, qui texentes catalogum Hieroſolymorum Epiſcoporum, ſingulis prout libuit, certum annorum ſedis ipſorum numerum præſcripſerunt; cum alioqui Euſebius Epiſcopus Cæſareæ, ſub cujus metropoli Hieroſolymæ quoque erant, ſe id minime invenire potuiſſe teſtetur. At nos potius ſectamur Euſebium ſe id ignorare ingenue profitentem, quam alios dubia perinde ac ſi certa exploarataque forent affirmantes, quod & alias ſuperius conteſtati ſumus. Eoſdem habet idem Euſebius in hiſtoria, ſed primo uſque ad Narciſſi priorem ingreſſum.

JESU CHRISTI ANNUS	ELEUTHERI PAP. ANNUS	COMMODI IMP. ANNUS
187.	9.	6.

I. Epiſtola Eleutheri de ciborum delectu.

CEnteſimo octogeſimoſeptimo Chriſti anno, Maternus, & Bradua Conſules creati ſunt, quibus conſignatæ leguntur litteræ Eleutheri Papæ ad Epiſcopos Galliarum; quarum ſi ſpectes argumentum, nihil eſt quod de iis dubites, cum ea illos in primis admoneant, de quibus (ut vidimus ex litteris Eccleſiarum Vienneſis & Lugdunenſis *a*) jam ſub Marco Imperatore, cum martyres detinerentur in vinculis, de cibis utendis, occaſione Alcibiadis abſtinentiæ, fuerat a ſanctis martyribus controverſia excitata; nam Montaniſtæ (ut diximus) illegitimas ac ſuperſtitioſas in Eccleſiam inferre conati fuerant xerophagias. Quamobrem ad hæc reſpexiſſe videtur conſtitutio ab Eleuthero edita, qua admonuit, ne quis eſcam aliquam repudiaret, ut malam, quæ a Deo creata eſſet; quod affinis hæc eſſet hæreſis dogmati Marcionis, a malo principio hæc omnia creata eſſe dictantis, quæ in eadem epiſtola repetita eſſe videntur, fuſiuſque tractata.

(*a*) *Euſeb. lib.* 5. *c.* 3.

II. Duplex univerſalis Præfectura.

Qui impugnant veteres Decretales epiſtolas Romanorum Pontificum, huic ab Eleuthero conſcriptæ favent, quod ſcilicet in fine hæc habeat verba ad Epiſcopos Gallicanos: *Hujus rei gratia univerſalis vobis a Chriſto Jeſu commiſſa eſt Eccleſia; ut pro omnibus laboretis; & cunctis opem ferre non negligatis.* Poſſemus equidem haud injuria ſuſpicionem prætexere adulteratæ epiſtolæ: cum, quæ in

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 938. Olymp. 241. an. 1. A. C. 185.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5678.

☉ 26. C. ☽ 15. P. 4. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 185. *ſecundum Baronium* 187.

VICTORIS PAPÆ 1.

COMMODI IMP. 10. & 6.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Triarius Maternus, & M. Atilius Metilius Bradua.*

II. *Decennalia Imperii Proconſularis Commodi.*

Decennalia Imperii Proconſularis Commodi hoc anno edita, ut liquet ex Nummis, quos Mediobarbus pag. 249. recitat, perperamque cum anno præcedenti conjungit. In eorum poſtica legitur: VOTA SUSCEP. DECENN. P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. P. P. S. C. In illis viſitur Imperator ſacrificans. Nec refert, quod in Decennalibus Vota Decennalia ſecunda, non vero ſimpliciter Vota Decennalia, ut in Quinquennalibus fieri ſolitum erat, nuncuparentur; nam in laudata Epigraphe ſubintelligitur nota numeralis II. ita ut ſenſus ſit, *Vota ſuſcepta Decennalia II.* Sic Vota Decennalia Antonini Pii in Num-

NOTÆ

[1] COſſ. *Triarius Maternus, & M. Atilius Metilius Bradua.* Inſcriptiones omnes apud Relandum in Faſtis hujus anni, ex Grutero pag. CXCIII. 13. Sponio pag. 80. & ex Cupero in epiſtola conſulari, poſtrema tantum horum conſulum nomina exhibent, exempli gratia:

KAL. DECEM. MATERNO. ET BRADUA.

Cetera nomina deſiderantur; quare incertum eſt, an ea fuerint, quæ Pagius affert.

Faſti vulgati, ut Idatiani, Vindebonenſes; & Proſperi Chronicon: *Materno & Bradua.*

Conſules ſuffecti hoc anno *ex Kal. Jul.* memorantur:

C. *Peſcennius Niger II.*
L. *Septimius Severus*
Apulejus Rufinus, & alii viginti.

Spartianus in Peſcennio Nigro: *A Commodo denique Peſcennius Cos. declaratus, Severo præpoſitus eſt.* Spartianus in Severo, cap. IV. de primo ejus conſulatu: *Conſulatum cum Apulejo Rufino primum egit, Commodo ſe inter plurimos deſignante.* Dio lib. LXXII. pag. 822. narrat, a *Cleandro* conſules XXV. in annum unum fuiſſe deſignatos, in quorum numero *Severus*, qui poſtea Imperator fuit.

in ea poſita ſunt de Judiciis, ſuper addita, exſcriptaque videantur ex Conſtantini Imperatoris conſtitutione & interpretatione ad eam appoſita, quæ in Codice Theodoſiano (*a*) leguntur. Sed illorum verborum, *Univerſalis vobis a Chriſto Jeſu commiſſa eſt Eccleſia*, dicimus eſſe legitimum ſenſum, quod oppugnantibus hæreticis univerſalem Eccleſiam, quorum (ut vidimus) his temporibus ingens erat numerus; non modo Epiſcopis, ſed unicuique Chriſtiano ejus defenſionis ſtudium imperatum eſſe videretur; pro veritate enim atque juſtitia uſque ad mortem certandum, omnibus fidem ſectantibus eſt a divina Scriptura (*b*) mandatum. Nec ob eam cauſam confunditur ordo hierarchicus, a Chriſto (ut dictum eſt) in Eccleſia inſtitutus; nam ſicut quodlibet corporis membrum ſuo fungens munere, pro toto corpore dicitur laborare; adeo ut hac ex parte, totius corporis, non partis tantum (quod ad munus ſuum ſpectat) jure illi poſſit dici cura commiſſa, abſque capitis, quod eſt præcipuum membrum, offenſione; ita etiam Eleutherus merito jureque membris Eccleſiæ ea ratione dixerit univerſalis Eccleſiæ curam eſſe commiſſam.

(*a*) *De Jud. l.1. & ibid. interpret. Codic. Theodoſ. lib.2. tit. 18.*

(*b*) *Eccl.*4.

III. Reperitur ab Apoſtolo Paulo eadem fere uſurpata phraſis, nam cum vocaſſet majores natu Eccleſiæ Epheſi conſtitutæ, ſic allocutus eſt eos (*c*): *Attendite vobis & univerſo gregi, in quo poſuit vos Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo*: hocque illud ipſum eſt, quod cum S. Cyprianus (*d*) primum dicit: *Una eſt Eccleſia, per totum mundum in multa membra diviſa; item, Epiſcopatus unus eſt, Epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus*: poſt multa ſubdit hæc verba: *Epiſcopatus unus eſt, cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur, ut Epiſcopatum unum indiviſumque probemus*: nimirum (quod dictum eſt) cum quodlibet membrum pro toto corpore, cujus unum eſt caput, cujus eſt muneris cunctis proſpicere, intelligitur laborare. Quo etiam ſenſu hæc apud S. Clementem (*e*): *Scripſimus vobis omnibus hanc Catholicam doctrinam, ad confirmandum vos, quibus Epiſcopatus univerſalis creditus eſt & commiſſus*: ſic & S. Ignatius (*f*) communis Eccleſiæ vocat Epiſcopum qui Philadelphiæ tantum præfectus erat Antiſtes.

(*c*) *Act.*10

(*d*) *Cyprianus de unitate Eccleſiæ.*

Quomodo quiſque Epiſcopus dicatur univerſalis.

(*e*) *Clem. Conſt. lib. 9. c.14.*

(*f*) *Ignat. epiſt. ad Philadel.*

IV. Et in eundem plane modum Gregorius Nazianzenus, cum agit de S. Athanaſio (*g*): *Creditur illi* (inquit) *populi Alexandrini præſidentia; quod perinde eſt, ac ſi dicam, totius Orbis præfectura. Cur ita? quia ſcilicet præfuit Eccleſiæ Alexandrinæ, ut univerſali prodeſſet*. Idem & de ſancto Cypriano encomium texens, hæc in eamdem plane ſententiam (*h*): *Non enim Chartaginenſium ſolum Eccleſiæ præfuit, aut Africæ, quæ merito ejus uſque in hodiernum diem omnium ſermone celebratur, ſed univerſo Occidenti, immo & Orienti fere ipſi Meridiei, & Septentrioni, quocumque ille admiratione ſui pervenit*. Hæc ipſe. Plura alia ad hæc exempla eſſent addenda, ſed plus ſatis hæc eſſe videntur ad dictorum verborum elucidationem, quorum cauſa Novatores, cum alioqui Decretales omnes illas epiſtolas reſpuant, negotium faceſſunt Eccleſiæ, cum hierarchicum ordinem in ea divinitus inſtitutum impugnant. Sed de eo ſuperius ſuo loco pluribus actum eſt.

(*g*) *Greg. Nazian. orat. in laud. Athanaſ.*

(*h*) *Idem orat. in laud. Cypr.*

Qui

PAGIUS Nummo apud Mediobarbum pag.199. his verbis exprimuntur: VOTA SUSCEP. X. COS. IIII. cum tamen, poſtquam Conſulatum quartum Antoninus Pius iniit, Vota tantum ſecunda Decennalia ſuſceperit. Is loquendi modus in Nummis M. Aurelii etiam uſurpatur, ut videre eſt apud Mediobarbum pag.222. Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari pag.121. præfatum Commodi Nummum repræſentat; ſed Typographi errore, loco, IMP. VII. COS. IIII. perperam habet, IMP. VII COS. III. Porro cum Commodus Tribunitiam Poteſtatem undecimam hoc anno V. Kal. Septemb. inierit, patet hæc Decennalia anticipata fuiſſe, ac die natali poſterioris Imperii Auguſtei celebrata.

III. [1] *Eleutherus* Papa hoc anno e vivis exceſſit, eique *Victor* ſucceſſit, ut infra videbimus.

Eleutheri PP. Obitus.

NOTÆ [1] Vide quæ ad A. D. 177. n.XI. diximus.

I. QUi ſequitur annus Domini centeſimus octogeſimusoctavus, notatur in Faſtis quinto Commodi Conſulatu cum Acilio Glabrione. Quo & decernitur præfectura Auguſtalis Ægypti Philippo, nempe anno ſeptimo Commodi Imperatoris; nam licet poſt exactum annum ſeptimum Commodi illa potitus dicatur; id accidit quod non ſimul ac ab Imperatore electus eſſet, nomen conſequebatur & munus, ſed cum Alexandriam ingrederetur, idque lege Auguſti factum Ulpianus (a) affirmat. Hic ille Philippus pater illuſtris martyris Eugeniæ, qui una cum Claudia conjuge in provinciam profectus eſt; ubi Judæos ac magos, qui ſibi viderentur peſſimum omnium hominum genus, vehementer exagitavit; cum Chriſtianis autem benigne egit, eos reveritus propter integerrimæ vitæ exemplum. Deſponderat hic Eugeniam

Philippus præfectus Ægypti.

(a) *l. unica ff. de off. Præf. Aug.*

Eugenia Virgo, Philippi filia.

PAGIUS SÆC. II. Anno Urbis 939. Olymp. 241. an. 2. A.C. 186.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5679.

☉ 27. B. ☽ 16. P. 27. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 186. *ſecund. Baronium* 188.

VICTORIS PAPÆ 2.

COMMODI IMP. 11. & 7.

I. Conſules.

[1] AD num. I. Coſſ. *Commodus Aug. V. & M. Acilius Glabrio II.* ut demonſtrat Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari.

II. Decennalia prioris Imperii Auguſtei Commodi.

[2] Decennalia prioris Imperii Auguſtei hoc anno a Commodo exhibita, qui ideo Conſulatum quintum juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam iniit. Extat hujus Imperatoris Nummus apud Mediobarbum pag. 251. in cujus poſtica legitur: SAEC. FEL. P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. Cernitur Victoria ſtans, dextra inſcribens clypeo, VO. DE. id eſt, *Vota Decennalia*, quæ ideo exhibita fuere die natali poſterioris ejus Imperii Auguſtei. Nam hoc anno Commodus die XXVIII. Auguſti Tribunitiam Pot. XII. iniit, & a patre menſe tantum Novembri anni CLXXVI. Auguſtus renuntiatus fuit.

III. Claſſis Africanæ inſtitutio.

Lampridius in Commodo cap. 17. ait: *Claſſem Africanam inſtituit, quæ ſubſidio eſſet, ſi forte frumenta Alexandrina ceſſaſſent.* Quæ inſtitutio hoc anno facta, ut conſtat ex Nummo Commodi apud Mediobarbum pag. 251. & Sponium in Diſquiſitionibus Antiquitatis. In ejus poſtica legitur: P. M. TR. P. XI. IMP. VIII. COS. VI. P. P. S. C. PROVID. AUG. id eſt, *Providentia Auguſti*. Repræſentatur eo in Nummo navis in medio maris cum velis abſque remis. Ex quo confirmatur quod in Diſſert. Hypat. dixi, nova nempe inſtituta Romanum Orbem de more vidiſſe annis Decennalibus & id genus feſtis addictis, & Commodum, licet Imperatorem valde abnormem, in eam legem non peccaſſe.

NOTÆ

[1] COſſ. *Commodus Aug. V. & M. Acilius Glabrio II. Commodi* nummus aureus in Muſæo Theupolo pag. 206. cum TRIB. POT. XI. COS. V. Alius ibid. pag. 540. cum TRIB. POT. XIIII. IMP. VIII. COS. V. Gruterus pag. XCIV. 2.

IMP. COMM. AUG. FELICE. V.
ET GLABRIONE. IT. COSS.

Item pag. CCCXLIV. 1. 4. male pag. CCCLXIV.

ACILIAE. &c.
NEPTI. ACILI. GLABRIONIS
BIS. COS.

Lapis Ligorianus in veteri Latio Eminentiſſimi Corradini, tom. I. pag. 383.

DIANAE. SACRUM.
&c.
SIGNUM. DEAE. CONLOCAVIT
IMPP. M. ANTONINO COMMODO
AUG. V.
ET. VALERIO. AURELIO. GLA-
BRIONE. COSS.

Iterum hic lapis ex Ligoriana collectione prodiit nuper in veteri Latio, tom. VII. pag. 211. Oſcitanter porro exſcriptum a Ligorio, *Valerio Aurelio*, pro *Marco Acilio*. Vide Noriſium in epiſtola conſulari pag. 117.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Commodo V. & Glabrione*, ſine nota gemini conſulatus in *Glabrione*.

[2] NOriſius in Diſſertatione chronologica de votis Decennalibus cap. III. in fine ſcribit, *Commodum* vota Decennalia ſuſcepiſſe A. D. 180. die XVII. Martii, qua die, patre defuncto, ſolus imperium obtinuit, *anno VI. Trib. poteſtatis*. Nummum apud Ottonem Mediobarbi affert cum epigraphe VOT. SOL. DECEN. TRIB. POT. XII. COS. V. quæ notæ A. D. 186. conveniunt; quo anno, inquit Noriſius, *die XXVII. menſis Novembris* fungens *Trib. pot. XII. decennium* ſibi communicati a patre imperii explevit, ac vota Decennalia ſolvit. Mox ſubjicit, extare numiſma *Commodi* cum votis XX. P. M. TR. POT. XV. IMP. VIII. COS. VI. ideſt A. D. 190. cuſum, deſinente decennio, quo a patre imperii conſors factus eſt; quo quidem anno *vota Decennalia* ſolvit, & *vicennalia nuncupavit*. Eadem tamen ſolennia dies aliquot anticipavit, antequam annum *Trib. Pot. XV.* expleret. Hinc nummi Commodi in Muſæo Theupolo pag. 557. cum epigraphe: VOT. SOL. DEC. P. M. TR. POT. XII. COS. V. P. P. Alius ibidem, ubi M. COMMODUS. ANTONI. AUG. PIUS. BRIT. In poſtica: VOT. SUSCEP. DECEN. P. M. TR. P. VIIII. IMP. VII. COS. IIII. P. P. Item alius ibidem cum epigraphe retrorſus: VOT. XX. P. M. TR. POT. XV. COS. VI.

niam filiam Aquilio Conſuli (vel legas, Acilio) qui hoc anno Conſulatum geſſit una cum Commodo; niſi dixerimus hunc eſſe aliquem ex ſuffectis Conſulibus: teſtatur enim Dio, Commodum (quod numquam antea factum fuerat) in annum unum vigintiquinque Conſules deſignaſſe; ſed cum nomen conveniat Conſulis ordinarii, haud alius Conſul quærendus ſuffectus.

II. Sed quidnam accidit? Eugenia in Chriſtum credens, nuptias averſata, una cum fidelibus eunuchis Proto & Hyacintho ſecedens, virili habitu delituit inter monachos, quos Eſſenos a Philone dictos eſſe ſuperius demonſtravimus; hæc omnia perficiente S. Heleno Epiſcopo Heliopoleos. Quomodo vero pater ejus in Chriſtum crediderit, & ſub Severo ſucceſſorem acceperit Terentium, deque martyrio ipſius & Eugeniæ, inferius ſuo loco dicemus. Extant ejus Acta, ex quibus hæc accepta ſummatim narravimus, & alia quæ dicturi ſumus. Cum enim iidem martyres tam Orientalis Eccleſiæ quam Occidentalis præconio celebrentur, & apud omnes æque dies natalitius eorum martyrii recolatur, haud putamus poſſe aliquem ſuſpicari, quæ de illis ſcripta ſunt, eſſe commentum.

Acta S. Eugeniæ & ſociorum germana.

III. Recitantur ea, ſed ex antiquioribus monumentis, a Metaphraſte (*a*); quibus plane conſentientia eſſe noſcuntur, quæ ab Alcimo Avito Epiſcopo Viennenſi ante mille & centum fere annos ad Fuſcinam ſororem de laude caſtitatis ſcripta ſunt; quibus hæc, quæ primitus ab ipſa ſunt geſta, narrantur, cum ait:

Eugenie dudum toto celeberrima mundo
Fama fuit: Chriſti quæ cum pro nomine vitam
Fuderit, ante tamen fortes proceſſit in actus.
Namque habitum mentita viri, &c.

Eam ſiquidem texit hiſtoriam, quæ apud dictum auctorem fuſius enarratur, nimirum quo modo inter monachos incognita diu vixit; & rea facta ſtupri, quod erat, propalare coacta fuit.

(*a*) *Metaph. die 25. Decemb. & alia manuſcripta.*

JESU CHRISTI ANNUS 189. ELEUTHERI PAP. ANNUS 11. COMMODI IMP. ANNUS 8.

I. CHriſti anno centeſimo octogeſimonono, Coſſ. Criſpino & Æliano, octavo anno Commodi Imperatoris, *Apollonius* (inquit Euſebius *b*) *Urbis Senator, lecto Senatui inſigni volumine, quod de Chriſti fide compoſuerat, capite ob Chriſti fidem truncatus eſt.* Hæc in Chronico: ſed & in hiſtoria (*c*) poſt pacem in Eccleſia conceſſam hoc tempore enarratam hæc ſubdit: *Verum iſtud virtutis hoſti & invidia natura ſui æſtuanti diabolo minime ferendum videbatur; & propterea varias de-*

(*b*) *Euſebius in Chronico.*

(*c*) *Euſeb. lib. 5. c. 20.*

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 940. Olymp. 241. an. 3. A. C. 187.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5680.

☉ 28. A. ☽ 17. P. 17. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 187. *ſecund. Baronium* 189.

VICTORIS PAPÆ 3.

COMMODI IMP. 12. & 8.

I. *Conſules.* [1] A Num. I. ad V. Coſſ. *Criſpinus, & Aelianus.* Commodus poſterioris Imperii Auguſtei Decennalia anno uno anticipata edidit, ut certo oſtendit Nummus apud Mediobarbum pag. 252. in poſtica inſcriptum: VOTA SOL. DECENN. P. M. TR. P. XII. COS. V. Viſitur Imperator ad aram ſacrificans, ad cujus pedes victima. Feſtum illud die XVII. menſis Martii poſterioris Imperii Auguſtei natali celebratum; cum die XXVIII. menſis Auguſti currentis Chriſti anni Commodus Tribunitiam Pot. XIII. inierit, ideoque ante eum diem hæc ſolennia exhibuerit. Horum indicium novus *Auctoris pietatis* titulus a Commodo ſumtus. In variis enim Nummis tribunitia Pot. XII. inſignitis vocatur, AUCTOR PIETAT. id eſt, PIETATIS, quod Religionis reſtituendæ ſpecie plures crudelitates commiſerit,

II. *Poſterioris Imperii Auguſtei Commodi Decennalia.*

NOTÆ [1] *Coſſ. Criſpinus, & Ælianus.* Horum prænomina adhuc latent. Gruterus pag. DLXXV. 3.

OSSUA POSITA SUNT
VI. IDUS. NOVEMB. CRISPI-
NO. ET AELIANO. COS.
ARA. XV. KAL. IANUAR
ISDEM. COS.

Alia item inſcriptio apud Cuperum in epiſtola conſulari n. 3. ex Gudianis:

D. D. VI. KAL. IUN.
CRISPINO. ET. AELIANO. COS.

Vulgati Faſti: *Criſpino, & Æliano.*

De Apollonio Senatore & martyre.

de integro machinas contra nos aſtute fabricare aggreſſus eſt. Nam Apollonium virum inter Fideles politioris litteraturæ ſtudiis & Philoſophiæ notitia plurimum celebratum, in judicium adducit; & unum ex ejuſdem Apollonii ſervis ad hanc rem valde accommodatum, qui hominem accuſet, excitat. Cæterum huic miſero ac perdito in judicium intempeſtive & incommode ad Chriſtianum accuſandum ingredienti, actutum (quoniam qui Chriſtianorum nomina ſolum, quia Chriſtiani eſſent, deferebant, Imperatoris edictum neci dare mandaverat) crura ſuffringebantur, Perennio judice contra eum talem ſententiam pronunciante. Iſte autem Deo cariſſimus martyr, cum judex obnixe ab illo petiiſſet, flagitaſſetque ut fidei ſuæ rationem coram Senatu redderet, ſimulatque accuratiſſimani orationem apologeticam pro ſidei, quam profitebatur, defenſione coram omnibus recitaſſet, ſententia Senatus ſecuri percuſſus deceſſit e vita. Quippe vetus lex apud illos extabat, Chriſtianos qui ſemel in judicio comparuerant, niſi profeſſionis ſuæ ſententiam mutarent, non omnino liberos dimittendos eſſe. Iſtius vero coram judice verba & reſponſa, quæ ad Perennii rogata dabat, & orationem apologeticam apud Senatum habitam, ſi cui libitum ſic accurate cognoſcere, ex libro noſtro, quem de veris Martyribus compoſuimus, manifeſto intelliget. Hucuſque Euſebius. At quæſitus diu & a pluribus ejus de Martyribus liber, nuſquam fuit inventus.

II. Quod autem idem Apollonius prædicetur cum cæteris litteris, tum philoſophiæ ſcientia celeberrimus, illud in mentem venit, num hic ille fuerit Apollonius Chalcedonius (*a*) Philoſophus Stoicus, quem Marcus Aurelius Antoninus Imperator (ut vidimus) mirifice coluit. Et licet ex iis quæ Epiphanius (*b*) docet, Apollonium Antonini amicum, quo tempore Bardeſani Syro, ne ſe Chriſtianum profiteretur, ſuadebat, Ethnicum & Chriſtianæ religionis adverſarium ipſum fuiſſe conſtet; fortaſſe is poſtea (ut de multis accidit) fidem Chriſtianam amplexus, ejuſdem quoque ſuſceperit patrocinium. Sane quidem, quantumlibet Senator fuerit, ipſum tamen nomen non eſt Romanum, ſed peregrinum. Accidere autem facile potuit, ut ex litteris illis, quas ab omnium celeberrimo Philoſopho Chriſtiano Bardeſane acceperat, divina operante virtute mente fuerit illuſtratus, ut veræ religionis cultum agnoſceret, atque agnitum ſectaretur. Sed quod id tantummodo perſuadeat conjectura, nihil eſt quod certi affirmare poſſimus; licet id æquius dici poſſit; quam quod hic Apollonius idem fuerit cum illo celebri inter ſcriptores Eccleſiaſticos, qui adverſus Cataphrygas (*c*) commentarios edidit; quod inter alios Nicephorus perperam dixit: nam cum Euſebius, tum ſanctus Hieronymus eos ab invicem diſtinctos ac plane diverſos fuiſſe oſtendant; temporis etiam certa ratio eos mendacii aperti redarguit. Nam cum ex ejus ſcriptis ſuperius dictum ſit, quadraginta poſt annos ab hæreſis Montani principio eas

(*a*) *Jul. Capitol. in Marco.*
(*b*) *Epiph. hæreſ. 66.*

Apollonius Stoicus num idem Senator & martyr.

(*c*) *Niceph. lib. 4. c. 25. 26.*

PAGIUS

ſerit, ut videre eſt apud Lampridium in Commodo cap. 9. Imperatores annis hujuſmodi ſolenniis dicatis novos titulos ſibi attribuere ſolitos, ſparſim in hoc Opere oſtendimus. De falſa Commodi pietate agit Baronius ejus Imperii initio. Porro ex præfatis Decennalibus egregie confirmatur quod in Diſſert. Hypat. tanquam hujuſmodi ſolennium fundamentum ſtatuimus, annos nempe quinque ultimæ feſtivitatis, non a primo Imperii, ſed ab illo, quo ultima celebrata, ipſo etiam in ſummam collato, deducendos eſſe. Si enim primum horum Decennalium annum ab anno Chriſti centeſimo octogeſimo, quo Commodus patri ſucceſſit, auſpiceris, ea præſenti anno, nequidem extra ordinem, celebrari potuiſſe comperies; cum die XVII. Martii Commodus octavum tantum Imperii poſt patris mortem ſuſcepti annum exorſus fuerit, & hujuſmodi feſta nunquam plus anno anticipata fuerint; ideoque ſi extra tempus exhibita ſint, ad ſequentem Chriſti annum pertineant, quo Commodus nondum Imperii annum inchoavit. Verum, annis, ut fieri debet, computatis, & ab anno centeſimo octogeſimo quarto, quo Commodus ejuſdem Imperii Quinquennalia dedit, deſumtis, res difficultatem non habet, liquetque, Decennalia anno uno Commodum prævertiſſe, ac quarto a Quinquennalibus anno illa dediſſe, proindeque extra legitimum tempus peracta eſſe. Monuit me Andreas Morellius Vir Clariſſ. extare in Gaza Regia Numiſmata Commodi tam aurea, quam argentea ac ærea, in quibus ejus caput collo nudo viſitur, & hæc verba leguntur: VOT. SOL. DECENN. P.M. TR. P.XII. COS. V. &c.

Baron. ann. 183. num. VII.

III. S. *Apollonii* Senatoris Romani martyrium ante præſentem annum contigit; cum is, referente Euſebio, *Perennio* Prætorii Præfecto rationem Fidei ſuæ reddere coactus fuerit, Perenniuſque anno præcedenti interfectus fuerit, ut deduco ex Herodiano lib. 1. cap 9. Ibi Herodianus ait, proditas eſſe inſidias, quas Perennius Commodo parabat, cum *Ludos Romani Jovi Capitolino* facerent. Agon Capitolinus viceſimus ſextus anno Chriſti centeſimo octogeſimo ſexto celebratus eſt; ideoque & *Perennius* eodem anno occiſus. Nec audiendi, qui hanc mortem conferunt in annum Chriſti CLXXXII. quo XXV. Agon Capitolinus editus. Lampridius enim in Commodo cap. 6. bellum Britannicum, antequam Perennius interficeretur, inchoatum fuiſſe indicat, & ex dictis conſtat, bellum illud anno CLXXXIII. geri cœptum. Nec etiam refert, quod Lampridius citatus cap. 8. dicat: *Commodus, cum adulterum matris Conſulem deſignaſſet, appellatus eſt Pius: cum occidiſſet Perennem, appellatus eſt Felix:* in Nummis vero Commodus dicatur Felix, cum gerit Tribunitiam Pot. VII. quæ anno CLXXXII. menſe Auguſto deſinit. Nam Commodus dicitur in Nummis Pius, & Felix ipſo Imperii poſt patris mortem ſuſcepti initio: ideoque ſunt hæc epitheta, non vero cognomina, quod inde certo conſtat, quod adulter ille interemtus eſt, Cleandro Præfecto Prætorii exiſtente, ut indicat Lampridius in Commodo cap. 7. Gruterus pag. 94. Inſcriptionem exhibet, in qua memoratur Votum ſolutum:

S. Apollonii martyrium.

Baron. num. 1. & & ſeqq.

Perennius occiditur.
Baron. num. IV.

IMP.

eas a ſe conſcriptas eſſe lucubrationes adverſus eum ac cæteros ejuſdem impietatis ſectarios; plane declaratur, longe poſt Apollonii Senatoris obitum, & poſt Commodi tempora, illum Apollonium claruiſſe.

III. Rurſum vero quod ad ejuſdem Apollonii ſupplicium ſpectat; obſervandum eſt non Commodi Imperatoris ſententia fuiſſe damnatum, ſed ex Senatuſconſulto, Perenni judice decernente. Erat enim iſte Perennis (ut tradit Herodianus) præfectus prætorianis militibus. *Hic quippe* (inquit Lampridius *a*) *Commodi animum perſciens, invenit quemadmodum ipſe potens eſſet; nam perſuaſit Commodo, ut ipſe deliciis vacaret, idem vero Perennis curis incumberet; quod Commodus lætanter accepit. Hac igitur lege vivens ipſe cum trecentis concubinis, quas ex matronarum meretricumque delectu ad formæ ſpeciem conciliaverat, trecentiſque aliis puberibus exoletis, quoſque æque ex plebe ac nobilitate, nuptuſque forma diſceptatrice collegerat, in Palatio per convivia & balneas debacchabatur*: & paulo poſt; *Tunc tamen Perennis cuncta ſibimet vindicavit; quos voluit, interemit; ſpoliavit plurimos, omnia jura ſubvertit, prædam omnem in ſinum contulit*: ac de eo iterum: *Et nonnulli per provincias a Perenni ob divitias inſimulati, ſpoliati ſunt, vel etiam interempti; his, quibus deerat ficti criminis oppoſitio, objiciebatur, quod ſcribere voluiſſent Commodum hæredem.* Hæc & alia plura cum ipſe, tum Dio atque Herodianus recenſent.

(a) Lamprid. in Commodo.

Perennis Præfecti ſcelera.

IV. Quomodo autem poſt Apollonii necem, Perennis, qui poteſtate regia diutius exultaverat, & in alios inſultaverat, occiſus ſit, Herodianus (*b*) cæteris fuſius narrat his verbis: *Cum itaque nobiliſſimis ſcænicis operam daret, ſedens Imperatoria ſella Commodus, pleno ſpectatoribus theatro, ſuiſque cuique locis ad ſedendum pro dignitate attributis, priuſquam quicquam diceretur ageretur que in ſcæna, repente quidam Philoſophi habitu, manu baculum geſtans, peramque ſeminudus ab humero ſuſpenſus, curriculo prodiit; mediaque in ſcæna conſiſtens, manuque ſilentium imperans: Non hoc, inquit, ludorum tempus, o Commode, neque ſpectaculis celebritatique vacandum: Imminet cervicibus tuis Perennis gladius; ac niſi caveris non quidem impendens, ſed jam præſens periculum, periſti; nam & ipſe hic adverſus te copias pecuniamque colligit, & nati exercitus Illyricos ſollicitant; quos niſi ſtatim prævenias, occidiſti. His dictis ſive forte quadam divinitus impellente, ſive id auſo homine ut gloriam ſibi ignarus atque obſcurus acquireret, ſeu quia ſperaret ingens aliquod præmium ſe ab Imperatore conſecuturum; ſane illum de repente obſtupefecerat. Cæteri autem etſi non de nihilo ea dicta ſuſpicabantur, tamen fidem habere diſſimulabant. At Perennis comprehendi hominem jubet, ac pro furioſo & vaniloquo, igne comburi; ita ſcilicet dedit pœnas intempeſtivæ libertatis. Cæterum qui ſe Commodi ſtudioſos videri volebant, peroſi antea quoque Perennem, utpote intolerandæ hominem ſuperbiæ contumeliæque: nacti opportunum tempus, calumniis eum premere aggrediuntur; ſed ſcilicet ita futurum erat, ut Commodus inſidias vitaret, & Perennis una cum liberis penderet pœnas.* Addit his Herodianus alias in Perennem querelas militum Romæ agentium, & alio-

(*b*) Herod. lib. 1.

Perennis præfecti caſus.

PAGIUS

Imp. Comm. Aug.
Felice. V. et. Glabrione
It. Coss.

anno ſcilicet Chriſti CLXXXVI. quo Perennius occiſus, & Commodus Felix cognominatus, ut ex hac Inſcriptione liquet, quæ & Glabrionem iterum Conſulem fuiſſe demonſtrat. Apollonius itaque ante annum CLXXXVI. martyrium fecit. Quæ tamen de eo in Chronico Euſebii juxta editionem Pontacenam dicuntur, deſunt in variis Manuſcriptis, ut ipſemet Pontacus in Notis fatetur; indeque nulla Apollonii in Chronico Euſebii juxta editionem Scaligerianam mentio.

IV. Hieronymus non tantum *Apollonium* in numerum Scriptorum Eccleſiaſticorum refert epiſt.84. ſed etiam inter eos numerat, *qui in tantum Philoſophorum doctrinis atque ſententiis ſuos referciunt libros, ut neſcias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem ſeculi, an ſcientiam Scripturarum*. Ad hæc, eum Senatorem facit. Verum hæc S. Doctor proprio ingenio ex Euſebio exaggeraſſe videtur. Ait quidem Valeſius in Notis Euſebianis, Hieronymum hæc *ſine dubio ex prava Rufini interpretatione hauſiſſe*. Sed hoc nullo modo fieri potuit, cum tot annis Catalogum Hieronymus ſcripſerit, antequam Euſebium Rufinus verteret. Scripſit hæc Hieronymus anno Theodoſii M. XIV. in libro nempe de Script. Eccleſiaſt. eo anno publicatis: tranſtulit Hiſtoriam Euſebii Rufinus anno Chriſti quadringenteſimo, ut ſuo loco dicetur. Octo igitur ad minimum annis Euſebium Latine reddidit Rufinus, poſtquam Catalogum ſuum ſcripſerat Hieronymus. Eodem etiam modo in altero Apollonio deſcribendo verſatus eſt Hieronymus: *Apollonius*, inquit, *vir diſertiſſimus ſcripſit adverſus Montanum, Priſcillam & Maximillam; inſigne & longum volumen, in quo aſſerit, Montanum & inſanas vates periiſſe ſuſpendio*. De ſuſpendio enim Montani locutus quidem eſt Euſebius, ſed ejus narrationem alteri plane Scriptori, & quidem anonymo tribuit lib.5. cap.16. a quo ſatis aperte Apollonium diſtinguit cap.18. Imo & idem Anonymi Opus Rhodoni etiam attribuit Hieronymus in Miltiade, ubi ait: *Miltiades, cujus Rhodon in Opere, quod adverſus Montanum, Priſcillam, Maximillamque compoſuit, recordatur*, &c. Et tamen Auctor, qui Miltiadis meminit, idem eſt, ac ille qui tradidit, Montanum & Maximillam ſuſpendio vitam finiiſſe. Quare in ea narratione non ſemel Hieronymus memoria lapſus. Legendi Halloixius in Notationibus ad Vitam S. Apollinaris cap.3. Valeſius in Notis ad lib.5. Euſebii cap.16. & Pearſonius in Vindiciis Epiſtolarum S. Ignatii.

S. Apollonius nec Scriptor, nec Senator fuit.

Christi	Eleuth. Pap.	Commodi Imp.
189.	11.	8.

(*a*) *Dio in Commodo.*

aliorum ex Britannia refert Dio (*a*) ea de cauſa Romam adventantium: quibus omnibus perſuaſus Commodus annuit, ut occideretur Perennis; datoque negotio Clearcho qui eum odio proſequebatur, non ipſe tantum, ſed & filius qui agebat in exercitu, uxor quoque & ſoror ſimul cum filiis occiſi ſunt. Finis hic fuit Perennis diu antea ad vindictam aliorum tolerati: ſed ubi ſanguine Chriſtiano ſe polluit, inſperatam ultionem numinis ſenſit.

V. Hoc item anno, poſt Apollonii Senatoris necem, hæc contigiſſe refert Euſebius (*b*): *In Capitolium fulmen ruit: & magna inflammatione facta, Bibliotheca & vicinæ quoque ædes concrematæ.* Magna ſubinde ſubſecuta eſt peſtilentia, qua cum univerſa Italia eſt afflictata, tum Romæ præcipue; cum (ut tradit Dio) ad duo millia mortuorum corpora quotidie efferentur. Cæterum Apollonii dies cædis, in tabulis Eccleſiaſticis ex more adſcriptus, memoria anniverſaria ſemper poſtea in Eccleſia celebratus eſt.

(*b*) *Euſebius in Chronico.* Clades ſecutæ necem Apollonii.

JESU CHRISTI ANNUS	ELEUTHERI PAP. ANNUS	COMMODI IMP. ANNUS
190.	12.	9.

I. CHriſti anno centeſimo nonageſimo, Fuſciano & Silano Coſſ. agente Commodo in Imperio annum nonum, defuncto Juliano Epiſcopo Alexandrino, anno decimo ſedis ejus ſubſtitutus Demetrius ab Euſebio (*c*) ponitur in Chronico; licet in hiſtoria longe majorem annorum numerum Juliano tribuiſſe videatur, dum eum uſque ad Severi perſecutionis tempora perveniſſe demonſtrat, ſic dicens: Cum

(*c*) *Euſe- in Chronico.* Demetrius Epiſc. Alexand.

PAGIUS V. *Roma peſte, fame & incendio afflicta.*

Ad num.V. Peſtilentia, quæ teſte Herodiano lib.1. cap.II. univerſam Italiam occupavit, ad annum centeſimum nonageſimum, quo Commodus ſextum Conſulatum geſſit, ſpectat. Mediobarbus enim Commodi Nummum exhibet inſcriptum: SAL. GEN. HUM. COS. VI. P. P. S. C. id eſt, *Salus generis humani*. Cernitur Æſculapius ſtans, ſiniſtra baculum cum ſerpente involuto tenens, & dextram porrigens figuræ in genua procumbenti. Producit & alium Commodi Nummum, in cujus poſtica legitur: VOTA SOLUT. PRO SAL. P.R. COS. VI. P. P. Viſitur figura ad aram ſacrificans. Peſte itaque anno CXC. graſſante, Vota ſoluta ſunt pro ſalute Populi Romani, & ſanitas ab Æſculapio poſtulata. Eodem pariter anno videtur contigiſſe magnum illud incendium, de quo Herodianus lib.1. cap.14. ſcribit: *Sed ubi templum* (Pacis ſcilicet) *comſumptum ignibus eſt, plurima quoque & pulcherrima Urbis ædificia conflagrarunt, inter quæ etiam Veſtæ templum.* Euſebius enim in Chronico anno Abrahami 2227. qui Kalendis Octobris anni Chriſti CXC. inchoatur, incendium illud memorat, & Herodianus lib.1. de illa peſte ac fame, *quæ eodem tempore* Romam opprimebat, ac præterea de illo incendio loquitur, poſtquam narravit clades a Materno Imperio Romano illatas, quæ in annum Chriſti CXC. conveniunt. Statim enim iis recitatis ſubjungit: *Per idem tempus accidit, ut ingens Italiam quidem univerſam peſtilentia occuparet*, &c.

Baron. an.193. num.1. & 11.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5681.

☉ 1. GF. ☽ 18. P.31. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 188. *ſecund. Baronium* 190.

VICTORIS PAPÆ 4.

COMMODI IMP. 13. & 9.

PAGIUS SÆC. II. Anno Urbis 941. Olymp. 241. an.4. A. C.188.

[1] AD num.I. Coſſ. C. *Allius Fuſcianus II. & Dullius Silanus II.* ut oſtendit Em. Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari pag.117.

I. *Conſules.*

Commodus Imperii Cæſarei Tricennalia anno uno dilata dedit. Neque enim ante præſentem annum potuit; cum duo id genus ſolennia eodem anno ab uno eodemque Imperatore non celebrarentur.

II. *Tricennalia Imp. Cæſarei Commodi*

Demetrius Epiſcopus Alexandrinus hoc anno Epiſcopatum Alexandrinum conſecutus eſt; obſervat enim Pearſonius in Annalibus Cyprianicis, licet in Indiculo Nicephori Pariſiis impreſſo ex Codice valde corrupto legatur: Δημήτριος ἔτι ί. Ἡρακλᾶς ἔτη μγ' id eſt, *Demetrius an.10. Heraclas an.43.* ex Codice tamen MS. Londinenſi legendum eſſe, Δημήτριος ἔτη μγ'. Ἡρακλᾶς ἔτι ις'. *Demetrius annis XLIII. Heraclas annis XVI.* Quare cum anno CCXXX. Demetrius vita functus fuerit, hoc anno

III. *Initium Demetrii Epiſcop. Alex.*

NOTÆ

[1] COſſ. *C. Allius Fuſcianus II. & Dullius Silanus II.* Horum poſtrema tantum nomina in vetuſtis lapidibus nota ſunt. Gruterus pag.MVI. 9.

FUSCIANO. II.
ET SILANO. COS.

Lampridius in Commodo cap.XII. *Vota pro eo facta ſunt Nonis Piis, Fuſciano iterum Coſ.* Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Fuſciano & Silano*, ſine nota geminati conſulatus. Vide de horum conſulum nominibus Noriſium in epiſtola conſulari pag.117.

CHRISTI	ELEUTH. PAP.	COMMODI IMP.
190.	12.	9.

(a) Idem lib.6. cap. 3.

(*a*): *Cum Severus jam decimum Imperii ſui annum ageret, & Lætus Alexandriæ reliquæque Ægypti Præfecturam obtineret, & Demetrius nuper tum poſt Julianum ibidem Eccleſiarum Epiſcopatum adeptus fuiſſet, & perſecutionis ardor quotidie magis magiſque incenderetur, &c.*

JESU CHRISTI ANNUS	ELEUTHERI PAP. ANNUS	COMMODI IMP. ANNUS
191.	13.	10.

II

SEquenti anno centeſimo nonageſimoprimo, duobus Silanis Coſſ. Junio atque Servilio, Commodi Imperatoris anno decimo, poſt Maximinum ſubrogatur in Eccleſiam Antiochenam Serapion. Hæc Euſebius (*a*) in Chronico, licet ſanctus Hieronymus id factum dicat anno ſequenti. Celebris hic fuit inter ſcriptores Eccleſiaſticos hujus temporis; de cujus lucubrationibus, quæ apud ſe extarent, hæc Euſebius: *Serapionis in ſcribendo induſtriæ & vigiliarum alia credibile eſt apud alios conſervata eſſe monumenta; ſola autem apud nos ea pervenerunt, quæ contra Dominum * quemdam, qui perſecutionis tempore a fide in Chriſtum excidiſſet, ſeque ad Judaicam ſuperſtitionem tranſtuliſſet, ſcripta fuerunt, & ad Pontium * & Carinum Eccleſiaſticos viros miſſa, atque certæ quædam ad alios epiſtolæ. Alius eſt liber ab eo confectus, de Evangelio quod ſecundum Petrum dicitur: quem quidem elucubravit, quo ea quæ in eo erant falſo commemorata, penitus refelleret, idque pro-*

(a) Euſeb. lib.6. c.10.

Serapion Epiſc. Antioch.

* al. Domninum.

* al. Ponticum & Coricum.

PAGIUS anno Eccleſiam Alexandrinam adminiſtrare cœpit. Et tamen Euſebius lib.6. cap.2. initium perſecutionis Severianæ anno CCII. motæ conſignans ait: *Igitur Severo annum Imperii decimum agente, Alexandriæ & totius Ægypti Præfecturam obtinente Læto, Epiſcopatum vero Eccleſiarum illarum poſt Juliani obitum Demetrio recens adepto*, &c. Ultima verba in Græco habent, τῶν δὲ αὐτόθι παροικιῶν τὴν ἐπισκοπὴν νεωστὶ τότε μετὰ Ἰουλιανὸν Δημήτριος ὑπειλήφει. Quæ ſic melius Chriſtophorſonus vertit: *Et Demetrius nuper tum poſt Julianum ibidem Eccleſiarum Epiſcopatum adeptus fuiſſet*. Quamquam *recens* quandoque *nuper* ſignificet, ut videre eſt in Theſauro Roberti Stephani. At quomodo *recens* vel *nuper* Demetrius Epiſcopus factus, qui jam annis quatuordecim Alexandriæ ſedebat? Verum hujuſmodi adverbia ſæpe longum tempus, quemadmodum & adverbium *jampridem* breviſſimum ſpatium deſignant, quod non raro Viros eruditiſſimos in errorem impulit. Hinc Divus Cyprianus in Epiſtola Synodica Eccleſiæ Africanæ ad Cornelium Papam cum Collegis ſcripta anno ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, de pace Lapſis maturius danda ob perſecutionem ingruentem, ait: *Statueramus quidem jampridem, frater chariſſime, participato invicem nobiſcum conſilio, ut qui in perſecutionis infeſtatione ſupplantati ab adverſario, & lapſi fuiſſent, & ſacrificiis ſe illicitis maculaſſent, agerent diu pœnitentiam plenam*. Ubi Cyprianus rem vix ante annum geſtam, *jampridem ſtatutam* dicit, ut obſervat *Fellus* in Notis ad Epiſtolam I. Cypriani, quæ Pamelio eſt LXVI.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5682.

☉ 2. E. ☽ 19. P.20. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 189. *ſecund. Baronium* 191.

VICTORIS PAPÆ 5.

COMMODI IMP. 14. & 10.

SÆC. II. Anno Urbis 942. Olymp. 242. an.1. A. C.189.

[1] AD num.I. Coſſ. *Servilius Silanus*, & *Dullius Silanus*, id eſt, duo Silani. Dio lib.72. de Cleandro, cujus poſt mortem Perennis ampla fuit auctoritas, ſermonem habens ait: *Neque vero Cleander hæc ſolum fecit, ſed etiam Conſules XXV. in annum unum deſignavit: quod neque ante id tempus, neque poſt unquam factum eſt*. Spartianus vero in Severo Imperatore cap.4. *Conſulatum cum Apuleio Rufino primum egit, Commodo ſe inter plurimos deſignante*. Onuphrius in Faſtis Baronio, ceteriſque perſuaſit, factum id eſſe Materno & Bradua Conſulibus, anno nempe CLXXXV. quo Commodus quintum ſe Conſulem deſignavit. At cum *Perennius* Prætorio Præfectus ac Cleandri deceſſor anno tantum centeſimo octogeſimo ſexto, quo Commodus Conſulatum quintum geſſit, perierit, liquet, vulgarem opinionem falſam eſſe, abſurdamque illam tot Conſulum deſignationem ad præſentem annum pertinere. Id manifeſte docet Spartianus loco citato, cum

I. Conſules.

II. Conſules XXV. in annum unum deſignati.

Baron. an.188. num.1.

NOTÆ [1] COſſ. *Servilius Silanus*, & *Dullius Silanus*. Et horum nomina ante poſtremum abſunt a vetuſtis lapidibus, in quibus extremum tantum retinetur. Gruterus pag.LXXXVI. 9.

TT. SIL. CONS.

Reineſius Inſcript. pag.55. de his *Silanis* hanc ſiglam TT. interpretatur, quanquam id difficile admodum Relando videtur. Fabrettus pag.77.

DUOBUS. SILANIS. COS.

Ita quoque Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Duobus Silanis*.

Hoc anno *Geta Severus*, & *Vitellius* conſules ſuffecti fuere, quod Spartianus in Geta cap.III. narret, *Antoninum Getam*, *his coſſ.* natum eſſe Mediolani VI. Kal. Junias.

propter certos fratres, qui in Eccleſia Roſſenſi illius Evangelii ſimulatione ad alienas doctrinas & a fide diſcrepantes ſe applicuiſſent. Ex quo quidem libro pauca quædam, in quibus ſuam de eo Evangelio ſententiam exponit, commode citare non fuerit ab inſtituto alienum; ſunt autem hæc:

II. Apocrypha quomodo permittenda. *Nos enim, fratres, & Petri & aliorum Apoſtolorum doctrinam recipimus, ſicut & Chriſti; ſed libros quoſdam falſo nomine illorum inſcriptos, utpote ejus rei ſatis experti, omnino repudiamus, idque pro certo cognoſcentes, nos ejuſmodi non aliquando ab illis accepiſſe. Ego enim, cum eſſem apud vos, putabam certe omnes rectæ fidei penitus addictos fuiſſe. Librum idcirco, qui Petri Evangelium inſcribebatur, mihi ab illis oblatum, cum minime perlegiſſem, equidem dicebam; quod ſi, quia hoc Evangelium inter vos non legatur, animo & voluntate diſſideatis, legatur quidem. Verum cum jam intelligam, illos, occaſione ex iis quæ ipſe tum dicebam arrepta, in erroris cujuſdam latebras irrupiſſe; ad vos denuo venire maturabo. Quare, fratres, brevi me expectatote. Nos autem fratres, minime neſcii cujuſnam erroris & ſectæ auctor fuerit Marcianus, & quo pacto, dum ea quæ loquebatur non intellexit, ſibi ipſi repugnaverit (quod plane ex iis quæ ad vos ſcripta ſunt, facile diſcetis) ſimulac a quibuſdam qui ipſum Evangelium uſurpant, hoc eſt, ab iis, qui ex eo primum ſuum duxerunt errorem, quos appellamus* δοκητὰς*, hoc eſt,* Opinatores *(complures enim & variæ ſunt eorum diſciplinæ, ſenſus, & ſententiæ) ſciſcitati eſſemus; poteramus facile animadvertere, nonnullas illius Evangelii ſententias cum vero rectoque Salvatoris verbo conſentientes eſſe, alias autem ab eo diverſas diſcrepanteſque, quas hic veſtris tamquam oculis ad explorandum ſubjecimus.* Hactenus ex commentario illo Serapionis Euſebius.

III. Docitæ hæretici. Erant Docitæ hæretici, qui pſeudo-Evangelio Petri ad ſuam ipſorum hæreſim confirmandam utebantur (inquit Theodoretus *a*) qui non vere, ſed ſola viſione & apparitione credebant fuiſſe myſterium incarnationis. Sectæ hujus auctorem fuiſſe Julium Caſſianum, ex Clemente Alexandrino (*b*) ſuperius dictum eſt. Rurſum vero, quod ad Serapionis lucubrationes pertinet; illis ipſis, quas (ut dictum eſt) ad Pontium & Carinum conſcripſit, hæreſim Montani magnopere exagitavit, quibus declarat, eam jam ab Eccleſia toto Orbe damnatam. Sunt hæc ejus verba ab Euſebio (*c*) recitata: *Ut vero iſtud intelligatis, omnem in Chriſto fraternitatem, quæ per univerſum orbem terrarum diffuſa eſt, ab hac nova & peregrina prophetia, tam falſis præſtigiis inſtituta reapſe abhorrere; litteras Claudii Apollinaris, beatiſſimi viri, qui Hierapoli civitati Aſiæ Epiſcopus præfuit, ad vos miſi.* Erat hæc Apollinaris epiſtola inſtar Synodalis, quod diverſorum Epiſcoporum ſubſcriptionibus munita eſſet. Sed de Montani hæreſi ubique damnata ſuperius diximus, cum de ejus origine actum eſt.

(a) Theod. divin. decret. lib. 5.

(b) Clem. Alex. Strom. lib. 3.

(c) Euſeb. lib. 5. c. 18.

IV. Hujus quoque Serapionis teſtimonio, ſicut & quorumdam antiquorum Theologorum; ut Irenæi, Apollinaris, Clementis, & aliorum, confirmata eſt in Concilio Alexandrino ſub S. Athanaſio Catholica fides conſubſtantialitatis ſanctiſſimæ Trinitatis, ut ſuo loco dicemus. Cum autem agit de ingreſſu Serapionis Euſebius (*d*), de aliis qui tunc temporis in Syria Palæſtina clarebant Epiſcopi, hæc addit: *Cæſareæ item id temporis Palæſtinarum præfuit Theophilus; Narciſſus ſimiliter, cujus ſuperior noſtra mentionem fecit oratio, adhuc Eccleſiæ Hieroſolymitanæ miniſterio perfungebatur.* Addit & de his inſuper: *Eccleſiæ Corinthiorum, quæ eſt in Græcia, iiſdem temporibus Bacchillus fuit Epiſcopus, Eccleſiæ Epheſinæ Polycrates. Et quamquam multi alii præterea (ut veriſimile eſt) & prope infiniti illa hominum ætate floruerunt; illos tamen, quorum recta fides & Catholica ſententia ſcriptis ad noſtram ætatem derivata ſit, ſolos (ut ratio poſtulabat) nominatim citavimus.* Hucuſque Euſebius. Sed de his noviſſime recenſitis ſcriptoribus prolixior erit ſermo ſub Severo Imperatore.

(d) Euſeb. lib. 5. cap. 21. Viri illuſtres hujus temporis.

Chri-

cum poſt recitata verba ſtatim dicat: *Poſt Conſulatum, anno ferme fuit Romæ otioſus. Deinde proficiſcens ad Germanicos exercitus, major filius, qui tunc quinquennis erat,* &c. Caracalla major natu filius Severi in lucem prodiit anno Chriſti CLXXXVIII. ut infra oſtendo; quare anno Chriſti CXCII. quintum ætatis annum inchoavit, ideoque anno CXC. Severus primum Conſulatum geſſit, anno inſequenti Romæ otioſus fuit, annoque CXCII. quo Caracalla quinquennis erat, in Germaniam profectus *Carnunti* Imperator anno inſequenti renunciatus eſt, ut ſuo loco dicam. Hac Conſulum XXV. in unicum annum deſignatione ſuo anno reddita, apparet, Cleandri Præfecti Prætorio interitum, rei frumentariæ inopiam, & peſtilentiam quibus Roma oppreſſa eſt, & novorum nominum menſibus impoſitionem non contigiſſe ante annum CXC. cum Herodianus in fine libri primi hæc uno tenore recitet, & cum Cleandri interitu, qui anno CXC. accidit, copulet.

JESU CHRISTI ANNUS	ELEUTHERI PAP. ANNUS	COMMODI IMP. ANNUS
192.	14.	11.

I. CHriſti anno nonageſimoſecundo ſupra centeſimum, Commodus ſextum & Petronius Septimianus Conſulatum geſſerunt: quo Imperatorem ipſum omnium celeberrimam munerum editionem exhibuiſſe, tradit Euſebius (*a*); cujus cum Gentiles hiſtorici meminerint, quoto ejus Imperii anno facta ſit (confuſe cuncta miſcentes) minus ſignificarunt. Quod vero Euſebius certis annis hæc & alia conſignet in Chronico, haud putandum id ex animi ſententia nullo auctore prævio feciſſe, ſed potius veterum ſcriptorum, quorum monumenta exciderunt, affectatum eſſe veſtigia, ut puta inter alios Julii Africani; quem ſcripſiſſe Epitomen temporum, teſtatur quoque S. Baſilius (*b*), qui eum citat; de quo inferius dicturi ſumus. Meminit horum munerum Herodianus (*c*); cum (ut Dio teſtatur) Commodus ad ſpectandum veniens, perinde ac ſi eſſet Hercules, pelle leonis & clava procedebat inſignis; quippe qui cum Hercules videri vellet & coli, e Neronis, ſeu Solis coloſſo caput auferens, ſuum (quod hactenus Romæ viſitatur) voluit collocari, addidit clavam & æneum leonem (*d*) ſubjectum; quo etiam habitu complures eidem Romæ ſtatuæ dicatæ ſunt; nec amplius filius Marci (ut tradit Herodianus *e*) vocari voluit, ſed Hercules Jovis filius; depoſitoque cultu Romanorum Principum, pelle ſtrata, clavam manu geſtabat, ſeque ipſum (ut ſcribit Lampridius) Commodianum Herculem & deum appellans, tamquam deo ſibi voluit immolari. Adulabatur quidem Senatus, his omnibus acclamans ac parens, licet clam rideret: palam quidem ejus ſtultitias ridere, piaculum erat; nam Dio, qui aderat in theatro, cum aliis Senatoribus, cum alia ex cauſa leviſſimi ejus actus ridendi ſubeſſet occaſio, nova arte, quam ſuggeſſit occaſio, comprimere riſum conatus eſt, quod & alios facere docuit; idque ipſe his tradit verbis: *Quamobrem cum multi riderent, & gladio fuiſſent occiſi, niſi ego folia lauri quæ habebam ex corona comediſſem, perſuaſiſſemque cæteris, qui juxta ſedebant, ut idem facerent; videlicet ut facto continuo motu ſtomachi indicium riſus celaremus.*

(*a*) *Euſebius in Chronico.* Commodus vult haberi Deus Hercules.

(*b*) *Baſil. de Spirit. ſanct. cap. 29.*

(*c*) *Herod. lib. 1.*

(*d*) *Dio in Commodo.*

(*e*) *Herod. lib. 1.*

II. Sed quorſum hæc, inquies, quidve Annalibus Eccleſiaſticis conferunt? plurimum quidem. Accidit enim, ut Chriſtiani quidam tantam impietatem, immo ſtul-

II. Martyres derident Commodum.

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 943. Olymp. 242. an. 2. A.C. 190.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5683.

☉ 3. D. ☽ 1. P. 12. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 190. *ſecund. Baronium* 192.

VICTORIS PAPÆ 6.

COMMODI IMP. 15. & 11.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *L. Aurelius Commodus Aug. VI.* & *Petronius Septimianus*, ex Inſcriptione Onuphriana.

II. *Imperii Proconſularis Commodi Quindecennalia.* Commodi Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam; Proconſularis enim Imperii Quindecennalia dedit, ut varia ejus Numiſmata demonſtrant. Mediobarbus pag. 255. unum exhibet, in cujus poſtica legitur: P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. S. C. VOT. XX. In corona quercea. Commodus Tribunitiam Pot. XV. anno præcedenti iniit, currentique uſque ad quintum Kal. Septembris geſſit. Quare ea ſolennia die XVII. Martii, quo patri ſucceſſit, quove Tribunitia Pot. XV. adhuc in curſu erat, celebrata. Ad ea ſolennia referenda celebris Munerum exhibitio, de qua Baronius & Antiqui mentionem fecere. Videnda Commodi

NOTÆ

[1] COſſ. *L. Aurelius Commodus Aug. VI. & Petronius Septimianus.* Scribe M. ut jam monuimus ſupra de Commodo. Gruterus pag. CCC. 2.

IMP. COMMODO. VI. ET PE-
TRONIO. SEPTIMIANO. COS.
A. P. R. C. DCCCCXLI.
KAL. DECEM.

Ibid. pag. MCI.

IMP. CAES. M. AURELIO
ANTONINO. AUG. PIO. FELICE
VI. M. PETRONIO. SEPTIMIANO.
COS.

Commodi nummus in Muſæo Theupolo pag. 541. ubi. M. COMMOD. ANT. P. FELIX. AUG. BRITAN. P. P. In poſtica. COLL. AN. COM. P. M. TRI. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. Fleetwood pag. 146.

IMP. CAES. M. AURELIO
ANTONINO. AUG. PIO
FELICE. VI. M. PETRONIO
SEPTIMIANO. COS. X. KAL. APRIL.

Hinc

ſtultitiam Commodi, cum Deus Hercules dici vellet æquo animo ferre non valentes, palam per Urbis publicas vias iſtæc Commodi ludicra riderent, ſubſannarent, atque damnantes deteſtarentur; unde & ſuppeditata eſt illis occaſio ſubeundi martyrium. Fuerunt hi Euſebius, Pontianus, Vincentius, & Peregrinus; quos Romæ habitare conſueviſſe in vico Lanario, ſcripta Acta eorum, quæ legimus, docent: licet quæ ſunt typis excuſa (a) habeant, ſed depravate, vicum Carnarium, cujus nominis nullum vicum Romæ fuiſſe legimus, ſed bene Lanarium: immo ejus nominis duos, quorum alter in tertia regione erat, quæ Iſidis & Monetæ dicta eſt; alter vero in regione ſeptima, Via lata, qui dictus eſt Lanarius vicus ulterior, ut ex Publio Victore & Sexto Rufo conſtat. Hi igitur deridentes ac deteſtantes Commodi facinus, Julio Senatori, quem imbuerant Chriſtiana religione id ipſum facere ſuaſerunt. Adulantibus enim cæteris Senatoribus, refragatus eſt Julius; cujus rei gratia libenter mortem oppetiit.

(a) Apud Surium tom. 7.

III. Senatorum Chriſtianorum cauſa qualis.

Ejuſmodi enim erat Chriſtianorum Senatorum cauſa, ut oporteret aut diſcedere penitus a Senatu aut longe ab Urbe aliquo prætextu, honeſtave occaſione, a comitiis abeſſe. Etenim cum adeſſent, impie agere cogebantur; ſiquidem Auguſti lege ſancitum erat, ut, antequam loco conſiderent Senatores, in ara ejus dei in cujus templo comitia haberentur, thure ac mero ſupplicarent, ut tradit Suetonius (b) in Auguſto. In templis dumtaxat cogi conſueviſſe Senatum, &, antequam rogatio fieret, immolari ſolitum ſacrificium, tumque primum de rebus divinis, ac ſubinde de humanis agi, ex Marco Varrone Gellius (c) narrat. Sic itaque Julius renuens in tantam impietatem cum cæteris conſpirare, a Commodo traditur Vitellio militum Tribuno, homini fero animo, ut eum ad immolandum Herculi, nempe ſibi, cogeret; vel, ſi id facere detrectaret, occideretur. Qui parens juſſis, eum id facere renuentem tamdiu juſſit, præter jus faſque ignominioſe fuſtibus cædi, ut animam exhalaret. Cum vero ejus corpus ſuperius nominati Chriſtiani ſublatum curaſſent, ac ſepeliſſent in cœmeterio Calepodii decimo quarto Kalendas Septembris; in crimen vocati, quod bona Julii Senatoris diripuiſſent, ejus rei occaſione diram de illis idem judex habuit quæſtionem, equuleo torquens. Cumque Euſebii unius ex illis poſt hæc linguam radicitus præcidi juſſiſſet; eo nihilominus recte loquente, Antonius carnifex, viſa re tanta, Chriſto credidit, atque capite truncatus eſt undecimo Kalendas Septembris.

(b) Sueton. in Aug. cap. 35.

(c) Gell. lib. 14. cap. 7.

Julii Senatoris martyrium.

IV. Martyres ducti ad petram ſceleratam.

Cum interim reliqui detruſi confeſſores in carcerem, divina in eis operante virtute, miracula ederent, inter alios Lupulus nomine ex Jovis Capitolini ſacerdotibus cum curaretur oculorum cæcitate, Chriſto credidit. Cum poſt hæc iidem qui

PAGIUS

III. *Maternus occiditur.* Baron. ann. 183. n. XII.

modi Numiſmata apud Mediobarbum citatum, ubi in eam rem plura.

Hoc anno *Maternus* miles, qui Gallias Hiſpaniaſque turbarat, quique Commodo Auguſto inſidias paraverat, ut ſcribit Herodianus lib. 1. cap. 10. & 11. *Proditus Imperatori a ſociis quibuſdam, comprehenſus* fuit, ac mulctatus capite, antequam *feſtus dies Matris Deûm* adeſſet. Ait enim Herodianus, *veris initio, ſtatoque ſolemnique die, pompam Matri Deum Romanos* celebrare. Ex hoc temporis charactere *Maternum* currenti anno occiſum intelligimus. Mediobarbus Nummum Commodi exhibet, in cujus poſtica legitur: MATRI DEUM SALUTARI COS. VI. P. P. S. C. Viſitur Dea leonem inequitans, qui Nummus ad ſacrificia a Commodo facta in honorem Matris Deum, cum Materni inſidiæ detectæ ſunt referendus, ut recte Mediobarbus. Non itaque ante præſentem annum, quo Commodus ſextum Conſulatum geſſit *Maternus* interfectus. Quod & demonſtrat alius Commodi Nummus a Vaillantio Viro clariſſimo tom. 1. fol. 95. productus, in cujus poſtica habetur: MATRI DEUM CONSERVAT. TR. P. XVI. IMP. VIII. COS. VI. S. C. Cernitur Cybele leone vecta, dextra tympanum, læva ſceptrum tenens. Tribunitia Pot. XVI. Commodi quinto Kalendas Septembris currentis Chriſti anni inchoata, ideoque & hoc anno *Maternus* interfectus.

NOTÆ

Hinc Relandus *Septimiano Marci* prænomen tribuit, ut in his inſcriptionibus legitur; Lanuvii in Latio olim urbe, in parietibus Eccleſiæ majoris prope turrim Campaniam exſtat inſcriptio, edita apud Gruterum pag. CCCXXX. 3. & ab aliis recuſa, ſed mendoſe, ad conſules ibidem in latere lapidis adnotatos quod attinet. Hos e detritis nunc litteris ſic eruendos puto:

...... MP. COMMODO. VI.
...... MIANO. COS.

Inſcriptio demum in aureo S. Urſulæ ſacrario Coloniæ Agrippinæ reperta, & edita a Petro Relando in Faſtis conſularibus hujus anni, dein a Jo. Georgio Eccardo, rerum Francicar. lib. XXIII. §. XXXIV. tom. I. pag. 420.

IMP. COMMODO
VI. COS.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Commodo VI. & Septimiano.*

qui detinebantur in carcere, ducti ad Petram ſceleratam (ſic habent horum Acta antiquitus ſcripta, quæ in noſtra bibliotheca aſſervantur) plumbatis necati ſunt: quorum corpora ſepelivit Ruffinus presbyter ſexto ab Urbe lapide in arenario inter viam Aureliam & Triumphalem, octavo Kalendas Septembris. Habent autem quæ ſunt edita eorum Acta, hos paſſos eſſe ante amphitheatrum; ubi illum quidem putamus fuiſſe locum, qui Petra ſcelerata diceretur; cujus quidem nominis in aliis quoque Actis martyrum factam mentionem reperimus; verum apud Gentiles ſcriptores nuſquam memini me legiſſe Petram ſceleratam, ſed tantum ab eis nominari Vicum ſceleratum, in quo impia filia Servii Tullii patris corpus rheda percalcatum pertranſiit; ſed & Portam ſceleratam, qua Fabii non reverſuri egreſſi ſunt; itemque Caſtra ſcelerata, ubi Druſus occubuit, quorum meminit Suetonius (a): ac denique Campum ſceleratum, in quo Veſtales ſtupro convictæ vivæ infodiebantur.

(a) Sueton. in Claud. c.1.

V. Quæ fuerit petra ſcelerata.

Cum igitur nonniſi apud monumenta martyrum Petræ ſceleratæ nomen reperérim; interdum perluſtrans antiquas Romæ exiſtentium memorias martyrum mecum cogitavi, num dicta eſſet Petra ſcelerata lapis ille ſepulcrali inſcriptione hominis Gentilis notatus, qui in diaconia S. Viti ad Marcellum dicta, crate ferrea circumdatus, religioſe aſſervatur, quod in eo multa martyrum millia cæſa dicantur: vel illa fortaſſe marmorea tabula, quæ in baſilica Vaticana, ingreſſu portæ illius, quæ proxima eſt Portæ Sanctæ, a ſiniſtris ejus poſitæ, ſuper quam (ut ibi poſita docet inſcriptio) multa corpora martyrum cæſa ſunt. Porro alteram earum ejuſmodi nomen conſecutam eſſe, nulla eſt penes me dubitatio. At ejuſmodi nomen a Gentilibus potius quam a Chriſtianis inditum puto, cum illi eam ſanguine Chriſtiano aſſidue madentem exhorrerent, pariterque deteſtarentur; Chriſtiani e contra, ut de inſtrumentis tortoriis, quibus ſancti martyres eſſent excruciati, facere conſueverunt, eam honore fuerint proſecuti, ac proinde ſacram potius appellarint, eamdemque ut nobiliſſimum carnificinæ martyrum monumentum accurate ſervarint. Hæc vero interdum opinari, conjectura haud longe petita ſuadet.

VI. Julius Proculus Senator.

Sed quod ad Julium Senatorem a Commodo occiſum pertinet, æque ſuſpicio mentem pulſat, num hic ille ipſe ſit Julius Proculus Senator, quem Lampridius (b) inter Senatores ab eodem Imperatore occiſus adnumerat, eumque a Commodo necatum eſſe cum ſuis tradit; eos enim omnes cum ille recenſeat, privatam cujuſque necis cauſam prætermittit. Verum quid certi de his affirmare poſſimus, nihil eſt. Ceterum non Julius tantum, ſed reliqui omnes recenſiti martyres, ſuis quibuſque diebus, quibus ſunt coronati martyrio, adnotati fuerunt in Eccleſiaſticis monumentis, quo eorum natalitia anniverſaria commemoratione a Fidelibus colerentur. Quænam autem ultio divinitus miſſa ſecuta ſit martyrum necem, eadem a nobis citata ſuperius Acta ſignificant; nempe Vitellium repentina morte animam efflaſſe; Commodum vero poſtea, haud multis annis interlabentibus, fuiſſe a ludente ſecum athleta ſtrangulatum. At quæ præter alias innumeras, anno ſequenti clades inflictæ divinitus Urbem inceſſerint, dicemus.

(b) Lamprid. in Commodo.

JESU CHRISTI ANNUS	ELEUTHERI PAP. ANNUS	COMMODI IMP. ANNUS
193.	15.	12.

I. Anno Chriſti centeſimo nonageſimo tertio, Bradua ſecundum & Aproniano Coſſ. Commodi Imp. anno duodecimo, *incendio Romæ facto, Palatium & ædes Veſtæ, plurimaque Urbis pars ſolo coæquatur.* Hæc Euſebius ſummatim in Chronico. Sed quomodo hæc ſe habuerint, præſtat ex Herodiano (c), ea pluribus narrante, hic ad verbum deſcribere: *Maximum*, inquit, *nefas cum in præſens dolorem attulit, tum in futurum peſſimo augurio univerſos conterruit. Nam cum neque imbres ulli, neque nubes, tantumque exiguus terræmotus anteceſſiſſet, ſeu nocturni caſu fulminis, ſive igni aliquo in ipſo terrarum motu velut extrito*, totum de improviſo Pacis templum incendio conſumptum eſt; quod unum ſcilicet opus cunctorum tota Urbe maximum fuit atque pulcherrimum, idem templorum omnium opulentiſſimum, egregieque munitum multoque ornatum auro & argento. Quippe univerſi ferme ſuas illuc divitias quaſi in theſaurum congerebant; ideoque per noctem debacchatus ignis, multos ex opulentis egenos reddidit. Quapropter communem quidem jacturam publice omnes, ſuam autem quiſque privatim deplorabant. Sed ubi templum omne conſumptum ignibus eſt, plurima, quoque & quamplurima Urbis ædificia conflagrarunt; inter quæ etiam Veſtæ templum, ſic ut Palladium quoque conſpiceretur, quod in primis colunt, atque in arcano habent Romani, Troja (ut perhibent)*

(c) Herod. lib.1.

Prodigioſum incendium, quo Pacis Templum conflagravit.

* al. excito.

bent) evectum, ac tunc primum, poſtquam in Italiam devenit, conſpectum ab omnibus; quippe raptum id Veſtales virgines media Sacra via in aulam Imperatoris tranſtulerunt. Multæ præterea pulcherrimæque Urbis partes combuſtæ; plurimoſque dies pervagatum incendium non prius ſedatum eſt, quam repentinis imbribus extingueretur. Itaque totam rem diis imputabant ejus ætatis mortales, quorum ſcilicet voluntate & inchoaſſe incendium, & deſiiſſe arbitrabantur; ac portendi bella quæ ſunt deinceps inſecuta, comſumpto Pacis templo interpretabantur; quam deinceps famam rerum eventus comprobavit. Hucuſque Herodianus.

II. (a) *Dio in Commodo.* Palatium pervaſit incendium.

Prodigium autem id fuiſſe mortis Principis putavis Dio (*a*), qui & Palatium incendium pervaſiſſe tradit, his verbis: *Præterea incendium excitatum in quibuſdam ædibus ad templum Pacis pervenit; conſumptiſque tabernis, in quibus merces Ægyptiorum & Arabum erant, conſcendit Palatium, ubi adeo exuſta ſunt multa, ut libelli, qui ad principatum pertinebant, omnes fere interierint. Ex quo cæpit eſſe perſpicuum, fore, ut id malum non contineretur in Urbe, ſed inde ad univerſum terrarum orbem emanaret. Nec enim id incendium reſtingui potuit humanis viribus, licet eo magna vis aquæ & a pleriſque privatis hominibus & ab ipſis militibus comportaretur, veniſſetque Commodus ex ſuburbio, atque ut incendium reſtingueretur, inſtaret; quod tamen niſi conſumptis rebus omnibus, quibus adhæſerat, finem non habuit.* Hæc Dio, ab Herodiano parum diſſentiens. Verum voluiſſe Commodum Urbem incendere, quod & feciſſet, niſi Lætus Præfectus prætorio eum deterruiſſet; affirmat Lampridius (*b*). (*b*) *Lamprid. in Commodo.* Conſumpta tunc fuiſſe incendio ſacra ſpolia, quæ e templo Hieroſolymitano ſublata Veſpaſianus in templum Pacis intulerat, certum eſt; licet vaſa quædam integra alibi ſervata ad Valentiniani poſtremi ejus nominis Imperatoris tempora permanſiſſe, eaque ceſſiſſe Wandalorum ſpoliis, Procopius (*c*) tradat. (*c*) *Procop. de bello Vandalorum.*

Cen-

PAGIUS SÆC. II. Anno Urbis 944. Olymp. 242. an.3. A. C.191.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5684.

☉4. C. ☽ 2. P.28. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 191. *ſecund. Baronium* 193.

VICTORIS PAPÆ 7.

COMMODI IMP. 16. & 12.

I. *Conſules.*

[1] AD num.I. Coſſ. *Caſſius Apronianus*, & *Valerius Bradua Mauricus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari, & in literis ad me ſcriptis, ubi Gruterum citat pag.356. 1. Cumque Bradua in Inſcriptione a Card. Noriſio ibidem recitata ſine nota iterati Conſulatus proferatur, diverſus eſt a Metilio Bradua anno CLXXXV. Conſule, ideoque perperam datur Conſul II. tam in Annalibus, quam in Faſtis Onuphrianis.

NOTÆ

[1] COſſ. *Caſſius Apronianus, & Valerius Bradua Mauricus.* Poſtrema tantum nomina, ſcilicet *Aproniani & Braduæ* in vetuſtis monumentis occurrunt. Reineſius inſcript. pag. 171. & Sponius pag.114.

APRONIANO. ET BRADUA. COS.

Vide Noriſium in epiſtola conſulari pag. 118. & Fabrettum Inſcript. pag.722. Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Aproniano & Bradua.*

JESU CHRISTI ANNUS 194.	VICTORIS PAP. ANNUS 1.	COMMODI IMP. ANNUS 13.

I. Eleutheri Papæ obitus.

CEnteſimo nonageſimoquarto Chriſti anno, Commodo Imperatore ſeptimum & Pertinace ſecundum Coſſ. VII. Kalend. Junii, Eleutherus Papa, cum ſediſſet annos quindecim & dies vigintitres, ex hac vita ſublatus eſt. De ſedis ipſius annis conſentiunt omnes tum Latini, tum Græci; ſed cum Euſebius in Chronico hoc anno ponat Victoris ingreſſum, in hiſtoria (*a*) autem habeat ſediſſe Eleutherum annis tredecim; equidem puto in notam numeri mendum irrepſiſſe. Quod autem ad diem obitus pertinet, cum Romanum Martyrologium, tum librum de Romanis Pontificibus nos ſecuti, die ante memorata deceſſum ejus ex hac vita poſuimus; ſed an gladio, nobis incompertum eſt: niſi quod in antiquis omnibus Martyrologiis martyr reperitur adſcriptus; cum tamen certum ſit (ut in no-

(*a*) *Euſeb. lib.5. cap. 21.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5685.

SÆC. II. Anno Urbis 945. Olymp. 242. an.4. A. C. 192.

☉ 5. BA. ☽ 3. P. 16. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 192. *ſecund. Baronium* 194.

VICTORIS PAPÆ 8.

COMMODI IMP. 17. & 13.

I. Conſules. II. *Quindecennalia prioris Imperii Auguſtei Commodi.*

[1] AD num.I. & ſeq. Coſſ. *L. Aurelius Commodus Aug.VII. & P. Helvius Pertinax II.* Commodi Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam; Quindecennalia enim prioris Imperii Auguſtei dedit, uno anno dilata. Mediobarbus in Commodo pag.257. hujus Imperatoris Nummum profert, in poſtica inſcriptum: VOT. XX. P. M. TR. P. IMP. VIII COS. VII. S. C. Deeſt annus Tribunitiæ Poteſtatis; ſed Conſulatus Commodi ſeptimus præſenti anno ſuſceptus ea Vota hoc anno nuncupata certo oſtendit. Dio lib.72. ſcribit Commodum ſtatuiſſe Falconem & Clarum anni inſequentis Conſules interficere, ſeque Kalendis Januariis Conſulem, ex loco, in quo Gladiatores aluntur, exire: ſed dum hæc molitur, venenum die ultima anni CXCII. ei propinatum eſſe. Quem Conſulatum octavum Commodum, Quindecennalibus poſterioris Imperii Auguſtei anno uno dilatis, deſtinaſſe non dubitandum; cum nullum Conſulatum præter leges ac præſcripta eum ſuſcepiſſe appareat. Ante Commodum nullus ex Imperatoribus Quinquennalia & Quindecennalia in Nummis memorari juſſerat; quem tamen agendi modum, ſi ſucceſſores imitati eſſent, tanta diligentia opus non fuiſſet, ut quibus annis ea ſolennia, quibus Hiſtoria Chronologiaque mirum in modum elucidantur, ab Imperatoribus edita fuerint, inveſtigaretur. Sed uſque ad Conſtantini M. tempora, Quinquennalia & Quindecennalia in Nummis non expreſſa; & quando in iis ſculpta, non tantum Tribunitia Poteſtas, ſed & Conſulatus ut plurimum prætermiſſi; cum contra in Nummis Commodi tam Conſulatus, quam Tribunitia Poteſtas diſerte enuncientur.

Noriſius Card. in re Antiquaria exercitatiſſimus, in Epiſt. Conſulari pag.121. ſcribit: *Paſſim proſtant Nummi Commodi cum Votis X. ac* TR. P.XV. *Hæc Vota abs te* (nam ea Epiſtola mihi dicata) *dicuntur nuncupata pro Imperio Cæſareo, deinde pro Imperio Proconſulari, denique pro Auguſteo. Nunquam exactam rationem aſſignari poſſe puto, cur ab* TR. P.VIII. *ad* XII. *per quinquennium ſingulis quibuſque annis Vota Decennalia nuncupaverit, niſi dicamus quandoque concepta pro ſalute Populi Romani, quæ poſt decennium ſolvit, cum extent Nummi ejuſdem Commodi inſcripti:* VOTA SOL. PRO SAL. P.R.COS. VI. *aut forte eadem vota repetita memoria in Nummis obſignata iis etiam annis, quibus reapſe concepta non ſunt; vel denique ſtultum illum Principem, qui in unicum annum Conſules viginti quinque deſignavit,* III. *Vota Decennalia nunquam ab Imperatoribus omiſſa.*

NOTÆ [1] COſſ. *L. Aurelius Commodus Aug. VII. & P. Helvius Pertinax II.* Emendandum prænomen in *Commodo*, ut jam monuimus; quamquam *Lucius* in quibuſdam monumentis retineatur. *Commodi* nummus in Muſæo Theupolo pag.550. ubi L. AELIUS. AUREL. COMM. AUG. P. FEL. In poſtica. P. M. TR. POT. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P. Ibidem pag.559. nummos *Pertinacis*, in quo IMP. CAES. P. HELVIUS. PERTINAX. AUG. In poſtica vero. LIB. AUG. TR. P. COS. II. Aliis ibidem pag. 560. ubi retrorſus: VOT. DECEN. TR. P. COS. II. In tegula fictili inter Donianas inſcriptiones cl. II. n.127. pag.99.

OPUS. DOL. Q. NONI. PRISCIANI
M. COMMODO AUG. VII. HEL.
PERTIN. II. COS.

Eadem quoque habetur apud Gruterum pag. CLXXXIV. 1.
Reinerius Inſcript. pag.589.

IMPERATORE. CAESARE AUGUSTO
P. HELVIO. PERTINACE. II. COS.

Pertinax primum conſulatum *ſuffectum* abſens geſſit. Capitolinus in vita, cap. III. qui mox cap. IV. ait: *Et ipſi Commodo plurimum placuit, quia ille eſſet iterum quum Pertinax factus eſt.* Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Commodo VII. & Pertinace*, abſque nota gemini conſulatus in *Pertinace*.

noſtris Notationibus pluribus demonſtravimus) Martyris nomen tribui conſueviſſe non iis tantum, qui violenta morte Chriſti cauſa mori quoquo modo coacti eſſent; ſed & commune fuiſſe illis etiam qui fidei confeſſionis cauſa cruciamentum aliquod ſubiiſſent, licet martyrium minime conſummaſſent.

II. Victor Papa creatur.

De eodem Eleuthero hæc item ſcripta leguntur in eodem libro de Romanis Pontificibus: *Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros duodecim, diaconos octo, Epiſcopos per diverſa loca quindecim. Qui etiam ſepultus eſt juxta corpus beati Petri ſeptimo Kalend. Junii. Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies quinque*: Hucuſque ibi. Sic igitur hoc ipſo anno Kalendis Junii, Victor Afer, Felicis filius in locum ejus Romanus Pontifex ſubrogatus eſt. Sed quid poſt hæc?

III. Commodi interitus.

Poſtrema hujus ipſius anni die, nempe pridie Kalend. Januarii, Commodus Imperator cum ſtatuiſſet complures viros Conſulares ac Senatores occidere, in primiſque ipſam Marciam, quam (ut dictum eſt) loco conjugis habebat, necnon Lætum Præfectum Prætorio, ac Electum cuſtodem cubiculi, re comperta, eorumdem conſpiratione a Narciſſo athleta oppreſſis faucibus ſtrangulatur; hæc Herodianus (*a*) pluribus, nec non Dio (*b*), & alii. Quanto gaudio hæc accepta fuerint a Senatu, acclamationes ab eo in ipſum editæ teſtantur, quas litteris à Mario Maximo commendatas Lampridius (*c*) recitat. Sed ſuperat, mea ſententia, omne portentum, quod impuriſſimum ac immaniſſimum Principem, in quem omnes a majoribus uſque ad minimos merito exclamaſſent, *Severus nihilominus, qui ei ſucceſſit in Imperium* (inquit Lampridius *d*) *amantiſſimus nominis ſui, odio (ut videtur) Senatus, Commodum inter deos retulerit, Flamine addito (quem ipſe vivus ſibi paraverat) Herculaneo Commodiano; utque ejus dies natalis celebraretur, inſtituit*. Hæc ipſe omnia.

(*a*) *Herod. lib.* 1.
(*b*) *Dio in Commodo.*
(*c*) *Lamprid. in Commodo.*
(*d*) *Lampr. ibid.*

IV. Chronologiæ auctoris Veteres adſtipulari.

Hunc igitur exitum Commodus habuit, *cum regnaſſet* (ait Dio) *annos duodecim, menſes novem, & dies quatuordecim. Vixit*

PAGIUS

vit, pro arbitrio Vota nuncupaſſe. Horum Votorum explicatio minus pro voto mihi ſuccedit. Quare eam tibi dimitto. Sed cum omnia Commodi Numiſmata, in quibus hæc Vota expreſſa, explicaverimus, eumque in iis vel ſuſcipiendis vel ſolvendis, morem deceſſorum Imperatorum ſecutum eſſe demonſtraverimus, nulla de iis in poſterum quæſtio moveri poteſt. Nummi, qui præferunt *Vota ſoluta pro ſalute Populi Romani*, anno CLXXXVII. cuſi. Denique cum Quinquennalia & id genus feſta quædam renovatio Imperii eſſent, ut teſtatur Dio lib. 53. neque a Nerone, neque a Commodo, neque ab ullo alio Imperatore unquam omiſſa fuiſſe pro certo habendum. Quod ſi Commodus ea non ediditſet, Dio, qui frequens cum illo fuit, quique lib. 72. notat, eum Conſules XXV. in annum unum deſignaſſe, *quod* inquit, *neque ante id tempus, neque poſt unquam factum eſt*, rem adeo receptis moribus diſſentaneam in literas mittere oblitus non eſſet.

IV. *Eleutheri PP. obitus.*

[1] Eleutherus die ſecunda menſis Maii anni centeſimi ſeptuageſimi ordinatus fuerat; ſupremum autem diem obiit anno centeſimo octogeſimo quinto, Materni & Braduæ Conſulatu notato, die viceſima quinta menſis Maii, poſtquam ſediſſet annos quindecim, dies viginti quatuor. Ejus quidem nomen deeſt in Chronico Damaſi, ſed hæc de eo ibidem dicta: *Fuit temporibus Antonini & Commodi, a Conſulatu Veri & Erenniani uſque Materno & Bradua*, anno CLXXXV. Conſulibus: in auctiori Chronico veterum Pontificum dicitur, eum ſediſſe annos XV. menſes III. dies II: Catalogus nominum Apoſtolicorum, Eleuthero annos XV. menſes IV. dies V. tribuit; ſed utrobique mendoſe. In Martyrologio Hieronymiano ad diem ſextam menſis Septembris habetur: *Romæ via Salariæ Natale S. Eleutheri Epiſcopi*. Sed is dies ad aliquam ejus Tranſlationem pertinet. Florentinius enim in Notis ad illud Martyrologium obſervat, Eleutheri Natale ab aliquibus Auctoribus ſignari VII. Kalend. Junii, ab aliis VIII. Kalend. Junii, ab aliis VIIII. Kalend. Junii. Quare die XXV. menſis Maii mortuus eſt, ac poſtridie ſepultus, juxta regulam a nobis ſuo loco explicatam, quæ docet, quando Natale Pontificum in diverſis Martyrologiis duobus ſubſequentibus diebus conſignatur, alterum ad obitum, alterum vero ad ſepulturam referendum eſſe. In auctiori Chronico veterum Pontificum dicitur, ceſſaſſe Epiſcopatum dies ſeptemdecim. Quod ſi verum eſt, Victor ſedere cœpit die XII. menſis Junii. Ejus unica circumfertur Decretalis Epiſtola ad Epiſcopos per Gallias conſtitutos, quæ incipit: *Magno munere miſericordiæ Dei, totius Eccleſiæ Catholicæ multiplicata ſunt gaudia*, &c. Sed hæc verba deſumpta ex S. Leonis Epiſtola 54. juxta veterem ordinem. Sunt & aliæ in eadem Epiſtola ſuppoſitionis notæ, Viris eruditis obſervatæ. Eleuthero ſucceſſit Victor.

Baron. n. 1.

V. *Interitus Commodi.*

Ad num. III. Cum Commodus die decima ſeptima menſis Martii anni Chriſti CLXXX. imperare cœperit, &, uti habet Lampridius in ejus Vita cap. 1. *pridie Kalendas Septembres patre patruoque Conſulibus*, id eſt, anno Chriſti CLXI. natus fuerit, recte ſcribit Dio, regnaſſe Commodum *annos XII. menſes IX. dies XIV.* vixiſſe vero *annos XXXI. menſes IV.* cum ultimo hujus anni die interfectus fuerit. Anni quibus cum patre regnavit, leguntur in ejus Epitaphio, in quo Commodus dicitur, *Tribunitiæ Pot. XVIII.* ut videre eſt apud Dionem lib. 72. Ex quo certum fit, Commodum anno CLXXV. non vero inſequenti, ut putavit Baronius, Tribunitia Poteſtate donatum fuiſſe.

VI. *Clemens Alex. Baronii Chronologiæ non favet.*

Ad num. IV. Locus Clementis Alexandrini, qui his diebus vivebat, quique a Chriſto nato ad Commodi

NOTÆ [1] NOn anno Chriſti 185. in locum *Eleutheri Victor* Papa ſuffectus eſt: ſed potius A. D. 193. poſtquam *Pertinaci* imperium a Senatu delatum fuit, quod Euſebius in Chronico, & in Hiſt. Eccl. lib. V. cap. XXVIII. narret, *decem annos* Pontificalem ſedem adminiſtraſſe, & *anno Principatus Severi circiter nono Zephirinum* eidem ſubſtitutum; ex quo fit, *Victorem* mortuum eſſe A. D. 202. De die non omnes conveniunt, alii Aprilis XX. alii XXVIII. Julii perhibent. Ita Conſtantius pag. 91.

xit annos trigintaunum & menſes quatuor, in quo domus vere Aureliorum principatum amiſit. Hæc ipſe. Cum autem Clemens Alexandrinus, qui his diebus illuſtris habebatur Alexandriæ, libro primo Stromatum ſupputans tempora, affirmet, ab anno quo natus eſt Dominus, uſque ad mortem Commodi, annos numerari centum nonagintaquatuor: jam vides, lector, chronologiam noſtram his egregie conſentire. Quod vero additur de menſe, non dubium eſt mendum eſſe; nam cum conſtet Commodum ultima die Decembris occiſum eſſe, Chriſtique natalis tam Græcorum quam Latinorum ſententia contigerit die vigeſimaquinta ejuſdem, vel, ſecundum Ægyptios, ſexta die Januarii; nihil eſt quod menſis unius ſpatium addi debeat.

JESU CHRISTI ANNUS 195. | VICTORIS PAP. ANNUS 2. | PERTINAX IMP.

I. SEquenti anno Domini centeſimo nonageſimo quinto, Soſio Falcone & Erutio Claro Coſſ. jam (ut dictum eſt) ſublato Commodo, Ælius Pertinax Italus * natione, patre ignobili ex civitate Alba Pompeia, olim ex ſtudio litterarum a Claudio Pompeiano genero Marci Imperatoris in militiæ tribunatum evectus, & bis Conſulatu perfunctus, ex Præfecto Prætorio, militibus Prætorianis juvantibus, Senatu li-

* *al.* Libs Pertinax Imp.

PAGIUS

modi mortem annos numerat *centum nonaginta quatuor*, Baronium decepit, qui eo Chronologiam ſuam confirmari exiſtimavit; non enim obſervarat Cardinalis doctiſſimus, Clementem Alexandrinum annos Incarnationis computare ſecundum Eram Alexandrinam, quæ Dionyſianam in Eccleſia Occidentali uſurpatam biennio integro præcedit. Alexandrini itaque Eram Incarnationis ſeu Nativitatis ab anno Juliano XLIII. exordiuntur, Latini vero ab anno Juliano XLVI. ideoque laudatus Clementis locus Eræ Chriſtianæ Dionyſianæ confirmandæ non inſervit.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5686.

SÆC. II. Anno Urbis 946. Olymp. 243. an. 1. A. C. 193.

☉ 6. G. ☽ 4. P. 8. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 193. *ſecund. Baronium* 195.

VICTORIS PAPÆ 9.

SEVERI IMP. 1.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Q. Soſius Falco, & Julius Erutius Clarus*, ex Inſcriptione Onuphriana, & ex Gruteriana pag. 109. Card. Noriſius enim in literis ad me Florentia ſcriptis monet, Exſcriptores Onuphrio & Grutero fucum feciſſe, ac pro ERUTIO, ſcripſiſſe FRUCTO. *Erutius Clarus* Conſul fuit anno Chriſti CXLVI. Erutium Clarum ejus filium & hoc anno Conſulem Severus occidit, ex Spartiano cap. 13. in Severo. Ita ex cognomine *Clari* alteram ejus familiam Card. Noriſius reſtituit: cujus emendationi favet Dio lib. 72. ubi utrumque Conſulem vocat, Ερύκλιον τε Κλάρον, καὶ Σύσσιον Φλάκον, id eſt, *Eryclium Clarum*, & *Syſſium Flaccum.* Verum ab Exſcriptoribus erratum, ut ex ipſomet Dione liquet, qui libro 73. poſteriorem Conſulem, non *Flaccum*, ſed *Falconem* recte appellat.

II. *Pertinax Imp. occiditur.* Ait Baronius in Annalibus, *Ælium* Pertinacem ex Præfecto Prætorio Imperatorem factum eſſe; ſed Noriſius in laudatis literis recte obſervat, Pertinacem, non *Ælium*, ſed *Helvium* vocatum fuiſſe, quod Nummi indubitatum reddunt, eumque non ex Præfecto Prætorii, ſed ex Præfecto Urbis, factum eſſe Imperatorem. Id enim diſerte uterque Victor tradit, & indicat Capitolinus in Pertinace cap. quarto, qui & teſtatur, eum opera *Læti* Præfecti Prætorio ad Imperium evectum eſſe, cui ſuffragatur Herodianus lib. 2. cap. 1. Imo Pertinacem nunquam Præfectum Prætorio fuiſſe ſatis oſtendit Capitolinus, qui omnes, quas geſſit, dignitates enumerat, & tamen cap. 2. ait: *Do-*

NOTÆ [1] *COſſ. Q. Soſius Falco, & Julius Erutius Clarus.* Adde *Claro* prænomen *Caii.* Gruterus pag. VI. 6.

Q. SOSIO. FALCONE. C. JULIO.
ERUCTIO CLARO. COS. III. ID. FEB...

Pag. CCCCLXXV. 4.

.. OSSIO. FALCONE. C. JULIO
ERUCTO (pro *Erucio*, ut monuit Noriſius) CLARO. COS.
NON. SEPTEM

De *Falcone* & *Erucio* vide Fontaninum de antiquitatibus Hortæ, lib. II. cap. I. pag. 202. Vetus lapis apud Fabrettum pag. 687. n. 99.

IMP. CAESARI. P. HELVIO PERTINACI
AUG. COS. II.
DEDICATA. XIIII. KAL. APRIL. FALCONE
ET. CLARO. COS.

Dedicatus eſt hic lapis paullo ante *Pertinacis* necem, quæ hoc anno contigit die XXVIII. Martii. A-lia

libentiſſime conſentiente, decernitur Imperator; qui cum perditiſſimum Reipublicæ ſtatum quam primum in priſtinum reſtituere feſtinaret, militibus in eum inſurgentibus, occiditur, cum imperaſſet diebus octogintaduobus, vixiſſet annos ſexagintaſeptem, menſibus quatuor, tribus diebus exceptis; bonis omnibus quod vir optimus haberetur, ſui deſiderio relicto. Hæc ex Dione (*a*) & aliis.

(*a*) *Dio in Petinace r.*

PAGIUS *Doluitque palam Marcus, quod cum Senator eſſet, Præfectus Prætorii fieri a ſe non poſſet.* Pertinax *natus eſt Kalendis Auguſti, Vero & Bibulo Conſulibus. Interfectus autem eſt quinto Kalendas Aprilis, Falcone & Claro Coſſ. Vixit annis ſeptuaginta, menſibus ſeptem, diebus viginti ſex. Imperavit menſibus duobus, diebus viginti quinque*, inquit Capitolinus in Pertinace cap.15. Eumdem diem Pertinacis natalem exhibet vetus Kalendarium a Lambecio publicatum. In lucem itaque prodierat Pertinax anno Chriſti CXXVI. quo Annius Verus & Ambibulus, per errorem *Bibulus* dictus, Conſulatum geſſere. Cum vero quinto Kalendas Aprilis, ſeu die viceſimo octavo Martii interfectus fuerit, liquet, recte numeraſſe Dionem, quando ſcripſit, Pertinacem vixiſſe *annos LXVII. quatuor menſibus & tribus diebus exceptis;* regnaſſe vero *dies octoginta ſeptem*. Laudatus itaque Capitolini locus corruptus eſt, legendumque: *Vixit annis ſexaginta ſex, menſibus ſeptem, diebus viginti ſeptem*. De die enim Pertinacis tam natali, quam emortuali Capitolinum inter & Dionem convenit.

III. *Vota Decennalia initio Imperii nuncupata.*

Pertinax primus ex Imperatoribus fuit, qui Vota decennalia, quæ ipſo die initi Imperii ab Auguſtis nuncupabantur, in Nummis exprimi juſſerit. Mediobarbus enim pag. 261. varios ejus Nummos exhibet, in quibus legitur, VOT. DECENN. qui mos poſtea ſemper ſervatus uſque ad Conſtantinum M. quo tempore ſcribi cœptum, VOT. V. MULT. X. cujus tamen formulæ initium Diocletiano attribuendum, qui in ſuis Decennalibus hoc Numiſma a Mediobarbo productum cudi voluit: IMP. DIOCLETIANUS AUG. in poſtica: PRIMIS X. MULTIS XX. In Nummis itaque Imperatorum, qui ad decimum Imperii annum non pervenere, Vota Decennalia in Nummis memorata de Votis ipſo Imperii initio ſuſceptis ſemper intelligenda uſque ad Conſtantinum M. nunquam vero de Votis Decennalibus quinto Imperii anno nuncupatis; cum illa ante Conſtantinum M. in Numiſmatis memorata non fuerint.

IV. *Pertinax uno die omnes appellationes honorificas recepit.*

Pertinax primus fuiſſe dicitur a Capitolino in ejus Vita cap.5. qui ſimul cum Imperio omnes honorificas appellationes diverſis diebus Auguſtis attribui ſolitas acceperit: *Primus ſane omnium ea die, qua Auguſtus eſt appellatus, etiam Patris Patriæ nomen recepit: necnon ſimul etiam Imperium Proconſulare, necnon jus quartæ relationis.* Dio lib.53. de Imperii inſtitutione loquens, ait Imperatores ratione eorum nominum, quæ in populari civitatis ſtatu uſurpabantur, omnem totius Reipublicæ poteſtatem accepiſſe, ac Pontifices maximos, Imperatores, Patres Patriæ, aliiſque titulis qui in inſcriptionibus occurrunt, appellatos fuiſſe. Quæ nomina poſtquam enumeravit Dio ſubdit: *Hæ ſunt appellationes, iſtæ, quibus Imperatores ſecundum leges ac inſtituta noſtri etiam temporis utuntur. Ac noſtra quidem ætate ſimul omnia eis hæc tribuuntur, Cenſorio excepto; olim vero ſingulæ eis ex legibus decernebantur.* Dio anno Alexandri Severi nono Hiſtoriam ſuam abſolvit, qui tamen dum de Pertinace, cujus electioni interfuit, loquitur, novæ illius conſuetudinis inductæ non meminit. Imo ipſemet Alexander Severus, quando Imperator renuntiatus eſt, his verbis Senatui gratias egit, ut ex Actis pulicis teſtatur Lampridius in Alexandro cap.8. *Gratias vobis, P. C. non nunc primum, ſed & de Cæſareo nomine, & de vita ſervata & Auguſti nomine addito, quæ omnia novo exemplo uno die in me contuliſtis.* Qua ratione Alexander primus fuiſſe videtur qui omnia poteſtatis inſignia acervatim & uno die præter antiquum morem receperit. Quidquid ſit, certum eſt, Imperatores omnes honorificas appellationes ante Pertinacem aut Alexandrum Severum uno eodemque die non accepiſſe, immo ex illis aliquos, aut Patris Patriæ, aut Imperatoris, aut aliorum inſignium honorum nomina diu diſtuliſſe. Quod de Au.

NOTÆ Alia ejuſmodi inſcriptio extat nunc in ædibus Capitolinis, ſed oblitteratis *Pertinacis* nomine ac titulis. Eſt autem:

.....EDICATA. XIII. KAL. APR.....

. . . .

. . . .

.....LCONE. ET. CLARO. COS.

Capitolinus in Pertinace, cap. ultimo: *Interfectus autem eſt* (Pertinax) *V. Kal. Aprilis, Falcone & Claro Coſſ.* Vulgati Faſti: *Falcone & Claro.*

Suffecti conſules hoc anno dicuntur *ex Kal. Mart. Flavius Claudius Sulpicianus, Fabius Cilo. Ex Kal. Maiis, Silius Meſſala. Ex Kal. Jul. Ælius Probus.*

De L. *Fabio Cilone Septimiano*, hoc anno conſule ſuffecto, lapis inter Donianas inſcriptiones cl. VI. n.16. pag.226. qui ita incipit:

L. FABIO. M. F. GAL. CILONI
SEPTIMIANO. COS. PRAEF. URB.

Vide ibi notas.

Et *Didius Julianus*, qui per dies aliquot hoc anno poſt *Pertinacem* imperavit, *Conſul* in nummis dicitur; nam in Muſæo Theupolo pag.560. habetur nummus cum epigraphe: IMP. CAES. M. DIDIUS. SEVERUS. JULIAN. AUG. In poſtica: P. M. TR. P. COS.

II. Didius Julianus Imp.

Cum vero Romanum Imperium in manu eſſe videretur Prætorianorum militum, Didius Julianus militiæ domique ſpectatus, homo diſertiſſimus, auctione venale Imperium ſibi emit, pollicitus dare ſingulis militibus aureos ducentos & quinquaginta; ſicque ab illis in Imperium ſubrogatus, a Senatu perterrito tandem confirmatus eſt; tenuitque, reclamante populo, dies ſexegintaſex; cum interim, qui tribus Romanis exercitibus præerant duces, Peſcennius Niger in Syria, Albinus in Britannia, & Severus in Pannonia * a novo Imperatore deficientes, arripuerunt Imperium. Appellatus eſt autem ab exercitu Severus Imperator (ut tradit Capitolinus) Idibus Auguſti apud Carnutum: ☞ vel potius Idibus Aprilis, ita enim legendum apud Capitolinum putamus ☜. Tunc Severus cum Albino paciſcitur; ac cum exercitu Romam venturus, litteris ad ſe pertractis militibus Prætorianis, cum illi Julianum interfeciſſent, ipſe conſenſu militum atque Senatus appellatus eſt Imperator: hæc omnia fuſius Dio (a), qui tunc Senator comitiis, quibus hæc decernebantur, ſemper interfuit. At Severus pollens conſilio atque prudentia, cum in hunc modum habenas ſumpſiſſet Imperii die prima Junii (ut ex Dione colligitur) licet aliis compluribus tyrannis adverſantibus, tenuit annos decem & ſeptem, menſes octo, dies tres; qui & amore Pertinacis boni Principis, a Senatu Pertinacis (b) nomen oblatum libenter accepit; quem retulit inter deos.

* al. Pæonia.

(a) Dio in Juliano.

(b) Jul. Capitol. in Pertinace, in fine.

III. Severi Imperatoris genus.

Fuit autem Severus patria Africanus ex civitate Lepti, litteris humanioribus excultus, militiæque peritiſſimus; capeſſit Imperium annos natus quadragintaſeptem; quippe qui Coſſ. Erutio Claro bis & Severo (ut auctor eſt Spartianus) natus eſt, anno Domini centeſimo quadrageſimo-octavo, ſexto Idus Aprilis. Ad ejus genus proculdubio ſpectat Septimius ille Severus, qui itidem Lepti in Africa oriundus, ſed Romam puer ductus, magna gloria vixit; ad quem extat lyricum Statii (c) ſcriptum ſub Conſulatu decimoſeptimo Domitiani Imperatoris, ante annos propemodum centum; quam ob cauſam eum fuiſſe putamus proavum Septimii Se-

(c) Stat. Silv. lib.4.

PAGIUS

Auguſtis Dio tradit, de Cæſaribus etiam intelligendum. Quare, ut vidimus, Traianus primum adoptatus, dein Cæſar creatus, ac poſtea Imperio Proconſulari & Tribunitia Poteſtate decoratus. Quæ obſervatio ad Numiſmata explicanda aliquando juvare poterit.

V. Julianus Imperator occiditur.

[1] A num. II. ad VII. Pertinaci ſucceſſit *Didius Julianus*, qui ut habet Dio imperavit *dies ſexaginta ſex*: ideoque die prima Junii occiſus eſt; quod confirmat Spartianus in Juliano cap. ult. ubi ait imperaſſe Julianum *menſibus duobus diebus quinque*, quod verum eſt. Nam Dio, ut in morte Severi, Juliani ſucceſſoris videbimus, Natale Imperii Severi a die prima Junii currentis anni auſpicatur. *A Germanicis legionibus, ubi auditum eſt, Commodum occiſum, Julianum autem cum odio cunctorum imperare, multis hortantibus, repugnans Imperator eſt appellatus apud Carnutum Idibus Auguſtis*, inquit Spartianus in Severo cap.5. de hoc Imperatore loquens. Verum

NOTÆ

[1] MAgna jamdiu eſt controverſia de *anno*, & *menſe*, quo *Septimius Severus*, & *Antoninus Caracalla Tribuniciam poteſtatem* iniere. Panvinius, *Caracallæ* Tribuniciam poteſtatem cum Imperatoris titulo A. D. 108. *kal. Juniis* delatam fuiſſe putat. Baronius vero ad A. D. 210. ſcribit, *Antoninum Caracallam* iniiſſe Tribuniciam poteſtatem, ſimulque in conſortium imperii cum *Auguſti* titulo a patre vocatum A. D. 200. quo *Caracallæ* Decennalia refert. At ab utriſque diſſidet Noriſius, qui in Diſſertatione de votis Decennalibus cap.IV. pag.90. tradit, *Severum* A.D. 103. *Kal. Juniis* Senatus conſulto *Tribuniciam poteſtatem* cum *Auguſti titulo* accepiſſe, quod eum Pannonici exercitus ante paucos dies *Imperatorem* ſalutaſſent. Alii vero contendunt, *Severum die* XIII. *Aprilis* A. D. 193. apud *Carnutum* ab Illyricianis & Pannonicis legionibus *Imperatorem* fuiſſe appellatum, atque adeo ex ea die *Tribuniciam ejus poteſtatem* eſſe ſumendam. At Noriſius mox ſcribit, ſe, quum ex nummorum, ac lapidum inſcriptionibus *annum* communicatæ *Antonino Caracallæ Tribuniciæ poteſtatis* indagaret, in cimmeriis plane tenebris verſari ſenſiſſe, ſpemque omnem abjeciſſe, ac ſatius duxiſſe, rei difficultatem aliis præmonſtrare. Ex nummo gazæ Medicææ, cum epigraphe *Antonini*, & retrorſum P. M. TR. POT. XX. COS. IIII. colligit, initium *Tribuniciæ Poteſtatis* Antonini, ab A. D. 198. eſſe deducendum. Ex Gruteriano lapide pag. CCLXIX. 2. *die* IV. *Aprilis* A. D. 200. dedicato, ubi *Antonini Tribunicia poteſtas* memoratur, affirmat, per id tempus *Tribuniciam poteſtatem tertiam* iniiſſe. At his Noriſius obiicit inſignia elogia, quæ Romæ viſuntur, nempe inſcriptiones *Severi* in fronte Panthei, in foro piſcium, & in arcu ipſius *Severi*, in quibus *Tribunicia poteſtas XI. Severi cum Trib. poteſt.* VI. *Antonini* occurrunt, & in alia apud Gruterum pag. CXCI. in qua *Severus* dicitur *Trib. pot.* XI. *Antoninus V.* Ex his infert Noriſius, Antoninum fuiſſe deſignatum *Auguſtum* poſt *kal. Jun.* A. D. 198. & ad ejuſdem *Trib. Pot.* XX. in nummis, quod attinet, amandat ad lapides e tenebris educendos, ex quibus difficultates omnes infringi poſſe ſperat. Ita vir eminentiſſimus, quod ejus animo inſederat, *Septimium Severum*, *kal Juniis primam Tribuniciam poteſtatem* accepiſſe, itidemque *Antoninum poſt ipſas kalendas*. Quamquam paullo poſt pag.93. affirmat, *Antoninum* Cæſarem, *Imperatorem* deſtinatum, & *Trib. poteſtatem* ei delatam a Severo, poſt victum *Albinum* A. D. 198. *die* XIX. *Februarii*. Et in Epochis Syro-Maced. Diſſert. V. cap. III. ubi de nummo *Antonini* cum epigraphe COS. DES. TRIB. POT. IIII. cenſet, *Antoninum* A. D. 198. *ante menſem Aprilem Trib. poteſtatem* a patre accepiſſe.

Bono fato accidit, ut noſtra ætate, nempe A. D. 1731. ara votiva ad Lateranum eruta fuerit, dum

Severi Imperatoris; nam avum tum paternum tum maternum aliter nominatum fuiſſe, tradit Spartianus in exordio ejus vitæ. Quamobrem eo vetuſtatis monumento ex Statio prodito, conſtat Severum fuiſſe majorum claritudine nobiliſſimum. Qui ipſo ſui Imperii exordio, creato Cæſare Albino, qui Galliarum & Britanniæ exercituum dux erat, poſtquam triginta dies Romæ exegiſſet, in Orientem adverſus Peſcennium Nigrum, qui Antiochiæ ſibi Imperium vindicaverat, cum expeditione profectus eſt. Hæc Dio, Herodianus, ac Spartianus pluribus.

IV. Porro Imperii ſui exordio Severus nullum negotium Chriſtianis religionis cauſa faceſſit; ſed eos bene habuiſſe, Tertullianus (a) non obſcure declarat, ſic dicens: *Ipſe etiam Severus, pater Antonini, Chriſtianorum memor fuit; nam & Proculum Chriſtianum, qui Toparcion cognominabatur, Euhodeæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requiſivit, & in palatio ſuo habuit uſque ad mortem ejus; quem Antoninus optime noverat lacte Chriſtiano educatus. Sed & clariſſimas fœminas & clariſſimos viros Severus ſciens hujus ſectæ eſſe, non modo non læſit, verum & teſtimonio exornavit, & populo furenti in os palam reſtitit.* Hucuſque Tertullianus; qui & æque Chriſtianos faviſſe Severo, quod non adhæſerint alicui tyrannorum, nec Albino nec Nigro, tum in commentario (b) ad Scapulam, tum in Apologetico (c), glorioſe ſicut & vere prædicat. Sic igitur quamdiu Severus ſui compos & humanitatis officii memor fuit, quod a Chriſtiano homine curatus eſſet, erga Chriſtianos benignum ſe præbuit.

(a) Tertul. ad Scapul. c.4.

Severus bene habuit Chriſtianos.

(b) Tertul. eod. lib. c. 2.

(c) Idem in Apolog. cap. 35.

V. Quod vero dicit Tertullianus, Proculum illum fuiſſe procuratorem Euhodeæ; laborant interpretes in hac voce; ſed optima illa conjectura Pamelii, viri inſigniter eruditi, dum putat legendum, Evodi; illud tamen, mea ſententia, non bene, dum addit non eſſe nomen proprium; ſed quod ea vox Græce proſperitatem ſignificet, cum ait Tertullianus, Proculum Evodi procuratorem, idem eſſe, ac ſi dixiſſet

PAGIUS rum loco horum verborum. *Idibus Auguſtis*, legendum, *Idibus Aprilis*, ut Baronius notavit. Ab eo die, qui Aprilis decimus tertius, Tribunitia Poteſtas Severi deducta, non vero, ut hactenus exiſtimatum, a die primo menſis Junii quo Julianus peremtus, quemadmodum anno CXCVIII. num. IX. oſtendam. Eodem tempore, quo Severus ab exercitu Germanico, Peſcennius Niger in Oriente, & Clodius Albinus in Gallia Imperatores appellati ſunt, ut teſtantur Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ. Albinus a Severo bellum cum Nigro geſturo Cæſar appellatus eſt, quia ſc. verebatur, ne, ſe bello Orientali implicito, Romam occuparet. Severus autem *intra triginta dies quam Romam venerat*, eſt profectus, ait Spartianus in Severo cap.8. neque ad eam venit ante annum Chriſti CXCVIII. ut ſuo loco monſtrabo.

VI. Dio lib. 73. pag.837. docet Severum, quando, Imperator dictus eſt, Pannoniæ præfectum fuiſſe.

dum altius terra effoderetur ad fundamenta jacienda novæ frontis Baſilicæ Lateranenſis, quam magnis ſumptibus, & ſumma *Clementis XII. Pont. Max.* munificentia inchoatam, & A. D. 1736. perfectam vidimus, quæ quidem ara vota Noriſii ſolveret, & ſcrupulum omnem eximeret. In aræ ambitu, de qua nos infra ad A. D. 200. hæc leguntur:

PRO SALUTE
ITU. REDITU
ET VICTORIA
IMPP. CAESS.
L. SEPT. SEVERI
PII. PERT. AUG.
ARABIC. ADIAB.
PONT. ET PART
MAX. TR. POT. VIII.
IMP. XI. COS. II.
PROCOS. PP. ET
M. AUR. ANTO
NINI. PII. FELI
CIS. AUG. TR. POT.
III. PROCOS.....
....
....
&c.

In fine dedicata dicitur: KAL. APRIL. SEVERO ET VICTORINO. COS. nempe A. D. 200. En igitur *Kalendis Aprilis* anno Chriſti 200. *Severus* cum *Trib. poteſtate VIII.* & *Antoninus Caracalla* cum *Trib. poteſtate III.* Itaque uterque *primam Trib. Poteſtatem ante kal. Apriles* inierat. Fallitur ergo & ipſe Pagius, qui ad hunc A. D. 193. n. V. ſcribit, *Tribuniciam poteſtatem Severi die* XIII. *Aprilis* incepiſſe; & A. D. 198. n. IX. *Caracallæ Trib. poteſtatem* poſt diem XIII. *Aprilis* ejuſdem anni 198. eſſe deſumendam, aliorum errores hac ratione ſe emendare putans.

illum procuraſſe proſperitatem Severo, dum oleo ſanitati reſtituit. Libenter quidem eidem aſſentirer, niſi ex hiſtoricis illorum temporum conſtaret, Evodum fuiſſe nomen proprium viri omnibus notiſſimi, qui fuit Antonini filii Severi educator: huncque illum ipſum Evodum eſſe, cujus Proculum Toparcion dicit fuiſſe procuratorem; ſicque explicandus videtur locus Tertulliani, in quo fruſtra adeo ſudaverunt interpretes. Nam cum Dio tum in Severo, tum in Antonino Caracallo, Evodum educatorem Antonini filii Severi appellet; quiſnam per Evodum apud Tertullianum intelligendus ſit, nulla videtur ambiguitas eſſe poſſe; niſi quod ibi pro Evodeæ, Evodi, reſtituendum eſſe videatur. Quod quidem illud etiam probat, dum idem auctor ait, Proculum optime notum fuiſſe Antonino, ea ſcilicet ratione, quod (ut ait) fuiſſet lacte Chriſtiano educatus, nimirum quod Proculus ille procurator fuiſſet Evodi educatoris ſui. Sed quod ad Antonini educationem pertinet, opportunius agemus, cum de ejus Imperio poſt Severum dicendum erit. Quod vero curatus a Proculo Severus fuerit hoc ipſo anno, ejuſque Imperii exordio id accidiſſe cum Pamelius opinetur; haud tamen aliquo auctore certo affirmari poſſe videtur.

De Proculo, qui curavit Severum.

VI. Profecturus igitur ad bellum Severus adverſus Peſcennium Nigrum, ne quid turbarum fieret per Clodium Albinum, qui in Galliis exercitui præerat, non tantum (ut dictum eſt) Cæſarem eum dolo creat; ſed quo ejus de ea re animus magis magiſque teſtatus redderetur, *eaque credibiliora forent* (inquit Herodianus *a*) *iiſdem illis ad Senatum relatis, nummiſque ejus imagine percuti juſſis, ſtatuiſque erectis, ſimulque aliis collatis honoribus, fidem gratiæ ſuæ fecit.* In hunc itaque modum vafer Afer alterum perſequendo, alterum vero demulcendo, ſecurum ſibi paravit Imperium; de omnibuſque ſtudens bene mereri, omnium ſibi gratiam conciliavit.

Clod. Albinus creatus Cæſar.

(a) Herod. lib.2. in fin.

VII. Res tunc noſtræ jam longa pace florebant; tumque accidit, quod (*b*) Nicephorus tradit his verbis: *Cum Severus ſucceſſit, tum quoque ſatis bono loco res noſtræ fuere, in dieſque fidei profeſſio augmenta ſua cœpit; eorum quos recenſuimus Eccleſiaſticorum doctorum ſcriptis atque doctrinis illam provehentibus, idque in maximis potiſſimum ubique urbibus, nimirum Alexandriæ, Antiochiæ, Æliæ, & per Palæſtinam omnem, Epheſi, Cæſareæ, & Occidentem verſus Theſſalonicæ, Athenis, Corinthi, in Galliis, & Romæ maxime. Univerſæ enim multitudines & domus totæ ad fidem accedebant, quidvis facere & pati paratæ, quam ut quicquam contra religionem noſtram agerent, aut novarent.* Certe quidem Tertullianus (*c*) in Apologetico, licet conqueratur Chriſtianos poſtea dire fuiſſe vexatos, tamen de Severo nihil expoſtulat, nihilque in eam diem adverſus Chriſtianos eum molitum eſſe teſtatur. At quoniam conſtat Chriſtianos ſub Severo acerbiſſima paſſos eſſe; quando id acciderit, quibuſve impulſoribus, ſuo loco dicemus.

(b) Niceph. lib.5. c.26.

Status Eccleſiæ florentiſſimus.

(c) Tertullian. in Apolog. c.5.

Cen-

PAGIUS

Severus dum Pannoniæ præeſt, fit Imperator.

ſe. *Iſti Rempublicam capeſſerunt, Albinus præerat Britanniæ; Severus Pannoniæ: Niger Syriæ.* Quod confirmat Spartianus citatus quando ait, eum apud Carnutum, quæ fuit Urbs celeberrima Pannoniæ ad ripam Danubii, factum eſſe Imperatorem. Quare erravit idem Spartianus cap.4. ubi poſtquam de Lugdunenſi ejus præfectura locutus eſt, inquit: *Deinde Pannonias Proconſulari imperio rexit. Poſt hoc Siciliam proconſularem ſorte meruit, ſuſcepitque Romæ alterum filium.* Hunc Spartiani errorem refellit etiam Herodianus in Vita Juliani, qui de electione Severi loquens, ait: *Præerat Pannoniis univerſis (nam unius regebantur imperio) Severus quidam genere Afer, &c.* quare ultima ejus præfectura Pannonica fuit. Denique Spartianus in Vita Getæ cap.3. quem in Vita Severi Romæ natum dicit, ait eum natum Mediolani, *etſi aliter alii prodiderunt*, ideoque pugnantes inter ſe ſententias Spartianus ſequitur.

JESU CHRISTI ANNUS 196. | VICTORIS PAP. ANNUS 3. | SEVERI IMP. ANNUS 2.

I. Rom. Pontifex damnat hæreſiarchas.

CEnteſimo nonageſimoſexto Chriſti anno, Severus Imperator & Albinus Cæſar ſecundum Conſules creati ſunt. Quo tempore (licet annus certus definiri non poſſit) Victor Romanus Pontifex recens agnitum Theodotum Byzantium hæreſiarcham damnat, atque ab Eccleſia ejicit. Solemne plane fuit apud antiquos, ut, licet Catholici omnes æque hæreſes abhorrerent, vitarent, ac pariter condemnarent; tamen ſolemnis illa ab Eccleſia ejectio, quam excommunicationem dicere conſueverunt, ab ipſo potiſſimum Chriſti Vicario, ac Petri in ſede ſucceſſore, totiuſque Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo adverſus hæreticos infligeretur. Nuper enim id factum vidimus in Cerdonem, Marcionem, & Valentinum ab Eleuthero Romano Pontifice, quod modo a Victore Papa in Theodotum; id ipſum quoque ab ejus ſucceſſore Zephyrino pariter factitatum (ne remota, ſed tantum proxima adducamus exempla) perſpicue ſatis apparet. At quod ad Theodotum ſpectat, Tertullianus in primis poſt recenſitas omnes hæreſes, quæ ab exordio naſcentis Eccleſiæ ſunt obortæ, ac denique illas quæ Eleutheri Papæ tempore ingruerunt; noviſſimeque ſub Victore, diverſis tamen & incertis annis ejus Pontificatus, prodie-

De Theodoto hæreſiarcha.

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 947. Olymp. 243. an. 2. A. C. 194.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5687.

☉ 7. F. ☽ 5. P. 24. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 194. *ſecund. Baronium 196.*

VICTORIS PAPÆ 10.

SEVERI IMP. 2.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *L. Septimius Severus Aug. II. & Clodius Septimius Albinus Cæſar II.* Uterque juxta primam Conſulatuum Cæſareorum regulam.

II. *Niger occiditur.*

Hoc anno *Niger* a Severo poſt aliqua prælia victus, interemptuſque eſt, ut docent Herodianus lib. 2. Spartianus in Nigro, & alii, qui tamen annum non exprimunt. Sed cum Severus in nummis Tribunitia Pot. II. ſignatis dicatur Imp. II. & Imp. III. & Imp IIII. non dubium quin propter victorias de Nigro reportatas, Imperatoris titulum multiplicaverit.

NOTÆ [1] COſſ. *L. Septimius Severus Aug. II. & Clodius Septimius Albinus Cæſar II.* Vetus inſcriptio Romæ in hortis Juſtinianis ad Lateranum, eraſo *Clodii Albini* nomine, quæ legitur apud Reineſium Inſcript. pag. 89. Sponium in Miſcellan. pag. 4. & Fabrettum pag. 367. n. 128.

DEDICATA. VII. KAL. MAIAS
IMP. L. SEPTIMIO. SEVERO. PERTIN.
II.
. . . . II.
. . . . COS. . . . .
. . . .

Cuperus in epiſtola conſulari n. XVII.

KAL. FEBR. IMP. CAES. L.
SEPTIM. SEVERO
PERTIN. AUG. II.
L. POSTUMIANO. ALBINO. COS.

Donianæ inſcriptiones cl. III. num. 19. pag. 118.

IMP. CAESARI. L. SEPTI
MIO. SEVERO. PERTINACI
AUG. P. M. TRIB. POT. III.
IMP. IIII. COS. II.
ARABICO. ADIABENICO
FRATRI. ARUALI.

Ibid. n. 39. q. 122.

IMP. &c.
SEPTIMIO. SEVERO. PIO
PERTINACI. ARA....
...DIABENICO. P. P. PONTIF. M.
TRIB. POT. IIII. IMP. VIII.
COS. II. PROC.

Alia ibidem, n. 40. cum TRIB. POT. II. IMP. IV. COS. II.

Antiquæ inſcriptiones Etruriæ P. I. pag. 132. SEVERO II. COS.

Nummus *Albini* in Muſæo Theupolo pag. 562. ubi D. CLOD. SEPTIMIUS ALBINUS CAES. In poſtica: SAECULO FRUGIFERO COS. II. Alii ibidem cum COS. II. Nomina *Albini* ex nummis ſunt hæc: *Decimus Clodius Ceionius Septimius Poſtumus Albinus. De primo Albini conſulatu* nulla mentio. Faſti Idatiani, & Vindebonenſes: *Severo II. & Albino.* Proſperi Chronicon: *Severo & Albino*, ſine nota gemini conſulatus in utriſque.

(a) Tertullian. de præſcript. c. ult.

dierunt, recenſet (*a*) his verbis: *Accedit his Theodotus hæreticus Byzantius; qui poſtquam Chriſti pro nomine comprehenſus negavit, in Chriſtum blaſphemare non deſtitit; doctrinam enim introduxit, qua Chriſtum hominem tantummodo diceret, Deum autem illum negaret; ex Spiritu quidem ſancto natum ex Virgine, ſed hominem ſolitarium atque nudum, nulla alia præ cæteris niſi ſola juſtitiæ auctoritate.* Pergit de reliquis dicere; ſed nobis ſuo ordine, quo ſunt poſiti, agendum eſt de ſingulis.

II. Quo tempore Theodotus factus hæreticus.

Porro Theodotus ſub Victore potius Romæ cognitus eſt, quam ſub eodem Pontifice cæperit; quippe qui perſecutionis Marci tempore cum lapſus eſſet, blasphemare cœpit; cumque patrium ſolum tandem præ pudore vertiſſet, ſeque Romam contuliſſet, aliquandiu occultus abſque damnatione delituit; ſed tandem agnitum idem Victor Papa Apoſtolico vigore damnavit, penituſque ab Eccleſiaſtica communicatione proſcripſit; hæc a nobis ſummatim complexa, ab antiquis Patribus quos dicemus, ſunt fuſius enarrata. Licet autem ex iis aliquis dubitet, quanam urgente perſecutione Theodotus ſit lapſus, tamen, cum damnatum ipſum eſſe Victoris ſententia certum ſit, ad eam ſub Marco Aurelio excitatam perſecutionem noviſſimam lapſus ejus (ut dictum eſt) referendus eſſe videtur; nam in perſecutione Severi, quæ poſt Victoris obitum cœpta eſt, contingere minime potuit, cum præſertim ipſum poſt lapſum in Oriente aliquandiu egiſſe, ac ſubinde Romæ, antequam noſceretur, nonnihil degiſſe, ſit exploratum.

III. Lapſus Theodoti.

(b) Epiph. hæreſ. 54.

Sed rem geſtam dilucidius ab Epiphanio (*b*) egregie conſcriptam audiamus: *Hic Theodotus a Byzantio originem duxit, quæ nunc Conſtantinopolis appellatur, coriarius quidem arte, verum multæ eruditionis ac doctrinæ. Hic cum quibuſdam pluribus, tempore perſecutionis inſtante (haud enim ſcio quali perſecutione) a civitatis Principe comprehenſus, & cum aliis pro Chriſto examinatus, cum alii omnes ſervi Dei victoriam abſtuliſſent, & martyrium pro Chriſto ſubeuntes præmia cæleſtia retuliſſent, hic, Chriſto negato, a veritatis ſcopo dilapſus, tranſgreſſionem fecit. Et cum id ipſi exprobraretur, præ pudore a patria ſua aufugit; & Romam profectus, illic vitam tranſegit. Cognitus autem a quodam Romæ, rurſus in idem opprobrium incidit, eo quod provocaretur a noſcentibus ipſum propter eruditionem, quomodo videlicet vir tam magnæ doctrinæ excidiſſet a veritate. Et ſane malam ſui ipſius defenſionem excogitans, novo hoc dogmate prolato, nempe; Deum ego non negavi, ſed hominem negavi. Deinde interrogatus, Qualem hominem? reſpondit; Chriſtum negavi hominem.* Hæc Epiphanius; ſed hæc addit Theodoretus (*c*): *Eum beatiſſimus Victor Romanorum Epiſcopus abdicavit, & excommunicavit; ut qui decreta Eccleſiæ conatus eſſet adulterare.*

(c) Theod. hæret. fab. lib. 2.

IV. Calumnia in Victorem Papam.

Qui hujus ſectam ſecuti ſunt, ab auctore, Thedotiani ſunt appellati; quibus dederunt manus (ut dicemus) qui ſunt ab Artemone progreſſi; qui quidem nullam prætermiſerunt occaſionem, ut quam propugnarent hæreſim propagarent, complura mentientes; nimirum cum alios antiquiores, tum etiam Victorem Romanum Pontificem in eamdem cum Theodoto conſpiraſſe ſententiam. Quod tantum nefas exhorreſcentes pii ac doctiſſimi viri, qui his temporibus in Eccleſia florebant, ſcriptis ſuis editis impudens mendacium egregie refellerunt. Sed quinam fuerint hi, qui inter alios ſcriptores Eccleſiaſticos ſub Severo ſumma gloria claruerunt, Euſebius (*d*) eorum ſcripta enumerans in primis hæc ait: *Etſi complura certe apud multos veterum Eccleſiaſticorum ſcriptorum, qui tum vixerunt, eximiæ virtutis & exquiſitæ diligentiæ monumenta hucuſque reſervantur; tamen quæ ipſi vidimus, ſunt hæc ſolum quæ ſequuntur; Heracliti commentarii in Apoſtolum; Maximi opera, cum agit de controverſia illa apud hæreticos multos jactata exagitataque, nimirum, unde vitium natum ſit; tum de Materia, quod ortum habeat. Explicationes item Candidi in ſex dies; & Apionis in idem argumentum. Sexti ſimiliter libri de Reſurrectione; & aliud etiam opus Arabiani. Aliorum pæne infinitorum lucubrationes, quorum vel tempora ſcriptis mandare, vel memoriam rerum geſtarum proſequi (præſertim cum nulla oblata ſit occaſio) importunum prope videretur.*

(d) Euſeb. lib. 5. c. 26. 27.

Scripta eccleſiaſtica.

V.

Quamquam & alii libri aliorum multorum Eccleſiaſticorum ſcriptorum vera de religione & fide ſentientium (ſicut cujuſque expoſitiones in ſacram Scripturam editæ commonſtrant) ad nos pervenerunt; tamen quia auctores eorum nobis ideo incogniti ſunt, quod illorum nomina inſcripta minime reperiuntur, iſtorum nomina recenſere non poſſumus; ſed & addit: *In quodam iſtorum ſcriptorum libro contra Artemonis hæreſim, quam noſtra ætate Paulus Samoſatenus denuo renovare tentavit, compoſito, præclara quædam habetur narratio, quæ huic noſtræ hiſtoriæ adeo magno cum labore a nobis undique conquiſitæ apte & concinne conveniat. Scriptor iſte in eo libro, dum hæreſim de qua loquimur, quæ Salvatorem ſolum hominem eſſe aſſeveravit, non longe antea exortam (quantumlibet ejus duces & patroni illam tamquam veterem & uſque ab antiquis temporibus ductam præconiis nimis efferre ſtudebant) perſpicue convincere conabatur, ſicut alia multa ad*

illius

illius impii & perditi illorum erroris commentum coarguendum, *ſic iſta ad verbum fere proſequitur*.

VI. Conſuetæ calumniæ hæreticorum. *Ajunt iſti omnes, majores noſtros, & ipſos Apoſtolos, ea quæ ipſi jam affirmant, non modo a Domino accepiſſe, verum etiam alios eadem docuiſſe, & veram prædicationis rationem uſque ad Victoris tempora, qui decimus tertius a Petro Epiſcopus fuit, integre ſervatam illam quidem, ſed a Zephirino illius ſucceſſore penitus corruptam & depravatam fuiſſe. Atque profecto quod ab illis dicebatur, multum fortaſſe videri potuiſſet habere probabilitatis, niſi primum ſacræ Scripturæ teſtimonia illis contradicerent; deinde fratrum quorumdam ſcripta ſupereſſent, Victoris temporibus multo antiquiora, quæ illi cum contra Gentiles pro veritatis defenſione, tum contra hæreſes, quæ id temporis graſſabantur, ſcripſerunt; ut Juſtini, Miltiadis, Tatiani, Clementis, & aliorum nonnullorum, in quorum omnium libris Chriſtus vere Deus eſſe confirmatur. Quis Irenæi, quis Melitonis, quis cæterorum libros ignorat, qui Chriſtum Deum & hominem conſtanter aſſeverant? Quot item pſalmi, quot hymni a fratribus fidelibus antiquitus perſcripti, qui Chriſtum Verbum Dei verum Deum eſſe concentu quodam concelebrant?* Hæc ipſe.

VII. Athenogenes Philoſophus & martyr. Fuit namque ex his unus Athenogenes ille magnus, inſigni eruditione & martyrii gloria celebris, de quo hæc S. Baſilius (*a*) ad Amphilochium: *Quod ſi quis etiam novit Athenogenis hymnum, quem tamquam Aggreſſorium diſcipulis ſuis reliquit, feſtinans jam ad perfectionem, quæ fit per ignem; is novit & martyrum ſententiam de Spiritu;* nimirum quod Athenogenis hymno, una cum Patre & Filio prædicaretur quoque Spiritus ſancti divinitas. Porro licet Athenogenis martyrii natalis dies in tabulis Eccleſiaſticis certus adſcriptus habeatur, nempe Januarii decimaoctava die; tamen quo tempore martyrium ſubierit, incompertum habetur. Sed proſequamur cætera.

(*a*) *Baſilius de Spirit. ſanct. cap.* 29.

VIII. Confutantur calumniæ hæreticorum. At quoniam Theodoti & Artemonis ſectarii impudenter dicerent, omnes antiquos uſque ad Zephyrinum Papam eadem de Chriſto ſenſiſſe, quæ ipſi impie prædicarent; cum ſupra enumeratorum Patrum teſtimonio, eoſdem tam patentis idem auctor mendacii arguiſſet, mox de Victore Romanorum Pontificum noviſſimo manifeſtam omnibus veritatem, quod Theodotum ipſe damnaſſet, ad eos penitus convincendos, teſtificationem certam adducit, ſic dicens: (*b*) *Cum igitur ex tot annorum ſpatio doctrina Eccleſiaſtica vere annunciata fuerit: quo modo fieri poteſt, ut illi fratres, qui ad Victorem uſque vitam perduxerunt, ſic ut iſti aſſerunt, prædicarint? aut quo modo non illos pudet hæc Victori tam falſo objectare? præſertim cum explorate cognitum habeant, Victorem Theodotum illum coriarium, qui prior Chriſtum ſolum hominem dicebat* (priorem dicit reſpectu Artemonis) *ducem & quaſi parentem hujus impiæ & execrandæ a fide defectionis Chriſtum Deum pernegantis, Chriſtiana communione interdixiſſe? Quod ſi Victor eadem cum illis ſentire viſus fuiſſet, ſicuti deteſtabilis iſtorum docet calumnia; quo pacto, aut qua ratione adductus, Theodotum hujus erroris incentorem, ab Eccleſia ejicere in animum induxit? Verum de Victore hactenus.* Hæc ille, refellens calumniam, qua impie dicebat, Apoſtolos ipſos & omnes qui uſque ad Zephyrinum vixerunt Patres, eadem cum Theodoto de Chriſto ſenſiſſe. Sed ſicut conſtat mentitos eſſe de Apoſtolis, aliiſque eorum ſucceſſoribus, ita etiam de omnium temporis ordine Pontificum noviſſimo Victore Papa, qui eum damnaſſet, oſtenditur. Eſt quippe antiquus & uſitatus hæreticorum mos iſte, ut cum ſanctum Evangelium aliaſque divinas Scripturas, tum ſanctos Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, ſuis ipſorum blaſphemiis (quantum in ipſis eſt) adſtipulari compellant. Sed quid ejuſmodi hæretici Romæ ſub Zephyrino ſint paſſi, in quem oblatrant, ſuo loco dicemus.

(*b*) *Apud Euſeb. lib.* 5. *c.* 27.

His de Theodoto enarratis, quæ reliqua ſunt ejus dogmatum explicemus. Licet Theodoti immanis blaſphemia a Cerintho, tempore Apoſtolorum hæretico, jure dici poſſit duxiſſe principium, & ab aliis eadem poſtea delirantibus additamentum conſecuta videatur; Epiphanius (*c*) tamen ipſos ejuſdem hæreſis propugnatores poſt Montani hæreſim exortos exiſtimat; qui Cerinthi & Ebionis conati ſint impia dogmata in Aſia inſtaurare; quique Alogi, ratione vel Verbo carentes, fuerint appellati, quod S. Johannis Apoſtoli Evangelium atque Apocalypſim reſpuerent. Ex qua quidem ſecta propagatum fuiſſe Theodotum, idem affirmat, cum ait: (*d*) *Surrexit rurſus Theodotus, qui eſt avulſio ex prædicta Alogorum ſecta, quæ Johannis Evangelium, & Deum Verbum, quod erat in principio* (*ut in ipſo Evangelio habetur*) *negat; itemque ejus Apocalypſim. Sed & cum aliis prædictis ſectis converſatus eſt, & vixit, & ſecundum tempus ipſis ſucceſſit.* Hæc ipſe, qui adverſus eum fuſius diſputat. Sed de Theodoto rurſum & ſociis hæc Theodoretus (*e*) ex antiquiore auctore: *Qui autem de eo ſcripſit prædictus auctor, hæc quoque adjecit; quod qui hæreſim compoſuerunt, divinam etiam ſcripturam innovare temere auſi ſunt; & hæc quidem amputare, illa vero adjicere, ſeque ea, quæ non bene habebant, corrigere dicentes, & ſe ſancto Spiritu ſapientiores pronunciantes. Et nec in eo quidem faciendo eos inter ſe conveniſſe dicit; ſed aliter quidem Theodotum; aliter vero* IX.

A Theodoto Alogi hæretici.

(*c*) *Epiph. hæreſ.* 52.

(*d*) *Idem hæreſ.* 54.

(*e*) *Theod. hæret. fab. lib.* 2. *ex Euſebio lib.* 5. *c. ult.*

Aſcle-

Aſclepiadem, & aliter Hermophilum, aliter vero feciſſe Apollonidem; quin etiam unumquemque eorum ſua propria correxiſſe, adeo ut exemplaria plurimum inter ſe diſſentirent.

Hæc ex dicto auctore cum ſcribat de Theodoto præcipuo ejus ſectæ patrono Theodoretus: quoniam ejuſdem nominis fuiſſe conſtat (ut diximus) Montani anteſignanum (*a*); hunc eumdem eſſe cum illo, & pſeudoparacleto Montani afflatum, tantam in Chriſtum effutiſſe blaſphemiam, nonnihil ſuſpicor. Nam & Pacianus Theodotum & Praveam ex primoribus Montani ſectatoribus fuiſſe tradit, ſcribens ad Sympronianum de Catholico nomine. Porro *adverſus* Theodoti *hæreſin parvus* (inquit Theodoretus) *ſcriptus eſt liber, cujus titulus eſt, Labyrinthus, quem nonnulli opus eſſe Origenis exiſtimant; ſed eos, qui hoc dicunt, ſtylus ipſe convincit.*

(*a*) *Apud Euſeb. l.5. c.15.*

XI. Alter Theodotus Melchiſedechiani. Poſt Theodotum Byzantium, *alter quoque* (inquit Tertullianus *b*) *Theodotus hæreticus erupit, qui & ipſe introduxit alteram ſectam: & ipſum hominem Chriſtum tantummodo dixit, ex Spiritu ſancto & Maria Virgine pariter conceptum & natum; ſed hunc inferiorem eſſe quam Melchiſedech, eo quod dictum ſit de Chriſto: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech; nam illum Melchiſedech præcipuæ gratiæ cæleſtem eſſe virtutem, & quod agat Chriſtus pro hominibus, deprecator & advocatus ipſorum factus, Melchiſedech facere pro cœleſtibus Angelis atque Virtutibus. Nam eſſe illum uſque adeo Chriſto meliorem, ut apator ſit, ametor ſit, agenealogitus ſit · cujus neque initium, neque finis comprehenſus ſit, aut comprehendi poſſit:* Hæc Tertullianus. At ſicut prior ille Theodotus fuit opifex coriarius, ita hic, de quo ſermo eſt, arte fuit argentarius: Argentarium enim eum nominat Theodoretus (*c*); ut non adeo mireris, lector, cum audis hujus temporis Novatores e ſutrinis, calceariis, vel fabrilibus tabernis conſcendere pulpitum laicos homines. Quæ enim non audeat egreſſa ſemel fidei repagula hæreticorum veſana temeritas? Sed ad Theodotum poſteriorem.

(*b*) *Tertull. de præſcript. c. ult.*

(*c*) *Theod. hæret. fab. lib.2.*

XII. Melchiſedechiani Hæretici. Quod autem ad præcipuum caput hujus hæreſis ſpectat, & ad ipſum Melchiſedech, ex qua appellati ſunt Melchiſedechiani hæretici: graviſſimos viros video, errore lapſos de Melchiſedech, quod Paulus (*d*) eum ſine patre & matre, ac ſine genealogia fuiſſe deſcribat. Nam Origenes & Didymus in eam pariter ſententiam abierunt, ut putarint, eum fuiſſe Angelum quemdam; id quidem teſtatur de iis S. Hieronymus (*e*) ad Evagrium ſcribens, affirmatque fuiſſe ea de re in Eccleſia vulgatiſſimam quæſtionem; refertque de quodam, qui eum divinioris naturæ fuiſſe affirmaret, ac demum illum ipſum eſſe Spiritum ſanctum, qui apparens Abrahæ in figura hominis viſus ſit. Quid autem de eo ſenſerit Origenes, declarat his verbis: *Revolvi veterum libros, ut viderem quid ſinguli dicerent, & tibi quaſi de multorum conſilio reſponderem: ſtatimque in fronte Geneſeos, in prima homiliarum Origenis reperi ſcriptum de Melchiſedech; in qua multiplici ſermone diſputans, illuc devolutus eſt, ut eum Angelum diceret, iiſdem pene argumentis, quibus ſcriptor tuus de Spiritu ſancto, ille de ſupernis virtutibus eſt locutus: Tranſivi ad Didymum ſectatorem ejus, & vidi hominem pedibus in magiſtri iviſſe ſententiam.*

(*d*) *Hebr. 7.*

(*e*) *Hieron. epiſt.126.*

At vero quid communiter ea de re cæteri antiquorum ſentirent, his verbis ſignificat: *Verti me ad Hippolytum, Irenæum, Euſebium Cæſarienſem, & Emiſſenum, Apollinarium quoque noſtrum, & Euſtathium, qui primus Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus contra Arium clariſſima tuba bellicum cecinit; deprehendi horum omnium opiniones diverſis argumentationibus, & diverticulis ad unum compitum perveniſſe, ut dicerent Melchiſedech hominem fuiſſe Chananæum, Regem urbis Hieroſolymæ, quæ primum Salem, poſtea Jebus, ad extremum Hieruſalem appellata eſt. Nec mirum eſſe, ſi ſacerdos Dei altiſſimi deſcribatur abſque circumciſione & legalibus cæremoniis & genere Aaron; cum Abel quoque, Enoch, & Noe placuerint Deo, & victimas obtulerint; & in Job volumine legerimus, quod ipſe & oblator munerum fuerit & ſacerdos, & quotidie pro filiis ſuis hoſtias immolaret,* &c. XIII. Quid majores de Melchiſedech.

Potuiſſet citare quoque in hanc ſententiam Theophilum (*f*) Antiochenum, quem diximus perveniſſe ætate uſque ad Commodi tempora; qui ad Autolicum ſcribens, eum hominem juſtum & regem fuiſſe tradit & ſacerdotem, qui Hieruſalem ædificarit; in cujus locum ſucceſſerit Abimelech, qui regnavit in Geraris; poſt quem ſubſtitutus fuerit Ephron cognomento Cethæus: hæc Theophilus. Sed & Hieronymus ubi ſupra ex Hebræorum ſententia traditum ait, Melchiſedech fuiſſe filium Sem, qui fuit Noe, ac eo tempore, quo ortus eſt Abraham, annos natum trecentos nonaginta. Fuiſſe hanc Samaritanorum ſententiam, Epiphanius (*g*) tradit, ſed eam rejicit, quod longe diverſos numeret annos Sem, nimirum a Sem uſque ad Abraham intercurriſſe annos mille trecentos trigintaduos, cum tamen Sem annos vixerit tantum ſexcentos. Sed nec illud prætermittimus, quod dicitur ab eodem auctore, ejus patrem fuiſſe Heraclan, matrem vero Aſtaroth; verum hæc repugnare videntur ſententiæ Pauli dicentis eum fuiſſe ſine patre, ſine matre, & ſine genealogia; nec aliam ob cauſam id eum dixiſſe, XIV. Parentes Melchiſedech.

(*f*) *Theoph. ad Autol. l.2.*

(*g*) *Epiph. hær. 55.*

xiſſe, & qui veriorem ſententiam de eo ſectati ſunt, exiſtimarunt, niſi quod parentes ejus & genus obſcuriſſimum eſſet. Quis enim, quæſo, ſcire unquam potuerit, quæ Paulus incognita habuit?

XV. Rex Salem quomodo. (a) Hieron. ad Evagr. epiſt. 126.

Verum quod fuerit Rex Salem, non ita accipiendum eſt, ut Hieruſalem Rex fuerit; nam de Salem, in qua Melchiſedech regnavit, hæc S. Hieronymus (a) tradit. *Salem autem, non ut Joſephus & noſtri omnes arbitrantur, eſſe Hieruſalem nomen, ex Græco Hebraicoque compoſitum (quod abſurdum eſſe peregrinæ linguæ mixtura demonſtrat) ſed oppidum juxta Scythopolim quod uſque hodie appellatur Salem; & oſtenditur ibi palatium Melchiſedech ex magnitudine ruinarum veteris operis oſtendens magnificentiam; de quo in poſteriore quoque parte (b) Geneſeos ſcriptum eſt: Venit Jacob in Sichem, & tranſivit in Salem quæ eſt in terra Chanaam.*

(b) Gen. 33.

(c) Aug. li. quæ. ex utraque mixt. q. 109.

At hic rurſum monendum putamus lectorem, haud eſſe Auguſtini (c), quæ in libro quæſtionum ejus nomine ſcripta habentur; ipſum videlicet opinatum eſſe Melchiſedech non fuiſſe hominem, ſed ſupra hominem. Nam alibi de his agens, hanc ſententiam non ſuam, ſed quorumdam fuiſſe declarat; ipſe enim ad Quodvultdeum (d) talia ſectantes rejicit, adnumerans inter hæreticos.

(d) Idem de hæreſ. c. 34.

XVI. (e) Epiph. hæreſ. 55. Quid de Moyſe Hæretici.

De iiſdem hæreticis hæc etiam Epiphanius (e): *Fingunt autem & libros ſibi ipſis commenticios, ſe ipſos decipientes.* At inferius idem auctor de aliis ejuſdem ſectæ agit, qui Moyſen quoque Deum eſſe putarunt; de quibus ait: *Etenim qui in Arabia Petræa, Robom, & Edom appellata habitant, Moyſen propter divina ſigna Deum putant, adorantque ipſius imaginem, quam effingentes ſeducti ſunt non juſta ipſis cauſa exiſtente, ſed errore ipſos per juſtum in ignorantiæ imaginationem inducente.* Hæc ipſe, qui & de Hieracitis ſubdit, dicentibus Melchiſedech (ut dictum eſt) eſſe Spiritum ſanctum. Sed de Hieracitis plura inferius ſuo loco dicenda ſunt.

XVII. Praxeas Hæreſiarcha. (f) Tertul. de præſcr. in fin.

Rurſus vero de aliis, qui ſub Victore prodierunt, hæreticis, eorumque auctore Praxea, ultimo loco hæc habet Tertullianus (f): *Sed poſt hos omnes etiam Praxeas quidam hæreſim introduxit, quam Victorinus corroborare curavit. Hic Deum Patrem omnipotentem Jeſum Chriſtum eſſe dicit, hunc crucifixum paſſumque contendit, mortuum præterea ſeipſum ſibi ſedere ad dexteram ſuam, cum profana & ſacrilega auctoritate proponit.* Hæc Tertullianus in commentario quem ſcripſit adverſus hæreſes; ſed de eo pluribus in libro adverſus eumdem privatim conſcripto. At ſi Praxeæ exquiramus originem, eum primo fuiſſe Montani ſectatorem Pacianus ad Sympronianum ſcribens de Catholico nomine, teſtatur his verbis: *Theodotus quoque & Praxeas veſtros aliquando docuere; ipſi illi Phryges nobiliores, qui ſe animatos mentiuntur a Leucio, inſtitutos a Proculo gloriantur, Montanum & Maximillam & Priſcillam ſecuti.* Hæc Pacianus; qui cum dicat hos gloriari magiſtro Proculo; Montani ſectam illum monſtrat eſſe conſectatum, atque ex eorum numero fuiſſe, qui (quod ait Tertullianus (g) dicebantur Kata Proclum.

(g) Tertul. de præſcr. c. 52.

XVIII. Praxeas Romam venit.

Verum Praxeas cum a Montano, tum a Proclo deſcivit, & factus eſt illis hoſtis infenſiſſimus: Romam quippe ſe contulit, & de ſecta Montani, cujus pars magna fuerat, ipſum Romanum Pontificem jam ad illos ſcribentem (quod nondum rem ſatis exploratam habuiſſet, utpote falſis deceptus de Montano nuntiis) reddidit certiorem: cum ille e veſtigio datas ab ſe litteras revocat, atque Montanum una cum ſuis condemnat. Sed hæc ſuperius cum de ortu atque progreſſu ejus hæreſis actum eſt; hic tamen, occaſione Praxeæ, neceſſario repetenda ac pluribus inculcanda. Sed quæ de ejus progreſſu ac hæreſi ſcripſerit, hic ejus verbis referre, operæ pretium ducimus. Ait igitur (h):

(h) Tertul. adverſ. Prax. c. 1.

XIX. Praxeæ genus & res geſtæ.

Iſte primus ex Aſia hoc genus perverſitatis intulit Romanæ humo, & alias inquietus; inſuper de jactatione martyrii inflatus ob ſolum & ſimplex & breve carceris tædium; quando & ſi corpus ſuum tradidiſſet exurendum, nihil profeciſſet, dilectionem Dei non habens, cujus chariſmata quoque expugnavit. Nam idem tunc Epiſcopum Romanum agnoſcentem jam prophetias Montani, Priſcæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ inferentem, falſa de ipſis Prophetis & Eccleſiis eorum aſſeverando, & præceſſorum ejus auctoritates defendendo, coegit & litteras pacis revocare jam miſſas & a propoſito recipiendorum chariſmatum conceſſare. Ita duo negotia diaboli Praxeas Romæ procuravit; prophetiam expulit, & hæreſim intulit; Paracletum fugavit, & Patrem crucifixit. Fructificaverant avenæ Praxeanæ hic quoque ſuperſeminatæ, dormientibus multis in ſimplicitate doctrinæ; traductæ dehinc per quem Deus voluit, etiam evulſæ videbantur. Hæc Tertullianus, cum jam in tranſverſum actus, Montani pſeudo-Prophetia deceptus, factus eſt ejus dogmatis acerrimus propugnator; quando autem id acciderit, ſuo loco dicemus: nunc de Praxea contexenda hiſtoria eſt.

XX. (i) Optat. adverſus Parmen. lib. 1. Praxeas damnatus libellum pœnitentiæ obtulit.

Ejuſdem quoque Tertulliani teſtimonio ſatis liquet, eumdem Praxeam Romæ damnatum (quod factum ſub Victoris ſucceſſore Zephyrino Papa, Optatus (i) Milevitanus affirmare videtur) facti pœnitentem recantaſſe palinodiam, libellumque ſuæ pœnitentiæ conſcripſiſſe, ſicque diu latuiſſe, ac tandem latentem in ſtomacho hæ-

hæreſim iterum evomuiſſe; hæcque omnia adhuc ipſo, qui eum ſcriptis exagitavit, vivente Tertulliano; qui hæc ipſa paucis proſecutus, ſic ait (*a*): *Denique caverat priſtinum doctor de emendatione ſua, & manet chirographum apud Pſychicos, apud quos tunc res geſta eſt; exinde ſilentium. Et nos quidem poſtea agnitio Paracleti atque defenſio disjunxit a Pſychicis; avenæ vero illæ ubique tunc ſemen excuſſerant. Ita aliquamdiu per hypocriſin ſubdola vivacitate latitavit, & nunc denuo erupit, ſed denuo eradicabitur, ſi voluerit Dominus, in iſto commeatu; ſi quominus, die ſuo colligentur omnes adulteræ fruges, & cum cæteris ſcandalis igni inextinguibili cremabuntur.* Hucuſque Tertullianus de origine Praxeæ & progreſſu uſque ad ea tempora, cum ea adverſus illum conſcriberet. At de ipſo iterum ſub Zephyrino, cui libellum pœnitentiæ obtulit, agemus.

(*a*) *Tertul. adverſ. Prax. c.* 1.

XXI. Monarchici Hæretici.

Qui vero a Praxea progreſſi ſunt hæretici, primo Monarchici, quod unam tantum perſonam ſtatuerent ſanctiſſimæ Trinitatis, ſunt appellati; & quod Patri æque crucem adſcriberent, e dogmate Patropaſſiani nominati ſunt. Hujus blaſphemiam jam damnatam atque deletam, poſtea a Sabellio & ab illis Severianis qui crucem adjecerunt Triſagio, magna ex parte reſtitutam & propagatam fuiſſe, ſuo loco dicemus. Meminit ejuſdem Praxeæ ſanctus Auguſtinus (*b*), qui & de Praxeanis ab eo derivatis hæreticis agit.

(*b*) *Aug. de hæreſ. c.* 41.

XXII. Clemens Alexandrinus contextor.

Hoc ipſo anno ſecundo Severi Imperatoris Euſebius in Chronico ponit Clementem Alexandrinum, clariſſimum horum temporum Eccleſiaſticum tractatorem. Hunc quidem his ipſis Severi temporibus ſcripſiſſe erudititiſſimos libros Stromatum, ex quo (ut Caſſiodorus ait) Contextor eſt cognomento dictus, argumento plane eſt, quod in eiſdem texens chronologiam (quod ſæpe facit) ſemper ad Commodi obitum, nec ulterius eam perducit (*c*); extendiſſet proculdubio uſque ad Severi obitum, ſi poſt Severum ſcripſiſſet, qua etiam ratione Euſebius hæc de eo ait (*d*): *Clemens vero in primo libro operis, quod* Στρωματεῖς *inſcripſit, annalium ſerie notata & expoſita, tempora ad Commodi uſque mortem deſcribit; adeo ut non obſcurum videatur, illud opus regnante Severo, cujus tempora liber, quem habemus in manibus, explanat, ab eo elaboratum fuiſſe.* Cæterum cum conſtet in ipſis Stromatum libris de Chriſtianorum perſecutione tunc vigente mentionem fieri; affirmare neceſſe eſt, ipſum poſt annum decimum Severi ſcripſiſſe; namque eo anno perſecutio cepta eſt. Sed de iis quæ ipſe de ea ſcribit, ſuo loco agemus. Nominat hunc Euſebius (*e*) Titum Flavium Clementem, cum ab eo ſcriptos enumerat commentarios.

(*c*) *Clem. Alex. Strom. lib.* 1.
(*d*) *Euſeb. lib.* 6. *c.* 5.
(*e*) *Euſeb. lib.* 6. *c.* 11.

XXIII. Studium Clementis.

Quam vero vigilans fuerit in omnibus ſcientiis perſcrutandis, ipſæ ejus lucubrationes, vel tacentibus omnibus, clamant; quot ſcholas diſertiſſimorum virorum in diverſis provinciis fama celebres adierit, & quæ in illis eſſent optima hauſerit, ac demum Alexandriæ apud Pantænum quieverit, ejus teſtimonio, ſuperius cum de Pantæno egimus, dictum eſt. Quod igitur Alexandriæ quieverit, & ubi primum diſcipulus, ibidem doctor diutiſſime & uſque ad finem vitæ commoratus ſit; inde accidiſſe videtur, ut Alexandrini cognomen fuerit conſecutus, cum patria fuerit Athenienſis. Nam ob eam cauſam a majoribus idem Clemens (ut auctor eſt Epiphanius *f*) tum Alexandrinus, tum etiam Athenienſis eſt nominatus; ſed uſus invaluit, ut a poſteris Alexandrinus tantummodo diceretur. Quod auditor Pantæni fuerit, non ſolum ex ſuperius a nobis citato loco in Pantæno ex ejus libro primo Stromatum, ſed ex ſeptimo ejuſdem Diſpoſitionum libro teſtatur Euſebius (*g*), qui & eum docuiſſe Alexandriæ, habuiſſeque inter alios fama celebres auditorem Origenem, teſtatur (*h*), ſic dicens; *Poſt Pantænum Clemens ſcholæ Alexandrinæ ad fidei principia docenda inſtitutæ, ad illud ipſum tempus, quod jam proſequimur, præfuit; ſic ut Origenes, dum puer erat, auditor ejus ac diſcipulus exiſteret.*

(*f*) *Epiph. hæreſ.* 32.
(*g*) *Euſeb. hiſt. lib.* 5. *c.* 11.
(*h*) *Idem lib.* 6. *c.* 5.

XXIV.

Quod vero ad elucubratos ab eo commentarios pertinet, S. Hieronymus (*i*) hæc habet: *Clemens Alexandriæ* κατηχήσεων *magiſter fuit; feruntur ejus inſignia volumina, plenaque eruditionis & eloquentiæ, tam de Scripturis divinis, quam de ſæcularis litteraturæ inſtrumento: e quibus ſunt Stromatum libri octo, Hypotypoſeon libri octo, adverſus Gentes liber unus, Pædagogi libri tres, de Paſcha liber unus, de jejunio diſceptatio, & alius, qui inſcribitur, Quiſnam dives ſit ille qui ſalvetur; de Obtrectatione liber unus, de Canonibus Eccleſiaſticis, & adverſus eos qui Judæorum ſequuntur errorem liber unus, quem proprie Alexandro Hieroſolymorum Epiſcopo* προσεφώνησε. At præter hæc a S. Hieronymo recenſita, alios utique a ſe editos commentarios ipſemet teſtatur, nempe de Reſurrectione, de Nuptiis, & de Continentia. Caſſiodorus in præfatione ſui commentarii de Inſtitutione divinæ lectionis, affirmat ab eodem Clemente a principio uſque ad finem explanatas fuiſſe divinas Scripturas. Extant ex tanto opere breves notæ ejuſdem in Epiſtolas canonicas. Quod vero Sozomenus (*k*), atque Suidas (*l*) a Clemente elucubratas fuiſſe hiſtorias tradunt, non de hoc Clemente (ut quiſpiam opinatus eſt) eos puto intellexiſſe; ſed Sozomenum quidem de Clemente Papa, quod ſcripſerit res a Petro geſtas; Suidam vero de alio

(*i*) *Hieron. de Script. Eccl. in Clem.*

Clementis ſcripta.

(*k*) *Sozom. lib.* 1. *c.* 13.
(*l*) *Suid. in Cle.*

alio aliquo Clemente Gentili homine eſſe locutum. Quæ ſane omnia magno Eccleſiaſticarum litterarum detrimento excidiſſe, megnopere dolemus.

XXV. De eodem Clemente nobile elogium Alexandri Hieroſolymorum Epiſcopi S. Hieronymus (*a*) recitat in hæc verba: *Extat Alexandri Hieroſolymorum Epiſcopi, qui cum Narciſſo poſtea rexit Eccleſiam, epiſtola ſuper ordinatione Aſclepiadis confeſſoris ad Antiochenos, congratulantis eis; in qua ponit in fine: Hæc vobis, domini ac fratres, ſcripta tranſmiſi per Clementem beatum presbyterum, virum illuſtrem & probatum, quem vos quoque ſcitis, & nunc plenius cognoſcetis; qui cum huc veniſſet, juxta providentiam & viſitationem Dei, confirmavit & auxit Eccleſiam.* Idemque (*b*) Alexander ad Origenem ſcribens, tum de Clemente, tum etiam de ejus magiſtro Pantæno hæc habet: *Hoc enim voluntatis Dei fuit (ſicut ipſe noſti) ut amicitiæ, quæ mihi a patribus fuerunt, inviolatæ durarint, immo vero ardentius atque robuſtius augerentur. Patres enim novimus beatos illos, qui nos præceſſerunt, ad quos paulo poſt etiam nos ibimus: Pantænum dico dominum meum vere beatum, & Sanctum Dominum meum Clementem, qui me in multis inſtruxerunt.* Hæc S. Alexander ejuſdem Clementis diſcipulus. Prædicat eumdem S. Hieronymus (*c*) his quoque verbis: *Clemens Alexandrinæ presbyter Eccleſiæ meo judicio omnium eruditiſſimus quid in illius libris indoctum? immo quid non e media philoſophia eſt?*

(*a*) Hier. de Scrip. Eccl. in Clem. Alex.

Clementis laudes, atque Pantæni.

(*b*) Apud Euſeb. lib. 6. cap. 11. in fine.

(*c*) Hier. ad Magnum ep. 84.

XXVI. Clementis ſcripta depravata.

XXVI. Cæterum quod aliquibus nævis ejus commentarii reſperſi inveniantur, ne occaſione ejus nominis celeberrimi Fideles ad omnia ſectanda, quæ ab ipſo ſcripta eſſent incaute in errorem adducerentur, Gelaſius Papa provide quidem ejuſdem Clementis opera apocryphorum nota voluit inuſſiſſe; nec mireris; nam ea etiam occaſione ab eodem S. Cypriani quoque opuſcula eadem cenſura notata fuerunt. Cæterum quod mos eſt hæreticorum, teſtimonia aucupari magnorum virorum, cum aliter non liceat eorum ſcripta depravare atque corrumpere, accidit plane ut ab Arianis aliqua in ejus commentariis fuerint immutata; quod Ruffinus teſtatur his verbis: *Clemens alius presbyter & magiſter Eccleſiæ illius in omnibus pæne libris ſuis Trinitatis gloriam atque æternitatem unam eamdemque deſignat; & interdum invenimus aliqua ejus capitula in quibus Filium Dei creaturam dicit. Num quidem credibile eſt de tanto viro, tam in omnibus Catholico, tamque erudito, ut vel ſibi contraria ſenſerit, vel ea quæ de Deo non dicam credere, ſed audire quidem impium eſt, ſcripta reliquerit?* Hæc Ruffinus (*d*) cui & ego non invitus adſtipulor. Si enim primores Ariani illi, qui erant doctrina perſpicaciſſimi, aliquid in Clemente invenire potuiſſent, quod ſuo ipſorum dogmati faviſſet, utique (quod ait divina Scriptura *e*) ſicut exultant victores capta præda, magno præconio extuliſſent ac plane præ foribus oſtentationis gratia affixiſſent. Numquam enim ex Clementis Alexandrini ſcriptis ab Arianis factitatum eſſe negotium Orthodoxis, ex eo poſſumus intelligere, quod Catholicæ Eccleſiæ ſcriptores, qui in refellendis eorum objectionibus laborarunt, de Clemente quod illorum faviſſet dogmati, nuſquam viſi ſunt meminiſſe.

(*d*) In Apolog. pro Origene.

(*e*) Iſaiæ 9.

XXVII. In ejuſdem quoque Clementis ſcriptis, tamquam in viva tabula, Catholicæ Eccleſiæ mores & diſciplinam invenire eſt expreſſam; nempe ſacras Apoſtolicas traditiones ad ſua tempora in eccleſia cuſtoditas ac illibate ſervatas, a quibus qui deviarint (ut ait *f*) in hæreſim lapſi ſint: Hierarchicum (*g*) in Eccleſia ordinem ad imitationem virtutum cæleſtium; tres hominum ſtatus, virginum ſcilicet, viduarum, atque conjugatorum, inter quos tamen emineat virginalis integritas (*h*), ac ea præſertim quæ cum Deo pactis conventis firmata ſit, nempe voti obligatione: Apud eumdem frequens de jejuniis, vigiliis, ac ſtationibus mentio, deque pio ciborum delectu (*i*) ab uſu Marcionitarum & Encratitarum vel Cataphrigarum penitus diſtinctos: de fide (*k*) nobis proficua, cum conjuncta eſt ſanctis operibus; deque canonicis orandi horis ex Eccleſiæ (*l*) inſtituto præſcriptis; de ſacratiſſima item Euchariſtia frequenter inculcat, & alia plura id genus, quorum ſuperius meminimus, cum actum eſt de traditionibus Eccleſiaſticis. Demum ut de Clemente tandem finem dicendi faciamus: qui auditorem habuit Origenem, eumdem quoque nactum eſſe in cathedra doctrinæ ſucceſſorem, S. Hieronymus (*m*) teſtatur his verbis, cum ait de Origene: *Alexandriæ Eccleſiaſticam ſcholam tenuit, ſuccedens eruditiſſimo viro Clementi presbytero.* At de Clemente jam ſatis, qui (ut auctor eſt Caſſiodorus *n*) cognomento Stromatæus eſt dictus, non aliam ob cauſam, quam ob inſignes illius octo libros Stromatum luculentiſſime ſcriptos.

Antiqua inſtituta Eccleſiaſtica.

(*f*) Clem. Alex. Strom. lib. 1.

(*g*) Idem lib. 6. Strom.

(*h*) Idem lib. 3. Strom.

(*i*) Idem lib. 1. Pædag. & Strom. lib. 3.

(*k*) Idem li. 6. & 7. Strom.

(*l*) Idem lib. 7. Strom.

(*m*) Hieron. epiſt. 63.

(*n*) Caſſiodor. in præf. lib. Inſtit. divin. lection.

JESU CHRISTI ANNUS 197.	VICTORIS PAP. ANNUS 4.	SEVERI IMP. ANNUS 3.

I. CHriſti anno centeſimo nonageſimoſeptimo, *duobus Flaviis Tertullo & Clemente Coſſ. Severus Imperator occiſo Peſcennio Nigro, qui Orientale Imperium occupaverat, Byzantiumque triennio jam obſeſſum poſtea expugnans, adverſus Oſroœnos, Adiabenos, & Arabas exercitum ducens, eoſque fugans, Niſibim occupat.* Hæc Dio (*a*), Spartianus, atque Herodianus (*b*) pluribus: quæ quidem nonniſi anno ſequenti ſunt conſummata; agemus de his quæ ſunt reliqua ſuo loco. Qui autem putarunt Antoninum Severi filium una cum patre imperare cæpiſſe, Getamque minorem natu ejuſdem Severi filium ante hæc tempora Cæſarem jam dictum fuiſſe, non levem & in aliis quoque errandi ſibi occaſionem dederunt. Cæterum nonniſi Albinum a Severo ante hæc tempora creatum fuiſſe Cæſarem, Dio in primis affirmat; Antoninum vero Severi filium nonniſi anno ſequenti Cæſarem dictum, jure dici poſſe videtur; ſiquidem Spartianus (*c*) tradit, Severum Imperatorem, adverſus Albinum proficiſcentem in itinere apud Viminatium, filium ſuum majorem, nomine Baſſianum, appoſito Aurelii Antonini nomine, Cæſarem appellaſſe: confectoque feliciter bello, ex Senatuſconſulto decreta eidem fuiſſe Imperatoria inſignia, nempe Auguſti nomen cum Tribunitia poteſtate. Ex quibus plane mendoſa arguitur inſcriptio, quæ præfixa eſt reſcripto (*d*) Severi ad Victorinum Coſſ. Falcone & Claro, quo anno Severus capeſſivit Imperium, cum Imperatores Severum & Antoninum inſcriptos habet Auguſtos. Sed quod non ſemel id factum reperitur, plane accidiſſe videtur, ut qui eas collegit leges, quod ex iis aliquas inſcriptas invenerit nominibus Severi & Antonini Imperatorum omnes pariter eadem putarit inſcriptione notandas. Cæterum ſi recte ſe habet inſcriptio illa, ut nullus error irrepſerit, deſipuiſſe viſi ſunt Dio & Herodianus illorum temporum ſcriptores, nec non Spartianus; qui omnes æque fatentur, Severum ſolum regnare cæpiſſe.

(*a*) *Dio in Severo.* (*b*) *Herod. lib.2. & 3. & Spartian. in Severo.*

Quando Antoninus cum Patre imperare cœperit.

(*c*) *Spartian. in Severo.*

(*d*) *l.1. C. de inoff. teſt.*

Porro ipſum Antoninum nonniſi Severi anno ſexto labente Imperium inchoaſſe cum patre, adeptumque tunc eſſe Auguſti nomen cum Tribunitia poteſtate, certum illud eſt argumentum, quod in pluribus antiquis inſcriptionibus ſexies, in aliis vero quinquies iterata Tribunitia poteſtas amplius in Severo quam in Antonino filio reperitur. Quod quidem aperte ſatis demonſtrat, nonniſi ſexto anno Severi Imperatoris ab ipſo eſſe ei collatum Imperium, quo cum ſimul poteſtas Tribunitia conferri conſuevit. Sunt veteres inſcriptiones Romæ in Pantheonis fronte & alibi poſitæ, quibus inter alia Imperatorum inſignia, Severi poteſtas Tribunitia undecima, Antonini vero filii quinta habetur inſcripta his verbis. II.

IMP.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5688.

SÆC. II. Anno Urbis 948. Olymp. 243. an.3. A. C.195.

☉ 8. E. ☽ 6. P.13. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 195. *ſecund. Baronium* 197.

VICTORIS PAPÆ 11.

SEVERI IMP. 3.

I. *Conſules.* [1] AD num.I. & ſeq. Coſſ. *Scapula Tertullus, & Tineius Clemens*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari ex Inſcriptione Gruteriana pag. 1027. Ad hunc Scapulam poſtea Proconſulem Africæ, Tertullianus librum miſit.

Triennalis *Byzantii* obſidio anno præcedenti poſt interitum *Nigri* cœpta, ut Spartianus in Severo cap.8. inſinuat. Hoc vero anno contigit expeditio Severi in Oſdroenos, in Arabes & Adiabenos, pluresque urbes a Severo captæ, inter quas *Niſibis*. Ob eas victorias Severus Imp. V. appellatus, ut conſtat ex Nummis. II. *Severi victoriæ.*

Antoninus *Caracalla* Severi Auguſti major natu filius anno tantum ſequenti Cæſar appellatus, anno CXCVII. Imperator deſignatus, tandemque anno CXCVIII. Auguſtus nuncupatus, eodemque anno *Geta*, alter Severi filius, Cæſar dictus, ut accurate ſuis locis explicabimus. III. *Caracalla Cæſar.* Baron. n. 1. & 11.

NOTÆ [1] C*Oſſ. Scapula Tertullus, & Tineius Clemens.* Gruterus pag. MXXVII. 4.

D E D I C A T A. III. I D U S. A P R I L.
S C A P U L A. T E R T U L L O. E T
T I N E I O. C L E M E N T E. C O S.

Utrinque prænomina deſiderantur. Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Tertullo, & Clemente.*

IMP. CAES. SEPTIMIUS SEVERUS PIUS PERTINAX, ARABICUS, ADIABENICUS, PARTHICUS. PONT. MAX. TRIB. POT. XI. COS. III. P. P. ET IMP. CAES. M. AURELIUS. ANTONINUS PIUS FELIX TRIB. POTEST. V. COS. PROCOS. PANTHEUM VETUSTATE CORRUPTUM CUM OMNI CULTU RESTITUERUNT.

Quod ſi quando Severi undecima, Antonini ſexta poſita inveniatur; id propterea accidit, quod eodem anno unius exordium, & alterius terminum eſſe contigerit, ut eſt videre in ejuſdem Severi Arcus (a) triumphalis inſcriptione, nec non illa affixa Junonis quondam templo, nunc vero Diaconiæ S. Michaelis in foro Piſcario; in quibus legitur Severi Tribunitia poteſtas undecima, Antonini vero ſexta: eadem quoque ratione in illa poſita ab argentariis ac negotiatoribus in foro Boario Romæ, Severi Imperatoris Tribunitia poteſtas duodecima, Antonini vero ſeptima numeratur (b).

(a) *Apud Smet. pag. 6. n. 13. & pag. 10. n. 7.*

(b) *Deſcripſere Aldus, Panvinus, & Adolphus.*

III. Tertullianus quando induit pallium.

Hæc autem idcirco tam exacta indagatione diſquiſiſſe oportuit, quod Pamelius (c), vir cum primis eruditus, hunc ipſum annum tertium Severi errore putavit a Tertulliano eſſe notatum in libro de Pallio (d), quo ipſe Tertullianus pallio ſuperindutus Chriſtianam religionem cæperit profiteri, quod ipſum tempus leviſſimis quibuſdam lineamentis a Tertulliano videatur fuiſſe demonſtratum, dum ait: *Quantum reformavit Orbis ſæculum iſtud? quantum urbium aut produxit, aut auxit, aut reddidit præſentis Imperii triplex virtus, Deo tot Auguſtis in unum favente? quot cenſus tranſcripti? quot populi propaginati? quot ordines illuſtrati? quot barbari excluſi? Re vera Orbis cultiſſimum hujus Imperii rus eſt, eradicato omni aconito hoſtilitatis, & cacto, & rubo ſubdolæ familiaritatis, conſitum & amœnum ſuper Alcinoi pometum, & Midæ roſetum.* Hæc Tertullianus. Quibus ſane verbis nonniſi tranquilliſſimum Imperii Severi tempus deſignat; cum victis externis atque domeſticis hoſtibus, nempe Peſcennio Nigro & Clodio Albino, qui ſibi Imperium arripuerant, ſuperatiſque externis, quos diximus hoſtibus, reddita eſt Urbi atque Orbi tranquilliſſima pax; quod nonniſi Albino extincto potuit contigiſſe, anno nimirum quinto ejuſdem Severi Imperatoris. Sed nec ſatis ejus mors ad pacem iſtam ubique partam.

(c) *Pamel. in vita Tertull.*

(d) *Tertull. de Pallio. cap. 2.*

IV. Tertulliani locus male explicatus elucidatur.

Quamobrem ſicut in clariſſima luce hallucinatos eſſe conſtat, qui triplicem virtutem Imperii ſunt interpretati tres qui ſibi arripuerunt Imperium, Nigrum ſcilicet, Albinum, atque Severum; quorum tempore tantum abeſt ut pax fuerit, quin potius eorum cauſa Oriens & Occidens bello civili quinquennii tempore conflagrarint; ita nec poſſumus, quod cuperemus, Pamelio aſſentiri (etenim non adeo contumaces & refractarii ſumus, ut profiteamur inter Pyrrhonios atque Sextios & omnia velimus ab aliis bene dicta carpere & infringere) qui exiſtimavit, locum illum elucidans, triplici ipſa Imperii virtute intelligi Severum, Antoninumque ejus filium creatum (ut putat) jam Auguſtum, atque Albinum: dum quidem etſi Cæſar a Severo dictus eſt, numquam tamen appellatus fuit Auguſtus; cujus rei cauſa (ut ex Dione conſtat) conflavit ille civile bellum. Cum vero ejuſdem Dionis tunc viventis & hæc videntis teſtimonio exploratum habeatur; nullas bellorum datas inducias, nec intercesſiſſe morulam poſt bellum adverſus Nigrum, ac mox aliud adverſus barbaros motum; quin ſtatim (quod idem ait) ipſo Severo nondum a bellis barbaricis reſpirante, bellum civile cum Albino Cæſare coortum eſſet: quo modo quæſo, dici poteſt hoc anno illud fuiſſe tempus, in quo, eradicato omni hoſtilitatis aconito, reddita Orbi tranquilliſſima pace, viſus ſit annus ipſe pulchrum Alcinoi pometum & Midæ roſetum? At quiſnam ſit germanus ſenſus Tertulliani ſententiæ, quidve ipſe per illam triplicem virtutem Imperii intellexerit (conferunt hæc enim plurimum ad veritatem hiſtoricam perquirendam) erit nobis perveſtigandum; eſt enim perdifficilis captu.

V. Triplex Imperii virtus quæ.

Sane quidem quod Severi tempore tres ſimul titulo Auguſtorum regnaverint Imperatores, ſub quibus pax ſumma fuerit; ex iis, quæ dicta ſunt, nullatenus dici hoc anno poſſe videtur. Quamobrem per triplicem illam Imperii virtutem, intellexiſſe Tertullianus videtur Severum patrem, Antoninum, & Getam filios, quorum alter a patre Auguſtus anno ſexto ejus Imperii (ut dictum eſt) appellatus fuit, Geta vero poſtea primo Cæſar & Antoninus quoque nominatus eſt (ut auctor eſt Spartianus (e)) confecto bello Parthico, anno (ut apparet) nono Imperatoris, cum ipſe Severus & Antoninus eſſent Conſules deſignati, quem magiſtratum geſſerunt anno decimo ejus Imperii, poſtea autem idem Geta Cæſar accepit nomen Auguſti cum Tribunitia poteſtate, triennio ante victoriam de Britannis a patre Severo partam; teſtantur id quidem complura numiſmata hac inſcriptione notata:

(e) *Spartian. in Severo.*

P. SEP. GETA PIUS AUG. BRIT. PONTIF. TR. P. II. COSS. II.]

& aliud;

P. SEP. GETA PIUS AUG. BRIT. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C.]

ſunt

ſunt & alia ejuſdem generis ſimul collecta, ac una cum ſignis expreſſa (*a*); ut nulla penitus de his poſſit exoriri dubitatio.

(*a*) *Adolph. Occam lib. de numiſm. Roman. Imper. & Panvin. in Faſt.*

VI. His igitur firmiſſimis teſtimoniis affirmari neceſſe videtur, Getam una cum Conſulatu anno decimoſexto Severi, nomen Auguſti accepiſſe, atque una cum eo Tribunitiam poteſtatem, auctam jam tertio, tempore victoriæ de Britannis acceptæ, quo idem Severus (*b*) (quod & olim fecerat Hadrianus, & poſtea Antoninus Pius) muro per tranſverſam inſulam ducto, utrinque ad finem Oceani (ut Spartianus tradit) Romanorum ditionem ejus inſulæ communivit. Eſt itaque hæc triplex virtus Imperii, hi tres nimirum Auguſti: *Deo* (quod mox addit *c*) *tot Auguſtis in unum favente*. Sic itaque in eo quod ſubdit Tertullianus: *Quot barbari excluſi?* plane alluſio facta videtur ad murum, quem diximus in Britannia ad continendas barbarorum irruptiones utrinque tunc etiam a limitibus Oceani ductum) ut ita ingruens innumerus barbarorum populus e Romanorum finibus eſſet excluſus; de quibus idem alibi Tertullianus (*d*) *Britanniæ*, inquit, *intra Oceani ambitum concluſæ ſunt*. Sed & cum addidit ibidem libro de Pallio: *Quot cenſus tranſcripti? quot populi propaginati?* alluſiſſe viſus eſt ad Parthos, Arabas, Adiabenos alioſque populos ab eodem Severo diverſis prœliis antea ſuperatos; ac tributi ratione ſub cenſum redactos. Et illud quod ſequitur: *Quot ordines illuſtrati?* militares intelligit; nam tres ab eo additas fuiſſe legiones, militiamque mirifice illuſtratam, Dio (*e*) teſtatur his verbis: *Severus addidit Parthicas, Primam, & Tertiam in Meſopotamia, Secundamque Mediam in Italia. Noſtro itaque tempore tot ſunt legiones, præter urbanam & Prætoriam, nempe omnes numero trigintaduæ; nullus enim priorum Imperatorum ab Auguſto tres addiderat legiones, ſed perpauci vel unam tantum, vel duas ad ſummum*. Hæc ipſe: quibus merito ea dicta ſunt a Tertulliano de ordinibus illuſtratis. Sed in eo quod ſubdit demum de inſidiis ſubdolæ familiaritatis, æque alluſiſſe videtur ad Plautianum ſocerum Antonini, ſive ad alias domeſticorum inſidias, quas in Britannia itidem (ut auctor eſt Dio) paſſus eſt. Sed de iis dicemus inferius.

Geta quando creatus Auguſtus

(*b*) *Spartian. in Severo.*

(*c*) *Tertull. de Pallio, cap. 2.*

(*d*) *Tertull. adverſ. Judæos.*

(*e*) *Dio lib. 55. hiſt. Rom.*

VII. His igitur hunc in modum adamuſſim conſentientibus ex Tertulliani citata ſententia; neceſſe eſt affirmare, librum illum de Pallio non ante ultima Severi tempora ab ipſo Tertulliano fuiſſe conſcriptum, nec ante ea tempora ipſum ſuſcepiſſe pallium. Cæterum, nec aſſentiri poſſumus eidem diſerto viro dicenti, tunc Tertullianum, cum pallium induit, primum Chriſto nomen dediſſe, vel baptizatum eſſe. Nam quod ad nomen pertinet; cum Gentilis quiſpiam in Chriſtianam religionem tranſire cuperet, Epiſcopum conveniens, nomen dabat; atque ab eo catechumenus jam factus in claſſe recenſebatur audientium. Porro haud neceſſe erat hujuſmodi, quiſquis foret, togam relinquere, atque induere pallium; ſicut nec etiam baptiſmi tempore, quo ex religionis præſcripto non pallium, quod furvum eſſe conſueverat, ſed candidam tunicam Fideles recens baptizati induebant.

De Tertulliano pallium induente.

VIII. Sic itaque non ob id quod Tertullianus eo tempore pallium primo induit, tunc fuiſſe baptizatum, & ſic Chriſtianum profeſſum eſſe, neceſſe eſt affirmare; cum præſertim etſi pallio Chriſtiani complures induerentur, non tamen omnes illud induere conſueviſſe certum ſit, nec fuiſſe pallium religionis teſſeram, ut, qui pallium induerent, cenſerentur Chriſtiani; nam ipſomet Tertulliano (*f*) teſte non ſolum turba philoſophorum omnium, ſed & omnes liberalium artium profeſſores æque pallio veſtiri eo tempore conſueverunt; nec rurſum qui pallio carerent, in Ethnicorum numero habebantur; nam & tempore Chriſtianorum Principum, cum nondum idolorum cultores ſublati eſſent, aliam veſtem ab illis diverſam complures Chriſtianorum induebant. Quod ſi tempore pacis Eccleſiæ licuit communi cum gentilibus uti veſte; quo modo non magis perſecutionis tempore, quo Evangelica admonitione conſulitur fuga, ac ſuadentur latebræ, carere pallio licuit Chriſtiano homini?

(*f*) *Tertull. de Pall. c. 1.*

Unum idemque commune omnibus indumenti genus.

IX. Certe nequidquam negotii ab ipſo Tertulliano (*g*) exhibitum eſt Chriſtianis militibus, quod ſagum induerent, militare indumentum commune pariter omnibus militantibus Ethnicis; ſed ex eo tantum quod coronam non ſine aliquo (ut ait) ſuperſtitionis commercio, capiti ſuperimponerent. Sed ne in re comperta pluribus argumentis agamus, ſatis erit addidiſſe, quod ejuſdem Tertulliani teſtimonio exploratum habetur, Chriſtianos communiter eodem habitu, quo Gentiles, indui conſueviſſe. In Apologetico (*h*) enim, de Chriſtianis hæc ait: *Quo pacto homines vobiſcum degentes ejuſdem victus habitus, inſtructus, ejuſdem ad vitam neceſſitatis* &c. Sed & S. Cyprianus eo commentario, quem ſcripſit de Bono patientiæ, pariter ſignificat, Chriſtianos communiter nequaquam ſolere incedere palliatos, ſed ſimplici ac communi cæteris indumento, cum ait: *Nos autem fratres dilectiſſimi, qui philoſophi non verbis, ſed factis ſumus; nec veſtitu ſapientiam, ſed veritate præferimus* &c. Hæc de communi uſu Chriſtianorum.

(*g*) *Tertullian. de Coron. milit.*

Chriſtiani non diſtincti veſtibus a gentilibus.

(*h*) *Tertul. in Apolog. c. 42.*

X. Cum ergo (ut dictum eſt) non omnes æque Chriſtiani pallio amicti eſſent; nec qui id geſtarent, Chriſtiani eſſe ex habitu

Pallium non fuiſſe omnium Chriſtianorum.

habitu tantum convinci potuiſſent, quod artium profeſſores eodem tecti incedere conſueviſſent; in eam adducimur ſententiam, ut opinemur, inter Chriſtianos, perpaucos pallium induiſſe; illos nempe qui arctioris ſe vitæ ſtudiis manciparent, & ſublimiorem vivendi normam amplexi, eminentioris philoſophiæ profiterentur ſe eſſe cultores. In quam ſententiam
(a) Conc. Gangr. cap.12. hæc Patres in Concilio Gangrenſi (a) celebrato temporibus Conſtantini (nam inter alios illorum temporum ſacerdotes interfuit illi Oſius Cordubenſis). *Si quis virorum putaverit ſancto propoſito, id eſt, continentiæ convenire, ut pallio utatur, tamquam ex eo juſtitiam habiturus; & reprehendat, vel judicet alios qui cum reverentia byrris utuntur, & alia veſte communi quæ in uſu eſt; anathema ſit.* Sed & quod eſt apud S. Hieronymnm ad Fu-
(b) Hier. epiſt.10. riam ſcribentem (b): *Ubicumque*, inquit, *viderint Chriſtianum, ſtatim illud de trivio; Ο' Γραικὸς ἐπιθέτης, vocant impoſtorem, detrahunt:* plane demonſtrans, paucos aliquos Chriſtianos incedere conſueviſſe palliatos. Ecquid enim admirationis eſſet (quæ ex novitate vel raritate ſolet oriri) ſi in ampliſſima urbe, Chriſtianis omnium refertiſſima, Fideles omnes palliati conſpecti eſſent? Sed quod tantum illi habitum illum induebant, qui monaſticam profiterentur diſciplinam; quod & idem ipſe declarat ad Marcel-
(c) Hier. epiſt.82. lam (c) cum ſcribit his verbis: *Quia ſerica veſte non utimur, monachi judicamur; quia ebrii non ſumus, nec cachinno ora diſſolvimus, continentes vocamur, & triſtes, ſi tunica non canduerit, ſtatim illud e trivio: Impoſtor & Græcus eſt:* nimirum quia amictu Græco & philoſophico, nempe pallio, uterentur.

XI. (d) Salvian. de vero judicio lib.8. Palliati monachi deriſi.

Idem quoque habetur apud Salvianum (d) Maſſilienſem, cum deplorat ſcelera Africanæ provinciæ, quorum cauſa a barbaris affligi commeruiſſet; & inter alia, quod ſanctos monachos ludibriis ac ſibilis, cum eos viderent, inſectarentur, hæc ait: *Non ſine cauſa itaque iſtud fuit, quod intra Africæ civitates, & maxime intra Carthaginis muros palliatum, & pallidum, & reciſis comarum fluentium jubis, ad cutem tonſum videre tam infelix ille populus, quam infidelis, ſine convicio atque execratione vix poterat. Et ſi quando aliquis Dei ſervus aut de Ægyptiorum cœnobiis, aut de ſacris Hieroſolymorum locis, aut de ſanctis eremis venerandiſque ſecretis ad urbem illam officio divini operis acceſſit, ſimul ut in populo apparuit, contumelias, ſacrilegia, & maledictiones excepit; nec ſolum hoc, ſed improbiſſimis facinoroſorum hominum cachinnis & deteſtationibus, ridentium ſibilis, quaſi taureis cædebantur; vere ut ſi qui ea inſcius rerum fieri videret, non aliquem hominem ludificari, ſed novum inauditumque monſtrum abigi atque exterminari arbitraretur. Ecce Afrorum & præcipue Carthaginenſium fidem.* Hucuſque Salvianus.

Si igitur in Eccleſia Carthaginenſi, cujus alumnus fuit Tertullianus, Chriſtiani omnes perinde ac ipſe Tertullianus olim pallio amiciri conſueviſſent; quænam palliatos deridendi monachos cauſa ſubeſſe potuit? At quod non omnium, ſed paucorum dumtaxat pallii uſus eſſet, inde ſubſannandi illis oblata videbatur occaſio; perſeveraſſe quidem in Eccleſia Africana priſtinum indumenti uſum, vel ex eo poſſumus intelligere, quod cum permulta legantur ante ea tempora a Salviano adeo deplorata in ea provincia fuiſſe coacta Concilia, in eiſque omnia quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam & Chriſtianos mores ſpectare viderentur, vigilantiſſimo ſtudio diſpoſita; de indumenti genere, quod nihil eſſet ab uſu priſtino immutatum, vel corruptum, nulla prorſus facta mentio reperitur. XII. Idem habitus perſeverans.

XIII. Tertullianus ante pallii indumentum Chriſtianus.

His igitur omnibus, atque aliis quas ſubdimus rationibus, in eam adducimur ſententiam, ut opinemur Tertullianum nequaquam cum pallium induit, tunc primum Chriſtianum profiteri cœpiſſe. Nam quod antea omnibus innotuiſſet Chriſtianus, idcirco nullum, cum pallium induit, de nova religione ſuſcepta jactatum eſt dicterium, aut ſcomma jaculatum; cum illi neutiquam peperciſſent; ſed illud unum: *Ita a toga ad pallium?* quod quidem Ethnico cuivis ad philoſophiam ſe conferenti poterat eſſe commune. Nihil vero præterea ab illis objectum eſſe de Chriſtianitate quam diu ante profeſſus eſſet, facile eſt cuique exiſtimare, qui Tertulliani ingenium nulli parcere ſciens intelligit, & periculoſum fuiſſe eum vel leviter tangere, quippe qui (ut eſt in parœmia) haberet fœnum in cornu.

XIV. Tertulliani exquiſita multo tempore ac labore peritia.

Accedit his etiam, quod me maxime in hanc ſententiam trahit: Quomodo, quæſo, potuit Tertullianus tam recens eſſe Chriſtianus, ut nonniſi ad finem (ut dictum eſt) Severi Imperatoris una cum pallio religionem quoque ſuſceperit, qui his ipſis Severi temporibus, teſte etiam ipſo Pamelio, complures conſummatiſſimo Chriſtiano homine dignos ediderit commentarios? Vel ſi demus ſuſcepiſſe cum pallio religionem (ut vult) anno tertio Imperii Severi; quomodo tam brevi temporis ſpatio, tam inſignem atque adeo excellentem Chriſtianæ Theologiæ ſcientiam conſequi potuit? ut (quod eorum eſt tantum, qui ætatem triverint in diſcendo) adverſus omnes hæreticos & Judæos (ut prætermittamus dicere de Gentilibus) tam diſertos, tam copioſos, adeoque omni argumentorum genere refertos, e divinæ Scri-

Scripturæ theſauro depromptos tractatus ediderit, quos Chriſtiana pietas hactenus admirari non ceſſat?

XV. (a) Tertullian. de Pall. in fin. Tertulliani verborum ſenſus.

His ergo in hanc ſententiam adductis, reliquum eſt ut perpendamus accuratius ipſa ultima Tertulliani verba (a), quibus hæc ait perſonam inducens: *Sed iſta pallium loquitur: At ego jam me illi divinæ ſectæ ac diſciplinæ commercium confero*: hæc Tertullianus, ut ait, ex perſona pallii; ad quod ipſe: *Gaude pallium, & exulta; melior te jam philoſophia dignata eſt, ex quo Chriſtianam veſtem cæpiſti;* his ſignificans, pallium illuſtratum eſſe, quod a Chriſtiano homine tandem ſuſceptum eſſet. Quod ſi verba illa, *Sed iſta pallium loquitur;* non ad ea quæ ſequuntur, ſed ad ea quæ dicta ſunt, potius referenda quis putet, ac ſubinde non ex perſona pallii (ut habet germanus ſenſus) ſed a ſe induto pallium eſſe dicta velit; ad ea quidem referenda ſunt, quibus ſuperius Tertullianus de ſe ipſo locutus, non ſe tunc primo Chriſtianum, ſed inter Chriſtianos eminentioris vitæ cultum incipere jam profiteri ſignificat, nimirum, quod a ſæcularibus negotiis ſe penitus abdicaſſet; nam ait (b): *Ego quidem nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo, nihil officio advigilo, nulla roſtra præoccupo, nulla prætoria obſervo, cancellos non adoro, ſubſellia non contundo, jura non conturbo, cauſas non elatro, non judico, non milito, non regno, ſeceſſi de populo; immo unicum negotium mihi eſt, nec aliud nunc curo, quam ne curem.* Hæc cum ipſe dicat, nequaquam ob eam cauſam ait, quod factus ſit Chriſtianus; neminem ſiquidem Chriſtianorum illis interdictum fuiſſe operibus, aliqua lege conſtat; quin & ipſemet Tertullianus (c) in Apologetico hæc & alia plura, quæ etiam Ethnici exercere conſueverunt, Chriſtianos factitaſſe pariter tradit; ſed potius quod, cum pallium induiſſet, in claſſem illorum, qui eminentioris philoſophiæ excultioriſque vitæ profeſſores eſſent, ſeſe conjeciſſet; quod ſicut eo habitu inter Gentiles eminerent philoſophi, ita etiam ejuſdem indumenti ſigno inter Chriſtianos effulgerent qui ſe arctioris vitæ vinculis mancipaſſent.

(b) Tertullian. de Pallio cap. 5.

Pallium cur induit Tertullianus.

(c) Idem in Apolog. c. 42.

XVI. Sed ut hæc noſtra aliis quoque aliunde petitis roboremus exemplis, oſtendamuſque Chriſtianos haud ſolitos una cum fide pallium ſimul induere, ſed poſtea illud in ſignum exactioris vitæ cultus, haud paſſim ab omnibus, ſed a paucis ſuper indui; illud primum ſuppetit, quod Origenes (d) de Heracla Chriſtianorum catechiſta atque presbytero ita habet: *Hæc autem fecimus, non ſolum Pantænum imitati, qui multis ante nos multum plane attulit adjumenti, quod illo ſtudiorum genere exquiſite inſtructus eſſet; verum etiam Heraclam jam Alexandriæ presbyteri gradum adeptum; quem apud diſciplinæ philoſophicæ magiſtrum & doctorem, cum jam quinquennio antequam ego ad eam ſtudiorum rationem audiendam me conferre cœperam, illi viro enixe operam dediſſet, reperi. Et propterea non modo vulgari veſte & communi, qua antea uſus fuiſſet, exuta & depoſita, philoſophi apparatum, quem adhuc retinet, ſibi aſſumſit; verum etiam libros Gentilium etiam nunc evolvere pro viribus non deſiſtit.* Hæc Origenes, plane ſignificans, pallium diſtinctum fuiſſe indumentum a communi aliorum Chriſtianorum veſte. Quod ſi (quod volunt de Tertulliano) una cum religione ab omnibus æque pallium ſuſcipi conſueviſſet; quid Heraclas cœteris amplius feciſſet, quem tamen, pallio ſumpto, a communi aliorum more receſſiſſe, adeo prædicat Origenes?

(d) Orig. apud Euſeb. lib. 6. cap. 13. De Heracla exemplum.

XVII. Sic etiam quid opus fuit, Euſebium tantopere laudaſſe Porphyrium (e) Chriſtianum adoleſcentem, quod habitum philoſophicum induiſſet; ſi id ipſum æque omnes facerent Chriſtiani; niſi potius quod (ut dictum eſt ſæpius) pallii indumento auguſtius genus illum vitæ capeſſere voluiſſe, ſignificaret? nam de eo ſic ait: *Licuerat ergo videre Porphyrium (hoc namque adoleſcentulo nomen erat) jam in omni certaminum genere exercitatum incredibili ſtudio & ardore, more hominis pro auguſta & ſacra victoria decertantis, incenſum; corpore quidem conſperſo pulvere ſordidatum, ſed decoro oris habitu eximium, erecta & generoſa animi elatione poſt tantos cruciatus ad mortem gradientem, divino ſpiritu revera completum, habitu philoſophico, quo uti ſolebat, hoc eſt, indumento ad modum pallii humeros ſolum obtegentis veſtitum.* Hæc de his ſatis, ac fortaſſe prolixius. Sed quod in primo noſtrorum Annalium tomo jejune admodum & abſque diſtinctione aliqua de pallio dictum eſt, fuiſſe indumentum Chriſtianorum; hic oportuit id elucidaſſe, atque ſuppleſſe; ut plane intelligatur, pallium non fuiſſe communem Chriſtianis omnibus habitum, ſed quod induerent pauci; nec ætatis indumentum, quod Porphyrius adoleſcentulus jam veſtiſſet; nec litterarum tantum profeſſorum, cum nec Porphyrius eſſet hujuſmodi; ſed (quod dictum eſt) vitæ potius excultioris inſigne, ut hodie monachorum.

(e) Euſeb. lib. 8. cap. 21. De Porphyrio exemplum.

XVIII. His igitur rationibus, de iis quæ ad Tertulliani res geſtas pertinent, ac potiſſimum de anno ſuſceptæ ab eo religionis, diſſentire cogimur a Pamelio, & diverſam ab eo inire temporis rationem; cum alioqui inſignis eruditionis viri, & hoc noſtro ſæculo de Chriſtianis litteris & fide Catholica optime meriti, præconia digna quibuſvis eruditis & piis prædicare non deſi-

deſinamus. Puto equidem, ſi viveret ipſe amantiſſimus veritatis, hiſce noſtris lubentiſſime acquieſceret (talem enim alias expertus ſum hominem) in eamdemque nobiſcum ſententiam pedibus veniret, qui mendoſa legis inſcriptione (quod venia dignum eſt) deceptus, in ipſo limine invitus nolenſque in errorem abreptus fuiſſe videtur. Cæterum hæc a nobis hunc in modum explicata, ex iis quæ ſingulis prope annis dicentur inferius, manifeſtiora atque certiora plane reddentur.

XIX. *Tertulliani primordia.*

Sed quod jam, ejuſdem auctoris occaſione, de Tertulliano hic cœptum eſt agi, de ejus in fide Chriſtiana cunabulis aliqua ab eodem auctore ſelecta hic intexere operæ pretium exiſtimamus, ac primum de ejus natalibus aliquid prælibare. Fuiſſe itaque natione Afrum, patria Carthaginenſem, patre Centurione Proconſulari natum, cum alii plures, tum S. Hieronymus (*a*) in primis affirmat. Quod vero ad eruditionem ſpectat, omnes ſcientias calluit, Latinorumque omnium ejus temporis diſertiſſimus ab omnibus prædicatur. Eſt qui exiſtimet, Tertullianum ex Gentili, patria ſuperſtitione relicta, ad fidem Chriſtianam ſectandam multis argumentis fuiſſe perſuaſum; tum maxime, quod aliquando adjurati dæmones, ſe deos eſſe Gentium, licet inviti, confeſſi eſſent: quod quidem & Tertullianus ipſe teſtari videatur, cum ait (*b*): *Hæc denique teſtimonia deorum veſtrorum Chriſtianos facere conſueverunt; quia plurimum illis credendo, in Chriſto Domino credimus*: ſed hæc communiter de Chriſtianis omnibus intellexiſſe videtur.

(*a*) *Hieron. de Script. Eccleſ. in Tertull.*

(*b*) *Tertullian. Apol. c. 23.*

XX.

Inſuper auctor eſt S. Hieronymus (*c*), ipſum, adoleſcens cum eſſet, ſcripſiſſe librum de moleſtiis nuptiarum; de eodem enim ad Euſtochium ſcribens (*d*) ait: *Si tibi placet ſcire, quot moleſtiis virgo libera, quot uxor adſtricta ſit, lege Tertullianum ad amicum philoſophum.* Porro ab ipſo jam Chriſtiano commentarium illum eſſe elucubratum, cum jam conjugio obligatus eſſet, mihi facile perſuadeo; non enim puto alterius quam Chriſtiani auctoris litteris ipſum voluiſſe Euſtochium ſuam inſtrui; cum periculoſum nimis eſſet virgini, Ethnicum hominem de nuptiarum moleſtiis tractantem legere, non abſque pudoris magno diſcrimine. Nec equidem puto ab eo ante nuptias illum eſſe editum commentarium; neque duri ingenii hominem, ſuæque ſententiæ tenaciſſimum, aliter faciendo, quam ſcripſiſſet, ſe omnium deriſioni exponere voluiſſe.

(*c*) *Hier. contra Jovin. lib. 1.*

(*d*) *Idem ad Euſtoch. ep. 22.*

Tertullianus continentiæ favit.

XXI. *Tertullianus quando ſcripſit de Præſcriptione.*

Cæterum quod ad reliqua præſtantiſſimi ingenii monumenta pertinet; circa hæc tempora eum ſcripſiſſe egregium illum commentarium adverſus hæreticos de Præſcriptione, argumento eſt, quod, cum omnes ab initio naſcentis Eccleſiæ uſque ad hæc tempora progreſſos hæreſiarchas recenſeat, de Artemone hæreſiarcha, qui ſub Victore prodiit, nullam penitus mentionem facit, quod ſcilicet nondum ipſe Artemon cognitus eſſet; quo modo enim huic pepercisſet Tertullianus, ut non inter cæteros adlegiſſet, qui impietate nulli inferior eſſet; quippe qui (ut habet Euſebius (*e*), & alii) Chriſti divinitatem negaret, quem tamen Prophetis majorem fuiſſe concederet? Hujus venena Paulus Samoſatenus poſtea hauriens, univerſam Eccleſiam perdere conatus eſt. Sed de eo, aliiſque Artemonis diſcipulis, ſuo loco pluribus; atque modo de Tertulliano hactenus.

(*e*) *Euſeb. lib. 5. cap. 27.*

PAGIUS IV. *Tertulliani Liber de Præſcriptione.*

Ad num. XXI. Tertullianus lib. 1. adverſus Marcionem cap. 1. pollicetur, ſe librum editurum adverſus Hæreticos *de Præſcriptione*. Quare cum libros adverſus Marcionem anno decimo quinto Imperatoris Severi Tertullianus elucubrarit, is Commentarius poſt annum Chriſti ducenteſimum ſeptimum, quo decimus quintus Severi cœpit, promulgatus.

JESU CHRISTI ANNUS 198.	VICTORIS PAP. ANNUS 5.	SEVERI IMP. ANNUS 4.

I. De tempore celebrandi Paſchatis controverſia.

CEnteſimo autem nonageſimooctavo Chriſti anno, Dextero & Priſco Coſſ. annum quartum Severo in Imperio inchoante, *quæſtione iterum orta in Aſia inter Epiſcopos: An ſecundum legem Moyſi, decimaquarta menſis Paſcha obſervandum eſſet, Victor Romanæ urbis Epiſcopus, & Narciſſus Hieroſolymorum, Polycrates quoque & Irenæus & Bacchyllus plurimique Eccleſiarum paſtores, quod ſibi probabile viſum fuerat, litteris ediderunt; quorum memoria ad nos uſque perdurat.* Hæc Euſebius in Chronico. Sed eumdem hæc alibi fuſius explicantem audiamus, ac ſubinde quæ ab eo ſunt prætermiſſa ponamus; ait (a) ergo: *Quoniam vero illis temporibus de feſto Paſchatis in honorem Salvatoris obſervando, non exigua concitata erat propterea controverſia, quod omnes Eccleſiæ Aſiæ antiqua quadam traditione adductæ, cenſebant, decimoquarto die Lunæ (quo Judæis olim præceptum erat ut agnum immolarent) feſtum illud celebrandum, & omnino eo die, in quemcumque hebdomadæ diem forte incideret, jejuniis finem ſtatuendum; & quod non in more poſitum eſſet cæteris Eccleſiis per univerſum orbem terrarum diſperſis, quæ conſuetudinem ex Apoſtolica traditione ad hoc uſque tempus continuatam tenebant (nimirum ut non alio die, quam eo quo Salvator a mortuis reſurrexerit, jejunia diſſolverentur) iſtum modum obſervare; idcirco Concilia & conventus Epiſcoporum in unum cogebantur; & omnes una ſententia decretum Eccleſiaſticum, nempe ut non alio die aliquando, quam Dominico, myſterium Domini reſurrectionis a mortuis celebraretur; & ut in hoc ſolo jejuniorum, quæ circiter Paſcha fieri ſolent, finem faceremus, per litteras ad omnes Eccleſias ſcriptas ratum faciebant. Decretum autem Epiſcoporum, qui tum erant in Palæſtina convocati, ad hanc uſque ætatem ſcriptis cuſtoditum eſt: in quorum Synodo Theophilus Cæſarienſis Eccleſiæ Epiſcopus, & Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymorum præſides fuerunt.* Antequam autem cætera, quæ ab Euſebio de hac re ſcripta ſunt, nempe decretum ipſum, quod ad ſua tempora cuſtoditum tradit, & manaſſe ad poſteros; pauca quædam quæ ex dicto Concilio ſub Theophilo celebrato ſuperſunt, hic intexere opportunum ducimus. A Beda enim eo commentario, quem ſcripſit de Æquinoctio vernali, deſcripta hæc invenimus his ipſis verbis:

(a) Euſeb. l.5. c.22.

Decretum Orientalium de tempore Paſchatis.

II. Ex Concilio Palæſtinæ de Paſchate.

Papa Victor, Romanæ urbis Epiſcopus, direxit auctoritatem ad Theophilum Cæſarienſis Palæſtinæque Antiſtitem, ut quo modo Paſcha recto jure a cunctis Catholicis celebraretur Eccleſiis, inibi fieret ordinatio, ubi Dominus & Salvator mundi fuerat in carne verſatus. Percepta itaque auctoritate, prædictus Epiſcopus, non

---

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5689.

SÆC. II. Anno Urbis 949. Olymp. 243. an.4. A. C.196.

☉ 9. DC. ☽ 7. P.4. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 196. *ſecund. Baronium* 198.

VICTORIS PAPÆ 12.

SEVERI IMP. 4.

I. *Conſules.*

[1] A Num.I ad XVII. Coſſ. *Cn. Domitius Dexter II.* & *L. Valerius Meſſalla*, ex Inſcriptione Onuphriana. In Faſtis Græcis Theonis, a Dodvvello, Viro Græce Latineque doctiſſimo, poſt Diſſertationes Cyprianicas nuper publicatis, *Dexter* cum numerali nota etiam editur.

II. *Victor Papa Aſianos excommunicavit.*

In controverſiam hodie vertitur, an *Victor* Papa reapſe Aſianos Paſcha decima quarta luna celebrandum contendentes excommunicarit, an tantum eoſdem minatus fuerit. Secundum docuit Valeſius in Notis ad Euſebium lib.5. cap.24. A Baronii tamen ſententia non diſcedendum: huic enim favent verba Euſebii, qui ait: *Victor quidem Romanæ Urbis Epiſcopus illico omnes Aſiæ vicinarumque Provinciarum Eccleſias, tanquam contraria rectæ Fidei ſentientes, a communione abſcindere*

NOTÆ [1] C*oſſ. Cn. Domitius Dexter II. & L. Valerius Meſſalla.* Lapis Gruterianus pag.CCCCXLIV. 2.

C. DOMITIO. DEXTRO. II. L.
VALERIO. MESSALA. THRASIA
PRISCO. COS. VI. ID. IANUAR.

Dextri ergo prænomen *Caius*, non *Cneus* eſt, ſi recte Gruterianus lapis exſcriptus eſt. *Caius* etiam conjicit legendum Joſeph Maria Stampa in hujus anni Faſtis. Fabrettus pag.203. n.508.

DOMITIUS. DEXTER. COS.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon. *Dextro, & Priſco.*, ſine numerali nota geminati conſulatus in *Dextro*, quam Faſti Græci Theonis habent, ut monuit Pagius.

non ſolum de ſua provincia, ſed etiam de diverſis regionibus omnes Epiſcopos evocavit. Ubi cum illa multitudo ſacerdotum convenit, tunc Theophilus Epiſcopus protulit auctoritatem ad ſe miſſam Victoris Papæ; & quid ſibi operis fuiſſet injunctum oſtendit. Tunc pariter omnes Epiſcopi dixerunt: Niſi prius, quo modo mundus fuerit a principio, inveſtigetur, nihil poteſt de obſervantia Paſchæ ſalubriter ordinari. Dixerunt ergo Epiſcopi: Quem credimus factum fuiſſe in mundo primum, niſi Dominicum diem? Theophilus Epiſcopus dixit: Probate quod dicitis. Reſponderunt Epiſcopi ſecundum Scripturæ auctoritatem (a) Gen.1. *(a): Factum eſt veſpere & mane dies primus; deinde ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus; in quo ſeptimo requievit Deus ab omnibus operibus ſuis; quem diem, Sabbatum appellavit: Ergo cum noviſſimum diem ſignet ſabbatum, quis poteſt eſſe primus, niſi Dominicus dies?*

III. *Theophilus Epiſcopus dixit: Ecce de die Dominico, quia primus ſit, probaſtis; de tempore autem quid dicitis? quatuor enim* * al. anni. *mundi * tempora accipiuntur, Ver, Æſtas, Autumnus, & Hiems. Quod ergo tempus primum factum in mundo? Epiſcopi reſponderunt, Vernum. Theophilus Epiſcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi reſponderunt: Scriptum eſt, Germinet terra fœni herbam ſecundum genus ſuum, & lignum fructiferum ferens fructum ſuum: hoc autem temporibus Veris accipitur. Theophilus dixit; in quo loco caput mundi eſſe creditis? In principio temporis, aut in medio tempore, aut in fine? Epiſcopi reſponderunt: In æquinoctio, octavo Kalendarum Aprilium. Theophilus Epiſcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi reſponderunt: Scriptum eſt, quia fecit Deus lucem; & vocavit Deus lucem diem; & fecit tenebras, & vocavit tenebras noctem; & diviſit inter lucem & tenebras æquas partes. Dixit Theophilus: Ecce de die & tempore probaſtis; de Luna quid vobis videtur? utrum creſcentem, ac jam plenam, an imminutam a Deo* * al. concreatam. *fuiſſe * conſecratam? Epiſcopi reſponderunt: plenam. Et ille: Probate quod dicitis. Reſponderunt: Et fecit Deus duo luminaria magna, & poſuit ea in firmamento cæli, ut luceant ſuper terram; luminare majus in inchoationem diei, luminare minus in inchoationem noctis. Non poterat aliter, niſi eſſet plena. Nunc ergo inveſtigavimus quo modo in principio factus fuerit mundus, id eſt, die Dominico, verno tempore, in æquinoctio, quod eſt octavo Kalendarum Aprilium, Luna plena; per ipſum tantummodo tempus & elementa reſurgunt:*

De tempore & mundi creatione.

Theophilus dixit: Nunc igitur agendum eſt de ordinatione, quo modo debeamus Paſcha tenere. Epiſcopi dixerunt: Numquid poteſt Dominicus dies præteriri, ut in eo Paſcha minime celebretur, qui tot & talibus benedictionibus ſanctificatus eſt? Theophilus Epiſcopus dixit; Dicite ergo, quibus & qualibus benedictionibus eum eſſe ſanctificatum aſſeritis, ut ſcribere poſſimus. Epiſcopi dixerunt: Prima illi benedictio eſt, quia in ipſo tenebræ ſunt remotæ, & lux apparuit. Secunda eſt illi benedictio, quod de terra Ægypti velut de tenebris peccatorum, quaſi per fontem baptiſmi, per mare Rubrum populus fuiſſet liberatus. Tertia illi benedictio eſt, quia eodem die cæleſtis cibus, manna hominibus datus eſt. Quarta illi benedictio eſt, qua Moyſes mandat ad populum: Sit vobis obſervatus dies primus & noviſſimus. Quinta illi benedictio eſt, ut in pſalmo centeſimodecimoſeptimo dicit: Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis &c. De reſurrectione enim Domini dicit: Hæc eſt dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea uſque ad cornu altaris. Sexta illi benedictio eſt, quod in ipſa Dominus reſurrexit. IV. De die Dominico.

Vides ergo, quia dies reſurrectionis Dominicus ſingulariter in Paſcha teneri poſſit. Theophilus dixit: De tempore autem ad Moyſen mandatum eſt a Deo: Hic menſis erit vobis initium menſium: Paſcha facite in eo. Omnes ergo triginta dies a Domino conſecrati ſunt. Epiſcopi dixerunt: Jam ſuperius dedimus reſponſum, principium mundi eſſe æquinoctium, octavo Kalendarum Aprilium: & ab octavo Kalendarum Aprilium, uſque ad octavum Kalendas Maias, legimus eſſe conſecratos. Theophilus dixit: Ecce impium non eſt, ut paſſio Dominica, tantum ſacramenti myſterium, extra limitem excludatur. Paſſus namque Dominus ab undecimo Kalendarum Aprilium, qua nocte a Judæis traditus eſt, & ab ſeptimo Kalendas reſurrexit. Quo modo ergo tres dies extra terminum exclu- V. Confirmatio dictorum.

PAGIUS *dere conatur.* Quibus verbis indicat, quæ Victor accepto Polycratis reſponſo Romæ meditatus fuerit. Subjungit immediate Euſebius: *Datiſque literis univerſos, qui illic erant, fratres proſcribit, & ab unitate Eccleſiæ prorſus alienos eſſe pronuntiat.* Non potuit Euſebius clarius loqui, ut oſtenderet, revera latam fuiſſe excommunicationis ſententiam. Si enim eam ſolum minatus fuiſſet, alii Epiſcopi tam vehementer commoti non fuiſſent, ut habet Euſebius, cum ante coactum a Polycrate Aſianum Concilium, ipſis quoque minatus fuerit excommunicationem. Unde & poſt Synodum Polycrates in epiſtola ſynodica inquit: *Nihil moveor iis, quæ nobis ad formidinem intentantur.* His adde, ita Socratem Euſebium intellexiſſe. Et ne Proteſtantes opponant, poſt Vi-

excluduntur ? Omnes Epiſcopi dixerunt; nulla ratione fieri debet, ut tantum ſacramentum extra limitem excludatur; ſed hi tres dies intra terminum inducantur, & deſuper retrahere conſtitutum eſt. Hucuſque Beda, ea tantum ex dicto Concilium exſcribens ac recitans, quæ ſibi ad eam quam inſtituit tractationem inſervirent, reliqua prætermittens.

VI. Concilium Rom. ſub Victore.

Quod enim in Britannia vehementius atque diutius, dicam & pertinacius, ea controverſia de Paſchate fuerit agitata; idcirco hæc & alia de Concilio ſub Theophilo celebrato a piis hominibus ibi eſſe in longiſſimum tempus ſervata, haud mirandum eſt. Porro ad quoddam Concilium Romanum, circa hæc tempora a Victore celebratum, accerſitum fuiſſe Theophilum ipſum, liber de Romanis Pontificibus tradit; licet ab aliquo ſciolo, qui ignoravit Theophilum Metropolitanum Epiſcopum Ceſareæ Palæſtinæ, poſitus ſit ibi Theophilus Alexandrinus, neſciente pariter illum vixiſſe ſub Arcadio Imperatore; idemque error illapſus eſt in epiſtolam quæ ibidem poſita legitur ad Theophilum Alexandrinum. Porro eam longe diverſam eſſe ab ea cujus meminit Beda, quæ a Victore ad Theophilum Cæſarienſem ſcripta fuit, cum illi vices ſuas delegavit, ut convocato Concilio de ea re ageret; omnes puto facile intelligere. Sed & quod falſis ſit Conſulibus conſignata, impoſturæ non levem ſuſpicionem adduxit: at de ea alii.

VII. Concilia Rom. & alia plura habita. (a) Euſeb. l.5. c.22.

Vides ex his antiquum Eccleſiæ morem; per Legatos Romani Pontificis cogi Concilia, & dirimi controverſias. Sed ad Euſebium redeamus, qui ait (*a*): *Aliud eſt etiam Epiſcoporum, qui Romæ ſimiliter conveniebant, de eadem controverſia ſtatutum; quod quidem Victorem id temporis Epiſcopum fuiſſe declarat. Aliud item Epiſcoporum Ponti, quibus Palmas, utpote antiquiſſimus & maxime venerandus, præſidebat. Aliud Eccleſiarum Galliæ, quas Irenæus regebat Epiſcopus. Aliud porro Eccleſiarum quæ Oſroenam & reliquas in eo loco civitates incolebant. Aliud ſeparatim Bacchylli Eccleſiæ Corinthiorum Epiſcopi; & alia denique aliorum prope infinitorum; qui uno conſenſu, judicioque uno, eamdem de illius feſti obſervatione tulere ſententiam. Atque iſtorum omnium una hæc, quam docuimus, conſentiens erat deciſio.*

VIII. Concilium Aſianorum.

Epiſcopis autem in Aſia coactis, qui morem jam olim ipſis a majoribus traditum, ſedulo obſervandum conſtanter aſſeverabant, præfuit Polycrates; qui in ea epiſtola, quam ad Victorem & Eccleſiam Romanam ſcripſit, traditionem ad ipſius uſque tempora deductam, his fere verbis exponi: Nos (*b*) *diem Paſchatis integre incorrupteque recolimus, neque addendo quicquam, neque detrahendo. Etenim hic in Aſia obdormierunt in Domino præclara illa Eccleſiæ ſeminaria, quæ quidem in die adventus Domini, quo cum gloria & majeſtate e cælis venturus ſit, & omnes ſanctos excitaturus, denuo reſurgent; Philippum dico, unum ex ſeptem diaconis, qui Hierapoli exiit e vita; & duas ejus filias quæ virgines ad ſummam ſenectutem manſerunt; & alteram illius filiam, quæ Spiritus ſancti afflatu inſpirata vitam pie traduxit, Epheſique obiit in Domino. His accedit Joannes, qui ſupra pectus Domini recubuit, qui ſacerdos fuit, qui laminam auream geſtavit, qui martyr & doctor extitit, qui tandem Epheſi morte conſopitus occubuit. Quid Polycarpum commemorem, qui Smyrnæ Epiſcopus & martyr fuit? Quid Thraſeam Epiſcopum & martyrem Eumeniæ natum civem, qui Smyrnæ ex hac luce migravit. Quid attinet dicere de Sagari Epiſcopo & martyre, qui Laodiceæ mortem oppetiit.*

(*b*) Euſeb. ib. c.23. Epiſtola Polycratis.

IX. De aliis præſtantiſſimis viris exemplum.

Quid porro beatum Papyrium & Melitonem Eunuchum recenſeam, qui Spiritus ſancti inſtinctu afflatus, totum vitæ ſuæ tempus pie ſancteque exegit, qui Sardis tumulo conditus eſt, expectans Chriſti e cælo ad univerſum carnem viſitandam adventum, in quo ex mortuis reſurget? Iſti omnes diem Paſchatis decimoquarto die Lunæ ex Evangelii præſcripto obſervarunt, nihil ab eo inſtituto ac more plane digreſſi; ſed ſecundum regulam & normam fidei eum aſſidue tenuerunt. Atque ipſe etiam Polycrates, qui inter vos omnes poſtremas ſane fero, ex majorum meorum & cognatorum traditione, quorum libenter inſiſto veſtigiis, illud ipſum perpetuo obſervo. Septem erant Epiſcopi cognatione mihi conjuncti; ego autem octavus ſum. Atque hi majores mei & cognati tum diem Paſchatis ſemper celebrarunt, cum ſit populo Judaico in more poſitum, panes azymos apparare. Ego igitur, fratres, qui ſexagintaquinque annos in Domino vixerim, qui multis cum fratribus per orbem ter-

PAGIUS

ctoris cenſuram Aſiaticos a communione Fidelium non fuiſſe rejectos, occurrit Marca lib.3. cap.3. & docet ex Sozomeno lib.7. cap.19. in gratiam ſtatim rediiſſe Polycratem & Aſiaticos Epiſcopos cum Victore Papa. Hæc Sozomeni verba: *Et hæ quidem fuerunt in hujus feſti obſervatione diſcrepantiæ. Porro exortam olim controverſiam ſapientiſſime diſſolviſſe mihi videtur Victor, tunc temporis Romanorum Epiſcopus, & Polycarpus Smyrnenſis. Nam quoniam Occidentales Epiſcopi traditionem Pauli ac Petri abrogandam non eſſe cenſebant, Aſiani vero Joannem Evangeliſtam ſequi ſe velle affirmabant, ex communi conſilio placuit, ut ſinguli feſtum, prout conſueverant, celebrantes, a mutua inter ſe communione nequaquam diſcederent.* Ex retento *Victoris* nomine recte colligit Eruditiſſi-

terrarum diſperſis de fide communicarim, qui univerſam ſacram Scripturam ſtudioſe coluerim, his quæ nobis ad terrorem objiciuntur, minime conturbor. Mei enim (a) Act. 5. *majores dixerunt (a): Magis Deo quam hominibus obtemperandum. Deinde iſta ſubnectit de Epiſcopis, qui ei has litteras ſcribenti præſto aderant, eiſdemque uno ore aſſenſerunt: Poſſem (inquit) hoc loco Epiſcopos, qui mihi in Concilio aderant, commemorare; quos ut accerſerem, a vobis rogatus, diligenter accerſebam; quorum nomina ſi ſubſcriberem, nimis multa viderentur. Qui licet me hominem cum perſona humilem, tum ingenio pertenui animadverterent; tamen cum intelligerent me iſtos canos non fruſtra geſſiſſe, nec ætatem hactenus contriviſſe temere, ſed ſemper in Jeſu Chriſto vitam traduxiſſe, epiſtolam hanc ſua approbatione confirmarunt.* Hactenus Polycrates ad Victorem: Quibus etiam ſignificatur, ejuſdem Romani Pontificis auctoritate fuiſſe Aſianorum Epiſcoporum Synodum congregatam. Inſuper apparet & comminationem Polycratem ab ipſo Victore accepiſſe; ſed quoniam quod ſervarent, id Apoſtolica traditione, nempe Joannis auctoritate, ſibi potiſſimum vindicabat, ea de cauſa adeo vehementer obniſus fuiſſe videtur. At quod ad teſtimonium Joannis Apoſtoli pertinet, conſule quæ a nobis ſuperius dicta ſunt in Pio Rom. Pontifice. Quæ (b) Euſeb. l. 5. c. 24. 25. vero poſt hæc fuerint ſubſecuta, Euſebius (b) his verbis enarrat.

X. *His rebus adductus Victor, qui tum Romanæ Eccleſiæ præerat, totius Aſiæ Eccleſias cum aliis finitimis, tamquam alterius fidei & opinionis, ſimul omnes (ut complectar brevi) a communi unitate Eccleſiæ amputare conatur, & in eos per litteras graviter invehitur; atque adeo omnes fratres, eam incolentes regionem, prorſus a communione ſecludendos edicit.* Auctoritas Romani Pontificis. Hæc cum de Victore Euſebius ſcribat, videre eſt perſpicuo ſane exemplo, quanta auctoritate polleret Romanus Epiſcopus, præſtaretque ceteris; quippe qui per Orbem Concilia indicat, & provincias non obtemperantes ejus præcepto a communione ſecludat. At vero quod poteſtate jure faciebat; recte ne fecerit, a multis eſt dubitatum; ſed de poteſtate ne minimum quidem ab aliquo non modo Catholicorum, immo nec ab ipſis ſchiſmaticis, in controverſiam deductum eſt.

At ſubdit Euſebius: *Verum iſta ceteris omnibus parum placebant Epiſcopis. Illum igitur contra magnopere hortabantur, ut pacis, concordiæ, & charitatis erga proximos diligentem curam haberet: quorum verba, utpote Victorem acrius & acerbius coarguentium, ſcriptis prodita adhuc extant; inter quos Irenæus, quamquam per litteras ſcriptas ex perſona fratrum in Gallia, quibus præerat, tradit myſterium reſurrectionis Domini ſolo die Dominico recolendum quidem eſſe; Victorem tamen de hoc videlicet, ne tam multas Eccleſias omnino propter traditionis ex antiqua conſuetudine inter illas uſurpatæ obſervationem, a corpore univerſæ Chriſti Eccleſiæ penitus amputet, cum pleraque alia, tum iſta quæ ſequuntur, appoſite & convenienter admonet his fere verbis:* XI. In quo repugnarint Epiſcopi.

Non enim de die Paſchatis ſolum, ſed etiam de jejunii ratione & modo hæc inſtituta controverſia eſt. Quidam namque unum diem ſe jejunare oportere exiſtimant, alii duos, non pauci plures, multi quadraginta; atque diurnis nocturniſque horis omnibus numeratis, diem ſuum metiuntur & ſtatuunt. Atque ejuſmodi eorum qui hæc obſervabant jejunia varietas & diſcrepantia non jam noſtra ætate cœpta eſt, verum etiam longe ante apud majores noſtros; qui, (ut conjectura aſſequi licet) non accurate conſuetudinem eorum, qui vel ſimplicitate quadam, vel privata auctoritate aliquid in poſterum tempus ſtatuiſſent, obſervarunt. Atque nihilominus cum iſti omnes pacem inter ſe tranquillam tenuerunt, tum nos inter nos etiam retinemus. Sicque varia & diſcrepans jejunii ratio concordiam fidei plurimum commendat. His vero hiſtoriam quamdam adjungit, quam hoc loco opportune explicabo: Sic autem ſe habet. XII. Quid Irenæus ad Victorem Papam.

XIII. *Presbyteri ante Soterem, qui Eccleſiæ, cui tu jam præes, præficiebantur; Anicetum dico, Pium, Hyginum, Teleſphorum, Sixtum; licet neque ipſi hoc feſtum eo die quo Epiſcopi Aſiæ obſervarent, neque aliis poſt ſe ita obſervare permitterent, nihilominus tamen cum Epiſcopis illarum Eccleſiarum, in quibus ita obſervabatur, ad ſe accedentibus (ac quid, quæſo, magis repugnans, quam ut hi hoc, illi illo modo obſervent?) pacem & concordiam inter ſe perpetuo retinuerunt, & numquam propter iſtum varium illius feſti obſervandi modum fuere ulli aliquando ab Eccle-* ſia

PAGIUS tiſſimus Pariſienſium Archiepiſcopus, vitium irrepſiſſe in nomen *Polycarpi*, cum is longe ante Victoris Pontificatum martyrio coronatus fuerit. Legendum itaque, *Polycrates*, quem certum eſt floruiſſe tempore Victoris Papæ, inter quos pacem initam ad D. Irenæi preces, tum ex ipſius Irenæi literis, tum ex loco laudato Sozomeni deducit laudatus Archiepiſcopus, qui addit: *Licet probent Novatici, non rejectos Aſiaticos a communione Occidentalium poſt Victoris cenſuram, hoc de dignitate Sedis Apoſtolicæ nihil demit, cum ad Irenæi ſuggeſtionem pacem redditam a Victore docuerimus. Ex Euſebio enim & Socrate conſtat de excommunicatione a Victore inflicta, & de Irenæi epiſtola: ex Sozomeno autem de communione Victoris & Polycratis non interrupta, quod aliter contin-* gere

ſia ejecti: ſed presbyteri illi, qui te anteiverunt ætate, tametſi minime ita illud obſervabant; iis tamen Epiſcopis, qui in aliis Eccleſiis idem ſic obſervabant, Euchariſtiam miſerunt. Pergit dicere de congreſſu Polycarpi cum Aniceto, quæ nos ſuperius in Aniceto opportuniore loco diximus. Sed hic vetus conſuetudo iſta referatur, qua Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi ad omnes Coepiſcopos Catholicæ communionis mittere ſolerent Euchariſtiam; ſed qui ea indigni ab ipſis judicati eſſent, iidem ut execrabiles & ab Eccleſia extorres ab omnibus vitarentur: qui enim non communicarent eo modo Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi, excommunicati ab omnibus cenſebantur: tanta erat in Petri cathedra auctoritas atque majeſtas.

Antiquus uſus de Euchariſtia mittenda.

XIV. Subdit deinde Euſebius: *Irenæus autem cum nominis ſui appellationi* (εἰρηναῖος *enim pacis ſtudioſum ſignificat*) *pulchre reſpondens, tum moribus quibus ſe pacis auctorem vere declarabat, ejuſmodi pro pace & concordia Eccleſiarum & hortatus eſt, & magnopere flagitavit; atque iſta aliaque eiſdem congruentia non ad Victorem ſolum, ſed & ad alios plerosque ac diverſos Eccleſiarum Præſides de iſta quæ tum jactabatur controverſia ſcripſit. Epiſcopi vero, quos modo percenſuimus, Narciſſus & Theophilus, & una cum illis Caſſius Eccleſiæ Tyri Epiſcopus, & Clarus qui Ptolemaidis rexit Eccleſiam, quique cum iſtis in Palæſtina in unum convenerant, ſimulatque in decreto ſuo de Paſchatis traditione, ex Apoſtolorum ſucceſſione gradatim ad eos deducta, permulta diſſeruerunt, in extrema parte ejuſdem hæc præterea his fere verbis adjungunt: Epiſtolæ noſtræ exempla facile ad quamque Eccleſiam mittantur; ne culpa illorum, qui temere & inconſulto ſuas ipſorum animas erroris pravitate inficiunt, in nos ullo modo transferatur. Illud eos minime ignorare volumus, quod Alexandriæ etiam eodem die, quo nos iſtud feſtum agunt; ſiquidem cum a nobis ad illos, tum ab illis ad nos perferuntur litteræ.* Hucuſque de Paſchatis controverſia Euſebius multa prætermittens, quæ neceſſario ad veritatem rerum geſtarum exacte habendam fuerant explicanda.

Quid rurſum Epiſcopi Palæſtinæ.

XV. Re autem ſic ab eo minus plene & imperfecte narrata, perfacile quidem erit ut Victorem quiſque nimiæ auſteritatis atque ſeveritatis accuſet, nam præter hoc quid ultra ei adſcribat, nemo habet. At rem accuratius perſcrutemur. Quam diu cum Catholicis tantum acta res eſt, tolerabile viſum fuit Romanis Pontificibus, permittere Aſianos more Judæorum decimaquarta luna Paſcha celebrare. At cum hæc indulgentia hæreſis validandæ eſſe videretur occaſio, ab ea ceſſare conſultius viſum eſt. Qui enim in Aſia his temporibus invaluiſſent Montani hæreſis ſectatores, quaſi lege divina ab ipſo ſuo ipſorum Paracleto pervulgata, & ipſi die decima quarta eſſe Paſcha celebrandum; omnes vero ſecus agentes errore duci, vehementiſſime affirmabant. Attigit hæc de Cataphrygibus Pacianus (*a*) his verbis: *Illi ipſi Phryges nobiliores, qui ſe animatos mentiuntur a Leucio, inſtitutos a Proculo gloriantur, Montanum & Maximillam & Priſcillam ſecuti, quam multiplices controverſias excitarunt de Paſchali die, de Paracleto, &c.* Differebant tamen Montani ſectatores ab aliis Quartadecimanis; quod illi Lunæ curſum Judæorum more obſervabant, hi autem Solis, ut pluribus declarat Sozomenus (*b*); qui tamen dum ſubdit conſenſiſſe Victorem Polycarpo, plane hallucinatur, Victorem pro Aniceto ponens.

(*a*) Pacian. de Cathol. nomin. ad Sympron.

(*b*) Sozom. hiſt. lib. 7. c. 18. in fin. & 19.

XVI. Rurſum vero ne quartadecimani amplius tolerandi eſſent, plane neceſſitas Victorem impulit; non enim Montaniſtæ tantum eum fovebant errorem, ſed & alii hæretici. At quid amplius? adeo malum iſtud invaluit, ut nequaquam intra Aſianæ provinciæ limites potuerit contineri, ſed longe lateque graſſatum ſit, uſque adeo ut ipſum quoque ſinum Romanæ penetrarit Eccleſiæ, inde evellens hominem (de quo diximus) Blaſtum nomine; qui ex illorum ſententia, in faciem ejuſdem Eccleſiæ, dicere, jactare, defendere, ac mordicus propugnare non erubeſceret, celebrandum eſſe Paſcha luna decimaquarta; de eo enim ſcribens Tertullianus (*c*) (quod ſuperius recitavimus) ſic ait: *Eſt præterea his omnibus etiam Blaſtus accedens, qui latenter Judaiſmum vult introducere: Paſcha enim dicit non aliter cuſtodiendum eſſe, niſi ſecundum legem Moyſi, decimaquarta menſis.* Cum igitur Blaſtus ejus rei cauſa jam ſchiſma conflaſſet, nec eum Irenæus (*d*), ea de cauſa ſcribens librum de ſchiſmate, revocare potuiſſet, quippe qui (ut Euſebius (*e*) tradit) non ſatis haberet, ſchiſmate ſe ab Eccleſia præciſiſſe, ſed complures alios ab ipſo complexu abſtrahens, in ſuam conaretur ſententiam perducere; hæc quidem tolerare idem jam viſum eſſet, quod ſchiſmati favere, ac ſchiſmaticis connivere. Quamobrem etſi durum ac violentum viſum eſt multis remedium Victoris Papæ; perneceſſarium tamen ad ulcus, intrinſecus extrin-

Quartadecimani cur non amplius tolerandi.

(*c*) Tertull. de præſcr. c. 55.

(*d*) Apud Euſeb. lib. 5. cap. 19.

(*e*) Euſeb. lib. 5. cap. 19.

PAGIUS *gere non potuit; niſi ſuſpenſo a Victore excommunicationis effectu poſt monita Irenæi*, &c. Legendus Schelſtratius parte 2. Antiquit. Illuſtr. Diſſert. 1. cap. 3. ubi egregie elucidat contentionem Polycratis contra Victorem Papam pro obſervatione Paſchatis.

trinſecuſque ſerpente tabo, curandum; cum præſertim non eadem præſens eſſet Aſianorum cauſa, atque fuerat antea tempore Polycarpi; quandoquidem olim illi ex permiſſione, iſti ex neceſſitate (*a*) ſe celebrare Paſcha decima quarta luna dicerent; ac proinde eos, qui ſecus facerent, errore labi jactarent; ſicque ceteros omnes toto Orbe diffuſos Chriſtianos eo modo damnarent.

(*a*) *Niceph. lib.* 4. *cap.* 36.

XVII. Quartadecimani quandiu permanſerint in errore.

Qui autem hac de cauſa avulſi ſunt ab Eccleſia, magna ex parte in ſchiſmate permanſerunt, atque in longum tempus; licet enim ingens eorum numerus Concilii Nicæni tempore ad Eccleſiam fuerit revocatus; tamen etiam poſt eam Synodum Syros, Cilices & Meſopotamos in ejus feſti obſervatione claudicaſſe (quippe qui cum Judæis illud ipſum celebrarent) S. Athanaſius (*b*) tradit in libro quem ſcripſit de Synodis. Faverunt eidem quoque ſententiæ Novatiani, de quibus ſuo loco dicturi ſumus. ☞ At qui de Orientalibus adeo ſollicitus fuit Victor Papa, ut eos ab errore Judaico ad antiquam Apoſtolorum traditionem revocaret; erga Occidentales propenſiori cura invigilans, per Epiſcopum Viennenſem Deſiderium ejus nominis primum Gallicanam Eccleſiam admonendam curavit, has ad ipſum dans litteras:

(*b*) *Athanaſ. de Synod. col.* 4. *poſt. princip.*

(*c*) *Victor Epiſcopus Deſiderio Viennenſi Epiſcopo ſalutem.*

(*c*) *Ex Floriac. Biblioth. monumentis edidit Jo. a Boſco Cæleſtinus Lugd. pag.* 24.

XVIII. Victoris Pap. ad Epiſc. Viennenſem de tempore Paſchatis celebrandi epiſt.

*Sicut ſancta fraternitas tua a presbyteris, qui Apoſtolos in carne viderunt, erudita eſt, qui & Eccleſiam uſque ad tua tempora rexerunt; non decimaquarta Luna cum Judæis, ſed decimaquinta uſque ad vigeſimamprimam, Paſcha Catholica Eccleſia celebravit. Non enim jam umbram, ſed veritatem, quæ umbra legis celabatur, quærit. Hanc doctrinam Romæ Petrus & Paulus inſtituerunt, ut in azymis ſinceritatis & veritatis Paſcha ageretur. Qui enim cum Judæis Paſcha agere volunt, quid niſi umbram diligunt, ut agni carnes non in veritate, ſed in umbra figurante manducent? Nec audiunt Joannem Baptiſtam clamantem: Ecce Agnus Dei, ecce qui aufert peccata mundi. Scis, frater beatiſſime, opus totius pietatis, ſexta feria, & decimaquinta Luna perfectum, quando in Cruce clamavit is per quem factus eſt mundus, conſummatum eſt; & vincente luce, umbræ mortis ſuperatæ aufugerunt; & in ſpem noſtræ ſalutis Centurio confeſſus eſt, Filius Dei erat iſte. Nuſquam Petrus cum Judæis, poſtquam illis dixit, Pœnitentiam agite, quia ſanguinem Juſti fudiſtis, nos Paſcha celebrare docuit; nuſquam Paulus, qui, ut decem lucrifaceret, obſervationes illas legis arbitratus eſt ut ſtercora. Collega beatiſſime, Chriſti Eccleſiam non in umbra, ſed in veritate ſupra ſolidam petram fundatam doceamus; ut audiamus cum Apoſtolo Petro: Beatus es Simon filius Joannis, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt. Per tuam ergo fraternitatem * presbyteris Galliarum litteræ mittantur, ut obſervent Paſcha non cum Judæis negatoribus Chriſti; ſed cum ſequacibus Apoſtolorum, prædicantibus veritatem Chriſti. Salutat te collegium fratrum. Saluta fratres qui tecum verſantur in Domino. Eubolus qui epiſtolam feri Viennam, de collegio noſtro, tecum vivere & mori paratus eſt, quem ſuſcipe in Domino JESU Chriſto. Vale.* Hæc Victor ad Deſiderium, cui ſucceſſit Dionyſius; quo cito ex hac vita ſubducto, ſubrogatus eſt Paracodas, ad (*d*) quem ipſius itidem Victoris Papæ extat ejuſdem argumenti data epiſtola de tempore Chriſtiani Paſchatis celebrandi, his verbis:

* presbyteri Galliarum incitentur.

(*d*) *Ex cod. Florlacen. bibl. pag.* 26.

Victor Epiſcopus fratri Paracodæ Epiſcopo ſalutem.

XIX. Ejuſdem ad Paracodam epiſc. de eadem Paſc. celebrat. litteræ.

Collega noſter Dionyſius dormiens, te nobis ſocium in Eccleſia Chriſti reliquit. Vides, frater, Orientalem Eccleſiam propter celebrationem Paſchæ ab Occidentali disjunctam eſſe. Placuit ergo nobis Apoſtolorum ſectatoribus, veſtræ unanimitati ſcribere, ut cum ſecundum quod ſcriptum eſt, vetera tranſierunt, ecce nova facta ſunt omnia; non tenebras ſequamur, ſed lucem. Ut advertamus Prophetam: Populus qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Propterea, frater & collega in Domino, doce per eccleſias tibi commiſſas, a decimaquinta Luna Paſcha agendum, ut dicat

PAGIUS

III. *Victoris PP. epiſtolæ duæ ſuppoſititiæ.*

Ad num. XVII. Epiſtola tertia Victoris ad *Deſiderium* Viennenſem Epiſcopum, aliaque ad *Parocodam* Epiſcopum de quæſtione *Paſchatis*, in quarum ultima dicitur, Orientalem Eccleſiam propter Paſchæ celebrationem ab Occidentali disjunctam, & in priori, Presbyteros, qui Apoſtolos viderunt, uſque ad illa tempora Viennenſem Eccleſiam rexiſſe, ſuſpectæ ſunt, inquit Labbæus tom. I. Conciliorum; & revera ſtylum recentiorem ſapiunt.

IV. *Caracalla Cæſar dictus.*

Hoc anno Severus Auguſtus *Baſſianum* majorem natu filium qui Antoninus & Caracalla dictus, Cæſarem appellavit apud *Viminatium* in ſuperiori Myſia, dum contra *Albinum* moveret, ut teſtatur Spartianus in Severo cap. 10. licet rei geſtæ tempus non exprimat. Sed id hoc anno factum Caracallæ Quinquennalia & id genus feſta demonſtrant. Quare ea nuncupatio a Baronio & Petavio de Doct. Temp. in annum ſequentem perperam dilata. Spartianus laudatus hæc ſcribit: *Circa Arabiam plura geſſit* (nempe Severus) *Parthis etiam in deditionem redactis, necnon etiam Adiabenis. Atque ob hoc reverſus, triumpho delato, appellatus eſt Arabicus, Adiabenicus, Parthicus. Sed triumphum reſpuit*, &c. *Recuſavit & Parthicum nomen, ne Parthos laceſſeret. Redeunti ſane Romam poſt bellum civile Nigri, aliud bellum civile Clodii Albini nuntiatum, qui rebellavit in Gallia*, &c. *Et cum iret contra Albinum, in itinere apud Vimi-*

Baron. an. 199. n. 1.

dicat nobis Apoſtolus : Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus ; & : Fuiſtis tenebræ, nunc autem lux in Domino . Unanimitas fraterna te in Domino ſalutat , fratres , qui apud te Viennæ verſantur , de nobis in Domino ſalutans . Vale . Hæc Victor , qui abſque dubio ejuſdem argumenti litteras in reliquas Occidentalis orbis eccleſias dedit ☞. At de Paſchatis controverſia, atque juſtiſſima cauſa Victoris hactenus ; jam reliqua proſequamur , quæ hoc anno accidiſſe probantur.

XX. Byzantii expugnatio, & Capellæ Præfecti caſus.

Tertius hic jam impletur annus obſidionis Byzantii, quo a Severo tandem expugnatum eſt , ac in vicum redactum, ut Dio atque alii tradunt. Ad hæc ſpectare videtur, quod Tertullianus (*a*) ſcribens ad Scapulam Africæ Proconſulem ait: *Cæcilius Capella in exitu Byzantino, Chriſtiani gaudete, exclamavit:* Nimirum quod ipſe Byzantii perſecutus Chriſtianos, dum partium Nigri fautor, illic Præſidem ageret, civitate a Severo expugnata, meliora jam illis tempora affulgere videret; ſicque invitus ac dolens id illis fauſtum, quod in libertatem vindicarentur, exclamavit; cum ipſe ad dandas pœnas in manus Severi hoſtis acerbiſſimi deveniſſet; omnes enim qui in ea magiſtratum gerebant, a Romanis eſſe occiſos , Dio (*b*) affirmat. Eadem expeditione adverſus barbaros qui faviſſent Nigro, Severum in deditionem accepiſſe Parthos, & Adiabenos, atque Arabas cladibus affeciſſe , auctor eſt Spartianus (*c*); addens eum rediiſſe Romam , triumphoque ei delato, appellatum eſſe Parthicum, Arabicum, & Adiabenicum ; deſpexiſſe vero nomen Parthicum , ne Parthos , quos in deditionem acceperat , laceſſeret ; a Medo etiam nomine , quod eos pariter in deditionem accepiſſet ac Parthos (ut Dio tradit) abſtinuit .

(a) Tertull. ad Scapul. c.3.
(b) Dio in Severo.
(c) Spartian. in Severo.

XXI. Barbari ſecuti Severum Romam.

Advenerunt tunc una cum Imperatore Romam redeunte iidem Parthi & Medi, aliique Orientales barbari nobiliſſimi, non ut captivi , ſed ut ſocii , adeoque gemmis ornati, ut admirationis cauſa omnium oculos in ſe converterent : vidit eos Tertullianus (*d*), qui tunc Romæ aderat, ut ipſemet teſtatur his verbis: *Gemmarum quoque nobilitatem vidimus Romæ de faſtidio * Parthorum & Medorum , cæterorumque gentilium ſuorum coram matronis erubeſcentem; niſi quod nec ad oſtenſionem fere habentur. Latent in cingulis ſmaragdi , & cylindros vaginæ ſuæ ſolus gladius ſub ſinu novit , & in peronibus uniones emergere de luto cupiunt .* Hæc ipſe ; quæ quidem nequaquam referenda ſunt ad tempus, quo, Parthis penitus poſtea debellatis, de eis atque aliis proximis barbaris triumphavit Severus; nam tunc captivos in triumphum ductos, haud putandum eſt tot tantiſque fuiſſe gemmis exornatos , ſed potius (quod decet pompam triumphalem) vinctos catenis eſſe perductos . Porro Tertullianum longe ante dictum triumphum Romæ egiſſe , quæ de eo dicturi ſumus, facile declarabunt . Eadem quoque circa tempora accidiſſe putamus adventum Romam Abagari Oſroænorum Regis ; quem magnificentiſſime exceptum fuiſſe a Severo, docet Dio (*e*); hunc autem fuiſſe Chriſtianum, quæ ex Africano dicemus, inferius demonſtrabunt .

(d) Tert. de habit. mulieb. c. 7.
** al. faſtigio.*
(e) Dio in Aurel. Ant. Heliogab.

PAGIUS

Severus Romam hoc anno non pervenit.

minatium filium ſuum majorem Baſſianum Cæſarem appellavit . Baronius aliique plures verbis illis innixi crediderunt , Severum hoc anno Romæ fuiſſe. Sed ex illis id minime ſequitur ; cum Spartianus ſcribat quidem, Severum, dum Romam rediret , bellum Albini accepiſſe ; ſed non dicat , ante devictum Albinum ad eam urbem illum adventaſſe . Quando vero tradit , eum reverſum triumphum reſpuiſſe ; loquitur de adventu , qui anno CXCVIII. contigit . Quare recte Herodianus lib.3. cap.6. *Qui ampliſſimo donativo milites proſecutus , ſtatim univerſos contra Albinum educit ; miſſis item qui Byzantium expugnarent , clauſam adhuc receptis Nigri Ducibus* . Ex Oriente itaque Severus non Romam , ſed in Gallias venit , & victo in Galliis Albino, Romam profectus eſt , ut Herodianus narrat . Dum contra Albinum exercitum ducit, *Viminatii* majorem natu filium Cæſarem dicit , inquit Spartianus , quem Paradinus de oppidulo duabus leucis ſupra Lugdunum ſito , vulgoque dicto *Vymi* , nullo teſte, intelligit . Miror autem , Spartianum ſcribere , Severum Parthicum nomen reſpuiſſe ; cum in Nummis hoc anno percuſſis, & a Mediobarbo recitatis , Severus nuncupetur Parthicus , Arabicus & Adiabenicus , & qui huc uſque Imp.V. appellatus fuerat , ob novas victorias dicatur Imp.VI. VII. VIII.

JESU CHRISTI ANNUS 199.	VICTORIS PAP. ANNUS 6.	SEVERI IMP. ANNUS 5.

I. Antoninus Cæſar. CHriſti anno nonageſimonono ſupra centeſimum, Laterano & Rufino Coſſ. Severo in Imperio agente annum quintum, Baſſianus, filius a patre nominatus Antoninus, ſimulque Cæſar eſt appellatus: ſexto vero anno patris Imperii, una cum Tribunitia poteſtate idem conſecutus eſt nomen Auguſti. Severus autem cum exercitu adverſus Albinum, qui ab eo deſciverat, in Gallias proficiſcens, difficillimo prœlio dimicans, victoriam tandem fœliciter conſecutus, eum occidens, Imperio ſolus ſecuruſque potitus eſt.

Ann. Eccl. Tom.II. Bbb Poni-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5690.

SÆC. II. Anno Urbis 950. Olymp. 244. an. 1. A. C. 197.

☉ 10. B. ☽ 8. P. 24. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 197. *ſecundum Baronium* 199.

ZEPHIRINI PAPÆ 1.

SEVERI IMP. 5.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Claudius Lateranus*, & *Titius Rufinus*, ut oſtendit Onuphrius in Faſtis.

II. *Caracalla Imperator deſtinatus.* Caracalla non hoc anno, ut exiſtimavit Baronius ſed præcedenti Cæſar dictus, ut ibidem expoſitum. Ea tamen nuncupatio præſenti anno a Senatu rata habita. Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis Inſcriptionem hanc refert: LATERANO. ET RUFINO COS. COOPTATUS. EX S. C. M. AURELIUS. ANTONINUS. CAESAR. DESTINATUS. Præterea hoc anno Tribunitia Poteſtas eidem Caracallæ a patre in Galliis conceſſa, ſed ea anno tantum ſequenti decreto Senatus confirmata. Interim *Imperator deſtinatus* appellatus eſt, ut liquet ex inſigni Inſcriptione in Marchionatus Badenſis civitate, quæque a Scaligero ad n. 2215. Euſebii recitatur:

M. AURELIO
ANTONINO CÆS.
IMP. DESTINATO.
IMP. L. SEPTIMI
SEVERI PERTINACIS
AUG. FILIO.
RES. AQU.

Currenti itaque anno Caracalla Imperator deſtinatus, & inſequenti Imperatoriis inſignibus, ut tunc videbimus, ex Senatus decreto decoratus. Hinc ejus Tribunitia Poteſtas aliquando a præſenti anno deducta, ut ſuo loco oſtendam. Exiſtimo autem, illam deſtinationem in Galliis factam eſſe, & quidem in Provincia Lugdunenſi, ubi Severus contra Albinum bellum gerebat. Certe Caracalla Lugduni natus eſt, ut docet Victor in Epitome, & indicat Spartianus in Severo cap. 5. quando ait, Severum Provinciam Lugdunenſem, antequam imperaret, *Legatum* accepiſſe, & dum eam regeret, *Juliam* uxorem duxiſſe, *ex qua ſtatim pater factus eſt.* Natus eſt Caracalla anno Chriſti CLXXXVIII. ut infra demonſtrabimus. Quare eo anno Severus Lugdunenſem Provinciam regebat, jamque Juliam uxorem duxerat; licet Spartianus in Caracalla cap. 10. a ſe ipſo manifeſte diſſentiens, Juliam Caracallæ *novercam* vocet. Severus Conſulatum ſuffectum geſſit anno CXC. ut ſuo loco diximus. Spartianus aſſerit, Severum poſt Lugdunenſem Provinciam, *Pannonias* Proconſulari Imperio adminiſtraſſe, dein ſuſcepiſſe Romæ alterum filium. Tum ſubdit: *Conſulatum cum Apuleio primum egit, Commodo ſe inter plurimos deſignante.* Geſtus ille Conſulatus anno CXC. natus vero Geta alter Severi filius anno CLXXXIX. ut infra dicetur. Quamobrem eo anno Severus Siciliam adminiſtrabat, Conſulque ſuffectus in annum CXC. deſignatus eſt. Quæ omnia hucuſque obſcura hic obiter explicare placuit, præſertim ut conſtet, Caracallæ cum Julia noverca matrimonium, cujus primus Auctor Spartianus, fictitium eſſe; quod & ipſemet Spartianus

NOTÆ [1] COſſ. *Claudius Lateranus*, & *Titius Rufinus*. Gruterus pag. XLVI. 9.

V. IDUS. IUNIAS. LATER
ANO. ET. RUFINO. COS.

Ibid. pag. LI. 1.

APPIUS. CL. LATERANUS
XV. VIR. SACR. FAC.
COS. DESIGN.

Gutherius de vet. jur. Pontif. lib. 1. cap. IX.

LATERANO. ET. RUFINO. COS.
SUPER. NUMERUM
COOPTATUS. EX. S. C.
M. AURELIUS. ANTONINUS
CAES. DESTINATUS
P. R. C. A. DCCCCXLVII.

Niſi in numeris annorum Urbis conditæ error ſit, inquit Relandus, hi conſules ad hunc annum alligantur. Ceterum horum prænomina, ac etiam nomina, ante poſtremum, adhuc incerta nobis videntur. Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Laterano*, & *Rufino*.

II. Judæi iterum afflictati.

Ponitur ab Euſebio hoc anno Judaicum bellum atque Samariticum ſimul exortum, vel (ut ait) potius reſumptum. Infeliciſſima plane fuit Severi temporibus conditio Judæorum; quippe qui in primis a Peſcennio Nigro Orientale Imperium invadente fuerint tributis vehementer oppreſſi; de quo illud commemoraſſe ſatis, quod Spartianus in Peſcennio his verbis tradit: *Idem Palæſtinis rogantibus (nempe Judæis) ut eorum cenſitio levaretur, idcirco quod eſſet gravata, reſpondit: Vos terras veſtras levari cenſitione vultis; ego vero etiam aerem veſtrum cenſere vellem;* occiſo autem Nigro, qui eos adeo affligebat, viſi ſunt aliquantulum reſpiraſſe. Tunc illorum Rabbini illud Danielis (*a*) perperam uſurpantes, quo dicitur: *Cumque corruerint, ſublevabuntur auxilio parvulo;* de Severo & Antonino filio putarunt intelligendum, quod Judæi ab eis diligi viſi eſſent (*b*).

(*a*) Dan. 11.
(*b*) Hier. in Daniel. c. 11.

III. Judæi male interpretati divinam Scripturam.

Sed quam mendaces eſſent eorum interpretes, & quam falſam de Severo concepiſſent expectationem, plane declaravit eventus. Nam primo, in expeditione agente Severo, Claudius ex Nigri partibus homo Romanus latronem agens, Judæam ac Syriam incurſavit; qui licet undiquaque conquiſitus, numquam tamen a Severi militibus capi aut adinveniri potuit; ſponte nihilominus veniens ad Severum, ut Tribunus militum ab eo incognitus benigne exceptus eſt; de quo hæc Dio (*c*): *Maxime mirandum fuit, quod Claudius latro, qui Judæam Syriamque prædari cœperat, & ob eam cauſam ſtudioſe conquirebatur, ad Severum pro Tribuno militum venit cum equitibus, eumque complexus atque exoſculatus ſalutavit, neque tamen ab eo agnitus, neque captus umquam poſtea.* Poſt hæc autem nullæ prorſus ſub Severo fuerunt Judæis induciæ; nam rebellantibus ipſis a Romanis, ac poſtea (annum nimirum ſequenti) debellatis, decretum fuiſſe de Judæis a Senatu triumphum, auctor eſt Spartianus (*d*): licet ipſum bellum Judaicum ab antiquorum nemine reperiatur eſſe deſcriptum. Quo modo aurem poſtea novo edicto, omniumque illis moleſtiſſimo, Judæi ab eodem Imperatore Severo fuerint exagitati, ſuo loco dicturi ſumus.

(*c*) Dio in Severo.
(*d*) Spartian. in Severo.

IV. Judæorum ærumnæ.

At de infeliciſſima Judæorum conditione horum temporum fidem facit elogium Tertulliani (*e*), quo ait: *Judæis erat apud Deum gratia, ubi & inſignis juſtitia, & fides originalium auctorum; unde illis & generis magnitudo, & regni ſublimitas floruit, & tanta fœlicitas, ut Dei vocibus, quibus edocebantur, de promerendo Deo, & non offendendo, præmonerentur. Sed quanta deliquerint, fiducia patrum inflati ad declinandum, derivantes a diſciplina in profanum modum, etſi ipſi non confiterentur probaret exitus hodiernus ipſorum; diſperſi, palabundi, & cœli & ſoli ſui extorres vagantur per Orbem, ſine homine, ſine Deo Rege: quibus nec advenarum jure terram patriam ſaltem veſtigio ſalutare conceditur.* Hæc Tertullianus; quibus perſpicuum redditur Judæos ſicut olim (ut dictum eſt) ſub Hadriano, ita modo pariter ſub Severo patrio ſolo excluſos, ac magna pæna coercitos. Perſeveraſſe in poſterum eamdem ab Hadriano atque poſtea a Severo inflictam Judæis pœnam, etiam ſuccedentium Imperatorum temporibus, argumento eſt, quod S. Cyprianus hunc ipſum Tertulliani locum exſcripſit in commentario de Idolorum vanitate, haud procul a fine. Hæc fere eadem idem Tertullianus (*f*) adverſus Judæos agens, inter alia eis exprobrat, dicens: *Poſt paſſionem enim Chriſti; etiam captivitas vobis, & diſperſio obvenit prædicata per Spiritum ſanctum; nam & pro iſtis meritis veſtris cladem veſtram futu-*

(*e*) Tert. in Apol. c. 21.
(*f*) Idem adv. Judæos c. 11.

PAGIUS tianus inſinuat, quando ait: *Intereſt ſcire, quemadmodum novercam ſuam Juliam uxorem duxiſſe dicatur*, id eſt, incerto rumore feratur. His ſcriptis cum animadvertiſſem Spartianum in fœdos errores incidiſſe, examinavì quæ ex eo retuli & comperi eum hallucinatum eſſe quando aſſeruit Severum ducta Julia ſtatim patrem factum eſſe, & Caracallam genuiſſe. Hic enim anno Chriſti CLXXXVIII. natus eſt, Juliam vero uxorem accepit Severus ante obitum Fauſtinæ Auguſtæ, quæ anno CLXXVI. deceſſit. Dio enim lib.74. pag. 840. ſcribit: *Cumque* (Severus) *Juliam uxorem ducturus eſſet, Fauſtina Marci uxor utrique thalamum in templo Veneris juxta Palatium apparavit.* Quare Caracalla Lugduni quidem natus eſt, ſed longe antea Severus Juliam uxorem acceperat.

III. *Albini interitus.*

Albinus Cæſar non hoc anno, ſed inſequenti occiſus, ut tunc commodius explicabimus.

IV. *Bellum Judaicum.*

Ad num. II. Bellum Judaicum, quod Euſebius in Chronico anno quinto Severi Imperatoris reſumtum ſcribit, nullo antiquo Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptore memoratum, ideoque ante annum Chriſti CCI. Severus contra Judæos bellum non geſſit. Incertum tamen, an de eo Bello Euſebius per errorem loquatur quinto hujus Imperatoris anno, currentì nempe, an vero alterius, cujus nullus Hiſtoricus meminerit.

V. *Obitus Victoris PP.*

[1] Hoc anno *Victor* Papa e vivis exceſſit, cui *Zephyrinus* ſucceſſit, qua de re infra.

NOTÆ [1] ET hic *Victoris* obitus, & *Zephyrini* electio male collocatur. Nam Bucherianus catalogus, ut vidit Conſtantius, mendoſe exaratus eſt. Itaque ex Euſebio Hiſtor. Eccl. lib.v. cap. XXVIII. & lib.VI. cap.XXI. elicitur, *Zephyrinum* creatum fuiſſe *Severi Imperatoris anno circiter nono* nempe A. D. 202. rexiſſe Eccleſiam per *annos octodecim*: & *primo Imp. Antonini Elagabali*, qui eſt A. D. 218. vita functum. Hieronymiana, & alia antiquiora martyrologia, *Zephyrinum* die XX. Decembris, cetera die XXVI. Auguſti ejus natalem celebrant.

futuram Ezechiel nunciat, & non ſolum in iſto ſæculo, quæ jam evenit, ſed in die tribulationis, quæ ſubſequetur; qua clade nemo liberabitur, niſi qui paſſione Chriſti, quam reſpuitis, fuerit obſignatus.

V. Pax Eccleſiis Palæſtinæ.

Cum his Judæi procellis in Palæſtina eſſent mirandum in modum afflictati; quæ tamen ea in regione erat Eccleſia, pace tranquilliſſima fruebatur; nam ſimul in unum conveniendi Epiſcopos, & concilia publice celebrandi (quod nonniſi in maximo otio agi poſſe videtur) facultas cum eſſet, Eccleſiarum omnium Syriæ & Palæſtinæ pacem tutam atque ſecuram quietem arguit. Sed quomodo poſt Concilium ſuperiore (ut dictum eſt) anno celebratum, S. Narciſſus fama celebris Hieroſolymorum Epiſcopus, qui & ipſe (ut vidimus) una cum Theophilo Cæſarienſi Epiſcopo præfuit dicto Concilio de Paſchatis controverſia habito, ſuorum calumniis falſiſque accuſationibus circumventus, volens libenſque ſolum vertit, & multis annis anachoreticam vitam duxit; hæc, inquam, quomodo ſe habuerint, Euſebius (a) his ferme verbis, dum admiranda opera ab eo edita narrat, ſic recenſet: *Præter multas alias admirabiles res geſtas, quas qui ex ea Eccleſia,* Hieroſolymorum videlicet, *ſunt, ex ſermone & traditione fratrum gradatim & ordine ſuccedentium de Narciſſo narrat; hoc præterea miraculum ab eo editum referunt. In magna ac ſolemni Paſchatis vigilia oleum diaconis & miniſtris defuiſſe perhibent. Unde cum univerſam multitudinem gravis quædam ægritudo & demiſſio animi occuparet; Narciſſum ferunt, iis qui luminaria apparabant, præcepiſſe, ut aquam ex puteo quodam, qui erat in proximo, haurirent, & ad ipſum afferrent; quo abſque mora peracto, eum ſuper aqua oraviſſe; mandaſſeque ut cum vera & conſtanti in Dominum fide eam in luminarium vaſa infunderent. Quod ubi fecerant, contra omnem rationem, incredibili quadam & divina virtute naturam aquæ in naturam olei commutatam; & pro certo illius miraculi indicio, fratres complures, qui illic erant eo quidem tempore, permultum ex illo oleo reſervaverunt, ex quo etiam aliquantulum ad noſtram uſque ætatem cuſtoditum eſt.*

(a) *Euſeb. l.6.c.8.9.*

Mutatur aqua in oleum a Narciſſo epiſcopo.

VI. S. Narciſſus calumniis exagitatur.

Pleraque item alia, memoria quidem digna de vita iſtius viri commemorant, in quibus ejuſmodi quiddam traditum eſt: Cum quidam nequam perditi homunciones gravem & ſeveram eam rationem, qua per univerſam vitam tum in hominibus acriter admonendis, tum in eorum vitiis corrigendis uti conſuevit, neutiquam ferre poſſent; præ metu ne ipſi propter infinita ſcelera, quorum ſibi ipſis conſcii erant judicati ab ipſo pœnas luerent; cœperunt contra illum conſutis dolis conſpirare, ac turpem quamdam criminationis calumniam in eum conjicere; deinde, quo magis auditoribus criminationis falſo objectæ fidem facerent, eam jurejurando confirmare atque unus ſic, dejerare: Si non vere dixerim, opto ut ignis incendio miſere diſpeream. Alter vero ſic: Si non vere dixerim, opto ut ſævo ac fœdo morbo corpus abſumatur. Tertius autem hoc modo: Opto ſi non vere dixerim, ut luminibus penitus orbatus ſim. Verum quamvis nemo ex Fidelibus, propter nobilitatem & teſtatam inter omnes omnino Narciſſi caſtimoniam, atque adeo ob vitæ rationem ex virtutis regula traductam, illis, vel graviſſimo jurejurando ſe obſtringentibus, animum aut fidem adhibuerit; ille ipſe tamen partim præ indignatione falſo objectæ criminationis, partim præ cupiditate vitæ in ſapientiæ ac virtutis ſtudio degendæ, quam jamdiu optaverat, ab oculis univerſæ multitudinis ſe penitus removit, & in ſolitudine, lociſque deſertis ad multorum annorum ſpatium vitam tranſegit.

VII. Dei vindicta in Pejerantes.

Verum ſublimis ille divinæ juſtitiæ ultioniſque obtutus his ſceleribus patratis minime acquievit; ſed quam celerrime impios illos & nequam homines, qui inter jurandum tam diris execrationibus ſe contra ſe ipſos obligaſſent, gravibus calamitatibus oppreſſit. Primus igitur illorum, ſcintilla perexigua noctu in ædes quibus habitabat, ex nulla cauſa antegreſſa ſubito ruente, miſere cum tota familia ſuaque ſtirpe rapido flammarum ardore omnino conflagravit. Alterius corpus eodem morbo, quem ſibi tamquam mulctam fore imprecatus eſſet, ab extremis pedum digitis ad caput uſque infectum, contabuit. Tertius ærumnoſos priorum eventus aſpiciens, & Dei qui oculis omnia intuetur, inevitabilem ultionem admodum reformidans, palam inter omnes maleficia communiter a ſe ſuiſque ſociis per fraudem contra Narciſſum admiſſa confeſſus eſt: ſed tamen dum pro delicto graviſſime condoloſcebat, tantis tamque acerbis lamentis ſe afflictavit, & uſque eo lacrymas effundere non deſtitit, quoad utrumque oculum ſibi penitus extinxiſſet. Atque hi pro ea criminatione falſo contra Narciſſum conficta, tales pœnas perſolverunt.

VIII. Dius Epiſcopus Hieroſolymitanus, & alii.

Ubi Narciſſus ſe in locum deſertum ſubduxiſſet & a nemine eſſet pro certo cognitum quo ſe recepiſſet; his qui finitimis Eccleſiis præerant, viſum fuit, ut alterum Epiſcopum ſuffragiis crearent. Dius igitur (hoc enim illi nomen erat) delectus eſt; cui non longo tempore Eccleſiam gubernanti ſucceſſit Germanion; quo mortuo, Gordius Epiſcopatum obtinet. Cujus temporibus Narciſſus, tamquam ex mortuis ad vitam, denuo revocatus, a fratribus, ut Eccleſiæ gubernacula denuo ſuſciperet, vehemen-

menter rogatus eſt. Omnes quippe ille deinceps, tum quod tam placido & quieto amimo falſo accuſatus deceſſerat, tum quod ſingularis divinæ ſapientiæ, & virtutis amore flagrabat, tum præterea omnium maxime, quod Deus de ejus accuſatoribus debita ſupplicia ſumere dignatus eſt, in majorem ſui admirationem rapiebat.

IX. Alexander Epiſcopus Hieroſolymitanus. *At cum Narciſſus non amplius, propter ingraveſcentem ætatem, miniſterio præeſſe poſſet; Alexander, de quo locuti ſumus, alterius Eccleſiæ Epiſcopus, divina providentia per revelationem, quæ noctu ipſi ſecundum quietem apparuiſſet, ut cum Narciſſo in miniſterio Eccleſiæ fungendo conjungeretur, accerſitus eſt. Unde Alexandrum, cum tamquam divino quodam oraculo ex Cappadocum regione, ubi primum in Epiſcopatus gradu eſſet locatus, Hieroſolymam tum voti, tum locorum viſendorum cauſa contenderet; illius Eccleſiæ fratres eum excipiunt benigniſſime, & non amplius domum reverti permittunt; idque propter aliam revelationem ipſis itidem noctu viſam; quæ quidem voce evidentiſſime profuſa, eis qui erant inter illos ob virtutem ſpectatiſſimi, perſpicue ſignificavit, ut extra portas civitatis egreſſi, eum Epiſcopum admitterent, qui ipſis a Deo ante deſignatus erat. Quo in hunc modum geſto, Hieroſolymitani communi Epiſcoporum conſenſu, qui finitimas Eccleſias procurabant, neceſſario illum apud ſe manere coegerunt. Idem ipſe Alexander in ſuis Epiſtolis, quas ad Antinoitas ſcripſit, quæque adhuc apud nos extant, Narciſſi collegæ ſui in præfectura Eccleſiæ Hieroſolymitanæ gerenda mentionem facit, iſta in extrema epiſtola illa ad verbum ſcribens: Salutat vos Narciſſus, qui hic ante me Epiſcopatus locum tenuit, & centum jam & ſexdecim annos prætergreſſus, mecum in eodem miniſterio quorumdam precibus conjunctus fuit; qui obſecrat vos ut idem mecum ſentiatis, eadem ſitis voluntate. Atque hæc quidem iſto modo.* Hucuſque Euſebius de Narciſſo: qui idem auctor Alexandri ingreſſum, quem hic occaſione continuationis hiſtoriæ recenſuimus, contigiſſe ſcribit poſt obitum Severi Imperatoris, ſub Antonino ejus filio, quo loco & nos referemus.

Sed illud conſideratione dignum eſt, quod, quantumlibet (ut dictum eſt ſuperius) loca ſancta Hieroſolymorum fuiſſent per Hadrianum Imperatorem profanata, deſuper impoſitis impuriſſimis diis Gentium, nihilominus ardor Chriſtianæ pietatis neque his potuit contineri, quin (ut de Alexandro vidimus) Hieroſolymam peregrinationem religionis ergo ſuſciperet; qui quidem uſus ab ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ cœptus, numquam amplius eſt in Eccleſia Catholica intermiſſus. Sed de his pluribus primo Annalium tomo actum eſt. X. De peregrinatione Hieroſolymitana.

JESU CHRISTI ANNUS 200. VICTORIS PAP. ANNUS 7. SEVERI IMP. ANNUS 6.

I. DUcenteſimus Chriſti annus jam a Saturnino & Gallo Coſſ. aperitur, quo Severus Imperator e Galliis Romam victor ingreſſus eſt ovans: recuſaſſe enim tradunt triumphum, ne videretur de civili ſanguine captaſſe gloriam. Porro officia tum illi a Romanis præſtita, quoniam ad Eccleſiaſticam hiſtoriam elucidandam nonnihil conferre videntur, hic referre operæpretium ducimus. Scribuntur ea aliqua ex parte ab Herodiano (a) his verbis: *Romam intrat; occurrente laureato populo, & magno honore, fauſtiſque acclamationibus excipiente Senatu, & conſalutante:* & paulo inferius hæc: *Poſtea vero quam in templum Jovis ingreſſus eſt, omniaque ſacrificia de more peregit, magnoque congiario populum Romanum victoriæ nomine proſecutus, ac nummos militibus largitus eſt:* Hæc ipſe. Sed non fuerunt prætermiſſa cætera ovanti Imperatori exhiberi ſolita, epulum nempe publicum, & lectiſternia, flores, laureæ, lumina, ſuffitus, & alia id genus; quæ etiam in ejus Romam primo adventu fuiſſe exhibita, Dio teſtatur. At hæc quidem omnia cum a frequenti populo præſtarentur; a Chriſtianis tantummodo, quod ſuæ ipſorum religioni minus convenire putarent, prætermiſſa fuerunt, non tamen ſine obtrectatorum calumnia, perinde ac ſi illi ab hujuſmodi officiis temperantes, Severum regnare moleſte ferre viderentur. Sed de his paulo inferius.

(a) *Herod. l. 3.*

Severus ovans Romam rediit.

II. Severus ſævit in cives. Cæterum haud multo poſt Severus rependit civibus pro gaudio luctum; nam quamplurimos, qui Albino faviſſent, clariſſimos viros occidit, nec alicui (b) pepercit eorum qui levi tantum ſuſpicione laboraſſent. Recenſet nomina quadraginta unius Conſularium ac Prætorianorum virorum Spartianus, qui tunc a Severo juſſi ſunt occidi; nam & illos inquiri voluit, qui etiam Peſcennio conſenſiſſent. Damnati ſunt plerique, qui jocati dixerant: *Vere Imperator nominis ſui, vere Pertinax, vere Severus.* Multos inſuper, quaſi Chaldæos aut vates de ſua ſalute conſuluiſſent, interemit; præcipue ſuſpectos, unumquemque idoneum Imperio, quod ipſe

(b) *Spartian. in Severo.*

pſe parvos filios tantum haberet. His factis, ad Parthicum bellum proficiſcitur, cum ante (quod mente exciderat) Commodum in Deum conſecraſſet, *quem in Senatu pro concione laudavit; infamibus diſplicuiſſe dixit, ut appareret eum apertiſſime furere*. Hæc omnia ad verbum Spartianus, qui & in Peſcennio ait, Severum tot Senatorum cædibus perpetratis, nomen eſſe conſecutum infame, ut diceretur a pluribus Sylla Punicus.

III. Verum non hoc anno quievit Severus a civium cæde; ſed novis detectis Imperii perduellibus, novæ etiam ſuperadditæ ſunt ab eo civium cædes; eorum nempe qui viſi erant jam omni officio eidem Severo favere; ſicque in ſequentem uſque annum Romanorum civium ipſa urbs Roma cædibus maduit; de quibus hæc egregie Tertullianus (a): *Sed & qui nunc ſceleſtarum partium ſocii aut plauſores quotidie revelantur, poſt vindemiam parricidarum racematio ſuperſtes, quam recentiſſimis & ramoſiſſimis laureis poſtes præſtruebant? quam elatiſſimis & clariſſimis lucernis veſtibula enubilabant? quam cultiſſimis & ſuperbiſſimis thoris forum ſibi dividebant? non ut gaudia publica celebrarent; ſed ut vota propria jam ediſcerent, & in aliena ſolemnitate exemplum atque imaginem ſpei ſuæ inaugurarent, nomen Principis in corde mutantes. Eadem officia de-*

(a) Ter. in Apol. c. 35. in fin.

Racematio ex nece adulatorum.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5691.

SÆC. II. Anno Urbis 951. Olymp. 244. an. 2. A. C. 198.

⊙ 11. A. ☽ 9. P. 9. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 198. *ſecund. Baronium* 200.

ZEPHIRINI PAPÆ 2.

SEVERI IMP. 6. CARACALLÆ IMP. 1.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. *Coſſ. Ti. Saturninus, & C. Gallus*, ex Inſcriptione Onuphriana lib. 2. Faſtorum pag. 238.

II. *Quinquennalia Severi.*

Severus Romæ Quinquennalia dedit, quorum varia hoc anno indicabimus veſtigia.

III. *Albinus occiſus.*

Severus anno ſuperiori in Galliam venit, curenti ad *Lugdunum* cum Albino Cæſare pugnavit, eumque XI. Kal. Martii, ut habet Spartianus in Severo cap. 11. vicit: *Direpta mox incenſaque Lugdunum, & Albino caput abſciſſum, perlatumque ad Severum eſt*, inquit Herodianus lib. 3. cap. 7. Dictus fuerat Cæſar Albinus a Severo, poſtquam ipſe Imperium iniit; ſed *cum Albinus etiam Imperatoriam dignitatem poſtularet*, ait Dio lib. 75. eumque dolis inſidiiſque tentaret, Albinus ſe ipſum Auguſtum nuncupavit, & Tribunitiam Poteſtatem capeſſiit, ut liquet ex Nummis apud Mediobarbum pag. 266. inter quos iſte legitur: IMP. CAES. D. CLOD. ALB. AUG. in poſtica, AEQUITAS AUG. COS. II.

Baron. an. 199. n. 1.

IV. *Albini Imperium Cæſareum.*

Cenſores quidam in Epiſtola Conſulari a Card. Noriſio publicata invehuntur in illud quod pag. 178. Diſſertationis Hypaticæ ſcripſi, Marcum nempe Aurelium & Commodum ejus filium Imperium Cæſareum ante Auguſteum adeptos eſſe; quod Cæſareum Imperium ut convellant, exemplum Albini Cæſaris afferunt, quem puro puto nomine Cæſareo donatum fuiſſe tuentur. Commodus enim Albino Cæſareum nomen obtulit, utque inſigne aliquod Imperialis majeſtatis accederet, dedit ei facultatem utendi coccinei pallii, ut teſtatur Capitolinus in Albino cap. 2. qui cap. 13 ait, Albinum *Cæſareum nomen* a Commodo oblatum recuſaſſe, quod cap. 6. & cap. 13. repetit. Sed hinc tantum deduci poteſt, aliquando Cæſaris nomen ſine Imperio Cæſareo conceſſum fuiſſe, cujus rei pauciſſima occurrunt exempla. Commodus itaque ſolum nomen Cæſareum Albino obtulit; ſed Severus eum nomine & Imperio Cæſareo donavit. Herodianus enim lib. 3. cap. 7. Severum laudat, quod Albinum *Cæſaris honore atque auctoritate præditum in poteſtatem redegerit*. Capitolinus etiam in Albino cap. 3. de eo ait: *Extat illius concio, quæ, cum accepit Imperium & quidem Severi (ut quidam) voluntate firmatum, hujus rei memoriam facit.* Tum cap. 7. Capitolinus ſcribit: *Ad Imperium venit natu jam grandior.* Paulo poſt referunt epiſtolam Severi, in qua legitur: *Imperator Severus Auguſtus, Clodio Albino Cæſari, fratri amantiſſimo & deſideratiſſimo, Salutem. Victo Peſcennio*, &c. *Te quæſo, ut eo animo Rempublicam regas, quo dilectus es frater animi mei, frater Imperii.* At inquiunt Cenſores: *Commodus ac reliqui Cæſares ante Imperium Proconſulare, omnis Imperii expertes erant. Hinc cum anno CLXXV. Senatus nuntium necis Avidii Caſſii accepiſſet, inter feſtivas accla-*

NOTÆ [1] C*oſſ. Ti. Saturninus, & Gallus*. Gruteriani lapides pag. XCIX. 1.

D E D I C. XV. K A L. I U N.
S A T U R N I N O. E T. G A L L O. C O S.

Ibid. pag. CCC. 2.

T I. S A T U R N I N O. E T. C. G A L L O. C O S.
A. P. R. C. DCCCCL.

Gudiana inſcriptio ex collectione Ligoriana:

K A L. M A R T.
T. S A T U R N I N O. E T. C. G A L L O. C O S.

Sponius pag. 227. & Fabrettus pag. 296. ex veteri lapide, qui nunc in ædibus Capitolinis:

D E D I C. I D I B. O C T O B.
S A T U R N I N O. E T G A L L O:
C O S.

Vulgares Faſti: *Saturnino, & Gallo*.

dependent & qui aſtrologos, & aruſpices, & augures, & magos de Cæſarum capite conſultant; quas artes, ut ab angelis deſertoribus proditas, & a Deo interdictas ne ſuis quidem cauſis adhibent Chriſtiani. Hæc & alia Tertullianus, illam purgans Chriſtianis inferri ſolitam calumniam, qua hoſtes dicerentur Imperatoris; quinam vero hoſtes illius eſſent, licet amiciſſimi viſi, dictis declarat exemplis.

IV. *Chriſtiani cur accuſati hoſtes Imp.* At quod ad hæc quoque ſpectat; alio etiam argumento tunc jactabant Gentiles Chriſtianos Imperatoribus adverſari, ac eos odio proſequi: quod ex proxime geſtis rebus ſuppeditatum eſt, cum nimirum in ipſo adventu victoris Imperatoris in Urbem, ſoli Chriſtiani prætermiſiſſe viderentur officia ab omnibus exhiberi ſolita lætitiæ publicæ. Unde idem qui ſupra Tertullianus (a): *Propterea igitur publici hoſtes Chriſtiani, qui Imperatoribus neque vanos, neque mentientes, neque temerarios honores dicant: quia veræ religionis homines etiam ſolemnia eorum conſcientia potius quam laſcivia celebrant. Grande videlicet officium focos & thoros in publicum educere, vicatim epulari, civitatem tabernæ habitu abolefacere, vino lutum cogere, catervatim curſitare ad injurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras. Siccine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus? Hæccine ſolemnes dies Prin-*

(a) Tert. ibid. in princ. c. 35.

PAGIUS *acclamationes abſenti M. Aurelio factas dixerunt:* Commodo Imperium juſtum rogamus. Commodo Tribunitiam Poteſtatem rogamus. *Erat igitur Commodus ſine Imperio, quamvis jam inde ab anno CLXVI. Cæſar eſſet, deſtinatus tamen ad Imperium.* Sed vanum hoc argumentum: Commodus in pueritia Imperio Cæſareo ornatus fuerat, & i poſt decem circiter annos Senatus Imperium Proconſulare, quod majus erat, petivit. Quare in laudatis verbis *juſtum Imperium*, ſignificat Imperium Proconſulare, quod plenum Imperium eſt, ut *juſtum prælium*, illud quod vere & proprie prælii nomine cenſeri poteſt, inquit Budeus in Theſauro Roberti Stephani verbo *juſtus*. Addunt Cenſores: *M. Aurelius filios adhuc pueros Cæſares creavit, nullo cum eiſdem Imperio, cujus ob ætatem nondum capaces erant, communicato.* Ita pag. 178. Epiſtolæ Conſularis. Reſpondeo, M. Aurelii filios Cæſares, aliorumque Principum pueros Imperio ineundo, ſed non obeundo maturos eſſe, ut omnes norunt. Fateor tamen, Imperium illud Cæſareum ad pauca tantum ſe extendiſſe, ab Imperatorum arbitrio pependiſſe, & in quo illud ſitum eſſet, hactenus obſcurum. Quæ obiter dicta ſint ad rem magni momenti magis explicandam.

V. *Albinus hoc anno victus.* Præſenti anno, non ſuperiori, ut fert vulgaris ſententia, Albinum debellatum, colligo ex Herodiano lib. 3. cap. 8. qui Albinianorum internecione narrata, ait: *Continuo Romam proficiſcitur, exercitum ſecum omnem adducens, quo terribilior videretur. Confecteque magna velocitate itinere, quemadmodum conſueverat, infeſtus adhuc ſuperſtitibus Albini amicis, Romam intrat.* Dio de Albini interitu loquens, inquit: *Prælium vero Severi & Albini apud Lugdunum ita factum eſt.* Spartianus citatus habet: *Victus eſt Albinus die undecima Kalendas Martii*, die nempe decima nona menſis Februarii. Sed cum, Severum præſenti anno Romæ fuiſſe, ibique Quinquennalia celebraſſe, indubitatum ſit, dies ille decimus nonus Februarii Albino & Albinianis fatalis, non alterius anni quam currentis eſſe poteſt. Si enim menſe Februario anni præcedentis illa pugna pugnata fuiſſet, & præſenti tantum anno Severus Romam veniſſet, non continuo, & magna celeritate, ut teſtatur Herodianus, ſed lente cunctanterque illuc ſe contuliſſet, anno nempe fere integro, in hoc longo ſpatio conficiendo, inſumto. Nec eſt quod quis dicat, Severum anno ſuperiori Romam veniſſe. Herodianus enim loco laudato cum, ubi Romam adventavit, Quinquennalia celebraſſe, manifeſte indicat: *Poſtea vero*, inquit, *quam in templum Jovis ingreſſus eſt, omniaque ſacrificia de more peregit, reverſus in palatium, magnoque Congiario populum Romanum, victoriæ nomine proſecutus, ac nummos militibus largitus eſt, ſimul alia permulta indulſit, quæ numquam antea acceperant. Nam & frumenti ſummam primus adauxit, & aureis annulis uti, & domi habere mulierem permiſit.* Quæ novitates gratiæque Quinquennalium Severi indicia. Objici etiam poſſet, Getam die ſeptima menſis Martii Romæ Cæſarem a Severo patre renuntiatum eſſe; cum in Actis Paſſionis SS. Perpetuæ & Felicitatis, Sancta Martyr dicat: *Munere caſtrenſi eramus pugnaturi. Natale tunc Getæ Cæſaris*, &c. Utraque autem cum ſociis paſſa die VII. Martii ex omnibus vetuſtis Martyrologiis, ut oſtendit Holſtenius in Notis ad ea Acta. Quare cum Albinus die XIX. Februarii ſuperatus fuerit, Romam Lugduno intra dies quindecim Severus cum exercitu pervenire non potuit. Verum in Actis illis non de Natali Imperii Cæſarei Getæ, ſed de Natali ejus genuino ſermo eſt. Natus autem Geta *ſexto Kalendas Junias*, ut prodit Spartianus in Geta cap. 3. & parte alia, hoc anno poſt diem XIII. menſis Aprilis, qui Imperii Severi Natalis eſt, Cæſar nuncupatus. Et ratio eſt, quia, ut mox viſuri ſumus, Caracalla poſt eum diem Tribunitiam Poteſtatem & Auguſteam dignitatem a patre obtinuit & veriſimile non eſt, Getam minorem filium prius a patre Cæſarem dictum, quam Caracallam majorem natu filium a patre Auguſtum nuncupatum. Utraque itaque nuncupatio vel eodem tempore poſt menſem Martium facta, vel Caracalla prius dictus Auguſtus, quam Geta Cæſar. Quare SS. Perpetua & Felicitas alio die, quam quo paſſæ ſunt, in Martyrologiis coluntur, quod non raro accidiſſe paſſim in hoc Opere obſervabimus; dieſque ſeptima Martii, dies eſt, quo Carthaginem earum reliquiæ poſtea tranſlatæ, non vero dies obitualis. Porro, cum utraque Martyr non *Tuburbi*, ſed *Carthagine* paſſa fuerit, ut oſtendit Valeſius in Præfatione, quam ad laudata Acta præfixit, habemus ex illis Epiſcopum Carthaginenſem, qui tempore Severianæ perſecutionis ac Tertulliani ſedebat. Pag. enim 24. legitur: *Vidimus ante fores Optatum Epiſcopum*, &c. *Nonne tu es Papa noſter?* Quare, cum hic ſermo ſit de perſonis Carthagine, non vero Tuburbi viventibus, dicendum, *Optatum* fuiſſe tunc Epiſcopum Carthaginenſem, ac Agrippini ſucceſſorem, cujus tamen nulla mentio apud Schelſtratium in Diſſert. Eccleſiæ Africanæ, ubi eorundem Epiſcoporum indicem texit. Hanc ad me obſervationem miſit Clariſſimus Abbas Ludovicus *du Four*, qui non dubitat etiam, quin Perpetua & Felicitas alio die martyrium pertulerint, quam quo co-

Principum decent, quæ alios dies non decent? Qui obſervant diſciplinam de Cæſaris reſpectu, ii eam propter Cæſarem deſerunt? Et malorum morum licentia pietas erit? Occaſio luxuriæ religio deputabitur? O nos merito damnandos! Cur enim vota & gaudia Cæſarum caſti & ſobrii & probi expungimus? Cur die læto non laureis poſtes obumbramus, nec lucernis diem infringimus? Honeſta res eſt, ſolemnitate publica exigente, induere domui tuæ habitum alicujus novi lupanaris? Hæc Tertullianus idcirco, quod Romæ domus meretricum, publica lupanaria etiam conſueviſſent lucernis ac frondibus exornari; nam alibi hæc ait (*a*): *Procedit de janua laureata & lucernata, ut de novo conſiſtorio publicarum libidinum.*

(*a*) *Tertull. ad uxor. lib. 2. c. 6.*

V. De more gentilitio coronandi poſtes.

Sed & templa feſta fronde ornari conſueviſſe, Ethnici ſcriptores frequenter demonſtrant, & templorum ſigna, quæ in antiquis lapidibus paſſim Romæ inſculpta viſuntur; quod ſibi nefas eſſe Chriſtiani putabant: unde idem auctor in libello de Corona militis (*b*): *At enim Chriſtianus nec domum ſuam laureis infamabit.* Rurſus vero idem auctor in libro quem ſcripſit de Idololatria (*c*), poſtes a Chriſtianis coronari, divinitus fuiſſe vetitum docet his verbis: *Scio fratrem per viſionem eadem nocte caſtigatum graviter, quod januam ejus ſubito annunciatis gaudiis publicis ſervi coronaſſent; & tamen non ipſe coronaverat, aut præceperat; nam ante proceſſerat, & regreſſus reprehenderat factum; adeo apud Dominum in hujuſmodi*

(*b*) *Tertull. de Coron. milit. cap. 13. in fin.*

(*c*) *Idem de Idololat. c. 15.*

PAGIUS

coluntur, & quin Severi Romam adventus ad hunc annum pertineat.

VI. Caracalla Auguſtus, Geta Cæſar dicitur.

Severus *ultus graviter Albinianam defectionem, Romam venit, Commodum in Senatu & concione laudavit, Deum appellavit*, inquit Spartianus in Severo cap. 12. Paulo ante ſcripſerat, Severum poſt victum Albinum *inter milites Divum Commodum* pronunciaſſe, *idque ad Senatum* ſcripſiſſe. Quemadmodum itaque Tribunitiam Poteſtatem Caracallæ conceſſam, ita Commodi apotheoſim a Senatu Severus confirmari voluit. Ex quo utroque facto intelligimus, adhuc per hæc tempora magnam Senatus in ſimilibus habitam rationem fuiſſe. Hujuſmodi conſecrationes annis Quinquennalibus & id genus feſtis dicatis de more factæ. Tum cap. 14. ait Spartianus: *Cæſarem deinde Baſſianum filium ſuum Antoninum a Senatu appellari juſſit, decretis Imperatoriis inſignibus.* Caracalla ſeu Baſſianus anno CXCVI. Cæſar nuncupatus fuerat, annoque inſequenti Imperator deſtinatus, ut ſuo loco diximus. Deerat itaque tantum Senatus decretum, quod hoc anno acceſſit. Severus non ſolum Caracallam Auguſtum dixit, ſed etiam Getam filium ſuum natu minorem Cæſarem nuncupavit, quod Herodianus lib. 3. cap. 0. his verbis exprimit: *διατρίψας δὲ ἱκανοὺς χρόνους ἐν τῇ Ῥώμῃ τούς τε υἱοὺς αὐτοῦ κοινωνοὺς τῆς βασιλείας καὶ αὐτοκράτορας ἀποδείξας*, &c. Id eſt: *Igitur aliquandiu Romæ moratus, participato filiis Imperio, decrevit item Barbarorum inclareſcere trophæis.* Petavius lib. 13. de Doct. Temp. pag. 694. ait: *Herodianus ſignificat utrumque Severi filium participem Imperii, & αὐτοκράτορα factum eſſe. Sed Spartianus Getam nonniſi Cæſarem creatum aſſerit, quod & probabilius videtur.* At perperam, nam inter Herodianum & Spartianum egregie convenit. Illud tamen præter Spartianum Herodianus dicit, Getam nempe, qui tantum Cæſar renuntiatus eſt, nuncupatum fuiſſe Imperatorem, non minus quam Caracallam, qui Auguſtus eſt appellatus. Antea enim Cæſares Imperatoris nomine non cohoneſtabantur, niſi Imperio Proconſulari inſigniti eſſent. Cui rei magno argumento eſt, quod Caracalla Cæſar, cum anno præcedenti Tribunitia Poteſtate decoratus eſt, *Imperator deſtinatus* dictus eſt, ut tunc oſtendi, & magis confirmatur ex duobus Nummis Caracallæ Cæſaris apud Mediobarbum: in averſa parte unius legitur: DESTINATO IMPERAT. & in poſtica alterius: DESTINATO IMPERATORI. Ex quibus inferendum, tunc Cæſares nondum Imperatores dictos fuiſſe, & hanc novitatem Severi Quinquennalium effectum fuiſſe: alioquin Caracalla non deſtinatus Imperator, ſed deſtinatus Auguſtus in Nummis & Inſcriptionibus nominatus fuiſſet. Sed quidquid de hac re ſit, Getam aliosque deinceps Cæſares, licet nec Tribunitia Poteſtate, nec Imperio Proconſulari exornati eſſent, Imperatores appellatos fuiſſe certum. Annis Quinquennalibus & id genus feſtis addictis, Cæſares ac novos Auguſtos de more creatos fuiſſe, prioreſque poſt M. Aurelium Imperatores vocatos in Diſſert. Hypat. demonſtravi.

VII. Tribunitia Poteſtas Caracallæ data.

Hoc anno Caracallam Auguſtum appellatum, eique Tribunitiam Poteſtatem confirmatam, demonſtrant varia hujus Imperatoris Numiſmata apud Mediobarbum extantia. Illud inter cetera argumenta Conſulatus ejus deſignati invicte demonſtrant. Mediobarbus pag. 286. Numiſma ejus jam Auguſtea dignitate præditi exhibet, in quo legitur: TR. P. IIII. COS. DES. Primum Conſulatum Caracalla geſſit anno CCII. Quare Tribunitiam Poteſtatem currenti anno, non vero inſequenti inierat; alioquin anno CCII. adhuc Conſul deſignatus fuiſſet, cum tamen Conſulatum ordinarium eo anno geſſerit. Præterea in alio Nummo Caracalla dicitur: TR. P. X. COS. II. DES. III. Tertius Conſulatus a Caracalla anno CCVIII. ſuſceptus, quo tamen anno adhuc Conſul II. deſignatus III. fuiſſet, ſi anno ſequenti Tribunitia Poteſtate inſignitus fuiſſet. Nam Tribunitiam Pot. X. anno tantum CCVIII. inchoaſſet, ut numeranti patet. Alia in hanc rem argumenta in medium adducit Card. Norîſius in Diſſert. de Votis Decennalibus cap. 4. Ceterum, poſt diem XIII. Aprilis Tribunitiam Poteſtatem Caracallæ conceſſam, mox viſuri ſumus.

VIII. Tribunitia Poteſtas Caracallæ explicata.

Sed licet in Nummis & Inſcriptionibus Caracallæ Tribunitia Poteſtas a præſenti Chriſti anno de more auſpicetur, ſuperſunt tamen variæ Inſcriptiones & aliqui Nummi, in quibus ea a præcedenti exordium ſumit. Ex quo certum redditur, Caracallam eo anno, non vero currenti, ut exiſtimavit Card. Noriſius loco laudato, Imperatorem deſtinatum fuiſſe. Quantum Chronologia ad Inſcriptiones explicandas conferat, ex hujus eruditiſſimi Viri verbis intelligitur. Is poſtquam Caracallam præſenti anno Tribunitiam Poteſtatem iniiſſe probavit, inquit: *His tamen opponuntur inſignia Elogia, quæ etiamnum viſuntur Romæ, ex quibus poſt Kalend. Junias an. CXCVIII. evincitur tradita Antonino Tribunitia Poteſtas. In ſuperiori parte Panthei legitur:*

Baron. an. 197. num. 11.

IMP.

di etiam diſciplina familiæ noſtræ æſtimantur. Hæc ipſe. Sed (quod ſuperius tomo primo Annalium dictum eſt) Chriſtiani nonnulli haud facile ejuſmodi contineri poterant diſciplina; nam idem Tertullianus de iiſdem hæc ibidem ſuperius exprobrans ait (*a*): *At luceant* (inquit) *opera veſtra. At nunc luceant tabernæ & januæ noſtræ; plures jam invenies Ethnicorum fores ſine lucernis & laureis quam Chriſtianorum.* Quamobrem conſulto quidem poſtea introductum videtur, ut, quæ erant Gentilitiæ ſuperſtitionis officia, eadem veri Dei cultu ſanctificata, in veræ religionis cultum impenderentur. Laudatur eo nomine magnopere a S. Hieronymo Nepotianus (*b*), quod eccleſias martyrum diverſis floribus, arborum comis, vitiumque pampinis exornaret.

(*a*) *Eodem cap. in princ.*

(*b*) Hieron. *epiſt.* 3.

VI. Chriſtiani faventes Imperatori & Imperio precibus.

Cum vero Chriſtiani rei haberentur læſæ majeſtatis, quod Imperatori non ſacrificarent, nec ut Deum colerent, nec per genios Cæſaris jurarent; pro iiſdem diluendis Tertullianus gravem fortemque defenſionem inſtituit; demonſtrans nimirum, Chriſtianos ex præſcripto legis & Eccleſiaſtica diſciplina plus cæteris colere & venerari Imperatores, pro quibus aſſidue preces ad Deum funderent, proque eorum ſalute vota etiam nuncuparent; cæterum probe noſſe, illum Deo eſſe inferiorem. Commodi enim hoc anno in Deum conſecrati ludibrium, cum riſum, tum etiam ſtomachum Chriſtianis moviſſe credimus. Quam autem ſedulo

PAGIUS

IMP. CAES. L. SEPTIMIUS. SEVERUS. PIUS. PERTINAX. ARABICUS. ADIABENICUS. PARTHICUS. MAXIMUS. PONTIFEX. MAX. TRIB. POT. XI. COS. III. P. P. PROCOS. ET. IMP. CAES. M. AURELIUS. ANTONINUS. PIUS. FELIX. AUG. TRIB. POT. V. COS. PROCOS. PANTHEUM. VETUSTATE. COLLAPSUM. CUM. OMNI. CULTU. RESTITUERUNT.

Severus Aug. anno Chriſti CCIII. Kal. Junii inibat TR. P.XI. *cum qua ſi copuletur* TR. P.V. *Antonini, fit conſequens ut Antoninus CXCVIII. noſtræ epochæ poſt Kalend. Junias, primam Tribunitiam Poteſtatem auſpicatus fuerit. Rurſus in porticu templi S Angeli in Foro Piſcario viſitur Epigramma, in quo Tribunitia Poteſtas ſexta Antonini cum undecima Severi jungitur. Habetur apud Gruterum pag.*172. *In celebri Arcu Septimii in Foro Romano Severus inſcribitur* TRIBUNIT. POTEST. XI. *Antoninus vero* TRIBUNIT. POTEST. VI. *Si cum Tribunitia Poteſtate undecima Severi concurrit quinta & ſexta Antonini, minus recte Panvinus & alii aſſerunt, Kalendis Junii die natali Imperii Severi Antoninum Tribunitiam Poteſtatem accepiſſe. Sane Panvinus priorem illam Inſcriptionem referens anno Urbis* 956. *pro XI. ſcripſit X. Sed. ex altero Elogio rejicitur; neque tam facile eſt Lapides ac membranas corrigere. Laudantur aliæ Inſcriptiones antiquæ, in quibus Tribunitia Poteſtas prima Antonini cum VI. Severi conjungitur apud Gruterum* 1020. *Rurſus cum VII. ejuſdem Severi pag.*264. *Ex tot Elogiis luculenter probatur, Antoninum anno CXCVIII poſt Kal. Junias deſignatum fuiſſe Auguſtum, delata eidem Tribunitia Poteſtate. Quare anno CCXVII. ſexto Idus Aprilis occiſus, agebat annum Trib. Pot. XIX. Qui igitur fieri poteſt, ut in Nummis & Lapidibus ejuſdem Tribunitia Pot.XX. & anno CC. die quarta Aprilis, tertia inſcripta fuerit?* (jam enim retulerat Noriſius Inſcriptionem eo anno ſcriptam, in qua Tribunitia Poteſtas III. Antonini, & dies quartus Aprilis legitur) *Reineſius lib* 1. *Variar. cap.*21. *Volumen promiſit inſcriptum:* Examen Inſcriptionum veterum: *at ille vitam ante operis editionem explevit. Hujus eximii Voluminis autographum Joannes Fritſchius Typographus Lipſienſis apud ſe eſſe teſtatur in Epiſtola nuncupatoria. Jacobus Sponius Vir eruditiſſimus ſupra tria millia Inſcriptionum collegit, quæ in Gruteriano Theſauro deſiderantur; idem vero in Græciam navigationem adornat, antiqua elogia ex temporis ac Barbarorum injuriis æternitati aſſerturus, & in Galliam redux, grandi volumine has omnes ac reliquas inſuper Lapidum difficultates infringet.* Ita Card. Noriſius, cui hæc difficultas non ſine ratione graviſſima viſa: poſtea enim ad me ſcripſit, vidiſſe ſe argenteum Nummum in Muſæo Abbatis Braceſii jam demortui cum epigraphe: L. SEP. SEVERUS AUG. P. M. TR. P.VIII. & in poſtica: ANTONINUS AUG. PONT. TR. P. IIII. Severus anno Chriſti CC. Tribunitiam Poteſtatem octavam iniit, annoque CCI. adhuc continuavit. Rurſus Caracalla Sponii pag. 158. dicitur TRIB. POT. IIII. COS. Igitur ante Junium anni Chriſti CCI. accepit Tribunitiam Poteſtatem. Hæc Card. eruditiſſimus. Confert etiam Baronius annos Tribunitiæ Poteſtatis Severi cum annis Tribunitiæ Poteſtatis Caracallæ, & aliquas ex præfatis Inſcriptionibus memorat, ut videre eſt in Annalibus anno tertio Severi, ubi hæc difficultas proponitur quidem, ſed non ſolvitur.

IX. *Tribunitia Pot. Caracallæ diverſimode incboata.*

[1] Sponius initio anni milleſimi octogeſimi ſexti vita functus, varias inſcriptiones ante obitum publicavit, & Syntagma veterum Inſcriptionum a Reineſio collectarum nuper in lucem prodiit; ſed neuter aliquid attulit quod ad hanc difficultatem ſolvendam faceret. At poſitis duobus principiis Tribunitiæ Poteſtatis Caracallæ, ea evaneſcit, & laudatæ Inſcriptiones, ſimileſve faciles explicatus habent. Tribunitia Poteſtas Severi ab Idibus Aprilis, ſeu die decima tertia ejuſdem menſis anni centeſimi nonageſimi tertii, quo a militibus acclamatus eſt Imperator, deducta, non vero a Kalendis Juniis, ut Onuphrius omnibus perſuaſit. Tribunitia Poteſtas Caracallæ in aliquibus Nummis & Inſcriptionibus ab anno CXCVII. quo Imperator deſtinatus eſt; in aliis autem ab anno CXCVIII. dieque incerto,

NOTÆ [1] Vide quæ diximus ad A. D. 193. n.V.

lo pro ipſis Imperatoribus ac ſenatu, totoque Romano Imperio Chriſtiani ſolerent apud Deum agere, idem declarat his verbis (*a*): *Illuc ſuſpicientes* (in cælum nimirum) *Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis; capite nudo, quia non erubeſcimus; denique ſine monitore, quia de pectore oramus; precantes ſumus ſemper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, Imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, Orbem quietum, quæcumque hominis & Cæſaris vota ſunt.* Hæc Tertullianus & alia de his plura.

(a) Tertull. in Apol. c.30.

VII. Quando Tertullianus ſcripſit Apologeticum.

Porro ipſum anno ſequenti Apologeticum ſcripſiſſe, ea certe ratio perſuadet, quod cum ea ipſe ſcribebat, adhuc qui reſidui eſſent factionum Albini atque Nigri, quærerentur ad necem; quique recens inventi, perinde ac racemi poſt vindemiam, internecioni itidem traderentur; quod accidiſſe dicemus ſequenti anno, quo cum expeditione ab Urbe recedens Severus, Plautianum hominem ſævum, præfectum ejuſmodi carnificinæ reliquit. Ad hoc enim illud ſpectat, quod ipſe Tertullianus (*b*) ait: *Sed & qui nunc ſceleſtarum partium ſocii, aut plauſores, quotidie revelant; poſt vindemiam parricidarum racematio ſuperſtes.*

(b) Tertull. in Apol. c. 35.

Ann. Eccl. Tom.II.

VIII. Unde occaſio perſecutionis exorta ſit.

Gentiles igitur qui Romæ agerent, quod dictis ex cauſis ſemel cœpiſſent in Chriſtianos obloqui, in dies magis magiſque odio turgeſcentes, & invidentes, quod nimirum cum ſub Commodo, tum etiam ſub Severo, immenſa civium cujuſque ordinis, ſed præcipue Senatorum multitudine gladio obtruncata, ipſi ſoli inſpectores malorum tuto ac quiete agerent; a furore quodam ex livore correpti haud valuerunt ſe ulterius intra æqui lineam continere, quin foras in perſecutionem erumperent: ea nimirum honeſtiſſima (ut videbatur) occaſione captata, quod, cum nonnulli levioribus cauſis rei conſtituti capitis pœnam exſolviſſent, Chriſtiani, Imperii perduelles, quod nullo prorſus ſigno lætitiæ excepiſſent advenientem in Urbem victorem Imperatorem, nec aliquo, ut cæteri, pietatis publico officio ipſum demeruiſſent, læti atque pacifici immuneſque a cædibus agerent. Ex iis igitur coloratis gratia Imperatoris prætextibus, alioque ſuperaddito novo caſu, de quo dicemus anno ſequenti, antiquiſque illis in eos jactatis iterum refoſſis calumniis gravis in Urbe adverſus eos perſecutio, de qua dicemus, conflata eſt.

PAGIUS

to, poſt decimum tertium Aprilis ejuſdem anni, deſumi ſolita. Quare in ſuperiori parte Panthei Tribunitia Poteſtas quinta Caracallæ recte cum undecima Severi copulatur, quia anno ducenteſimo tertio die XIII. Aprilis Severus Tribunitiam Pot.XI. iniit, quo tempore Tribunitia Poteſtas quinta Caracallæ adhuc per aliquot dies ac forte menſes in curſu erat, annoque CXCVIII. poſt diem XIII. Aprilis inchoata fuerat. In Arcu Septimii Severi eadem Tribunitia Pot.XI. cum ſexta Caracallæ conjungitur, quia is anno CCIII. poſt diem XIII. menſis Aprilis ſextam Tribunitiam Poteſtatem ſuſcepit. Propter eamdem rationem prima Caracallæ cum ſexta & ſeptima Severi recte congruit, quia Severus die XIII. Aprilis anni CXCIII. ſeptimam capeſſiit, eoque die prima Caracallæ nondum abſoluta erat, ideoque cum ſexta & cum ſeptima concurrere potuit. Ad hæc, Caracalla die VIII. Aprilis anni CCXVII. interemtus, cum ageret Trib. Pot.XX. ab anno Chriſti CXCVII. inchoatam: quo pacto anno Chriſti CC. die quarta Aprilis, tertia Tribunitia Poteſtas Caracallæ currebat, quia quæ cœpit anno CXCVII. die quarta Aprilis anni CC. adhuc durare potuit. Denique Tribunitia Pot.IV. Caracallæ cum ejus Conſulatu anno CCII. geſto conjuncta, ab anno CXCVIII. poſt diem XIII. menſis Aprilis exordienda. Sic enim anno CCII. nondum abſoluta erat. Sed quarta Tribunitia Poteſtas Caracallæ cum octava Severi in eodem Nummo illigata, ab anno CXCVII. omnino deſumenda, & juxta hanc methodum ceteræ omnes Tribunitiæ Poteſtates Caracallæ exponendæ.

X. *Eccleſia adhuc tranquilla.*

Ad num.VIII. Ante decimum Severi Imperatoris annum Chriſtiani vexati non fuere. Libri enim Tertulliani, ex quibus Baronius perſecutionem per hæc tempora cœptam deduxit, ante decimum Imperii Severiani annum non compoſiti; & Plautianus Præfectus Prætorio, & Chriſtianorum perſecutor, quem Romæ relictum doctiſſimus Cardinalis credidit, Severum in Orientem proficiſcentem comitatus eſt, ut anno ſequenti oſtendemus.

JESU CHRISTI ANNUS	VICTORIS PAP. ANNUS	SEVERI IMP. ANNUS
201.	8.	7.

I. Ducenteſimo primo Redemptoris noſtri anno, Anullino (*) ſecundum, & Frontone Coſſ. antequam Severi annus ſeptimus numerari inciperet, cum immani civium cæde Severus filiis adoleſcentulis ſtabiliſſe ſibi viſus eſſet Imperium, majorem natu Antoninum, quem jam Cæſarem dixerat, creat ex Senatusconſulto Imperatorem, collatis ei (ut auctor eſt Spartianus *a*) inſignibus Imperatoriis, nimirum Auguſti nomine cum Tribunitia poteſtate; ſicque hoc anno, quo Severi ejus patris ſexta abſolvitur, & ſeptima inchoatur, Antonini filii prima in antiquis inſcriptionibus cœpta eſt numerari Tribunitia una cum Imperio ſolita conferri poteſtas. Sed hæc pluribus ſuperius anno tertio ejuſdem Imperatoris dicta ſunt. Quod ſi Herodianus (*b*) dicat hoc tempore, ante Parthicum bellum, Severum participaſſe Imperium cum filiis; tamen de Antonino tantum intelligendum eſt, fuiſſe declaratum Auguſtum, Getam autem fratrem ejus tantum Cæſarem; licet (*c*) Spartianus poſt Parthicum bellum Getam renuntiatum Cæſarem, ipſumque Antoninum eſſe nominatum affirmet.

* *al.* Anulino.

(*a*) *Spartian. in Severo.*

Antoninus dictus eſt Imperator.

(*b*) *Herod. lib.* 3.

(*c*) *Idem in Severo.*

II. Placuit autem Severo ad conciliandum ſibi populum, præter munificentiſſimas munerum editiones, congiariumque magnum collatum populo (ut idem auctor teſtatur) militibus etiam tribuere donativum, cujus quidem vetus numiſma cuſum hic tibi formis exhibendum curavimus, quod ad res noſtras, de quibus acturi ſumus, pertinere certo ſcias.

Hu-

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5692.

SÆC. II. Anno Urbis 952. Olymp. 244. an. 3. A. C. 199.

☉ 11. G. ☽ 19. P. I. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 199. *ſecund. Baronium* 201.

ZEPHYRINI PAPÆ 3.

SEVERI IMP. 7. CARACALLÆ IMP. 2.

I. *Conſules.* Ad num. I. Coſſ. *P. Cornelius Anullinus II.* & *M. Aufidius Fronto*, ex duabus Inſcriptionibus Onuphrianis.

II. *Caracalla Auguſtus dictus.* Antoninus Caracalla Auguſtus, & Geta Cæſar anno præcedenti renuntiati fuere; ad quem etiam annum pertinent Munerum editiones, & Congiarium populo datum, ut ibidem oſtendimus. Nec ad rem facit Nummus Severi, quem ex Ligorio recitat Baronius, in cujus antica legitur: SEVERUS PIUS AUG. P. M. TR. P. XI. in poſtica: LIBERALITAS V. Nummus enim ille anno CCIII. quo Severus Decennalia celebravit, & rurſus Congiarium dedit, percuſſus.

III. *Tertullianus compoſuit librum* de Corona militis. Ad num. II. Liber *de Corona militis* anno Chriſti ducenteſimo ſecundo, in quem Severi Decennalia incidebant, in lucem editus videtur. Hoc enim ejus initium: *Proxime factum eſt. Liberalitas præſtantiſſimorum Imperatorum expungebatur in caſtris*, &c. id eſt, milites donativum accipiebant, & nomina eorum qui illud acceperant, expungebantur ex catalogo. Quæ liberalitas ad Quinquennalia Caracallæ anno CCI. peracta, revocanda videtur. Paulo poſt: *Muſſitant denique tam longam & bonam pacem periclitari*; quod nempe miles Chriſtianus coronam lauream ex more, donativum accepturus, in capite geſtare nollet. Ex quo liquet, librum illum ſcriptum in pace Eccleſiæ, quæ jam longa fuiſſet, ſed quæ jam in periculum adducebatur. Eccleſia vero poſt decimum Imperii Severi annum fere ſemper vexata, & ante annum CCII. nullam perſecutionem ſuſtinuit. Cœpta autem eo anno, & quidem a militibus, ut poſtea Diocletianea. Ex quo conſtat, librum *de Spectaculis*, quem Baronius anno CCIV. elucubratum credidit, ante annum CCII. publicatum fuiſſe; cum in libro *de Corona militis* expreſſis verbis citetur. In libro vero *de Idololatria* cap. 13. Tertullianus ait: *De ſpectaculis autem & voluptatibus hujuſmodi ſuum jam volumen implevimus.* Quare tam liber *de Idololatria*, quem Baronius anno CCIV. compoſitum arbitratur, quam liber *de Corona militis*, ſcripti fuere poſt librum *de Spectaculis*, & ante annum CCII. quo perſecutio decreta. Baronius in Annalibus putat, Tertullianum, cum ſcriberet librum *de Corona militis*, Romæ præſentem fuiſſe, non autem Carthagine longe poſitum, eumque declarare, ſe de præſenti tempore loqui, voce illa iterata, *nunc nunc*, quæ in eo libro legitur. At nullus Veterum Tertullianum Romæ verſatum eſſe ſcripſit. Nec refert, quod Hieronymus in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſt. dicat, *invidia & contumeliis Clericorum Romanæ Eccleſiæ ad Montani dogma* dilapſum eſſe, cum Clerus Romanus eundem abſentem injuriis laceſſere potuerit, ut recte obſervavit eruditiſſimus Abbas Ludovicus *du Four*, in Tertulliani lectione verſatiſſimus.

NOTÆ [1] Coſſ. *P. Cornelius Anullinus II. & M. Aufidius Fronto.* Gruterus pag. CCCXIII. 5.

DEDIC. KAL. IAN.
P. CORNELIO. ANULLINO. II.
ET. M. AUFIDIO. FRONTONE. COS.

Item pag. DCLXXIII. 12.

Vide alias ex Grutero pag. CCLXIII. 1. ex Onuphrio in Deſcript. urb. Rom. lib. 1. pag. 90. Reineſio Inſcript. pag. 86. & ex Gudianis, apud Relandum in Faſtis hujus anni. Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Anulino*, ſeu *Anullino*, & *Frontone*, ſine nota gemini conſulatus in *Anullino*.

(a) Ex Pyrrho Ligor.



(a)



Hujus exhibitionis tempore illud de Chriſtiano milite accidit, quod Tertullianus (b) in libro de Corona militis in hæc ferme verba eſt proſecutus: *Proxime facta eſt liberalitas præſtantiſſimorum Imperatorum. Expungebantur in caſtris milites laureati. Adhibetur quidam illic magis dei miles, cæteris conſtantior fratribus: qui ſe duobus dominis ſervire non poſſe præſumpſerat, ſolus libero capite, coronamento in manu otioſo. Vulgata jam & iſta diſciplina Chriſtianorum relucebat. Denique ſinguli deſignare, eludere eminus, infrendere cominus in noſtrum. Tribuno defertur; & perſona jam ex ordine acceſſerat. Statim Tribunus: Cur, inquit; tam diverſus habitu? Negavit ille cum cæteris ſibi licere. Cauſas expoſtulatus: Chriſtianus ſum, reſpondit. O militem in Deo glorioſum: Suffragia exinde, & res apud Acta, & reus apud Præfectos. Ibidem graviſſimas penulas poſuit revelari auſpicatus, ſpeculatoriam moroſiſſimam pedibus abſolvit, terræ ſanctæ inſiſtere incipiens; gladium nec dominicæ defenſioni neceſſarium reddidit, laurea & de manu claruit. Et nunc ruſſatus ſanguine ſuo, ſpe calceatus, de Evangelii paratura ſuccinctus acutiore verbo Dei, totus de Apoſtolo armatus, & de martyrii candida laurea melius coronatus, donativum Chriſti in carcere expectat.* Hæc Tertullianus.

(b) Tertul. in lib. de Coron. milit. cap. 1.

De milite Chriſtiano coronari renuente.

III. Quod vero ait, eum ruſſatum ſanguine ſuo, verberibus vel aliis tormentis, prius quam detruderetur in carcerem, affectum, ſignificare videretur. Puto enim, eum mox fuſtibus (quod erat militare ſupplicium) fuiſſe cæſum. Porro Tertullianus, cum hæc ſcriberet, Romæ his rebus ſe præſentem, non autem Carthagine longe poſitum fuiſſe declarat; nam de præſenti tempore loquitur, voce illa iterata, Nunc, & nunc; ac plane ſe præſentem quoque fuiſſe demonſtrat. Porro ejuſmodi caſum non in aliud tempus eſſe referendum, ſed in præſens, quiſque cuncta perpendens facile judicabit. Nam in primis nihil eſt quod ad præteritum tempus referri ejuſmodi res geſta poſſit; ſed cum donativum illud inſigne ex ea cauſa militibus (ut dictum eſt) erogari contigit. Rurſus vero nec eſt quod dici poſſit, id accidiſſe alio quopiam anno eorum qui ſuperſunt ejuſdem Imperatoris Severi; nam quod Chriſtiani illi, quibus res tunc ab illo milite geſta diſplicuit, ad improbandum facinus, illam potiſſimum prætexuerint rationem, quod eo facto longa pax Eccleſiæ periclitari poſſe videretur; cum ejuſdem Tertulliani auctoritate liquido demonſtretur, hoc anno poſt Severi Imperatoris profectionem in Orientem, Romanam Eccleſiam magna fuiſſe exagitatam perſecutionis procella, nec ceſſaſſe, ſed & poſtinde anno decimo ejuſdem Severi, datis edictis, eamdem in immenſum auctam ad Severi uſque Imperii annum decimumquintum vel ſextum perduraſſe; nihil eſt quod dici poſſit id accidiſſe ſequentibus annis, cum turbata jam ingruenti perſecutione pace Eccleſiæ, nulla potuerit de timore turbandæ diu potitæ pacis in militem illum legitima eſſe querela.

De tempore motæ perſecutionis.

IV. Sed audiamus quid Tertullianus de his dicat, qui militi ea de cauſa fuerant refragati; ait ergo: *Exinde ſententiæ ſuper illo, neſcio an Chriſtianorum, non enim aliæ Ethnicorum, ut de abrupto & præcipiti & mori cupido; qui de habitu interrogatus, nomini negotium fecerit; ſolus ſcilicet fortis; inter tot fratres commilitones ſolus Chriſtianus. Plane ſupereſt, ut etiam martyria recuſare meditentur, qui prophetias ejuſdem Spiritus ſancti reſpuerunt. Muſſitant denique tam bonam & longam ſibi pacem periclitari. Nec dubito quaſdam ſcripturas emigrare, ſarcinas expedire, fugæ accingi de civitate in civitatem; nullam enim aliam Evangelii memoriam curant. Novi & paſtores eorum in pace leones, in prœlio cervos.* Hæc Tertullianus de iis qui militi profitenti fuerant adverſati.

De his qui militi fuerunt adverſati.

V. Cæterum ut hæc accuratius expendantur, jam ad ipſum Tertullianum, ipſumque hujus temporis ſtatum, convertendus eſt ſtylus; quo etiam cætera, quæ ex ejus ſcriptis in Annales ſunt inferenda, certiora noſcantur. Ex ipſius verbis proxime recitatis, mutuatum jam ipſum intuiti ſumus,

Tertulliani præſentis temporis ſtatus.

mus, & in Montani errores infelicem eſſe prolapſum, penituſque in præceps actum, jam ipſi quoque (quod commune eſt omnium hæreticorum) Romanæ Eccleſiæ refragari, & in eorum Præſules acerrime invehi, ac dicteriis lacerare. Sed ut hæc manifeſtiora reddantur, accipe: Quid, quæſo, illa verba veneno tincta ſignificant, quibus ait: *Plane ſupereſt ut etiam martyria recuſare meditentur, qui prophetias Spiritus ſancti reſpuerunt?* ad illud proculdubio alludens, quod Romanus Pontifex hæreſim Montani damnaſſet, prout ipſemet adverſus Praxeam (*a*) ſcribens affirmat. Rurſum cum ſubdit, illos ad fugam accingi, qui militis facto adverſarentur, idque nihil aliud eſſe, quam fugam meditari; plane Catholicæ Eccleſiæ populum carpit, quod perſecutionis tempore fugiendum eſſe, non autem negandum contenderet, ſecundum conſilium Domini dicentis (*b*): *Si perſecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam.*

(*a*) *Tertull. adverſ. Prax. c. 1.*

Tertullianus lapſus carpit Catholicos.

(*b*) *Matth. 10.*

VI. Sed & quod Romani Pontifices ejuſdem eſſent Catholicæ veritatis & Eccleſiaſticæ diſciplinæ aſſertores ac propugnatores; illud procaciter in eos intorquet contumeliæ ſpiculum, dicens: *Novi paſtores eorum in pace leones, in prœlio cervos*: ea nimirum ex cauſa, quod pacis Eccleſiæ tempore (quod ipſe fortaſſe viderat) ſacerdotali vigore in ſolo judicii Victor Papa ſedens, de Montani prophetiis judicaſſet, eaſque damnaſſet, Theodotumque (ut vidimus) recens emergentem hæreſiarcham pariter condemnaſſet; ac inſuper, quod videbatur eſſe majoris ponderis, Aſianos omnes Epiſcopos Paſcha, quod ad tempus pertinet, Judaice celebrantes, excommunicationis ſententia perculiſſet: hæc igitur & alia cum Victor Apoſtolica auctoritate feciſſet, ſicut & ejus prædeceſſores facere conſueverant; hinc illud ipſe: *Novi paſtores eorum in pace leones.* Quod rurſum idem adverſus ejuſdem Montani dogma, fugam in perſecutione negantis, ex divinæ Scripturæ præſcripto & Apoſtolorum exemplo ſtatuerat, licitas eſſe perſecutionis tempore latebras atque fugam; hinc illud addidit, *Et in prœlio cervos*: Hæc nos non ſomniare, vel a remotis ducere conjecturis, ſed ex ipſiuſmet ſententia, libro a ſe ſcripto (*c*) teſtata, certo poſſe affirmari, qui ab illo ſcripta leget, aperte cognoſcet. Eſt titulus commentarii illius, *De fuga in perſecutione, ad Fabium*: de quo inferius plura dicturi ſumus.

(*c*) *Tertullian. de fuga in perſecutione, per totum.*

VII. Tertulliani lapſus cauſa.

Sed quæ præceſſerit cauſa; ut ab Eccleſia Romana divulſus ſeſe addixerit impoſtoribus, S. Hieronymus cum de eo agit in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, referens: *Hic*, inquit, *cum uſque ad mediam ætatem presbyter Eccleſiæ permanſiſſet, invidia poſtea & contumeliis clericorum Romanæ Eccleſiæ ad Montani dogma dilapſus, in multis libris novæ prophetiæ meminit*, &c. Hæc S. Hieronymus; cujus auctoritati refragari mihi plane religio eſſet, niſi Tertulliano de ſe ipſo narranti, atque cauſam huic omnino contrariam aſſerenti, aſſentiri potius cogeremur. Non enim quod aliqua paſſus ſit a Clero Romano ſeſe in Montani claſſem conjecit; ſed potius e contra, quod ſeſe Montano conjunxerit, & ejuſdem dogmata adverſus obnitentes ſtudioſius, enixiuſque defenderit, eam ob cauſam ab Eccleſia Romana fuit ejectus. Quod quidem teſtatur ipſe ſic dicens: *Et* (*d*) *nos quidem poſtea agnitio Paracleti atque defenſio disjunxit a Pſychicis.* Sed quoſnam Pſychicos dicit, niſi Catholicæ Eccleſiæ alumnos? Per Pſychicos quidem nominare conſueviſſe Catholicos, conſtat; ſed de hoc inferius pluribus. At quando infelix ſic ab Eccleſia ſe ipſum diviſit? & quidnam illud quod ait, *Poſtea*? nimirum cum prophetia Montani (ut prælocutus eſt) a Romano Pontifice cognita fuit atque damnata. Poſt hæreſim igitur Montani proſcriptam, ipſe ter miſer cum eam deteſtari debuiſſet, jam non tantum ſe cognoviſſe dicit; ſed (proh dolor!) illius patrocinium quoque ſuſcipiens, ab Eccleſia Catholica ſe disjunxit. Nulla ergo (ut cuique ſit perſpicuum) in Clero Romano culpa fuit ut Tertullianus diſcederet ab Eccleſia; ſed quod ait, Agnitio Paracleti atque defenſio, fuit in cauſa. Quod ſi poſt hæc a Clero Romano ea de cauſa paſſus eſt aliquid, fuit hæc criminis pœna, & non cauſa delicti.

(*d*) *Tertul. adverſ. Prax. c. 1.*

VIII. Tertullianus diu pro eccleſia certavit.

Sed inſuper quid cauſæ fuerit, cur adeo moribus præſtans, tantaque eruditione vir præditus; quique vita innocens quam ardentiſſimo zelo Chriſtianæ religionis flagraſſe videretur (ſua enim ipſius ſcripta ſunt horum omnium manifeſtiſſima ſigna) tam infeliciter ſe præcipitem dederit, ut, Catholica Eccleſia relicta, adeo turpiter ad impoſtores defecerit, haud eſt facile conſequi; cum præſertim jam Montanum cum ſuis ſectariis optime noviſſet, atque inter hæreticos, quos recenſet, adnumeraſſet, cum luculentiſſimum illum ac diſertiſſimum commentarium adverſus hæreticos conſcripſiſſet; quem titulo de Præſcriptione conſignans, ſcitiſſime quidem ac prudentiſſime, quænam ac penes quos eſſet Eccleſia Catholica, ipſa ſincera dogmatum veritas, adeo certis, ac manifeſtis, ac toto cælo perſpicuis monſtraverat argumentis; cum ſibi conſtans omnes ad Romanæ Eccleſiæ fidem provocat, eamque tam præclaro præconio celebrans: (*e*) *Habes Romam*, inquit, *unde nobis quoque auctoritas præſto eſt. Statu felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt; ubi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur; ubi Paulus Joannis*

(*e*) *Idem. de præſcr. cap. 36.*

annis exitu coronatur; ubi Apoſtolus Joannes, poſteaquam in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cum Africanis quoque Eccleſiis conteſſerarit.

IX. Tertullianus Victoris Papæ æmulus.

In hac quidem ſententia etiam poſt Eleutheri Papæ obitum perſtitiſſe viſus eſt, ea potiſſimum ratione, quod, cum de eo mentio incidit, Eleutherum benedictum appellet, perinde ac ſi more majorum dixiſſet: Cujus memoria in benedictione eſt. Quamobrem lapſum ipſius poſt ejus Pontificis mortem contigiſſe oportuit ſub Victore gentili ſuo; nam & ille, cujas & ipſe, Afer erat. Indigne fortaſſe tulit illum ſibi honore prælatum, vel quod ab ipſo non adeo, ut ſibi præſumpſerat, haberetur honore, vel coleretur officiis. Sane quidem apud S. Ambroſium (quiſquis ille fuerit, antiquus ſane auctor (*a*) eſt) Tertullianus Novatiano conjungitur, amboſque invidiæ tabo infectos ab Eccleſia deſciviſſe, legitur in hunc modum: *Per invidiam, & charitatem corrumpentes, ſcientiam ad nihilum deduxerunt. Nam & Tertullianus & Novatianus non parvæ ſcientiæ fuerunt; ſed quia per zelum, charitatis fœdera perdiderunt, in ſchiſma verſi, ad perditionem ſui hæreſes creaverunt.* Putavit Pamelius ob repulſam Epiſcopatus Carthaginenſis ipſum ab Eccleſia deſciviſſe; ſed & aliæ ab aliis cauſæ, quantumlibet leviſſima conjectura nitantur, in medium adducuntur (*b*).

(*a*) *Apud Ambroſ. in epiſt. 1. ad Cor. c. 13.*

(*b*) *Recitat Pamelius in Vita Tertull.*

X. Qualis fuerit Tertullianus.

Sane quidem dum attentius accuratiuſque conſidero hominis ingenium, nihil propemodum eſt, quod adeo admirer, ipſum lapſum in hæreſim. Ex ejus enim ſcriptis, animi ipſius affectus elucent, & perinde atque pictura quædam in tabula demonſtrantur. Etenim perſpicitur in illis durum hominis ingenium, auſteruſque animus intelligitur; quippe qui exactioris diſciplinæ, arctioriſque vitæ cultu nitens, ſe judicem gerebat Eccleſiæ; adeo ut, cum Chriſtianæ vitæ profeſſionem in ſeveritate atque auſteritate nimia tantummodo collocaret, eo tandem incurrerit amentiæ, ut ex aſperioris vitæ cultu de veritate dogmatum judicium faceret, atque temere ſententiam ferret. Qua occaſione factum eſt (quod eſt in proverbio) ut patella ſuum inveniret operculum; cum ſcilicet in Proclum moderatiorem Montani ſectatorem impegit. Habebatur is, hoc tempore, Cataphrygum omnium diſertiſſimus; adverſus quem ſub Zephyrino, Victoris ſucceſſore, Caium inſignem Theologum valde egregiam diſputationem habuiſſe, Euſebius (*c*), Hieronymuſque (*d*) teſtantur. Ille autem Æſchines nomine, qui Montani dogmati de Trinitate (ut dictum eſt) errorem admiſcuerat, ab ipſomet Tertulliano (*e*) ſcriptis exagitatur.

(*c*) *Euſeb. lib. 6. c. 14.*

(*d*) *Hieronym. de Scrip. Eccleſ. in Caio.*

(*e*) *Tertul. adverſ. Prax.*

XI. Tertullianus deceptus a Proclo.

At deceptus eſt a Proclo Tertullianus; quod nimirum ille doctrinam ſuam non ab homine, ſed a Paracleto, qui deſcendiſſet in hominem, ſe accepiſſe profiteretur; quodque præſeferret veritatem Catholici dogmatis, in his quæ ſpectarent ad Chriſtum atque ſanctiſſimam Trinitatem. Nam cum ex Cataphrygibus alii a prima illa inſtitutione Montani deviarent, ut Æſchines, cujus dogmati Sabellius favit; ille vero rectam fidem prædicaret, omneſque adverſantes condemnaret hæreticos; caſtitatem ac continentiam celebraret; nova jejunia, eademque auſteriora, inſtinctu Spiritus ſervanda profiteretur indicere; vigilias ac preces multiplicaret; martyrium adeo extolleret, ut nec fugam aliaſque latebras vel redemptionem vitæ admitteret; hæc, inquam, & alia id genus ille ex Paracleto homini curioſiſſimo ingerens, & animo ea cupienti propinans, de calice aureo Babylonis ſitientem potavit; quo mox redditus ebrius, furere cæpit, inque Catholicos, quod tam bonas a Spiritu revelatas inſtitutiones damnaſſent, invehi poſtea nunquam deſtitit.

XII.

Sed de his inter multa unum tantummodo huc afferamus exemplum, dum oblatrat adverſus Catholicos; qui in Eccleſia bigamiam permitterent, ſic inquiens (*f*): *Nec ulla magis ex cauſa Paracletum negare coguntur, quam dum exiſtimant novæ diſciplinæ inſtitutorem, & quidem duriſſimæ illis; ut jam de hoc primum conſiſtendum ſit in generali retractatu: An capiat Paracletum aliquid tale docuiſſe, quod aut novum deputari poſſit adverſus Catholicam traditionem, aut oneroſum adverſus levem ſarcinam Domini?* &c. atque adeo ſibi videretur idcirco Catholicos Montani Paracleti non recipere diſciplinam, quod laxioris vitæ cupidi eſſent, nec vellent novis adſtringi vinculis mandatorum. Quamobrem eos, ut Spiritus contemptores, non Chriſtianos, ſed Pſychicos, nempe Animales, nominare in poſterum conſuevit. Sed plane infelix, qui auſterioris vitæ prætextu ſic ſemel deceptus, in plures alios poſt hæc errores inductus eſt, de quibus ſuo loco dicetur.

(*f*) *Tert. de Monog. c. 2.*

Sanctioris vitæ prætextu Tertullianus deceptus.

XIII. Tertulliani levitas in multis.

Acceſſit ad faciliorem hominis lapſum, quod ipſe licet durus in diſciplina, in credendo tamen magna erat animi facilitate præditus; adeo ut quæcumque muliercula ſe aliquid ſecundum viſum accepiſſe diceret, mox tantam illi præſtaret fidem, ut cum alioqui eruditiſſimus eſſet, omnem illi poſthaberet doctrinarum veritatem. Eſt de ea re patens exemplum ab ipſo deſcriptum in libro de Anima (*g*), quod ſuperius, dum de dogmatibus Cataphrygum egimus, eſt enarratum; quo quidem apertiſſime demonſtratur, inſaniſſe plane hominem, dum arbitrio mulierculæ, a car-

(*g*) *Tertul. de Anima c. 9.*

cardine dimovetur non tantum Chriſtianæ Theologiæ, ſed etiam humanæ philoſophiæ, ut animam corpoream, coloratam, anthropomorphitamque crediderit, tantumque valuiſſet apud eum phanaticæ feminæ quælibet efficta & affectata relatio, ut omnia pro illa neglexerit Catholica dogmata atque ſcientias. Ex his igitur videas, hominem ſui natura ad credendum facilem & ad retinendum quod ſemel, licet errore deceptus, animo concepiſſet, tenacem ac durum, nulla Chriſtiana animi ſubmiſſione præditum, ſed agentem in omnibus cenſorem Eccleſiæ, ad lapſum ſibi in hunc modum præcipitium præparaſſe, dicente de hujuſmodi divina Scriptura: *Qui cito credit, levis eſt corde*: &: *Noli* (a) *eſſe juſtus multum, neque plus ſapias quam neceſſe eſt, ne obſtupeſcas*. Hæc jam de infeliciſſimi Tertulliani miſerando lapſu commemoraſſe ſufficiat.

(a) *Eccleſ. 7.*

XIV. Pſychici qui eſſent.

Sed quod ſpectat ad nomen, quo ignominiæ cauſa tum Romanæ Eccleſiæ Fideles, tum ceteros Orthodoxos, Pſychicos nominare conſuevit, fuit Valentini hæreſiarchæ illud primum inventum, qui (ut auctor eſt Irenæus b) Pſychicos nominabat homines, qui non eſſent, ſicut ipſi, ut ajeba, ſpirituales. Tranſiit vox eadem ad Cataphrygas; qui æque omnes non ſuſcipientes Paracletum, Pſychicos appellabant; de quibus hæc Clemens Alexandrinus (c): *Quin etiam Phryges quoque, illos, qui novam non attendunt prophetiam Animales appellant.* Inde eſt quod apud Tertullianum non Catholici modo, ſed & hæretici quoque omnes, qui ſuum ipſius ſpernerent Paracletum, æque Pſychici dicebantur; quo ipſe afflatus atque repletus non contumelias tantum in Catholicos omnes jaciebat, ſed & calumnias eructabat, & quod alias in iis laudaſſet, eiſdem probro vertebat, ut exempli cauſa, cum ſcribens ad martyres (d) curam, quam de eis ſuſcipere ſoleret Eccleſia, commendat ſic dicens: *Immo & quæ juſta ſunt caro non amittit per curam Eccleſiæ & agapen fratrum*. Quod antiquitus factitari conſueviſſe, affatimque illis fraternæ charitatis ſolatia ſuppeditari ſolita diximus. At poſtea (e) linguam exerens, ex iiſdemque detrahendi occaſionem arripiens, hæc effutiit: *Plane veſtrum eſt, in carceribus popinas exhibere martyribus incertis, ne conſuetudinem quærant, ne tædeat vitæ, ne nova abſtinentiæ diſciplina ſcandalizentur*. Hæc ille idcirco, quod Martyres, Montani non veſcerentur cibis communibus ceteris, ſed xerophagiis; quid ſimile de Alcibiade vidimus apud Euſebium (f).

(b) *Iren. l. 1. c. 1.*
(c) *Clem. Alex. Strom. l. 4.*
(d) *Tert. ad martyr. c. 2.*
(e) *Tert. de jejun. adv. Pſychic. c. 12.*
(f) *Euſeb. l. 5. c. 3.*

XV. De Priſtino Catechumeno.

Sed & quod aliquando unus ex confeſſoribus Catholicæ communicationis, licet catechumenus, tormentorum timore negaſſet; quos plauſus ipſe non edidit? qui & rem ipſam ignominia deturpatam voluit ſtylo ſuo perpetua memoria commendari, cum de Priſtino catechumeno hanc ſubdit hiſtoriam: *Quam conſuetudinem nec ille Priſtinus veſter non Chriſtianus martyr attigerat; quem & facultate cuſtodiæ liberæ aliquandiu fartum omnibus balneis, quaſi baptiſmate melioribus; & omnibus luxuriæ receſſibus, quaſi Eccleſiæ ſecretioribus; & omnibus vitæ illius illecebris, quaſi æternæ dignioribus; hoc puto oblegatum ne mori vellet. Poſtremo ipſo tribunalis die, luce ſumma, condito mero tamquam antidoto præmedicatum, ita enervaſtis, ut paucis ungulis titillatus (hoc enim ebrietas ſentiebat) quem dominum confiteretur, interroganti Præſidi reſpondere non potuerit amplius. Atque ita de hoc jam exortus, cum ſingultus & ructus ſolos haberet, in ipſa negatione digeſſit.* Hæc Tertullianus inſultans & exultans, deque lapſu miſeri tot tantaque aggerat, & exaggerat; atque addit: *Ideo ſobrietatis diſciplinam qui prædicant, pſeudoprophetæ? ideo hæretici qui obſervant? Quid ergo ceſſatis Paracletum, quem in Montano negatis, in Apitio credere?* Hæc ipſe (g), furoris flammas evomens.

(g) *Tert. adv. Pſychic. c. 12.*

XVI. Lauream geſtare non fuiſſe ſignum Idololatriæ.

Et quod ab Eccleſia Catholica ſemel deſciſcens, in eamdem immortale juraſſet bellum; inde accidit, ut quod Catholici improbarent, mordicus ipſe defenderet; ut de milite illo accidiſſe vidimus, qui noluiſſet, ut alii quoque Chriſtiani milites faciebant, lauream donativum accepturus in capite geſtare. Non certe ex idolo eam ſumebant, vel illi eam poſtea offerebant; nulla cum ea thuris oblatio, vel alia intercedebat ſuperſtitioſa libatio, nihilque aliud illa præſeferebat, quam inſigne victoriæ; qua quidem nec qui tunc aderant, nec qui alias ſub aliis Imperatoribus militaſſent, abſtinuerint umquam: nec quod unus hic fecit ab aliquo alio milite Chriſtiano aliquando factum eſſe aliquod exemplum præceſſerat, quo ea de cauſa miles aliquis videretur ſubiiſſe martyrium. Nam alias cum ovantes, tum etiam triumphantes venerant cum Imperatoribus milites Chriſtiani, & utique ſicut ceteri, laureati; quod a nemine illis datum eſt crimini: cum tamen certum ſit Chriſtianos non parvo numero (quod & ipſe Tertullianus in Apologetico teſtatur) in caſtris militare conſueviſſe, legionem certe Fulminatricem dictam, ex Chriſtianis fuiſſe refertam, ſuo loco narravimus. Nec rurſus eam ob cauſam quod laurus Apollini, myrtus Veneri diceretur eſſe dicata, ex iis coronari vetitum erat; nam ea ratione nec ad ullum uſum Chriſtiani elementis (quod deridet S. Auguſtinus (h) ſcribens ad Publicolam) nempe terra quia Cereris, mare quod Neptuni, aere quia Jovis, igne quia Vulcani eſſe dice-

(h) *Aug. epiſt. 54.*

cerentur: nedum iis arboribus, aliiſve plantis & animalibus diis dicatis uti valuiſſent; quod aſſerere, plane inſania videretur; cum alioqui etiam idolothyta, nulla facta diſquiſitione, manducari conceſſerit Apoſtolus (*a*), dum nullum ſcandalum immineret. Quod & dicendum de laurea; nam cum nullus pateretur offenſam, quod omnes æque incederent laureati, fruſtra atque ſuperflue id ab eo milite tentatum eſſe, videri poterat.

(*a*) 1. Cor. 10.

XVII. Jure Chriſtianos improbaſſe militis factum.

Sed non eſt noſtrarum partium, militem illum abſolvere aut condemnare, ejuſve cauſam ſententia terminare; ſed tantummodo hic demonſtrare, Catholicos, qui Romæ erant & commilitones Chriſtianos haud temere audax facinus improbaſſe, cujus occaſione mox fuerit poſt longam pacem Eccleſia nova perſecutione concuſſa. Sed & his adjicimus, non eamdem fuiſſe rationem, lætitiæ cauſa domus poſtes coronare, vel lucernas accendere, quod Chriſtiani facere detrectarent; & coronas victoriæ inſigne milites ferre: nam illud erat voluntatis, non neceſſitatis commune omnibus: ſed (ut idem Tertullianus ait) ex cujuſque pendebat arbitrio, qui eo obſequio adulari cuperet Imperatori. At militaris corona erat ejus temporis neceſſarium capitis ornamentum: eo enim nobili inſigni victoriæ, ſicut & gladio accinctos, ad victoriæ præmium capeſſendum milites progredi neceſſe erat. Atqui Tertullianus, cum tam vehementem fortemque pro eo inſtituerit defenſionem, eo erroris quoque prolapſus eſt, ut negaret (*b*) Chriſtianum hominem poſſe fide ſalva militem agere.

(*b*) Tert. de Coron. milit. c. 11.

XVIII. Eccleſiæ antiquis traditionibus inhærendum.

Sed illud non male, licet ad malum abuteretur, cum non ex Scriptura tantum, ſed ex lege quoque non ſcripta, ex traditionibus ſcilicet & conſuetudine diutius ab Eccleſia obſervata, licere ſumere argumentum affirmat: hæcque dicens antiquas retexit Eccleſiæ traditiones, nobiliſſimum plane Chriſtianæ religionis monumentum. Nec enim eas deducit ex ſchola Montani, (ut calumnioſe prætexunt Novantes) cujus vix tunc limen ingreſſus erat; ſed quod adverſus Catholicos ageret, ad eos convincendos non alias certe, quam ex Catholica Eccleſia petitas (ut argumentatio vires haberet) traditiones antiquas eum recenſuiſſe oportuit. Quænam vero illæ eſſent, quibus antiquitus acceptis in præſens tempus Catholica uteretur Eccleſia, hic repetere, haud fuerit otioſum, licet partim alias de iiſdem ſæpius meminerimus. Sic ergo ait (*c*):

(*c*) Tert. ib. cap. 13.

XIX.

Quomodo enim uſurpari quid poteſt, ſi traditum prius non eſt? Etiam in traditionis obtentu exigenda eſt, inquis, auctoritas ſcripta. Ergo quæramus, an & traditio non ſcripta non debeat recipi. Plane negabimus recipiendam, ſi nulla exempla præjudicent aliarum obſervationum, quas ſine ullius ſcripturæ inſtrumento, ſolius traditionis titulo, exinde conſuetudinis patrocinio vindicamus. Denique ut a baptiſmate ingrediar: Aquam adituri, ibidem, ſed & aliquanto prius in eccleſia ſub Antiſtitis manu conteſtamur nos renuntiare diabolo, & pompæ, & angelis ejus. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid reſpondentes quam Dominus in Evangelio determinavit. Inde ſuſcepti, lactis & mellis concordiam prægustamus. Exque ea die lavacro quotidiano per totam hebdomadam abſtineamus. Euchariſtiæ ſacramentum & in tempore victus, & omnibus mandatum a Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu, quam Præſidentium, ſumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus. Die Dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die Paſchæ in Pentecoſten uſque gaudemus. Calicis aut panis etiam noſtri aliquid decuti in terram anxie patimur. Ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcumque nos converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus. Harum & aliarum ejuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtules ſcripturarum, nullam invenies: traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſervatrix. Hucuſque Tertullianus de antiquis (ut diximus) Eccleſiæ traditionibus, non Montani paulo ante prodeuntis hæretici, licet ipſe iiſdem æque cum Catholica uteretur Eccleſia; in omnibus enim (illis exceptis, quæ ſuperius a nobis ſunt enarrata) Catholicæ Eccleſiæ erat ipſe conſentiens. Sed de his ſatis.

XX. Plautianus Romæ relictus a Severo.

At vero ut jam ad Severum Imperatorem revertamur; comparata ipſe adverſus Parthos ingenti expeditione, jamque collato (ut memoravimus) militibus donativo, una cum filiis Orientem verſus capeſſit

PAGIUS IV. *Plautianus Severum Imp. per Orientem comitatus eſt.*

Ad num. XX. & ſeqq. Herodianus lib. 3. cap. 9. poſtquam locutus eſt de iis, quæ Severus Imperator anno præcedenti Romæ egit, ait: *Igitur aliquandiu Romæ moratus, exercitum in Orientem eduxit.* Quod hoc anno factum, recte a Baronio ſcriptum; ſaltem nihil in contrarium hactenus adductum. Sed quod addit, reliquiſſe Severum Romæ, qui omnium curam ageret, Plautianum, cujus filiam Caracallæ filio ſuo dederat in uxorem, quique Chriſtianos perſecutus eſt, in eo Cardinalis Eruditiſſimus profecto hallucinatur. Nam Dione lib. 75. & Herodiano lib. 3. teſtibus, Plautianus Præfectus Prætorio erat, qui Imperatorem ea ætate expeditionem bellicam adminiſtrantem ſemper comitabatur, eique, ut *Coneſtabilis* Francorum Regi arma tractanti, de more

peſſit iter; relinquens Romæ, qui omnium curam ageret, Plautianum virum clariſſimum, cujus filiam Antonino filio ſuo dederat in uxorem. Hic vero ex ſententia Imperatoris, reliquos qui eſſent in ſuſpicionem adducti de commercio cum Nigro vel Albino, licet levibus tantummodo conjecturis, juſſit occidi. Hæc namque illa fuit reliqua cædes, quam Tertullianus (*a*), poſt vindemiam racemationem appellat. Sed hæc omnia pluribus Spartianus (*b*), qui addit (quod & Tertullianus (*c*) attigit) ab eodem quoque ad pœnam petitos eſſe, qui de vita Imperatoris vates ac magos conſuluiſſent. Sed nec Chriſtianis pepercit, quod & ipſi contemptæ majeſtatis, ob prætermiſſa ab aliis ſolita exhiberi officia, ab invidentibus in crimen adducerentur: quem & novus caſus de milite coronam ferre recuſante vehementius exacerbavit. Sic igitur tot incentivis dira tandem perſecutio in Chriſtianos exarſit.

(*a*) *Tert. in Apol. c.* 35.
(*b*) *Spartian. in Severo.*
(*c*) *Tert. in Apol. c.* 35.

XXI. Sed quo interim fuerit Romæ Chriſtiana religio affecta ludibrio & deriſa commento, hic primum enarrare, operæ pretium exiſtimamus. Tertullianus (*d*) enim rem geſtam in hæc verba deſcribit; *Sed nova jam Dei noſtri in iſta civitate proxime editio publicata eſt, ex quo quidem in fruſtrandis beſtiis mercenarius noxius picturam propoſuit cum ejuſmodi inſcriptione*, DEUS CHRISTIANORUM *Onoychites. Is erat auribus aſininis, altero pede ungulatus, librum geſtans, & togatus. Riſimus & nomen & formam.* Hæc ipſe; quæ non Carthagine, ſed Romæ facta, verius putamus, ubi ipſe tunc aderat (ut diximus) Tertullianus, cum donativum hoc anno ab Imperatoribus erogatum eſt militibus.

(*d*) *Tert. in Apol. c.* 16.

XXII. Sed quam ob cauſam Gentiles illuſores ejuſmodi forma repræſentandum putarunt Deum Chriſtianorum? Non ob aliam puto, quam quod (ut idem auctor paulo ſuperius teſtatus eſt) calumnioſe diffamatum ubique apud eoſdem Gentiles eſſet, Chriſtianos caput aſini adorare. Sed undenam tale commentum deductum fuerit, idem tradit his verbis (*e*): *Nam ut quidam, ſomniaſtis caput aſininum eſſe Deum noſtrum. Hanc Cornelius Tacitus ſuſpicionem ſcriptis inſeruit. Is enim in quinto hiſtoriarum ſuarum bellum Judaicum exorſus ab origine gentis, etiam de ipſa tam origine, quam de nomine & religione gentis, quæ voluit argumentatus, Judæos refert Ægypto expeditos, ſive (ut putavit) extorres, in vaſtis Arabiæ locis aquarum egentiſſimis, cum ſiti macerarentur, onagris, qui forte de paſtu potum petituri æſtimabantur, indicibus, fontibus uſos, ob eam gratiam conſimilis beſtiæ ſuperficiem conſecraſſe. Atque ita inde opinor præſumtum, nos quoque, ut Judaicæ religionis propinquos, eidem ſimulacro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus, ſane ille mendaciornm loquaciſſimus, in eadem hiſtoria refert, Gneum Pompeium cum Hieruſalem cepiſſet, proptereaque templum adiiſſet, ſpeculandis Judaicæ religionis arcanis, nullum illic reperiſſe ſimulacrum. Et utique ſi id colebatur, quod aliqua effigie repræſentabatur, nuſquam magis, quam in ſacrario ſuo exhiberetur; eo magis quia verebatur extraneos arbitros vana cultura. Solis enim ſacerdotibus adire licitum; & conſpectus cæterorum,*

(*e*) *Tert. ibid. c.* 15. *in fin. &* 16.

PAGIUS re aderat. Præterquam quod tanta gratia Plautianus apud Severum pollebat, & *Severus ipſe ei ita permiſerat omnia, ut ille Imperatoris, ipſe Præfecti loco eſſet. Quidquid enim diceret aut ageret Severus, id ille perſpectum habebat*, inquit Dio lib. 75. qui paulo poſt ſubdit: *Patiebaturque illum recipi in potiora diverſoria, reſque ad victum neceſſarias meliores habere & copioſiores. Itaque cum aliquando Nicææ, quæ mea eſt patria, mugilem poſtularet, quos maximos ille fert lacus, miſit qui a Plautiano peterent, acceptum ab eo ad ſe perferrent.* Et poſtea Dio diſertis verbis aſſerit, Plautianum Tyanis, quæ urbs Cappadociæ, ægrotantem a Severo viſitatum fuiſſe. Hanc in rem doctiſſimus Cardinalis Noriſius me per literas monuit, extare egregiam Inſcriptionem apud Gruterum pag. CCLXX. 6. quæ licet in principio & in medio mutila, ſi tamen, ut debet, ſuppleatur, Plautianum utriuſque Imperatoris (Severi nempe & Caracallæ) *per omnes expeditiones eorum* ſemper comitem fuiſſe magis conſtabit.

IMP. M. AURELI. ANTONINI. AUG
PII. FELICIS. PONTIFICIS. CONS
IMP. L. SEPTIMI. SEVERI. AUG. PII. FELICIS
PONTIFICIS ET. PARTHICI. MAXIMI COS. III. NURUI
FILIAE

PONTIFICIS. NOBILISSIMI. PR. PR. NECESSARII
AUGG. ET. COMITIS. PER. OMNES. EXPEDITIONES. EORUM.
T. STATILIUS. CALOCAERUS. NOMENCL
CUM. STATILIO. DIONYSIO. TRIB. LEG. XVI. FLAVIAE
ET. STATILIO. MYRONE. DISSIGNATORE. SCAENAR
FILIIS. ET. STATILIO. DIONYSIO. DISCIPULO. FICTORUM
PONTIFICUM. C. C. V. V. NEPOTE. SUO
AMPLA. BENEFICIA. DE. INDULGENTIA
AUGUSTORUM. SUFFRAGIO. PATRIS. EIUS
CONSECUTUS.

Dedi-

rum, velo oppanſo, interdicebatur. Hucuſque ipſe.

XXIII. At vero non fuit Tacitus primus hujus fabulæ concinnator & auctor, ſed infenſiſſimus ille Judæorum hoſtis Appion Alexandrinus, de quo pluribus tomo primo Annalium dictum eſt; hic quidem in illis quos adverſus Judæos edidit commentariis, idem de capite aſini figmentum intexuit: adverſus quem Joſephus Judæus hiſtoricus duobus libris conſcriptis, cum hanc, tum alias plurimas a procaci homine in Judæos illatas calumnias egregie confutavit, ubi de capite aſinino hæc verba (*a*): *Cum ſit valde turpiſſimum liberis qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato tanta ſanctitate pollente. In hoc enim ſacrario Apion præſumpſit edicere aſini caput collocaſſe Judæos, & ipſum colere, ac dignum facere tanta religione; & hoc affirmat fuiſſe propalatum, dum Antiochus Epiphanes & expoliaſſet templum, & illud caput inveniſſet ex auro compoſitum multis pecuniis dignum. Ad hoc igitur primum quidem reſpondeo; quoniam Ægyptius, vel ſi quid aliud tale apud nos fuiſſet, nequaquam debuerat increpare, cum non ſit deterior aſinus faronibus & hircis & aliis, qui ſunt apud eos dii. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatus de incredibili ſuo mendacio? Legibus namque ſemper utimur iiſdem, in quibus ſine fine conſiſtimus. Et cum varii caſus noſtram civitatem, ſicut etiam aliorum, vexaverint, Theos, ac Pompejus Magnus, ac Licinius Craſſus, & ad noviſſimum Titus Cæſar bello vincentes obtinuerint templum, nihil hujuſmodi illic invenere, ſed puriſſimam pietatem, de qua nihil eſt nobis apud alios effabile. Quia vero Antiochus neque juſtam fecit templi deprædationem, ſed egeſtate pecuniarum ad hoc acceſſit, cum non eſſet hoſtis, & ſocios inſuper nos ſuos & amicos aggreſſus eſt, nec aliquid dignum deriſione illic invenit; multi & digni conſcriptores ſuper hoc quoque teſtantur, Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damaſcenus, Timogenes, & Caſtor chronographus, & Apollodorus; qui omnes dicunt, pecuniis indigentem Antiochum tranſgreſſum fœdera Judæorum, & expoliaſſe templum auro argentoque plenum. Hæc igitur Apion debuit reſpicere, niſi cor aſini ipſe potius habuiſſet, & impudentiam canis, qui apud ipſos aſſolet coli; neque enim extrinſecus alia ratiocinatione mentitus eſt. Nos itaque aſinis neque honorem, neque poteſtatem aliquam damus, ſicut Ægyptii crocodilis & aſpidibus, &c.* Hæc & alia Joſephus in Apionem.

(*a*) *Joſeph. contra Apionem l. 2. c. 10.*

De cultu capitis aſini Judæis objecto confutatio.

XXIV. Sed & Plutarchus (*b*) in Sympoſiacis æquè exiſtimavit Judæos aſinum venerari, eadem ſuperius narrata occaſione, quod fontem eis aquæ monſtrarit. Exiſtimo equidem hæc ipſa eſſe quæ Tacitus ex Apionis adverſus Judæos libris editis fuerat mutuatus. Rurſum vero apud Suidam Democritus hiſtoricus ejuſdem fabulæ aſſertor legitur in hæc verba: *Democritus hiſtoricus ſcribit, Judæos aureum aſini caput adorare, & tertio quoque anno hoſpitem captum illi immolare, carnibus minutim inciſis eos interficientes.* Hæc itaque ab omnibus his objecta Judæis, tranſierunt

(*b*) *Plutarch. in Sympoſ. l. 4. q. 5.*

Objecta in Judæos vertebantur probro Chriſtianis.

PAGIUS Dedicata Inſcriptio *Plautillæ* Antonini Caracallæ uxori, Severi Imperatoris nurui, & Plautiani Præfecti Prætorio filiæ, idque anno Chriſti CCIII. quo Antonini & Plautillæ conjugium peractum, vel ſaltem anno CCIV. Quare cum in ea Inſcriptione, cujus initio Plautillæ & in medio Plautiani nomina ſupplenda, dicatur Plautianus Comes *per omnes expeditiones eorum*, utriuſque nempe Auguſti, manifeſte apparet, Plautianum Præfectum Prætorio, Romæ a Severo in Orientem proficiſcente, relictum non fuiſſe. Porro, ideo nomen Plautiani & Plautillæ ejus filiæ eraſum, quia, ut prodit Spartianus in Severo cap. 14. *Plautianum ex amiciſſimo, cognita ejus vita, ita odio habuit, ut & hoſtem publicum appellaret, & depoſitis ſtatuis ejus per Orbem terræ gravi eum inſigniret injuria*, Severus ſc.

V. Neque Antoninus Plautillam ante annum CCIII. uxorem duxit, ut diſerte tradit Dio ipſo libri 76. initio, ubi poſt narrata Severi Imperatoris Decennalia eo anno exhibita, inquit: *Eodem anno celebratæ ſunt nuptiæ Antonini filii Severi, & Plautillæ Plautiani filiæ.* Imperatores & eorum filios annis Decennalibus aut id genus feſtis deſtinatis, nuptias de more celebraſſe, multa exempla paſſim in hoc Opere indicanda demonſtrant. Extat Antonini Caracallæ Nummus, in quo legitur; ANTON. P. AUG. PON. TR. P. V. COS. in poſtica: PLAUTILLAE. AUGUSTAE. Cernitur caput Plautillæ. Mediobarbus pag 286. ait, nuptias Plautillæ anno CCII. peractas, ultra Dionem, eum Nummum teſtari. At Dio contrarium aſſerit, oſtenditque, Tribunitiam Poteſtatem quintam Caracallæ eo in Nummo memoratam de Tribunitia Poteſtate quinta exeunte, non vero de eadem ineunte intelligendam eſſe. Error Mediobarbi Viri Clariſſimi, cui multum Literæ debent, ex eo procedit, quod ipſe exiſtimet, Severum anno CCII. Decennalia edidiſſe, & Plautillam Antonino filio copulaſſe, annoque CCIII. Vicennalia Vota ſuſcepiſſe. Et tamen uno eodemque tempore Vota Decennalia ſoluta fuiſſe, ac Vicennalia ſuſcepta, certum & indubitatum, uti in Diſſert. Hypat. monſtravi. Ex quibus tandem omnibus conſequens eſt, Plautianum hoc anno Severum in Orientem ſecutum eſſe, nondum illum *Plautillam* filiam Antonino Auguſto in matrimonio collocaſſe, neque Romæ Chriſtianos vexaſſe.

Caracalla Plautillam duxit uxorem.

VI. Chriſtianorum perſecutio ante annum CCII. decreta non fuit. Quare cum Tertullianus Apologeticum ſuum, perſecutione ubique jam a multo tempore flagrante, ut ex ipſomet Apologetico colligitur, ſcripſerit, longe tardius præſtantiſſimum illud Opus promulgatum, & quidem, ut conjicere licet, anno ducenteſimo quinto, quo An-

Tertullianus Apologeticum ſuum componit. Baron. n. XXVII.

runt in calumniam Chriſtianorum: ſicque videas, quæcumque fœda eſſent in Judæos olim dicta, Gentiles argumenti inopes in Chriſtianos congerere ſolitos; nec id ſemel tantum, ſed ſemper: nam apud Minutium Felicem hæc eadem Cæcilius poſtea exprobravit Octavio, dicens: *Audio eos turpiſſimæ pecudis caput aſini conſecratum inepta neſcio qua perſuaſione venerari, digna & nata religio talibus moribus.* Sed ad hæc defenſor veritatis Octavius: *Sic*, inquit, *eſt negotium dæmonum; ab ipſis enim rumor falſus, & ſeritur, & fovetur. Inde eſt quod audire te dicis, caput aſini rem nobis eſſe divinam. Quis tam ſtultus, ut hoc colat? Quis ſtultior, ut hoc coli credat? niſi quod vos totos aſinos in ſtabulis cum veſtra vel Hippona conſecratis, & eoſdem aſinos in ſtabulis cum Iſide religioſe devotatis; item boum capita & capita vervecum & immolatis & colitis: de capro etiam & homine mixtos deos, & leonum & canum vultus, deos dedicatis.*

XXV. Potuit & fabella hæc etiam ad Gentiles eſſe prolapſa, ſicut & alia multa, ex hæreticorum lacunis, quod Gnoſtici (ut dictum eſt) librum ſcripſiſſent, quem nominabant Stirpem Mariæ; in quo inter alia horrenda hæc quoque poſuiſſe, Epiphanius (a) tradit: *Ex hac enim cauſa, inquiunt, Zachariam occiſum eſſe in templo, quoniam viſionem vidit, & ex timore volens narrare viſionem, oris obturationem pertulit. Vidit enim (inquiunt) in hora ſuffitus (cum ſuffitum faceret) hominem quemdam ſtantem, aſini formam habentem: & cum egreſſus eſſet, ac dicere vellet, Væ vobis, quem adoratis? obturavit os ejus ille, qui viſus eſt ab ipſo in templo, ut loqui non poſſet. Cum vero aperiret os ſuum, ut loqueretur; tunc revelavit ipſis, & occiderunt eum & ſic mortuus eſt Zacharias:* Hæc illi, putantes Dominum Sabaoth ejuſdem eſſe figuræ; nam de iiſdem idem Epiphanius ait: *Tradunt autem eorum alii Dominum Sabaoth aſini formam habere, alii porci: qui propter mandatum eſt (inquiunt) Judæis, ut porcum ne edant: eſſe autem ipſum creatorem cœli & terræ & cœlorum, qui poſt ipſum ſunt, & angelorum ſuorum.* Sed unde hoc commentum illi? inde nimirum, quod in benedictione Judæ, a quo Judæi, inter alia dictum eſſe Jacob prophetice (b), *Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem aſinam ſuam*; per vitem Chriſtum intelligentes, qui de ſe ipſo ait (c), *Ego ſum vitis vera.* Cui alligari aſina diceretur, quod Judaicus cultus illi ſubjiceretur. Sed & quod legiſſent, aſinam ſuſcepiſſe patrocinium Judæorum, dum Balaam (d) ad eos maledicendos impulſum locuta redarguit; ſive etiam quod audirent Deum juſſiſſe, ut quos (e) caperent de hoſtibus equos occiderent, aſinas (f) vero illorum ſervarent. Sed ejus rei myſterium explicat Origenes (g). Porro aſinos & non equos alere, peculiare fuiſſe Judæis, quos in regione Arabiæ & Palæſtinæ fuiſſe veloces ut equos, idem Origenes (h) affirmat.

(a) Epiph. hær. 26.

Unde Hæreticis data occaſio de cultu Aſini figmentum excogitan- tandi.

(b) Geneſ. 49. (c) Joan. 15. (d) Num. 22. (e) Joſue 11. (f) Num. 31. (g) Orig. in Joſ. homil. 15. (h) Orig. in Jo. l. 1.

XXVI. Ex leviſſimis quibuſdam conjecturis multa falſa de Judæis nugati ſunt Gentiles: nam ſicut de aſino, ita & de porco falſa ſunt opinati: nempe Judæos etiam porcos colere, quod non occiderent, ſed eis parcerent. Unde Plutarchus (i) tam de porco, quam de aſino, hæc habet. *Exiſtimo autem Judæos, ſi abominarentur porcum, interfecturos eum fuiſſe, ſicut mures necant magi: nunc tam interficere, quam edere ſuem, iis eſt religio. Et fortaſſis rationi hoc conſentit, ſicut aſino ſuus eſt apud eos honor, quod fontem aquæ eis demonſtravit; ita ſuem eos revereri, ut ſationis & arationis magiſtram.* Hæc Plutarchus, qui aſſertam ab Apione de cultu aſini cauſam ſecutus eſt; in his deceptus, ſicut cum (quod dictum eſt ſuperius) Judæos Bacchum adorare exiſtimavit. Potuit igitur (ut dictum eſt, & ex Gnoſticis eadem calumnia in Chriſtianos effundi: ſicut & illa de infantium cæde, eſu humanarum carnium, & promiſcuo concubitu extinctione luminum

(i) Plutarc. in Sympoſ. l. 4. q. 5.

PAGIUS Antoninus Imperii Cæſarei Decennalia celebravit, quove perſecutio, quæ uſque ad mortem Severi fere duravit, magis ſævit. Exiſtimavit Baronius, eam Apologiam Romæ ſcriptam, & ad Senatum miſſam. Verum, *Romani Imperii Antiſtites in ipſo fere vertice civitatis* præſidentes *ad judicandum*, Senatum non deſignant, ut Cardinalis Eruditiſſimus putat, ſed Præſides Provinciarum, ut ipſemet Tertullianus teſtatur in fine illius Operis, ubi ait: *Sed hoc agite, boni Præſides, meliores multo apud populum, ſi illis Chriſtianos immolaveritis, cruciate, torquete, damnate, atterite nos.* Et ubicumque eoſdem alloquitur, *Præſides* ſemper appellat, uti & in libro primo ad Nationes cap. 2. Librorum autem ad Nationes, Apologeticus compendium eſt, cum iiſdem argumentis innitatur, & eadem facta in utroque Opere recitentur. Imo cap. 2. Apologetici non ad Senatum, ſed ad Senatuſconſultorum executores & miniſtros ſermonem convertit: *Niſi enim fallor, Leges malos erui jubent, non abſcondi: confeſſos damnari præſcribunt, non abſolvi. Hoc Senatuſconſulta, hoc Principum mandata definiunt. Hoc Imperium, cujus miniſtri eſtis*, &c. Denique ſe neque Senatum alloqui, neque Romæ ſcribere, ſed Carthagine, teſtatur cap. 45. quando ait. *Deum, non Proconſulem timentes.* Quare *civitatis* nomen, ipſo Apologiæ initio memoratum, non de Roma, quæ non *civitas*, ſed *Urbs* ab Antiquis vocari ſolet, verum de Carthagine intelligenda, ut recte vidit eruditiſſimus Abbas Ludovicus *du Four*, qui hæc mecum communicavit. Ex his manifeſte patet, perſecutionem per hæc tempora adverſus Chriſtianos ſuſcitatam non fuiſſe; cum Plantianus in Oriente cum Severo fuerit, & liber Apologeticus longe poſt hunc annum lucem viderit; quibus tamen duobus tantum fundamentis fretus Baronius, quando eam hoc anno recruduiſſe exiſtimavit.

num perpetrari ſolito: quæ omnia his diebus iterum refricata, & Chriſtianis objecta eſſe, idem pluribus teſtatur Tertullianus (*a*), quæ ſingula vehementiſſime ipſe purgat ac confutat. His omnibus & aliis multis in Chriſtianos apud Gentiles ore omnium diffamatis, factum eſt, ut quod (alias olim ſæpius accidiſſet) Chriſtianum nomen ipſum eſſet in crimen; dicique tantum quempiam Chriſtianum, ſatis eſſet, ut mox immanium veluti ſcelerum reus condemnaretur; quamobrem immanis his diebus eſt Romæ in Chriſtianos perſecutio excitata.

(*a*) *Tertul. in Apol. c.* 7.

XXVII. Tertullianus cauſam agit Chriſtianorum.

Cum autem non liceret coram cauſam agere Tertullianus, eruditiſſimo ſcripto Apologetico, pro omnibus defenſionem inſtituit apud ipſos Romanæ ſuperſtitionis Antiſtites: abſens enim tunc (ut dictum eſt) Severus erat; malum vero inſtans ac furens: ſicque eos, qui in cauſa præeſſe judices videbantur, ſcriptis conveniendos putavit. His quidem fama nefandorum criminum percitis, ex nomine tantum, tamquam criminum indice atque confeſſione, in quemquam ipſorum lege agere, æquiſſimum videbatur. Quæ enim ab hæreticis Gnoſticis perpetrari crimina conſueverant, eadem (ut ſæpe dictum eſt) in Catholicos quoſque Chriſtianos calumnioſe objectari ſolita erant; de quibus idem Tertullianus (*b*): *Dicimur ſceleratiſſimi de ſacramento infanticidii, & pabulo inde, & poſt convivium inceſto; quod everſores luminum canes, lenones ſcilicet, tenebrarum & libidinum impiarum inverecundia procurent:* Hæc & alia de his plura.

(*b*) *Idem in Apol. c.* 7.

XXVIII. Leges Severi adverſus mœchos.

Certe quidem in his quæ ſpectant ad inceſtus calumniam, etſi aliæ omnes ceſſaſſent, hæc ſemel judicibus perſuaſa, ſatis ſuperque eſſe poterat, ut ad infligendas pœnas graviſſimas judicum animos excitaret. Vigebant enim adverſus mœchiam ſeveriſſimæ Severi leges, quibus in quamplurimos animadverterat; nam de eo hæc Dio (*c*): *Criminari ſolebat Severus incontinentes; ob eamque cauſam legem de mœchis tulit, ex quibus quamplurimæ cædes factæ ſunt. Ego quidem, cum Conſul eſſem, inveni ſcriptum in tabulis tria millia mœchorum morte fuiſſe mulctata. Sed cum jam multi mortales in hanc pœnam inciderent, cæpit de his quærere negligentius:* Hactenus Dio. Ampliavit quoque Severus legem Juliam de adulterio, ut non ſolum nuptæ, ſed & ſponſæ eidem tenerentur obnoxiæ. In maritum quoque crimen non ulciſcentem, cauſam proſequendo, ulciſci voluit, ut Ulpianus (*d*) teſtatur. Sed & a Severo additum hoc officium Præfecto (*e*) Urbis, ut mancipia tueretur, ne proſtituerentur, idem affirmat. Inſuper leviſſimam legem Papiam, mœchiæ illicem idem Severus ſuſtulerat: quod & Tertullianus ipſe (*f*) teſtatur, ſic dicens: *Nonne vaniſſimas Papias leges, quæ ante liberos ſuſcipi cogunt, quam Juliæ matrimonium contrahi, poſt tantæ auctoritatis ſenectutem heri Severus conſtantiſſimus Principum excluſit?*

(*c*) *Dio in Severo.*

(*d*) *l.* 2. *§. ſi publico, & l.* 13. *§. divus Sever.*

(*e*) *l.* 1. *ff. de Traſ. Urbis.*

(*f*) *Tertull. in Apol. c.* 4.

XXIX. Calumnioſe ſævitum in Chriſtianos.

Cum igitur quæ apud eos hactenus viſa eſſent leviſſima crimina, adeo ſevere in Romanis quoque ipſis jugiter punirentur; quid putandum a judicibus factum in Chriſtianos, fœdiſſimo omnium ſcelere infamatos? quos iidem inauditos, ſed ex nomine tantum crimen manifeſtatum putantes, diris affectos ſuppliciis vel ad ignem, vel ad leonem damnabant. Sed hæc & alia omnia illata crimina idem Tertullianus eadem luculentiſſima diluit ac purgat Apologia. Dum enim eminentem Chriſtianorum caſtitatem quamplurimis teſtatam reddit exemplis, ne leviſſimæ quidem locum ſuſpicioni relinquit. Sed & illa defendit, nec crimina eſſe oſtendit, quod dicerent illi, *Deos non colitis, & pro Imperatoribus ſacrificia non impenditis:* perſpicue manifeſtans, non ob eam cauſam Chriſtianos eſſe dicendos impios, qui verum Deum colant; nec majeſtatis & Imperatorii culminis contemptores, pro quibus digna vota nuncupent, eoſdemque aſſidue precibus Deo commendent.

XXX. Antiquata reſcripta pro Chriſtianis data.

Porro cum hæc ſemper objectarentur in Chriſtianos, atque de nefandis ſceleribus illæ calumniæ vulgi rumore adeo increbreſcerent; caſſa plane & irrita prorſus reddita ſunt illa veterum Imperatorum reſcripta, nempe Traiani, Hadriani, ac Marci, quibus illi cum Chriſtianis ex nomine tantum vetuerant experiri, vel quicquam illis ea cauſa negotii factitari; ſed velut rupto obice torrens, ſic ſe omnium furor graſſans in illos effuſus eſt. Unde jure eos vehementer idem Tertullianus (*g*) exclamat. In hunc igitur modum Chriſtiani ad tribunal perducti, ubi profeſſionis nomen rogarentur, ſatis ad crimen eſſe putabant, ſi ſe eſſe Chriſtianos libere faterentur: *Cum*, inquit, *poſt nominis confeſſionem extorquere quoque oporteret, quodcumque falſo jactaretur; quot quiſque jam infanticidia deguſtaſſet, quot inceſta contenebraſſet, qui coci, qui canes affuiſſent.* At nihil prorſus hujuſmodi, ſed inauditos & criminis inconfeſſos (ut dictum eſt) dira morte mulctabant. Cumque ex tabella (ut ait) ſoleret recitari ſententia, unum illud, inquit, audiebatur: *Talis, quia Chriſtianus, damnatur; & numquam quod fur eſſet, adulter, vel homicida.*

(*g*) *Tertull. in Apol. c.* 2.

XXXI. Chriſtiani ad necem quæſiti, & dire puniti.

At non accuſatione tantum deferebantur Chriſtiani, ſed & indagabantur. Ad id enim ſpectat, quod idem inferius ait (*h*): *Quotidie obſidemur, quotidie prodimur, in ipſis ut plurimum cœtibus & congregationibus noſtris opprimimur.* At

(*h*) *Tertul. in Apol. c.* 7.

At quibus ſolerent eos pænis afficere, idem declarat, ſic dicens (a): *Crucibus & ſtipitibus impoſitis Chriſtianos: ungulis de raditis latera Chriſtianorum: cervices ponimus ante plumbum & glutinum & gomphos*, id eſt, clavos: *ad beſtias impellimur: ignibus urimur; in metalla damnamur; in inſulis relegamur.* Sed hæc Judices. Atqui etiam ſua ſponte inſanum vulgus in Chriſtianos ſolitum erat debacchari; ſicque duplex ipſos vexabat perſecutio, cum illi id legibus facere viderentur, voluntate iſti. Nam idem ſubdit (b): *Quoties in Chriſtianos deſævitis, partim animis propriis, partim legibus obſequentes? Quotiens etiam præteritis vobis, ſuo jure nos inimicum vulgus invadit lapidibus atque incendiis? Ipſis Bacchanalium furiis nec mortuis parcunt Chriſtianis, quin illos de requie ſepulturæ, de aſylo quodam mortis jam alios, jam nec totos avellant, diſſecent, diſtrahant.* Sed tum in eos potiſſimum eo modo furens vulgus inſaniebat (c), cum aliquod malum civitatem vexaret, perinde ac ſi malorum omnium cauſa illi eſſent, quod haberentur diis infenſi.

(a) *Tert. in Apol. c.* 12.
(b) *Tertul. in Apol. c.* 37.
(c) *Ibid. c.* 40.

XXXII. Chriſtiani frequentius igni traditi.

Verum cum multis pœnis afficerentur Chriſtiani, ac multiplici mortis genere; illud frequentius in eos videtur ſolitum irrogari ſupplicium, ut vivi igni cremarentur. Indeque accidit, ut ea de cauſa iidem Chriſtiani Sarmentitii (d) & Semaxii dicerentur, quia (ut addit) ad ſtipitem dimidii aſſis revincti ſarmentorum ambitu exurerentur; tali enim ſupplicio magos ab illis affici ſolere, Paulus (e) I. C. teſtatur. At cum ejus criminis infamati eſſent ab ipſis, debito ex legibus illis ſupplicio eos affici, æquum exiſtimabant.

(d) *Tertul. in Apol. c.* 50.
(e) *Paul. l.* 5. *ſentent. tit.* 23.

XXXIII. Sed illud inter alia, præter jus omne vel conſuetudinem ac dignitatem, indecenſque plane Romanorum ſubſelliis ac tribunalibus, ex inſania quadam & cæco furore in Chriſtianas fœminas, caſtitatis amantiſſimas, excogitatum erat ſupplicium, ut lenonibus traderentur, ſicque pudicitiæ diſpendium paterentur, quod ſcirent, id eſſe illis acerbius quovis genere tormentorum, ipſaque mortis pœna crudelius. Hinc in eoſdem Tertullianus (f) eadem defenſione hæc de recenti caſu: *Proxime*, inquit, *ad lenonem damnando Chriſtianam potius quam ad leonem; confeſſi eſtis, labem pudicitiæ apud nos atrociorem omni pœna & omni morte reputari. Nec quicquam tamen profecit exquiſitior quæque crudelitas veſtra; illecebra eſt magis ſectæ; plures efficimur, quoties metimur a vobis. Semen eſt ſanguis Chriſtianorum:* Hæc ipſe.

(f) *Tertul. in Apol. c. ult.*

XXXIV. Ignavia Chriſtianis objecta calumnioſe.

Sed nec illud prætereundum, quod Gentiles in Chriſtianos ſolerent objicere, & ad plauſtra injuriarum ac contumeliarum adjicere; nimirum quod inertes homines eſſent, ac plane Reipublicæ inutiles, inhabileſque communi commercio. Quæ autem Tertullianus ad hanc refellendam calumniam afferat, hic deſcribere operæpretium ducimus, quo cum exercitia, tum etiam Chriſtianorum morum ſinceritas innoteſcat. Ait igitur (g): *Sed alio quoque injuriarum titulo poſtulamur, & infructuoſi in negotiis dicimur. Quo pacto homines vobiſcum degentes, ejuſdem victus, habitus, inſtructus, ejuſdem ad vitam neceſſitatis? Neque enim Brachmanæ, aut Indorum gymnoſophiſtæ ſumus, ſilvicolæ, & exules vitæ. Meminimus gratiam nos debere Domino Deo creatori; nullum fructum operum ejus repudiamus. Plane temperamus, ne ultra modum aut perperam utamur. Itaque non ſine foro, non ſine macello, non ſine balneis, tabernis, officinis, ſtabulis, nundinis veſtris, cæteriſque commerciis cohabitamus in hoc ſæculo. Navigamus & nos vobiſcum, & militamus, & ruſticamur, & mercamur; proinde miſcemus artes, opera noſtra publicamus uſui veſtro. Quo modo infructuoſi videamur negotiis veſtris, cum quibus & de quibus vivimus, non ſcio. Sed ſi cærimonias tuas non frequento, attamen & illa die homo ſum. Non lavor diluculo Saturnalibus, ne & noctem & diem perdam; attamen lavor honeſta hora & ſalubri, quæ mihi & calorem & ſanguinem ſervet; rigere & pallere poſt lavacrum mortuus poſſum. Non in publico Liberalibus diſcumbo, quod beſtiariis ſuprema cœnantibus mos eſt; attamen ubi ubi de copiis tuis cœno. Non emo capiti coronam, quid tua intereſt, emptis nihilominus floribus quomodo utar? Puto gratius eſſe liberis & ſolutis & undique vagis. Sed & ſi in coronam coactis, nos coronam naribus novimus, viderint qui per capillum odorantur. Spectaculis non convenimus; quæ tamen apud illos cœtus venditantur, ſi deſideravero, liberius de propriis locis ſumantur. Thura non emimus. Si Arabiæ quæruntur, ſciant Sabæi pluris & carioris ſuas merces Chriſtianis ſepeliendis profligari, quam diis fumigandis. Certe, inquitis, templorum vectigalia quotidie decoquunt, ſtipes quotuſquiſque jam jactat. Non enim ſufficimus & hominibus & diis veſtris mendicantibus opem ferre; neque putamus aliis quam petentibus impertiendum. Denique porrigat manum Jupiter, & accipiat; cum interim plus noſtra miſericordia inſumit vicatim, quam veſtra religio templatim. Sed cætera vectigalia gratias Chriſtianis agunt, ex fide dependentibus debitum, qua alieno fraudando abſtinemus: ut ſi ineatur quantum vectigalibus pereat fraude & mendacio veſtrarum profeſſionum, facile ratio haberi poſſit, unius ſpeciei querela compenſata pro commodo cæterarum rationum.* Hæc Tertullianus. Re-

(g) *Tertul. in Apol. c.* 42.

XXXV. Chriſtiani quibus potiſſimum diſplicerent. Recenſet ſubinde hominum genera, qui tantum de Chriſtianis conqueri poſſent, quibus illi caſte viventes, ac pacifice juſteque agentes, nihil deberent, nempe lenones, & his ſimiles homines, qui nonniſi aliena ignominia atque peccato ſuas poſſent diſtrahere merces. Ceterum tantum abeſſe quod dicerent, Chriſtianos eſſe inutiles Reipublicæ, ut immo potius ipſi Gentiles, tot homines juſtos necando, magno detrimento afficerent civitatem. Sed hæc omnia ipſe his verbis: *Plane confitebor qui conqueruntur. Nam ſi qui forte vere de ſterilitate Chriſtianorum conqueri poſſint; primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum ſicarii, venenarii, magi, item arioli, aruſpices, mathematici. His infructuoſos eſſe, magnus fructus eſt. Et tamen quodcumque diſpendium eſt rei veſtræ, per hanc ſectam cum aliquo præſidio compenſari poteſt. Quantos habetis, non dico qui jam de vobis dæmonia excutiant; non dico jam qui pro vobis quoque vero Deo preces ſternant, quia forte non creditis: ſed a quibus nihil timere poſſitis? At enim illud detrimentum Reip. tam grande quam verum nemo circumſpicit: illam injuriam civitatis nullus expendit, cum tot juſti impendimur, cum tot innocentes erogamur. Veſtros enim jam conteſtamur Actus, qui quotidie judicandis cuſtodiis præſidetis, qui ſententiis elogia diſpungitis; tot a vobis nocentes variis criminum elogiis recenſentur. Quis illic ſicarius? quis manticularius? quis ſacrilegus, aut corruptor, aut lavantium prædo? quis ex illis etiam Chriſtianus adſcribitur? Aut cum Chriſtiani ſuo titulo offeruntur, quis ex illis etiam talis, quales tot nocentes. De veſtris ſemper æſtuat carcer, de veſtris ſemper metalla ſuſpirant, de veſtris ſemper beſtiæ ſaginantur, de veſtris ſemper munerarii noxiorum greges paſcunt. Nemo illic Chriſtianus, niſi plane tantum Chriſtianus; aut & ſi aliud, jam non Chriſtianus*: quod fortaſſe a fide eſſet apoſtata.

XXXVI. Dei vindicta in Spectacula adeuntes. At quod ait Chriſtianos abſtinere conſueviſſe a ſpectaculis: quam ſeverus vindex eſſet Deus in eos, qui hujuſmodi a minoribus traditam diſciplinam ſolvere niterentur, idem auctor in commentario, quem eo argumento, conſcripſit, monſtrat ejuſmodi caſibus (a): *Exemplum accidit, Domino teſte, ejus mulieris, quæ theatrum adiit, & inde cum dæmonio rediit. Itaque in exorciſmo cum oneraretur immundus ſpiritus, quod auſus eſſet Fidelem aggredi: Conſtanter & juſtiſſime quidem, inquit, feci; in meo eam inveni. Conſtat & alii linteum in ſomnis oſtenſum ejus diei nocte, qua tragœdum audierat, cum exprobratione nominato tragœdo; nec ultra quintum diem eam mulierem in ſæculo fuiſſe.* Hæc ipſe. Certe quidem res viſa eſt inter Chriſtianos execranda, Gentilium adire ſpectacula; ut tum ipſe, tum etiam S. Cyprianus, elucubratis eo argumento tituloque libellis, ſignificarunt, & ſacrorum Conciliorum decreta, ſanctorumque Patrum pro concione dictæ acerrimis invectivis ſententiæ declararunt. Quinetiam in ſolemni illa tempore baptiſmi ſolita ab omnibus fieri renunciatione, ſpectaculis quoque abrenunciare Fideles, moris fuiſſe, Salvianus tradit his verbis (b): *In ſpectaculis enim quædam apoſtatatio fidei eſt, & a ſymbolis ipſius & cœleſtibus ſacramentis lethalis prævaricatio. Quæ eſt enim in baptiſmo ſalutari Chriſtianorum prima confeſſio? Quæ ſcilicet, niſi, ut renunciare ſe diabolo & pompis ejus, atque ſpectaculis & operibus proteſtentur? &c.* Plura idem inculcat de ejuſmodi abrenunciatione in baptiſmate fieri ſolita. Cæterum haud putamus eamdem ritus formam in Eccleſia Catholica ubique fuiſſe ſervatam; ſiquidem eadem renunciationis verba cum crebro a ſanctis Patribus repetita ſciamus ipſorum ſcriptis, nihil tamen apud eos de renunciando ſpectaculis: ſcimus vero ſanctum Cyrillum in prima Myſtagogica oratione ſub pompis incluſiſſe ſpectacula, idemque alios itidem interpretatos eſſe: ſecundum quam quidem communem verborum interpretationem, addita in Eccleſia Gallicana, ubi Salvianus agebat, illa verba, *Et ſpectaculis*, exiſtimamus. Sed de his hactenus; haud enim longius digredi patitur ſuſcepta narratio.

(a) Tertul. de Spect. c.26.

(b) Salv. de Provident. Dei lib.6.

XXXVII. Porro ad hoc ipſum tempus pertinet, quod hoc ipſo anno (ut ſuperius demonſtratum eſt) cum adhuc quærerentur ad necem a Plautiano adverſariarum partium conſcii, (ut ex Spartiano (c), atque ex iis quæ de eadem re ipſe (d) conſcripſit, proditum eſt) ipſe Tertullianus librum Apologeticum pro Chriſtianis ad Urbis Antiſtites elucubravit; quod & ſcite Pamelius definivit, demonſtrans eos longe errare, qui ad alia tempora, etiam poſt Severi obitum, illum rejiciunt. Sed aſſentiri non poſſumus eidem dicenti commentarium illum ſcriptum fuiſſe Carthagine. Nam cum ad magiſtratus Romanos, ipſos (ut (e) ait) Romani Imperii Antiſtites, ſeſe eum elaborare dicat, ac plurima de iis, quæ Romæ agerentur, ſæpius ingerat, deque vanitate Romanorum deorum narrationem inculcet; hæc mox inter alia adjicit (f): *Sed nova jam Dei noſtri in iſta civitate proxime editio publicata eſt;* paulo vero poſt: *Riſimus*, inquit, *& nomen & formam &c.* Indicans, hujuſmodi deformem picturam ob oculos habuiſſe. Sunt multa quidem in eodem commentario, quæ id ipſum æque demonſtrent, ſi quis accurate cuncta perlegerit. Romæ igitur cum ipſe ageret, & coram pro Chriſtianis cauſam defendere, perſecutione ingruen-

Tertulliani ubi ſcripſerit Apologeticum.

(c) Spartian. in Severo.

(d) Tert. in Apol. c.35.

(e) Tert. ibid. c.2.

(f) Tert. ibid. c.16. in fin.

te, minus tutum eſſe videret; ejuſmodi defenſionem ad Antiſtites miſit, ſuo tacito nomine; quod ipſemet ſatis ſignificare videtur, dum in ejus exordio hæc poſt alia ſubdit: *Si denique (quod proxime accidit) domeſticis indiciis nimis operata ſectæ hujus infeſtatio obſtruit viam defenſioni; liceat veritati vel occulta via tacitarum litterarum ad aures veſtras pervenire.*

XXXVIII. Etſi hæc quæ Romæ agerentur in Chriſtianos, dura & aſpera videri poterant; potius tamen præludia quædam perſecutionis, & velitationes ferocioris belli fuerunt. Nam ad hanc diem nullum a Severo (ut dictum eſt) adverſus Chriſtianos fuerat promulgatum edictum; quod poſt bellum Parthicum fuiſſe editum, Spartianus (*a*) eſt auctor, abhinc ſcilicet triennium. Quam ob cauſam jure idem auctor in Apologetico, quem hoc anno diximus eſſe ſcriptum, hæc ait (*b*): *Cæterum de tot exinde Principibus uſque ad hodiernum divinum humanumque ſapientibus, edite aliquem debellatorem Chriſtianorum; at nos e contrario edimus protectorem.* Perſeveraſſe autem ejuſmodi Romæ excitatam ſemel adverſus Chriſtianos perſecutionem, Victoris Papæ martyrium fidem facit. Sed & complures alios pariter Fideles necatos tum fuiſſe credi poteſt.

(*a*) Spartian. in Severo.
(*b*) Tertul. in Apol. c. 5.

XXXIX. Sed quiſpiam jure fortaſſe mirabitur, quo modo accidere potuerit, ut imperatore neſciente, & quodammodo invito, tam ingens perſecutio Chriſtianos Romæ agentes vexaverit anno præſenti, atque futuro? Meminiſſe oportet quod diximus, relictum a Severo Imperatore fuiſſe Urbis regimen Plautiano, Antonini ſocero; cujus tanta fuit auctoritas, ut licet aliquid Severus imperaſſet, inſcio tamen vel invito Plautiano quis facere non auderet: quod teſtatur Dio, qui de immenſa ejus ſævitia juncta potentiæ hæc ait: *Interea* (nempe abſente Severo) *Plautianus, cujus erat apud Severum magna auctoritas, quique Præfecti poteſtatem habebat, eratque omnium hominum potentiſſimus, morte affecit magnum numerum privatorum hominum & optimatum;* Et poſt multa de ejus avaritia enarrata, hæc ſubdit: *Quamquam & illud addendum videtur, centum cives Romanos nobiles viros domi ab eo occiſos eſſe; id quod nemo noſtrum antequam ipſe moreretur, intellexerat. Quibus ex verbis percipi poteſt, quanta fuerit hominis perverſitas, atque potentia;* Hæc & alia de eo Dio (*c*), qui præſens hæc omnia ſpectabat oculis. Sed quomodo ſceleſtiſſimus homo patratæ cædis pœnas dederit, occiſus a genero, idem Dio pluribus narrat. Hujus igitur conſilio & auctoritate hoc anno Chriſtianos eſſe Romæ vexatos, nemo poterit dubitare; nam eo invito nemo tam ſæva tamque aſpera præſumpſiſſet. Illorum vero, quos Dio refert occiſos, magnam partem fuiſſe Chriſtianorum, exiſtimamus. Severum autem ſe excuſaſſe de tanta civium cæde, quod ipſe nequaquam juſſiſſet, auctor eſt Spartianus (*d*). Eſt id plane conſentiens iis quæ de eodem Severo Imperatore ad Scapulam ſcribit Tertullianus (*e*) his verbis: *Sed & clariſſimas fœminas & clariſſimos viros Severus hujus ſectæ eſſe ſciens, non modo non læſit, verum & teſtimonio exornavit, & populo furenti in eos palam reſtitit.* At de iis quæ ad hunc annum ſpectant, jam ſatis.

Plautianus perſequitur Chriſtianos.
(*c*) Dio in Severo.
(*d*) Spartian. in Severo.
(*e*) Tertul. ad Scapul. c. 4.

JESU CHRISTI ANNUS 202. VICTORIS PAP. ANNUS 9. SEVERI IMP. ANNUS 8.

I. CHriſti annus ducenteſimus ſecundus adſcribitur Faſtis, Claudio Severo & Aufidio Victorino Conſulibus. Extant Proconſularia Acta martyrum Scillitanorum, qui ſub eodem Conſulatu Claudii, & Proconſule Saturnino Carthagine paſſi habentur, digna quidem quæ ad verbum hic intexantur; ut ex iis, quæ certa atque explorata habentur, martyrum Actis, cætera quæ vel non ſcripta vel aliquando ſcriptorum memoria commendata, depravata tamen & corrupta, vel penitus periere, intelligere valeamus. Deſcripſimus ea ex vetuſtiſſimo codice, qui apud nos eſt, cognito & emendato; ex Vaticana enim Bibliotheca duo alia æque vetuſta nacti ſumus exemplaria. Poſuimus in margine variam lectionem, in textu autem quam putavimus fideliorem. Sed recenſeamus jam ipſa eadem qua ſcripta habentur ſtyli veneranda ſimplicitate:

Acta Martyrum Scillitanorum.

II. *Exiſtente* * *Claudio* * *Conſule, quartodecimo Kalendas Auguſtas, Carthagine metropoli, ſtatuto forenſi conventu, præceperunt magiſtratus adſtare ſibi Speratum, Narzalem, Cittinum, Donatam, Secundam, & Veſtinam. Et adſtantibus eis, Saturninus Proconſul dixit: Poteſtis veniam a dominis noſtris Imperatoribus Severo & Antonino promereri, ſi bono animo converſi fueritis ad Deos noſtros. Speratus dixit: Nos minime aliquando malum fecimus; neque iniquitatem ſequentes, in peccatis egimus operationem, nec aliquando cuiquam malediximus, ſed male ſuſcepti a vobis, gratias egimus ſemper. Quamobrem Dominum verum & Regem adoramus. Saturninus Proconſul dixit: Et nos electi ſu-*

* al. præſtante.
al. præſente.
* al. Claudiano.
Primæ diei quæſtio.

*ſumus, & mitiſſima eſt elegantia noſtra; & juramus per genium domini noſtri Imperatoris, & pro ſalute illius intercedimus, quod & vos facere debüiſtis. Speratus dixit: Si tranquillas adhibeas mihi aures tuas, dicam myſterium manſuetudinis. Saturninus Proconſul dixit: Dicente * te de myſterio, non inferam mala: tantum jura per genium Regis noſtri. Speratus dixit: Ego Imperatoris mundi genium neſcio, ſed cœleſti Deo meo ſervio, quem nullus hominum vidit, nec videre poteſt. Ego enim nec furatus ſum aliquando; ſed quodcumque emam tributum do, quoniam cognoſco eum dominum meum; ſed adoro Dominum meum Regem Regum, & omnium gentium Dominum. Saturninus Proconſul dixit. De cætero a tumultu garrulitatum quieſcite, & accedentes ſacrificate diis. Speratus reſpondit: Illa eſt mala concitatio, quæ facit homicidium, & falſam accuſationem adverſus aliquem. Saturninus Proconſul ad alios converſus dixit: Nolite furoris hujus inſipientia participes fieri, ſed timete potius Regem noſtrum, obedientes præceptis ejus. Cittinus dicit: Nos non habemus alium quem timeamus, niſi Dominum Deum noſtrum, qui eſt in cælis. Saturninus Proconſul dixit: Detrudantur in carcerem, ponantur in ligno in diem craſtinum.*

* al. incipiente.

III. Secundæ diei quæſtio.

*Sequenti die Saturninus Proconſul ſedens pro tribunali, eos præſentari jubet. Qui cum adſtitiſſent, dicit ad fœminas: Honorate Regem noſtrum, & ſacrificate diis. Tunc Donata dixit: Honorem quidem Cæſari tamquam Cæſari; Deo autem noſtro honorem & orationem offerimus. Stans Veſtina dixit. Et ego Chriſtiana ſum. Secunda ſimiliter dixit: Et ego credo in Deo meo, & volo in ipſo eſſe; diis autem tuis non ſervimus, neque adoramus. Saturninus Proconſul, auditis his, præcepit eas ſervari *. Advocatis viris, dixit Sperato: perſeveras ut Chriſtianus ſis? Speratus dixit: Etiam perſevero: & omnes audite, quia Chriſtianus ſum. Audientes omnes qui cum illo retenti fuerant, conſenſerunt confeſſioni illius, dicentes: Sumus & nos pariter Chriſtiani. Saturninus Proconſul dixit: Nec liberationem, nec remiſſionem vultis? Speratus reſpondit: In certamine juſto nulla eſt remiſſio: fac quod vis? Nos enim pro Chriſto gaudentes morimur. Saturninus Proconſul dixit: Qui ſunt libri, quos adoratis legentes? Speratus reſpondit: Quatuor Evangelia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & epiſtolas S. Pauli Apoſtoli, & omnem divinitus inſpiratam Scripturam. Saturninus Proconſul dixit: Spatium trium * dierum tri-*

* al. ſeparari.

* al. triginta.

PAGIUS

SÆC. II. Anno Urbis 953. Olymp. 244. an. 4. A. C. 200.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5693.

☉ 13. FE. ☽ 11. P. 20. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 200. *ſecund.* Baronium 202.

ZEPHYRINI PAPÆ 4.

SEVERI IMP. 8. CARACALLÆ IMP. 3.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Ti. Claudius Severus III. & C. Aufidius Victorinus*, ex Inſcriptione Onuphriana. In faſtis Cæſareis Severus effertur cum nota numerali III.

NOTÆ [1] COſſ. *Ti. Claudius Severus III. & C. Aufidius Victorinus*. Gruterus pag. CCLXIX. 2.

M. AURELIO. ANTONINO
PIO. FELICI. AUG.
TRIB. POT. III.
PROCOS.
DEDIC. PR. NON. APRIL.
TI. CLAUDIO. SEVERO. C. AUFIDIO
VICTORINO. COS.

Item pag. CCC. 2.

TI. SEVERO. C. AUFIDIO. VICTO
RINO. COS. A. P. R. C.
DCCCCLII. EID. APRIL.

In Aræ votivæ latere detectæ ad Lateranum, de qua nos ad A. D. 193. n. V.

DEDICATA. KAL. APRIL.
SEVERO. ET
VICTORINO
COS.

Extrema nomina hic tantum adnotantur. Hanc hujus aræ inſcriptionem erudito commentariolo, Italice exarato, illuſtravit V. C. Rudolphinus Venutus, prodiitque Romæ A. D. 1733. apud Hieronymum Mainardum typographum. Nota *tertii conſulatus in Severo*, ut vides, a vetuſtis lapidibus abeſt; quare a Pagio perperam additam putamus. Faſti Idatiani & Proſperi Chronicon: *Severo II. & Victorino*. Vindebonenſes: *Severo III. & Victorino*.

tribuo vobis, ut reſipiſcatis. Speratus dixit: Chriſtianus ſum, & omnes qui mecum ſunt; & a fide Domini noſtri Jeſu Chriſti non diſcedimus; fac quod vis.

Proconſul videns etiam ipſorum mentis
IV. Sententia Proconſulis. *ſtabilitatem, & fidei firmitatem, dedit in eos ſententiam per exceptorem, dicens ſic: Speratum, Narzalem, Cittinum, Veturium, Felicem, Acyllinum, Lætantium, Januariam, Generoſam, Veſtinam, Donatam, & Secundam, Chriſtianos ſe eſſe confitentes, & Imperatori honorem & dignitatem dare recuſantes, capite truncari præcipio. Hæc cum eſſent ex tabella recitata, Speratus & qui cum eo erant omnes dixerunt: Deo gratias conferimus, qui dignatur nos hodie martyres accipere in cælis pro confeſſione ſua. His dictis, ducti ſunt; & flexis genibus unanimiter, cum iterum gratias Chriſto agerent, truncata ſunt ſingulorum capita. Conſummati ſunt Chriſti martyres menſe Julio, die ſeptimodecimo, & intercedunt pro nobis ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui honor & gloria cum Patre & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum, Amen.* Hucuſque Scillitanorum martyrum Acta, quæ magnam conſenſionem habere noſcuntur cum iis, quæ ex Tertulliano de hoc anno ſcripta mox dicturi ſumus.

Accidiſſe videtur, ut non Chriſtianita-
V. Rei majeſtatis facti Chriſtiani. tis aperta cauſa, quod nondum lege Principis edicta perſecutio eſſet; ſed majeſtatis prætextu, quod Imperatorem nollent venerari, hi martyres tenti fuerint; & indulgentiam eiſdem fuiſſe pollicitam, ſi jurarent per genium Cæſaris. Magnum plane videbatur illis ejuſmodi jusjurandum; adeo ut dicat Minutius (*a*) Felix, gravius exiſtimatum apud eos per genium Regis, quam Jovis genium, pejerare. Ad hujuſmodi juramentum his temporibus conſueviſſe Gentiles magiſtratus adigere Chriſtianos, demonſtrant illa Tertulliani verba in Apologetico (*b*), quibus ait: *Sed & juramus, ſicut non per genios Cæſarum; ita per ſalutem eorum, quæ eſt auguſtior omnibus geniis. Neſcitis genios dæmonas dici, &c.* & ad Scapulam (*c*) ſequenti anno ſcribens (ut dicemus) demonſtrat, quod, qui jurarent per genios Imperatorum, arguerentur illis eſſe fideles; nam ait: *Sed iidem ipſi, qui per genios eorum in pridie uſque juraverant, qui pro ſalute eorum hoſtias & fecerant & voverant, qui Chriſtianos ſæpe damnaverant, hoſtes eorum ſunt reperti. Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nedum Imperatoris.* Hæc Tertullianus. At de juramento Chriſtianorum plura in futurum.

(*a*) Minut. in Octavio.

(*b*) Tertull. in Apol. c. 32.

(*c*) Tertull. ad Scapul. c. 2.

Idem quoque auctor in eodem ad Sca- VI. Proconſulatus Saturnini.
pulam libello, ejuſdem Saturnini Proconſulis, cujus mentio habetur in recitatis nuper Actis, qui primus omnium Severi tempore Carthagine perſequi aggreſſus eſt Chriſtianos, meminit; ſed & quid ei ob hoc ſcelus acciderit, addit, ſic dicens (*d*): *Vigellius Saturninus, qui primus hic gladium in nos egit, lumina amiſit:* idemque paulo ſuperius, ob Chriſtianum ſanguinem fuſum, excreſcentibus imbribus, homines gravia paſſos eſſe teſtatur, his verbis: *Cæterum & imbre anni præteriti quid commeruerit genus humanum apparuit, cataclyſmum ſcilicet, & retro fuiſſe propter incredulitates & iniquitates hominum.* His namque prodigiis Deus cohibere aggreſſus eſt efferatam in Chriſtanos rabiem perſecutorum. Sed cum nec iis valuerit coerceri, alia magis horrenda addidit, quæ tamen ſequenti anno ſub Proconſule Scapula facta eſſe declarat. At de his ſuo loco agemus.

(*d*) Tertull. ibid. cap. 3.

Hoc eodem anno Severus Imperator a- VII. Abagarus Rex præſto eſt Severo.
gens cum exercitu adverſus Parthos, Abagarum Regem Oſroenorum (quem Chriſtianum exiſtimant, ex ejuſque progenie genitum, quem Edeſſæ Regem Thaddæus Apoſtolus ad Chriſti fidem perduxit) ad ſe venientem recepit in gratiam; ab eodemque auxiliariis acceptis copiis, feliciter Parthicum bellum confecit. Sed hæc pluribus Herodianus (*e*).

(*e*) Herodian. l. 3.

JESU CHRISTI ANNUS 203. VICTORIS PAP. ANNUS 10. SEVERI IMP. ANNUS 9.

I. Victor Papa martyrio coronatus.
ANno Domini ducenteſimotertio, Annio Fabiano & Nonio Muciano Coſſ. vigeſimaoctava die Julii, Victor Papa auſpicatus jam annum decimum ſui Pontificatus per menſem unum & dies vigintiocto, martyrio coronatur, ſepeliturque in Vaticano juxta corpus ſancti Petri. Quod autem ad numerum annorum ſedis Victoris, æque conſentit Euſebius (*f*), dum ait, circa nonum annum Severi Imperatoris ſubſtitutum Zephyrinum in locum illius. Sed in ejus Chronicon mendum irrepſit, ubi cum ponatur Victor ſediſſe annis decem, tamen ſucceſſio Zephirini ponitur ejus anno octavo. De eodem autem Victore, præter illa quæ dicta ſunt de celebrationis Paſchæ tempore ab eo ſtabilito, & de Concilio ea de cauſa Romæ celebrato, hæc habentur in libro de Romanis Pontificibus: *Hic conſtituit, ut neceſſitate faciente, ubicumque inventus fuiſſet quicumque hominum ex Gentibus veniens, ſive in flumine, ſive in mari, ſive in fonte, ſive in ſtagno baptizaretur (tantum*

(*f*) Euſeb. lib. 5. cap. 27.

tummodo Chriſtianæ credulitatis confeſſione declarata) integer efficeretur Chriſtianus : & paulo poſt : *Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, creavit presbyteros quatuor, diaconos ſeptem, Epiſcopos per diverſa loca numero duodecim.*

II. Felicianus epiſcopus Fulginatenſis. Inter alios Epiſcopos a Victore recens inſtitutos fuit S. Felicianus, quem præfecit Eccleſiæ Fulginatenſi; qui eam egregie curans, poſt multos labores atque ærumnas in ejus adminiſtratione & converſione infidelium toleratas, pro digna mercede in perſecutione Decii, martyrii corona donatus eſt; quo illuſtratus honore, anniverſaria die ejus memoria in Eccleſia celebratur. Rurſus vero hæc ibidem de Victore in fine: *Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies undecim*: hæc ibi.

III. Zephyrinus Papa creatus. Sic itaque ordinatio Zephyrini facta eſt octava Auguſti die, de quo hæc ibidem: *Zephyrinus natione Romanus, ex patre Abundio; ſedit annos octo, menſes ſeptem, dies decem.* Sed de annis in fine Pontificatus ejus agemus. Inopia ſcriptorum, res magni momenti, nempe martyrium Victoris Pontificis, & alia hujus temporis ſub ſæviſſimo Plautiano Eccleſiæ Romanæ certamina obvoluta ferme ſilentio cogimur præterire; cum magis delegerimus perpauca certa fide ſignata deſcribere, quam quævis veritate nutantia ſcriptis reddere. Sed ad res Imperatorum tranſmigret oratio.

IV. Geta Cæſar. Eodem anno Severus in Syriam victor rediens, Antoninum filium in ſequentem annum Conſulem deſignavit. Hæc Spartianus (*a*); qui ſibi repugnat, dum refert, hoc tempore Imperium collatum eidem Antonino, & Getam Cæſarem dictum; nam ea de Antonini Imperio facta eſſe ante bellum Parthicum, cum ipſe ſuperius, tum Herodianus qui ſui temporis hiſtoriam ſcripſit, affirmant. Quod autem addit his Spartianus, eidem Severo Imperatori decretum fuiſſe a Senatu Judaicum triumphum; cum bellum Judaicum a Severo geſtum nemo reperiatur qui illud ſcriptis prodiderit; pauca quædam, quæ ex diverſis locis de clade Judæorum a Severo illata colligi potuerunt, ſuperius anno quinto ejuſdem Imperii ſecundum Euſebii Chronicon deſcripſimus.

(*a*) *Spartian. in Severo.*

V. Scapula Proconſul in Africa. Quod vero ad res pertinet Occidentis; hoc ipſo anno Saturnino Africæ Proconſuli ſubrogatus eſt Scapula, qui perſecutionem ab illo in Chriſtianos excitatam incrementis majoribus propagavit. Licet enim nullo Imperatoris edicto adhuc Chriſtiana religio vexaretur; nam in hanc uſque

PAGIUS

SÆC.III. Anno Urbis 954. Olymp. 245. an.1. A.C. 201.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5694.

☉ 14. D. ☽ 12. P.5. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 201. *ſecund. Baronium* 203.

ZEPHYRINI PAPÆ 5.

SEVERI IMP. 9. CARACALLÆ IMP. 4.

I. Conſules. II. Perſecutionis initium. [1] ANum.I. ad V. Coſſ. *L. Annius Fabianus*, & *M. Nonius Mucianus*, ut ex duabus Inſcriptionibus Onuphrianis patet.

Caracalla Imperii Cæſarei Quinquennalia dedit. Auctor Chronici Alexandrini ait: *His Coſſ. rurſum vexati Chriſtiani, multique pro Chriſto vitam poſuere.* Ubi adverbium *rurſum* ad perſecutionem, quæ ſub M. Aurelio ſævit, referendum, cum uſque ad ſequentem annum Severus Edictum adverſus Chriſtianos non promulgarit. Quare is Scriptor anno uno perſecutionem antevertit, ideoque hac in re non audiendus.

III. *Quinquennalia Imperii Cæſarei Caracallæ.* Porro Caracallam hoc anno ea ſolennia exhibuiſſe, elicitur ex Spartiano in Severo cap.15. ubi poſtquam victorias Parthicas hujus Imperatoris narravit, eumque Parthicum nomen meruiſſe dixit, ſubjungit: *Ob hoc etiam filium ejus Baſſianum Antoninum, qui Cæſar appellatus jam fuerat, annum decimum tertium agentem, participem Imperii dixerunt milites. Getam quoque minorem filium Cæſarem dixerunt: eumdem Antoninum*

NOTÆ [1] COſſ. *L. Annius Fabianus*, & *M. Nonius Mucianus*. Gruterus pag. XXXII. 6. ex veteri lapide, qui modo in ædibus Capitolinis viſitur:

D E D. XIII. K A L. F E B.
L. A N N I O. F A B I A N O
M. N O N I O. M U C I A N O. C O S.

Vide alios lapides ex Grutero apud Relandum. Faſti Idatiani, *Muciano & Fabiano*. Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Fabiano, & Muciano.*

Antoninus Caracalla in annum inſequentem *conſul deſignatus eſt.* Vetus inſcriptio in cœmeterio Commodillæ inventa A. D. 1720. & edita a Boldetto in Appendice pag.808.

IMP. CAES. M. AURELIO. ANTONINO. PIO. FELICI. AUG.
TRIB. POT. IIII. COS. DESIGNATO. PROCOS. IMP. CAES.
L. SEPTIMI. SEVERI. PII. PERTINACIS. AUG. ARAB. ADIAB.
PARTH. MAX. FORTISSIMI. FELICISSIMI. FILIO
DIVI. ANTONINI. PII. GERM. SARM. NEP. DIVI. ANTONINI
PII. PRONEP. DIVI. HADRIANI. ABNEP. DIVI. TRAIANI
PARTHIC. ET. DIVI. NERVAE. ADNEPOTI.

que diem Severus Imperator favere viſus eſt Chriſtianis, ut ipſum (*a*) Tertullianum ad eumdem Scapulam ſcribentem affirmare diximus; tamen Præſides, qui in Chriſtianos infenſiſſimi erant, nacti Imperatoris abſentiam, in eos crudelius agebant; non quidem Chriſtianitatis titulo eos exagitantes, ſed potius (quod ſæpius dictum eſt) crimine majeſtatis, quod hoſtes eſſent Imperatoris. Equidem Tertullianus tum in Apologetico, tum etiam ad Scapulam ſcribens, totus pene in iis eſſe videtur, ut Chriſtianos eo carere crimine, atque erga Imperatorem fideles eſſe demonſtret; eamque in eos objicientes calumniam fortiſſime redarguit atque refellit.

(*a*) *Tertul. ad Scapul. c.4.*

VI. Tertullianus Carthaginem reverſus ſcribit ad Scapulam.

Porro idem Tertullianus hoc anno Roma Carthaginem rediens; quod ibi fecerat, ad Pontifices ſcribens Apologeticum pro fidei Chriſtianæ defenſione, illud ipſum Carthagine præſtitit ſcribens ad Scapulam Proconſulem libellum declamatorium potius quam ſupplicem, quo violentos illius impetus ſiſteret, ſævitiamque retunderet. Id quidem hoc anno factum eſſe, inde primum deducimus, quod conſtet libellum illum ante perſecutionem per Severum excitatam, fuiſſe conſcriptum. Nam in eo ejuſdem Imperatoris meminit, non ut perſecutoris, ſed potius ut Chriſtianorum fautoris. Perſecutionem vero ab eo excitatam fuiſſe anno ſequenti, omnes affirmant; quamobrem id minime accidere potuiſſe, poſt annum præſentem, ſatis liquet. Rurſum vero nec ſuperiori contingere valuiſſe; ex eo conſtat, quod eo anno ſub Conſulatu Claudii (ut dictum eſt) Saturninus agebat Proconſulem Africæ, non autem Scapula, de quo eſt ſermo. Cæterum ante ſuperiorem annum, agente Severo in Occidente, & de Chriſtianis bene merente, nullum auſum fuiſſe illis negotium faceſſere, ſatis ſuperius ejuſdem Tertulliani teſtificatione eſt declaratum. Ex his igitur multis neceſſariiſque aſſumptionibus ſatis colligi poteſt, hoc anno Tertullianum ad Scapulam eum dediſſe libellum, id quidem & Pamelius, vir eruditus, æque ſentit eo commentario quo Tertulliani vitam conſcripſit.

Quod

PAGIUS

num, ut plerique in literas tradunt, appellantes. Harum appellationum cauſa donativum militibus largiſſimum dedit, conceſſa omni præda oppidi Parthici. Inde in Syriam rediit victor, & Parthicum deferentibus ſibi Patribus triumphum, filio conceſſit, ut triumpharet, cui Senatus Judaicum triumphum decreverat. Deinde cum Antiochiam tranſiſſet, data virili toga filio majori, ſecum eum Conſulem deſignavit, & ſtatim in Syria Conſulatum inierunt, Kalendis nempe Januariis anni ducenteſimi ſecundi. Sed Spartianus Caracallæ nuncupationem Auguſteam cum Imperii ejus Cæſarei Quinquennalibus perperam confundit; imo a ſe ipſo manifeſte diſſentit, niſi eo in loco de Quinquennalibus Caracallæ ſermonem habeat, cum jam cap.14. ſcripſerit, Caracallam Romæ a patre dictum Auguſtum fuiſſe, eique Imperatoria inſignia decreta, ut jam ſupra explicavi. Natus erat Caracalla anno Chriſti centeſimo octogeſimo octavo die ſexta Aprilis. Dio enim lib.78. aſſerit, vixiſſe eum annos triginta novem, & Spartianus in Severo cap.6. teſtatur, Caracallam eodem die & natum & mortuum. Quare præſenti anno decimum tertium ætatis annum Caracalla abſolvit, & decimum quartum ingreſſus eſt, ideoque toga in Quinquennalibus & id genus feſtis Imperatorum filiis dari ſolita, ei maturata eſt. De more enim annum decimum quintum incipientibus ea eiſdem conceſſa. In Diſſert. Hypat. pag.222. ex Nummo Severi inſcripto *Trib. Pot.IX.* in poſtica, *Vota ſuſcepta X.* intuli, Severum duo Decennalia aliaque id genus feſta edidiſſe, alia deducta ab eo tempore, quo ab exercitu, vivente adhuc Didio Juliano, dictus eſt Imperator, alia ab eo, quo eidem ſucceſſit; ſed certum eſt, Severum unica Decennalia celebraſſe, meque nimis feſtinanter ſcribentem averſam illam Nummi partem ad aliam anticam pertinentem male conjunxiſſe; de quo monendus fuit Lector, ut errorem illum caveat.

IV. *Triumphus Judaicus Caracallæ.*

Quoad triumphum Judaicum, recte a Spartiano cum virili toga Caracallæ conceſſa copulatur. Quemadmodum enim in Quinquennalibus & id genus feſtis, filiis Principum toga data, ſic & triumphi acti, niſi conſulto ad eam pompam exhibendam Conſulatum ordinarium capeſſerent. Monterchius V. C. in Rarioribus maximi moduli Numiſmatis pag.49. Nummum Græcum Caracallæ producit in poſtica inſcriptum: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. B. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ideſt, *Perinthiorum bis Neocororum*. Cernitur Caracalla in quadrigis triumphalibus, altera manu ſceptrum, altera lauream geſtans: a tergo ſtat Victoria coronam in caput Imperatoris attollens. Currum antecedit pegma cum trophæo inter duos captivos, quod quibuſdam arcus triumphalis videri queat; ſed quod Monterchius credit unum eſſe ex ferculis ſeu feretris, quæ in pompa triumphali circumferri ſolebant. Eſt hoc itaque monumentum triumphi Antonini Caracallæ, quem ei permiſit Severus pater. Perinthii propter beneficia ab eo accepta hunc triumphum celebrarunt, & iterum facti Neocori ſtatuas erexerunt, atque Ludos ſacros Actios, Pythios in honorem Severi & Caracallæ celebratum iri decreverunt, ut liquet ex alio Nummo apud Monterchium pag.152. Porro Neocororum titulus ſolebat tribui præcipuis civitatibus, quæ curam gerebant ſacrarum pomparum & Ludorum ſolemnium, qui in honorem Imperatoris edebantur. Alioquin Neocori ſeu Æditui, qui templa & res ſacras curabant, dicebantur.

V. *Obitus Victoris PP.*

Victor Papa ad Deum migravit anno centeſimo nonageſimo ſeptimo. In Chronico enim Damaſi legitur: *Victor annis novem, menſibus duobus, diebus decem*.... cætera corroſa, ſed ex auctiori Chronico veterum Pontificum Conſules ſupplendi: *Sedit annos decem, menſes duos, dies decem. Fuit a Conſulatu Commodi V. & Glabrionis, uſque Laterano & Rufino*. Codex Palatinus annos etiam decem, menſes duos, dies decem Victori aſſignat, ſicut & Catalogus Nominum Apoſtolicorum, niſi quod loco *menſes duos*, habent *menſem I.* Quare Chronicon Damaſi, Codex Palatinus & Chronicon auctius veterum Pontificum errant quoad annos, menſes & dies: Codex vero *Nominum* Apoſtolicorum circa annos & dies, non vero circa menſem, quem dicit fuiſſe unicum, licet erret in

die

VII. Scapula quis fuerit.

Quod vero pertinet ad eumdem Scapulam Proconſulem hoc anno agentem in Africa; hunc illum exiſtimo Scapulam, cognomento Tertyllum, ad quem in provincia Præſidem extat reſcriptum divi Marci & Commodi Imperatorum (*a*). Eumdem namque eſſe, ex munere, proximo tempore, & nomine conjicere poſſe conceditur. Hic quippe Plautiani (ut dicemus) penes quem erat ſumma rerum, accepto mandato, ut in eos, qui majeſtatis crimine ſuſpecti eſſent, animadverteret; ea occaſione (ut Romæ acciderat) in Africa eodem nomine adverſus Chriſtianos perſecutionem movit. Cum autem ipſo ſui magiſtratus ingreſſu Mavilum Adrumeticum Chriſtianum hominem damnaſſet ad beſtias, mox quædam ſunt ſecuta immenſa prodigia; de quibus idem auctor hæc ſubdit (*b*): *Tibi quoque optamus admonitionem ſolam fuiſſe, quod cum Adrumeticum Mavilum ad beſtias damnaſſes, & ſtatim hæc vexatio ſubſecuta eſt.*

(*a*) *l. divus Marcus. ff. de offic. Præſid.*

(*b*) *Tertul. ad Scapul. c.3.*

VIII. Prodigia ob Martyrem cæſum.

Sed quænam fuerit illa vexatio, paulo ſuperius his verbis inſinuat, ac primum de anni præteriti cataclyſmo: *Ceterum & imbre anni præteriti, quid commeruerit genus humanum, apparuit, cataclyſmum ſcilicet, & retro fuiſſe propter incredulitates & iniquitates hominum. Et ignes qui ſupra mœnia Carthaginis proxime pependerunt per noctem, quid minati ſint, ſciunt qui viderunt. Et priſtina tonitrua quid ſonaverint, ſciunt qui obduruerunt. Omnia hæc ſigna ſunt imminentis iræ Dei, quam neceſſe eſt, quoquo modo poſſumus ut & annunciemus, & prædicemus, & deprecemur interim localem eſſe: univerſalem enim & ſupremam ſuo tempore ſentient, qui exempla ejus aliter interpretantur. Nam & Sol ille in conventu Uticenſi, extincto plene lumine, adeo portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati, poſitus in ſuo hypſomate & domicilio. Habetis aſtrologos.* Hæc ipſe.

IX. De Antichriſto & mundi interitu rumor.

Ex his itaque, puto, aliiſque ſignis, quæ immanis perſecutio toto Orbe edicto Severi mox conſecuta eſt, rumor ille apud Fideles omnes increbuit (quod tradit Euſebius (*c*) Antichriſtum appropinquaſſe, ac proinde mundi interitum brevi affore. Sed neque his deterritus Scapula adhuc perſequi ceſſavit; quod Tertullianus illis verbis declarat: *Et nunc ex eadem cauſa interpellatio ſanguinis.* Quod igitur ea potiſſimum cauſa, qua Romæ magiſtratus adverſus Chriſtianos ſævirent, Scapula Carthagine eos exagitabat, nimirum quod viderentur eſſe rebelles Imperatori; Tertullianus ad eum ſcribens, eamdem (ut fecerat in Apologetico) primo loco egregie confutat ac refellit. Porro quod mandatum (ut dictum eſt) a Plautiano de inſequendis Imperii perduellibus Scapula accepiſſet, Tertullianus (*d*) in hunc modum eum admonuit: *Potes & officio juriſdictionis tuæ fungi, & humanitatis meminiſſe, vel quia & vos ſub gladio eſtis. Quid enim amplius tibi mandatur, quam nocentes confeſſos damnare, negantes autem ad tormenta revocare? Videtis ergo quo modo ipſi vos contra mandata faciatis, ut confeſſos* (nempe ſe eſſe Chriſtianos) *negare cogatis. Adeo confitemini innocentes eſſe nos, quos damnare ſtatim ex confeſſione non vultis. Si autem contenditis ad elidendos nos, jam ergo innocentiam expugnatis.* Hæc ipſe.

(*c*) *Euſeb. lib.6. cap. 2.*

(*d*) *Tertul. ad Scapul. c.4.*

X. Præſides in Chriſtianos ſævi quid paſſi.

Ut autem eum a cæpto conſilio retrahat terrorem primo incutit; non eorum tantum quæ obveniſſent prodigiorum, ſed & exemplo aliorum Præſidum qui olim in Chriſtianos ſæviſſent, & valde graviter mulctati fuiſſent. Sed primum de malo quod ſub Hilariano olim Proconſule fuerat in Africa conſecutum, cum etiam in ſepulcrorum Chriſtianorum areas Ethnici

PAGIUS die emortuali, quem dicit fuiſſe *XX. Aprilis*, ſicuti & in Martyrologio Hieronymiano legitur. Verum, cum in Eleutheri obitu Victoris initium die XII. menſis Junii anni centeſimi octogeſimi quinti collocaverimus, liquet, Victorem ſediſſe annos duodecim, menſem unum, dies ſedecim, numeranda a die, quo ſedere cœpit, uſque ad diem, quo ſepultus eſt. In Martyrologio quidem Hieronymiano, & in Catalogo Nominum Apoſtolicorum Natale ejus legitur ad diem XX. menſis Aprilis, ſed ſtandum auctiori Chronico veterum Pontificum, in quo habetur: *Sepultus eſt juxta corpus B. Petri V. Kalend. Auguſti, & ceſſavit Epiſcopatus dies undecim.* Obiit itaque Victor die XXVIII. menſis Julii anni CXCVII. Verum, ut jam monui, per duo priora Eccleſiæ ſecula quot menſibus ac diebus ſupra annos Pontifices Romani ſederint, vix ſciri poteſt, numeris in Catalogis expreſſis fere ſemper corruptis, & duratione Interpontificii incerta. Victorem Papam Martyrem fuiſſe, quod tradit Baronius, nullus Antiquorum dixit.

V. *Victoris PP. Epiſtolæ.*

Duæ Victori Decretales attribuuntur, Viris eruditis ſuſpectæ. Prima eſt ad Theophilum, non Alexandriæ, ſed Cæſareæ Epiſcopum, ut primus error ſit in inſcriptione. Inchoat vero cum verbis Leonis primi Epiſtola 53. juxta veterem ordinem, habetque plura loca ex eodem Leone deſumta. Secunda Epiſtola eſt ad univerſos Africæ Epiſcopos, & iterum incipit cum verbis Leonis primi Epiſt.4. *Semper enim in æterno conſilio Dei, manſit humani generis*, &c. habetque locum Iſaiæ 24. ex verſione S. Hieronymi. Victori ſucceſſit Zephyrinus.

VII. *Liber Tertulliani ad Scapulam.*

A num.V. ad XV. Liber Tertulliani ad *Scapulam* Proconſulem Africæ ſcriptus, dum perſecutio adverſus Chriſtianos flagraret, & ea jam diu duraſſet. Nam *Vigellius Saturninus primus* in Africa *gladium in nos egit*, inquit Tertull. in eo libro cap.3. Hunc ſecutus eſt *Minucius Firmianus*, de quo mentio in Actis SS. Perpetuæ & Felicitatis. Minucium excepit *Hilarianus*, de quo ſermo eſt tam in Libro ad Scapulam, quam in lau-

(a) Tertul. ad Scapul. cap.3.

ci impetum feciſſent, hæc habet (a): *Doleamus neceſſe eſt, quod nulla civitas impune latura ſit ſanguinis noſtri effuſionem. Sicut & ſub Hilariano præſide, cum de areis ſepulturarum noſtrarum acclamaſſent: Areæ non ſint. Areæ ipſorum non fuerunt, meſſes enim ſuas non egerunt:* ac poſt nonnulla alibi relata, hæc de Præſidibus: *Poſſumus æque & exitus quorumdam Præſidum tibi exponere, qui in fine vitæ ſuæ recordati ſunt deliquiſſe, quod vexaſſent Chriſtianos. Vigellius Saturninus, qui primus hic gladium in nos egit, lumina amiſit. Claudius Herminianus in Cappadocia, cum indigne ferens uxorem ſuam ad hanc ſectam tranſiſſe, Chriſtianos crudeliter tractaſſet, ſoluſque in prætorio ſuo vaſtatus peſte, cum vivus vermibus ebuliſſet: Nemo ſciat, ajebat, ne ſpe gaudeant Chriſtiani. Poſtea cognito errore ſuo, quod tormentis quoſdam a propoſito ſuo excidere feciſſet, pene Chriſtianus deceſſit. Cæcilius Capella in illo exitu Byzantino, Chriſtiani gaudete, exclamavit. Sed & qui videntur ſibi impune tuliſſe, venient in diem divini judicii.*

XI. Rurſum vero multorum Præſidum, qui juſſi perſequi Chriſtianos diſſimulaſſent, ac mitius cum eis egiſſent, ſubdit, exempla, ſic dicens (b): *Quanti autem Præſides & conſtantiores & crudeliores diſſimulaverunt ab hujuſmodi cauſis? Ut Cincius Severus, qui Thiſtri ipſe dedit remedium quo modo reſponderent Chriſtiani ut dimitti poſſent. Ut Veſpronius Candidus, qui Chriſtianum quaſi tumultuoſum civibus ſuis ſatisfacere dimiſit. Ut Aſper qui modice vexatum hominem, & ſtatim dejectum, nec ſacrificium compulit facere; ante profeſſus inter Advocatos & Aſſeſſores, dolere ſe incidiſſe in hanc cauſam. Pudens etiam miſſum ad ſe Chriſtianum, in elogio concuſſione ejus intellecta, dimiſit, ſciſſo eodem elogio; ſine accuſatore negans ſe auditurum hominem, ſecundum mandatum.*

(b) Ibid. cap.4.

Præſides manſuetiores erga Chriſtianos.

XII. Chriſtianorum beneficia erga omnes.

Hæc omnia tibi & de Officio ſuggeri poſſunt, & ab eiſdem Advocatis, qui & ipſi beneficia habent Chriſtianorum, licet acclament quæ volunt: nam & cujuſdam Notarius, cum a Dæmone præcipitaretur liberatus eſt, & quorumdam propinquus, & puerulus. Et quanti honeſti viri (de vulgaribus enim non dicimus) aut a dæmoniis, aut valetudinibus remediati ſunt? Subdit mox de Severo Imperatore, qui a Chriſtiano homine oleo curatus eſſet, ſed de ea re nos ſuperius.

XIII. Demum admonet, ut ceſſet inquirere, quantum enim periculum foret, omnes, qui eſſent Carthagine, Chriſtianos velle perquirere, ac de iiſdem quæſtiones exercere, indicat his verbis (c): *Quid ipſa Carthago paſſura eſt decimanda a te, cum propinquos, cum contubernales ſuos illic unuſquiſque cognoverit, cum viderit illic fortaſſe & tui ordinis viros & matronas, & principales quaſque perſonas, & amicorum tuorum vel propinquos vel amicos? Parce Carthagini, ſi non tibi: parce provinciæ, quæ viſa intentione tua, obnoxia facta eſt concuſſionibus & militum & inimicorum ſuorum cujuſque:* Hæc idcirco, quod cum ſemel innotuiſſet Præſidem Chriſtianos perſequi, mox omnes Gentiles, effuſo agmine, in eos magno furore impetum facere, prædari, atque necare ſolerent. Cæterum haud extingui perſecutione Chriſtianam religionem, ſed ex ea fœcundo germine propagari potius, his ad calcem poſitis verbis declarat: *Nec tamen deficiat hæc ſecta, quam tunc magis ædificari ſcias, cum cædi videtur. Quiſque enim tantam tolerantiam ſpectans, ut aliquo ſcrupulo percuſſus, & inquirere accenditur quid ſit in cauſa: & ubi cognoverit veritatem & ipſe ſtatim ſequitur.* Hæc ipſe.

(c) Ibid. c. ult.

Quanto periculo Proconſul Chriſtianos exagitaret.

XIV. Porro hoc anno cœptam in Africa perſecutionem, quo hæc ſcribebat Tertullianus, certum eſt; nec amplius vivente Severo, quieviſſe nullum eſt dubium; nam ſe-

In aliis quoque Provinciis ſævitur in Chriſtianos.

PAGIUS laudatis Actis. Præter hos Tertullianus ibidem cap.4. meminit quatuor aliorum Proconſulum, qui ſæviente perſecutione in Africa fuerant, nempe *Cincii Severi*, *Veſpronii Candidi*, *Aſperi* & *Pudentis*. Quare *Scapula*, qui poſt illos Africam adminiſtravit, nonniſi ſub perſecutionis fine in eam Provinciam miſſus. Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis pag.110. exiſtimat, Librum ad Scapulam poſt mortem Caracallæ compoſitum fuiſſe, quod Tertullianus cap.4. poſtquam nominavit *Proculum* Chriſtianum Severo Imperatori charum, ait: *quem & Antoninus optime noverat, lacte Chriſtiano educatus*. Quæ verba neminem ſanæ mentis putat Scaliger de Antonino Caracalla vivente ſcribere Tertullianum potuiſſe. Poſſinus in Notis ad Paſſionem SS. Perpetuæ & Felicitatis, Scaligeri ſententiam laudat, additque, *Holſtenium* autumaſſe Librum ad *Scapulam* ſub *Macrino* ſcriptum, & a Macrino Clericos vexatos teſtari Sulpicium Severum, qui tamen de Maximino, non vero de Macrino loquitur. Sed, ut pateat, Viros doctiſſimos falli, Tertulliani locus integer hic recitandus: *Ipſe Severus pater Antonini Chriſtianorum memor fuit. Nam & Proculum Chriſtianum Euhodiæ Procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requiſivit, & in palatio ſuo habuit uſque ad mortem ejus: quem & Antoninus optime noverat lacte Chriſtiano educatus.* Ex quibus verbis liquet quidem, Proculum jam demortuum, quando Liber ad Scapulam publicatus eſt; ſed inde recte non inferri poſſe, Severum & Antoninum, qui eodem tempore regnarunt, e vivis tunc exceſſiſſe; id quidem recte de Severo dici poſſet, ſi Antoninus nonniſi poſt ejus mortem imperaſſet, ſed cum in conſortium Imperii adſcitus fuerit, exiſtimandum, Tertullianum utroque Imperatore adhuc vivente, hunc Librum in lucem emiſiſſe, idque ipſo fine Imperii Severiani. Ex his porro liquet, martyrium SS. *Perpetuæ* & *Felicitatis* anno CCIII. contigiſſe, anno ſe-

ſequenti anno promulgato ab ipſo Severo Imperatore in Chriſtianos edicto, ſævius ipſa furere cæpit. At quod hoc anno a Scapula Proconſule agi cæptum eſt; mandato addito, ab aliis quoque Africæ provinciæ Præſidibus eſt ſeverius actitatum. Idem enim Tertullianus (*a*), cum ſcriberet ad eum pro Chriſtianis libellum, de his quæ alii Præſides agere inciperent, tradit his verbis: *Nunc a Præſide Legionis, & a Præſide Mauritaniæ vexatur hoc nomen, ſed gladio tenus, ſicut a primordio mandatum eſt animadverti in hujuſmodi. Sed majora certamina, majora ſequuntur præmia; crudelitas veſtra, gloria eſt noſtra:* Hæc ibi. Sed quod dicit, A primordio hoc mandatum; certum eſt ex his quæ dicta ſunt, id non a Severo Imperatore, verum a Plautiano factum eſſe, liberas abſentia Principis nacto habenas Imperii: qui nomine læſæ majeſtatis tum Romæ, tum alibi immanem Chriſtianorum carnificinam exercuit. Hæc eadem autem perſecutione urgente (ſed quo potiſſimum anno, incertum eſt) idem Tertullianus ad martyres (*b*) in carcere conſtitutos egregiam orationem conſcripſit, qua inter multa hæc ibi etiam enumerat mortis genera, quibus Chriſtiani frequentius affici ſolerent, cum ait: *Timebit forſitan caro gladium gravem, & crucem excelſam, & rabiem beſtiarum, & ſummam ignium pænam, & omne carnificis ingenium in tormentis.* At de martyribus in Africa paſſis dicturi ſumus inferius opportuniori loco. Jam ad alia interea divertamus, quæ hoc eodem ferme tempore facta eſſe noſcuntur.

(*a*) *Tertul. ad Scapul. c.4. in fin.*

(*b*) *Tertul. ad Mart. c. 4.*

Mortis diverſa genera.

XV. De Symmachi interpretatione.

Severi ſiquidem temporibus factum eſt (licet annus certus deſcribi nec valeat) ut poſt Aquilam Ponticum atque Theodotionem Symmachus novam divinæ Scripturæ interpretationem ediderit; quam fuiſſe duplicem teſtatur S. Hieronymus (*c*), qui de eodem Symmacho ait, nequaquam interpretando reddidiſſe verbum ex verbo, ſed ſententias ex ſententiis, & ſenſum ex ſenſu. Fuiſſe Symmachum genere Samaritam, auctor eſt Epiphanius (*d*), qui de eo hæc ſcribit: *Hic ex numero ſapientum qui ſunt apud eos, cum non reperiſſet fidem apud propriam gentem, principatus ſtudio ægrotans, & contra propriam tribum indignatus, accedit ad Judæos, & fit proſelytus, ac circumciditur ſecunda circumciſione:* Quo modo autem id fieri ſoleat docet. Verum S. Hieronymus hunc fuiſſe ex Chriſtiano Ebionitam, ſæpe (*e*) teſtatur. Intulit hanc interpretationem ad communem Eccleſiæ utilitatem una cum aliis in ſua Hexapla Origenes, hancque poſt Aquilæ verſionem poſuit, ac poſt eam quæ erat Theodotionis. At de his alias agemus inferius.

(*c*) *Hieronym. in Hierem. c. 32.*

(*d*) *Epiph. de menſur. & ponderib.*

(*e*) *Hieron. in Apolog. adverſ. Ruff. præfat. in Eſdr. & in Job.*

XVI. Symmachiani & Patriciani hæretici.

Apud pleroſque antiquos auctores mentio habetur de Symmachianis hæreticis, non quod a Symmacho interprete deriventur (nam id quidem apud neminem teſtatum reperi) ſed quod fuerit germen Marcionis quidam Symmachus, a quo Symmachiani; prout ea quæ Philaſtrius (*f*) ſcribit ſignificare videntur; licet a Patricio quodam Symmachum inſtitutum fuiſſe tradat. De utroque enim hæc narrat, ac primum de Patricio in hæc verba: *Patriciani a Patricio quodam, qui fuit Romæ, dicti ſunt; hi carnem hominis non a Deo factam aſſerunt, ſed a diabolo arbitrantur. Hanc etiam contemnendam, & modis omnibus abjiciendam decernunt, ut etiam ultro quidam de eis ſibi mortem conferre non dubitarint. Symmachiani diſcipuli iſtius, * eadem ſentientes in omnibus, non ſperantes judicium, vitiis ſæcularibus & carnalibus concupiſcentiis prædicant ſerviendum.* Sed diverſi generis Symmachiani illi eſſe videntur, qui apud Ambroſium (*g*) ita deſcripti habentur: *Omnis credens in Chriſtum, & obſervans legem factorum, male intelligit Chriſtum; ſicut & Symmachiani, qui ex Phariſæis originem trahunt; qui ſervata omni lege, Chriſtianos ſe dicunt, more Photini Chriſtum non Deum & hominem, ſed hominem tantummodo definientes:* Hæc auctor, quibus demonſtrat, diverſos eſſe hos Symmachianos a prioribus, majoremque habere cum Symmacho interprete convenientiam.

(*f*) *Philaſtrius c. 63. 64.*

* *al.* contra

(*g*) *Apud Ambroſ. præfat. in epiſt. ad Gal.*

Du-

PAGIUS ſc. ſecundo perſecutionis. Secundo, *Dodvvellum* in Differt. XI. Cyprianica de Paucitate Martyrum, ubi arbitratur, perſecutionem Severi brevem fuiſſe, hallucinari: cum tot Proconſules, ea durante, in Africa fuerint. Liber Tertulliani *ad Martyras* compoſitus Carthagine graſſante perſecutione, ſicut & Liber *de Teſtimonio Animæ*. In 2. cap. Lib. ad Martyras legitur: *Judicia denique non Proconſulis, ſed Dei ſuſtinet mundus.* Quare tunc Chriſtiani vexabantur. Tertullianus cap.3. Libri ad Scapulam ait: *Nam & Sol illo in Conventu Uticenſi extincto pene lumine adeo portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati poſitus in ſuo hypſomate & domicilio.* Obſervavit *Antonius Lalovera*, die undecimo Aprilis anni CCII. novilunium eclipticum Uticæ in Africa, ut videre eſt apud Poſſinum laudatum. Verum Tertullianus non de hac eclipſi Solari, ſi tamen bene computata, ſed de aliqua alia intelligendus.

VIII. *Symmachus floret.*

Ad num.XV. & ſeq. Auctor Chronici Alex. ſub ſequentis anni Conſulibus ſcribit, illis temporibus *Symmachum* tertiam edidiſſe Scripturæ Sacræ interpretationem.

JESU CHRISTI ANNUS 204.	ZEPHYRINI PAP. ANNUS 2.	SEVERI IMP. ANNUS 10.

I. (*a*) *Spartian. in Severo.* Edictum promulgatur de perſecutione. (*b*) *Euſebius in Chron. & lib.6. cap. 2.* (*c*) *Hieron. in Script. Eccl. in Orig. cap. 54.* (*d*) *Tertullian. in comment. de Jejun. cap.13.*

DUcenteſimoquarto Chriſti anno Severus Auguſtus, cum adhuc eſſet (ut teſtatur Spartianus *a*) in Syria, tertium iniit Conſulatum, collegamque habuit Antoninum filium Auguſtum; quando de perſecutione Chriſtianorum promulgavit edictum, Judæoſque circumcidi prohibuit. Id quidem Spartianus paucis narrat his verbis: *In Syria pater & filius Conſulatum inierunt. Poſt hæc, dato ſtipendio cumulatiôre militibus, Alexandriam petiit. In itinere Palæſtinis plurima jura fundavit. Judæos fieri ſub gravi pœna vetuit; idem etiam de Chriſtianis ſanxit.* Hæc Spartianus. Euſebius (*b*) etiam atque S. Hieronymus (*c*) hoc anno decimo Imperatoris Severi excitatam hanc communem omnibus perſecutionem affirmant. Vetitos per Severum atque Senatum Chriſtianorum conventus affirmare quoque videtur Tertullianus (*d*), dum hæc habet in commentario de jejuniis: *Niſi forte in Senatuſconſulta & in Principum mandata coitionibus oppoſita delinquimus.* Quintam hanc Oroſius (*e*) numerat, Severus (*f*) autem ſextam.

(*e*) *Oroſ. lib.7. cap. 17.* (*f*) *Sever. lib.2.*

II. Antichriſti putata adeſſe tempora.

Porro eo furore hæc perſecutio graſſari cœpit, ut jam omnes (quod dictum eſt) exiſtimarent, Antichriſti adventum appropinquaſſe. Quod quidem Euſebius (*g* dum agit de Juda horum temporum ſcriptore Eccleſiaſtico) narrat his verbis: *Eodem tempore Judas alius ſcriptor in ſeptuaginta hebdomadas a Daniele deſcriptas commentarios edidit, inque illis temporum ordinem ad decimum annum Imperii Severi tradidit: qui etiam ſcriptor, propterea quod perſecutionis tumultus contra nos excitatus multorum mentes tam graviter perturbaret, Antichriſti adventum, omnium ore atque ſermone jactatum, jam tum appropinquare arbitratus eſt.* Moviſſe quoque videtur ſtomachum Severo ad perſecutionem Fidelium excitandam, quod intelligeret, nobiliſſimam omnium Ægypti præfecturam Auguſtalem adminiſtrantem Phi-

(*g*) *Euſeb. lib.6. cap. 6.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5695.

SÆC. III. Anno Urbis 955. Olymp. 245. an.2. A. C.202.

☉ 15. C. ☽ 13. P.28. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 202. *ſecund. Baronium* 204.

ZEPHYRINI PAPÆ 6.

SEVERI IMP. 10. CARACALLÆ IMP. 5.

I. *Conſules.*

[1] ANum.I. ad VIII. Coſſ. *L. Septimius Severus Aug.III. & Aurelius Antoninus Caracalla Aug.* Sumtus hic ab utroque Imperatore Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam, propter nempe Severi Decennalia, & Imperii Auguſtei Caracallæ Quinquennalia; utraque tamen in annum ſequentem dilata, quod ſaltem de Severo negari non poteſt, ut tunc videbimus.

II. *Perſecutio adverſus Chriſtianos.*

Perſecutionem Severianam quamplurimos Martyres feciſſe, oſtendit Euſebius lib.6. cap.1. qui ait: *Cum Severus perſecutionem adverſus Eccleſias excitaſſet, per omnes quidem ubique locorum Eccleſias ab Athletis pro pietate certantibus, illuſtria ſunt confecta martyria. Præcipue tamen Alexandriæ increbuerunt,* &c. Tum capite ſequenti inquit: *Severo annum Imperii decimum agente, cum perſecutionis ardentiſſimum flagraret incendium; atque innumerabiles martyrio coronarentur, Origenis animum adhuc admodum pueri tanta cupido occupavit martyrii, ut ſe periculis ipſis objiceret.* Dodvvellus in Diſſert. Cyprianica XI. de Paucitate Martyrum num.XLI. & ſequent. perperam dicit, poſt VIII. Idus Apriles hujus Chriſti anni ortam eſſe perſecutionem, quod ab eo

---

NOTÆ [1] COſſ. *L. Septimius Severus Aug. III. & Aurelius Antoninus Caracalla Aug.* Adde *Antonino* prænomen *Marci*. Inſcriptiones plures ex Grutero & aliis collegit, & protulit ad hunc annum Relandus in Faſtis. Unam tantum adferam ex Gruterianis pag. CCC. 1.

IMP. L. SEPTIMIO. SEVERO. PIO.
PERTINACE. AUG. III. ET
M. AURELIO. ANTONINO. AUG. COS.
P. R. C. A. DCCCCLIIII.

Aliam ex Fabretto pag.130. n.61. ſubjicio:

DEDICAVERUNT
VII. KAL. OCTOB. DUOB. AUGG.
SEVERO. III. ET ANTONINO
PIO. COS.

Adde aliam in ædibus Capitolinis n.72. in qua:

IMP. CAES. L. SEPT. SEVERO
PERTIN. AUG. N. III. ET. IMP.
M. AURELIO. ANTONINO. AUG. FIL.
COS.

In

Philippum jam Chriſtianum redditum eſſe. Hic erat Eugeniæ pater, de qua ſuperius facta eſt mentio ex Actis ejuſdem Eugeniæ, quæ a majoribus fuiſſe recepta docuimus; licet aliqua illis acceſſerint, quæ corrigenda eſſe alias diximus. Ad hunc enim, qui jam Chriſtianus & Chriſtianorum ſtudioſiſſimus erat a Severo Imperatore miſſa legitur epiſtola in hæc verba.

III. Litteræ Severi ad Philippum. *Qui nos quidem præceſſit diviniſſimus Auguſtus, cum te ſciret cultorem deorum, & honoris eorum ſtudioſiſſimum, ipſe quoque magnum tibi præbuit magiſtratum, & tamquam Regem potius, quam Præfectum elegit Præſidem Ægypti, nec te, quamdiu vixit ab eo juſſit revocari magiſtratu, ſed cum vitæ tempore tibi eſſe demenſum. Nos autem tibi & hunc honorem conſecravimus* *, *& non paucos alios adjecimus: ſed hæc quam diu fuiſti diis amicus. Quoniam vero nunc de te jactatum eſt in vulgus, quod in religione deorum ſis mutatus, & proinde nec nobis bene velis jubemus, ut aut inſiſtendo prioribus, in honore permaneas; aut ſi deorum cultum repudiaveris, ceſſes etiam gerere magiſtratum, quin etiam facultatum ſubeas ablationem.* Hucuſque Severus ad Philippum.

* *al.* conſervavimus.

IV. Ægypti præfectura qualis. Haud adeo mirum videri debet, tam diu Philippum in ejus muneris functione perſeveraſſe; cum enim ea maximi omnium momenti eſſet Auguſtalis dicta præfectura quam veluti Romani Imperii obſidem ſibi Auguſtus ſervaverat, nec quempiam Senatorum ad eam mitti debere ſanciverat, ſed ex equeſtri ordine aliquem virum optimum, qui nullas umquam principatus amore turbas ciere poſſet; nactus ſemel quempiam fideliſſimum virum, ea præfectura dignum, Imperator haud facile dimovebat, quod paci & ſecuritati Romani Imperii id expedire potiſſimum ſciret, cum Ægyptii eſſent omnium ſtudioſiſſimi novarum rerum, atque leviſſimi animi ad concitandas turbas & rebellandum. Sed hæc Dio pluribus (*a*). Quod autem ea epiſtola Severus dicat: *Te tamquam Regem potius quam Præfectum, elegit Ægypti Præſidem*, illud plane comprobat, quod in hæc verba ſcribit Tacitus (*b*): *Ægyptum jam inde a divo Auguſto equites Romani obtinent loco Regum. Ita viſum expedire* pro-

(*a*) *Dio hiſt. Rom. lib.*51.

(*b*) *Tacit. lib.*17.

PAGIVS

eo die Imperii ſui natali Tribunitiam Pot.X. inierit Severus: nam, ut in hoc Opere oſtendo, perſecutiones annis Decennalibus & id genus feſtis addictis a quocumque die vel menſe indiſcriminatim inchoatæ, quemadmodum & toto illorum annorum decurſu urbes conſtructæ, templa ædificata dedicataque, & quæ ad Principis gloriam conferre cenſerentur, peracta. Immerito etiam ibidem a Viro doctiſſimo dictum: *Nec ſane tantam fuiſſe, quantam innuit Euſebius Martyrum multitudinem, ex ipſa Euſebii Hiſtoria facile colligimus. Nec enim multos ille recenſuit, nec vero admodum multos ſignificat a ſe eſſe prætermiſſos.* Nam Catalogum Chriſtianorum in hac perſecutione pro Chriſti Fide occiſorum, texere non debuit Euſebius, ſed quod ſui muneris erat, diligenter executus eſt, diſerte docens, *innumerabiles* martyrio coronatos fuiſſe, nominatimque proferens athletas, qui in majori numero ac exiſtimatione habebantur. Gregorius Turonenſis lib. 1. Hiſt. cap.29. de S. Irenæo Lugdunenſi Epiſcopo, qui in perſecutione Severiana martyrium fecit, loquens ait: *Veniente perſecutione, talia ibidem* (ſc. Lugduni) *diabolus bella per Tyrannum exercuit, & tanta ibi multitudo Chriſtianorum ob confeſſionem Dominici nominis eſt jugulata, ut per plateas flumina currerent de ſanguine Chriſtiano: quorum nec numerum nec nomina colligere potuimus. Dominus enim eos in libro vitæ conſcripſit. Beatum Irenæum diverſis in ſua carnifex præſentia pœnis affectum, Chriſto Domino per martyrium dedicavit. Poſt hunc & quadraginta octo Martyres paſſi ſunt, ex quibus primum fuiſſe legimus Vetium Epagatum.*

III. Nec eſt quod dicat Dodvvellus, Gregorium non eſſe Auctorem coævum ac ſupparem. Is enim An-

NOTÆ In tubo plumbeo inter ſelectas Jo. Vignolii inſcriptiones, pag.315.

IMP. CAES. L. SEP. SEVERO. PIO. PERTIN.
AUG. N. III. ET. IMP. M. AURELIO
ANTONINO. AUG. III. COS.

Nota numeralis conſulatus *Caracallæ* redundans eſt, cujus loco littera N. ſubſtituenda. Antiquæ inſcriptiones Etruriæ P. I. pag.132.

SEVERO. III. COS.

Demum ara votiva *Herculi invicto* pro ſalute Imperatorum *L. Septimii Severi*, & *M. Aurelii Antonini*, detecta ad Lateranum, ac edita & illuſtrata A. D. 1733. a Rudolphino Venuto, in cujus latere hæc leguntur:

DEDIK. IDIB. SEPT.
SEVERO. III. ET. ANTONINO. AUGG.
NN. COS.

Spartianus in Severo cap.XVI. *Deinde quum Antiochiam tranſiſſet, data virili toga filio majori, ſecum eum conſulem deſignavit, & ſtatim in Syria conſulatum inierunt.* Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Severo III. & Antonino.*

provinciam aditu difficilem, annona fœcundam, ſuperſtitione ac laſcivia diſcordem, & nobilem, & inſciam legum, ignaram magiſtratuum domi retinere. Hæc ille. Sed de Auguſtali Ægypti præfectura in Notationibus (*a*) ad Romanum Martyrologium pluribus actum eſt.

(*a*) *Rom. Martyrolog. die 20. Octobr.*

V. Severus igitur haud æquo animo ferre potuit, Chriſtianum hominem tam inſignem, tantique ponderis gerere magiſtratum, qui nutu poſſet univerſum Imperium commovere; nec putavit in reliquo poſſe Imperatori fidelem eſſe, qui deorum Romanorum deſertor eſſet effectus. Quod ergo ſic Ægypti Præfectus a cultu patrio ad Chriſtianos defeciſſet, totamque rurſus Ægyptum ejuſdem religionis hominibus refertiſſimam ſciret; ne in amovendo eum a magiſtratu aliquis tumultus oriretur, ipſum cum filiis in Ægyptum profectionem inſtituiſſe putamus; licet aliam cauſam, nempe viſendi Ægyptum, prætexuiſſe viſus eſſet, de qua ſic Spartianus (*b*): *Jucundam ſibi peregrinationem hanc propter religionem dei Serapidis, & propter novitatem animalium vel locorum fuiſſe Severus ipſe poſtea ſemper oſtendit.* Porro ut ſibi Ægyptiorum conciliaret animos, auctor eſt Dio (*c*) conceſſiſſe Severum, ut non amplius equitem Romanum, ſed Senatorem Præfectum Auguſtalem haberent Ægyptii. Sed & Antoninus Auguſtus, Severi filius (ut idem auctor tradit) eoſdem Ægyptios inter Romanos Senatores allegit. At de Philippo Auguſtali præfecto jam cœptam proſequamur hiſtoriam.

Severus proficiſcitur in Ægyptum.

(*b*) *Spartian. in Severo.*

(*c*) *Dio hiſtor. Rom. lib. 51.*

VI. His illum ab Imperatore acceptis litteris morbum ſimulaſſe, tradunt Acta: cum ſic decumbens, ſecreto quæ ſupererant ſibi facultates erogavit in pauperes, ad martyrium eo modo præparans ſibi viam. Ex quibus quid ad Severum ipſe reſcripſerit, de cultu Chriſtianorum ſectando immota animi ſui ſententia, facile eſt conjectari: cum Severus e veſtigio, qui illi ſuccederet, Terentium miſerit. Sed quod Lætum Euſebius (*d*) nominat, idem fortaſſe Terentius Lætus dictus eſt. Hic cum Alexandriam perveniſſet, nihil antiquius habuit (puto ex Severi voluntate) quam ut Philippo necem inferret; quod cum minus libere exſequi ſibi liceret, ob populi in eum ſtudia; clanculum rem aggreſſus, miſſis domum ſicariis ſic occidit. Sed ne Philippi cædes in invidiam novi Præſidis redundaret (ut compoſita res erat) idem Præſes ſicarios detruſit in carcerem; quos demum, populi ſedato tumultu, ex Severi reſcripto libere abire juſſit. Claudia autem ejus uxor orbata viro, una cum Eugenia filia ac ceteris liberis Alexandria recedens, Romam regreſſa eſt. Hic finis Philippi, cujus dies anniverſaria Idibus Septembris in Eccleſiaſticis antiquis (*e*) tabulis deſcripta eſt.

Lætus ſucceſſor Philippi.

(*d*) *Euſeb. lib. 6. c. 2.*

Philippi martyrium.

(*e*) *Martyrolog. Rom. ea die.*

VII. Sed in Actis illud corrigendum, quod dicitur, factum fuiſſe Epiſcopum Alexandrinum. De eodem quoque hallucinati ſunt (*f*), qui putarunt hunc eumdem fuiſſe cum Philippo Imperatore. Quod vero Euſebius, de martyribus in Ægypto paſſis agens, nullam de Philippi hujus martyrio mentionem habuerit; inde fortaſſe accidit, quod eum necis ipſius cauſa præteriit; quod enim a ſicariis clam occiſus eſſet, nec publica aliqua, quæ ſciretur, Chriſtiani nominis confeſſio præceſſiſ-

(*f*) *Cedren. in Maximino.*

Quæ corrigenda in actis de Philippo.

PAGIUS Antiquitates Eccleſiæ Lugdunenſis perſpectas habebat, per aliquod tempus ea in urbe moratus cum Nicetio Epiſcopo Lugdunenſi avunculo ſuo, Actaque Martyrum quæ ad nos non pervenerunt, viderat. Quod ſi Dodvvellus ſolis Scriptoribus coævis aut ſupparibus ſtare velit, neque Gregorium, neque alios Auctores qui res ante ſua tempora geſtas deſcripſere, teſtes adhibere debet. Cui eum ſe ſe legi non aſtricturum exiſtimo. Sed, ut argumentum Dodvvelli ab Euſebii ſilentio petitum magis evertatur, obſervandum cum Florentinio in Admonitionibus præviis ad Martyrologium Hieronymianum admonit. 3. falli Viros doctos, qui exiſtimarunt, *Euſebium* nihil aliud de Martyribus ſcripſiſſe, quam quod in ejus Hiſtoria proſtat. Nam Collectionem de Martyribus ſejunctim ab Hiſtoria compoſuiſſe manifeſte liquet, tum ex lib. 4. cap. 14. ubi de *S. Pionio* lectorem plura cupientem ad proprium Opus de Veterum Martyriis relegat; tum lib. 5. cap. 20. ubi de *Apollonio* Senatore agit. Petierat a Gregorio Magno Eulogius Alexandrinus, *cunctorum Martyrum geſta, quæ pia memoria Conſtantini temporibus, ab Euſebio Cæſarienſi collecta erant*: Sed S. Pontifex reſpondit, extare tantum Romæ Codicem, *in quo nomen, locus & dies paſſionis* indicaretur. Volumen itaque & quidem amplum, Euſebius de Martyribus elucubrarat. Vide plura hac de re apud Florentinium citatum. Quid mirum itaque ſi paucos in Hiſtoria Euſebius Martyres memoret, cum peculiare Opus de illis compoſuiſſet?

IV. Hiſtoria Euſebii ex Chronico Alex. lucem accipit. In eo ſub Conſulatu Caracallæ Aug. II. & Getæ Cæſaris anno ducenteſimo quinto geſto dicitur: *Horum Conſulatu Severus Alexandriam ingreſſus Chriſtianos perſequi cœpit; ex quibus multi ab Alexandria & Ægypto Auguſtamnica Thebaidem uſque, pro Chriſto caſi occubuere.* Ubi quæ ſub primo Caracallæ Conſulatu, præſenti nempe anno, contigere, ad ſecundum ejus Conſulatum perperam revocantur. Ex Herodiano enim, Dione, & Spartiano liquet, Severum ex Oriente anno ſequenti reducem, illuc amplius non rediiſſe. Præterea Spartianus in Severo cap. 17. ubi dixit, Severum cum Caracalla filio in Syria Conſulatum iniiſſe, præſenti videlicet anno, ſubdit: *Poſt hoc dato ſtipendio cumulatiore militibus, Alexandriam petiit. In itinere Palæſtinis plurima jura fundavit. Judæos fieri ſub gravi pœna vetuit. Idem etiam de Chriſtianis ſanxit.* Eo igitur tempore, quæ Auctor Chronici Alexandrini narrat, perpetrata ſunt. Euſebius in Hiſtoria, poſtquam paucis verbis perſecutionis initium inſinuavit, fuſe & de induſtria differit de iis, quæ Alexandriæ acta: Auctor vero Chronici Alex. loquitur tantum

Perſecutio Alexandria graviſſima fuit.

ſiſſet ; ab eo prætermiſſus eſſe videri poteſt: cum alioqui permulta majoris quoque momenti ab eo (ut in ſingulis fere annis videre eſt) eſſe ſilentio prætermiſſa, nullum ſit dubium.

VIII. Sed quæ ipſe de iis quæ tunc acciderunt in Ægypto, ſcriptis memoriæ prodiderit, hic opportune reddamus: *Poſtquam* (*a*) inquit, *Severus acerbam & gravem contra Eccleſias perſecutionis tempeſtatem excitaverat, tametſi a Chriſti athletis viriliter propietate certantibus ubique pæne gentium præclara martyrii & inſignia certamina conficiebantur; tamen Alexandria multo maxima eorum frequentia & multitudine omnino abundavit. Ex Ægypto enim & univerſa Thebaide egregii præ cæteris Chriſti pugiles delecti, eo tamquam ad maximum & celeberrimum ſtadium, in quo pro Dei amore ſtrenue decertarent, amandabantur, qui quidem ob patientiſſimam tolerantiam, quam in variis tormentorum & mortis generibus oſtendebant, coronis cæleſtibus & floſculis plane eximiis contextis a Deo benigne redimiti ſunt. In quorum numero fuit Leonides, Origenis pater; qui capite tandem abſciſſo, filium tum admodum adoleſcentem poſt ſe orbum reliquit:* Hæc de Leonide Euſebius, qui & apud Suidam (*b*) Epiſcopus fuiſſe legitur. Quid vero ad eum, cum ob Chriſti confeſſionem detineretur in carcere, ſcripſerit Origenes, hortans eum ad ſubeundum martyrium, agereque conſtantiſſime; & qualis ac quantus ejuſdem adhuc adoleſcentuli fuerit martyrii ſuſcipiendi ardor accenſus, uſque adeo ut vix a matre multis artibus potuerit cohiberi; idem Euſebius (*c*) deſcribit his verbis, ab ipſo auſpicatus perſecutionis exordio.

(*a*) *Euſeb. lib.6. cap.* 1.

De Martyribus Ægyptiis.

De Leonide martyre.

(*b*) *Suid. in ver. Orig.* 2.

(*c*) *Euſeb. lib.6. cap.* 2. 3.

IX. Origenis pueritia.

Ea quidem certe, quæ ab ipſis (ut dicitur) incunabulis ab Origene geſta ſunt, videntur digna, quæ poſterorum memoriæ commendentur. Nam cum Severus jam decimum Imperii ſui annum ageret, & Lætus Alexandriæ & reliquæ Ægypti præfecturam obtineret, & Demetrius nuper tum poſt Julianum ibidem Eccleſiarum Epiſcopatum adeptus fuiſſet, & perſecutionis ardor quotidie magis magiſque incenderetur, & fere infiniti coronis decorarentur martyrii; tantus amor, tantaque martyrii cupiditas animum Origenis, cum adhuc valde tenera eſſet ætate, occupavit, ut prope ſe ultro offerret periculis, & alacri ac propenſo ſtudio in certamen inſiliret, irrueretque. Ac jam parum aberat, quin per martyrium vitam deſeruiſſet; niſi mater, divina quadam & cæleſti providentia, quæ illum ad maximam plurimorum utilitatem ſervabat incolumem, impulſa, enixe ejus cupiditati ad necem adeo incitate percurrenti obſtitiſſet. Ipſa enim verbis primum ſupplex orabat, ut materni erga ſe amoris miſericordiam caperet. Ubi autem eum, cum jam intelligeret patrem prehenſum carcere cuſtodiri, cupidius ad mortem properantem animadverteret (toto enim impetu & animi conatu tum ad martyrium ferebatur) omni ejus veſtitu clam ablato, & in interiores quoſdam ædium receſſus abdito, domi eum manere neceſſario coegit. Iſte autem, cum ardens illa præter ætatem ad martyrium propenſio magis magiſque inflammaretur, adeo ut quieſcere non poſſet, ad patrem, ubi aliud nihil agere liceret, litteras, quibus eum ad martyrium impelleret, miſit; in quibus eum his fere vocibus adhortatus eſt: Obfirma te pater, martyrium fortiter ſuſtine, nec aliud quicquam noſtra cauſa molire. Hæc Euſebius, qui & de paterno olim ſtudio in reprehendendo puerum magna ingenii vi ſe pennis Icariis in ſublime nimium efferentem, ac de aliis quæ ad ejus puerilem educationem & ſcientiarum diſciplinam ſpectant, hæc ſubdit:

Origenis deſiderium ſubeundi martyrium.

X. Origenis primordia eruditionis.

Omnium autem ante liberalium artium & politioris doctrinæ ſtudium, eum ſacris litteris inſtituendum exercendumque tradidit; ac ſententias aliquot, quas ei cum ad verbum ediſcendas, tum memoriter coram ipſo recitandas præſcripſerat, ab illo in dies ſingulos exegit. Iſtud vero munus non animo invito puer obiit; immo vero attentiſſimo ſtudio ſuas in eo defixit cogitationes, adeo ut non ſatis ei videretur, ſimplices, apertos, & tamquam in proclivi poſitos ſacrarum litterarum ſenſus eruere, ſed aliquid altius per-

PAGIUS tum de perſecutione Alexandrinorum, quam ideo præſenti anno cœptam ſcribit, quando nempe Severus in eam urbem ingreſſus eſt. Quare certum videtur, Auctorem Chronici Alex. ſicut Severi Alexandriam ingreſſum, & Alexandrinorum perſecutionem cum anno Chriſti CCV. male copulavit; ſic anno præcedenti perperam ſcripſiſſe, Chriſtianos vexatos fuiſſe. Euſebius lib.6. cap.7. loquens de Juda Scriptore Chriſtiano, qui ſub Severo vixit, hæc habet: *Eodem tempore alius quoque Scriptor Judas de ſeptuaginta apud Danielem ſeptimanis diſſerens, ad decimum uſque annum Imperii Severi ſupputationem perducit. Qui etiam decantatum illum Antichriſti adventum jam tum imminere exiſtimabat. Adeo commota tunc adverſus noſtros perſecutio multorum animos vehementer conturbaverat.*

V. *Martyrium S. Leonidis.*

Ad num.VIII. & ſeqq. Ex dictis liquet, S. Leonidem Origenis patrem, currenti anno martyrium ſubiiſſe, idque *X. Kal. Maias*, ut in variis Martyrologiis ab Henſchenio & Papebrocio in ejus Vita die XXII. laudatis, legitur. Male tamen ab utroque ſcriptum, Leonidis martyrium, quod Alexandriæ contigit, ad annum ducenteſimum circiter quartum revocandum, quæ Mariani Scoti ſententia fuit. Nam in Chronologia Origeniana ab Euſebio minime diſcedendum.

VI. *Origenis ætas.*

Euſebius lib.6. cap.2. de Origene ait: *Patre martyrii coronam adepto, ipſe cum matre & parvulis fratribus, numero ſex, orbus relictus eſt,* *annum*

veſtigare, & jam in ea ætate interiores & magis reconditas intelligentias curioſe elicere voluerit; uſque eo, uti patri nonnihil negotii faceſſeret, dum accurate ſciſcitabatur, quid hæc vel illa Scripturæ divinitus inſpirata ſententia vellet indicare. Unde pater, quamquam ſpecie & vultu illum coram reprehendere præſetulit, admonens ne quid ſupra ætatis ſuæ captum, neque ulterius quam apertus Scripturæ ſenſus ferebat, indagaret; tamen animus illius tacitus apud ſe explebatur jucundiſſima voluptate, & maximas Deo omnium bonorum auctori agebat gratias, quod fuiſſet pro ſua clementia & bonitate dignatus, eum talis filii patrem efficere. Jam vero puero dormienti illum ſæpenumero adſtitiſſe, ejuſque pectus ſtragulis denudaſſe ferunt; atque illud, perinde ac ſi ſacer Dei ſpiritus eidem ipſum ſibi tamquam templum conſecraſſet auguſte & cum reverentia oſculatum eſſe; ſeque pro tali prole beatum & felicem exiſtimaſſe. At cujus ætatis Origenes eſſet cum orbatus eſt parente, hoc ſcilicet anno, idem mox ſic

(a) *Euſeb. l. 6. c. 3.* ſubdit (*a*): *Origenes cum vix adhuc decimumſeptimum ætatis ſuæ annum compleviſſet poſt patris martyrium una cum matre & aliis ſex fratribus minoribus natu orbus relictus fuit*: Hæc de Leonide & Origene Euſebius. Cætera autem, quæ tum de Origene, tum de ejuſdem diſcipulis in Ægypto martyrium paſſis idem auctor conſcripſit, opportunius ſequenti anno enarrabimus.

XI. At non gladio tantum, ſed & lingua ipſi Gentiles, qui erant Alexandriæ, Fideles perſequebantur: jactantes nimirum, Chriſtianos eſſe genus hominum non ſolum cæteris diis, ſed ſuo ipſorum Deo, quem colunt, inviſos; quippe, qui velit ſuos tot tantaque pati, nec eis morientibus ſuppetias ferat, & alia ejuſmodi: ad-

(b) *Clem. Alex. Strom. lib. 4.*

Clemens Alex. pro Chriſtianis agit.

verſus quos hæc Clemens (*b*), qui his temporibus docebat Alexandriæ: *At (inquiunt) ſi Deus veſtri curam gerit; cur patimini perſecutionem, & morte afficimini? An ipſe vos eis tradit? Nos autem non ſic exiſtimamus velle Dominum, ut in caſus incidamus; ſed prophetice prædixiſſe ea quæ eſſent eventura: fore ſcilicet ut propter nomen ejus pateremur perſecutionem; ut occideremur, ut ſuſpenderemur. Quamobrem noluit nos pati perſecutionem, ſed ea quæ paſſuri ſumus, prius ſignificavit, per eam quod ſint ventura prædictionem, exercens ad tollerantiam, qui promiſit hæreditatem. Quamquam non ſoli, ſed cum multis ſupplicio afficimur. At illi (inquiunt) cum ſint malefici jure luunt pœnas. Ergo vel inviti nobis juſtitiam ſuo teſtimonio tribuunt, qui injuſte propter juſtitiam punimur:* Et paulo poſt: *Quamvis autem non faciamus injuriam, tanquam tamen injuriam facientes non intuetur judex. Neque enim noſtra novit, neque vult ſcire; quodam enim inani præoccupato, abripitur præjudicio; quocirca etiam judicatur. Nos ergo perſequuntur, non ut qui nos eſſe injuſtos deprehenderint, ſed quod nos vitæ humanæ injuriam facere exiſtiment, eo quod ſimus Chriſtiani; & ipſos, inquam, qui ſic vitam inſtituimus, & alios, quos adhortamur, ut vitam degant ſimilem. Cur autem (inquiunt) cum vos perſequuntur, nihil vobis affertur auxilii? Quid enim (quod ad nos quidem attinent) nobis fit injuriæ, cum morte diſſolvamur ituri ad Dominum, & veluti ætatis vitæ ſuſtinentes mutationem? Si autem ſapuerimus, eis gratias habebimus, qui præbuerint occaſionem celeris migrationis, teſtimonium feramus propter dilectionem*: Hæc & alia Clemens; qui his temporibus haud ſegniter laboravit, ſed ad Gentes ſcripſit luculentam orationem, qua de falſitate deorum Gentium accuratiſſime diſputavit; ac demum, ut ad Chriſtum venirent, omnes vehementer hortatus eſt.

XII. Reſcriptum Severi Romam miſſum adverſus Chriſtianos.

Cum autem generale adverſus Chriſtianos Severus edictum promulgaſſet, ſpeciale etiam reſcriptum dedit Romam, quo juſſit, ut Urbanam gerens præfecturam cognoſceret de illicitis collegiis, nempe de Chriſtianis conventibus, ne cogi ea ſineret. Partem enim ejuſmodi Severi reſcripti Ulpianus (*c*) his verbis recitat: *Divus Severus reſcripſit, eos etiam qui illicitum collegium coiſſe dicantur, apud Præfectum Urbi accuſandos.* Cætera autem quæ ad Severi perſecutionem ſpectant, dicemus inferius annis ſingulis, rationi ſemper temporum ex inſtituto inſervientes.

(c) *l. 1. in fin. ff. de offic. Præf. Urb.*

Chri-

PAGIUS *annum agens ætatis ſeptimum decimum*. Quare cum Leonides anno currenti martyrium fecerit, & Origenes ſeptuageſimo ætatis anno obierit, liquet, hunc anno centeſimo octogeſimo quarto in lucem prodiiſſe, præſenti anno decimum ſeptimum ætatis jam abſolviſſe, annoque ducenteſimo quinquageſimo tertio e vivis exceſſiſſe; cum Euſebius, qui in iis, quæ Origenem ſpectant, accuratiſſimus eſt, teſtetur, hunc paulo antequam Gallus & Voluſianus interficerentur, quod anno CCLIII. accidit, ex hac vita migraſſe. Vir clariſſimus Daniel Huetius, qui magno labore Origenis Vitam & Opera explicavit, ideo Origenem anno CLXXXV. natum ſcribit, quia mortem ejus in annum CCLIV. confert. Verum Galli & Voluſiani interitus ab anno CCLIII. minime removendus; annique ſeptuaginta, quos Euſebius Origeni tribuit, incompleti intelligendi. Valeſius in Animadverſionibus Euſebianis Origenis natale cum anno Chriſti CLXXXII. non bene illigavit; ſic enim Leonides occiſus non eſſet Origene XVII. ætatis annum agente; nec Origenes paulo ante mortem Galli & Voluſiani e vivis exceſſiſſet; quod tamen in dubium revocari non debet. Quare Euſebius citatus negligit menſes aliquot quibus Origenes ſupra annos XVII. moriente patre natus erat.

JESU CHRISTI ANNUS 205. | ZEPHYRINI PAP. ANNUS 3. | SEVERI IMP. ANNUS 11.

I. Conſulatus ſuffecti numerari cœpti.

CHriſti anno ducenteſimo quinto, Plautianus Sillanus ſecundum & Geta Cæſar creati ſunt Conſules. Quo anno primum a Severo factum eſt, ut Conſulatus ſuffecti cum ordinariis numerarentur; ſicque ea ratione Plautianus, qui ſuffectum egerat Conſulatum, hoc anno creatus Conſul ordinarius, ſecundum Conſul poſitus ſit. Quod quidem Dio (*a*) in Romanorum hiſtoria teſtatur his verbis: *Octavius tametſi antea Conſularibus ornamentis decoratus fuerat; non tamen factus Conſul, ſuum Conſulatum ſecundum nuncupavit. Idque in ſimili re ab omnibus deinceps uſque ad noſtra tempora ſervatum eſt. Primus enim omnium Severus Imperator cum Plautiano honores Conſulares tribuiſſet, cumque deinde in Senatum adſcriptum, eum Conſulem poſtea faceret, iterum Conſulem eſſe dixit; idque exemplum alii deinde ſecuti ſunt*: Hæc Dio: quæ a nobis idcirco poſita ſunt, quod horum ignoratione multæ poſſunt in Faſtis Conſularibus ſuboriri difficultates.

(a) Dio l. 46.

II. Severus triumphat de Parthis.

Quibus ſane Conſulibus Severus Imperator una cum filiis ex Ægypto Romam rediens, de Parthis aliiſque debellatis nationibus ampliſſimum triumphum dixit: erogatiſque in milites Prætorianos & populum tot aureis, quot imperaſſet annis, nempe decem, Decennalia ſui Imperii celebravit; hoc quippe anno explevit decennium, atque undecimum auſpicatus eſt annum: hæc Herodianus (*b*) atque Dio (*c*). At nec de Severo illud omittendum; hoc ipſo anno, quo ejus poteſtas Tribunitia ſecundum annos Imperii habetur undecies repetita, ipſi arcum ejus triumphi ex Senatuſconſulto fuiſſe erectum; inſuper ab eo Pantheon, quod Trajani tempore ictum fulmine conflagrarat, in priſtinum ſplendorem reſtitutum: quæ omnia inſcriptiones in ipſis horum operum frontibus inciſæ teſtantur: quas, ut per-

(b) Herod. l. 3.
(c) Dio in Severo.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5696.

SÆC.III. Anno Urbis 956. Olymp. 245. an. 3. A.C. 203.

☉ 16. B. ☽ 14. P. 17. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 203. *ſecund. Baronium* 205.

ZEPHYRINI PAPÆ 7.

SEVERI IMP. 11. CARACALLÆ IMP. 6.

I. *Conſules, & Decennalia Severi Imp.*

[1] AD Num. I. & ſeq. Coſſ. *L. Fulvius Plautianus, & P. Septimius Geta*. Card Noriſius in literis ad me datis obſervat, Onuphrium in Faſtis cognomen *Silani* male Plautiano attribuere, uti & Septimii nomen. Plautianus enim L. Fulvius Plautianus dicendus, ut liquet ex Spartiano in Severo cap. 6. uti legitur, *Plautianum ad occupandos Nigri liberos miſit* Severus. Idem vero Hiſtoricus in Peſcennio Nigro cap. 6. eamdem rem recitans, ait: *Severus Heraclium ad obtinendam Bithyniam miſit: Fulvium autem ad occupandos adultos Nigri filios*, ubi *Fulvium* vocat, quem in Vita Severi *Plautianum* appellarat, quam ſententiam Card. eruditiſſimus magis confirmavit, poſtquam a Toinardo Viro clariſſimo Nummum e Gaza Regia deſcriptum accepit, in quo *Plautilla* Auguſta, Plautiani filia in antica parte dicitur, ΦΟΥΛΒΙΑ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ CEB. id eſt, *Fulvia Plautilla Auguſta*. Plautianus itaque Plautillæ pater e Fulviis, non vero e Septimiis oriundus, ut docte deducit Card. Noriſius, tam ex præcedenti, quam ex multis aliis Nummis Græcis Plautillæ, qui in Cimelio Regio aſſervantur. Geta Plautiani Collega, non Geta Cæſar Severi filius, ut exiſtimavit Baronius, qui & Plautianum perperam Silanum vocavit, ſed Geta Severi Imperatoris frater, ut certo conſtat ex duobus Getæ Cæſaris Nummis apud Mediobarbum, in quibus is dicitur PONTIF. TR. P. IIII. Cos.

NOTÆ [1] COſſ. *L. Fulvius Plautianus, & P. Septimius Geta*. Relandus *Plautianum II.* conſulem ſtatuit. Vide Fontaninum de antiquitatibus Hortæ, lib. I. cap. III. pag. 49. Faſti Idatiani: *Plautiano II. & Geta*. Vindebonenſes: *Plautiano & Geta*. Proſperi Chronicon: *Geta & Plautiano*.

Septimius Geta, Plautiani collega, eſt Septimii Severi *frater*, non filius, qua de re præter Pagium, Noriſius etiam in Epochis Syro-Maced. Diſſert. V. cap. III. & alii. Joſephus Scaliger epiſt. CLXXVI. miſſam ſibi a M. Velſero fuiſſe inſcriptionem narrat, in qua *Geta iterum, & Plautianus iterum* conſules legebantur. Putavit Scaliger, hujuſmodi lapidem cum Faſtis pugnare, ac in eo deſignari aut *Antoninum II. & Getam II. aut Getam I. & Plautianum I.* conſules. Velſerus huic ſententiæ non acquievit, datiſque ad Scaligerum litteris *prid. id Maias* A. D. 1608. inter Velſerianas epiſtolas num. XLVI. faſſus eſt, ſe lapidi ſuo favere, qui *Septimium Getam II. & Plautianum II. Conſules* præferebat. Inſcriptio hæc, de qua Velſerus, edita eſt a Matthia Friderico Beckio in monumentis antiquis operis Velſeriani pag. 47. eamque exſtare monet in ædibus Peutingerianis. In fine hujus inſcriptionis legitur:

D. D. D. VII. KAL. SEPT.
GETA. II.
PLAUTIANO. II. COS.

Cenſet ibidem Beckius, hoc monumentum in rebus Auguſtæ Vindelicorum a Velſero prætermiſſum

perſpicuas omnibus, & deſcriptas a plurimis, atque typis excuſas, hic deſcribere, otioſum putamus.

III. Interim vero perſecutio ſemel cœpta, nequaquam ceſſavit; ſed cum Romæ, tum alibi Præſides provinciarum de Chriſtianis exercebant carnificinam. Ponitur ab Euſebio (*a*) hoc anno illuſtris confeſſio Alexandri, illius nimirum qui poſtea vivente Narciſſo (ut dictum eſt) adſcitus eſt in ſedem Hieroſolymitanam. Quod item ad eamdem perſecutionem ſpectare videtur, mira quædam de Origene narrat Euſebius; nimirum qui anno præterito, quo pater ejus Leonides martyrio coronatus eſt, relictus eſſet (ut vidimus) annum agens decimumſeptimum, hoc anno, ſuæ videlicet ætatis decimooctavo publice profiteri cœpiſſe divinas litteras, atque adeo feliciter, ut complures ex ſuis diſcipulis promoverit ad martyrium. Rurſum (*b*) de ipſo ſcribit, ob proſcriptionem bonorum paternorum egentem relictum, a locupletiſſima Chriſtiana muliere domi exceptum fuiſſe. Magnamque inſuper ſibi ex eo comparaſſe laudem ait, quod prudentiſſime vitaret hæreticos; neceſſitateque etiam tunc compulſum, ac ardentiſſimo veritatis æſtuantem zelo, ad docendum aperuiſſe ludum.

(*a*) Euſeb. in Chronic.

Origenes docet Alexandriæ.

(*b*) Euſeb. lib.6. c.3.

IV. Nam *cum* (inquit Euſebius *c*) *nemo jam Alexandriæ reliquus eſſet, qui ad populum in fidei principiis inſtituendum operam daret (omnes enim doctos terror & perſecutionis minæ prorſus abegerant) nonnulli ex Gentibus Dei verbum audituri ad eum commeabant; quorum Plutarchum primum fuiſſe fertur, qui vita honeſte & præclare tranſacta, mortem per beatum martyrium inſigniter & glorioſe oppetiit; ſecundum vero Heraclam germanum Plutarchi, qui cum præclarum vitæ, divinæ ſapientiæ ſtudio addictæ, & exercitationis piæ ſpecimen apud illum dediſſet, poſt Demetrium Alexandriæ Epiſcopatu donatus eſt. Origenes decimumoctavum ſuæ ætatis annum jam agebat, cum ſcholæ Chriſtianæ inſtitutionis præficiebatur: quo in munere exequendo, dum perſecutionum violentia, Aquila Alexandriæ præfecturam gerente, vehementer ingraveſcebat, permagnas ſane fecit progreſſiones. Quo quidem tempore etiam propter incredibilem humanitatem erga omnes ſanctos martyres tum igno-*

(*c*) Euſeb. l.5. c.3.

Origenis Diſcipuli.

PAGIUS Cos. II. Des. III. P. P. Cum enim Geta Cæſar anno CCV. & anno CCVIII. Conſulatum ordinarium geſſerit, anno CCXII. quo a Caracalla fratre occiſus, non Conſul II. deſignatus III. ſed Conſul III. deſignatus IIII. in iis Nummis diceretur. Decennalia Imperator Severus dedit, ut liquet ex Nummo hujus Imperatoris apud Mediobarbum, in cujus poſtica legitur: Vot. Susc. Dec. P. M. Tr. P.XI. Cos. III. P. P. Cernitur figura velata coram ara ſacrificans. Tribunitiam Pot.XI. hoc anno *Idibus Aprilis* iniit Severus. Quare tempore legitimo ea Decennalia celebrata, licet Conſulatus iiſdem deſtinatus, anno præcedenti geſtus fuerit. Vides interim *Plautianum*, qui omnia apud Severum poterat & Getam hujus fratrem, annum aperuiſſe, quia, ut ſæpe dixi, annis hujuſmodi ſolenniis addictis, viri illuſtriores Conſules procedebant, quando Imperatores Conſulatum non ſuſcipiebant.

II. Caracallam Imperii Auguſtei, & Getam Imperii Cæſarei Quinquennalia ediđiſſe exiſtimo, quod de utroque inſinuare videtur Spartianus in Severo cap.14. ubi ait: *Getæ filio minori togam virilem dedit, majori Plautiani filiam matrimonio junxit*. Illud matrimonium præſenti anno peractum, ut ſuperius oſtendimus. Imperatores autem & eorum filii annis hujuſmodi feſtivitatibus dicatis uxores ducere ſoliti. Præterea Mediobarbus Nummum Caracallæ refert inſcriptum; Antoninus Pius Aug. Pont. Tr. P.VI. in poſtica, Indulgentia Augg. in Carth. S. C. id eſt, *indulgentia Auguſtorum in Carthaginem, Senatuſconſulto*. Viſitur Dea leone vecta, dextra ramum, ſiniſtra tympanum. Mediobarbus Cybelen interpretatur. Sed ea Dea cœleſtis, quæ Carthagine colebatur, ut ſuo loco dicetur. In Decennalibus & id genus feſtis indulgentia & liberalitas Auguſtorum de more elucebat. Parte alia Geta Cæſar libera toga indutus.

Quinquennalia Caracallæ & Getæ.

NOTÆ ſum fuiſſe, ac propterea putat, poſt ejus obitum erutum, aut aliunde in Peutingerianas ædes invectum. Ignoravit ſcilicet Beckius, Velſerum de hoc lapide non ſemel mentionem feciſſe in epiſtolis. Hinc ergo nos colligimus conſulatum *ſuffectum*, *aut honorarium* antea, tum a *Geta* Septimii *fratre*, tum a *Plautiano* geſtum deſignari, ſeu conſularia ornamenta pridem illis collata. Septimius Severus C. A. D. 197. *Getam* fratrem *extulit*, ex Spartiano in vita cap.XIV. Herodianus lib.III. cap.XI. *ſecundum* Plautiani *Conſulatum* commemorat. Dio vero lib.XLVI. pag.321. habet, *Severum* ſingulari exemplo, *quum Plautiano honores conſulares tribuiſſet, cumque in Senatum adſcriptum, conſulem faceret, iterum conſulem dixiſſe, idque exemplum alios ſecutos eſſe, quod antea ab ipſo Auguſto factum fuerat*. De Plautiano *iterum conſules*, ad *Prid. Idus April.* Ulpianus leg.II. in fine ad S. C. Tertull. Baronius A. D. 205. tum primum a Severo inſtitutum fuiſſe ſcripſit, ut conſulatus ſuffecti ordinariis numerarentur: ſed Noriſius in Diſſertatione de votis Decennalibus, cap.V. pag.98. oſtendit, id ante more receptum, ex Suetonio in Veſpaſiano, cap.IV. ubi *Domitianus* conſul XVII. ſcribitur, in quorum conſulatuum numerum *ſex* ſuffecti illius conſulatus veniunt. *Septimius Severus* Aug. Conſul ante imperium ſuffectus fuit cum *Apuleio* A. D.185. anno tamen *primo imperii*, ſcilicet A. D. 194. Cos. II. ſignatur. Ibidem Noriſius notat, *Plautianum* conſulem ſuffectum non fuiſſe, ſed accepiſſe ornamenta conſularia, quod perinde eſt, ex Tacit. Hiſtor. lib.I. ac *honorarium Conſulem* fieri. De *privatis*, qui poſt geſtum conſulatum ſuffectum, illum repeterent in conſulatibus ordinariis, vide Relandum in Faſtis pag.18. & 23. De *Cæſaribus* vero Pagium in Diſſert. Hypatica cap.I. pag.7. & 14.

ignotos tum notos declaratam, & propenſum de illis benemerendi ſtudium, inſignem cum primis & celebrem nominis ſplendorem apud omnes, qui fidem Chriſtianam profitebantur, conſecutus eſt.

V. Origenis tempore perſecutionis officia.

Nam non ſolum iis, cum eſſent in vinculis, & ad poſtremam de illis pronunciatam a judice ſententiam reſponderent, uſque præſto fuit; verum etiam poſtea, cum ſancti illi ad necem abducerentur, magna libertate loquendi uſus eſt, & ſe libenti animo periculis objecit; uſque adeo, ut cum jam audacter & fidenti animo adventaret, & ingenue ac libere oſculo charitatis ſæpe ſanctos ſalutaret martyres, parum abeſſet quin Gentilium multitudo, quæ undique circumſiſtebat, tamquam ardentibus furiarum tædis exagitata, lapidibus eum concidiſſet; niſi dexteram divinæ gratiæ ſubito ſibi adjutricem adeptus, mire & præter omnium opinionem aufugiſſet. Quin etiam propter ejus alacre ac valde promptum ſtudium, propterque ſermonis libertatem in verbo Chriſti divulgando declaratam iterum atque iterum; immo vix, aut ne vix quidem dici poterit, quoties eadem divina & cæleſtis gratia illum multorum inſidiis appetitum liberaverit. Atque ab infidelibus ob multitudinem illorum qui ſacræ fidei præceptis ab eo eſſent inſtituti, tanta tamque crudelis pugna erat contra ipſum ſuſcepta, uti milites deligerent, qui clandeſtina coitione facta, ei in domo in qua morabatur, inſidias collocarent. Sicque quotidie perſecutionis æſtus propter frequentiam eorum, qui ejus labore atque induſtria ad divinam & cæleſtem doctrinam aditum ſibi patefactum habuiſſent, contra eum efferveſcebat; ut tota civitas Alexandriæ non amplius illum tenere tuerique potuerit; ſed ubique vexatus exagitatuſque domicilium ſubinde mutare cogeretur. Nec mirum ſane eum tantam hominum frequentiam ad fidem convertiſſe, cum vitæ ſuæ actiones & officia valde admirabilia ſinceriſſimæ & maxime ingenuæ ſapientiæ documenta complecterentur. Nam (ut in proverbio) qualis ejus fuit oratio, tales fuere & mores; & quales mores, talis fuit & oratio. Hæc Euſebius.

VI. Origenis latebræ. (a) *Pallad. in Lauſiac. c.* 51.

Quod vero idem dicat, Origenem hujus perſecutionis tempore interdum aufugiſſe, de ſuis latebris, ipſemet Origenes citatur aſſertor. Recitat enim locum illum ſincere Palladius (*a*), dum ait: *Quædam iterum virgo, nomine Juliana, in Cæſarienſi Cappadociæ civitate ſcolaſticiſſima eſſe & fideliſſima dicebatur; quæ Origenem illum, qui multa conſcripſit, Paganorum ſeditiones metuendo fugientem per biennium totum ſuſcepit atque celavit, propriis ei ſumptibus neceſſaria cuncta ſufficiens, ac miniſterio ſuo eumdem recreans. Quæ ergo in vetuſtiſſimo quodam codice ſcripta verſibus legi, in hoc notatum erat Origenis ipſius manu: Hunc (inquit) librum inveni apud virginem quamdam, nomine Julianam, in Cæſarea civitate, dum apud ipſam laterem; quæ illum ab ipſo Simmacho interprete Judæorum ſe accepiſſe referebat.* Hæc Origenes apud Palladium in Lauſiacis. Quæ certe non ad alia tempora quam ad Severi perſecutionis ſunt referenda; nam longe ante Maximini vel Decii perſecutionem libri illi Symmachi reperti erant. Sed de acceptis a Iuliana Symmachi interpretatione, ejuſdem Origenis quoque teſtificatione idem tradit Euſebius (*b*). Pergit vero dicere & alia plura de ejus eruditione, & inſtitutæ vitæ ratione. Ac denique de ejus diſcipulis, qui ſunt martyrium conſecuti, hæc (*c*) ſubdit:

(*b*) *Euſeb. l.6. c.*14. *in fin.* (*c*) *Euſeb. l.6. c.*14.

VII. De Plutarcho atque Sereno & aliis Martyribus.

Origenes igitur cum talia vitæ ex ſapientiæ præceptis divinitus inſtitutæ exempla, his qui ad ipſum obſervandum oculos adjiciebant, propoſuiſſet: merito quidem complures ex diſcipulis ad ſimile vitæ genus libenter amplexandum provocavit; ut jam etiam ex infidelium numero viri non plebeji, ſed præſtantes cum in omni genere litterarum; tum in philoſophia vel maxime ad ejus diſciplinam cupide raperentur. Qui quidem cum ejus ſedulitate fidem & certam in verbo Dei perſuaſionem interiore mentis ſuæ receſſu ingenue ſincereque hauſiſſent, in illo perſecutionis tempore præclare ſe admodum & conſtanter geſſerunt: unde multi eorum capti, beato martyrio finem vivendi glorioſe fecerunt. Ex quorum numero ille primus erat paulo ante nominatus Plutarchus: quo ad mortem abducto, parum aberat, quin iſte, de quo ſermo inſtituitur, Origenes, dum illi in extremo jam vitæ ſuæ exitu adeſſet, a Plutarchi civibus (quippe qui cauſam mortis Plutarchi in eum transferebant) jam denuo interfectus fuiſſet. Cæterum perſpicax Dei providentia illum etiam eo tempore e periculo eripuit. Poſt Plutarchum ſecundus ex Origenis diſcipulis martyr fuit Serenus: cujus in Chriſtum fides, quam animo imbiberat, ignis incendio ſatis explorate

rate

PAGIUS

tus. Quare ſicut Caracalla anno, quo Imperii Cæſarei Quinquennalia edidit, togam accepit; ita & Geta Cæſar Quinquennalia cum toga virili copulaſſe videtur. Natus erat Geta anno Chriſti centeſimo octogeſimo nono, idque *ſexto Kalend. Junias*, ut habet Spartianus in Geta cap.3. ideoque currenti anno decimum quintum ætatis annum, quo filiis Imperatorum toga virilis dari ſolita, ingreſſus eſt. Quanta magnificentia hæc Decennalia exhibita fuerint, deſcribit Dio, qui aderat, lib.76. hincque quæ in aliorum Imperatorum Decennalibus & id genus feſtis fierent, conjicere poſſumus.

III. *Conſulatus honorarii numerari cœpti.*

Dio lib. 46. ait: *Primus omnium Severus Imperator, cum Plautiano honores Conſulares tribuiſſet, eumque deinde in Senatum adſcriptum, Conſulem*

ſulem

rate probata fuit. Heraclides tertius martyr, & quartus Heron, ex eadem ſchola profecti: quorum uterque, prior dum adhuc catechumenus erat, poſterior autem nuper jam baptizatus ſecuri percuſſus fuit. Præterea ex eodem ludo alius a primo Serenus quintus athleta pro pietatis defenſione, quam ſuſceperat, pleno ore laudatur: cui poſt ingentem tormentorum perpeſſionem, fama eſt, caput cervicibus abſciſſum eſſe.

VIII. De Potamiaena & ſociis Martyribus.

Ex mulierum numero, quæ erant ejus diſciplina inſtitutæ, Rhais adhuc catechumena baptiſmum (ut ipſe Origenes quodam loco ait) per ignem conſecuta, exceſſit e vita. Septimus inter iſtos numeratur Baſilides, qui Potamiænam, multorum commendatione inſignem, ad ſupplicium deduxit; de qua frequens & celebris ſermo apud cives ſuos jam habetur; utpote quæ cum infinitas prope pugnas pro corporis pudicitia & virginitate, qua præ cæteris excellebat, contra inſanos amatorum ſuorum impetus (in ea enim præter animi virtutes eximia præterea & integra corporis pulchritudo mira cum venuſtate elucebat) conſtanter ſuſtinuit; tum multiplices & graves ærumnas pro fide Chriſti amore exhauriens, ad extremum poſt tormenta acerba dictuque horrenda, una cum matre Marcella, ignis incendio abſumpta, mortem oppetiit. Ferunt quidem Aquilam (hoc enim judicis nomen fuit) poſtquam plagas univerſo illius corpori graves inflixiſſet, tandem ad corporis ignominiam & contumeliam libidinoſiſſimis gladiatoribus illam ſe traditurum, interminatum: illam autem pauliſper intra ſe meditatam, cum rogaretur quid ſentiret, ejuſmodi reſponſum dediſſe, unde viſa eſt illis aliquid impietatis (ſic enim putabatur) manifeſto elocuta. Atque e veſtigio poſt definitivam de ea latam ſententiam, Baſilides unus ex ſatellitibus eam acceptam ad locum ſupplicii deducit. Simulatque autem multitudo ei moleſtiam faceſſere, & verborum petulantia inſectari conabatur; hic eos, qui contumeliam ei faciebant, repulſos coercuit, & maximam clementiam ſummamque humanitatem in eam declaravit. Illa vero hominem pro illius erga ſe commiſeratione vehementer amplexata, bono animo eſſe hortatur: nam ait ſe, ſimulac abiret e vita, a Domino ſuo veniam & gratiam pro eo efflagitaturam, & non diu poſt ejus in ſe merita juſta remuneratione compenſaturam.

IX. Dirum Martyrium Potamiaenæ.

Hæc cum dixiſſet, pice ferventi per varia & diverſa corporis membra ab imis pedibus uſque ad capitis verticem ſenſim ac pedetentim diffuſa, generoſo atque excelſo animo migravit e vita. Tale certamen ab hac percelebri & glorioſa virgine confectum fuit. Non longo temporis intervallo interpoſito, Baſilides, cum ſatellites ſocii ſui certa de cauſa jusjurandum ab eo exigerent, aſſeveranter affirmat, omnino ſibi non licere jurare; Chriſtianum enim ſe eſſe, & hoc ſe propalam fateri. Puto equidem exactum ab eo jusjurandum more Gentium: Jura per Herculem, vel quempiam alium deorum; ex quo ſibi jurare non licere, ipſe reſponderit: *At illi* (inquit) *primo eum etiamnum jocari putabant. Verum ubi illud conſtanter aſſerit, abducitur ad judicem; & coram illo intentionem confeſſus, in vincula conjicitur. Cumque fratres in Domino ad eum adventarent, cauſamque repentinæ & admirabilis hujus mutationis ſciſcitarentur, fertur reſpondiſſe: Potamiaenam triduo poſt martyrium noctu ei aſſiſtentem, coronam ipſius capiti impoſuiſſe dixiſſeque, ſe pro eo gratiam a Domino poſtulaſſe, poſtulatam obtinuiſſe; & Dominum, non longo tempore poſt, eum ad ſuam gloriam recepturum. Poſt illa, ubi fratres ſigillum in Domino ei impertiverant, poſtero die ſecuri percuſſus, præclara martyrii corona donatus eſt. Alii item complures Alexandriæ, iiſdem temporibus, utpote quibus Potamiaena ſecundum quietem apparuiſſet, eoſque fuiſſet impenſe ad Dei verbum amplexandum exhortata, frequentes ad fidem Chriſti acceſſiſſe commemorantur.* Hæc de martyribus Alexandriæ ſub Severo paſſis Euſebius.

X. Ad id autem quod de Baſilide carnifice ait per viſum admonito, facto Chriſtiano atque martyre, alludere videtur Origenes (*a*), cum agens contra Celſum hæc ait: *Irrideat licet Celſus quod dicetur, aut introductus ab eo Judæus; dicetur tamen, multos pæne invitos attractos eſſe ad Chriſtianam religionem, ſpiritu quodam repente mutante intellectum eorum, ut pro verbo exoſo ad id temporis non cunctarentur mortem oppetere, poſt viſiones oblatas ipſis vel dormientibus, vel vigilantibus. Multa enim talia vidimus; quæ ſi memorarentur dumtaxat geſta in noſtra præſentia, cachinnum tollerent infideles, rati nos quoque, ſicut illos, de quibus male ſuſpicantur, fingere. Teſtis autem eſt Deus noſtræ*

(*a*) *Orig. contra Celſ. l.* 1.

Multi pæne inviti redditi Chriſtiani.

PAGIUS *ſulem faceret, iterum Conſulem eſſe dixit. Idque exemplum alii deinde ſecuti ſunt.* Hæc novitas horum Decennalium effectus. Sed cum Baronius Conſules ſuffectos, ab his qui Conſularibus tantum ornamentis decorati fuerant, non diſtingueret, exiſtimavit uſque ad currentem annum Conſules ſuffectos in Faſtis numeratos non fuiſſe; quo pacto Faſtos Conſulares non ſemel perturbavit. Itaque Conſulatus ſuffecti ante hunc annum computati, nihilque novi nunc inductum, niſi ut Conſules honorarii, eadem, qua ſuffecti, prærogativa potirentur, iterumque Conſules dicerentur, ſi ad Conſulatum ordinarium eos evehi contingeret: quo privilegio jam ab Auguſto Conſules ſuffecti gaudebant.

IV. Herodianus lib. 3. cap. 10. de Severo Imp. loquens,

ſtræ conſcientiæ, conari me non falſis narratiunculis, ſed variis exemplis commendare Jeſu doctrinam: Hactenus Origenes.

XI. De fuga in perſecutione ineunda. Sed quod ab Euſebio dictum eſt, dum de Origenis ſcholæ inſtitutione ſermonem haberet, doctores Chriſtianos, qui publice divinas litteras Alexandriæ profiterentur, hac urgente perſecutione, ſibi ipſis fuga conſuluiſſe; illud haud præteriiſſe oportuit, diverſas eorum ſectas qui ſub Chriſtiana religione cenſerentur, de ſubeundo martyrio hoc perſecutionis tempore, diverſa iniiſſe conſilia. Qui enim legitimo germanoque Catholico nomine Chriſtiani dicebantur, vitam ſic inſtituerant, ut cum pro fide quam ſuſceperant, millies, ſi liceret, vitam profundere in voluntate haberent, tamen ex præſcripto Evangelii, latebris, vel fuga, juſta ratione, a furore perſequentium ſe ſubducerent; niſi Spiritus ſanctus privato quodam impulſu (ut de compluribus contigit) aliter faciendum eſſe iiſdem ſuaſiſſet. Nam & ipſe Origenes ex iis unus, in commentariis ſuis in Joannem (*a*), fugiendum eſſe perſecutionis tempora, tradit his verbis: *Hæc & his ſimilia ab eo ſcripta fuiſſe cenſeo, volente rem nos advertere, ne iracundius ac inconſideratius inſiliamus in certamen mortis pro veritate teſtimonium præbituri. Etenim honeſtum eſt quidem, ſi inciderit certamen pro confitendo Jeſu, confeſſionem non differre, neque tardare mortem pro veritate oppetere. At non minus quam hoc honeſtum eſt, tali tantæque tentationi occaſionem non dare, ſed omni modo vitare eam; non ſolum quia tantæ rei exitus incertus ſit nobis; verum etiam ne nos occaſio ſimus, ut magis peccatores magiſque impii evadant illi, qui nondum ſanguinem noſtrum quidem effudiſſe, rei facti ſunt; ſi, quæ in nobis ſunt facientes, declinaverimus eos, qui inſidias nobis ad mortem uſque moliuntur; ſed puniendi alioquin majori graviorique pœna noſtri cauſa, ſi noſtri amantes, rebus illorum poſthabitis, expoſuerimus nos interficiendos, nulla nos neceſſitate urgente. Nam ſi etiam qui alicui occaſio peccati factus fuerit, is pœnas dabit ob ea quæ ſui cauſa peccaverit aliquis; quomodo non etiam pœnas daturus eſt, qui cum declinandi facultatem habeat, ne proditor ille Chriſtiani ſit nominis, & inſidiator cultus divini erga Jeſum, non declinaverit, immo potius concitaverit?* Hæc Origenes.

(*a*) Orig. in Joan. c. 31.

XII. Doctrina Clementis de fuga commendatur. Qua ratione Clemens Alexandrinus, aliique præclariſſimi Chriſtianæ inſtitutionis doctores ibidem profitentes, haud turpiter hoc tempore fugam arripuiſſe dicendi ſunt. Ipſe enim Clemens hoc ipſo perſecutionis tempore (ut dictum eſt) Stromatum commentarios ſcribens, in eamdem cum Origene ſententiam hæc ait (*b*): *Cum autem Dominus dixerit* (*c*), *Quando vos perſecuti fuerint in hac civitate, fugite in aliam; non ſuadet fugere, tamquam malum ſit pati perſecutionem, nec ut mortem extimeſcentes jubet nos eam fuga declinare; vult autem nos nulli eſſe auctores, neque alicujus mali cauſæ adjutores, nec nobis ipſis, neque ei qui perſequitur, neque ei qui interimit; denunciat enim quodammodo, ut caveant. Qui autem non obedit, eſt audax, & temerarius, & inconſulte ſe in manifeſta pericula conjiciens. Si autem qui hominem Dei interimit, in Deum peccat; is quoque ejus cædis reus tenetur, qui ſe offert judicio. Is autem fuerit, qui non vitat perſecutionem, ſe capiendum præbens per audaciam. Is eſt, qui, quantum in ſe eſt, adjuvat improbitatem ejus qui perſequitur. Quod ſi etiam ipſe cauſam præbens, feram plane irritet; ſimiliter etiam ſi præbeat aliquam pugnæ cauſam, vel damni, vel judicii, vel inimicitiarum, is occaſionem peperit perſecutionis. Et ideo juſſi ſumus nihil retinere ex iis quæ ad hanc vitam pertinent; ſed ei qui tollit pallium, præterea etiam dare tunicam; non ſolum ut non permaneamus obnoxii ullis animi perturbationibus; ſed etiam ne ex vindicantes, eos, qui in judicio contendunt, in nos reddamus efferatos, & per nos eos commoveamus, ut nomen maledictis appetant:* Hæc Clemens, de ſua fuga quodammodo apologiam inſtituens.

(*b*) Clem. Alex. Strom. lib. 4.

(*c*) Matth. 10.

XIII. Marcionitæ cupidi Martyrii. At ne quis putet eum invide adoleſcentem carpere Origenem, ſeſe periculis interdum objicientem, inque medio eorum verſantem, atque alios mille modis ſe martyrio exponentes; ſed potius qui ſe eo nomine efferebant, Marcionitas hæreticos ſugillare voluiſſe, conſtat ex iis, quæ de iiſdem eodem libro ſic dixerat: *Dicimus autem nos quoque eos, qui de induſtria mortem quærunt (ſunt enim quidam non noſtri, ſed tantummodo nominis participes, qui quidem ſe ipſos magno ſtudio contendunt tradere, propter odium in Creatorem miſeri mortem cupientes) eos, inquam*

PAGIUS

Triumphus Severi & filiorum. quens, ait: *Ipſe interea rebus ad Orientem ſic geſtis, Romam revertebatur, filios jam puberes ſecum adducens Urbem dein triumphans invectus eſt.* Ex Nummis Severi & Caracallæ ab Andrea Morellio, Viro clariſſimo, in *Specimine univerſæ rei Nummariæ antiquæ* exhibitis, & inter ſe collatis, liquet, Severum præſenti anno Romam adventaſſe. In Nummo Severi legitur: SEVER. P. AUG. P. M. TR. P. X. COS. III. in poſtica: ADVENT. AUGG. Cernuntur tres figuræ decurrentes, Severus nempe in medio, qui a dextra habet Caracallam, a ſiniſtra Getam. Severus Idibus Aprilis anni ſuperioris Tribunitiam Pot. X. ſuſcepit, quæ præſenti anno adhuc in curſu fuit. Nummus Caracallæ inſcribitur. ANTONINUS PIUS AUG. PONT. TR. P. VII. in aver-

inquam, dicimus ſe ipſos prodere, abſque ullo martyrio & teſtificatione, etſi publice puniantur: fidelis enim teſtimonii non ſervant characterem, qui eum, qui vere Deus eſt, non cognovere: vanæ enim morti ſe ipſos tradunt, ſicut ſe temere in ignem injiciunt Indorum gymnoſophiſtæ: Hæc & alia Clemens; qui dum ait eos in odium Creatoris hoc facere, proculdubio Marcionitas hos fuiſſe declarat; qui duo principia aſtruentes, & qui mali eſt, ipſum fuiſſe omnium Creatorem, ideo corpus & alia ab eo creata deteſtarentur; atque ita eis, ut a malo principio provenientibus, poſſe carere, in optatis haberent.

XIV. Montaniſtæ cupidi gloriæ martyrii.

Quod vero quidam magnæ æſtimationis martyres inter Catholicos privato quodam impulſu divini Spiritus ſeſe ſponte martyrio obtuliſſent, eumdem ſibi Spiritum temere vendicantes quidam hæretici, ſeſe obtrudebant perſecutoribus. Erant hi hac ex parte Marcionitis cognati ex Montano provenientes hæretici, qui alia tamen ratione nefas ducerent perſecutionis tempore fugam captare, nec aliqua redemptione ſuæ ipſorum ſecuritati conſulere; cum alioqui ipſo hæreſis eorum exordio (ut dictum eſt auctore Miltiade *a*) nullus inter eos inventus ſit, qui vel levem fidei cauſa perſecutionem ſit paſſus; immo ex iis unus Themiſon nomine, qui tenebatur in vinculis, ingentem pecuniæ vim obtulerit, ut eam quam oppigneraſſet pro fide infamem vitam redimeret; quod ſuperius ex Apollonio (*b*) recitavimus. Quamobrem ea fortaſſe de cauſa, quod Catholici ſuam ipſorum exprobrare illis ſolerent inertiam, Pſeudoparacletus eos veluti œſtro percitos ad martyrium poſtea impulit.

(*a*) *Apud Euſeb. l. 5. c. 15.*
(*b*) *Apud eumdem l. 5. c. 17.*

XV. Porro inſanias Montaniſtarum de non fugiendo, nec ſecuritatem redimendo, Tertullianus in præceps ſemel infeliciter actus, edito de ea re commentario, validiſſime tutari conatus eſt; quo in primis eos taxat qui fugerent; ac ſubinde in eos, qui collata pecunia ſuam vexationem redimerent, invehitur acerbiſſime. Nam & in martyrem illum acuit dentem, qui ſæpius fugerat, atque periculum redemerat; ſed quod tandem martyrium conſummaſſet, recipit inter martyres, ſic dicens (*c*): *Si Deus voluerit, ipſe me proteget; hoc potius noſtrum eſt, ſtare ſub Dei arbitrio, quam fugere ſub noſtro. Rutilius ſanctiſſimus martyr, cum toties fugiſſet perſecutionem de loco in locum, etiam periculum (ut putabat) nummis redemiſſet, poſt totam ſecuritatem, quam ſibi proſpexerat, ex inopinato apprehenſus, & Præſidi oblatus, tormentis diſſipatus (credo pro fugæ caſtigatione) dehinc ignibus datus, paſſionem, quam vitarat, miſericordiæ Dei retulit. Quid aliud voluit Dominus nobis demonſtrare hoc documento, quam fugiendum non eſſe; quia nihil fuga proſit, ſi Deus nolit?* Hæc & alia ipſe impie admodum, Paracleto ſane Montani afflatus, effatur; ſicut (ut ſuperius dictum eſt) cum in Romanos Pontifices illud contumeliæ intorquet jaculum (*d*): *In pace leones, in prœlio cervos.* Cum etſi interdum fugerint; tamen (ut accidit de Rutilio) cum tenti ſunt, magnæ conſtantiæ in ſubeundo martyrio ſpecimen præclarum ediderint.

(*c*) *Tertul. de fuga, cap. 5.*
De Rutilio Martyre.
(*d*) *Tertul. de Coron. milit. cap. 1.*

XVI. De redimenda vexatione gentilium uſus.

Ex iis autem, quæ idem auctor in eodem commentario memoriæ prodidit, videtur plane hac urgente ſæviſſima perſecutione a Catholicis illud excogitatum fuiſſe inventum, ut non ſolum redemptione martyrii privatim quiſque ſibi conſuleret; ſed etiam ipſæ Chriſtianorum Eccleſiæ, ut quiete ſibi liceret agere, & conventus agere, pecuniarum certam ſummam, tamquam tributum quoddam, Principi penderent. In quas oblatrans Tertullianus (*e*), hæc inter alia: *Parum denique eſt, ſi unus aut alius ita eruitur. Maſſaliter totæ Eccleſiæ tributum ſibi irrogaverunt; neſcio, dolendum, an erubeſcendum ſit, cum in matricibus Beneficiariorum, & Curioſorum, inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones, Chriſtiani quoque vectigales continentur.* Idemque ſuperius hæc de redemptione martyrii haud ante hæc tempora in uſum recepta, ſed recenter excogitata, teſtatur (*f*) his verbis: *Tanta quotidie ærario augendo proſpiciuntur remedia cenſuum, vectigalium, collationum, ſtipendiorum; nec umquam uſque adhuc ex Chriſtianis tale aliquid proſpectum eſt, ſub aliquam redemptionem capitis & ſectæ redigendis, cum tantæ multitudinis nemini ignotæ fructus ingens meti poſſet.* Congerit multa, quibus hæc minus licere demonſtret.

(*e*) *Idem de fuga, cap. 13.*
(*f*) *Ibid. cap. 12.*

XVII. Verum quod ſpectat ad redemptionem martyrii; id agi licire in Eccleſia, uſurpatumque exemplo Jaſonis (*g*), & aliorum Apoſtoli Pauli diſcipulorum, conſtat, qui data pecunia ſe redemerunt. Id ipſum

(*g*) *Act. 17.*

PAGIUS averſa parte: ARCUS AUGG. S. C. Eſt arcus trium fornicum, qui hodieque Romæ viſitur, ſed adeo vetuſtate conſumtus, ut vix agnoſci poſſint effigies, inſcriptuſque eſt Severi & Caracallæ nominibus & titulis. Is Caracallæ Nummus præſenti anno percuſſus, & Tribunitia Pot. VII. ab anno centeſimo nonageſimo ſeptimo, quo Caracalla Imperator eſt deſtinatus, deducta. Quod cum non animadverteret Mediobarbus in præſtantiſſimo ſuo Opere de Numiſmatis Impp. pag. 287. eum anno ducenteſimo quarto illigavit. Cum itaque triumphalis ille arcus præſenti anno, quo Severus cum filiis triumphavit, erectus fuerit, illum Caracallæ Nummum eodem anno cuſum, minime dubitandum. Notandum etiam in Nummo Severi legi, ADVENT. AUGG. cum duplici

GG.

(a) Petr. Alex. can. 12. ipſum nempe teſtatur & S. Petrus (a) martyr Epiſcopus Alexandrinus, ſic dicens: *His enim qui pecuniam dederunt, ut ab omni improbitatis moleſtia omni ex parte remoti eſſent, crimen intendi non poteſt. Damnum enim & jacturam pecuniarum ſuſtinuerunt, ne ipſi animæ detrimento afficerentur, vel ipſam etiam perderent, quod alii propter turpe lucrum non fecerunt, cum Dominus dicat (b): Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? vel quam commutationem dabit homo pro anima ſua? & rurſum (c): Non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ. In his enim apparuerunt Deo ſervire, excuſſis, conculcatis, contemptiſque pecuniis; & in eo compleverunt, quod ſcriptum eſt: Pretium redemptionis animæ hominis, propriæ divitiæ. Nam in Actis Apoſtolorum legimus, eos, qui pro Paulo & Sila Theſſalonicæ trahebantur, datis multis pecuniis fuiſſe dimiſſos. Poſtquam enim ipſos propter nomen multum oneraſſent, & multitudinem magiſtratuſque perturbaſſent: ab Jaſone (d), inquit, & reliquis ſatiſdatione accepta, eos dimiſerunt. Fratres autem noctu protinus Paulum & Silam miſerunt in Berœam.* Hucuſque Petrus martyr, intelligens per Jaſonis & aliorum ſatiſdationem, pecuniarum largitionem factam eſſe.

Redemptionem martyrii licite fieri.

(b) Matth. 8.

(c) Matth. 6.

(d) Act. 17.

XVIII. Perſecutio ex parte reſtincta.

Exiſtimandum porro eſt, ejuſmodi excogitato remedio mitigandæ perſecutionis acerbitatis aliqua ex parte immenſum illum Gentilium in Chriſtianos furentium ardorem eſſe reſtinctum, non tamen ceſſaſſe penitus; tum quod non omnes eo remedio uterentur, nec ob inopiam uti poſſent, tum etiam (quod accidiſſe vidimus Rutilio martyri) quod iis, qui ſe redemiſſent, haud propterea tuto conſiſtere licuiſſet, agentibus illis omnia pro arbitrio & animi voluntate.

XIX.

His quoque, puto, temporibus idem Tertullianus commentarium illum quem mente conceperat, cum ſcriberet de Corona militis, ubi ait (e): *Sed de quæſtionibus confeſſionum*, nempe martyriorum, *alibi docebimus*; litteris commendavit adverſus refragatores martyrii (hi erant Gnoſtici, de quibus plura ſuperius) ſcribens Scorpiacum, nempe antidotum contra ictum ſcorpii, deque bono martyrii. Gnoſtici quidem, quibus in his (ut dictum eſt) Valentiniani manus dederant, quorum non erat exiguus numerus, his potiſſimum perſecutionis temporibus perturbabant admodum Dei Eccleſiam, paſſim vagantes, atque docentes non eſſe ſubeundum martyrium (f): quod ſi fiat, dicebant contra Dei voluntatem fieri, cujus non eſſet voluntas mors peccatoris, ſatiſque ab ipſo conſultum noſtræ ſaluti morte ſua; nempe, ne nos moreremur, ipſum mortuum eſſe. Hæc illi & alia id genus adglomerantes, multorum ruinæ & perditionis miniſtri erant: debiles namque & in fide infirmi, quamlibet oblatam occaſionem martyrii vitandi captantes, a fide Catholica deficientes primo in hæreticæ pravitatis barathrum Gnoſticorum præcipites incurrebant, inde in imam impietatis foveam mergebantur: cum ut Chriſtiani (quod eo nomine cenſerentur) in quæſtionem perinde ac cæteri a ſatellitibus ducti, prima inſtantia nomen negare, Chriſtum dejerare, thus offerre, & quæcumque alia juſſa eſſent, implere minime detrectarent. His malis cum alii adverſus Gnoſticos ac Valentinianos ſcribentes, tum Tertullianus occurrere, & multorum ſaluti conſulere ſtuduerunt. Probe quidem: niſi Cataphrygibus inhærens, in contrariam partem ſe concitatus impuliſſet; lineamque tranſgreſſus, de martyrio eadem quæ hæretici Marcionitæ & Montaniſtæ ſapuiſſet, atque alios docuiſſet. Inter hæc duo extrema exitium pariter afferentia, medio tramite Catholica incedens Eccleſia, tum Gnoſticos martyrium deteſtantes, tum Cataphrygas ac cum iis Marcionitas ad martyrium plus æquo trans limitem impellentes; pariter reſpuit atque condemnat.

(e) Tertull. de Coron. milit. c. 1.

Tertulliani Scorpiacum.

(f) Tertull. in Scorpiaco, cap. 1. 2. 3.

XX. Martyres paſſi in Africa.

Hoc anno, iiſdem Conſulibus Plautiano atque Geta, in antiquis Eccleſiaſticis tabulis paſſa ponitur Carthagine ſub Ruffino Proconſule S. Gundenis virgo, quæ fidei cauſa equuleo diu torta & ungulis lancinata, carceriſque pædore longo temporis ſpatio afflictata, conſtanti animo perſtans in fidei confeſſione, demum gladio cæſa, magna gloria martyrium conſecuta eſt. Apud Bedam vero & Adonem Getæ Conſulis nomen librariorum vitio depravate eſt poſitum, dum loco Getæ,

PAGIUS GG, licet Geta cum Severo Caracalla Romam venerit; quia nempe nondum uſus ferebat, ut Cæſares in Nummis & Inſcriptionibus, ſimul cum Auguſtis memoratis, Auguſti & ipſi vocarentur. Contra vero in Nummis Philippi Junioris Cæſaris cum Philippo patre imperantis apud Mediobarbum pag. 349. habetur: M. IUL. PHILIPPUS NOB. CAES. in poſtica: PIETAS AUGG. vel, VIRTUS AUGUSTOR. ubi Philippus Junior, qui tantum Cæſar erat, Auguſtus dicitur ob conjunctionem cum patre qui Auguſtus erat. Ex quibus diſcimus, morem illum poſt Severi mortem introductum; diſcimus etiam, Decennalia & triumphos eodem anno exhiberi ſolitos, niſi ad hos agendos Imperatores Conſulatum ſumerent. Joſephus Suareſius, Epiſcopus Vaſionenſis, mihi, dum viveret, amiciſſimus, triumphi Severi Anaglypha Romæ anno MDCLXXVI. publicavit.

Zeta Conſul legitur. At Gundenis natalis dies agi antiquitus conſuevit decimoquinto Kal. Auguſti.

XXI. Martyres Mauritaniæ.

Eadem quoque perſecutione urgente, paſſæ ſunt Tuburbi in Mauritania præclariſſimæ re ac nomine, illuſtriſſimæque martyres Perpetua ac Felicitas, nobiles fœminæ. Harum alterius, nempe Perpetuæ, meminit Tertullianus (*a*) in libro de Anima, dum cujuſdam apparitionis ei factæ per viſum meminit, dicens: *Quomodo Perpetua, fortiſſima martyr, ſub die paſſionis in revelatione Paradiſi ſolos illos commartyres ſuos vidit; niſi quia nullis rhomphæa Paradiſi janitrix cedit, niſi qui in Chriſto deceſſerint?* Cum igitur Tertullianus ejus mentionem fecerit; plane erroris arguuntur, qui eam cum Felicitate paſſam referunt temporibus Gallieni; nam ſub Severo & Antonino Auguſtis Tertullianus illum ſcripſit commentarium.

(*a*) *Tert. de Anima, c.55.*

XXII. De Viſionibus Perpetuæ Martyris.

Porro Acta ipſius Felicitatis & ſociorum, ex quibus hæc a Tertulliano ſcripta ſunt, quæ & a S. Auguſtino citantur, periiſſe videntur. In iis autem quæ ſummatim complexa habentur, hæc etiam de Perpetuæ viſu narrantur: *Vidit Perpetua per viſionem ſcalam auream uſque ad cælum erectam, in dextera & læva cultris & gladiis plenam, adeo anguſtam, ut nonniſi unus & parvus per eam inter gladios aſcendere poſſet. Subtus ad pedes ejus draco teterrimus, quem omnes volentes aſcendere formidabant. Viditque Satyrum unum ex ſociis per eam ſurſum aſcendentem, ac ſocios invitantem ut aſcenderent, nec draconem metuerent. Qua viſione audita, omnes lætati ſunt.* Hæc ex Actis ejus, ex quibus aliqua ab Auguſtino recitata habentur; nempe viſio illa, cujus meminit in libro quem ſcripſit ad Vincentium Victorem de Anima (*b*), ubi hæc breviter tantum ait: *De conſcriptis viſionibus martyrum dicendum eſt aliquid; quoniam tu etiam inde teſtimonium habendum putaſti: Nempe ſancta Perpetua viſa ſibi eſt in ſomnis cum quodam Ægyptio in virum converſa luctari:* Hæc ipſe.

(*b*) *Auguſt. de Anima l.4. c.18.*

XXIII. De Dinocrate S. Perpetuæ fratre.

Ex iiſdem rurſum Actis idem tradit (*c*) recitari hiſtoriam de Dinocrate ſeptenni puero ejuſdem S. Perpetuæ fratre, qui vita functus, & pœnis obnoxius, ejuſdem Perpetuæ precibus ex eis fuerit liberatus & æterna felicitate donatus. Rurſus vero de eadem Perpetua alia ſparſim recitat (quod enim ampliſſima illa Acta deperdita ſint, fragmenta hæc colligere, haud otioſum eſſe putamus, vel ingratum fore lectori) ut illud de ejus ardentiſſimo ſubeundi martyrii deſiderio, quod habet Auguſtinus in Pſalmum quadrageſimum ſeptimum: *Quam multos parentes*, inquit, *filii prohibebant mori, ſicut novimus, & legimus in paſſione beatæ Perpetuæ! Facta ſunt iſta: ſed lacrymæ quantælibet, & quantolibet impetu fluerent, quomodo ardorem charitatis extinguerent?* Hæc ibi.

(*c*) *Auguſt. de Anima l.1. c.10. & lib.3. c.9.*

XXIV. Perpetuæ & Felicitatis ſocii Martyres.

At non ob id quod ſolius Perpetuæ tum Tertullianus, tum Auguſtinus interdum meminerint, paſſam eam ſeorſum quis putet; nam comitem habuit Felicitatem, & alios nempe Revocatum, Satyrum, Saturninum, & Secundolum; quorum ultimus quievit in carcere, reliqui traditi ſunt beſtiis. Porro una eademque die horum omnium natalitia celebrantur, Nonis Martii; de iiſdem enim hæc alibi idem Auguſtinus (*d*): *Ante paucos dies natalitia celebravimus martyrum Perpetuæ & Felicitatis & comitum:* Signanſque ipſos viros jure poſtea nominatos, hæc ſubdit: *Et cum tot ibi ſint viri; quare iſtæ duæ præ omnibus nominantur, niſi quia infirmior ſexus aut æquavit, aut ſuperavit virorum fortitudinem? Una harum erat prægnans, alia lactans. Felicitas parturiebat. Perpetua lactabat. Sed tam diu hæc Perpetua lactavit, quamdiu acciperet ab illo paſtore ſimul & patre buccellam lactis: qua accepta, dulcedo felicitatis perpetuæ eam fecit contemnere filium, ſpernere patrem, non inhærere mundo, perdere animam pro Chriſto. Felicitas vero, quæ ſociam habebat Perpetuam, & parturiebat, & dolebat, objecta beſtiis gaudebat potius, quam timebat.*

(*d*) *Aug. de temp. barbar. c.5.*

XXV.

Illud inſuper Perpetuæ conceſſum fuiſſe tradunt (*e*), ut in theatro expectando impetum vaccæ, mens ejus fieret extra ſenſum, ita ut impetum beſtiæ neſciret, quem expectaret. De Felicitate autem illud: *Dum adhuc eſſet ſervanda in carcere, ut parturiret; quo una cum aliis martyrii coronam accipere poſſet, omnium ſociorum precibus impetratum eſt, ut octavo menſe pareret.* Hæc ex tabulis Eccleſiaſticis a Beda pariter & Adone ſunt recitata. Prægnantis enim pœnam differebat lex uſque ad partum, æquiſſima plane, non tamen Romanorum, originaria, licet ut Romanorum ab Ulpiano (*f*) J. C. recenſita; quippe quæ ab Ægyptiis primo fuerat pro-

(*e*) *Beda & Ado 1. Martii.*

Prægnantis ſupplicium differendum.

(*f*) *l. prægnantis ff. de pæn.*

PAGIUS V. *SS. Perpetuæ & Felicitatis martyrium.*

A num. XXI. ad XXVII. Acta paſſionis SS. Martyrum Perpetuæ & Felicitatis, quæ Baronius periiſſe arbitrabatur, Holſtenius Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus in lucem edidit, quibus Henricus Valeſius præfationem præfixit, in qua oſtendit, SS. Martyres non apud *Tuburbum* Mauritaniæ, ut in Martyrologio Romano legitur, ſed *Carthagine* paſſas eſſe, ut Proſper in auctiori Chronico, Beda in libro de ſex Ætatibus, Rabanus in Martyrologio, aliique teſtantur. Nec eſt quod quis objiciat auctoritatem Auguſtini. Hic enim, cum *Tuburbitanas* Martyres dicit in Sermone XXXII. non Perpetuam ac Felicitatem, ſed *Maximam*, *Donatillam*, ac *Secundam*, quæ imperante Valeriano & Gallieno martyrium fecerunt apud *Tuburbum*, tertio Kalendas Auguſti, intelligit, ut ibidem oſtendit Holſtenius laudatus.

promulgata, a Græcis deinde accepta, a quibus Romani eam, ſicut & alias complures, ſunt mutuati: de ea enim meminit Plutarchus (*a*) his verbis: *Ægyptiorum vero legem, qua gravida, donec pariat, in mortis carcere cuſtodiri jubetur, nonne Græcorum quidam conſulte vobis tranſcripſiſſe videntur?*

(*a*) *Plutarch. de his qui ſero a numine puniuntur.*

XXVI. Certamen Perpetuæ & Sociorum.

Sed libet hic ea reddere, quæ his conſentientia in antiquo Lectionario reperimus: *Pridie quam ducendi eſſent, Felicitas parturiens, dolens, atque vociferans, foris exaudiebatur. Cui Commentarienſis inſultans ajebat: Quomodo cras libens mortem ſuſcipies, quæ pariens adeo perturbaris? Cui illa: Naturæ debitas pœnas naturali tantum virtute perſolvo; ſupplicia autem, quæ ſubminiſtrat impietas, divina gratia ſuperabit. Sequenti die a judice jubentur martyres educi, & ignominioſe, nudatis natibus, per vias atque plateas circumduci, ac tandem in theatrum feris objiciendi perduci. Tunc vaccæ objecta Perpetua, licet ab ea valide percuſſa eſſet, extra ſe rapta non ſenſit. Immittitur leo, qui Satyrum primo, ac deinde Perpetuam occidit. Poſt hæc Felicitas una cum Revocato germano producta, a leopardo ambo necantur. Sed Saturninus atque Secundolus illæſi divina voluntate ſervati tunc ſunt, iidemque ſunt revocati in carcerem; ubi Secundolus reddidit Deo ſpiritum, Saturninus vero gladio eſt decollatus. Collecta corpora omnium ſunt ſepulta in eadem civitate.* Hucuſque ibi. Sed quod habetur Saturninus capite truncatus, a citatis auctoribus diſcrepat, qui affirmant ipſum cum aliis a beſtiis occiſum. Cæterum corpora ſanctarum Perpetuæ & Felicitatis eſſe poſtea delata Carthaginem, atque in primaria baſilica collocata, Victor (*b*) Uticenſis affirmat.

(*b*) *Victor de perſec. VVand. l. 1.*

XXVII. Martyres ſub Severo.

Paſſus quoque habetur, hac eadem perſecutione urgente, Zoticus Epiſcopus Otrenus in Armenia, cujus dies anniverſaria in tabulis (*c*) Eccleſiaſticis vigeſima prima Julii eſt conſcripta. Meminit ejus laboris adverſus Montani ſectatores ſuſcepti Apollinaris, noſque ſupra retulimus. Hallucinatur Nicephorus (*d*), qui eum presbyterum, non Epiſcopum nominat; nam idem qui ſupra Apollinaris (*e*), Epiſcopum dicit ex vico Comana in Armenia oriundum; jam enim his temporibus ſatis dilucide diſtinctum erat nomen Epiſcopi a presbytero. In Ægypto quoque inter alios martyres Serapion, qui vivus combuſtus eſt, illuſtris habetur; aliorum vero nomina exciderunt. Celebratur (*f*) ejus natalis die decimatertia Julii, tam apud Græcos, quam Latinos, ut illorum Menologium & Romanum Martyrologium ſignificant, paſſumque tradunt ſub Aquila Præfecto. Sub hac eadem perſecutione paſſum conſtat in Gallia Andeolum ſubdiaconum, Polycarpi diſcipulum, ab eo cum aliis (ut dictum eſt) in Gallias amandatum. Extat præclara ejus memoria in tabulis Eccleſiaſticis die prima Maji his verbis: *In Galliis, in territorio Vivarienſi, beati Andeoli ſubdiaconi, quem S. Polycarpus una cum aliis ab Oriente miſit in Galliam ad prædicandum verbum Dei. Hic ſub Severo Imperatore ſpinoſis fuſtibus cæſus, demum enſe ligneo (ad majorem pœnam) capite in quatuor partes in modum crucis conſciſſo, martyrium conſummavit.*

(*c*) *Martyrol. Rom. ea die.*

(*d*) *Niceph. l.4. c.23.*

(*e*) *Apud Euſeb. lib. 5. c.15.*

(*f*) *Roman. Martyrol. ea die.*

XXVIII. Irenæi Epiſcopi Martyrium.

Eodem plane tempore mirificus ille ſanctus Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis, Galliam, quam mirifice doctrina illuſtravit, nobilitavit & ſanguine. Exciderunt Acta paſſionis ejus; hæc tantum de eo reperimus; nempe ejuſmodi ſub Severo excitata perſecutione, ejuſdem Imperatoris juſſu circumdatam militibus Lugdunenſium civitatem, omneſque in ea repertos Chriſtianos gladiis obtruncatos; cum præcipue paſtor illorum omnium Irenæus quæſitus eſt ad necem, quem acerrimis tormentis cruciatum, ac tandem occiſum Zacharias presbyter ſepelivit. Qui enim olim eam Legatus adminiſtraverat (ut auctor eſt Spartianus *g*) provinciam, ipſe Severus Imperator, probe noverat Lugdunenſis Eccleſiæ ſub Præſule Irenæo conſtantiam; & quam ſciret non minis flectendam, nec blanditiis molliendam, ferro mox ſtatuit excidendam, in eam crudelius quam in alias ſæviendo. Quoto autem Severi anno martyrium ſubierit Irenæus, nobis eſt hactenus incompertum. Putamus equidem ipſo a ſe indictæ perſecutionis exordio Severum, quod exploratiores Fideles in ea poſitos habuiſſet, in eos gladio agi primum omnium præcepiſſe.

(*g*) *Spartian. in Severo.*

XXIX.

Quod vero ad Irenæi lucubrationes pertinet, earum Euſebius (*h*) poſt alia de eo narrata meminit, dicens: *Verum enimvero præter opera & epiſtolas Irenæi, quæ jam demonſtratæ ſunt, extat liber illius, breviſſimus ille quidem, ſumme tamen neceſſarius contra Gentiles, qui de Scientia inſcribitur. Alius item memoratur, quem fratri cuidam, Marciano nomine, dedicavit; in quo Apoſtolicæ prædicationis rationem & modum exponit. Accedit his liber de Variarum rerum diſpoſitione, in quo tum epiſtolæ ad Hebræos, tum libri Sapientiæ Salomonis mentionem facit, certaque teſtimonia ex iiſdem deprompta citat. Tot ſunt igitur Irenæi opera, quæ ad nos noſtramque notitiam pervenerunt.* Hucuſque Euſebius, qui ſuperius de ſcripto ab eo commentario adverſus hæreſes meminit, deque epiſtola ad Florinum, & alia ad Blaſtum, ad Victorem alia, atque alios Eccleſiarum Epiſcopos (*i*): recenſet eoſdem commentarios quoque S. Hieronymus (*k*).

(*h*) *Euſeb. l.5. c.25.*

(*i*) *Euſeb. eodem l.5. c.19. 24.*

(*k*) *Hieron. de Scrip. Eccl. in Iren.*

XXX.

Porro horum omnium nonniſi libri quin-

que adverſus hæreſes elaborati ſuperſunt, cæteris magno detrimento deperditis; immo & hi ipſi longa oblivione ſepulti diutius permanſerunt; adeo ut nec in Galliis, neque in Urbe, vel alibi, licet ſedulo perquiſiti, reperiri potuerint; ut S. Gregorius (*a*), ad Ætherium Epiſcopum ſcribens, teſtatur his verbis: *Geſta vero vel ſcripta beati Irenæi, jam diu eſt quod ſollicite perquiſivimus; ſed hactenus ex eis invenire aliquid non valuit*. Hæc Gregorius ad Ætherium Epiſcopum Viennenſem, ſanctitate celebrem, ea avide perquirentem. Caruiſſe eis videtur Caſſiodori quoque bibliotheca, quod nulla de ipſis apud eum mentio habeatur. Quamobrem exiſtimamus, quod Græce iidem ſcripti fuerint, penes Græcos eſſe inventos; nam Theodoretus in dialogis eoſdem frequenter citat. Fuiſſe autem Irenæum doctrinarum omnium accuratiſſimum exploratorem, tum Tertullianus (*b*) prædicat, tum a Patribus omnibus commendatur. Videas equidem in ipſo Apoſtolicæ doctrinæ imaginem effulgere; quod enim a Polycarpo acceperat, & ille a Joanne illibate ipſe cuſtodiens communicavit Eccleſiæ. Quamobrem jure S. Hieronymus (*c*) eum Apoſtolicorum temporum hominem nominat (licet multos poſt annos ab Apoſtolis vixerit) quippe qui ipſum vultum Apoſtolicum in omnibus redderet.

(*a*) Greg. l.9. epiſt. 50.

S. Irenæi libri adverſus hæreſes diu latuerunt.

(*b*) Tert. lib. contra Valent.

(*c*) Hier. epiſt.29.

JESU CHRISTI ANNUS 206. ZEPHYRINI PAP. ANNUS 4. SEVERI IMP. ANNUS 12.

I. Plautianus occiditur.

DUcenteſimoſexto Chriſti anno, Chilone Septimio ſecundum, & Annio Libone Coſſ. Lucius Septimius Plautianus, ſocer Antonini Imperatoris, qui anno ſeptimo geſſerat Conſulatum, quique (ut dictum eſt) abſente Severo magnam in Chriſtianos perſecutionem excitaverat, quos non Romæ tantum, ſed & in Africa & Mauritania acerbiſſime inſectatus fuerat, occiditur, generi ſui Antonini Auguſti inſidiis appetitus (ut auctor eſt Dio) quod re vera ipſe utrique Imperatori cædem per Centurionem Saturninum machinatus eſſet (ut teſtatur Herodianus *d*) ſed verius, divino numine Chriſtianum ſanguinem ulciſcente. Qualis autem quantuſque fuerit ejus caſus, quantamque admirationem attulerit univerſis, ex Dione (*e*) hæc narrante, eodemque cuncta ſpectante ac admirante, audiamus & primum illud: *Cum orator, qui Conſtantem accuſavit, multa dixiſſet, atque illud in primis, cælum ruere citius poſſe, quam Plautiano damnum a Severo inferri. Quibus rebus atque aliis, quæ ſunt ejuſdem generis, dicente illo, fides haberi po-*

(*d*) Herod. l.3.

(*e*) Dio in Severo.

PAGIUS SÆC.III. Anno Urbis 957. Olymp. 245. an.4. A.C. 204.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5697.

☉ 17. AG. ☽ 15. P.8. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 204. *ſecund. Baronium 206.*

ZEPHYRINI PAPÆ 8.

SEVERI IMP. 12. CARACALLÆ IMP. 7.

I. Conſules.

[1] AD num.I. Coſſ. *Fabius Cilo II.* & *M. Annius Libo*, ex Inſcriptione Onuphriana. In Faſtis etiam Theonis Cilo cum numerali nota editur. Ad

NOTÆ [1] COſſ. *Fabius Cilo II. & M. Annius Libo*. Nomen *Septimini* Ciloni addit Relandus, at *Septimiani* eſt in Doniana inſcriptione a nobis allata A. D. 193. ut & *Lucii* prænomen, quod habetur apud Gruterum pag.CCCCVI. 9.

L. FABIO. M. F.
GALER. SEPTIMINO
CILONI. PRAEF. URB.
C. V. COS. II.

Figlina in ædibus Capitolinis:

....RO. II. ET LIBON. COS.

Boldettus lib.1. cap.XIX. num.21.

L. FAB. CIL. M. ANN. LIB. COS.

In Gudianis habetur, at mendoſe, ut reor:

DEDICAVIT. XV. KAL. OCTOBR.
M. FABIO. CHILONE. ET L. LIBONE
COS.

Vide inſcriptionem Græcam apud Gruterum pag. CCCCVI. 10. Fabrettum pag. 494. Cenſorinum de die natali cap. XVI I. & Spartianum in Caracalla.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Cilone*, ſeu *Chilone*, & *Lilone*.

poterat merito ; cum Severus audacter nobis, qui una judices eramus, confirmaſſet, non poſſe ullum malum a ſe Plautiano accidere. Non tamen perpetuo floruit Plautianus, ſed aliquanto tempore poſt occiſus eſt, & cunctæ ſtatuæ ejus diſſipatæ ſunt. Addit prodigia, & inter alia cometem Romæ ante obitum ejus per dies multos viſum.

II. *Humanæ miſeriæ exemplum.*

At de ejus immenſis divitiis & ſumma amplitudine, ex quibus, in exemplum humanæ conditionis, in imum atque miſerrimum omnium ſtatum prolapſus eſt, hæc idem auctor paulo poſt, cum agit de nuptiis filiæ & Antonini Auguſti: *Is* (inquit) *tantum filiæ ſuæ dedit, quantum Reginis quinquaginta ſatis fuiſſet*: ac inferius: *vere enim Plautianus magnus, vel ſummus potius erat ; ita ut populus aliquando diceret in Circo : Quid tremis? Cur palles? Tu quidem certe plus quam tres viri poſſides. Significabant autem tres viri, Severum cum duobus filiis Antonino & Geta. Pallebat vero Plautianus & tremebat ſemper, cum propter rationem victus quam inſtituerat, (guloſiſſimus quippe erat) tum propter ſpem, metumque futurarum rerum.* Addit Antoninum Imperatorem adhibuiſſe Evodum educatorem ſuum (cujus diximus meminiſſe Tertullianum *a*) qui una cum Centurione & aliis Plautianum Severo Imperatori cædem machinantem calumnioſe deferrent; licet Herodianus nihil ex compoſito factum, nullamque fallaciam vel technam interceſſiſſe tradat. *Sic itaque* (inquit Dio) *Plautianus, noſtra memoria omnium hominum potentiſſimus, quem magis quam ipſum Principem metuebant omnes, quique ſpe multo majore elatus fuerat, a genero interficitur, eque Palatio projicitur in viam: quamvis tandem elatus juſſu Severi & ſepultura affectus eſt.* Additque ejus filium & filiam, Plautum & Plautillam, in Lyparim inſulam fuiſſe relegatos, ibique tandem ejuſdem Antonini juſſu occiſos; cum interim vitam traduxiſſent calamitoſam, magno metu, & neceſſariarum rerum inopia. Quin etiam Plautiani nomen abolitum, & ubicumque ſcriptum reperiretur in lapideis tabulis vel aliis, abraſum, deletum, expunctumque fuiſſe plane indicat vetus (*b*) inſcriptio monumenti filiæ ejus, nurus Severi, conjugis Antonini, & alia (*c*).

(*a*) *Tert. ad Scapul. c.* 4.

(*b*) *Habet Smet. fol.* 67. *n.* 1.

(*c*) *Apud eumdem fol.* 24. *n.* 1. *& fol.* 22. *n.* 4.

III. Dat pœnas Plautianus effuſi ſanguinis Chriſtiani.

Hic finis Plautiani Chriſtianorum hoſtis infenſiſſimi & pernicioſiſſimi ; quo ſublato, perſecutio etſi non penitus ablata, ſaltem moderationem non mediocrem accepit. Quem non Romanum, ſed Afrum genere, Severi municipem, ex humili fortuna in ſublime evectum, damnatorum bonis fuiſſe inſigniter locupletatum, tradit Herodianus (*d*). Sed quorum, quæſo, damnatorum, niſi magna ex parte Chriſtianorum nobilium Senatorum, quos ſub Commodo, tempore pacis Eccleſiæ, Chriſtiana religione initiatos fuiſſe diximus? Sed idem quoque hæc de ejus mentis tumore addit: *Quacumque incederet, adeo trux & horribilis erat, ut non modo non adiretur a quoquam, ſed etiam qui fortuito occurrebant, ab eo averterent oculos ; quia anteambulones aliquot, quacumque iter faceret, denunciabant, ne quis in proximo conſiſtere, neve illum contueri auderet, ſed averterent univerſi oculos, terramque deſpectarent*: Hæc ipſe, aliaque multa de ejus faſtu, arrogantia, atque ſævitia.

(*d*) *Herod. l.* 3.

IV. Ludi Sæculares.

Eodem quoque anno celebrati ſunt Romæ Ludi Sæculares ; de quibus hæc Herodianus (*e*): *Vidimus item ſub illo quoſdam omnis generis ludos cunctis editos theatris, ſimulque ſupplicationes & pervigilia ad formam Cereris initiatorum. Sæculares hi tunc appellabantur, celebrati (ut aiunt) decurſo trium ſpatio ætatum. Siquidem Urbe tota atque Italia præcones ſtabant convocatum omnes ad ludos, quos nec vidiſſent hactenus, nec viſuri poſtmodum forent.* Sed de iiſdem ludis Zoſimus plu-

(*e*) *Herod. eodem l.* 3.

PAGIUS

II. *Ludi Seculares octavi.*

Ad num. IV. Imperatores Severus & Antoninus ejus filius *octavos* Ludos Seculares Romæ exhibuere, anno Urbis nongenteſimo quinquageſimo ſeptimo, ut docet Cenſorinus lib. de Die Natali cap. 17. Quos Ludos Severus, nulla Claudii ac Domitiani Ludorum Secularium ratione habita, anno CCXX. poſt exhibitos ab Auguſto Ludos Seculares quintos, edidit. Quidam cenſores in Epiſt. Conſulari a Card. Noriſio publicata contendunt, Cenſorinum male hos Ludos *octavos* appellaſſe, eoſque *nonos* appellandos. Verum cum Antoninus Pius nullos Ludos Seculares repræſentarit, ut ſuo loco demonſtravimus, Ludi Seculares ſub Severo habiti, omnino octavi fuere. Severus Conſulatum, ut moris erat, non ſumſit, ſive quia ab ea dignitate annis, quibus ea ſibi debita, ſæpius abſtinuit, ſive quia ad Ludos Auguſti, qui, privatis Conſulatum gerentibus, illos celebravit, reſpexit.

III. *Quæ in illis de more ſpectacula ederentur.*

Modus Ludorum hujuſmodi, inquit Zoſimus lib. 2. pag. 669. *relatus eſt in litteras. Circumeuntes præcones, univerſos ludorum cauſa convenire jubebant ad ſpectaculum, quod neque vidiſſent antea, neque viſuri poſthac eſſent. Ipſo autem meſſis tempore, perpaucis diebus ante, quam ludi peragerentur, in Capitolio temploque Palatino XV. viri ſedentes in ſuggeſtu, luſtralia populo diſtribuebant. Ea ſunt faces, & ſulphur, & bitumen. Nec participes horum ſervi ſunt, ſed liberi duntaxat homines. Poſteaquam populus univerſus & in locis iis quæ diximus, & in templo Dianæ, quod eſt in Aventino colle, convenit, triticum, & hordeum, & fabas quiſquis ſecum defert, ac Parcis nocturnos ludos caſte pudiceque faciunt ; hoſtiæ propter ripam Tiberis ad Tarentum Diis conſecrantur* (indeque ſpectacula, quæ in ludis Secularibus exhibebantur Tarentina dicta). *His autem Diis rem ſacram faciunt, videlicet Jovi, Junoni, Apollini, Latonæ, Dianæ: tum præter hos, Parcis, & Lucinis, & Cereri, & Diti Patri, & Proſerpinæ.*

Primæ

(a) Zoſim. l. 2.

(a) pluribus, agit, qui & dictis Conſulibus celebratos fuiſſe tradit; quod & docent veteres inſcriptiones a diverſis collectæ, in quibus Severi nomen inſcriptum eſt cum Tribunitia poteſtate duodecies repetita (b), ut etiam in hujuſmodi numiſmate eleganter expreſſum in columna milliaria.

(b) Panvin. in Faſt. & Adolph. l. de Nummis.





(c) Pamel. not. ad Tertull. lib. de ſpectacul.

Horum occaſione ſcriptum putant (c) a Tertulliano librum de Spectaculis, & illum de Idololatria; quibus plane declarat, rectam Chriſtianæ religionis inſtitutionem abhorruiſſe admodum ab iſtiuſmodi ſpectaculis a Gentilibus edi ſolitis; divinamque ultionem illos expertos eſſe addit, qui præter inſtitutum iiſdem non vererentur eſſe præſentes. Sed de iis alia occaſione ſuperius. Porro quam mendax extiterit Zoſimus, qui neglectu poſtea ludorum Sæcularium, corruiſſe tradit florentiſſimum Romanum Imperium, ſuo loco inferius perſpicue demonſtrabimus.

Chri-

PAGIUS *Prima nocte ſpectaculorum ad horam ſecundam, tribus aris in ripa fluminis conſtructis, Imperator cum XV. viris tres agnos cædit; & aris ſanguine reſperſis ſolidas victimas adolet. Scena vero ſine theatro conſtructa, lumina cum rogis accenduntur, & hymnus recens factus canitur; adeoque ſpectacula conſentanea rebus divinis eduntur. Et hæc qui peragunt, pro mercede primitias fructuum, tritici, hordei, fabarum accipiunt. Nam illæ, ſeu ut dictum eſt, ab univerſo populo diſtribuuntur. Poſtridie conſcenſo Capitolio, & conſuetis ibidem immolatis hoſtiis, ad conſtructum inde theatrum progreſſi, Apollini, & Dianæ Ludos faciunt.*

IV. *Ab illis Ludis religio Chriſtiana abhorrebat.*

Inſequenti die matronæ nobiles ad horam ab oraculo conſtitutam in Capitolium convenientes Deo ſupplicant, & hymnis eum, ceu fas eſt, celebrant. Die tertio in Apollinis æde Palatina ter novem illuſtres pueri cum totidem virginibus, omnes utrimque florentes, hoc eſt, qui ambos parentes adhuc ſuperſtites habent, hymnos & pæanes Græca Romanaque lingua canunt, quibus ſubjectæ Romanis urbes ſervantur. Itidem alia ſecundum traditum a numine ritum fiebant; quæ ſane quamdiu peracta fuerunt, nullum Reſpublica Romana detrimentum cæpit. Quæ referre placet, ut manifeſtius appareat, quantum a religione Chriſtiana Ludorum Secularium celebratio aliena fuerit, & quantum hallucinentur viri doctiſſimi, qui noſtra etiam ætate tradunt, utrumque *Philippum* Imperatorem Chriſto nomen dediſſe, & tamen Ludos Seculares exhibuiſſe. Nec eſt quod reſpondeant, utrumque Philippum in Ludis Secularibus nonis memorata ſacrificia interdixiſſe & ſpectacula tantum edi mandaſſe; vel Ludos Seculares celebrari potuiſſe abſque ſacrificiis, & eo modo Honorium Imp. anno CCCCIV. qui a currenti centeſimus erat, horum Ludorum exhibitionem permiſiſſe, ideſt cum ſolo Circenſium, aut Theatralium Ludorum apparatu. Nam nec ambo Philippi Chriſtiani fuere, nec Honorius Imp. Ludos Seculares fieri permiſit, ut ex infra dicendis certis argumentis liquebit.

JESU CHRISTI ANNUS 207. | ZEPHYRINI PAP. ANNUS 5. | SEVERI IMP. ANNUS 13.

I. Natalius ad Zephyrinum Romam venit. CHriſti anno ducenteſimo ſeptimo, Marcus Aurelius Antoninus ſecundum adiit Conſulatum una cum fratre ſuo Geta collega. Quo anno, nece Plautiani Romæ jam prope mitigata perſecutione Severi, accidiſſe putamus, ut Zephyrino Romano Pontifice e latebris emergente, & munia Pontificia obeunte, Natalius olim confeſſor, ſed poſtea miſere pecunia corruptus, Theodoti hæreſeos cum patrocinium ſuſcepiſſet, tandem ſui compos factus, erroris pœnitens, ad eum veniens, patrati ſceleris egerit exomologeſim, pedibus ejus advolutus. Hæc ſane a ſcriptore ejus temporis diligenter conſcripta, ab Euſebio (*a*) ad verbum quam fideliſſime narrantur: *Scriptor ille, de quo ſupra dixi, qui librum prædictum contra erroris ſupra demonſtrati auctorem compoſuit, aliam etiam rem Zephyrini tempore geſtam hoc pacto explicat: Facinus apud nos admiſſum, fidelibus in Domino, quo illos erudiam, commemorabo; quod, credo, ſi forte Sodomis geſtum fuiſſet, etiam illos ad ſcelera ſua pœnitentiæ lacrymis mature eluenda admonuiſſet.*

(*a*) *Euſeb. l.5. c.27.*

II. Natalius confeſſor in hæreſim lapſus. *Erat quidam Natalius confeſſor non jam pridem, ſed noſtris jam pæne temporibus: iſte ab Aſclepiodoto & altero Theodoto trapezita fraude fuit deceptus (hi quidem ambo Theodoti coriarii, qui prius propter iſtam novam prudentiam, immo vero amentiam, ex Chriſtianorum communione a Victore, ut dixi, qui tunc erat Pontifex, excludebatur, diſcipuli erant) & ab illis duobus, quos ſupra poſui, ſalario quodam & mercede perſuaſus, ut illius erroris Epiſcopus crearetur; ea lege nimirum, ut centum quinquaginta denarios menſtruos iſti ei perſolverent. Qui quidem cum ſe in illorum ſocietatem dediſſet, per viſiones quaſdam a Domino ad ſe demiſſas ſæpenumero admonitus fuit. Deus enim miſericors & Dominus noſter Jeſus Chriſtus martyrem & teſtem ſuarum afflictionum extra Eccleſiam miſere deperire noluit.*

III. Natalius exomologeſim agit. *Cæterum quoniam primæ erat apud illos ſedis Epiſcopalis appetitione tamquam hamo ineſcatus, & turpi quæſtu, qui multis affert perniciem, irretitus, & propterea lentius tardiuſque Dei Viſionibus animum attendit; tandem per integram noctem a ſanctis Angelis flagris & verberibus uſque adeo acerbe & graviter cæſus fuit, ut cum primo mane ſurgeret, cilicio & ſacco indutus, cineribus aſperſus, magno cum mœrore & lacrymis ad pedes Zephyrini Pontificis ſe ſupplicem abjiceret; & non modo ad Cleri, ſed laicorum etiam genua advolveretur; ita ut Chriſti miſericordis Eccleſia illum magnopere commiſerata, lamentis una ſe dederet. Attamen ille, licet multis precibus uſus fuiſſet, & plagarum vibices, quas pertulerat, oſtendiſſet; vix tandem in communionem Eccleſiæ receptus fuit.* Hucuſque auctor de lapſu & reſtitutione Natalii. Quibus (ut alias ſæpe de aliis hæreſiarchis eſt demonſtratum) priſtinum morem intelligas, conſueviſſe ſcilicet hæreſiarchas erroris pœnitentes adire Romanum Epiſcopum, ab eodemque Catholicæ Eccleſiæ communicatio-

Hæreſiarchas Romæ agere ſolitos exomologeſim.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5698.

SÆC. III. Anno Urbis 958. Olymp. 246. an. 1. A. C. 205.

☉ 18. F. ☽ 16. P. 24. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 205. *ſecund. Baronium* 207.

ZEPHYRINI PAPÆ 9.

SEVERI IMP. 13. CARACALLÆ IMP. 8.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug. II. & P. Septimius Geta Cæſar*. Eſt hic primus Getæ Cæſaris Conſulatus, non vero ſecundus, ut putavit Baronius. Legenda quæ initio anni CCIII. hac de re ſcripſi.

II. *Decennalia Imperii Cæſarei Caracallæ.* Sumtus hic Conſulatus a Caracalla juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam, a Geta vero juxta tertiam, ut ſc. Collega eſſet fratris Decennalia Imperii Cæſarei celebrantis. In Diſſert. Hypat. pag. 224. Nummum ex Occone recitavi inſcriptum, *Trib. Pot. VIIII.* in poſtica, *Vota ſuſcepta X.* ſed hæc poſtica ad aliam anticam pertinet, quam ad præfatam, ideoque Nummus ille vitioſus.

NOTÆ [1] *COſſ. M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug. II. & P. Septimius Geta Cæſar.* Vetus inſcriptio in villa Carpinea, edita a Boldetto in obſervationibus ad Cœmeteria ſacra, pag. 442.

DEDIC. IMPP. M. AURELIO. AN
TONINO. II. IT (pro ET) P. SEPTI
MIO. GETA. COSS. V. KAL. IUNIAS

Geta nummus in Muſæo Theupolo pag. 229. cum epigraphe:
P. SEPTIMIUS GETA CAES.

& in averſa. PONTIF. COS.

Faſti Idatiani: *Antonino II. & Geta II.* Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Antonino II. & Geta.*

tionem, facta exomologeſi, promereri: quippe qui quantumlibet in caſtris inimicorum militaſſent, reſipiſcentes tandem probe intelligerent, a ſedis Petri Catholicæ Eccleſiæ primario Antiſtite quærendam eſſe veniam & ſalutem, nec ab alio quopiam quam a Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo communicationem Catholicam expetendam.

IV. Mores hæreticorum Theodotianorum. At quinam mores horum ſolerent eſſe hæreticorum, ex eodem auctore idem Euſebius recitat in hæc verba: *Ad iſta etiam alias ejuſdem ſcriptoris voces de iiſdem* (videlicet Theodotianis hæreticis) *conectamus, quæ ſic ſe habent: Sacras audacter depravarunt ſcripturas; veteris fidei canonem abrogarunt; Chriſtum ignorarunt; neque quid ſacræ & divinæ litteræ de illo dicant conquiſiverunt: ſed quænam ſyllogiſmi figura ad ſuam impietatem confirmandam reperiretur, ſtudioſe indagarunt. Quod ſi quiſquam forte illis aliquod divini eloquii teſtimonium proferat; quærunt utrum conjunctam an disjunctam ſyllogiſmi figuram poſſit efficere. Relictis vero & depoſitis ſacrarum litterarum ſtudiis; omni cura & cognitione in geometriam incumbunt. Tamquam ex terra editi, de terra loquuntur, & Chriſtum qui ſit de cœlo venturus, penitus ignorant. Euclides enim apud quoſdam eorum propter geometriæ artem enixe recolitur; Ariſtoteles & Theophraſtus in ſumma habentur admiratione. Galenum etiam fortaſſe nonnulli ſumme venerantur. Hi ergo tum infidelium artibus ad erroris ſui ſententiam roborandam abutuntur, tum ſolerti impiorum aſtutia ac ſubtilitate ſimplicem ac ſinceram divinarum Scripturarum fidem adulterant.*

V. Depravare ſolent hæretici ſacros codices. *Quod autem a fide longiſſime abſint, quid attinet commemorare? Hanc ob cauſam etiam in ſacras litteras confidenter ac temere quaſi manus violentas injiciunt, eaſque ſe emendare & corrigere prædicant. Quod vero ipſe equidem nihil falſi in eos ementitus loquar, nemini verum ſcire cupienti poterit eſſe obſcurum. Nam ſi quis cujuſquam illorum exemplaria in manus ſumere, accurate perveſtigare, & inter ipſa conferre voluerit; reperiet profecto illa maxime inter ſe diſſidere. Nam Aſclepiodoti exemplaria, ab illis quæ ſunt Theodoti, admodum diſcrepant; ac multa plane ſuppetunt, propterea quod illorum diſcipuli exemplaria ab utriſque (ut illi appellant) correcta (ut nos corrupta) ſtudioſe & ſedulo deſcripſerunt. Rurſum quæ ſunt Hermophili, cum iſtis minime conſentiunt; quæ Apollonii dicuntur, ipſa ſibi non conſtant. Licet enim quæ ab illo prius exſcripta fuerint & compoſita, poſterioribus denuo inverſis innovatiſque comparare: ſic invenire illa inter ſe valde diſſentientia, erit perfacile.*

Quantum inſcitiæ & temeritatis habeat perditus iſte conatus, nec illos ipſos ignorare ſuſpicor. Aut enim ſacras & divinas litteras a Spiritu ſancto dictatas non credunt, & ita ſunt infideles; aut ſe ipſos Spiritu ſancto ſapientiores eſſe dicunt; quod plane quid aliud eſt, quam tamquam dæmone exagitatos inſanire? Neque enim hanc inconſultam & imprudentem molitionem ſuam eſſe inficiari poterunt; quandoquidem iſta exemplaria ſua ipſorum manu eſſe tranſcripta, perſpicue deprehenduntur. A quibus autem erant ipſi inſtituti, ab illis ſane ejuſmodi ſcripturas non aliquando exceperunt; & exemplaria, unde iſta tranſcripſerunt, demonſtrare non poſſunt. Quidam illorum eas quidem depravare, non adeo operæpretium duxerunt; ſed tum Legem, tum Prophetas lepida ſimulatione, perinde ac ſi nefariam & impiam omnino doctrinam complecterentur, prorſus pernegantes, in vaſtiſſimum exitii gurgitem præcipites deciderunt. Atque iſta modo a nobis hactenus ſint commemorata. Hucuſque Euſebius; quæ ad inſinuandos mores hæreticorum recenſuiſſe voluimus. Quod igitur tot exemplaria, quot homines hæreticæ pravitatis fautores eſſent; inde exiſtimanus Origenem his temporibus meditatum eſſe opus illud plane egregium, quo uno volumine ſex ſimul interpretationes divinæ Scripturæ collegit, quod Hexapla nominavit; de quo ſuo loco dicturi ſumus. VI. Egregium dilemma in hæreticos.

JESU CHRISTI ANNUS 208. ZEPHYRINI PAP. ANNUS 6. SEVERI IMP. ANNUS 14.

I. Origenis imprudens facinus. CHriſti anno ducenteſimo octavo, Annio Albino & Fulvio Æmilio Coſſ. Severus annum decimumquartum agebat in Imperio; quo (ut puto) Origenes imprudens nimis audax facinus in ſeipſum admiſit, quod Euſebius (*a*) narrat his verbis: *Per idem tempus Origenes, dum ſcholæ Alexandrinæ, quam diximus, præerat, facinus quoddam admiſit; quod quidem licet ex animo rudi & juvenili videretur eſſe profectum, fidei tamen & caſtimoniæ ſpecimen maximum dabat. Iſtam enim Evangelii ſententiam* (*b*)*: Sunt eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter regnum cælorum; aliquanto* (*ut fert ætas adoleſcentiæ*) *ſimplicius interpretatus, partim quod Salvatoris vocem ſe penitus implere oportere putavit, partim quod, cum ætate valde adoleſcens eſſet, & non cum viris modo, ſed cum mulieribus etiam ſermones* de

(*a*) Euſeb. lib. 6. c. 7.

(*b*) Matth. 19.

de rebus divinis & cœleſtibus conferret, omnem turpis calumniæ & obtrectationis anſam infidelibus prorſus adimere voluit: dictam Salvatoris ſententiam ex occulto (facinus namque maximam partem neceſſariorum ſuorum celare cogitat) exequi re ipſa aggreſſus eſt.

II. Demetrius creat Origenem Catechiſtam.

Cæterum tale facinus ab eo quantumvis cupiente occultari non poterat. Quocirca Demetrius qui ibidem rexit Eccleſiam, de eo poſt certior factus, tametſi hoc audax ejus facinus vehementer admiratus eſt, tamen incredibilem animi propenſionem & ingenuitatem fidei amplexatus, eum illico confidere, & bono animo eſſe jubet; & majore cura ac ſtudio in munus, fidei principia inſtituendi, incumbere hortatur, impellitque. Ac tum quidem Demetrius eo animo fuit atque ſententia: Hæc Euſebius de Origene atque Demetrio. Cætera autem de ſimultate inter utrumque ſuborta, cujus occaſione tale Origenis facinus fuit ubique vulgatum, opportuniori loco dicemus, eo ſcilicet anno, quo idem Origenes ab Alexandro Hieroſolymorum Epiſcopo eſt initiatus presbyterio.

III. Origenes explanat Cantica Canticorum.

Hoc item tempore factum putamus, ut idem Origenes adhuc adoleſcens, ſed jam eviratus, primam interpretationem ediderit in Cantica Canticorum, quam poſtea maturioris ætatis factus emendatam & pluribus auctam in lucem edidit; quod teſtatur S. Hieronymus (a), temeritatis ſeipſum arguens, atque alios, qui ipſo juventutis exordio divinas Scripturas adhuc inexperti temere audeant interpretari. At quod ad Origenis temerarium auſum ſpectat (ſi ex unguibus leonem dignoſcere licet) vides eum ipſo primo ingreſſu in divinam Scripturam, explanandum ſumere librum illum, quem necdum legere ejus ætatis hominibus licebat. Verum quia illum aggreſſus eſſet viribus tantum ingenii fretus, quodque in conceſſa præſumeret, ac ſe nimium ſupra ſeipſum efferret; caſurus aliquando credi ab omnibus facile potuiſſet.

(a) *Hieron. in præf. Commen. in Abdiam.*

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5699.

SÆC. III. Anno Urbis 959. Olymp. 246. an. 2. A. C. 206.

☉ 19. E. ☽ 17. P. 13. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 206. *ſecund. Baronium* 208.

ZEPHYRINI PAPÆ 10.

SEVERI IMP. 14. CARACALLÆ IMP. 9.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. & ſeq. Coſſ. *Nummius Albinus*, & *Fulvius Æmilianus*, ex Inſcriptione Onuphriana, non Fulvius Æmilius, ut perperam Baronius habet.

II. Corpus ſuum eviravit Origenes, ſive ferro exactis genitalibus, ut crediderunt Hieronymus Epiſt. 65. & Nicephorus lib. 5. cap. 8. ſive medicamento exſiccatis, ut aliis perſuaſum. Rem in incerto Epiphanius hæreſi 64. relinquit. Utraque tamen caſtratio ab Origene tandem damnata, qui alios ne ſimile quid in ſe aliquando conciperent, vehementer abſterruit, cum aliis locis, tum præſertim ſuis in Matthæum Commentariis, ut videre eſt tom. 15. ad cap. 19. Demetrius Epiſcopus Alex. primum laudibus Origenem proſecutus, eum confirmavit, ſtrenueque ſuſceptum munus continuare juſſit. Unde nullo ſexus diſcrimine univerſos ad ſe audiendi cauſa venientes admiſit. Qua de re legendus eruditiſſimus Huetius lib. 1. Origenian. cap. 2. ex quo hæc excerpſimus.

Origenes ſeipſum caſtrat.

NOTÆ

[1] COſſ. *Nummius Albinus*, & *Fulvius Æmilianus*. Gruterus, pag. CXV. 9.

ALBINO. ET. AEMILI. COS.

Donianæ inſcriptiones cl. III. n. 44. pag. 124.

KAL. AUG. N. COLLEGI. MU-
MIO (forte legendum) NUMMIO
ALBINO. FULVIO. AEMILIANO
COS.

Habetur hæc inſcriptio apud Boiſſardum p. VI. pag. 104. & apud Gruterum pag. CLXXV. 8. Prænomina horum conſulum in ſaxis vetuſtis deſiderantur.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Bucherii fragmentum; *Albino, & Æmiliano*. Proſperi Chronicon: *Albino & Æliano*, mendoſe.

JESU CHRISTI ANNUS 209.	ZEPHYRINI PAP. ANNUS 7.	SEVERI IMP. ANNUS 15.

I. ANno Domini ducenteſimo nono, Flavio Apro & Allio Maximo Coſſ. Severi Imperatoris anno decimoquinto, Euſebius in Chronico memoriam ingerit Tertulliani Afri, filii Centurionis Proconſularis; hocque potius anno quam cæteris, ea puto occaſione, quod idem ipſe Tertullianus (*a*) contra Marcionem agens, ſe hoc anno quintodecimo Severi Imperatoris illum commentarium elaboraſſe perſpicue declarat. Scripſerat jam olim adoleſcens adverſus eumdem Marcionem opus rude nimis, ut demonſtrat S. Hieronymus (*b*) in Abdiam, cum de ſe in primis ait: *Libere profiteor illud fuiſſe puerilis ingenii, & hoc maturæ ſenectutis. In libris quoque contra Marcionem Septimius Tertullianus hoc idem paſſus eſt.* Hæc Hieronymus. Sed & ipſemet Tertullianus (*c*) ejus exordio commentarii de iiſdem ſuis in Marcionem lucubrationibus rationem reddens, hæc ait: *Si quid retro geſtum eſt nobis adverſus Marcionem, jam hinc viderit. Novam rem aggredimur ex vetere. Primum opuſculum, quaſi properatum, pleniori poſtea compoſitione reſcideram; hanc quoque nondum exemplariis ſuffectam fraude tunc fratris, dehinc apoſtatæ, amiſi, qui forte deſcripſerat quædam mendoſiſſime, & exhibuit frequentiæ. Emendationis neceſſitas facta eſt; innovationis ejus occaſio aliquid adjicere perſuaſit. Ita ſtylus iſte nunc de ſecundo tertius, & de tertio jam hinc primus, &c.*

(*a*) *Tertul. contra Marcion. lib. 1. c. 15.*

(*b*) *Hieron. in præfat. in Abdiam.*

Tertullianus ſcribit contra Marcionem.

(*c*) *Tertul. contra Marcion. lib. 1. c. 1.*

II. Scripſit tunc quoque commentarium de Reſurrectione carnis; quod ejuſdem ſcriptis manifeſtum eſt, dum in eodem horum meminit librorum adverſus Marcionem, & libro quinto adverſus eumdem citat librum a ſe ſcriptum de Reſurrectione carnis, ita ut appareat, eodem ferme tempore ambos ab eo elucubratos fuiſſe commentarios. Tunc quoque idem auctor librum edidit de Carne Chriſti, eodem propemodum argumento. Totus itaque in his fuit hoc anno Tertullianus, ut graſſantem Marcionis hæreſim impugnaret, necnon Valentinum, carnis Chriſti veritatem impie negantem. Meminit (*d*) ibi Alexandri cujuſdam ex Valentini ſecta deſcendentis qui Chriſti carnem ſui ortu (proh ſcelus!) impie dicebat infectam fuiſſe peccato.

Aliæ Tertulliani Lucubrationes hujus temporis.

(*d*) *Tertul. de Carn. Chriſti c. 15. 16. 17.*

III. Sed decipitur, mea ſententia, qui putat hunc, in quem Tertullianus invehitur, Alex-

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 960. Olymp. 246. an. 3. A. C. 207.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5700.

☉ 20. D. ☽ 18. P. 15. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 207. *ſecund. Baronium* 209.

ZEPHYRINI PAPÆ 11.

SEVERI IMP. 15. CARACALLÆ IMP. 10.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. & ſeqq. Coſſ. *Aper & Maximus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſtola Conſulari.

II. *Quindecennalia Severi.* Videtur Severus hoc anno Quindecennalia celebraſſe, ob eaque ſolennia Imp. XII. appellatum eſſe, quando iniit Tribunitiam Pot. XV. ut videre eſt in Nummis & Inſcriptionibus ea Tribunitia Poteſtate notatis. Mediobarbus in Numiſmatis Impp. pag. 277. ait, Severum hunc titulum multiplicaſſe propter victorias Britannicas per Duces reportatas. Sed licet verum ſit, per hæc tempora bellum in Britannia geſtum, ut docet Dio lib. 76. & propter victorias Imperatoris titulum de more auctum, ſuſpicor tamen Severum cum Tribunitia Pot. VI. titulum Imperatoris XI. ob Quinquennalia, & titulum Imperatoris XII. propter Decennalia ſuſcepiſſe. Et ratio eſt, quia intra illud quinquennium multas victorias retulit, nec titulum illum multiplicavit, & poſt currentem annum Caledonios, aliosque Barbaros in Britannia vicit, indeque Britannicus dictus eſt; nec tamen nomen Imperatoris XIII. in Nummis ejus & Inſcriptionibus legitur. Quod ſi poſt Britannicas victorias Vicennalia edidiſſet; Imperator XIII. appellatus eſſet, cum in Vicennalibus & id genus feſtis victoriæ antea reportatæ in Nummis & Inſcriptionibus rurſus memorari ſolerent. Quam conjecturam Chronologiæ quandoque dirigendæ non parum utilem, Viris eruditis magis diſcutiendam proponere volui. Caracalla Severi filius hoc anno Tribunitiam Pot. X. ſuſcepit, & Imperator II. appellatus eſt, ut ejus Numiſmata oſtendunt, quia cum patre titulum illum geminavit.

III. *Tertullianus ſcribit adverſus Marcionem.* Tertullianus hoc anno, Imperii Severi decimo quinto, contra Marcionem ſcripſit, ut recte Baronio obſervatum. Fervebat tunc perſecutio, ut ex lib. 1. adverſus Marcionem liquet, quæ Severi Quindecennalium occaſione de more aucta. Dodvvellus in Diſſert. Cyprianica XI. quæ eſt de Paucitate Martyrum, perſecutionem Severi intra biennium, primum videlicet & ſecundum hujus Imperatoris annum coarctat; cum tamen ex laudato Opere Tertulliani conſtet, eam per hæc tempora graſſatam eſſe, & ex Sulpicio Severo liqueat, eam uſque ad Severi finem continuatam. Ubi enim de ea locutus eſt, ait: *Interjectis deinde an-*

NOTÆ [1] COſſ. *Aper & Maximus*. Abſunt a vetuſtis monumentis horum prænomina. Gruterianus lapis pag. CIII. 6.

V. IDUS. JUNIAS
APRO. ET MAX.
COSS.

Ita quoque vulgares Faſti.

Alexander Valentinianus. Alexandrum illum eſſe, de quo Suidas ſcribit his verbis: *Alexander Hierapolis Epiſcopus & martyr novem capitibus conſcripſit; Quid novi Chriſtus in mundum intulerit. Quæ oratio reconditis ſententiis eſt referta:* Hæc ipſe. Qui cum hunc fuiſſe martyrem dicat, plane alium longe diverſum ab Alexandro Valentiniano declarat; nam (ut ſuo loco ſuperius dictum eſt) tantum abeſt ut Valentinianus quiſpiam reperiatur ſubiiſſe martyrium, ut potius hoc ipſum docerent omnes, nequaquam pro Chriſto martyrium ſubeundum; quod idem ipſe Tertullianus (a) in Scorpiaco non obſcure ſignificat, dum Valentinianos inter martyrii refragatores adnumerat.

(a) Tert. in Scorpiac. c.1.

JESU CHRISTI ANNUS 210. ZEPHYRINI PAP. ANNUS 8. SEVERI IMP. ANNUS 16.

I. CHriſti anno ducenteſimo decimo, Antonino Auguſto tertium & Geta Cæſare ſecundum Coſſ. celebrata ſunt Romæ Antonini Decennalia; quibus celebratis, Severus una cum filiis & exercitu adverſus Britannos, qui fines egreſſi, Romanorum ditionem invaſerant, eſt profectus. Id quidem hoc anno contigiſſe, nempe tertio ante obitum ipſius Imperatoris, auctor eſt Dio (a). Quo item anno Geta Cæſar cum Tribunitia poteſtate Imperium accepit. Id enim nummorum inſcriptiones ſignificant, quæ a diverſis (b) in unum congeſtæ atque deſcriptæ habentur. Hoc plane illud ipſum tempus eſſe conſtat, quod Tertullianus (c), ſcribens librum de Pallio (ut ſuperius fuſius dictum eſt) ſub triplici Imperii virtute, tribus re-

Geta Auguſtus dictus.

(a) Dio in Severo.

(b) Panvin. in Faſt. Adolph. de num. & alii.

(c) Tert. de Pallio c. 2.

PAGIUS *annis VIII. & XXX. pax Chriſtianis fuit, niſi quod medio tempore Maximinus nonnullarum Eccleſiarum Clericos vexavit.* Ab anno autem CCXI. Severi emortuali ad annum CCXLIX. quo Decius perſecutionem inſtauravit, anni XXXVIII. interjiciuntur. Quare Severus uſque ad mortem ſuam Chriſtianos vexavit, vel vexari permiſit, quod perinde illis erat. Dodvvellus quidem loco citato num.LII. dicit, reponendam eſſe decadem, quam interceſſiſſe arbitratur, legendumque, *XLVIII.* loco *VIII. & XXX.* ſicque annos illos a decimo Severi quo perſecutio cœpit, ad CCL. in quem incidit maxima pars primi anni Imperii Deciani, numerandos eſſe. Verum ex laudato Tertulliani Libro manifeſtum fit, præfatum numerum XXXVIII. annorum retinendum, & quod gratis & ſine alicujus exemplaris teſtimonio aſſeritur, rejiciendum. Pax itaque Eccleſiæ non reddita, niſi poſt Severi interitum; quod indicare videtur Dio lib.77. ubi poſtquam retulit, Caracallam Severi filium & ſucceſſorem occidiſſe fratrem Getam, ait, illum dixiſſe in Senatu: *Audite, inquit, rem maximam, ut totus terrarum Orbis gaudeat. Omnes exules rei facti cujuſvis ſceleris, quomodocumque damnati ſint, reſtituantur,* &c. Perſecutio igitur Severiana non ſolum ſanguinolenta, ſed etiam longa extitit.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5701. SÆC.III.

⊙ 21. CB. ☽ 19. P.24. April. Indict. 1. Anno Urbis 961. Olymp. 246.an.4. A.C. 208.

JESU CHRISTI 208. *ſecund. Baronium* 210.

ZEPHYRINI PAPÆ 12.

SEVERI IMP.16. CARACALLÆ IMP. 11.

GETÆ IMP. 1.

[1] AD num.I. Coſſ. *M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug. III.* & *P. Septimius Geta Cæſar II.* I. Conſules.

Sumtus hic Conſulatus a Geta juxta tertiam Conſulatuum Cæſareorum regulam, a Caracalla juxta ſecundam; Imperii enim Auguſtei Decennalia celebravit, ut certo demonſtrat ejus Nummus, in cujus poſtica legitur: VOTA SOL. DEC. PONTIF. TR. P.XI. COS. III. S. C. Baronius Getam hoc anno Auguſtum nuncupatum ſcribit; alii vero tradunt incertum eſſe, an hoc anno, vel ſequenti dignitatem illam obtinuerit; cum initio anni CCXII. quo interfectus fuit, Tribunitiam Poteſtatem quartam gereret, quæ tam a ſequenti anno quam a præſenti inchoari

II. Decennalia Imperii Auguſtei Caracallæ.

NOTÆ [1] COſſ. *M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug. III. & P. Septimius Geta Cæſar II.* Gruterus pag. XLV. 13.

IMP. ANTONINO. PIO. AUG. III. ET
GETA. NOBILISSIMO. CAES. II. COS

Aliæ Gruterianæ inſcriptiones pag. CXXX. 8. MXVII. 3.

ANTONINO. III. ET
GETA. COS.

Nummi aurei & argentei *Getæ* in Muſæo Theupolo pag.228. 220. cum epigraphe P. SEPT. GETA PIUS AUG. BRIT. & in poſtica, TR. P. III. COS. II. Ergo in Faſtis hujus anni *Geta* non *Cæſar*, ſed *Aug.* eſt appellandus.

Ve-

regnantibus Auguſtis, feliciſſimum appellat; de quo ubi ait: *Eradicato omni aconito hoſtilitatis;* ad tyrannos, barbaroſque devictos alludit. Ubi vero addit: *Et catto & rubo ſubdolæ familiaritatis;* ad Plautianum, de quo ſuperius actum eſt, pertinere omnes recte cuncta conſiderantes intelligent. Sed & cum ſubdit: *Conſitum & amœnum ſuper Alcinoi pometum & Midæ roſetum ipſum, (quod dixerat) re vera Orbis cultiſſimum huius Imperii rus eſt: Deo nimirum* (ut ait) *tot Auguſtis in unum favente;* concordiam & fœlicitatem præſentis temporis demonſtrat Imperii, duobus fratribus Auguſtis cum patre Severo una regnantibus, & Julia Auguſta matre eos arctis vinctos pacis & amoris vinculis confovente.

Quem quidem feliciſſimum Imperii ſtatum, ejus temporis æra cuſa declarant. Invenimus enim plures antiquos nummos trium Auguſtorum, necnon Juliæ Auguſtæ matris juniorum Imperatorum imaginibus inſignitos; quorum unum hic tibi proponimus ad elucidationem Tertulliani loci; etenim illam horum temporum, trium Auguſtorum regnantium felicitatem exprimit, Severum cum conjuge parte altera, altera vero Antoninum & Getam filios Impp. notatos habens publicæ felicitatis & perpetuæ concordiæ titulis. II.

(*a*) Ex *Muſæo Lælii Paſqualini Canon. S. Mariæ Major. in Urbe.*



(*a*)



III. Cæterum etſi cunctis Romano Imperio ſubditis felicia hæc viſa ſunt tempora; Africanis certe ipſis, ex quibus Severus ducebat originem, ceſſerunt feliciſſima, præcipue tamen Carthaginenſibus, de quibus Tertullianus ipſo exordio libri de Pallio;

PAGIUS choari potuit. Verum eam nuncupationem currenti anno factam Caracallæ Decennalia evincunt; cum, ut ſæpius diximus, annis hujuſmodi ſolenniis addictis novi Cæſares, aut Auguſti creari ſolerent.

III. *Decennalia Imperii Cæſarei Getæ.* Incidunt & in hunc annum Decennalia Imperii Cæſarei Getæ, ad quæ referendum Numiſma a Scaligero, in animadverſionibus Euſebianis ad num. 2215. recitatum, IMP. CÆS. P. SEPT. GETA. PIUS. AUG. SECULARIA SACRA. S.C. Anno Chriſti ducenteſimo quarto *Ludi Seculares* a Severo, Caracalla, & Geta editi, ut conſtat ex Nummis apud Mediobarbum. Quo tempore Geta tantum Cæſar erat. Sed quia in Decennalibus victoriæ ante decennium reportatæ, aliaque ad gloriam Principum magis conferentia Nummis inſculpebantur, eorumque memoria renovabatur; ideo in præfato Getæ Nummo, poſtquam Auguſteam dignitatem conſecutus eſt, cuſo, Ludi Seculares in Imperii ejus Cæſarei Decennalibus memorati. In quod arcanum cum Scaliger non penetraret, exiſtimavit, Getam anno

NOTÆ Veteris lapidis fragmentum Beneventi, de quo nos ſupra ad A. D. 147. at detritis adeo litteris & exeſis, ut vix hæ exſcribi poſſint. Quæ legi potuere, ſunt:

..... F CLASSETIUS
..... C. V. NATUS. IIII. IDUS
..... ANNIO LARGO PROSTII
..... MESSALINO COS. VITA FUNC
...... IDUS. APRIL. IMP. ANTON.
III.
...... COS. ANN. LXI. DIES. XXVIII.
MORTUUS. VIXIT. EX MENS
.... IMP. SEPTIMIO SEVERO
.... ANTONINO COS. ANNIS
..... SIBUS. VI. ADLECTUS
..... PRAETORIOS. ADIV....
. . . .

A conſulatu *Largi & Meſſalini*, hoc eſt ab A. D. 147. ad *Caracallæ* tertium conſulatum, anni *ſexaginta & unus* excurrunt; quare cum iſte *Claſſetius* annos LXI. & dies aliquot vixerit, recte illius anni ab his conſulatibus ſupputantur, recteque in lapide uterque conſulatus ſignatur.

Faſti Idatiani, & Proſperi Chronicon: *Antonino III. & Geta III.* Vindebonenſes, & Bucherii laterculus: *Antonino III. & Geta II.*

lio; quem his ferme temporibus Severi ſcripſiſſe diximus, iſta præfatur: *Principes ſemper Africæ, viri Carthaginenſes, vetuſtate nobiles, novitate felices, gaudeo vos tam proſperos temporum (cum ita vacat & juvat) habitus denotare pacis: hæc & annona, & otia, ab Imperio & a cælo, bene eſt:* plane alludens ad ea quæ cum Spartianus ſcribit, tum antiquæ nummorum declarant inſcriptiones. *Tripolim* (inquit (*a*) ille) *unde oriundus erat, contuſis bellicoſiſſimis gentibus, ſecuriſſimam reddidit; ac pacem diuturnam, oleum gratuitum, & fœcundiſſimum agrum donavit.* At non ſolum hæc pacis & abundantiæ bona Tripolitani ſenſerunt, ſed & Carthaginenſes, quibus idem Severus Auguſtus complura indulſit; ut antiqua tum ipſius tum filii Antonini numiſmata docent, quæ hic tibi exprimenda curavimus:

(*a*) *Spartian. in Severo.*

(*b*) *Ex Muſæo Lælii Paſqualini Canon. S. Mariæ Major. in Urbe.*



(*b*)







Per ſedentem ſuper leonem mulierem exprimi Cœleſtem Carthaginenſium deam, inferius quinto Annalium tomo alia occaſione pluribus dicturi ſumus. His itaque & aliis beneficiis toti Africæ præſtitis, ab Africanis inter deos Severus relatus eſt.

IV. Scribebat his item temporibus Tertullianus (*c*) adverſus Judæos: in cujus quoque commentario hæc de præſentis temporis ſtatu: *Britanniæ inter Oceani ambitum concluſæ ſunt. Maurorum gens & Getulorum rabies a Romanis obſidentur, ne regionum ſuarum fines excedant. Quid de Romanis dicam, qui de legionum ſuarum præſidiis Imperium ſuum muniunt?* Ita enim a Severo totius Romani Imperii paci conſultum fuit, diſtributis per provincias, præſertim limitaneas triginta duabus legionibus; quarum (inquit Dio *d*) decem & novem ſupererant ex iis quæ Auguſti tempore erant. Addiderat unam, Italicam nominatam Nero; Galba duas, Auxiliariam dictam primam, atque aliam Septimam nominatam. Totidem Veſpaſianus, Auxiliariam ſecundam, quartam Flaviam. Domitianus unam Athenienſem. Trajanus duas, ſecundam Agrippinam, trigeſimam Germanicam. Marcus Antoninus duas itidem; ſecundam in Norico, tertiam in Rhætia; ambas dictas Italicas. Severus vero abundantius cæteris addidit tres, duas dictas Par-

(*c*) *Tert. adv. Jud. c. 7.*

Vires Romani Imperii.

(*d*) *Dio hiſt. Rom. l. 55.*

PAGIUS anno ducenteſimo quarto Auguſtum nuncupatum, idque ex citato Nummo manifeſte conſtare. Sed cum Geta Tribunitiam Poteſtatem quartam dumtaxat inierit, Scaligeri error manifeſtus. Poſſinus in Notis ad Paſſionem SS. Perpetuæ & Felicitatis arbitratus eſt, ſe laudati Numiſmatis beneficio, annum quo illæ martyrium paſſæ, detexiſſe. In earum enim Sanctarum Actis dicitur, eas morti addictas, quando celebrabatur *Natale Getæ Cæſaris*, ideoque martyrium illud ante finem anni CCIV. quo Getam Auguſtum renunciatum credit, accidiſſe. Mediobarbus in Geta pag. 301. eundem Getæ Nummum refert, citatque Card. Noriſium pag. 170. in Cenotaphiis Piſanis Caii & Lucii Cæſarum, ubi illum ex Scaligero recitat; ſed, quod omnino intolerabile, nulla ſuæ immutationis, ſeu verius depravationis, ratione reddita, legit: GETA CÆSAR PONTIF. COS. in averſa parte, SECULARIA SACRA. S. C. licet apud Card. Noriſium, quem citat, Geta cum nomine Auguſti legatur. Vix credi poteſt, quantum Antiquarii Literis nocuerint, dum inſcriptiones Nummorum & Lapidum, quas non percipiebant, corrupere, vel prorſus omiſere; ſic enim errori viam patefecerunt, & veritati e tenebris eruendæ occluſerunt.

Parthicas, primam, & tertiam, ſecundam vero Medicam ob victorias de Parthis & Medis obtentas.

V. Vis Chriſtianæ religionis.

(a) Tertull. adverſ. Jud. c.7.

Sed egregie Tertullianus (a), his de Romani Imperii viribus recenſitis, longe præſtare iis omnibus inermem Chriſtianam religionem ſignificat; ac proinde juſtiſſime gloriatur. Quippe cum Romani tot legionibus ſuum Imperium muniant: *nec trans iſtas*, inquit, *gentes porrigere vires regni ſui poſſint. Chriſti autem regnum & nomen ubique porrigitur, ubique creditur, ab omnibus gentibus ſupra numeratis colitur, ubique regnat, ubique adoratur.* Hæc & alia ipſe de Chriſti ubique regnantis gloria, in Judæos livore tabeſcentes, & canino dente Chriſti cultum rabide corrodentes, objectat. Sed unde ſibi in Judæos agendi ſuppeditata ſit occaſio & argumentum, ipſo ſui ipſius exordio operis declarat his verbis (b):

(b) Tertull. adverſ. Jud. c.1.

VI. Judæi in religionem Chriſtianam ſemper armati.

Proxime accidit; diſputatio habita eſt Chriſtiano & proſelyto Judæo Alternis vicibus contentioſo fune uterque diem in veſperam traxerunt. Obſtrepentibus etiam quibuſdam ſpectantibus, ſingulorum nubilo quodam veritas obumbrabatur. Placuit ergo, quod per concentum diſputationis minus plene potuit dilucidari, inſpici curioſius, & lectionis ſtylo quæſtiones retractatas terminare: Hæc ipſe. Ex quibus liquet, Dei Eccleſiam non modo Gentilium gladio cruentatam, ipſorumque calumniis turpiter exagitatam, hæreticorum ingruentium impietate vexatam, ſed & dilaceratam furore oblatrantium Judæorum; opuſque fuiſſe cum iiſdem manus ſæpe conſerere; ut qui indigno ferentes animo totum jam mundum poſt Chriſtum abire, non ceſſarent coram Gentibus in Chriſtum obloqui, & horrendas blaſphemias effutire, de Chriſtianis garrire, quod hominem ab ipſis in crucem actum adorarent: ſicque omni contumeliarum genere ubique ſolerent Chriſtianam religionem deridere, ut non mediocre nec facile incumberet Chriſtianis negotium, hos coram ipſis Gentibus talia audientibus ac ſpectantibus, mendacii redarguere, ac penitus confutare.

Nec prætermittendum, quod hac quoque diſputatione Tertullianus refricat calamitates ipſorum, quas attigerat in Apologetico (c), dum ipſorum ſtatum præſentem ob oculos ponit, ſic dicens (d): *Interdictum eſt, ne in confinio ipſius regionis demoretur quiſquam Judæorum: ut hoc quoque eſſet adimpletum per Prophetam (e): Terra veſtra deſerta, civitates veſtræ igni exuſtæ, id eſt, quod belli tempore eis evenerit: Regionem veſtram in conſpectu veſtro exteri comedunt, & deſerta & ſubverſa erit a populis alienis. Et alio loco ſic per Prophetam (f) dicitur: Regem cum claritate videbitis, id eſt, Chriſtum facientem virtutes in gloria Dei Patris: & oculi veſtri videbunt terram de longinquo: quod vobis pro meritis veſtris poſt expugnationem Hieruſalem, prohibitis ingredi in terram veſtram, de longinquo eam oculis tantum videre permiſſum eſt:* Hæc & alia de his Tertullianus. Quando autem hæc facta ſint, jam ſuperius dictum eſt, ſed his hactenus. VII.

(c) Tertul. in Apolog. cap.21.

Status infelix Judæorum.

(d) Idem contra Jud. cap.13.

(e) Iſai.1.

(f) Iſai.33.

VIII. Zephyrinus Papa confutat Hæreticos.

Quod vero ad Romanam Eccleſiam ſpectat: Erat his temporibus Zephyrinus Papa (reſpirante jam a perſecutione Eccleſia) totus ad expugnandas hæreſes comparatus. Optatus enim Milevitanus hæc de ipſo ac cæteris qui hoc tempore validius hæreſes oppugnabant: *Marcion*, inquit, *Praxeas, Sabellius, Valentinus, & cæteri, temporibus ſuis a Victorino Pictavienſi, & Zephyrino Urbico, & Tertulliano Carthaginenſi uſque ad Cataphrygas, & ab aliis aſſertoribus Eccleſiæ ſuperati ſunt.*

JESU CHRISTI ANNUS 211. ZEPHYRINI PAP. ANNUS 9. SEVERI IMP. ANNUS 17.

I. Britanni coerciti.

DUcenteſimo undecimo Chriſti anno, Claudio Pompejano & Lolliano Avito Coſſ. Severus Britannos coercuit. Sed & quod (inquit Spartianus) *maximum ejus Imperii decus eſt, muro per tranſverſam inſulam ducto, utrinque finem Oceani communivit; unde etiam Britannici nomen accepit.* Sed hæc Dio fuſius eſt proſecutus.

II. De Minutio Felice.

(g) Hier de Scrip. Eccleſ. in Minutio.

His ipſis temporibus, cum Zephyrinus Romanæ præeſſet Eccleſiæ, recenſetur a ſancto Hieronymo (g) inter nobiles ſcriptores Eccleſiaſticos Minutius Felix, de quo hæc ſcribit: *Minutius Felix, Romæ inſignis cauſidicus, ſcripſit dialogum Chriſtiani & Ethnici diſputantium, qui Octavius inſcribitur; ſed & alius ſub ejus nomine fertur de Fato, vel contra Mathematicos; qui cum ipſe ſit diſerti hominis, non mihi videtur cum ſuperioris libri ſtylo convenire. Meminit hujus Minutii Lactantius in libris ſuis.* Hæc Hieronymus, qui eumdem auctorem laudat in epiſtola ad Magnum (h). Porro Cæcilium Rhetorem, qui apud Minutium interloquitur, Chriſtianam Religionem vehementer impugnans, quod is tandem ab Octavio perſuaſus, viſus ſit manus dediſſe, atque Chriſto crediſſe; magna ac vehemens me conjectura adducit, ut

(h) Hier. epiſt.84.

De Cæcilio Rhetore.

ut exiſtimem hunc fuiſſe Cæcilium illum inſignem eruditione virum, Cypriani Epiſcopi Carthaginenſis magiſtrum; a quo honoris cauſa, utpote qui percelebris fama eſſet, Cæcilii nomen accepit. Hæc quidem ut putem, tempus, ſtudium, nomen, patria, ac religio denique ipſa perſuadet; quibus in unum concurrentibus ſignis, quadam velut facta ſyndrome, qui recte ſapiet, haud opinor, vanum me ut conjectorem temere condemnabit.

III. Minutius agit cauſam pro Chriſtianis. Quod vero ad commentarium illum Minutii Felicis pertinet, videas eaſdem plane calumnias in Chriſtianos objectas, quas Tertullianus in eo quem nuper ſcripſerat Apologetico erudite refellit; ut figmentum illud de capite aſini, quod calumniabantur colere Chriſtianos; de infanticidio & eſu carnium humanarum, & promiſcuo, facta luminum extinctione, concubitu. Sed ad antiquas calumnias illud additum reperitur, Chriſtianos colere Antiſtitis genitalia; quam quidem ea occaſione irrogatam putamus infamiam, quod Chriſtiani omnes ad genua ſacerdotis flexis genibus procumberent, manibuſque ſuppliciter junctis, exomologeſim more majorum facere conſueviſſent. Hæc & alia multa ab Ethnicis objectari ſolita, a Cæcilio vehementius inculcata, ab Octavio confutata ſcitiſſime proponuntur.

IV. Inter alia autem, quod recentis perſecutionis fixa in mentibus hominum de martyriis Chriſtianorum eſſent exempla, ex Octavii Chriſtiani perſona Minutius præclarum illud ingerit (*a*): *Itaque ut aurum ignibus, ſic nos diſcriminibus arguimur. Quam pulchrum ſpectaculum Deo, cum Chriſtianus cum dolore congreditur; cum adverſus minas & ſupplicia & tormenta componitur; cum ſtrepitum mortis & horrorem irridens inculcat; cum libertatem ſuam adverſus Reges & Principes erigit; ſoli Deo, cujus eſt, cedit: cum triumphator & victor ipſi, qui adverſum ſe ſententiam dixit, inſultat:* & paulo poſt: *Sic Chriſtianus miſer videri poteſt, non poteſt inveniri. Vos ipſi calamitoſos viros fertis in cælum, Mutium Scævolam; qui cum erraſſet in Regem, periiſſet ab hoſtibus, niſi dexteram perdidiſſet. Et quot ex noſtris non dexteram ſolum, ſed totum corpus uri, cremari ſine ullis ejulatibus pertulerunt, cum dimitti præſertim haberent in ſua poteſtate? Viros cum Mutio, vel cum Aquilio, aut Regulo comparo? Pueri & mulierculæ noſtræ, cruces & tormenta, feras & omnes ſuppliciorum terriculas inſpirata patientia doloris illudunt. Nec intelligitis, o miſeri, neminem eſſe, qui aut ſine ratione velit pœnam ſubire, aut tormenta ſine Deo poſſit ſuſtinere:* Hæc & alia complura eodem argumento Minutius. Ipſum etiam de Fato ſcripſiſſe, hæc ejus verba ſignificare videntur, quibus ait: *In nobis non genitura plectitur, ſed ingenii natura punitur. Ac de Fato ſatis hæc, vel pauca pro tempore, diſputaturi alias & verius, & plenius.* Hæc Minutius Felix, cujus plane aureum commentariolum una cum Arnobio luculenter a ſe noviſſime re-

Laudata Chriſtianorum conſtantia.

(*a*) *Minut. eod. lib. prope fin.*

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5702.

SÆC. III. Anno Urbis. 962. Olymp. 247. an. 1. A.C. 209.

☉ 22. A. ☽ 1. P. 9. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 209. *ſecundum Baronium* 211.

ZEPHYRINI PAPÆ 13.

SEVERI IMP. 17. CARACALLÆ IMP. 12.

GETÆ IMP. 2.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Claudius Pompeianus*, & *Avitus*, quem ultimum Baronius perperam Lollianum Avitum appellat, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari.

II. *Caracalla Britannicus dictus.* Severus anno tantum ſequenti Britannicus dictus, & celebris murus a mari ad mare per mediam Britanniam ab eo ductus. Spartianus enim in Severo cap. 18. ait, *Britanniam (quod maximum ejus Imperii decus eſt) muro per tranſverſam inſulam ducto utrimque ad finem Oceani munivit: unde etiam Britannici nomen accepit.* Caracalla in Nummis apud Mediobarbum non dicitur Britannicus, niſi quando gerit Tribunitiam Pot. XIII. anno ſequenti inchoatam. Quare cum Britannicus eodem tempore, quo pater appellatus fuerit, magnificum illud Opus illo anno ædificatum.

NOTÆ [1] COſſ. *Claudius Pompeianus*, & *Avitus*. Sponius in Miſcellan. pag. 40.

POMPEIANO. ET AVITO
COSS. KAL. IAN.

Gudianæ inſcriptiones:

CIVICA POMPEIANO. ET
LOLLIANO AVITO. COSS.

Vide Noriſium in Epiſtola conſulari.
Lapis inter Donianas inſcriptiones cl. VI. n. 155.

MILITARE COEPIT
POMPEIANO. ET AVITO. COS.

Hæc eadem inſcriptio legitur inter ſelectas Jo. Vignolii pag. 310. ſed aliquantiſper varians.

De *Lolliano* Apuleius Apolog. 1. Vulgares Faſti: *Pompeiano*, & *Avito*. Omittitur ergo & in Faſtis, & in vetuſtis lapidibus horum prænomen, ut & *Claudii* nomen, ſeu mavis prænomen, in *Pompeiano*.

recognitum, emendatum, ac illuſtratum, nuper Romæ edidit vir illuſtris & inſigniter eruditus Fulvius Urſinus, de Eccleſiaſticis quoque litteris optime meritus.

V. Objectio gentilium & hæreticorum.

Sed inter plura quæ a Gentilibus in Chriſtianos objici ſolita erant, & apud eumdem auctorem a Cæcilio in Octavium ingeruntur, quod eadem a Novatoribus adverſus Catholicos, noſtris temporibus in calumniam convertantur, nolumus prætermittere; quo Minutii locus male acceptus, & ab occaſionem quamlibet captantibus perperam interpretatus elucidetur, & legitimus germanuſque verborum ipſius ſenſus a quovis perſpicue intelligatur. *Cur* (inquit ille, de noſtris loquens) *nullas aras habent, templa nulla, nulla nota ſimulacra?* Comparant ex iis, inquam argumentum hæretici, qui impie demoliri conſueverunt Catholicorum eccleſias: ſtruuntque calumniam, affirmantes, nullas penes Chriſtianos fuiſſe Eccleſias, vel altaria, aut imagines. At licet primo tomo Annalium (*a*) apertiſſima luce fuerit demonſtratum, ab ipſo exordio naſcentis Chriſti Eccleſiæ, ea omnia apud Chriſtianos fuiſſe, & religionis uſui inſerviſſe; ipſique Minutii citato loco fuerit ſatiſfactum: tamen hic eum dilucidius explanare, haud otioſum erit.

(*a*) *Tomo primo Annal. an.* 57.

VI. Elucidatio loci Minutii.

Deriſio potius erat illa, quam calumnia Gentilium in Chriſtianos inſultantium, quod nullum penes illos templum eſſet. Quidnam vero per templum ipſi intelligerent, eſt diligentius inquirendum. Errant in primis, qui putant, omnes ſacras deorum ædes, in quibus ſacra facerent, templa dicta fuiſſe. Immo cum quamplurima eſſent Romæ multiplicium deorum delubra, perpauca tamen eorum conſtat nominata fuiſſe templa. Eſt de his teſtimonium M. Varronis ad Pompeium de officio Senatus habendi Iſagogicum conſcribentis, in quo hæc atque alia apud Gellium (*b*): Inter quæ id quoque ſcriptum reliquit: *Non omnes ædes ſacras templa eſſe, ac ne ædem quidem Veſtæ templum eſſe*: Hæc ibi. Immo & templa dici etiam, quæ alii publico uſui quam divino cultui inſervirent, alibi idem Varro (*c*) teſtatur, cum ait: *Curia Hoſtilia templum eſt, & ſanctum non eſt*. Ex quibus omnibus plane intelligas, nonniſi ingentes illas ædium moles, vaſtas illas ampliſſimaſque publicorum ædificiorum ſtructuras, atque auguſtiora delubra, templa ab illis vocitata. In quam plane ſententiam hæc Arnobius (*d*) in eos: *Templa enim hæc quid ſunt? Si humanam infirmitatem roges, neſcio quid immane atque amplum.* Et paulo poſt: *Sint ergo hæc licet aut ex molibus marmoreis ſtructa, laquearibus aut renideant aureis, ſplendeant hinc gemmæ, & ſidereos evomant variata interſtitione fulgores: terra ſunt hæc omnia, &c.* Certe quidem nec nos inficias imus, caruiſſe priſcos illos Chriſtianos ejuſmodi templis, & Eccleſiis templorum inſtar erectis.

(*b*) *Apud Gell. l.*14. *c.*7.

(*c*) *Varro de lingua Lat. l.*6.

(*d*) *Arnob. adv. Gentes l.*6.

VII.

Verum nec quidem religionis humilitate, impenſarumve parcitate, ab hujuſcemodi ſtructuris tunc Chriſtiani abſtinuerunt; ſed quod jugis Gentilium conflata in eos invidia non ſineret, & frequens inde dimanans perſecutio non permitteret. Nam ſimulac ceſſarunt Ethnici Imperatores, & Chriſtiani nacti ſunt habenas Imperii, nempe temporibus Conſtantini, qualia toto Chriſtiano orbe ab iiſdem templa fuerint excitata, illa ipſa quæ adhuc pluribus in locis integra remanent, quæve in antiquis chartis a majoribus deſcripta leguntur, certiſſimam fidem faciunt. Ad hæc igitur a Gentilibus in eos objecta, erat juſtiſſima Chriſtianorum illa reſponſio: Dei templum eſſe univerſum hoc quod cernitur, vel, quæ latiores complectitur ambitus, mentem humanam: nec aliquod his dignius poſſe Deo optimo maximo templum erigi. Nam cœlum ipſum templum eſſe dictum, totumque hoc quod tuimur (unde & nomen accepit) idem qui ſupra auctor eſt Varro (*e*). Cum alioqui Fideles (quod ſuo loco eſt apertiſſime demonſtratum) haberent ſacras ædes, precatorias domos, quas frequentiori uſu Eccleſias nominarent; in quibus ad ſacrificium celebrandum eſſet altare, ac ſacræ imagines, non autem aræ ad animalium cædes vel ſuffitus accommodatæ, vel ſimulacra deorum, more ipſorum deſuper collocata.

Præcipuum Chriſtianorum templum.

(*e*) *Varro de ling. Lat. l.*6.

Chri-

JESU CHRISTI ANNUS 212.	ZEPHYRINI PAP. ANNUS 10.	SEVERI IMP. ANNUS 18.

I. CHriſti anno ducenteſimoduodecimo, Acilio Fauſtino & Macro Rufiniano Coſſ. Severus Imperator, qui hactenus ob adeptum Imperium & tot gentes debellatas feliciſſimus habebatur; in filiis ſe eſſe omnium miſerrimum expertus eſt. Ab Antonino enim ſæpe occidi tentatus, beneficio amicorum eſt a nece ſubductus: ſcribit hæc paucis Dio (a) his verbis: *Antoninus filius palam ſua eum manu occidere eſt conatus. Nam cum forte equitarent una, equitaretque pariter reliquus exercitus, & hoſtium copiæ viderentur; Antoninus, equo refrænato, magno ſilentio percommode gladium diſtrinxit, ut tergum patris percuteret. Quod ubi animadverterunt ii qui ſimul equitabant, exclamaverunt protinus; eoque clamore perterritus Antoninus ſe abſtinuit.* Redarguit eum qui rem ſenſerat pater: nec tamen quicquam illi moleſtiæ intulit, ſed tantum obiurgavit. At licet diſſimulaſſet, tamen, quod reliquum fuit vitæ, cum mærore duxit; quippe qui etiam intelligeret, ipſum fratrem Getam interfectum iri, cum primum poteſtas daretur: ſicque *mærore magis quam morbo* (inquit Herodianus c) *conſumptus vita defunctus eſt*: ſed hoc, anno ſequenti. Porro hæc ipſum paſſum ulciſcente numine innoxium Chriſtianorum ſanguinem, æquius dici poſſe videtur, quam (quod tradit Oroſius d) priores illas ærumnas civilis belli; nam nondum illis temporibus negotii aliquid ille faceſſerat Chriſtianis.

(a) *Dio in Severo.*

Severus a filio ad necem quæritur.

(b) *Herod. lib.* 3.

(c) *Oroſ. lib.* 7. *cap.* 17.

PAGIUS SÆC. III.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 5703.

☉ 23. G. ☽ 2. P.1. April. Indict. 3.

Anno Urbis 963. Olymp. 247. an.2. A. C.210.

JESU CHRISTI 210. *ſecundum Baronium* 212.

ZEPHYRINI PAPÆ 14.

SEVERI IMP. 18. CARACALLÆ IMP. 13.

GETÆ IMP. 3.

[1] AD num.I. Coſſ. *M. Acilius Fauſtinus*, & *Triarius Rufinus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari ex Inſcriptione Gruteri pag.300. — I. *Conſules.*

Quindecennalia Imperii Cæſarei Caracallæ. In Diſſert. Hypatica pag.225. retuli Nummum ex Occone pag.374. inſcriptum: *Severus Pius Aug. P. M. Tr. P.XII. Coſ.III.* in averſa parte, *Vot. ſolut. dec. Coſ.III.* Sed ſunt duæ partes duorum Nummorum per inconſiderantiam conjunctæ. — II. *Quindecennalia Imperii Cæſarei Caracallæ.*

NOTÆ [1] COſſ. *M. Acilius Fauſtinus*, & *Triarius Rufinus*, Prænomen *Acilii* Relando eſt *Manius*. Gruterus pag. CCC. 1.

M. ACILIO. FAUSTIN.... TRIARIO
RUFINO. COS. M. ANTONIUS. RUFINUS
COOPTATUS. P. R. C. A. DCCCCLXII.

Gudiana inſcriptio.

D. D. FAUSTINO. ET RUFINO
COSS.

Rufinum appellatum fuiſſe etiam *C. Cæſonium Macrum Rufinianum*, cenſet Relandus. Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Fauſtino & Rufino*.

JESU CHRISTI ANNUS 213.	ZEPHYRINI PAP. ANNUS 11.	ANTONINI & GETÆ AUGG. ANNUS 1.

I. De Severi obitu & annis Imperii.

SEquenti anno ducenteſimo decimotertio, Gentiano & Baſſo Coſſ. prid. Nonas Februarii (ut auctor eſt Dio) Severus Imperator non tam corporis morbo (ut dictum eſt) quam animi mœrore confectus, Eboraci in Britannia diem clauſit extremum, cum imperaſſet annos decem & ſeptem, menſes octo, & dies tres, vixiſſetque annos ſexagintaquinque, menſes novem, & dies quindecim. Quo mortuo, Antoninus & Geta fratres capeſſunt Imperium. Ille, qui diutius morte patris expectata, ac pro viribus intentata, ſero nimis (ut ſibi videbatur) voti compos factus erat, ea audita, nactus ſtatim ſummam Imperii poteſtatem, confeſtim (inquit Herodianus *e*) *univerſos ab ipſo lare (quod ajunt) interficere cœpit; nam & medicos ſupplicio affecit, quod ſibi parum obtemperaverant jubenti ſenis maturare necem, nutritioſque ſuos juxta & fratris, quod de reconciliandis eis egiſſent; ne uno quidem reliquo ſuæ crudelitatis facto ex eo ordine hominum, qui in honore aliquo fuerant, quique ipſius parentem obſervaverant.* Hæc Herodianus.

(*a*) *Herodian. l.3. in fin.*

Sævitia Antonini.

II. Ex nutritiis interfectis fuit qui primum locum tenere videbatur Evodus: ipſum quidem ab eo eſſe juſſum occidi, etiam Dio (*b*) affirmat. Fuiſſe autem Evodo conjugem Chriſtianam, Tertullianus (*c*) teſtari videtur, dum ait, eumdem Antoninum lacte Chriſtiano fuiſſe educatum. Porro illud Antonini egregium honeſtiſſimæ pueritiæ Chriſtianis imbutæ moribus ſpecimen editum recenſet Spartianus (*d*), ſic dicens: *Hujus igitur pueritia blanda, ingenioſa, parentibus affabilis, amicis parentum jucunda, populo accepta, grata Senatui, ipſi etiam ad amorem conciliandum ſalutaris fuit: Non ille in litteris tardus, non in benevolentiis ſegnis, non tenax in largitate, non lentus in clementia, ſed ſub parentibus viſus. Denique ſi quando feris objectos damnatos vidit, flevit, aut oculos avertit; quod populo plus quam amabile fuit. Septennis puer, cum colluſorem ſuum puerum ob Judaicam religionem gravius verberatum audiſſet: neque patrem ſuum, neque patrem pueri, vel auctores verberum diu reſpexit.* Hæc ipſe; quem per Judaicam religionem ſignificaſſe Chriſtianam fidem, quæ modo ex Tertulliano dicta ſunt, perfacile indicant.

(*b*) *Dio in Severo, & in Caracal.*
(*c*) *Tert. ad Scapul. c.4.*
(*d*) *Spartian. in Caracal.*

Pueritia Antonini.

III. Digna ultio in Severum & Evodum.

Accidiſſe enim exiſtimo, ut Antoninus cum lacte Chriſtiano educaretur, colluſorem æque habuerit Chriſtianum puerulum, eum-

PAGIUS

ANNO PERICDI GRÆCO-ROMANÆ 5704.

SÆC. III. Anno Urbis 964. Olymp. 247. an.3. A. C.211.

☉ 24. F. ☽ 3. P.14. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 211. *ſecund. Baronium* 213.

ZEPHYRINI PAPÆ 15.

CARACALLÆ IMP. 14. GETÆ IMP. 4.

I. *Conſules.*

[1] ANum.I. ad X. Coſſ. *Lollianus Gentianus*, & *Pomponius Baſſus*, ex variis Faſtis.

II. *Severi Imp. obitus.*

Dio lib.76. de Severo ſcribit: *Morbo extinctus eſt pridie Nonas Februarii*, id eſt, die quarta Februarii. Paulo poſt ſubjungit, *Vixit annos LXV. menſes IX. dies XXV. erat enim natus III. Idus Aprilis. Regnavit annos decem & ſeptem, menſes octo, dies tres.* Natus itaque erat Severus anno Chriſti centeſimo quadrageſimo quinto, ut recte etiam habetur in Collectaneis Græcis a Scaligero, poſt Euſebium publicatis, ubi dicitur Severus natus anno quarto Olympiadis CCXXX. qui anno Chriſti CXLV. uſque ad menſem Julium in curſu eſt. Quoad diem natalem Severi, Dioni ſuffragatur Kalendarium Hervartianum, quod ad III. Idus Aprilis habet: N. DIVI SEVERI, id eſt, *Natale Divi Severi*. Idem legitur in exemplari Bucheriano; ſed in eo quod Petrus Lambecius tom.4. Bibliothecæ Cæſareæ publicavit, illud Severi natale cum quarto idus Aprilis, errore ſine dubio Librariorum, conjungitur. Similes in iiſdem exemplaribus tranſpoſitiones occurrunt; ideoque quando res, de qua agi-

NOTÆ [1] C*Oſſ. Lollianus Gentianus*, & *Pomponius Baſſus*. A Relando hi conſules dicuntur: *Q. Epidius Rufus Lollianus Gentianus*, & *Pomponius Baſſus*. Gruterus pag. CCCIV. 6.

Q. EPIDIO. L. F. POL. RUFO
LOLLIAN. GENTIANO
AUGURI. COS. &c.

Sponius in Miſcellan. pag. 84.

GENTIANO. ET BASSO. COS.

Aliæ inſcriptiones apud Relandum, extremis tantum nominibus, habent:

GENTIANO. ET BASSO. COS.

Ita quoque vulgares Faſti. De *Lolliano Gentiano* Capitolinus in Pertinace. Dio, lib. LXXIX. pag. 910. meminit *Pomponii Baſſi*, juſſu Elagabali morte affecti.

eumdemque collactaneum, atque Evodi Educatoris filium: quem tamen, quod Chriſtianam religionem inter jocos (ut pueri ſolent) Antonino ut acciperet ſuaderet, Severus & pater pueri Evodus ipſe educator acriter verberari juſſerint. Sed ob indignum facinus æqua lance eſt penſata vindicta: nimirum ut pater eum virum jam factum ſenſerit contumacem, quem puerulum a piis ſanctiſque vitæ optimæ inſtitutis colluſoris verberibus diſtraxiſſet, divulſiſſetque: paternis enim monitis, eum a puero excedentem, animo elatiorem, vultuque trucem redditum eſſe tradunt. Sed & pueri pater meritas pænas de verberibus inflictis puerulo dedit, dum (ut nuper dictum eſt) ab eodem Antonino juſſus eſt occidi.

IV. Severus relatus Romæ inter Deos.

Sic igitur defuncto Severo, Antoninus & Geta fratres cum una ſimul adiiſſent Imperium: ambo (*a*) pariter ex Britannia ſolventes, allatis ſecum parentis cineribus, Romam ſe contulerunt, cum tamen inter ſe invicem diſſentirent, & alter alteri inſidias moliretur. Sed quæ poſt hæc acciderint, ſuo loco dicturi ſumus. Delatus Romam in ſuis cineribus Severus ex Senatuſconſulto relatus eſt inter divos. De quo quidem ritu, de ipſis ſcilicet Gentiliciis cærimoniis, cum aliquis inter divos referretur, quæ ab Herodiano (*b*) ſuorum temporum rerum ſcriptore ſunt fideliter ſcripta, dum agit de Severo ipſo Imperatore in divum a filiis conſecrato, deſcribere jucundum fore putamus. Cum enim ſæpius mentio habeatur de Imperatoribus, atque eorum uxoribus a Senatu populoque Romano in deos acceptis; quibus ritibus id faciendum eſſe perſcripſerit inſana ſuperſtitio Gentilicia, quam majores noſtri merito deriſere, hic Herodiani verbis exſcribendum putamus; quo ſtultitia novos deos ad libitum facientium, Deumque verum repudiantium cognoſcatur.

(*a*) *Herodian. l.3. in fin.*

(*b*) *Herod. l.4.*

V. Relatio Imp. in Deos.

Mos eſt, inquit, *Romanis conſecrare Imperatores, qui ſuperſtitibus filiis vel ſucceſſoribus moriuntur. Quique eo ſunt honore affecti, relati dicuntur inter divos. Eſt autem tota Urbe quaſi luctus quidam feſtæ celebritati promiſcuus. Quippe functum vita corpus, ritu hominum, ſumptuoſo funere ſepeliunt. Sed certam imaginem defuncto quam ſimillimam fingunt, eamque in regio veſtibulo proponunt ſupra eburneum lectum maximum atque ſublimem, veſtibus inſtratum aureis. Et quidem imago illa ad ægroti ſpeciem pallida recumbit. Circa lectum vero utrinque magnam partem diei ſedent; a læva quidem Senatus omnis veſtibus atris amictus; a dextera vero matronæ, quas virorum aut parentum dignitas honeſtat: harumque nulla vel aurum geſtans, vel ornata monilibus conſpicitur; ſed veſtibus albis exilibus indutæ, mærentium ſpeciem præbent.* Cur autem viri nigris veſtibus, feminæ vero albis funera celebrarent, Plutarchus (*c*) exacte declarat, pluribus adductis veriſimilibus rationibus.

(*c*) *Plut. qu. Rom. q.26.*

VI. Siniſtræ prærogativæ.

Quod inſuper in communi illo conſeſſu a ſiniſtra parte ampliſſimus Senatorius ordo conſederit, a dextera vero feminæ; illa potuit eſſe ratio, quod apud Romanos pars ſiniſtra (ut idem Plutarchus (*d*) affirmat, & ante ipſum Varro (*e*), & alii) melioris eſſet auſpicii, ac proinde dignior haberetur; ſed id in ſacris atque divinis (cujuſmodi præſens officium videbatur) ut Servius atque Donatus Virgilianum (*f*) illud explicant: *Intonuit lævum.* Sic & apud eumdem Varronem (*g*) & Feſtum (*h*), alioſque priſcos auctores quos citant, habetur expreſſum, Romanos pariter, hujus Hemiſphærii nobiliorem partem, nempe orientem, tribuiſſe ſiniſtræ, dexteræ vero Occidentem: cum tamen, auctore Plutarcho (*i*), philoſophorum principes Pythagoras, Plato, & Ariſtoteles Orientem in dextera collocarent.

(*d*) *Plut. ibid. quæſt. 78.*

(*e*) *Varro de lin. Lat. l.6. verb. Scen. Cic. de Div. l.2. Plin. l.2. c.54.*

(*f*) *Virg. Æneid 2.*

(*g*) *Varro de lin. Lat. l.5.*

(*h*) *Feſt. verb. Siniſtræ aves.*

(*i*) *Plut. de Plac. phi. loſoph. l.2. c.10.*

PAGIUS

agitur, alicujus momenti eſt, tria illa exemplaria, ut facilius error vitetur, inter ſe conferenda. Quod cum Diſſertationem Hypaticam componens non præſtiterim, pag.67. ex fide Kalendarii Lambeciani perperam ſcripſi, Severum quarto Idus Aprilis natum. Interim erravit Spartianus in Vita Severi cap.1. ubi ait: *Ipſe natus eſt Erucio Claro bis, & Severo Conſulibus ſexto Idus Apriles*, anno ſc. Chriſti CXLVI. die octava Aprilis; quod utrumque falſum, ut Dio, qui tunc vivebat, nos dubitare non ſinit. Qui error ex ipſomet Spartiano cap.22. magis innoteſcit: ibi enim ſcribit, vixiſſe Severum annos octoginta novem. Anni, menſes & dies, quibus Severus imperavit, recte a Dione numerati, qui Imperium ejus ab Idibus menſis Aprilis anni CXCIII. exorditur, & diem emortualem excludit. Mediobarbus in Numiſmatis Impp. varia hujus Imperatoris producit, Tribunitia Pot.XIX. notata, ad quæ cum hærerem, ſcripſi ad Virum clariſſimum Rainſantium, Gazæ Regiæ Præfectum, ut pro ſua erga me benevolentia ſignificaret, an in ea ſimilia extarent, qui reſpondit, unicum reperiri æreum medii moduli, in cujus antica, SEVERUS PIUS AUG. BRIT. Repræſentatur caput Severi laureatum. In poſtica: FORTUNA RED. P. M. TR. P.XIX. COS. III. P. P. Cernitur Fortuna ſedens, dextra temonem in globo poſitum, ſiniſtra cornucopiæ tenens: & juxta ſedem rota erecta. Certum itaque Tribunitiam Pot.XIX. Severi in quibuſdam Nummis ſignatam fuiſſe, non quod eam attigerit, cum quarto Februarii die currentis anni obierit; & anno CXCIII. quo imperare cœpit, die quarta Februarii Pertinax Rempublicam Romanam gereret, cui exeunte menſe Martio, Didius Julianus ſucceſſit; ſed quod Monetarii ejus mortem ignorantes eoſdem percuſſerint. Præfatus itaque Nummus, aliique a Mediobarbo recitati, hoc anno ante Idus Aprilis, quibus vivente adhuc Julia-

rent. Sed in ſacris tantum (ut diximus) ſiniſtra priorem ſibi vendicat locum quod (ut ajunt) ſiniſtra noſtra, dextera numinis, quæ præcipue attendi debeat, habeatur; ſecus autem eſſe ſoleret in reliquis conſuetis officiis. Hæc apud Romanos.

VII. Apud Judæos ubi ſiniſtra prælata. (a) Gen. 48. Apud Hebræos autem pars dextera potior erat; ſed divino plane conſilio, per Patriarcham Jacob in benedictionibus Ephraim & Manaſſes propalato (a), mutatæ ſunt vices rerum & ordo, ut ſiniſtra dexteræ præferretur. Quod quidem tum ob myſterium eo ſymbolo conſignatum, tum ob inolitam illam apud Gentes conſuetudinem, Dei Eccleſia, majori ex parte ex Gentibus aggregata, diu uſus retinuit; nimirum ut in publico Patrum conſeſſu, qui dignitate cæteris antecellerent, in ſiniſtra parte conſiderent. Idque pluribus exemplis, ſuis locis, inferius demonſtrabimus, tum præcipue cum agemus de Niceno Magno Concilio. Quod enim in hæc obiter inciderimus, haud patitur ratio inſtituti prolixiorem hic de his habere ſermonem. Ad Herodianum igitur redeamus, qui ſuſceptam ſemel de conſecratione divorum narrationem his proſequitur verbis:

VIII. Vana atque ridenda gentilicia ſuperſtitio. *Hæc ita per ſeptem dies continuos faciunt, medicis ad lectum quotidie accedentibus, inſpectumque velut ægrum deterius ſe habere ſubinde pronunciantibus. Dein ubi jam viſus obiiſſe diem, lectum humeris attollunt Equeſtris Senatoriique ordinis nobiliſſimi ac lectiſſimi juvenes, perque Viam Sacram in vetus Forum deferunt, ubi magiſtratus Romani deponere imperium conſueverant. Utrinque autem gradus quidam ſunt ad ſcalarum ſimilitudinem extructi, in quibus altera ex parte puerorum chorus eſt e nobiliſſimis atque patriciis; altera fœminarum illuſtrium, hymnos in defunctum, pæanaſque canentium verendo ac lamentabili carmine modulatos. Quibus peractis, tollunt iterum lectum, atque extra Urbem perferunt in Campum Martium; ubi, qua latiſſime campus patet, ſuggeſtus quidam ſpecie quadrangula lateribus æquis aſſurgit, nulla præterquam lignorum ingentium materia compactus in tabernaculi formam. Id quidem interius totum eſt aridis fomitibus oppletum, extra autem intextis auro ſtragulis, atque eboreis ſignis, variiſque picturis exornatum. Infra vero alterum minuſculum quidem poſitum eſt, ſed forma & ornatu perſimile, portis januiſque patentibus. Tertiumque item & quartum ſemper ſuperiore contractius, ac deinceps alia, donec ad extremum, quod eſt omnium breviſſimum, perveniatur. Poſſis ejus ædificii formam comparare turribus his, quæ portibus imminentes, noctu igne prælato, naves in tutas ſtationes dirigunt, Pharos vulgo appellant. Igitur lecto, in ſecundum tabernaculum ſublato; aromata & ſuffimenta omnis generis, fructus, herbas, ſuccoſque omnes odoratos conquirunt, atque acervatim effundunt. Quippe neque gens eſt, neque civitas, neque qui honore ullo aut dignitate præcellat, quin certatim pro ſe quiſque ſuprema illa munera Principis honori deferat.*

Ubi vero ingens aromatum acervus aggeſtus eſt, ac locus omnis expletus; tum circa ædificium illud adequitant, univerſis equeſtris ordinis certa quadam lege ac recurſu motuque pyrrhichio numeroque in orbem decurrentibus. Curſus item circumaguntur inceſſi purpuratis rectoribus, qui perſonas ferant ducum omnium Romanorum, principumque illuſtrium. Quæ ubi celebrata ſunt, facem capit Imperii ſucceſſor, eamque tabernaculo admovet. Tum cæteri omnes undique ignem ſubjiciunt, cunctaque illico fomitibus illis aridis odoramentiſque referta igni valido corripiuntur. Mox ab extremo minimoque tabernaculo, tamquam e faſtigio quodam, ſimul cum ſubjecto igni aquila dimmittitur, quæ in cælum creditur ipſam Principis animam deferre. Ac jam ex illo una cum cæteris numinibus Imperator colitur. Hactenus Herodianus de conſecratione Principum IX. Muneris conſummatio.

PAGIUS liano, Carnunti Imperator acclamatus fuerat, cuſi, dum vivus Severus crederetur, & ſacrificia pro felici ejus reditu offerrentur: Cum enim Eboraci mortem oppetierit, ea per univerſum Imperium tam cito ſciri non potuit. Præterquam quod mortem ejus aliquamdiu celatam fuiſſe, licet id nullus Hiſtoricus in literas miſerit, veroſimile.

III. *Initium Tribunitiæ Pot. Severi.* [1] Atque hinc liquet, Tribunitiam Poteſtatem Severi ab Idibus Aprilis ſæpe deductam fuiſſe, quod nullus hactenus animadvertit; cum ſi a Kalendis Juniis inchoata fuiſſet, nulli reperirentur Nummi Tribunitia Pot.XIX. inſigniti; incredibile enim videtur, Monetarios paulo ante eaſdem Kalendas Severi mortem ignoraſſe, quæ tamen eis facile ignota eſſe potuit paulo ante Idus Apriles. His adde, valde veroſimile eſſe, Monetarios Nummos nova Tribunitia Poteſtate notatos non cudiſſe, donec primus novæ illius Tribunitiæ Poteſtatis dies adventaſſet; alioquin quot annis quilibet Imperator regnaſſet, ex Nummis nunquam probari poſſet. Numiſmata itaque Severi XIX. Tribunitia Poteſtate obſignata, vel uno circiter menſe antequam ea inchoaretur, vel ſtatim ac incepta eſt, percuſſa; ſicque ejus Tribunitia Poteſtas ab Idibus Aprilis deducta.

NOTÆ [1] De prima Tribunicia poteſtate Severi, *Idibus April.* inita ex Pagii ſententia, vide quæ diximus ad A. D. 193.

cipum Romanorum in deos. Quibus ſic conſecratis (ut vidimus) ſacrificia, aræ, templa, atque ſacerdotes decerni ſoliti erant. De his Tertullianus (*a*) exprobrans: *Sed digne*, inquit, *Imperatoribus defunctis honorem divinitatis dicatis; quibus & viventibus eum addicitis. Accepto ferent dii veſtri, immo gratulabuntur, quod pares eis fiant domini ſui.*

(*a*) *Tertul. in Apol. c.* 33.

X. Qui igitur major natu Antoninus Imperium adiit, cognominatus eſt vulgo potius, quam majorum exemplo vel origine, Caracallus. Quod attinet ad ejuſmodi nomen, illud dicere non prætermittimus, quod vulgatum eſt ex Spartiano & aliis, ea de cauſa hoc nomine eum appellatum, quod ſic dicta veſtimenta donaſſet populo ad talos uſque demiſſa. Hac vero occaſione nolumus hic præteriiſſe, fuiſſe caracallam veſtem olim clericis uſui; quippe quæ (ut dictum eſt) uſque ad talos demiſſa, magnum eam induenti conciliaret decorem. Beda enim non aliunde, quam ex antiquis martyrii S. Albani Actis, tradit (*b*) eumdem S. Albanum induiſſe ſe veſtimentum clerici, quem fugientem domi exceperat, nempe caracallam, qua clericus ſic uteretur, ut licet fugæ eſſet impedimento, utpote ad talos demiſſa, tamen carere noluiſſet. Porro quod ſpectat ad Antoninum, rei novitate (quod numquam antea ejuſmodi genus veſtimenti fuiſſet apud Romanos in uſu) illi inditum eſt veſtis nomen. Fuiſſe eam diſciſſam & ex multis partibus conſutam, tradit Dio in Caracallo.

Caracalla nomen veſtis, qua clerici utebantur.

(*b*) *Beda de geſt. Angl. l.* 1. *c.* 7.

XI. Hoc eodem anno, defuncto Serapione Epiſcopo Antiocheno, ponitur ab Euſebio ſubrogatus Aſclepiades, qui ſederit annos ſeptem; ſed alibi (*c*) hæc habet de Aſclepiade: *Hic perſecutionis tempore ob conſtantem fidei confeſſionem multum laudis & gloriæ adeptus eſt; cujus in Epiſcopatum ordinationis Alexander Hieroſolymorum Epiſcopus ad Antiochenos ſcribens ſic meminit.* Recitat ex ea epiſtola tantum exordium his verbis: *Alexander ſervus Domini, & vinctus Jeſu Chriſti, beatæ Antiochenorum Eccleſiæ in Domino S. Mihi audienti, Aſclepiadem, virum propter fidei amplitudinem ad miniſterium accommodatiſſimum, ſanctæ, quæ apud vos eſt, Eccleſiæ Epiſcopatum divina providentia obtinuiſſe, Dominus vincula mea, dum in carcere concluſus tenebar, mitiora levioraque reddidit.* Hanc autem epiſtolam per Clementem ſe miſiſſe ſignificat, de quo ſuperius actum eſt.

Aſclepiades Antiochenus Epiſcopus.

(*c*) *Euſeb. l.* 6. *c.* 10.

XII. Rurſum vero idem Euſebius (*d*) hoc ipſo anno ordinatum ponit ipſum Alexandrum Epiſcopum Hieroſolymæ, ſic dicens: *Ubi Severus Imperium ad annos decem & octo adminiſtraverat, Antoninus ejus filius ad eum honorem evehitur. Eo tempore unus ex eorum numero, qui in ea turbulenta perſecutionis tempeſtate ſe fortes & invictos præſtitiſſent, & poſt certamina pro fidei confeſſione ſuſcepta eſſent integri & incolumes divina providentia reſervati, nomine Alexander, quem modo Epiſcopum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ fuiſſe demonſtravimus, propterea quod in fidei Chriſtianæ confeſſione temporibus perſecutionis nobilitatus erat, Epiſcopatu quem dixi, cum adhuc Narciſſus, qui eum in eo officio anteibat, ſuperſtes eſſet, dignatus fuit:* Hæc Euſebius. Sed re vera haud ſcio, quo modo Euſebius hoc anno utriuſque ponat ingreſſum. Si enim cum Alexander in vinculis eſſet, tunc contigit celebrari electionem Aſclepiadis Antiochiæ; quonam modo id fieri potuerit, ſi a morte Severi in univerſa Eccleſia pax fuit (ut Sulpitius Severus (*e*) numerat) annis triginta-octo? Quamobrem dicere oportet, Alexandrum ante præſentem annum in perſecutione Severi fuiſſe vinculis illis nobilitatum, ac ſic etiam eo tempore Aſclepiadem ipſum eadem perſecutione multa paſſum, fuiſſe quoque Epiſcopum ordinatum. Sic igitur ſicut non electio Aſclepiadis, ita nec carcer Alexandri poſt obitum Severi ponendus eſt, quem conſtat ſua ipſius ſententia fuiſſe antea (nempe ſub Severo) carcere afflictatum, ac ſi poſtea ſub Antonino hoc anno (ut Euſebius vult) Epiſcopatu Hieroſolymitano donatum. At quoniam quoto Severi anno Alexandri carcer atque Aſclepiadis ordinatio contigerint, haud facile eſt affirmare; hac de cauſa, quod de utroque hic agat Euſebius, hoc loco eſt de eis inſtituta narratio. Cætera autem de Alexandro tum ſuperius dicta ſunt, cum de Narciſſo ejus prædeceſſore atque collega actum eſt, tum poſtea ſuo loco dicentur.

(*d*) *Euſeb. in Chron. & l.* 6. *c.* 8.

Alexand. Hieroſolymorum Epiſcopus.

(*e*) *Sever. hiſt. ſacr. l.* 2.

Hic inſuper eſt annus ille quadrageſimus, qui numeratur ſecundum Euſebii Chronicon ab undecimo anno Marci Aurelii Imp. (qui eſt Domini centeſimus ſeptuageſimus tertius) ab exordio pſeudoprophetiæ Cataphrygum, auctoribus Montano, Priſcilla, & Maximilla; quo Apollonius (ut demonſtratum eſt ſuperius) inſignem edidit commentarium adverſus novæ præſumptionis errores, ut ex ſuis ipſius ſcriptis de eo teſtatur Euſebius (*f*). At Tertullianus ſcriptum ab eo librum, alio illi adverſario a ſe edito, nixus eſt confutare, de quibus hæc S. Hieronymus (*g*) in Apollonio: *Tertullianus ſex voluminibus adverſus Eccleſiam editis, quos ſcripſit* περὶ ἐκστάσεως, *ſeptimum proprie adverſus Apollonium elaboravit; in quo omnia, quæ ille arguit, conatur defendere.* Sed ad anni ſequentis res geſtas migremus. XIII.

(*f*) *Euſeb. lib.* 5. *cap.* 17.

(*g*) *Hieronym. de Script. Eccl. in Apollonio.*

Se-

I. *Geta occiditur.* SEquitur annus Domini ducenteſimus decimuſquartus, Aſperis duobus Coſſ. quo quinto Kalend. Martii Geta Auguſtus juſſu Antonini Auguſti fratris occiditur in matris gremio, annos natus duos & viginti, ac menſes novem. *Sic ſolus imperans Antoninus, omnes* (a) *qui Getæ ſtuduerant, interemit; nec illis pepercit, qui vel leviſſime hominem coluiſſent, vel poſt mortem vel ſcripſiſſent, vel pronunciaſſent Getæ nomen; quos omnes morte mulctari mandavit.* Hæc Dio. *Sævitia Caracalli.* Qui autem ſubito ex Getæ tum militibus, tum aliis viris atque mulieribus in Palatio commorantibus, occiſi ſunt, numerat eos idem auctor viginti millia: acceſſerunt his poſtea Senatorum cædes, eorumque potiſſimum qui parenti cari fuiſſent; inter alioſque clariſſimos viros recenſetur Papinianus Juriſconſultus, olim Fiſci Advocatus, tunc vero Præfectus Prætorio; ea nimirum occaſione, quod noluiſſet compoſita oratione Antonini parricidium excuſare: quem ſecuri percuſſum audiens, doluit quod non gladio potius necatus eſſet, quod honeſtiori viſus eſſet interitu deceſſiſſe. Taceo alios innumeros hic referre.

(a) *Dio in Carac. Spart. in eod. & Herod. l. 4.*

Cædes

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5705.

SÆC. III. Anno Urbis 965. Olymp. 247. an. 4. A. C. 212.

☉ 25. ED. ☽ 4. P. 5. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 212. *ſecund. Baronium* 214.

ZEPHYRINI PAPÆ 16.

CARACALLÆ IMP. 15. GETÆ IMP. 5.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Julius Aſper*, & *Julius Aſper*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari; & Leges pleræque Antonini, quemadmodum & vetuſtæ Inſcriptiones *duobus Aſpris Coſſ.* ſignantur. Idem Card. Noriſius in Diſſert. 3. de Epochis Syro-Macedonum pag. 158. oſtendit duos Aſpros Conſules fratres fuiſſe, ac filios Cnei Julii Aſpri, ideoque alterius prænomen fuiſſe Cneium; ſiquidem quiſpiam filiorum vulgo prænomen patris ferebat.

II. *Geta occiditur.* Occiſus hoc anno Geta a Caracalla fratre, ſed non quinto Kalendas Martii, ut Onuphrius in Faſtis exiſtimavit, & Baronio, aliiſque perſuaſit. Nam *natus eſt Geta, Severo & Vitellio Coſſ. Kalendas Junias ex Julia*, inquit Spartianus in Geta cap. 3. Incidit is Conſulatus ſuffectus, ab Onuphrio omiſſus, in annum centeſimum octogeſimum nonum. Quando vero Geta a fratre peremtus, *natus erat duos & viginti annos, menſeſque novem*, ait Dio lib. 77. Ubi eum menſes numero rotundo exprimere non videtur dubitandum. Quare cum die XXVII. Maii anni CLXXXIX. in lucem prodierit, menſe Februario, vel Martio præſentis anni necatus. In Nummis apud Mediobarbum Geta dicitur PONTIF. TR. P. IIII. COS. II. DES. III. P. P. Ex quibus liquet, primo deſignationem Conſulum ordinariorum in annum ſequentem ipſo anni initio de more fieri ſolitam, quod tamen a quibuſdam cenſoribus in Epiſtola Conſulari valde improbatum. In Laterculo Silvii apud Bollandum tomo 1. Sanctorum menſis Januarii in Præfatione pag. XLIII. ad V. Idus Januarii habetur: *Senatus legitimus, Suffecti Conſules deſignantur, ſive Prætores.* Sed loco *ſive*, videtur legendum, *ſicut*. In Kalendario Lambeciano ad eundem diem habetur tantum, *Senatus legitimus*. Eo itaque die Conſules ſuffecti ac Prætores de more in annum ſequentem deſignati. An vero Conſules ordinarii ante eum diem, vel poſt illum deſignarentur, incertum. In eodem Laterculo ad V. Kalend. Januarii legitur, *Natalis Titi*, qui tamen dies natalis ex Suetonio & Kalendario citato incidit in III. Kalend. Januarii. Quare aliqui errores in illum Laterculum irrepſere. Secundo Getam anno ſequenti Quinquennalia Auguſtei Im-

NOTÆ [1] COſſ. *Julius Aſper*, & *Julius Aſper*. Fabrettus pag. 51.

C. JULIO. ASPRO. COS.

Ibid. pag. 494.

C. JULIO. ASPRO. II. C. JULIO. ASP....
P. R. C. ANN. DCCCCLX.....
L. JULIUS FAUSTINIANUS COOPTATUS

Hinc Fabrettus, & Relandus, utriuſque conſulis prænomen *Cajum* fuiſſe cenſent. Gruterus pag. CXXXII. I.

DUOBUS. ASPRIS
COS. IDIBUS. JUNIS

Lapis detectus via Latina in vinea prope monaſterium Cryptæ ferratæ, quem nos exſcripſimus A. D. 1733.

ASPER
ſic
BIS COSUL
PRAEFECTUS
VRBIS

Alius lapis ibidem

JULIAE JULIANAE SORORI
ASPRI C. ....

Quod

II. Cædes vero, quæ hactenus in domeſticos Getæ, in milites & Senatores immaniter ſæviit, leviſſima quadam occaſione in plebem quoque graſſata eſt; quam ſic deſcribit Herodianus: *Denique id quod numquam eſt alias factitatum, cum Circenſes ludos ſpectante eo, populus Romanus in aurigam, cui ſtudebat, neſcio quid cavillatus eſſet; ratus ſibi contumeliam illatam, repente omnem exercitum facere impetum juſſit in populum, ac raptare & occidere quicunque in aurigam dixiſſent. At milites, accepta ſemel violandi rapiendique poteſtate, cum diſcerni a reliquis nequirent, qui fuerant protervius locuti, nullo ſcilicet in tanta multitudine verum fatente, paſſim in quemcumque inciderant, aut occidebant, aut omnibus ereptis, quaſi ſalute redempta, vivos ægre dimittebant.* Hæc ipſe. Quatuor præterea ex ſex quæ erant Veſtales virgines, Romanæ ſuperſtitionis altrices, conſueto ſupplicio vivas ipſum infodi juſſiſſe, tum Dio, tum alii quoque tradunt. Addidit & ſævitiæ impuritatem, cum ex illis unam etiam violaverit. Atqui illa magis impuriſſimi hominis ore omnium diffamata eſt turpitudo, cum Juliam novercam duxit uxorem. Sed miſſa iſtæc.

Cædes Civium Romanorum.

III. Dum talia a truculento Principe adeo ſæva in cives Romanos immaniter perpetrata conſidero, & in mentem revoco quæ iidem Gentiles homines paucos ante annos, Severo abſente, in Chriſtianos innocentiſſimos admiſiſſent; hæc omnia plane, ulciſcente numine, eos paſſos fuiſſe, merito dixerim. Qui enim inclamare ſolitus eſſet populus, Chriſtianos ad leonem, (quod ſuperius dictum eſt) inclamans idem in aurigam, adeo ſæve meruit a militibus trucidari. Quod inſuper abſque alia criminis nota, nomen tantummodo Chriſtianum apud eos (ut vidimus) eſſet in crimine, illudque pro delicto acceptum ſatis fuerit, ut in eos omni crudelitatis genere deſævirent; recto eſt Dei judicio compenſatum, ut Getæ nomen ſolummodo haberetur pro majeſtatis offenſæ confeſſo delicto. Papinianus inſuper inter omnes qui Romæ jus dicerent judices eminens, & alii Juriſconſulti, quod in cauſis Chriſtianorum judicandis (ut de his vehementer, ſcripta pro Chriſtianis defenſione, Tertullianus conqueſtus eſt) nullam penitus æqui habuiſſent rationem, ſed proculcatis legibus, innumeros innocentes homines condemnaſſent; ipſi pariter nulla mortis digna allata cauſa, contra

Juſta vindicta de ſanguine Chriſtiano.

PAGIUS Imperii celebrare debuiſſe; cum frater ejuſdem Imperii Quindecennalia ederet; unde & hic præſenti etiam anno Conſul quartum deſignatus in Nummis apud Mediobarbum dicitur. Quod ſi uterque eodem anno hæc ſolennia exhibere debuerit, non dubitandum, quin anno CCVIII. Geta Imperii Cæſarei Decennalia dederit, cum Caracalla Imperii Auguſtei Decennalia edidit. Patet denique, Scaligerum & Poſſinum valde hallucinatos, quando ſcripſere, Getam anno CCIV. aut CCV. Auguſtum renuntiatum eſſe. Nam cum Tribunitiam Poteſtatem quartam, quando occiſus eſt, tantum numeraret, ante annum CCVIII. Auguſtus dici non potuit. Nec audiendus Petavius in lib. 13. de doct. Temp. quando ait ex Tribunitia Poteſtate IV. Getæ non magis inferri, eum anno CCVIII. quam inſequenti, Auguſtum nuncupatum eſſe. Cum enim Cæſares & Auguſti annis Decennalibus addictis de more crearentur, clarum eſt, Severum anno CCVIII. Antonini Decennalibus celebri, ante ſuum ex Urbe diſceſſum, minorem filium eo honore exornaſſe.

III. Ad num. II. Cum tam Dio, quam Herodianus, & Oppianus initio librorum *de Venatione*, quos Caracallæ dicavit, hunc, filium fuiſſe *Juliæ Domnæ* ſecundæ Severi uxoris aſſerant, magis illis Auctoribus Caracallæ coætaneis, quam Spartiano in Caracalla, ubi eum *Martiæ* prioris Severi conjugis filium facit, credendum. Præterquam quod Spartianus hac in re a ſe ipſo diſſentit, ut anno CXCVII. manifeſte demonſtravi. Hinc nefandum Caracallæ cum Julia noverca conjugium, quod poſt mortem Getæ factum ſcribit Spartianus in Caracalla cap. 9. mere commentitium, cum Julia non noverca, ſed mater Caracallæ fuerit, & Dio, qui tunc vivebat lib. 78. dicat, Caracallam paulo ante mortem exercitum eduxiſſe in Parthos, quod Artabanus ei filiam, quam ambiverat, nollet uxorem dare; quod & ſcribit etiam Herodianus lib. 4. cap. 10. qui hoc tempore florebat.

Julia non noverca ſed mater Caracallæ.

NOTÆ Quod audis *Aſprum bis Conſulem*, id confirmat Fabrettianum lapidem, in quo nota geminati conſulatus in *Caio Julio Aſpro* legitur. Noriſius in epiſtola conſulari, pag. 127. poſtquam Panvinii errores caſtigavit, qui hoc anno conſules prodit *M. Pompeium Aſprum*, & alium *Aſprum* ejus collegam, nonnulla de *Aſpris* ex excerptis Dionis notat, ac demum horum prænomina ignorari ſcribit. At in epochis Syro-Maced. pag. 158. & 159. editionis primæ, poſtquam a Fabretto inſcriptiones accepit, in quibus horum conſulum prænomina exarata ſunt, monuit, ſe in epiſtola conſulari prænomen *Caji* omiſiſſe, quod Fabrettiana inſcriptio detegit; & quum in earum altera legatur, JULIO CN. F. P. C. ASPRO, cenſet, horum conſulum patrem fuiſſe *Cneum Julium Aſprum*, cujus filius C. *Julius Aſper* fuit *conſul* A. D. 212. una cum *Cn. Julio Aſpro* fratre, quoniam quiſpiam filiorum vulgo prænomen patris ferebat. Hæc Noriſius. In inſcriptione tamen Fabrettiana, quæ nunc in ædibus Capitolinis viſitur, n. 64. utriuſque *Aſpri* prænomen eſt *Caius*, quorum prior iterati conſulatus notam habet. De gemino autem *Aſpri* conſulatu in vulgatis Faſtis nihil, præterquam in noſtro, in Fabrettiano lapide, & in Chronico Alexandrino. De *Aſpri* quoque Præfectura urbana ſilent libri editi, & lapides, præterquam noſter, ſilet & Contelorius in libello de Præfectis Urbis. Lapis alius a nobis vulgatus, ubi nomen *Juliæ Julianæ ſororis Aſpri*, ſatis demonſtrat, *Aſpros in Julia* familia recenſitos fuiſſe. Vulgares Faſti: *Duobus Aſpris*.

tra jus faſque libidine tantum incitati animi Principis, quæ in Chriſtianos irrogaſſent, eadem mortis ſupplicia pertulere.

IV. Jureconſulti in Chriſtianos peccantes dedere pœnas. Erant quidem Papiniano tunc in Conſiliis (ut auctor eſt Spartianus) Paulus & Ulpianus Juriſconſulti; fuiſſeque Ulpianum (ut de Paulo taceam) Chriſtiano nomini infenſiſſimum, eumque etiam meritas dediſſe pœnas, ſuo loco dicturi ſumus. At quo hæc manifeſtiora reddantur, nec eſſe inanem hanc opinationem, vel levem quamdam conjecturam quis putet, quod dicimus, nonniſi in Chriſtiani ſanguinis ultionem Senatum populumque Romanum tam acerba & gravia eſſe perpeſſum: quodnam, quæſo, ad hoc probandum aliud evidentius demonſtrari poteſt argumentum (ut prope loco miraculi habendum ſit) quam quod nonniſi Romanos Gentiles homines, Chriſtianorum hoſtes, immanis clades illa percuſſerit, piis autem atque Fidelibus nullum prorſus, vel leve ſaltem, damnum intulerit? qui perinde ac olim filii Iſrael in terra Geſſen lætantes agerent, cum interim diris plagis Ægyptii æque omnes affecti, in mœrore ac luctu jugiter verſarentur.

JESU CHRISTI ANNUS 215. ZEPHYRINI PAP. ANNUS 13. ANT. CARAC. IMP. ANNUS 3.

I. CHriſti anno ducenteſimo decimoquinto, Antoninus Auguſtus quartum & Balbinus Conſules creati ſunt. Cum vero tranquilliſſima pace Eccleſia frueretur; Zephyrinus, penes quem nihil antiquius erat, quam ut conſopito externo bello, civile quoque quod ab hæreticis inferebatur (quantum fieri poſſet) ſedulo æque componeret, in hoc pro viribus laboravit. Cumque illa his temporibus hæreſis periculoſius graſſaretur, quæ falſo adſcito ſanctitudinis pallio, Spiritum Paracletum ſe ducem ſequi in omnibus profiteretur, quæque ea arte prudentiſſimos viros, & inter eos Tertullianum quoque fefellerat, & in præceps penitus egerat; ejus conſilio factum exiſtimo, ut Romæ, tamquam in totius Orbis theatro, coram Eccleſia de ea re diſceptatio haberetur; cum ex illorum parte adeſſet Proclus * inter Cataphrygas omnes nomine celeberrimus, quem Tertullianus ſæpe commendat; contraria vero ex parte adverſus eum prodiret Gaius, ſpectatiſſimæ vitæ & eruditionis in Eccleſia vir. Porro de rebus in ea diſputatione geſtis ac pertractatis, idem Gaius qui primas retulit, quaſi nobile de hoſte perfracto trophæum, librum conſcripſit, de quo S. Hieronymus (*a*) in hæc verba: *Gaius ſub Zephyrino Romanæ urbis Epiſcopo, id eſt, ſub Antonino Severi filio, diſputationem adverſus Proclum Montani ſectatorem, valde inſignem habuit, arguens eum temeritatis ſuper nova prophetia defendenda.* Meminit ejuſdem ante eum Euſebius, qui ſe eam diſputationem nactum eſſe teſtatur, cum ait (*b*): *Diſputatio porro Gaji, viri eloquentiſſimi, Romæ, Zephyrino Eccleſiam regente, contra Proclum Phrygum erroris* pro-

Diſputatio Romæ habita.

* *al.* Proculus.

(*a*) *Hieron. de Script. Eccleſ. in Gaio.*

(*b*) *Euſeb. lib. 6. cap. 14.*

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis *966.* Olymp. 248. an. 1. A. C. 213.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ *5706.*

☉ *26.* C. ☽ *5.* P. 25. Mart. Indict. *6.*

JESU CHRISTI 213. *ſecund. Baronium* 215.

ZEPHYRINI PAPÆ 17.

CARACALLÆ IMP. 16.

I. Conſules. [1] AD num. I. Coſſ. *Antoninus Caracalla Aug. IV. & D. Cælius Balbinus II.* ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari ex In-

NOTÆ [1] C*Oſſ. Antoninus Caracalla Aug. IV. & D. Cælius Balbinus II.* Gruterus pag. XLIV. 2.

III. NON. NOVEMBRES
IMP. ANTONINO. AUG. N. IIII. ET. D.
CAEILIO. BALBINO. II. COS.

Ibid. pag. CVIII. 1. MXVII. 8. MLXXV. 10.

IMP. D. N.
ANTONINO. IIII. ET
BALBINO. II. COS.

Lapis in arce Tarraconenſi inter Donianas inſcript. cl. 1. n. 31. pag. 9. ex ſchedis Nicolai Alemanni.

DEDICAT. XVII. KAL. JUL.
IMP. ANTONINO. AUG. IIII.
BALBINO. II. COS.

Ibid.

propugnatorem habita, ad nos pervenit, &c.

II. Idem (*a*) alibi ex eadem diſputatione hæc a Gaio dicta, atque poſtea ſcripta refert, quæ alia occaſione a nobis ſunt iterum recitata, ſed hic neceſſario repetenda; ait enim: *Atque hæc ita ſe habere, confirmat itidem vir Eccleſiaſticus Gaius nomine, qui Zephyrini Pontificis Romani temporibus vixit; inque diſputatione ſcriptis prodita, quam cum Proclo, Cataphrygarum hæreſis & opinionis patrono habuit, eadem ipſa de locis, ubi ſacra Apoſtolorum tabernacula locabantur, aſſerit. Ego, inquit, Apoſtolorum trophæa perſpicue poſſum oſtendere; nam ſi lubet ad vaticanum proficiſci, aut in viam quæ Oſtienſis dicitur, te conferre; trophæa eorum, qui iſtam Eccleſiam ſuo ſermone & virtute ſtabiliverunt, invenies:* Hæc tunc diſputando Gaius, provocans eum ex Memoriis Apoſtolorum ad doctrinam & traditionem Romanæ Eccleſiæ ab illis traditas; quod Irenæus, immo & ipſe Tertullianus (ut dictum eſt) cum eſſet mentis ſanioris præſtiterunt.

(*a*) *Euſeb. lib. 2. cap. 22.*

De Gaio antiquo Theologo.

III. Sed quod ad trophæa pertinet, quæ dicit Apoſtolorum eſſe Romæ adeo præclara atque conſpicua, pariterque cunctis perſpicua; illud plane numquam ſatis admirari poſſum, (ob idque non miretur lector, ſi eadem ſæpius repeto) quonam pacto fieri potuerit, ut tot tantiſque perſecutionum procellis Romana Eccleſia exagitata, non fuerint ipſæ Memoriæ Apoſtolorum dirutæ, immo ab ipſo imo lapide uſque funditus revulſæ; quippe cum etiam in Chriſtianorum ſepulcra (quod item accidiſſe diximus ex Tertulliano (*b*) in ea quæ nuper facta eſt perſecutio) Gentiles debacchari ſolerent, oſſa refodere, diſſipare, atque diſperdere? Quod igitur ſepulcris Apoſtolorum pepercerint & ab ædificiis deſuper ſtructis pariter abſtinuerint; miraculorum pene omnium maximum fuiſſe, ecquis jam poſſit amplius dubitare? Atqui haud factum hoc fruſtra, ſed divino plane conſilio; ut omnibus videlicet innoteſceret, præſtare ſanctos Apoſtolos mortuos omnibus armorum potentia furentibus Imperatoribus; oſtenderetur que ſupra firmiſſimam petram ædificium illud eſſe fundatum, quod nullo ventorum ingruentium impetu ſterneretur.

Apoſtolorum trophæa illibata ſervata.

(*b*) *Tertul. Apolog. c. 37. & ad Scapul. c. 3.*

IV. His actis inter Gaium & Proclum, cum Cataphrygum, quæ ex vano ipſorum Paracleto manaſſent, poſitiones fuiſſent efficaciter confutatæ, ac penitus caſſæ redditæ; Tertullianus ad eas roborandas, firmiterque ſtatuendas, ex adverſo repugnans, plures eodem argumento edidit commentarios; ſed de his anno ſequenti dicemus. Zephyrinum vero, poſt convictum Proclum, adverſus omnes pſeudoprophetiæ defenſores anathema dixiſſe, & inter alios eadem ſententia Tertullianum ipſum perculiſſe, ea ipſius verba indicant in libro de Jejuniis (*c*), ipſius prope exordio cum ait: *Novitatem igitur objectant; de cujus illicito præſcribant, aut hæreſim judicandam, ſi humana præſumptio eſt; aut pſeudoprophetiam pronunciandam, ſi ſpiritualis indictio eſt, dum quaqua ex parte anathema audiamus, qui aliter annunciamus:* Hæc ipſe. Sed pergamus ad reliqua.

Montaniſtæ victi & excommunicati.

(*c*) *Tertul. de Jeiun. c. 1. in fin.*

PAGIUS II. Inſcriptione apud Gruterum pag. 44. qui & demonſtrat, hunc Balbinum diverſum non eſſe ab eo, qui poſtea imperavit.

Conſulatus Caracallæ juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam, Quindecennalia enim Imperii Auguſtei celebravit. Neque enim hic Conſulatus ad primam regulam revocandus, cum ante fratris interitum ad eum deſignatus fuerit, ut anno præcedenti diximus.

Quindecennalia Imperii Auguſtei Caracallæ.

NOTÆ Ibid. cl. III. n. 31.

IMP. CAESARI. M. AURELIO
ANTONINO OPTIMO. SANCTIS-
SIMOQUE. PRINCIPI FELICI. AUG.
PARTH. MAX. BRITANN.
MAX. PONTIF. MAX.
TRIB. POT. XVI. IMP. II. COS. IIII.

Eadem ex Ligoriana collectione exſtat in veteri Latio tom. VI. pag. 100. ſed loco IMP. II. legitur IMP. V. mendoſe. Capitolinus in Maximo & Balbino cap. VII. *Balbinus nobiliſſimus & iterum Coſſ.* Item cap. XV. *Quorum alter* (Balbinus) *bis coſ. & præfectus* &c. Nummi Balbini in Muſæo Theupolo pag. 242. & 609. 610. ubi:

IMP. C. D. CAEL. BALBINUS. AUG.

Et in poſtica:

P. M. TR. P. COS. II. P. P.

Faſti vulgares: *Antonino IV. & Balbino.*

Suffecti dicuntur *ex Kal. Mart. M. Antonius Gordianus. Ex Kal. Maiis, Helvius Pertinax.* De his Capitolinus in Gordianis, cap. IV. & Spartianus in Caracalla.

V. Concilia in diverſis eccleſiis celebrata.

Excommunicatis Proclo, Tertulliano, aliiſque pſeudoprophetiæ propugnatoribus, omnes pariter Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopi in eamdem cum Romano Pontifice ſententiam conſpirarunt; iidemque jam reddita penitus Eccleſiæ pace, diverſis in locis Concilia congregarunt, ſive hac qua modo, ſive aliis ante de cauſis; ut Tertullianus (*a*) in eodem libro, quem ſequenti anno ab eo ſcriptum oſtendemus, tradit his verbis: *Aguntur præcepta per Græcias illas certis in locis Concilia ex univerſis Eccleſiis, per quæ & altiora quæque in commune tractantur, & ipſa repræſentatio totius nominis Chriſtiani magna veneratione celebratur.* Plane accidit, ut ſpiritus ille nequam, qui ſibi Parâcleti nomen adſciverat, jam ubique detectus, & ubique damnatus, majoribus odii ſtimulis ſuos exagitaverit in Catholicos; quod plane in Tertulliano perſpicue videre licet. Sed jam ad alia, quæ adverſus Catholicos ab eodem Tertulliano anno ſequenti ſunt geſta, orationem convertamus.

(*a*) Tertul. de Jeiun. c. 13.

JESU CHRISTI ANNUS 216. | ZEPHYRINI PAP. ANNUS 14. | ANT. CARAC. IMP. ANNUS 4.

I. Tertullianus furit in Catholicos.

Anno Domini ducenteſimo decimoſexto, Meſſala & Sabino Coſſ. Tertullianus damnatas jam olim ac nuper confutatas Cataphrygum opiniones pugnacius tueri contendens, illud in primis conatus eſt, ut bigamiam, humanæ infirmitatis remedium, ſecundum Apoſtolicam inſtitutionem & antiquam traditionem in Eccleſia toleratam, ſed Pſeudoparacleti inſtinctu damnatam, edito commentario penitus proſcriberet. Id quidem factum ab eo hoc anno, ratio annorum, quam ipſe (*b*) deducit a tempore ſcriptæ primæ Pauli epiſtolæ ad Corinthios, indicat. Nam cum ab eo tempore numeret annos centum ſexaginta; planeque demonſtratum ſit ſuperius, ſcriptam fuiſſe epiſtolam illam anno Domini quinquageſimoſeptimo; ab eo anno principium numeri deducendo, taxatus a Tertulliano annorum numerus hoc anno expletur.

II. Canina plane rabie atque furore percitus commentarium illum ſcribens, acerbiſſime invehitur in Catholicos, quos more ſuo Pſychicos; hoc eſt, Animales, appellat, alludens nimirum ad illam B. Pauli ſententiam (*c*): *Animalis homo non percipit quæ ſunt Spiritus Dei*: At quod Gaius (ut Euſebius (*d*) & Hieronymus (*e*) tradunt) Proclum arguebat temeritatis, eo quod novam defenderet prophetiam; hinc ipſe hæreſeos ſuſcipiens patrocinium, eodem commentario, ipſo prope ejus exordio, id refutare laborans, hæc ingerit (*f*): *Itaque monogamiæ diſciplinam in hæreſim exprobrant; nec ulla magis ex cauſa Paracletum negare coguntur, quam dum exiſtimant, novæ diſciplinæ inſtitutorem, & quidem duriſſimæ illis; ut jam de hoc primum conſiſtendum ſit in generali retractatu, an capiat Paracletum aliquid tale docuiſſe, quod aut novum deputari poſſit adverſus Catholicam traditionem, aut oneroſum adverſus levem ſarcinam Domini:* Hæc ipſe; qui dum generalis meminit retractatus, confutationem ſe parare ſignificat adverſus omnia, quæ de his fuiſſent a Catholicis definita. Quamobrem elucubrato de Monogamia commentario, mox in Catholicos, qui jejunia indicta a Pſeudoparacleto abrogaſſent, de Jejuniis adverſus eos, quos Pſychicos more ſuo nominat, commentarium elaboravit; ſic cum priore continuans, ac exordiens: *Mirarer Pſychicos iſtos, ſi ſola luxuria tenerentur, qua ſæpius nubunt; ſi non etiam ingluvie ducerentur, quia jejunia oderunt.*

Proclum Tertullianus defendit.

Sed gravius Tertullianus illud accepit, quod IV.

(*b*) Tertul. de Monog. cap. 3.

(*c*) 1. Cor. 2.

(*d*) Euſeb. lib. 6. cap. 4.

(*e*) Hier. de Scrip. Eccleſ. in Gaio.

(*f*) Tert. de Monog. c. 1.

PAGIUS SÆC. III.

Anno Urbis 967. Olymp. 248. an. 2. A.C. 214.

Anno Periodi Greco-Romanæ 5707.

☉ 27. B. ☽ 6. P. 17. April. Indict. 7.

Jesu Christi 214. *ſecund.* *Baronium* 216.

Zephyrini Papæ 18.

Caracallæ Imp. 17.

I. Conſules.

[1] Ad num. I. Coſſ. *Silius Meſſala* & *Sabinus*, ex variis Faſtis.

II. Vicennalia Imperii Cæſarei Caracallæ.

Imperii Cæſaræi Caracallæ Vicennalia, ad quæ revocandum quod ſcribit Caſſiodorus in Chronico: *His Coſſ. Antoninus Caracalla cognominatur propter genus veſtis, quod Romæ erogaverat.* Quæ novitas horum ſolenniuin indicium.

NOTÆ [1] Coſſ. *Silius Meſſala & Sabinus.* Gruterus pag. IV. 6. CXXII. 1. MCVIII. 6.

MESSALA. ET SABINO. COS.

Demptis prænominibus, ac *Silii* nomine. Vulgares Faſti quoque: *Meſſala & Sabino.* Xiphilinus autem lib. LXXIX. pag. 910. Silium Meſſalam nominat, ab Elagabalo capitis damnatum.

Romani Pontificis de recipiendis lapſis decretum. quod adverſus Pſeudoparacleti novam inſtitutionem, qua prohibebat recipi lapſos pœnitentes, Romanus Pontifex (cum majoris id ponderis eſſe videretur; ſiquidem pœnitentibus Eccleſiam claudere, idem eſſet quod a cœlo eos excludere) Apoſtolica auctoritate publice decretum edidiſſet, quo cunctis Fidelibus innoteſceret, Catholicam Eccleſiam lapſos recipere penitentes, licet fornicarii fuiſſent & mæchi. Quod Tertullianus oppugnans, de Pudicitia his ferme temporibus commentarium ſcripſit, quem etiam eo titulo, Adverſus Pſychicos, prænotavit; Catholicos omnes æque ſugillans, quorum olim communione gaudebat. Nam ipſe ejuſdem prope exordio ſic ait (*a*): *Erit igitur & hic, Adverſus Pſychicos, titulus; adverſus meæ quoque ſententiæ retro penes illos ſocietatem; quo magis hoc mihi in notam levitatis objectent. Numquam ſocietatis repudium, delicti præjudicium eſt; quaſi non facilius ſit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur. At enim me non magis dedecorabit inutilis levitas, quam ornarit nocens. Non ſuffundor errore, quo caruiſſe delector; quia meliorem me & pudiciorem recognoſco. Nemo proficiens erubeſcit.* Hæc infelix, metiens imprudenter nimis ex auſteritate atque rigore diſciplinæ, Catholicæ fidei veritatem; quo genere Johannem Chriſto præſtitiſſe, nullus ignorat.

(*a*) Tertul. de Pudicit. c.1.

IV. At quænam decreta eſſent a Romano Pontifice (is enim non alius quam Zephyrinus putandus eſt) ex iis quæ ſunt a nobis dicta ſuperius, quæ ut oppugnet, commentarium ipſe ſcripſit, jam videamus. Cum a pudicitiæ laude narrationem ipſo ſuæ lucubrationis ingreſſu fuiſſet auſpicatus; mox adverſus Romanum Pontificem, quaſi pudicitiæ refragatorem & adverſarium, eo quod mœchis & fornicariis pœnitentibus veniam ſpopondiſſet, ſtylum procaciter acuens, ait: *Audio etiam edictum eſſe propoſitum, & quidem peremptorium:* at quodnam illud? mox recitans ſubdit: PONTIFEX ſcilicet MAXIMUS, EPISCOPUS EPISCOPORUM DICIT: EGO ET MOECHIÆ ET FORNICATIONIS DELICTA POENITENTIA FUNCTIS DIMITTO. Exiſtimo potius partem hanc edicti fuiſſe, quam ipſum integrum; cum eo primum ſe bigamiam, Apoſtolica tolerantia & Eccleſiæ conſuetudine hactenus uſurpatam non rejicere teſtaretur; quibus poſtea illud etiam ſubjeciſſet: *Ego & mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto.* In quod hæc ille fremens:

Zephyrini Papæ decreti verba.

V. Tertullianus obſtrepit in edictum Rom. Pont. *O edictum cui adſcribi non poteſt bonum factum! & ubi proponetur liberalitas iſta? ibidem, opinor, in ipſis libidinum januis, ſub ipſis libidinum titulis. Illic ejuſmodi pœnitentia promulganda eſt, ubi delinquentia ipſa verſabitur. Illic legenda eſt venia, quo cum ſpe ejus intrabitur:* alludit nimirum ad fornicum ac domorum meretriciarum poſtes, quibus ſingulis (ut diximus in Notationibus ad Romanum Martyrologium) præfigi ſolerent tituli, quibus ſcorti nomen & conditio prænotaretur, ſecundum illud Juvenalis (*b*).

——*Titulum mentita Lyciſcæ.*

(*b*) Juven. lib.2. Satyr.6.

Oblatrans miſer, eo loco dignum eſſe edictum illud ad libidinem illex, ait. Ac proinde ſubdit: *Sed hoc in Eccleſia legitur, & in Eccleſia pronunciatur, & virgo eſt? Abſit, abſit a ſponſa Chriſti tale præconium:* Hæc ipſe.

VI. Tertulliani obſtinata ſeveritas. Proh dolor! tam denſa caligine ingenium adeo nobile offundi valuit, ut quod Chriſtus vivens fecerat adulteræ indulgendo, & publicam in civitate peccatricem ſuſcipiendo, peccatumque dimittendo; ipſe novo afflatus ſpiritu, ſui ipſius Pſeudoparacleti auctoritate neget in Eccleſia faciendum? At ſi non ſatis exemplis Chriſti, verbis ſaltem Chriſti, debuiſſet admoneri, & apertæ lucis radiis illuſtrari. Et ubinam, quæſo, quod dixit Dominus (*c*) ſimillimos illi alloquens Phariſæos, attollentes de legis obſervantia ſupercilium? *Meretrices & publicani præcedent vos in regnum Dei.* An, rogo, ſuſcipiendæ in cælum meretrices forent, niſi prius erroris pœnitentes fuiſſent ab Eccleſia in terra receptæ? An dedignaretur eas recipere hic Eccleſia, quas ſciret Chriſti teſtimonio eſſe recipiendas in cælum? Purior ne eſſe poteſt Eccleſia Paradiſo, vel Epiſcopus Deo ſanctior; ut, quod cælum ſuſcipit, proſcribat Eccleſia; & quod Chriſtus recipit, homo rejiciat? Sed hæc obiter; non eſt enim nobis conſilii nec otii retundere pluribus hominis impudentiam; cum ex S. Hieronymi ſæpe citata ſententia, ipſas hæreſes tantum propalaſſe, ſit etiam confutaſſe: ejuſmodi enim ipſe profert veritatis elogium, cum de iis ipſis Montani dogmatibus, quorum tam audax Tertullianus patrocinium ſuſcepit, ad Marcellam (*d*) ſcribit epiſtolam.

(*c*) Luc.21.

(*d*) Hier. epiſt.54.

VII. Semper lapſi Pœnitentes recepti. Cæterum quod ad Romani Pontificis edictum pertinet, nihil prorſus novi fuit ejus auctoritate decretum; ſed quod ſemper in Eccleſia Romana immo & totius Orbis Catholica, fuerat cuſtoditum, id ipſum, quod recens emergentes hæretici impugnarent, ſcripto edicto, firmius ipſe ſtabilire propoſuit. Id quidem abſque aliqua controverſia in Eccleſia Catholica factitatum, quæ ſcribit Irenæus (*e*) de fœminis a Marco ſeductis, nec fornicationis tantum, ſed & hæreſeos labe conſperſis, ad Eccleſiam redeuntibus, ac in ea exo-

(*e*) Iren. lib.1. cap. 9.

exomologeſin facientibus, plane declarant. Quod utique Eccleſia non faceret inconſulto, ſed (ut dictum eſt) Chriſti Domini noſtri exemplis & doctrina commonita, ac inſuper Pauli Apoſtoli facto compulſa; quippe qui (*a*) non ſimpliciter mœchum, vel fornicarium, ſed turpiſſimo inceſtu fœdatum, mox pænitentem in Eccleſiam recipiendum eſſe præcepit. Sed quid amplius? Ipſe cum ſibi conſtaret, ſuique compos eſſet, olim in libro quem ſcripſit de Pœnitentia (*b*): Eccleſiam jure recteque recipere pœnitentes, & peccata dimittere, conſtantiſſime affirmavit.

(*a*) 2. *Cor.* 2.

(*b*) *Tertul. de pœnit. in fin.*

VIII. Romani Pontificis Auctoritas in Eccleſia.

At quæ Tertullianus de edicto a Romano Pontifice publice in Eccleſia promulgato, univerſæque ſimul Eccleſiæ præſcripto tradit; antiquam plane illam in Eccleſia œconomiam inſinuat, ac potiſſimum in ea Romani Pontificis auctoritatem teſtatam reddunt; nimirum ejus partium eſſe, hæreſes emergentes, rectam fidem & diſciplinam Eccleſiaſticam corrumpentes, edictis editis cohibere, legeſque pariter Eccleſiæ univerſæ præſcribere, titulumque illis præfigere, quem ipſe Tertullianus recitans ait: PONTIFEX MAXIMUS, EPISCOPUS EPISCOPORUM. Quod ſi quis hæc verba eſſe Tertulliani potius quam edicti contendat; ironice certe dicta, numquam poterit demonſtrare: quippe qui non de Romana ſe tantum Eccleſia loqui, ſed de univerſali, quam Catholicam dicimus, declarat inferius. Non enim ſe a Romana tantum, ſed ab omnibus illi inhærentibus communione Eccleſiis deſciviſſe, libere profitetur; quorum Fideles cunctos Pſychicos nominat: quibus omnibus quod auctoritate præpolleret Epiſcopus Epiſcoporum, tale, quod recenſet, eduxiſſet edictum: alias nulla ratio fuiſſet, Romanum Pontificem potius, quam cæteros Orthodoxos Epiſcopos illud ſtatuere, cum omnes æque eamdem hæreſim deteſtarentur: nec in eum magis quam in cæteros invehendi Tertullianus arripuiſſet occaſionem. Sed æquius atque verius dici poſſe videtur, verba illa non eſſe Tertulliani, ſed ab ipſo recitata ex edicti illius inſcriptione: ejuſdem namque auctoris fuiſſe tituli illa verba, cujus ab eo recitantur verba decreti, quod ille impugnaturus, a titulo incipit recitare, quis dubitat?

IX. De titulo Romani Epiſcopi Pontificis Maximi.

Sed quid ſibi vult ejuſmodi duplicis tituli nomenclatura? Quod ad primum ſpectat, dicebatur Urbis Epiſcopus, Pontifex Maximus; cum enim alii Epiſcopi (ut a nobis alibi fuſius pluribuſque exemplis eſt demonſtratum *c*) dicerentur omnes æque Summi Sacerdotes, atque Pontifices, qui loco Petri in Eccleſia gererent Chriſti vicariam præfecturam; reſpectu aliorum Pontificum, Summorumque Sacerdotum appellandi merito erant Pontifices Maximi; quod ex prærogativis a Chriſto Petro conceſſis, ſicut ille habetur inter Apoſtolos princeps, ita inter alios Summos Sacerdotes atque Pontifices, ſic dictos Epiſcopos, Romanus Epiſcopus ad illorum diſtinctionem Pontifex Maximus diceretur.

(*c*) *Notat. in Mart. Rom. die 9. April.*

X. Sic quoque diſcriminatur ab aliis Pontificibus Summus Sacerdos apud Leviticum (*d*), cum dicitur: *Pontifex, id eſt, Sacerdos Maximus;* nimirum quod æque eſſent apud Judæos alii quoque Pontifices ac Summi Sacerdotes. Sicut pariter apud Gentiles Romanæ ſuperſtitionis cum plures eſſent Pontifices, iidemque ſui cujuſque ordinis ſummi & auctoritate maximi; qui tamen judiciaria poteſtate cæteris emineret, ſolus Pontifex Maximus dicebatur. Hinc apud Feſtum (*e*): *Ordo Sacerdotum æſtimatur deorum:* & infra: *Maximus quiſque: Maximus videtur Rex, nempe Sacrificus: deinde Dialis: poſt hunc Martialis: quarto loco Quirinalis: quinto Pontifex Maximus:* & paulo poſt: *Rex, quia potentiſſimus: Dialis, quia univerſi mundi ſacerdos: Pontifex Maximus, quod judex habetur rerum divinarum humanarumque.* Hæc Feſtus.

(*d*) *Levit.* 21.

Qui apud Judæos & Gentiles Pontifex Maxim.

(*e*) *Feſt. in verb. Ordo.*

XI. Quod igitur in Eccleſia Dei, ex Gentibus magna ex parte collecta, regale Chriſti ſacerdotium unum idemque ſit, & in primariæ ſedis Epiſcopum potiſſimum declaratum, qui non tantum Urbis, ſed Orbis Sacerdos Summus exiſtat, ac inſuper a Deo rerum divinarum humanarumque arbiter conſtitutus, judiciaria poteſtate ſuper omnes effulgeat: appoſite Pontifex Maximus dictus eſt, & Epiſcopus Epiſcoporum. Illud ob inſignem ſacerdotii eminentiam: iſtud additum, ne, quod apud Gentiles quinto loco poſitus haberetur Pontifex maximus, ſed tamen ut & alii quoque Maximi dicerentur; ne iſte alios ſupra ſe vel ſibi æquales videretur habere Pontifices; Pontificis Maximi nominis amplitudini jure junctus eſt titulus, Epiſcopus Epiſcoporum. Quibus quidem titulis non in omnibus rebus uti ſoliti eſſe videntur, ſed cum quid publice in univerſali Eccleſia edicendum eſſet: ut in præſentiarum accidit in promulgando decreto de recipiendis in Eccleſiam fornicariis pænitentibus: de quo illud Tertullianus (*f*): *Audio etiam edictum eſſe propoſitum, & quidem peremptorium: Pontifex ſcilicet Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum dicit, Ego,* &c. At de his hactenus; jam vero ad eumdem Tertullianum redeamus.

Titulus Rom. Pontificis, Epiſcopus Epiſcoporum.

(*f*) *Tertull. de Pudicitia, c.* 1.

XII. Rurſum vero dum in eumdem Romanum Pontificem pænitentes recipientem invehitur; inter alia multa priſtinum illum ritum, quo publici pænitentes Romæ ab eodem in Eccleſia recipi ſolerent, deſcribit his (*g*) verbis: *Et tu quidem pœni-*

Ritus recipiendi pœnitentes.

(*g*) *Tertul. de Pudicit. c.* 13.

nitentiam mœchi ad exorandam fraternitatem in Eccleſia inducens, conciliciatum & concineratum cum dedecore & horrore compoſitum proſternes in medium ante viduas, ante presbyteros, omnium lacrymas ſuadentem, omnium veſtigia lambentem, omnium genua detinentem; inque eum hominis exitum, quantis potes miſericordiæ illecebris, bonus paſtor & benedictus Papa concionaris, & in parabola ovis capras tuas quæris, tua ovis ne rurſus de grege exiliat, quaſi non exinde jam liceat, quod nec ſemel licuit; cæteras etiam metu comples, cum maxime indulges. Hæc de antiquo pœnitentes recipiendi ritu.

XIII. Paſtoris ovem geſtantis imago.

Ex eo quoque commentario illud inſuper antiquitatis referatur egregium monumentum, nimirum in ſacris calicibus, qui divino miniſterio celebrando eſſent uſui, effigiari conſueviſſe paſtorem ovem humeris geſtantem: quo ſacerdotes admonerentur, imitandum ſibi eſſe divinum illum paſtorem, qui primus tam eximium paſtoralis curæ ac charitatis ſpecimen edidit; ſic enim ait (a); *A parabolis licebit incipias, ubi eſt ovis (b) perdita, a Domino requiſita, & humeris ejus revecta. Procedant ipſæ picturæ calicum veſtrorum, ſi vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, utrumne Chriſtiano, an Ethnico peccatori de reſtitutione colliniet.* Hæc ipſe perperam interpretatus parabolam illam; quam intelligendam eſſe tradit de Ethnico ad Eccleſiam inducendo, non de lapſo in eam per pœnitentiam revocando. Et inferius iterum (c): *Patrocinabitur paſtor, quem in calice depingitis;* & cum ſubdit: *Ego ejus paſtoris ſcripturam haurio, quæ non poteſt frangi:* plane ſignificans ea alluſione, calices illos fuiſſe vitreos; ſed & patenas quoque miniſteriales fuiſſe vitreas, ejuſdem Zephyrini Pontificis decretum (d) oſtendit. At de antiquo & diu perſeverante calicis vitrei uſu plura diximus in Notationibus ad Romanum Martyrologium (e), ut eadem hic repetere videatur ſuperfluum.

(a) Ibid. c. 6.
(b) Luc. 15.
(c) Tert. de Pudicit. c. 10.
(d) L. de Rom. Pontif. in Zephyrino.
(e) Die 7. Aug. b.

XIV. Imagines antiquitus in Eccleſia.

Sed de paſtoris imagine ovem humeris geſtantis complura exempla vidimus in veterrimo ante aliquot annos refoſſo Priſcillæ cæmeterio Via Salaria, una cum nonnullis picturis tum veteris, tum novi teſtamenti facta reddentibus; quibus apertiſſime declaratur, ſacrarum imaginum uſum fuiſſe communi conſenſu Fidelium in Eccleſia antiquitus conſecratum. Quibus etiam planius demonſtratur, quænam fuerit Tertulliani ſententia, dum adverſus Gentes in Apologetico (f) ait: *Igitur ſi ſtatuas & imagines frigidas mortuorum ſuorum ſimillimas non adoramus, quas milvi & mures, & araneæ intelligunt: nonne laudem magis quam pœnam merebatur repudium agniti erroris?* intelligens nimirum cultum imaginum idolorum, quas antea coluiſſent, ſed poſtea facti Chriſtiani repudiaſſent. Sed de uſu ſacrarum imaginum ſatis a nobis dictum eſt ſuperius tomo primo, cum actum eſt de antiquis Eccleſiæ traditionibus.

(f) Tert. in Apol. c. 12.

XV. De Pallio Epiſcopali.

At non in Eccleſiæ calicibus tantum exprimebatur imago paſtoris, ovem perditam humeris geſtantis, paſtoralis indulgentiæ atque clementiæ typum præferentis; ſed & in ſacris quoque veſtibus aliis tamen ſignis idem repræſentabatur exemplum; nempe Epiſcopali illo indumento, magni honoris inſigni, ex lana confecto, quod dicimus pallium, de quo hæc Iſidorus (g) Peluſiota ad Herminum ſcribens: *Id autem amiculum, quod ſacerdos humeris geſtat, atque ex lana, non ex lino conteſtum eſt, ovis illius quam Dominus aberrantem quæſivit, inventamque humeris ſuis ſuſtulit, pellem deſignat. Epiſcopus enim, qui Chriſti typum gerit, ipſius munere fungitur, atque ipſo etiam habitu illud omnibus oſtendit, ſe boni illius ac magni paſtoris imitatorem eſſe, qui gregis infirmitates ſibi ferendas propoſuit.* Hæc Iſidorus. Ex quibus videas uſum pallii in Dei Eccleſia ubique receptum, ejuſque myſterium ab auctore nobiliſſimo declaratum.

(g) Iſidor. l. 1. ep. 136.

XVI. De oſculo pedum antiquus uſus.

Sed nec illud prætereundum, quod ait Tertullianus de recipiendorum pœnitentium antiquo ritu, conſueviſſe illos proſtratos lambere omnium, qui adſtarent veſtigia; certe & ſacerdotum; certo certius & ipſius Pontificis: ad cujus pedes quoque accedere inſtar pœnitentium, Fideles cæteri ſoliti ſemper fuerunt, atque eos exoſculari. Quod autem reliquum eſt de eodem Tertulliani adverſus Catholicos de Pudicitia commentario ſcripto: eo furoris nequam ſpiritus eum in tranſverſum egit, ut ex malo deterrimus, & ex maculoſo plane turpiſſimus factus, horrendas blaſphemias evomuerit. Porro cunctos Tertulliani errores ſumma diligentia Pamelius in unum collegit; ut nihil ſit in his nobis amplius laborandum: a quo tametſi interdum in ordine temporum diſſentimus (lector boni conſulat) non eo conſilio facimus, ut diſertiſſimas nobilis ingenii lucubrationes labefactari aliqua ex parte velimus; quas cum ſuggerit occaſio, non deſinimus prædicare.

XVII. Lapſus Tertulliani magnum intulit ſcandalum.

At quod ad ſpectatiſſimi hominis lapſum pertinet, magnum plane cum admiratione timorem Fidelibus incuſſiſſe certum eſt, cum tam inſignem, tamque eruditum, recti amantem, ac omnibus plane numeris abſolutum virum, ſic viderint primo corruere, ac denique in profundum malorum omnium præcipitem ferri. Quamobrem hæc de eo Vincentius (h) Lirinenſis, qui eodem cum S. Auguſtino ſæculo vixit: *Sed* (inquit) *& Tertulliani quoque ea-*

dem

(h) Vincent. Lirin. contra hæreſes c. 24.

dem ratio eſt: nam ſicut ille (nempe Origenes) *apud Græcos, ita hic apud Latinos noſtrorum omnium facile princeps judicandus eſt. Quid enim hoc viro doctius? quid in divinis atque humanis rebus exercitatius? nempe omnem philoſophiam & cunctas philoſophorum ſectas, auctores adſertoreſque ſectarum, omneſque eorum diſciplinas, omnem hiſtoriarum & ſtudiorum varietatem mira quadam mentis capacitate complexus eſt. Ingenio vero nonne tam gravi ac vehementi excelluit, ut nihil ſibi pene ad expugnandum propoſuerit, quod non acumine irruperit, aut pondere eliſerit? Jam porro orationis ſuæ laudes quis exequi valeat? quæ tanta, neſcio qua rationum neceſſitate conferta* * *eſt, ut ad conſenſum ſui, quos ſuadere non potuerit, impellat; cujus quot pene verba, tot ſententiæ ſunt; quot ſenſus, tot victoriæ. Sciunt hæc Marciones, Apelles, Praxeæ, Hermogenes, Judæi, Gentiles, Gnoſtici, cæterique; quorum ille blaſphemias multis ac magnis voluminum ſuorum molibus velut quibuſdam fulminibus, evertit. Et tamen hic quoque poſt hæc omnia; hic (inquam) Tertullianus, Catholici dogmatis, id eſt, univerſalis ac vetuſtæ fidei parum tenax, ac diſertior multo quam felicior, mutata deinde ſententia, fecit ad extremum quod de eo beatus confeſſor Hilarius* (*a*) *quodam loco ſcribit: Sequenti, inquit, errore detraxit ſcriptis probabilibus auctoritatem: & fuit ipſe quoque in Eccleſia magna tentatio.* Hucuſque de eo Vincentius.

* conferta

(*a*) *Hilarius in Mat. c. 8.*

XVIII. Porro conſtat Tertullianum materiam miniſtraſſe errantibus Novatianis, quod Pacianus teſtatur, dum ait: *Tertullianus veſter eſt; nam multa inde ſumpſiſtis*: citat contra eos ipſius epiſtolam, quæ eſt liber de Pœnitentia, quem olim Catholicus ediderat, quo profitebatur poſſe Eccleſiam peccata dimittere. Quid autem poſt hæc egerit, nulla extat memoria; niſi quod S. Auguſtinus teſtatum reliquit, eum poſt hæc deſciviſſe a Cataphrygibus ſuoque nomine ſectam inſtituiſſe, cujus ſectatores Tertullianiſtæ fuerint nominati, de quibus hæc ſcribit ad Quodvultdeum (*b*): *Tertullianiſtæ a Tertulliano, cujus multa leguntur opuſcula eloquentiſſime ſcripta, uſque ad noſtrum tempus paulatim deficientes, in extremis reliquiis durare potuerunt in urbe Carthaginenſi. Me autem ibi poſito ante aliquot annos* (*quod etiam te meminiſſe arbitror*) *omni ex parte conſumpti ſunt; pauciſſimi enim, qui remanſerunt, in Catholicam tranſierunt; ſuamque baſilicam, quæ nunc etiam notiſſima eſt, Catholicæ tradiderunt.* Præter ejus errores ſuperius recenſitos addit illum docuiſſe animas hominum peſſimas poſt mortem converti in dæmones, illarumque hic ſtatum per traducem propagari.

Tertullianiſtæ hæretici.

(*b*) *Auguſtin. de hæreſ. c. 86.*

XIX. Propter errorum labes, quibus opuſcula ejus, perpaucis exceptis, ſunt aſperſa, cenſura Gelaſii (*c*) relata ſunt inter apocrypha; neque tamen eſt eorum lectio penitus improbata, immo ſuſcepta ab omnibus avide. Nam licet cum adhuc recentior eſſet ejus memoria, execrabilis omnibus propter apoſtaſiam remanſiſſet; tamen ſanctus Cyprianus eum aſſidue lectitabat: de quo hæc ſanctus Hieronymus (*d*) ad Pammachium: *Beatus Cyprianus Tertulliano magiſtro utitur* (*ut ejus ſcripta probant*) *cum eruditi atque ardentis viri ingenio delectetur*: & alibi (*e*): *Vidi*, inquit, *ego quemdam Paulum Concordiæ, quod eſt oppidum Italiæ, ſenem; qui ſe beati Cypriani grandis ætatis notarium, cum ipſe admodum adoleſcens eſſet, Romæ vidiſſe diceret; referreque ſibi ſolitum, numquam Cyprianum abſque Tertulliani lectione unam diem pertranſiiſſe: ac ſibi crebro dicere: Da magiſtrum; Tertullianum videlicet ſignificans:* Hæc de lectione Tertulliani Hieronymus, de eodem ſolitus dicere (*f*): *Laudo ingenium hominis, damno hæreſes.* Idemque affirmat, de Trinitate librum Tertulliano tributum, eſſe Novatiani; quem ut Tertulliani legitimum Orientales accepiſſe, ſuo loco dicturi ſumus. At de Tertulliano hactenus.

(*c*) *Gelaſ. in Concil. Rom. de lib. auth. & apocryph.*

Lecta ſemper avide opera Tertulliani.

(*d*) *Hieron. epiſt. 65.*

(*e*) *Idem de Script. Eccleſ. in Tertullian.*

(*f*) *Idem de Apolog. adverſus Ruffin.*

JESU CHRISTI ANNUS 217. ZEPHYRINI PAP. ANNUS 15. ANT. CARAC. IMP. ANNUS 5.

I. Agrippinus Epiſcopus Carthaginenſis.

CHriſti anno ducenteſimo decimoſeptimo, adſcribuntur faſtis Conſularibus Æmilius Lætus & Anicius Cerealis Conſules, cum Antoninus annum quintum ageret in Imperio. Cujus quidem tempore Chriſtianis pacatiſſimo (certus tamen annus penitus ignoratur) cum Carthaginenſi Eccleſiæ Agrippinus præeſſet, qui his Tertulliani temporibus ſedere cœpiſſe creditur; ipſe primus antiquam Eccleſiæ conſuetudinem, qua ra[illegible]s haberetus hæreticorum baptiſmus ſecundum Catholicæ Eccleſiæ formam collatus, prætextu quodam pietatis, quod quæcumque hæreticorum eſſent, Catholica Eccleſia deberet abominari, convellere niſus, ingentium turbarum in Eccleſia auctor fuit; nam poſtea quod a prædeceſſore ſanctus Cyprianus factum vidiſſet, mordicus propugnare non deſtitit. Nominat quidem illum S. Auguſtinus (*g*) ejuſdem Cypriani prædeceſſorem, non tamen quem ipſe nullo medio fue-

(*g*) *Aug. de Baptiſ. contra Donat. lib. 1. c. 7.*

(a) Cyprianus epiſt. 55. fuerit conſecutus; nam alibi (a) ſicut Fabianum Cornelii, ita Donatum ſuum qui antegreſſus ipſum ſit, ponit Epiſcopum.

II. Concil. Africanum ſub Agrippino. Porro Agrippinus non ipſe ſolus hæc videri voluit ſtatuiſſe, qui ea de re omnes collegit Africæ atque Numidiæ Epiſcopos; celebratoque Concilio, omnium rogata ſententia, de iterando baptiſmate hæreticorum canonem ſtatuit. De eo enim Cyprianus (b) in primis hæc ſcribit ad Quintum: *Quod quidem & Agrippinus, bonæ memoriæ vir, cum cæteris Coepiſcopis ſuis, qui illo tempore in provincia Africa & Numidia Eccleſiam Dei gubernabant, ſtatuit, & librato conſilii communis examine firmavit; quorum ſententiam & religioſam, & legitimam, & ſalutarem, fidei & Eccleſiæ Catholicæ congruentem, nos etiam ſecuti ſumus*: Hæc ipſe. Exiſtimamus tam celebrem Epiſcoporum conventum his plane temporibus, reddita in omnibus Eccleſiæ pace, collectum fuiſſe; cum autea (ut dictum eſt) Imperatorum decreto atque Senatuſconſulto omnes Chriſtianorum coitiones interdictæ fuiſſent.

(b) Cyprianus epiſt. 71.

III. Cæterum id ne recte fecerit Agrippinus, & an eum jure ſecutus fuerit Cyprianus, S. Auguſtinus (c) hæc tractans aperit his verbis: *Quam conſuetudinem (ſuſcipiendi ab hæreticis baptizatos) credo ex Apoſtolica traditione venientem, ſicut multa quæ non inveniuntur in litteris eorum, neque in Conciliis poſteriorum; & tamen quia per univerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, nonniſi ab Apoſtolis tradita & commendata creduntur. Hanc ego ſaluberrimam conſuetudinem per Agrippinum prædeceſſorem ſuum dicit S. Cyprianus quaſi cæpiſſe corrigi. Sed ſicut diligentius inquiſita veritas docuit, quæ poſt magnos dubitationis fluctus ad plenarii Concilii confirmationem perducta eſt; verius creditur per Agrippinum corrumpi cæpiſſe, non corrigi. Irruente itaque tam magna quæſtione, cum de remiſſione peccatorum & de ſpirituali hominis generatione, utrum poſſet apud hæreticos vel apud ſchiſmaticos fieri, difficile ratio redderetur, & præcederet auctoritas Agrippini, & nonnullorum, qui ei conſenſerant, hominum in hac quæſtione deficientium, qui maluerant aliquid novum moliri, quam retinere conſuetudinem, cujus defenſionem non intelligebant; irruerunt in oculos animæ veriſimiles rationes, & intercluſerunt iter perveſtigandæ veritatis:* Hæc de Agrippini parum conſulto facto in convellenda antiquiori traditione Auguſtinus. Sed excuſans Cyprianum, ſubdit.

(c) Aug. de Baptiſ. contra Donat. lib. 2. c. 7. 8.

Improbatur ſententia Agrippini.

IV. Excuſatur S. Cyprianus. *Quam tamen conſuetudinem niſi prior ante Agrippinus, & nonnulli per Africam Coepiſcopi ejus etiam per Concilii ſententias deſerere tentaviſſent, non auderet iſte ſaltem ratiocinari adverſus eam; ſed in tam obſcura quæſtione turbatus, & ubique intuens univerſalem robuſtamque conſuetudinem, coarctaret ſe potius & prece & intentione mentis ad Deum, ut, quod poſtea plenario Concilio viſum eſt, id verum eſſe perſpiceret & doceret. Sed cum fatigatum præcedentis Concilii, quod per Agrippinum factum eſt, excepiſſet auctoritas; maluit prædeceſſorum ſuorum tamquam inventum defendere, quam inquirendo amplius laborare; nam in fine epiſtolæ ad Quintum ita oſtendit, in quo tamquam lectulo auctoritatis quaſi feſſus acquieverit.* Atque ſubdit (d): *Hac atteſtatione ſatis oſtendit, multo magis ſe fuiſſe commoraturum, ſi quod de hac re tranſmarinum, & univerſale Concilium factum eſſet; nondum autem factum erat; quia conſuetudinis robore tenebatur orbis terrarum; & hæc ſola opponebatur inducere volentibus novitatem:* Hæc Auguſtinus. Sed inſuper & ejus æqualis Vincentius Lirinenſis hæc de eodem Agrippino: *Quondam igitur vene-*

(d) Aug. de Baptiſ. contra Donat. lib. 2. c. 9.

PAGIUS

SÆC. III.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5708.

☉ 28. A. ☽ 7. P. 2. April. Indict. 8.

Anno Urbis 968. Olymp. 248. an. 3. A.C. 215.

JESU CHRISTI 215. *ſecund. Baronium* 217.

ZEPHYRINI PAPÆ 19.

CARACALLÆ IMP. 18.

I. *Conſules.* [1] Anum. I. ad IX. Coſſ. *Æmilius Lætus* II. & *Anicius Cerealis*, ex Inſcriptione Onuphriana, aliaque Gruteriana pag. 312.

II. *Controverſia de rebaptizatione.* Dogma de rebaptizandis Hæreticis, quod Epiſcopi Africani tuebantur, habebatur ab illis, tamquam ad œconomiam dumtaxat, & diſciplinam Eccleſiaſticam, non vero ad Fidem pertineret, quod patet ex Epiſtola S. Cypriani & Synodi Africanæ ad Stephanum Pontificem Romanum, in qua dicitur: *Cæterum ſcimus quoſdam, quod ſemel imbiberint, nolle deponere, nec propoſitum ſuum facile mutare, ſed ſalvo inter Collegas pacis & concordiæ vinculo, quædam propria, quæ apud ſe ſimul ſint uſurpata, retinere; qua in re nec nos vim cuipiam facimus, aut legem damus; cum habeat in Eccleſiæ adminiſtratione voluntatis ſuæ arbitrium unuſquiſque Præpoſitus,*

NOTÆ [1] Coſſ. *Æmilius Lætus II.* & *Anicius Cerealis*. Gruterus pag. CCCXI. 2.

D. D. PR. NON. APRIL.
LAETO. II. ET. CERIALE
COS.

Prænomina, ac alia nomina ante poſtremum abſunt a lapidibus. Vulgares Faſti: *Læto & Cereale*.

venerabilis memoriæ Agrippinus Carthaginenſis Epiſcopus, primus omnium mortalium contra divinum canonem, contra univerſalis Eccleſiæ regulam, contra ſenſum omnium conſacerdotum, contra morem ac inſtituta majorum, rebaptizandum eſſe cenſebat; quæ præſumptio tantum mali invexit, ut non ſolum hæreticis omnibus formam ſacrilegii, ſed etiam quibuſdam Catholicis occaſionem præbuerit erroris.

V. Cæterum etſi hæc de hæreticorum baptiſmo Agrippinus prior ſtatuiſſe videatur, primuſque habeatur auctor, quod, Concilio convocato, omnium ſententia dogma firmaverit; errandi tamen occaſionem Tertullianum gentilem ſuum ei tribuiſſe, jure dici poſſe videtur, quippe qui olim cum adhuc in Eccleſia Catholica eſſet, & hæreticos omnes acerbiſſimo odio inſectaretur, omnique ex parte eorum communicationem adverſandam merito exiſtimaret, eo prolapſus eſt, ut nec baptiſmum cum illis communem eſſe debere putarit; ac proinde eos non recipiendos, qui ab illis antea fuiſſent baptizati, niſi illud ipſum ſanctum lavacrum in Eccleſia Catholica eiſdem Catholicorum miniſterio eſſet exhibitum. Quam quidem ſententiam ne leviter opinatus, vel obiter videretur protuliſſe: ſed ſanctum, pium, & omni ex parte conſtans Catholicum dogma ratus, nulla prorſus ratione habita conſuetudinis, quam corruptelam exiſtimavit; eo argumento commentarium Græce conſcripſit; ſed non extat. Id quidem ipſe teſtatur in libro quem de Baptiſmo ſcripſit adverſus Quintillam (*a*) ſic dicens: *Sane retexam quod ſuper omiſi, ne imminentes ſenſus videar intercidere. Unus omnino baptiſmus eſt nobis tam ex Domini Evangelio, quam ex Apoſtoli litteris; quoniam unus Dominus, & unum baptiſmum & una Eccleſia in cælis. Sed circa hæreticos ſane quid cuſtodiendum ſit, digne quis retractet; ad nos enim editum eſt. Hæretici autem nullum habent conſortium noſtræ diſciplinæ, quos extraneos utique teſtatur ipſa ademptio communicationis: Non debeo in illis cognoſcere, quod mihi eſt præceptum; quia non idem Deus eſt nobis & illis, nec unus Chriſtus, id eſt idem: ideoque nec baptiſmus unus, quia non idem: quem cum rite non habeant, ſine dubio non habent; nec capit numerari, quod non habetur; ita nec poſſunt accipere, quia non habent: Sed de iſto plenius jam nobis in Græco digeſtum eſt:* Hæc Tertullianus.

Tertullianus auctor iterandi Hæreticorum Baptiſmatis.

(*a*) *Tertul. de Baptiſ. c. 14.*

VI. Quod vero non a Tertulliano, ſed ab Agrippino dogmatis principium ducatur, nec in defenſionem ſententiæ S. Cyprianus vel alius teſtem adſtipulatorem ſaltem, ſi non auctorem, Tertullianum citet; illam exiſtimo cauſam, quod, cum Tertulliani nomen eſſet hæreſi infamatum, indignum putavit, necnon etiam periculoſum, eumdem in defenſionem accerſere teſtem, vel potius ſic demonſtrare opinionis auctorem. Hæc licet Catholicus olim Tertullianus conatus eſſet, tamen ex eo ingenium hominis audax aperte ſatis demonſtratur, dum contempta antiqua Patrum traditione quod ſibi viſum eſt rectum, licet conſuetudini adverſum, affirmare ac ſtabilire omnibus ingenii viribus ſtuduit.

VII. Ex his recte inſpicientibus patet, quanto periculo quis antiquis traditionibus, licet ſibi minus probatis, vel fortaſſe Scripturæ divinæ viſis aliqua ratione pugnantibus, obniti non curet. Nam e traditionum firmitate ſemel alterutro pede convulſo, in abrupta hæreſum facile quis impellitur, ut miſerrimo Tertulliano vidimus accidiſſe: cujus enormis exceſſus hanc priorem omnibus cauſam extitiſſe, recte affirmari poſſe videtur. Sed miratus ſum vehementer hæc de Tertulliano præteriiſſe S. Auguſtinum, & alios antiquiores, qui adverſus S. Cyprianum & prædeceſſorem ejus Agrippinum, & alios ejus ſententiæ propugnatores plura ſcripſere. Nam demonſtraſſe tantum ejus primum ſententiæ Tertullianum fuiſſe aſſertorem, viciſſe adverſarios videri propemodum potuiſſet. Et licet commentarium illum de Baptiſmo ante omnem hæreſim ſcripſiſſe videatur; tamen ex refractario ingenio hominis, atque aſpera nimis ac dura animi ejus inſolentia quid tale adeo dignum progredi videri poterat, quod antiquæ Eccleſiæ traditioni præferri a quopiam meruiſſet? Nec eſt quod dici poſſit, librum illum fuiſſe ſuppreſſum, ex quo S. Hieronymus (*b*) teſtimonium tam expreſſe citat. Cæ-

Traditiones mordicus tenendæ.

(*b*) *Hieronym. de Script. Eccleſ. in Luc. ex Tertull. de Baptiſ. c. 17.*

PAGIUS *poſitus, rationem actus ſui Domino redditurus.* Controverſiam itaque de Hæreticorum baptiſmate ad Fidem non ſpectare, Cyprianus ejuſque Collegæ cenſebant; cum cuique Epiſcopo, vel ſentire, vel ſervare quod velit, in iis liberum non ſit. Imo Nicæni Patres Paulianiſtarum baptiſma iterari jubentes, canone 19. eos anathemate non percuſſere, qui aliorum Baptiſmum non reciperent; quod ſane feciſſent, ſi quæſtionem hanc ad Fidem pertinere arbitrati eſſent. Denique ſi hoc credidiſſent, non fuiſſet neceſſarium univerſæ Eccleſiæ Concilium, ut inexcuſabiles eſſent Africani & Orientales. Nam non excuſatur, qui errorem contra Fidem a Sede Apoſtolica damnatum tuetur ante Concilii oecumenici celebrationem, ut in cauſa Pelagianorum videre eſt, quibus Auguſtinus ſpem Concilii Generalis adimit: qui Cyprianum excuſat quod morem Africanum rebaptizandi Hæreticos etiam poſt Stephani decretum propugnaret, quia nondum celebratum fuerat plenarium totius Eccleſiæ Concilium. Cenſuit itaque Synodus Nicæna controverſiam illam meræ diſciplinæ fuiſſe.

III. Euſebius lib. 6. cap. 14. ait. *Adamantius Zephyrino Romanam Eccleſiam gubernante, ſe in urbem*

VIII. De Tertulliano, & Agrippino.

Cæterum quod incertum ſit quo potiſſimum tempore vixerit Agrippinus, & quamdiu ſederit: nec etiam ſatis exploratum haberi poſſe videtur, num certe eam de baptiſmo hæreticorum ſententiam Agrippinus a Tertulliano, an vero hic ab illo fuerit mutuatus; cum præſertim illa verba præmittat: *Ad nos enim editum eſt;* nempe quod ſequitur de hæreticorum baptiſmate irritando; perinde ac illa ipſe acceperit ab Agrippino. Sed in obſcuro verborum illorum ſenſu, non eſt quod quiſquam quid tuto affirmare poſſit, & veſtigiis inſiſtere certæ ſententiæ. At de his modo ſatis.

IX. Ultio de nece Chriſtianorum in Alexandrinos.

Eodem anno Antoninus Imperator cum Germaniam, inde Aſiam ac poſtea Syriam peragraſſet, Alexandriam veniens, dum de Ægyptiis eum irridentibus vindictam excepit, Chriſtianum ſanguinem in perſecutione ſub Severo immaniter fuſum neſciens ultus eſt. *Dato* namque *ſigno* (inquit Spartianus *a*) *militibus, ut hoſpites ſuos occiderent, magnam cædem Alexandriæ fecit.* Dio (*b*) autem rem geſtam his verbis fuſius proſecutus eſt: *Antoninus licet ſe maximo amore proſequi Alexandriam oſtenderet, tamen cives ejus omnes pene ſuſtulit; cum enim ſe ab eis argui & illudi intelligeret multis de cauſis, ſed præſertim propter cædem fratris; diſſimulata ira, profectus eſt Alexandriam, fingens ſe magno eorum deſiderio teneri. Poſt ubi in ſuburbium venit, primos ejus Civitatis, qui ipſi cum ſacris, atque abditis rebus proceſſerant obviam, excepit perhumaniter, eoſque admiſſos in convivium interfecit. Poſt armavit omnem exercitum, invaſitque urbem: moxque imperavit omnibus Alexandrinis, ut domi manerent; ipſe vias occupavit & tecta. Et ne ſigillatim calamitates perſequar, in quas tunc miſera urbs incidit; tantam in ea cædem fecit, ut non ſit auſus numerum interfectorum proferre; ſed ſcripſerit ad Senatum, non referre qui & quot occiſi eſſent, propterea quod omnes idem meriti fuiſſent.*

(*a*) Spartian. in Caracallo.
(*b*) Dio in Caracallo.

X. Dira clades Alexandriæ ab Antonino patrata.

Pecunia partim direpta eſt, partim interiit. Periere cum Alexandrinis peregrini multi; cum iiſque ingens copia eorum qui cum Antonino venerant, eo quod ignorarentur. Nam cum permagna eſſet civitas, in eaque cædes fierent dies noctesque; nemo poterat, licet maxime cuperet, alterum diſcernere; ſed moriebatur quis ut ſors ferebat; atque eorum corpora ſtatim projiciebantur in profundas foſſas, ut cæteris incognita eſſet magnitudo calamitatis. Idque ubi factum eſt in cives, peregrini omnes ex urbe expulſi præter mercatores; eorumque facultates direptæ ſunt, fanis etiam quibuſdam expilatis. Horum magnam partem Antoninus præſens videnſque gerebat, imperabatque multa de templo Serapidis, in quo erat dies noctesque homo tot cædibus pollutus. Hæc de clade Alexandrina Dio. Eadem quoque pluribus narrat Herodianus (*c*), & quidem lamentabilius; ad quem amandamus lectorem. Certe quidem quod nulla alia civitas Orbis tot tantaque paſſa ſit ab hac truculentiſſima fera, niſi urbs Romana & Alexandrina, illud quod diximus indicat: nam ſub perſecutione Severi nullibi acrius in Chriſtianos eſſe ſævitum, quam in his civitatibus, memoriæ proditum eſt. Quod vero nulla ſit noſtrorum querela, ab Antonino negotium Chriſtianis eſſe faceſſitum; illis ſane aliquo modo in tanto diſcrimine fuiſſe divina ope conſultum, mihi facile perſuadeo. Sed & memor fortaſſe lactis quod ſuxerat Chriſtianum, ſiverit eos ſolos in tanta Gentilium clade in pace agere; ſi tamen valebat apud trucem atque immanem belluam aliqua recti ratio.

(*c*) Herod. lib. 4.

Ad-

PAGIUS

Origenes Romam venit.

bem Romam adveniſſe ſcribit, cum ſibi in votis fuiſſet, ſicut ipſemet alicubi dixit, Romanam Eccleſiam omnium antiquiſſimam coram videre. Ibi pauliſper moratus Alexandriam rediit. Tum cap. 18. Ambroſii converſionem narrat. Mortuus eſt Zephyrinus anno CCXVII. Quare ante eum annum, Caracalla imperante, Romam venit Origenes, anno incerto. Ideoque hanc profectionem, quam Baronius in Annalibus in primum Heliogabali annum perperam conjecerat, in hunc recte Spondanus retraxit. Non multo poſt in Arabiam Origenes profectus eſt, indeque Alexandriam reverſus, impia arma Caracallæ fugiens, quibus funeſtiſſimam cladem Alexandrinis intulit, ut docet Herodianus lib. 4. cap. 11. ex ea clam exivit, ſeceſſitque in Palæſtinam, & Cæſareæ pedem poſuit, ut prodit Euſebius cap.19. qui cum poſtea cap.20. Caracallæ mortem narret, liquet hæc omnia eo imperante geſta eſſe, erraſſeque eos, qui prius hoc Originis iter in Palæſtinam confuderunt cum altero, quod ad Achaiæ Epiſcopos proficiſcens, per ea loca habuit, cum Alexander Severus Imperium adminiſtraret, ut patet ex Euſebio cap.21. & 23. Qua de re plura doctiſſimus Huetius lib. 2. Origenianorum cap.2.

Baron. an. 220. num. VII. & ſeqq.

JESU CHRISTI ANNUS	ZEPHYRINI PAP. ANNUS	ANT. CARAC. IMP. ANNUS
218.	16.	6.

I. ADveniente anno Domini ducenteſimo decimooctavo, Sabino ſecundum & Annullino Coſſ. Antoninus Imperator in Orientem profectus, Parthos dolo potius quam armis ſubegit; venientemque ad ſe Abagarum Regem Oſroenorum tamquam amicum & Romanorum ſocium, conjecit in vincula, ejuſque regiam Rege deſtitutam cepit. Hæc (*a*). Dio; Herodianus (*b*) autem pluribus, licet nonnihil a Dione diſſentiat. Hic ille Abagarus, quem his temporibus regnantem in Edeſſa Africanus hiſtoricus Chriſtianum fuiſſe & virum ſanctum prædicat; cujus Africani, rerum Eccleſiaſticarum ſcriptoris nobiliſſimi, teſtimonium Euſebius citat in Chronico anno ſequenti. Inierat amicitiam cum Severo Antonini patre Abagarus, quam & datis obſidibus confirmarat, ut ex Herodiano (*c*) ſuperius dictum eſt. Sed rupti fœderis, antequam præterlaberetur annus, Antoninus pœnas dedit, occiſus (ut dicetur) a ſuis inter Edeſſam & Carras.

(*a*) *Dio in Caracal.*
(*b*) *Herod. lib.* 4.
Abagarus rex Chriſtianus.
(*c*) *Idem lib.* 3.

II. Totus poſt hæc fuit Antoninus Imperator in magicis artibus perſcrutandis. Cum enim de futura brevi ejus morte multa eſſent præſagia; ipſe (inquit Dio *d*) invocatis multis dæmoniis, malum ſtudebat effugere. Addictiſſimum fuiſſe hiſce Romanorum etiam legibus improbatis artibus, idem auctor affirmat; Apolloniumque Tyanæum, magica arte olim clarum, jam defunctum, magnis honoribus coluiſſe tradit, ſic dicens: *Magis & præſtigiatoribus ita delectabatur, ut Apollonium Cappadocem, qui floruerat Domitiani temporibus, laude & honore affecerit. Hic præſtigiator fuerat ſolers & magus; eique monumentum faciendum curavit.* Ad hæc provocamus Hieroclem impium, qui pro Tyanæo commentarium elaboravit, cumque Chriſto conferre non erubuit: cum Eth-

(*d*) *Dio in Caracal.*
Antoninus magiæ intentus.

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 969. Olymp. 248. an. 4. A. C. 216.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5709.

☉ 1. GF. ☽ 8. P. 21. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 216. *ſecundum Baronium* 218.

ZEPHYRINI PAPÆ 20.

CARACALLÆ IMP. 19.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *C. Atius Sabinus II. & Cornelius Anullinus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari.

II. *Quinquennalia Auguſtei Imperii Caracallæ.* Caracalla poſterioris Imperii Auguſtei Quinquennalia dedit, ad quæ referendum quod ſcribit Caſſiodorus in Chronico: *His Coſſ. Antoninus Thermas ſui nominis ædificavit*; quod & Euſebius in Chronico hoc anno habet. Thermas enim annis hujuſmodi feſtivitatibus dicatis ædificari ſolitas, multis exemplis liquet. Vir Cl. Joannes Gabriel Sparvenfelt nobilis Suecus ex Africa redux per hanc urbem Aquenſem tranſiens, mecum, pro ſua humanitate communicavit Inſcriptionem a ſe Biſertæ ex columna in domo cujuſdam civis nomine *Sidi Onbabou* ſervata, deſcriptam, quæ

NOTÆ [1] COſſ. *C. Atius Sabinus II. & Cornelius Anullinus.* Gruterus pag. CCLXI.

DEDICAT.... VII. KAL. OCT. CATTO
SABINO. II. ET CO. ANULLINO. COS.

Noriſius in epiſtola conſulari pro CATTO, legendum putat C. ATIO. Fabrettus in-
ſcript. pag. 682. n. 70. veterem lapidem in villa Burgheſia Tuſculana prope magnas ædes Mon-
tis draconis ſub topiariorum finem, ita vulgavit: DEDIC. XVIII. KAL. SEPTEM.
A. C. ATIO. SABINO II. ET CORNELIO ANULINO. COS. Ve-
rum in hac inſcriptione, quam ſæpe ac diligenter inſpeximus, legitur DEDC. omiſſa littera
I. deinde poſt SEPTEM. non ſequitur littera A. ſed ſignum quoddam, interpunctionis loco.
Poſt hæc habetur CATIO SABINO II. Idcirco mihi viſum ſemper fuit, nullum poſt
litteram C. ſpatium intereſſe, quo interpunctio collocari debeat, proindeque legi oporteat C.
ATIO. ſed legi cenſeo ibidem CATIO, ſine prænomine. Noriſius ergo, qui in epiſtola
conſulari pag. 128. hanc inſcriptionem apud Sponium P. I. Itinerarii pag. 345. viderat, legendum
(pro CATIO) C. ATIO putavit; ſi lapidem inſpexiſſet, forte ſententiam mutaſſet.
Alius lapis apud Gruterum pag. CLXXXIII. 4.

Q. AQUILLIO. SABINO. II.
SEX. AUR. ANULLINO. COS.

Tillemontius, & Relandus hos conſules, ſcilicet *Q. Aquillium Sabinum*, & ejus collegam ſuffectos forte hoc anno fuiſſe putant.
Faſti Idatiani: *Sabino & Anullino.* Vindebonenſes, & Bucherii laterculus: *Sabino & Anulino.* Proſperi Chronicon: *Sabino II. & Venuſto.*

Ethnicorum hiſtoricorum quoque teſtimonio præſtigiatorem fuiſſe & magum, ſed a ſceleſtiſſimo omnium Imperatore divinis honoribus auctum, appareat. Necromantiæ quoque Antoninum ſtuduiſſe, multaſque defunctorum animas ab inferis, ut ab eis exploraret occulta, evocaſſe, idem auctor teſtatur.

III. Cæterum illud mirum; quod cum ſic compoſitus moribus, omnium improbatarum curioſitatum eſſet explorator exactiſſimus; damnaret tamen omnes, qui remedia quædam ad collum appendebant. Nam de ipſo tradit Spartianus (*a*), damnaſſe omnes qui remedia quartanis & tertianis collo annexa geſtabant. At quænam hæc eſſe ſolerent, Plinius narrat, ſic dicens (*b*): *Item in quartanis fragmentum clavi a cruce involutum lana collo ſubnectunt, aut ſpartum e cruce: liberatoque condunt caverna, quam Sol non attingat.* Quæ traduntur Gentiles factitaſſe de clavis vel ſparto ex cruce ſublatis; fortaſſe accidit ea auferri ex crucibus illis, quibus (quod ſæpe accidere conſueverat) Chriſtiani affixi fuiſſent, unde & virtutem aliquam hauſiſſent. Nam ſi ex magica ſuperſtitione ea illis præſtandi vis inerat, quo modo ejus facultatis ſtudioſiſſimus hæc adeo averſatus, non potius in pretio habuiſſet? Sed ipſe magiæ deditus (ut Juliano Apoſtatæ accidit) quod dæmones Crucem vehementer exhorreſcere didiciſſet, eamdem execratus præcepit, ut talia remedia geſtantes ſeveriſſima animadverſione punirentur.

(*a*) Spartian. in Caracal.

(*b*) Plin. lib. 28. cap. 4.

Remedia ex crucibus.

IV. At de ejus flagranti magiæ ſtudio, præter illa quæ dicta ſunt, hæc addit Herodianus (*c*): *Cum ſuapte natura curioſior eſſet, non hominum modo res cognoſcere ſtudebat, ſed deorum dæmonumque etiam rimari arcana; metuque ſemper inſidiarum, nullis non oraculis incubabat, accitis undique magis, aſtrologis, aruſpicibus ac nullo plane præterito, qui hujuſmodi fallacias profiteretur. Sed eos quoque ſuſpectans, ut parum vera loquentes, omniaque ad aſſentationem vaticinantes, ſcribit ad Maternianum quemdam, cui rerum ſuarum omnium curam in Urbe crediderat, & quem ſibi ex amicis omnibus fidiſſimum putabat, conſciumque omnium ſecretorum habuerat, magos undique optimos conquirat, atque evocatis manibus de fine ipſius vitæ conſulat.* Hæc facta ſunt hoc anno imminente jam vitæ exitu. Sed iſthæc de ejus magiæ ſtudio hic voluimus recitaſſe, quod magis admiratione dignum ſit, hominem ſic affectum a Chriſtianorum excidio temperaſſe, ad quod (ſi alia omnis occaſio præteriiſſet) dæmones impulſores haberet; hiſce enim ſtudiis deditos Imperatores, Chriſtianos infenſiſſimos habuiſſe, eoſdemque perſecutione vexaſſe, ſuperius ſæpe multis exemplis eſt demonſtratum. Sed qui (*d*) fecit ventis pondus, eos nonniſi ſuo arbitrio flare permiſit.

(*c*) Herod. lib. 4.

Antoninus totus magiæ deditus.

(*d*) Job. 28.

PAGIUS quæ confirmat quod jam ſæpe inſinuavimus, Imperatores annis ſuis decennalibus aut id genus feſtis addictis, operibus publicis nomina ſua poſteritati conſecrare ſtuduiſſe.

NOTÆ

IMP. CÆS. M. AURELIUS
ANTONINUS. PIUS. FELIX. AUG.
PARTICUS. MAX. BRITANNICUS
MAX. GERMANICUS. MAX. TRIB.
POT. XVIIII. COS. IIII. P. P.
RESTITUIT. XLIX.

Caracalla Tribunitiam Poteſtatem XIX. hoc anno iniit, ideoque hoc vel ſequenti Chriſti anno hæc columna erecta.

JESU CHRISTI ANNUS 219.	ZEPHYRINI PAP. ANNUS 17.	MACR. & DIAD. IMPP. ANNUS 1.

I. *Antoninus Carac. occiditur.*

ANno Domini ducenteſimo undeviceſimo, Præſente & Extricato Coſſ. ſexto Idus Aprilis Antoninus Imperator in Meſopotamia inter Edeſſam & Carras, Macrini * opera, a Marciano Centurione pugione confoſſus occiditur, cum imperaſſet annos ſex, menſes duos, dies quinque, ætatis annum agens undetrigeſimum. Hæc Dio (*a*). Spartianus (*b*) autem eum octavo Idus Aprilis occiſum tradit, vixiſſeque annos quadraginta tres. ☞ Variant enim de ejus vitæ annis Scriptores, ut & de matre ipſius, dum alii Juliæ ſecundæ Severi uxoris, alii Martiæ prioris conjugis filium faciunt. Quod qui ſentiunt, ut Spartianus, longiorem Antonini hujus vitam aſſerant neceſſe eſt, cum a Martiæ exceſſu ad Antonini cædem anni fluxerint ſupra quadraginta ☜. Hic tamen *omnium diriſſimus* (idem ait Spartianus) *& ut uno complectar verbo parricida, & inceſtus, patris & fratris & matris inimicus, a Macrino, qui eum occiderat, timore militum maxime Prætorianorum, inter deos relatus eſt: habet templum, habet Salios, habet ſodales Antoninianos*: Hæc ipſe. His ſcilicet recentibus diis, ex putidiſſima omnium hominum fæce comparatis fulciebant ſuperſtitionem Gentiliciam collabentem.

* *al.* Martialis.

(*a*) Dio in Caracal.

(*b*) Spartian. in Caracal.

Poſt

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 970. Olymp. 249. an. 1. A. C. 217.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5710.

☉ 2. E. ☽. 9. P. 13. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 217. *ſecund. Baronium* 219.

CALLISTI PAPÆ 1.

MACRINI IMP. 1.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *C. Bruttius Præſens, & T. Meſſius Extricatus II.* ut ex Inſcriptione Gruteriana oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari.

II. *Vicennalia prioris Imperii Auguſtei Caracallæ.* Caracalla prioris Imperii Auguſtei Vicennalia dedit, ut certum facit hujus Imperatoris Nummus apud Occonem, in cujus poſtica parte legitur: TR. P. XX. COS. IIII. P. P. VICT. PART. ubi cernitur Victoria in clypeo ſcribens, VOT. XX.

III. *Interitus Caracallæ.* [2] *Caracalla die Natalis ſui, octavo Idus Aprilis, ipſis Megalenſibus, inſidiis a Macrino Præfecto Prætorii poſitis, qui poſt eum invaſit Imperium, interemtus eſt*, inquit Spartianus in Caracalla cap. 6. Sed in die natali & emortuali Caracallæ hic Auctor errat, Dio enim lib. 78. Caracallam occiſum teſtatur *VI. Idus Aprilis*, die nempe octava menſis Aprilis, additque poſtea: *At illo ſublato, non aperte quidem, nec ea die, nec duabus ſequentibus, Imperium invaſit*. Tum: *Sic quarta demum die, quæ Severi natalis erat, Imperator ab eis* (nempe militibus) *quaſi vi coactus ſcilicet, creatus fuit*. Natale Severi in diem undecimam menſis Aprilis incidit. Quare cum ea quarta eſſet a Caracallæ interitu, eum die octava Aprilis interfectum, & Spartianum hallucinatum eſſe, certum. Dioni Herodianus ſuffragatur lib. 4. cap. 14. qui ait: *Extincto Antonino, incerti ignarique quid agerent milites, biduo ſine Imperatore fuerunt*; ubi diem octavum Aprilis, Caracallæ emortualem Herodianus excludit, & Macrinum die undecima ejuſdem menſis Imperium iniiſſe ſupponit. Paulo antea ſcripſerat, Juliam Caracallæ matrem poſt filii necem, ſibi mortem conſciviſſe. Ex quo magis detegitur commentum, cui Spartianus fidem adhibuit, Caracallam nempe Juliam uxorem duxiſſe, cúm jam cap. 10. Herodianus ſcripſerit, Caracallam Artabani Parthorum Regis filiam uxorem petiiſſe. Juliam itaque Caracalla conjugem non acceperat, ut jam ſupra demonſtravimus.

IV. *Quot annis Caracalla vixit.* Spartianus citatus cap. 9. ſcribit, Caracallam *annos quadraginta tres* vixiſſe, quod Euſebius in Chronico, aliique habent. Rectius Xiphilinus ait: *Vixit annos XXIX. regnavit annos VI. menſes duos, dies* *, ubi locus dierum vacuus eſt. Dio lib. 78. ſupra annos ſex & menſes duos habet *dies duos*. Vidit difficultatem Zonaras, qui Dionem & Xiphilinum legerat, aitque periiſſe Caracallam *anno ætatis XXIX. Imperii VI. cum duobus menſibus & aliquot diebus*. Verum ſi Caracalla die octava Aprilis occiſus, ut notat Spartianus, regnavit annos VI. menſes duos, & diem unum; cum dies natalis Caracallæ & dies funereus concurrerint. Natus itaque erat die octava Aprilis anni Chriſti centeſimi octogeſimi octavi, mirumque inventos eſſe ex Recentibus, qui Spartianum hac in re Dioni præferendum cenſuerint: cum Spartianus non ſolum in ætate Caracallæ a ſemetipſo diſſentiat, ſed etiam Dionis, qui Caracallam viderat, ſententiam confirmet. In Severo enim cap. 4. ait, Caracallam quinquennem fuiſſe, cum Severus dictus eſt Imperator. Quare cum Severus anno CXCIII. ad Imperium evectus fuerit, Caracalla anno CLXXXVIII. natus erat. Præterea nato Geta *Baſſianus natum ovum quaſi parvulus applauſum ad terram*

NOTÆ [1] COſſ. *C. Bruttius Præſens, & T. Meſſius Extricatus II.* Gruterus pag. CCC. 1.

C. BRUTTIO. PRAESENTE. T. MESSIO.
EXTRICATO. II. COS.
P. R. C. ANN. DCCCCLXX.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Præſente & Extricato*.

[2] HIs adde quæ habet Noriſius in Epochis Syro-Maced. pag. 63. primæ editionis de nece *Caracallæ* die VIII. *Aprilis*.

II. Poſt diem quartum a nece Imperatoris, Opelius Macrinus (*a*), natione Maurus, ex civitate Cæſarea, Præfectura Prætorii in primis nobilis, in exercitu cum Audentio principem locum tenens, conciliatis ſibi multarum rerum promiſſione militibus, Imperium adeptus eſt una cum filio Diadumeno, aut (ut veteres nummi) Diadumeniano, æque Imperatore dicto.

(a) Lamprid. in Diad. & Jul. Capit. in Macrin.

Macrinus Imp. cum Diadumeno.

III. Hoc eodem anno, cum adhuc viveret Antoninus annum auſpicatus ſui Imperii ſeptimum, tradit Epiphanius (*b*), inventos eſſe Hierico in dolio occultatos divinæ Scripturæ libros ex Hebræo in Græcum verſos; quam nominant Quintam editionem. Quo modo autem inventa ſit, ab Origene in ipſa ſcriptum eſſe teſtatur Euſebius (*c*). Venabatur hæc ipſe Origenes, ſimulque alias aliis præteritis temporibus editas colligebat. Quonam modo autem, ſexta demum inventa tranſlatione, Octopla nobiliſſimum opus elucubrarit, ſuo loco dicturi ſumus.

Quinta editio inventa.

(b) Epiph. de menſur.

(c) Euſeb. l. 6. c. 12.

IV. Hoc itidem anno Macrino imperante, defuncto Aſclepiade Epiſcopo Antiocheno in ejus locum ſuffectus eſt Philetus, qui ſedit annos duodecim.

Chriſti

PAGIUS

terram fregit, inquit Spartianus in Geta cap. 3. quod in opinione Dionis veriſſimum, qui annum Baſſiano ſeu Caracallæ, plus quam Getæ tribuit, ut ſuo loco oſtendimus. Mitto alia Spartiani loca, quæ hunc ſibi hac in re contradicere, & Dionem de Caracalla vera narrare demonſtrant.

V. Ad num. II. *Macrinus* die undecima menſis Aprilis Imperator nuncupatus eſt, ut ſupra diximus, ſtatimque *Diadumenianum* filium Cæſarem, ac poſtea Auguſtum creavit; at liquet ex Nummis apud Mediobarbum, in quorum uno Diadumenianus dicitur: TR. P. II. COS. II. P. P. Hinc Lampridius in Diadumeniano cap. 8. ait: *Hic quarto decimo menſe Imperii interfectus eſt, cum patre*. Ipſo itaque Imperii paterni initio Cæſar appellatus eſt, & Tribunitia Poteſtate exornatus [1]. Ea nuncupatione facta, Macrinus qui in Nummis Conſul II. dicitur, *Diadumenianum* filium Conſulem ſuffectum creavit, ſeque Conſulem iterum in annum ſequentem deſignavit. Jam enim antea Conſulem fuiſſe, ſuffectum ſcilicet, oſtendunt Faſti, & Nummi [2].

Macrinus Diadumenianum filium Collegam aſſumit.

NOTÆ

[1] IN columnis milliaribus vetuſtis inter rudera antiquæ Celeiæ in Norico, ſeu Pannonia prima A. D. 1728. detectis, dum Carolus VI. Imp. illac Tergeſte profecturus tranſiret, inſcriptio *Macrini* inventa eſt, quæ una cum ceteris ibidem erutis in Muſeum Auguſtum Viennam tranſlata, ac edita in Ephemeridibus Reip. Litterariæ, Venetiis A. D. 1729. ad diem XXVII. Auguſti ſic habet:

IMP. CAES. M. OPELIUS
SEVERUS. MACRINUS. FELIX. AUGUST.
PONT. MAX. TRIB. POT. II. P. P. COS.
PROCOS. ET MAX. OPELIUS
ANTONINUS DIADUMIANUS. NOBILISS.
CAES. PRINC. IVVENT. &c.

Si mendoſe non eſt hæc inſcriptio edita, de quo valde ſuſpicor; nam loco MAX. ante *Opelii Diadumeniani* nomina MAR. legendum puto, ea nobis confirmat, quæ Pagius hic tradit, præſertim de *Tribunitia poteſtate ſecunda Macrini*. Victus eſt ac occiſus *Macrinus die tertia Junii* A. D. 218. ſeu, ut Noriſius in epiſtolis ineditis ad Franciſcum Mediobarbum Biragum, *die nona Junii*, qua die *Elagabalus* ſolus regnare cæpit. Philippus a Turre Adrienſis Epiſcopus, ut hac in re tutius incederet, in Differt. de nummo Anniæ Fauſtinæ, pag. 60. *Macrinum* iniiſſe imperium *die undecima Aprilis* ſcripſit, interfectum vero *ineunte Junio*. Cur autem *Macrinus*, *Diadumenum*, filium *Antoninum* vocarit, vide Capitolinum in Macrino cap. II. & III. & Lampridium in Diadum. Ipſe Macrinus ſe nunc *Severum*, nunc *Antoninum* nuncupavit. Capitolinus in vita, cap. XI. Nummi *Macrini* in Muſæo Theupolo pag. 231. 586. 587. ubi:

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRI
NUS. AUG. & in poſtica: PONTIF.
MAX. TR. P. COS. P. P. Item:
P. M. TR. P. II. COS. P. P.

Ibidem pag. 588. nummi etiam M. *Opelii Antonini Diadumeniani ejus filii*, & *Cæſaris*, & *principis juventutis* epigraphem exhibent, & pag. 716. cum titulo NOB. CAES.

[2] ADde nummum *Diadumeniani* cuſum hoc anno, quem vide apud Noriſium in Epochis pag. 481. itemque de hujus Imp. æra adi eumdem Noriſium ibidem, pag. 253.

I. Macrinus & Diad. occiſi. CHriſti anno ducenteſimo viceſimo, Diadumeniano & Advento Coſſ. octavo id. Junii, Macrinus & Diadumenianus filius ambo Imperatores a militibus rebellantibus occiſi ſunt, cum imperaſſent annum unum, menſem unum, dies vigintiocto.

II. Macrini ſævitia. Horrenda quædam de Macrini ſævitia ſcribit Julius Capitolinus; nam præter militum cruces aliaſque ſerviles pœnas in eoſdem ab eo irrogari ſolitas, addit de duobus militibus, quos, quia ſe hoſpitis ancillæ miſcuiſſent, ipſe duobus apertis bobus claudi exertis capitibus atque inſui juſſit: Tribunum inſuper, qui excubias deſeri paſſus eſſet, carpento rotali ſuperadnexum per totum iter vivum atque exanimem traxit. Vivos ſæpe mortuis alligans, ſic longa tabe confectos (reſtituens Mezentii dira ſupplicia) mori cogebat. Hæc noluimus præteriiſſe; ne quis pro monſtro habeat, ſi immaniſſimas quaſdam pœnas martyribus illatas in Actis ipſorum legerit ab infenſiſſimis fidei hoſtibus, cum tam immania ab Imperatore in ſuos milites exhibita noverit mortis genera.

Su-

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5711.

SÆC. III. Anno Urbis 971. Olymp. 249. an. 2. A. C. 218.

☉ 3. ☽ 10. P. 29. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 218. *ſecund. Baronium* 220.

CALLISTI PAPÆ 2.

ELAGABALI IMP. 1.

I. *Conſules*. [1] AD num. I. & ſeq. Coſſ. *M. Opelius Macrinus Aug. II. & Adventus II.* ut docet Dio lib. 78. Sed Macrini e Faſtis eraſi loco ſe ipſum conſtituit M. Aurelius Antoninus Aug. Heliogabalus dictus, qui Macrino hoc anno interfecto ſucceſſit: de qua ſubrogatione mox ſermo erit. Tam Macrinus quam Adventus Præfecti Prætorio erant tempore interitus Caracallæ, ut notat Herodianus lib. 4. cap. 12. ubi tamen *Adventum*, perperam *Audentium* vocat, qui error Librariis adſcribendus. De hujus Præfectura tam Prætorii, quam poſtea Urbis, & Conſulatu legendus Dio citatus, ubi diſerte teſtatur, tam *Macrinum*, quam *Adventum* alias ornamentis Conſularibus exornatos fuiſſe, & Conſules II. hoc anno dictos, ut quondam fuerat *Plautianus*, poſtquam Conſulatum ordinarium adeptus eſt.

II. *Præfecti Prætorio Conſulatum adepti*. Hinc apparet, Præfectos Prætorio, quales hi tres fuere, non raro Conſulatum conſecutos fuiſſe, poſtquam nempe ad Senatoriam dignitatem evecti fuerant: Apparet ſecundo, ornamenta Conſularia data fuiſſe Viris Ordinis Equeſtris, uti erant Plautianus, Macrinus, & Adventus; quod & anno Chriſti LXXXIV. num. II. etiam inſinuavimus. Dio enim loco laudato dicit, delirare viſum eſſe Macrinum, *quod Præfecturam Urbanam priuſquam Conſulatum* Adventus *accepiſſet: hoc eſt quod ante Præfectus Urbis, quam Senator fuiſſet*. Quare cum *Adventus* ornamentis Con-

NOTÆ [1] COſſ. *M. Opelius Macrinus Aug. II. & Adventus II.* Hoc par conſulum ita exhibet Relandus: *Imp. Antoninus Elagabalus Aug. & Q. M. Coclatinus Adventus II.* Fabrettus pag. 339.

....
....
AET. Q. M. COCLATINO
ADVENTO COS.

Ara Dianæ Caricianæ inter Donianas inſcriptiones cl. 1. n. 39. pag. 11.

DEDIC. IDIB. AUG.
....
OCLATINO ADVENTO. COS.

In utriſque lapidibus, ubi puncta ſunt, *Macrini* nomen eraſum eſt; qua de re Noriſius in Epiſtola conſulari pag. 129. & Fabrettus inſcript. cap. IV. num. 511. pag. 339. *Macrinus* interfectus eſt *die III. Junii*. Elagabalus, *Macrini* nomine e Faſtis expuncto, ut ex Dione lib. LXXIX. pag. 909. ſe conſulem fecit, collega *Advento* retento. Hinc lapis apud Fabrettum pag. 637. n. 315.

A SOLO. INCUATA. ANTONINO
AUG. ET ADVENTO. COS.

A Sponio in Miſcellan. pag. 72. *Coclatinus Adventus*,

C. ANTISTIUS ADVENTUS

dicitur. Nota geminati conſulatus in *Advento* prætermittitur in lapidibus a nobis allatis. Catalogus Bucherianus in S. Calliſto Rom. Pontifice: *Fuit a conſulatu Antonini & Adventi uſque &c.* Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Antonino & Advento*. Quamobrem nota ſecundi conſulatus ab *Advento* eſt removenda.

III. M. Aurel. Anton. Elagabalus Imp.


(a) Dio in Macrino.

Sublatis Macrino & Diadumeniano Auguſtis, ab eodem exercitu ſubvectus eſt in Imperium M. Aurelius Antoninus Heliogabalus (veteres nummi Elagabalum vocant) Antonino Caracalla natus, (*a*) ut creditur, ex Soemiade Meſæ ſororis Juliæ Auguſtæ filia, quam alii Semiamiram vocant, Mamææ ſororem. Hic agens ſacerdotem in templo Solis in Phœnicia, quod populi illi Solem nominarent Elagabalum, inde cognomentum duxit, ut Elagabalus diceretur; cum alioqui, ob infamiſſimum vitæ cultum, aliis quoque ſit nominibus appellatus, ut a Dione Sardanapalus, & tandem Tractitius, & Tiberinus: ſed hæc poſt mortem, quod tractus in Tiberim merſus ſit. Licet autem veteres ferme omnes hiſtorici eum Heliogabalum nominent, vetuſtiora tamen monumenta Elagabalum dicendum eſſe ſignificant; ut imago numiſmatis docet, quam tibi formis exprimendam curavimus.

(*b*) Ex Muſæo Lælii. Paſqualini Canon. S. Mariæ Maior. in Urb.



(*b*)



Quem ſuper currum vides verſis humeris inſidere, fortaſſe non Solis, ſed ipſius Antonini refert imaginem ante currum Solis, in quadriga retrorſum currentis. Lucianus enim de Dea Syria auctor eſt, Syros, Phœnicesque, apud quos Antoninus ſacerdos

Conſularibus cohoneſtatus fuerit, antequam Præfectus Urbis a Macrino renuntiaretur, liquet, eum adhuc in Ordine Equeſtri exiſtentem honoribus Conſularibus decoratum fuiſſe. Tandem Alexandro Severo imperante, Præfecti Prætorio Senatores creati ſunt, ſicque Conſules eſſe potuere: *Præfectis Prætorio ſuis Senatoriam addidit dignitatem, ut Viri Clariſſimi & eſſent, & dicerentur; quod antea vel raro fuerat, vel omnino non fuerat: eo uſque ut ſi quis Imperatorum ſucceſſorem Præfecto Prætorii dare vellet, Laticlaviam eidem per libertum ſubmitteret; ut in multorum Vita Marius Maximus dixit. Alexander autem idcirco Senatores eſſe voluit Præfectos Prætorii, ne quis non Senator de Romano Senatore judicaret*, inquit Lampridius in Alexandro cap.21. qui tamen in eo errat, quod id nunquam antea contigiſſe dicat, ut liquet ex exemplis Arretini Clementis, Titi Cæſaris, Plautiani & Adventi, multo magis Sejani, qui anno Chriſti XXXI. ſimul Conſul & Præfectus Prætorio fuit, ut anno LXXXXIV. cum Card. Noriſio obſervavimus. Alexandri itaque Severi decreto Præfecti Prætorio in Senatorum numerum cooptati. Vide quæ dicam anno CCLXXXV. in explicatione Conſulatus Ariſtobuli Præfecti Prætorio Carini Auguſti. Porro Macrini Conſulatus juxta priorem regulam, uti & ſecundus *Diadumeniani* Auguſti hoc anno geſtus, qui tamen ſuffectus fuit, non vero ordinarius, ut Baronius, Onuphrius, aliique perperam ſcripſere. De familia *Adventi* legendus Cujacius lib.15. Obſervat. cap.3.

III. *Macrini interitus.*

Militibus adverſus Macrinum rebellantibus, is in prælio victus, ac non multo poſt a ſatellitibus Elegabali interfectus. Ea pugna tertia Junii die, non vero ſexta, ſeu VIII. Idus Junii, ut credidit Baronius, pugnata, quod deduco ex verbis Dionis, qui lib.78. ait: Macrinus *anno duntaxat uno, duobuſque menſibus, tribus demtis diebus, ſiquidem ad pugnam uſque cogitationes noſtras referamus, Imperio præfuit*. A die autem octava Aprilis anni elapſi, quo Caracalla occiſus ad tertium menſis Junii hujus anni, eo die incluſo, hujuſmodi tempus affluxit. Sedulo enim animadvertendum, Dionem Macrini Imperium a die mortis Caracallæ, octava nempe menſis Aprilis anni ſuperioris, non vero a die undecima ejuſdem menſis, qua Imperator dictus fuerat, numerare. Primo, quia eodem modo in annis Severi Imperatoris computandis jam ſe geſſerat: hos enim non a die decima tertia menſis Aprilis, qua apud Carnuntum Imperator dictus fuerat, ſed a Kalendis Juniis, qua die Julianus interfectus, repetit. Secundo, quia niſi Dionem ita interpreteris, ſequentium duorum Imperatorum initium haud aſſequeris, & Dionem ac Lampridium de Alexandri Severi initio loquentes, pugnantia inter ſe ſcripſiſſe affirmare cogeris; cum tamen plane inter eoſdem conveniat, & Dio cuilibet ex illis duobus menſibus triginta dies attribuat; adeo ut ſecundus menſis ſexto Junii die deſinat, ex eoque tres dies tollendi ſint, ſextus nempe, quintus & quartus, & Macrinus die tertia debellatus fuerit. Natale itaque Imperii Elagabali in diem tertium Junii, ſecundum Dionem incidit.

IV. *Secundus Macrini Conſulatus e Faſtis eraſus.*

A num.III. ad VII. Elagabalus, ſeu Heliogabalus perditiſſimus Imperator multa innovavit, inquit Dio, inter quæ *Conſulatus Macrini loco, qui jam geſtus erat, nomen ſuum ſubſtituit, cum nec Conſulatum a nobis accepiſſet, nec prorſus eum attigiſſet, quod initio tribus in literis annum inſcripſit dicavit per Adventi Conſulatum, quaſi qui ſolus eum geſſiſſet*. Itaque, ut docte obſervavit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari pag.130. auctor eſt Dio, Macrinum Imperatorem, & Adventum Conſules hunc annum aperuiſſe. Macrinum vero bimeſtri Conſulatu perfunctum, eodem ſe abdicaſſe, illis verbis deſignat: *Qui jam geſtus erat*. Suffectos Conſules ſuppreſſo nomine idem lib 78. recenſet, ſcribens Pſeudantoninum Elagabalum perduellionis a Macrino datis ad Senatum literis in-

dos erat Solis, cum omnium deorum ſimulacra habeant humana effigie ſculpta, tantum Solis & Lunæ nullum hujuſcemodi ſimulacrum effingere ſolitos. Porro de curſu retrogrado Antonini meminit Herodianus. Adjicimus tibi & alterius effigiem nummi, quo habes Elagabalum Antoninum ſacerdotem agentem & ſacrificantem.



(a)

(a) Ex Muſæo Lalii Paſqualin. Canon. S. Mariæ Major. Rom.



Quantum vero hic omnes impuriſſimos ſuperaverit turpitudine Imperatores, Dio, Herodianus, atque Lampridius fidem faciunt. Temperamus ea referre, quæ ne ipſi quidem Gentiles abſque rubore, aliqua tantum ex parte, & quo fieri potuit moderatius, enarrarunt.

IV. Hic in Syria ante Macrini ejuſque filii (b) necem, decimoſexto Kalend. Junii, Imperator ab exercitu acclamatur, & more Auguſtorum in Imperio ſtabilitus, Romam veniens, deum ſuum, cujus ſacerdos fuerat, Elagabalum ſecum advexit, quem diis omnibus Romæ cultis voluit anteponi. Cujus rei agendæ ſtudio inflammatus, eo uſque proceſſit, ut vellet omnes alios ceſſare deos, omniumque hominum religiones antiquari; atque ageret, ut Elagabalum, cui nobile templum mox in Palatino erexit, omnes colerent: cujus

(b) Dio in Macrino.

Elagabalus Deus Romam advectus.

PAGIUS

incuſatum, quæ cum recitatæ eſſent, *dixere quidem*, inquit, *aliqua tum Conſules in Pſeudantoninum*. Hi erant ſuffecti in locum Macrini & Adventi. Addit Dio, Elagabalum, occiſo Macrino, tribus literis nomen prioris ejus anni Conſulis Macrini hoſtis ſui execratum, Collegæ tantum Adventi nomen appoſuiſſe, ac poſtea ſuummet nomen Macrini loco, ante Adventum ſubſtituiſſe, nomine Macrini eo facto e Faſtis eraſo, quando Macrini ac Adventi Conſulatus priori parte ejus anni *jam geſtus erat* quem *nec prorſus attigiſſet*, quippe qui menſe Junio, poſt abdicatum a Macrino Conſulatum, acclamatus fuerat Imperator. Macrini vero nomen e Faſtis eraſum fuiſſe demonſtrat Card. Noriſius, ex Inſcriptione Gruteriana pag.300.

IMP..... SEVERUS........
COOPTATUS
C. BRUTTIO. PRAESENTE. T. MESSIO.
EXTRICATO
II. COS
P. R. C. ANN. DCCCCLXX.

nempe: *Imp. Opelius Severus Macrinus Auguſtus cooptatus*, &c. Certum itaque, Macrini nomen e Faſtis expunctum, ideoque & in hoc marmoreo Elogio detritum. Affert & alterum teſtimonium Noriſius. Extat lib.2. Cod. L.8. *De nuptiis geſtis*, reſcriptum Antonini Elagabali, quod ſignatur: *Dat.VI. Kal. Auguſti, Antonino & Advento Conſulibus*. Antoninus prior Conſul non eſt Macrinus; nam Elagabalus, teſte Dione, recuſavit literas ab ſe datas, Conſulis Macrini nomine obſignare; ac proinde nec ſuamet reſcripta odioſo hoſtis ſui nomine ſignavit. Eſt itaque ipſemet Antoninus Elagabalus, qui *Conſulatus Macrini loco, nomen ſuum ſubſtituit*, ut Dio teſtatur. Hinc factum ut veteres Faſtorum Scriptores hunc annum *Antonini & Adventi* Conſulatu in Faſtorum tabulis indicarint. Quod cum Diſſertationem Hypaticam ſcribens, parte prima, cap.7. num.6. animadvertiſſem, dixi in hujus anni Conſulibus conſignandis, a recentioribus Faſtorum Scriptoribus peccatum, qui Antoninum Diadumenianum Adventi Collegam hoc anno obtruderent; cum Dio doceat Macrinum hoc anno Conſulatum geſſiſſe, & Capitolinus in ejus Vita prodat, ipſum modo Severum, modo Antoninum ſe ſe appellaſſe. Sed cum in mentem non veniret, Macrini nomen e Faſtis eraſum fuiſſe, aliorum errores corrigens ipſemet in novum incidi, & Macrinum ac Adventum tanquam totius anni Conſules propoſui. De quo errore primum me monuit Toinardus, laudato Dionis loco, pag. 910. quem ſupra recitavi, obſervans loco, αὐτὸ ἀντενέγραψεν, legendum eſſe, αὐτὸν, uti pag.907. B.lin. 10. Is itaque Elagabali, Imperatoris ſtolidiſſimi Conſulatus contra regulas capeſſitus.

V. Porro cum *Heliogabalus* die VI. menſis Martii anni CCXXII. perierit, & in Nummo Græco, variiſque Latinis tam æreis quam argenteis ab Occone & Mediobarbo recitatis Tribunitia ejus poteſtas V. ſeu annus Imperii ejus V. memoretur, apparet eum Imperatorem acclamatum fuiſſe, ſaltem medio menſe Martio currentis anni; & ſi vere annum Imperii quintum non inchoavit, ſaltem illum proxime attigiſſe; ita ut Nummi illi in Romanis Provinciis cudi potuerint, antequam nuncium necis ejus ad eas perveniſſet. Quare *Heliogabalus* Imperator creatus non eſt in Phœnicia die decima ſexta menſis Maii, ut legitur apud Xiphilinum in ejus Vita, ſed die decima ſexta menſis Martii, & apud Xiphilinum loco, τῆς τȣ Μαΐȣ ἑκκαιδεκάτης, legendum, τῆς τȣ Μαρτίȣ ἑκκαιδεκάτης. Nam præter laudatos nummos, qui fidei ſunt indubitatæ, omnia quæ geſta fuiſſe narrantur ab Hiſtoricis ante diem III. menſis Junii, quo Macrinus in prælio victus, intra dies XVIII. neutiquam geri potuere.

Heliogabalus die XVI. menſis Martii Imperium arripuit.

VI. *Res ita acta eſt*, inquit Xiphilinus apud Dionem lib.78. pag.888. *Cum Mæſa, Juliæ Auguſtæ ſoror*,

(a) *Lamprid. in Heliogab.*

Hoſtis Deorum Elagabalus.

cujus rei cauſa Gentiliciæ ſuperſtitioni magnum attulit detrimentum, ut Lampridius (*a*) narrat his verbis: *Ubi primum ingreſſus eſt Urbem, omiſſis iis quæ in provincia gerebantur, Elagabalum in Palatino monte juxta ædes Imperatorias conſecravit, eique templum fecit; ſtudens & Matris* (deorum ſcilicet) *typum, & Veſtæ ignem, & Palladium, & Ancilia, & omnia Romanis veneranda in illud transferre templum; & id agens, ne quis Romæ deus, niſi Elagabalus coleretur. Dicebat præterea, Judæorum & Samaritanorum religiones, & Chriſtianam devotionem illuc transferendam, ut omnium culturam ſecretum Elagabali ſacerdotium teneret.* Et inferius: *Ignem perpetuum extinguere voluit; nec Romanas tantum extinguere voluit religiones, ſed per orbem terræ, unum ſtudens, ut Elagabalus deus unus ubique coleretur. Et in penum Veſtæ, quod ſolæ virgines ſolique Pontifices adeunt, irrupit pollutus ipſe omni contagione morum cum his qui ſe polluerant, & penetrale ſacrum eſt auferre conatus: cumque ſeriam quaſi veram rapuiſſet, quamvis virgo Maxima falſam monſtraverat, atque in ea nihil reperiſſet, apploſam fregit.* Hæc & alia de his Lampridius.

V. Res Heliogabali bene cedunt Chriſtianis.

At certe nonniſi divino conſilio factum eſſe creditur, ut quod minime licebat facere Chriſtianis, ipſorum præſtiterit Imperator: juſteque in eos animadverſum; ut qui veri Dei cultum recipere detrectaſſent, peregrinum deum colere, & Gentilium deorum jacturam pati cogerentur. Quis umquam exiſtimare poterit abſque divina providentia factum, ut priſca illa Romanæ ſuperſtitionis monumenta, ac totius Reipublicæ (ut ſolerent dicere) munimenta, tanto ſtudio ex regionibus etiam externis conquiſita, tot laboribus cuſtodita, tanto civium ſanguine ab hoſtibus defenſa, ac ſumma denique induſtria aucta, adoleſcentuli imperantis libidine adeo fuerint ignominioſe proſtrata, nullo reclamante Pontifice, nec (quod ſolitum erat religionis ergo) contradicente Senatu? ſicque illa numina, quibus preces funderent, vota nuncuparent, nudipedalia & lectiſternia exhiberent, in quæ ſpes omnis Senatus populique Romani eſſet in bello & pace jugiter collocata: illa ipſa inquam quod

PAGIUS

Heliogabalus fingit ſe filium eſſe Antonini Caracallæ.

ſoror, duas filias haberet, Soæmidem (ut etiam ſemper in nummis dicitur) *& Mamæam, ex iiſque nepotes duos maſculos: (harum altera Varo Marcello nupſerat, altera Geneſio Marciano, Syris hominibus, quos jam mortuos eſſe contigerat). Eutychianus Libertus Cæſarianus, homo ludicrus, nec ignarus ejus odii, quod milites in Macrinum conceperant, perſuaſuſque a Sole, quem vocant Heliogabalum, & magnopere colunt* (nempe Phœnices) *atque aliis vaticiniis adductus eſſet, ſtatuit Macrinum occidere, & Lupum Mæſæ nepotem, licet puerum adhuc, pro eo Imperatorem facere; ac utrumque perfecit. Finxit enim hunc eſſe Tarantis ſpurium filium: ornatumque veſte, qua ille* (nempe Caracalla Imp.) *puer, noctu matre aviaque inſcientibus ad exercitum duxit: & die decima ſexta Maii* (legendum, *die decima ſexta Martii*, ut jam dixi) *prima luce, militibus ſtudioſe quærentibus occaſionem rebellandi perſuaſit, ut res novas molirentur. Quo facto, milites ſtatim hunc nominant Antoninum* (nempe Heliogabalum) *& Imperatorem deſignant.* Habent aliqua cum his pugnantia Herodianus & Lampridius in Vita Macrini; ſed nullus negaverit majorem fidem Dioni adhibendam eſſe.

VII. *Macrinus iis acceptis Antiochia Apamæam venit.*

Caſtra illa ſeu exercitus ac templum Solis diſtabant ab Antiochia, ubi tunc Macrinus erat, milliaribus CL. & amplius. Mulieres autem, avia & mater pueri ſtatim regimen & adminiſtrationem Imperii ſuſcepere, ut ibidem, Dio & Herodianus lib.5. pag.564. teſtantur. *Quæ ubi*, inquit Herodianus, *nunciata Macrino ſunt, Antiochiæ moranti, dedito per ceteros exercitus rumore repertum Antonini filium, pecunias militibus elargiri Juliæ ſororem: quæ cum omnia quæcumque dicerentur, aut eſſe ullo modo poterant, pro veris acciperentur, pendebant animis omnes: atque eos ad res novas moliendas, cum proprium Macrini odium, tum Antonini memoriæ quadam quaſi commiſeratio ſubigebat: ſed imprimis pecuniarum ſpes, ut multi jam ex iis ad novum Antoninum transfugerent. At Macrinus rem totam, quaſi puerilem, contemnens, conſuetamque obtinens animi alacritatem, domi ipſe ſedens, unum ex ſuis Ducibus mittit, traditis copiis, quantæ ad rebelles facillime expugnandos, viderentur ſuffecturæ. Ut autem eo pervenit Julianus (id enim nomen Præfecto fuit)* &c. Tum narrat Herodianus milites tumultuatos fuiſſe, quod accuratius legitur apud Dionem lib.78. pag.902. Interea Macrinus, qui Antiochiæ, ut dixi, reſederat, ſimul ac reſcivit nutare ac tumultuari milites ſuos, quos ad oppugnandum Heliogabalum miſerat, confeſtim venit Apamæam.

VIII. *Diadumenianum filium renunciat, & milites ab eo deficiunt.*

Et Macrinus Apamæam ad milites Albinios, per ipſa mœnia venit, ac filium Imperatorem, licet annum decimum agentem, deſignavit: ut per hanc occaſionem cum aliis rebus milites; tum promiſſis quinquies mille drachmis mitigaret, &c. Diadumenianum a Patre tunc Auguſtum appellatum fuiſſe demonſtrat Nummus relatus a Mediobarbo, in cujus antica legitur M. OPEL ANTONINUS DIADUMENIANUS AUG. At milites, quos Macrinus contra Heliogabalum miſerat, ipſum etiam Imperatorem acclamantes *caput amputant Juliano* (Præfecto Prætorio Macrini) mittuntque ad Macrinum, qui tunc Apamææ erat, ut docet Dio). Ipſi reſeratis portis, univerſi in caſtra accipiuntur, inquit Herodianus citatus pag.565. *Macrinus*, ait Dio pag.903. *eo, quod actum eſſet, cognito, non amplius vel illo manere loco* (nempe Apamæa), *vel ad murum accedere fuit auſus; ſed Antiochiam feſtinanter ſe contulit: atque ita tum milites Albinii, tum ceteri, qui locis iis hybernabant, ab eo defecerunt.*

IX. *A morte Juliani ad prælium quo Macrinus victus, longum tempus effluxit.*

Tum Dio ibidem: *Quapropter jam cum alii fiebant apparatus utrimque* (poſtquam ſcilicet Apamæa Macrinus Antiochiam ſeceſſerat) *tum in provincias & ad Legiones nuncii, literaque mittebantur: unde multipliciter omnes ad primam utriuſ-*

majoris eſt admirationis) non ab hoſtibus urbem invadentibus, non a Chriſtianis eadem numina execrantibus, ſed ab ipſo eorum Imperatore, quem exercitus elegiſſet, & Senatus comprobaſſet, fuerint violata, amota, ac turpiſſime profanata?

VI. Verum hæc facta ſunt poſtea, cum Romam ſe contulit Elagabalus, qui (ut auctor eſt Herodianus *a*) hoc anno hiemavit Nicomediæ, ſequenti vero Romam abiit, quo etiam venit una cum matre & avia, necnon Mamæa ſorore matris ipſius Auguſti, quæ erat mater Alexandri, laudatiſſima fœmina, procul abhorrens a ſororis infamiſſima vita; & ſicut illa qualis ipſa eſſet, talem filium educavit; ita & iſta optimis moribus ſuum inſtituit natum, prudentiſſima ſane fœmina ſcriptorum omnium præconio celebrata; de qua modo tantum, ut omittamus cætera quæ ab inſtituto abhorrent, quæ de ea ſic ſcribit Euſebius (*b*), huc in medium adducamus: *Mamæa mulier, ſi qua alia, virtute & pietate ſpectatiſſima, vita & moribus cum primis religioſa, cum Origenis fama ita celebris paſſim hominum vagaretur ſermonibus, ut ad ejus etiam aures perveniret, permagno videbatur æſtimare, ſi non ſolum viri dignaretur aſpectu, verum etiam ejus in ſacris litteris intelligentiæ, quam omnes admirabantur, periculum faceret. Illa igitur jam tum Antiochiæ commorans, per turbam ſatellitum illum ad ſe accerſivit. Apud quam ille ubi ad tempus moram fecerat, & multa quæ ad gloriam Domini & divinæ ejus diſciplinæ ac potentiæ amplitudinem ſpectabant, ei expoſuerat; ad conſueta ſtudia & exercitationes ſe mature recepit.* Hæc Euſebius de Origene; quem cum conſtet ſub Zephyrino Papa veniſſe Romam, his ultimis ipſius Zephyrini temporibus accidiſſe putamus; & fortaſſe eo Mamæam ſecutus eſt. Euſebius autem eam prætexit quoque cauſam ejus Romam adventus, ſic dicens (*c*):

(*a*) *Herod. lib.5.*

De Mamæa matre Alexandri.

(*b*) *Euſeb. lib.6. cap. 15.*

(*c*) *Euſeb. lib.6. cap. 12.*

VII. *Adamantius (hoc enim erat etiam Origeni nomen) Zephyrino eiſdem temporibus Romanam Eccleſiam gubernante ſcribit propterea ſe Romam iter ſuſcepiſſe, quod ſibi admodum erat in optatis, Eccleſiam Romanam plane antiquiſſimam viſere:* Hæc Euſebius. Veniſſe autem rurſus Origenem Romam temporibus Philippi

Origenis Romam adventus.

PAGIUS

triuſque de altero miſſionem, & ad continuos ac diverſos inter ſe nuncios, perturbati fuere. Contra hunc (nempe Macrinum, inquit Dio) *Pſeudo Antoninus tanta celeritate proficiſcitur, ut difficile Macrinus in vico quodam Antiochenorum, is diſtabat a civitate ſtadiis centum & octoginta* (decem circiter leucis Gallicanis minoribus) *cum eo conflixerit.* Quare longum temporis intervallum inter necem Juliani, & prælium in quo Macrinus interiit, interceſſit, verumque non eſt quod ſcribit Herodianus pag.565. ambos exercitus manus inter ſe conſeruiſſe *in Phœnicia, Syriæque finibus.* In hoc prælio, victus, fugatuſque Macrinus, qui occiſus eſt in Cappadocia, quo ductus fuerat a militibus, qui eum fugientem ceperant. Vides tempus, quod effluxit a die XVI. menſis Martii ad diem III. menſis Junii, quo prælium illud habitum, neceſſarium fuiſſe ad ea quæ narravimus peragenda.

X. [1] Poſtquam hæc ſcripſeram, in manus meas venit nova editio Numiſmatum Imperialium Vaillantii, in qua exhibet Nummum *Heliogabali*, ex quo deduco hunc Imperatorem ab anno ſuperiori, vel ſaltem a Kalendis Januarii currentis anni, quo dictus eſt Imperator, annos ſuos numeraſſe. Extat enim ibi Nummus ejus, ſignatus P. M. TR. P.III. COS. III. P. P. & viſuntur quadrigæ Imperatore aurigante, ubi is Antiquarius recte hæc notat: Quadrigæ ad Antonini Elagabali triumphum non pertinent, nullum enim egit, ſed ſpectant ad proceſſum Conſulatus III. Poſtea repræſentatur alius Nummus cum proceſſu Conſulari in Quadrigis, & TR. P.V. COS. IIII. ex quibus apparet primo die anni CCXX. *Elagabalum* tertium Imperii annum numeraſſe, & primo die anni CCXXII. annum quintum. Inde proceſſere tot Numiſmata Græca ac Latina in quibus legitur ετοΥξ, vel TR. P.V. quod aliunde procedere non poteſt, quam ex eo quod *Heliogabalus* Tribunitiam poteſtatem per anticipationem προλάμβαναν αὐτὸ capeſſebat, inquit Dio. Indubitatum itaque videtur hunc Imperatorem annos ſuos deduxiſſe a die, quo *Eutychianus* monitus fuit ab Oraculo Dei Heliogabali, ut Imperatorem nominaret prætenſum Caracallæ filium, qui deſignatum fuiſſe Imperatorem ab illo Deo honori ducebat. Legatur Dio lib.78. pag. 888. Quare Heliogabalus per anteceſſum Auguſti, & Cæſaris nomen cum imperio Proconſulari, ac Tribunitia poteſtate, ut habet Dio pag. 907. ſumſit, & paulo poſt ſe Conſulem dixit, ac *Macrini* nomen e Faſtis eradi juſſit, quia perſuaſum omnibus voluit, ſe jam a Kalendis Januarii Imperatorem legitimum fuiſſe, & Conſulatum ad ſe, non vero ad Macrinum pertinuiſſe. Porro licet hæc verba *proceſſus in quadrigis* in Nummis aliquando triumphum & aliquando proceſſum Conſularem deſignent, in omnibus tamen *Heliogabali* hactenus viſis, non niſi proceſſum Conſularem denotant, quia in iis cernitur Heliogabalus tenens in manu ſcipionem, qui eſt ornamentum Conſulare; & præterea, ut jam dixi, nunquam is triumphavit.

Heliogabalus annos ſuos a fine anni ſuperioris, vel ab initio currentis deſumſit.

XI. Quoad templum Dei Heliogabali non dubito, quin illud *Emeſæ* ſitum, & quin Deus iſte ſub figura montis cultus fuerit, nam, ut me docuit vir in lingua Arabica exercitatiſſimus, *Alagabal* in ea lingua montem ſignificat, & jam eo tempore lingua illa Syriam penetrarat, ac ad Syriacam proxime accedit. Quare hallucinati ſunt, qui ad urbem Gabalam confugere, locus ille enim Dionis ſupra laudatus non patitur ut id in dubium revocemus, cum ille de rebus ſua ætate geſtis, optime edoctus fuerit.

A quo Heliogabali nomen deductum.

NOTÆ [1] DE initio imperii *Elagabali* ejuſque *Tribunicia poteſtate prima a Kal. Jaunariis incboata*, vide Philippum a Turre Epiſcopum Adrienſem, in Diſſertatione Apologetica de nummo Anniæ Fauſtinæ pag.67. & ſequentibus, & pag.75. 193. 194.

pi Imperatoris, cum illic Plotinus Platonicus profiteretur, dicemus ſuo loco. Subdit de Origene Euſebius (a): *Romæ non diu commoratus, Alexandriam revertitur, atque ibi conſuetum docendi munus ſtudio omni & induſtria exequitur: idque Demetrio illius Eccleſiæ Epiſcopo etiam tum eum admodum adhortante, & precibus prope efflagitante, ut fratribus non gravaretur eſſe adjumento:* & inferius: *Tanto porro ſtudio atque cupiditate ſacrarum litterarum accurate perveſtigandarum ducebatur Origenes, ut linguam etiam Hebraicam ſtudioſe perdiſceret, & non modo vetera Scripturarum exemplaria apud Judæos Hebraico ſermone ſcripta cuſtoditaque ſibi acquireret, verum etiam aliorum interpretationes, qui præter Septuaginta ſacras litteras convertiſſent, exquiſite indagaret.* Hæc Euſebius, ejus commendans ſtudium in Hexaplis elaborandis. Sed quæ ſubdit de Ambroſio, intexamus:

(a) *Euſeb. ibid.*

Origenes docet Alexandriæ.

VIII. *Per idem tempus* (inquit Euſebius b) *Ambroſius, qui Valentiniani erroris pravitate erat infectus, ipſa veritate, cujus partes Origenes in diſputando ſuſceperat, convictus confutatuſque, ac veluti lucis ſplendore interiore mente illuſtratus, rectæ & Eccleſiaſticæ fidei ſe totum addixit. Alii etiam complures exquiſita doctrina imbuti, propter celebrem famam, quæ de Origene ubique emanaverat, ad eum ſe conferebant, periculum de accurata accumulataque viri in ſacris litteris facultate & notitia facturi.* Non Ambroſium tantum, ſed & alios hæreticos ad Catholicam fidem idem Origenes convertit: horum namque fidem facit de Recta in Deum fide ſcriptus ab eo commentarius, in cujus appoſita præfatione hæc primo leguntur: *Nonnumquam multi philoſophi, qui a noſtra diſciplina abhorrebant, interdum & hæretici ad eum diſputaturi veniebant. Cumque frequens inſtituta eſſet diſputatio, multos Gentiles, quibus cum ut idolorum inſanum cultum deteſtarentur, perſuaſiſſet, ita comparavit, ut martyrii coronam ſint adepti. In his etiam fuit Ambroſius, qui Origenis æmulus factus, & ab eo noſtris decretis inſtitutus, ſe a Valentini Marcioniſque hæreſi ſecrevit & removit. Quod cum hæretici quidam tunc intellexiſſent, malo animo conſilioque impulſi, diſputandi cauſa venerant ad Adamantium: delectoque ſermonis ſui judice philoſopho, qui a Chriſtiana religione abhorrebat, initium fecerunt diſputandi. Ad extremum penes univerſam Eccleſiam Catholicam fuit victoria: quo factum eſt, ut multi Gentiles & hæretici etiam cum Eutropio judice religionem Chriſtianam approbarent & crederent; hæretici quidem ſunt Megethius, Marcus, Droſorius, Valens, & Marinus.* Hæc ibi.

(b) *Euſeb. lib.6. cap. 13.*

Ambroſius ſtudioſus Origenis.

IX. Ad hæc Euſebius: *Infiniti porro hæretici, & philoſophi non pauci, omni litterarum genere cum primis eximii, ſtudioſe, & attente ei animum advertebant; & præter quam quod ſacris & divinis litteris, exteris præterea diſciplinis quæ ad philoſophiam attinebant, aliqua ex parte ab illo eruditi inſtitutique fuerunt. Illos item quos ingenii acumine & bonitate valere intelligebat, philoſophiæ cognitione, geometria, arithmetica, & aliis id genus artibus, quæ ad graviora ſtudia viam muniunt, informavit excoluitque. Deinceps ad philoſophorum ſectas, eorumque opiniones perdiſcendas duxit, & libros ab illis conſcriptos eis expoſuit, cum præclare in eos commentando, tum perſpicaci mentis ſolertia in ſingula intuendo: adeo ut philoſophus plane inſignis eſſet, omnium Græcorum ſermone prædicatus. Complures item, qui ingenio erant paulo obtuſiore, ad humaniores litteras, quæ ſunt in communi conſuetudine poſitæ, perdiſcendas impulit: aſſeverans eos non parum fructus, & commoditatis ex illis, & ad ſacrarum litterarum cognitionem, & ad mentis ad eaſdem ingrediendas præparationem percepturos. Unde ſæcularis (ut ita dicam) litteraturæ ex philoſophia petitæ ſtudium & exercitationem ſibi in primis neceſſariam exiſtimavit. Illius vero ſingularis præſtantiſque in his rebus progreſſionis teſtes ſunt Græcorum philoſophi, qui ejus temporibus claruerunt. In quorum libris crebram hujus viri mentionem invenimus: propterea quod nonnulli aliquando ſuos libros illi dedicabant: interdum lucubrationes ad eum tamquam ad magiſtrum, quo de illis judicium faceret, referebant.* Sed hæc Plotini præſtantiſſimi inter Platonicos teſtimonio comprobata ſuo loco dicemus.

Origenis excellentia in ſcientiis omnibus.

X. Quod rurſum ad Ambroſium pertinet, Origenis opera ex hæreſi ad Eccleſiam reſtitutum; hæc idem Euſebius (c) habet: *Ex eo tempore Origenes commentarios in ſacras litteras ſcribere adorſus eſt, Ambroſio eum ad eam rem impellente maxime; qui non ſolum infinitis prope verborum ad perſuadendum accommodatorum hortationibus, ſed copioſiſſimis ſubſidiis ad ejuſmodi operam maxime neceſſariis illum ad hoc ſtudii genus incitavit: nam celeres ſcribæ plures quam ſeptem ei dictanti præſto aderant, qui præſtitutis temporibus ſcribendi laborem viciſſim ſuſciperent: librarii non pauciores, una cum puellis quæ ad ſcite & concinne ſcribendum erant probe exercitatæ: quibus omnibus Ambroſius rerum copiam affatim ſuppeditabat neceſſariam. Quinetiam in hac divini & ſacri eloquii commemoratioue ac ſtudio vix dici poteſt quam propenſam operam ei contulerit, qua illum vel maxime ad commentariorum confectionem incenderet.* Huc-

(c) *Euſeb. lib.6. cap. 17.*

Ambroſius præſto eſt Origeni.

uſque de Origene atque Ambroſio Euſebius.

XI. Sed plane mirandum, quod de ſeptem & amplius celeribus ſcribis adhibitis ab Ambroſio Origeni dictanti tradit Euſebius; cum ſciamus S. Hieronymi teſtificatione notarium unum ſupereſſe ſolere dictanti. Nam de notario ſuo quid ipſe experiretur, in præfatione libri tertii commentariorum in epiſtolam ad Galatas, manifeſtat his verbis: *Accito notario, aut ſtatim dicto quodcumque in buccam venerit, aut ſi paululum voluero cogitare, melius aliquid prolaturus, tunc me tacitus ille reprehendit, manum contrahit, frontem rugat, & ſe fruſtra adeſſe, toto geſtu corporis conteſtatur*, ſed & S. Ambroſius (*a*) ad Sabinum ſcribens: *Non*, inquit, *dictamus omnia, & maxime noctibus, quibus nolumus aliis graves eſſe ac moleſti: tum quia ea quæ dictantur, impetu quodam proruunt, & profluo curſu feruntur. Nobis autem, quibus cura eſt ſenilem ſermonem familiari uſu ad unguem diſtinguere, & lento quodam figere gradu, aptius videtur propriam manum noſtro affigere ſtylo, ut non tam deflare aliquid videamur, quam abſcondere, neque alterum ſcribentem erubeſcamus, &c.* Ecce tibi, Hieronymo unus, Ambroſio unus ſatis ſuperque erat notarius, ut qui nec vel uni ſatis ſuppeditare poſſent quod ſcriberet: Origenes vero ſeptem opus habuerit, abſque librariis, quorum non ſcribere ſed exſcribere munus erat. At dum hæc mecum ipſe conſidero, obſtupeſco; deque Origene ſententia illa Proverbiorum in mentem venit (*b*). *Hereditas, ad quam feſtinatur in principio, in noviſſimo benedictione carebit:* Quod & probavit eventus; haud enim feſtinanter per ingenii pernicitatem divina adeunda atque pertractanda ſunt ſcripta; cum nec in addiſcendis profanis laudetur a Quintiliano (*c*) præcox ingenium.

(*a*) *Ambroſ. epiſtola* 45. *lib.* 7.

(*b*) *Prov.* 20.

(*c*) *Quintil. lib* 1. *cap.* 3.

XII. Ambroſii inſignis eruditio. Quod vero ad eumdem Ambroſium Origenis adminiſtrum ſtudiorum pertinet: de eo hæc ipſe Origenes in præfatione in Evangelium Joannis: O *Ambroſi, vere homo Dei, & homo in Chriſto, & qui pro virili contendis eſſe ſpiritualis, nec amplius homo.* Cætera autem de Origene, ſingulis annis, quibus geſta conjectare poſſumus, in Annalibus digeremus. Cum vero Euſebius ſub Caracalla contigiſſe dicat converſionem Ambroſii; quoto potiſſimum anno ejus Imperii id factum ſit, incompertum habetur: Fuiſſe autem ipſum eximiæ eruditionis hominem ex hoc poteſt intelligi, quod, quæ ab Origene ſcripta eſſent, ab eo interdum corrigerentur; nam idem Origenes in epiſtola de Suſanna ad Africanum hæc habet in fine: *Salutat te qui dictandæ epiſtolæ fuit adjutor, & toti interfuit, quæ voluit corrigens, dominus meus & frater ſanctus Ambroſius: ſalutat te etiam fideliſſima ejus conjux Marcella ſimul cum liberis, & Anicetus.* Hæc ipſe de Ambroſio, qui eo gloriæ provectus eſt, ut gloria confeſſionis claruerit, prout de eo S. Hieronymus (*d*) refert.

(*d*) *Hieron. de Script. Eccleſ. in Ambroſ.*

JESU CHRISTI ANNUS 221. CALLISTI PAP. ANNUS 1. ANT. ELAG. IMP. ANNUS 2.

I. Zephyrini Papæ obitus. DUcenteſimo vigeſimoprimo Chriſti Domini noſtri anno, Antonino Auguſto ſecundum & ſacerdote Coſſ. viceſimaſexta menſis Auguſti, Zephyrinus Papa, cum ſediſſet annos decem & octo, totidemque dies, moritur. De annis ſedis ejus Euſebio (*e*) magis acquieſcimus, in Chronico affirmanti ſediſſe annos decem & octo, hocque anno ſecundo Elagabali vita functum eſſe; quod Vaticano Indici magis ſit conſentiens, quam cæteris, qui aliis Conſulibus & ad alia tempora ejus obitum referunt. At licet idem Euſebius alibi dicat, Zephyrinum anno primo Elagabali eſſe mortuum; quod idem annus primi finis & ſecundi eſſet exordium, nulla alia habita ratione menſium vel dierum, ſic poſuit. Quod vero in antiquis Eccleſiæ Romanæ monumentis, in ipſis (inquam) Eccleſiaſticis tabulis, quas Martyrologium nominamus, legatur Zephyrinus ſubiiſſe martyrium, id ſane illi privatim oportuit accidiſſe (ut de aliis ſæpe evenit) in pace Eccleſiæ.

(*e*) *Euſeb. in Chro. & lib.* 6. *c.* 15.

II. Cauſa martyrii Zephyrini. Sed fortaſſe & illa ipſa opportuna videri poteſt oblata cauſa martyrii, quod Elagabalo reſtiterit, cupienti (ut diximus ex Lampridio) cum aliorum omnium, tum etiam Chriſtianorum religionem ſub Elagabali dei ſui cultu referre. Cæterum utrum hæc, an alia præceſſerit cauſa ſubeundi martyrium neſcimus; ſed illud nos non latet (quod alibi diximus) olim majores conſueviſſe Martyres appellare omnes, qui Chriſtianæ confeſſionis occaſione ſupplicia aliqua ſubſtinuiſſent, licet poſt tormenta ſuperſtites diem extremum in pace clauſiſſent. De eodem Zephyrino hæc tantum leguntur in libro de Romanis Pontificibus (non enim eo libro vitæ ipſorum Pontificum, ſed eorum ſucceſſio, & factæ ab eis ordinationes, & dies obitus recenſentur.) *Hic fecit ordinationes quatuor per menſem Decembrem,* Calliſtus Papa.

Preſ-

Presbyteros tredecim, Diaconos ſeptem, Epiſcopos per diverſa loca tredecim. Qui ſepultus eſt in cœmeterio ſuo, non longe a Calliſti cœmeterio, via Appia, ſeptimo Kalendas Septembris. Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies ſex: Sicque die ſecunda Septembris creatus eſt Calliſtus Romanus ex patre Domitio.

III. His temporibus Elagabalum, auctor eſt Lampridius (*a*), ad agitandas quatuor elephantorum quadrigas in Vaticano, demolitum eſſe aliquot ſepulcra, quæ obſiſtebant. Exiſtimavit ob id aliquis (*b*), ſed nulla plane auctoritate nixus vel ratione, tunc dirutum eſſe inter alia ſepulcrum Apoſtoli Petri, tranſlatumque corpus

(*a*) *Lamprid. in Heliogabal.*

(*b*) *Panvinus in addit. ad Plat. & de Rom. Pont.*

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 972. Olymp. 249. an. 3. A.C. 219.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5712.

☉ 4. C. ☽ 11. P. 18. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 219. *ſecund. Baronium* 221.

CALLISTI PAPÆ 3.

ELAGABALI IMP. 2.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. & ſeq. Coſſ. *M. Aurelius Antoninus Elagabalus Aug. II. & Licinius Sacerdos II.* Conſulatus Elagabali, juxta primam regulam; Sacerdos vero cum nota numerali legitur apud Gruterum pag. 300. In Reineſiana tamen Inſcriptione *Sacerdos* ſine numerali nota editur. Si prior hujus Conſulatus ſuffectus fuit, non mirum quod in hac ultima Inſcriptione prætermiſſus fuerit; cum hujuſmodi Conſulatus vel taceri vel memorari poſſent. Sed ſi prior *Sacerdotis* Conſulatus honorarius extitit, liquet, Legem illam Macrini, cujus meminit Dio in Excerptis Valeſianis, qua ſcilicet Macrinus ſuſtulit Legem a Severo inductam, juſſitque eum qui Conſularibus antea ornamentis ornatus, Conſulatum accipiebat, Conſulem ſine nota iterati Conſulatus appellari, obſervatam non fuiſſe. Certe ipſummet Macrinum, qui primum Conſul honorarius, ac dein Conſul ordinarius fuit, eam non ſervaſſe, quemadmodum nec Adventum docet Dio lib. 78. quando ait: *Sed parem his prope culpam in Macrinum contulere prudentes, ob eam cauſam, quod inter Conſulares nonnullos retulit, ſtatimque Provinciarum adminiſtrationibus præficit, licet eum videri nollet iterum fuiſſe Conſulem, qui honores ſe Conſulares adeptum diceret; id quod imperante Severo cœptum, etiam filius Antoninus in uſu retinuerat. Et Macrinus quidem, ut hoc inprimis ex legum præſcripto, tam in ſe ipſo, quam in Advento ſervavit;* ita, &c. Ex quo inferre licet, Macrini Legem non magis ab aliis, quam ab eo & ab Advento ſervatam fuiſſe, & Eutychianum Comazontem, qui anno ſequenti Faſtis nomen dedit, cum nota numerali edi debere, uti recte ab Onuphrio præſtitum, ſive ter Conſulatum geſſerit, ut Xiphilinus, & Zonaras tradunt, ſive poſtquam Conſulares honores adeptus eſt, Conſul factus fuerit, ut docet Dio lib. 79.

II. *Zephyrini PP. obitus.* *Zephyrinus* anno ducenteſimo decimo ſeptimo, Præſentis & Extricati Conſulatu inſignito e vivis exceſſit. In Chronico quidem Damaſi nomen ejus deſideratur; ſed hæc verba, quæ ibi leguntur, *a Conſulatu Saturnini & Galli, uſque Præſente & Extricato*, ad eum, non vero ad Victorem referuntur. In duplici Codice Corbeienſi anni octodecim & aliquot menſes ac dies ei tribuuntur. Sed cum Calliſtus die decima octava menſis Julii ei, ut infra videbimus, ſucceſſerit, poſtquam Epiſcopatus dies quinque vacaſſet, ut habet auctius Chronicon veterum Pontificum, ſedit Zephyrinus annos decem & novem, menſes undecim, dies quinque, mortuus die decima Julii anni CCXVII. Pontificatum enim inierat anno CXCVII. die decima Auguſti. In Martyrologio Hieronymiano Natale ejus conſignatur die XX. Decembris, in aliis vero Martyrologiis, quibus Baronius adhæret, die viceſima ſexta Auguſti. Sed uterque dies ad ejus tranſlationes referendus. Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Chronologiam veterum Pontificum exiſtimans, in Martyrologio Hieronymiano dies natales Pontificum Romanorum ſignari, obitum Zephyrini cum die XX. Decembris anni CCXVII. illigavit; & quia conſtat ante eum diem Calliſtum ejus ſucceſſorem ſediſſe, dicit eum Zephyrini conſtitutum fuiſſe Vicarium. Sed, ut ſæpius obſervavimus, hujuſmodi Vicariatus ſuppoſititii. Duæ Zephyrini circumferuntur Epiſtolæ commentitiæ exiſtimatæ. Prior eſt ad Epiſcopos Siciliæ, & incipit cum verbis Hilari Papæ epiſt. 3. *Divinæ circa nos gratiæ memores.* Poſterior eſt ad Epiſcopos Ægypti, & ab his verbis exorditur: *Tantam a Domino hujus ſanctæ Sedis & Apoſtolicæ Eccleſiæ fundatore*, &c. Leguntur in utraque Epiſtola S. Proſperi aliorumque variæ ſententiæ. Zephyrino ſucceſſit Calliſtus.

III. *Quadrigæ Heliogabali.* Ad num. III. Scribit Lampridius in Heliogabalo cap. 23. hunc Imperatorem elephantorum quadrigas agitaſſe. Quod anno ſequenti factum videtur. Mediobarbus enim producit varia Numiſmata tertio Heliogabali Conſulatu, aliaque tertia ejus Tribunitia Poteſtate ſignata, in quibus quadrigæ triumphales cernuntur.

NOTÆ

[1] COſſ. *M. Aurelius Antoninus Elagabalus Aug. II. & Licinius Sacerdos. Licinii* nomen non occurrit in vetuſtis monumentis. In tubo plumbeo apud Blanchinum, ut ille exhibet in Chronologia ad hunc annum, legitur: TINEIUS SACERDOS. Ceterum Gruteriani lapides pag. CCC. 1.

IMP. ANTONINO. II. ET. SACERDOTE
II. COS. P. R. C. ANN. DCCCC. LXXII.

Ibid. pag. LXXXVII. 4.

D. D. XVII. KAL. SEPTEMBR. D. N. ANTONINO
AUG. II. ET. SACERDOTE. II. COS.

Alia inſcriptio apud Reineſium pag. 174.

IMP. ANTONIN. II. ET. SACERDOTE. COS.

ſine nota geminati conſulatus. Faſti vulgares: *Antonino II. & Sacerdote.*

pus ejus ad Catacumbas, ubi una cum Pauli corpore manſerit uſque ad Cornelium Papam; qui utrumque ſuſtuliſſe dicitur; & Petri in Vaticano, Pauli vero via Oſtienſi, ubi ſunt poſtea ipſis erectæ baſilicæ, collocaſſe. Amplioribus ſane ſpatiis Vaticanum olim patuiſſe, tomo primo Annalium diximus: adeo ut non ſit neceſſe hæc intelligere facta ab Elagabalo ubi eſſet Petri ſepulcrum. Rurſum vero cum illud eſſet a latere Circi Neronis, inhærens monti, nequaquam videri poteſt illic fuiſſe opportunum locum ad agitandas immanium beſtiarum quadrigas. Nam ſi velimus illum eas agitaſſe in Circo Neronis; ſi illius ſpectaculi capax Circus non erat, ipſe primo diruendus fuiſſet; cum tamen nulla mentio habeatur de Circo diruto, quod ante omnia (quod res eſſet longe majoris momenti, quam privatorum ſepulcra) dicendum fuiſſet. Si vero eum extra Circum agitaſſe quadrigas dicere velimus; tunc, cum inter Circum & tumulum S. Petri peranguſtum eſſet ſpatium, monte a tergo, a fronte Circo poſito, non ſatis erat Elagabalo demoliri ſepulcra, niſi ſolo æquaſſet (ut dictum eſt) Circum; cum tamen nonniſi aliquot ſepulcrorum factam eſſe jacturam, idem affirmet. At ſi demus etiam tum Petri Apoſtoli dirutum ſepulcrum, ejuſque corpus tranſlatum fuiſſe ad Catacumbas; quæ, rogo, ratio ſubeſſet, ut & Pauli Apoſtoli corpus etiam e ſepulcro via Oſtienſi poſito ſublatum, & in Catacumbas pariter illatum, una cum S. Petri corpore conderetur? cum, ut illud antehac in proprio ſepulcro via Oſtienſi collocatum, & in hæc tempora aſſervatum, inde tolleretur, nulla cauſa vel ſaltem veriſimilis monſtrari poſſit.

Refellitur opinio de tranſlatione SS. Corporum Petri & Pauli.

IV. De tranſlatione Corporum SS. Apoſtolorum.

His igitur penitus confutatis, magna eſt apud me auctoritas S. Gregorii, affirmantis, paulo poſt tempus paſſionis Apoſtolorum, eorumdem ſacra corpora a Græcis furtim ſublata, tumque ad Catacumbas perlata fuiſſe, qui divino miraculo præpediti, a cœptis deſiſtere coacti ſunt: cum Fideles, re comperta, in ſua loca Apoſtolorum corpora retulere. At rem geſtam, ejus verbis ſuperius enarratam, hic repetere, quo cuncta certiora reddantur, operæpretium exiſtimamus. Scribens (a) enim ad Conſtantiam * Auguſtam, hæc ait: *De corporibus vero ſanctorum Apoſtolorum quid ego dicturus ſum? dum conſtat, quia eo tempore, quo paſſi ſunt, ex Oriente Fideles venerunt, qui eorum corpora, ſicut civium ſuorum, repeterent: quæ ducta uſque ad ſecundum Urbis milliarium, in loco qui dicitur ad Catacumbas, collocata ſunt. Sed dum ea exinde levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrui atque fulguris nimio metu terruit atque diſperſit, ut talia denuo nullatenus attentare præſumerent. Tunc autem exeuntes Romani, eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, levaverunt, & in locis, in quibus nunc ſunt condita, poſuerunt.* Hæc Gregorius.

(a) Greg. lib. 3. epiſt. 30. * al. Conſtantinam.

V. Refellitur opinio de tranſlatione ſub Cornelio.

Si ergo tunc ſublata, & ad Catacumbas tranſlata, ac etiam propriis locis tunc reſtituta fuerunt; quidnam eſt quod a Cornelio Papa ea e Catacumbis ſublata dicuntur, & Pauli quidem prope Viam Oſtienſem poſitum, Petri vero in Vaticano? Hæc profecto ita eſſe non poſſunt, niſi dixerimus bis eadem corpora ad Catacumbas fuiſſe delata, ac bis itidem locis propriis reſtituta: quod quidem antiquorum nemo dixiſſe, nec ſaltem ſomniaſſe reperitur. Quamobrem cum eo redacta quæſtio eſſe videatur, ut vel mendacem (quod nefas eſt cogitare) Gregorium fuiſſe dicamus, vel potius hallucinatum eſſe incertum auctorem illum, qui citari falſo Damaſus conſuevit: æquius eſt, ut (quod omnis ratio perſuadet) potius Gregorio ea ad Auguſtam ſcribenti, quam incerto auctori incerta tradenti acquieſcamus.

VI.

Nec eſt inſuper quod dici poſſit, tunc temporis, cum a Græcis ſublata ſunt illa corpora, ad Catacumbas fuiſſe tranſlata, ſed demum a Cornelio Papa in loca priſtina reportata: nam ab eo tempore uſque ad Zephyrinum, dictis in locis, in Vaticano ſcilicet Petri, & Via Oſtienſi Pauli corpora permanſiſſe, nemo poterit dubitare: ſiquidem ex tunc uſque in præſens complures Romani Pontifices, quos recenſuimus, ſepulti dicuntur in Vaticano juxta corpus beati Petri. Rurſus vero patens eſt teſtimonium Gaji, qui (ut nuper dictum eſt) Romæ agens temporibus Zephyrini, ubi poſita eſſent corpora ſanctorum Apoſtolorum, digito (ut ita dicam) oſtendit. His a nobis tum certis rationibus, tum antiquorum teſtimoniis ſtabilitis, aliquem refragari minime prohibemus: ſed volumus eſſe liberum in re ambigua, ut lubet, unumquemque ex animi ſui ſententia opinari: at veri amantem perſpicacis ingenii lectorem his noſtris fauturum, minime dubitamus. Quod & ſi quis his objiciat ejuſdem Cornelii nomine vulgatam epiſtolam: dicimus eam non perinde exploratæ fidei eſſe, ac eam quam opponimus citatam a nobis ſancti Gregorii ad Conſtantinam: cujus fidem adeo teſtatam nemo umquam auſus eſt, vel minimum quidem in dubium revocare. At de his hactenus.

Chri-

JESU CHRISTI ANNUS 222. | CALLISTI PAP. ANNUS 2. | ANT. ELAG. IMP. ANNUS 3.

I. Africani Legatio ad Imp.

CHriſti anno ducenteſimo vigeſimoſecundo, Marco Aurelio Antonino & Eutychiano ſecundum Coſſ. Julius Africanus, inter viros eruditos hujus temporis clarus, legationem ad Imperatorem ſuſcepit (fortaſſe ſuadente Origene, qui eo utebatur familiariſſime, in Palæſtina tunc agente) pro reſtituenda olim incenſa civitate Nicopoli Palæſtinæ, quam ex Romanorum victoria nomen illud conſecutam fuiſſe diximus, cum Emmaus antea vocaretur. Re obtenta ſequenti anno eſt civitas excitata. Hæc apud (*a*) Euſebium. Quod pertinet ad Africanum, hæc de eo alibi idem auctor (*b*): *Per idem tempus Africanus librorum ſcriptor qui* κεστοὶ *appellantur, magna commendatione ad hominum famam profluxit. Hujus de hiſtoria Suſannæ a Daniele litteris prodita, quaſi adulterina eſſet & commentitia, magnopere dubitantis extat epiſtola ad Origenem ſcripta; ad quam Origenes per litteras pleniſſime reſpondebat. Ejuſdem Africani quinque alii libri de temporum & annalium ſerie, accurata quadam induſtria elaborati, ad nos pervenerunt: in quibus ait, ſe Alexandriam, propter incredibilem Heraclæ famam, quæ ubique manaverat, iter feciſſe; quem propter philoſophiæ & aliarum Græcarum diſciplinarum cognitionem, qua egregie excellebat, ad Eccleſiæ illius Epiſcopatum adminiſtrandum delectum eſſe, ſupra docuimus. Eſt etiam alia Epiſtola ab eodem Africano ad Ariſtidem perſcripta, de ea quæ putatur eſſe genealogiarum Chriſti apud Matthæum & Lucam diſcrepantia: in qua Evangeliſtarum conſenſum ex hiſtoria quadam, quæ ad ſua ipſius tempora integra devenerat, apertiſſime tradit: quam equidem opportune in primo libro hujus operis, quod habemus in manibus, ab eo petitam citavi.* Hæc Euſebius de Africano: habet eadem quoque S. Hieronymus.

(*a*) Euſeb. in Chronic.
(*b*) Euſeb. l.6. c.24.

II. Africani Hiſtoria.

Quod vero pertinet ad Hiſtoriam ejuſdem Julii Africani; extabat adhuc integra tempore Photii, qui in ſua Bibliotheca ejus cum meminit, ait eam ſumere exordium a mundi creatione, nihilque ab eo prætermiſſum uſque ad Chriſti adventum,

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 973. Olymp. 240. an.4. A.C. 220.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5713.

☉ 5. BA. ☽ 12. P.9. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 220. *ſecund. Baronium* 222.

CALLISTI PAPÆ 4.

ELAGABALI IMP. 3.

I. *Conſules.*

[1] AD num.I. & ſeq. *M. Aurelius Antoninus Elagabalus Aug.III.* & *Eutychianus Comazon II.* ut anno præcedenti num.I. diximus. Sumtus hic ab *Heliogabalo* ſtolido & exlege Imperatore Conſulatus, præter regulas, quemadmodum & primus anno CCXVIII. initus; quod utrumque a Dione lib.79. obſervatum: *Adverſus inſtituta patria*, inquit, *ſane non magni quadam momenti, nec inſigne malum aliquod nobis afferentia, niſi quatenus a recepta conſuetudine aliena erant, innovata ab ipſo fuere.* Inter quæ Dio numerat, *quod Conſulatus Macrini loco, qui jam ante geſtus erat, nomen ſuum ſubſtituit, cum nec Conſulatum a nobis accepiſſet, nec prorſus eum attigiſſet; quod initio tribus in literis annum indicavit per Adventi Conſulatum, quaſi qui ſolus eum geſſiſſet, ac nihilominus alterum ſibi Conſulatum adrogare conatus eſt; cum nullum antea nec Magiſtratum, nec titulum Magiſtratus honorarium accepiſſet.* Quæ ultima verba de Conſulatu ejus anno præcedenti ſuſcepto intelligenda non ſunt; cum is ſicut & quartus, quem Collega Alexandro Cæſare capeſſiit, juxta inſtituta patria fuerit; tertii vero anno currenti initi nulla ratio aſſignari poſſit. Neque enim ad illum antequam imperaret, deſignari potuit, cum, ut ait Dio, *nullum antea nec Magiſtratum, nec titulum Magiſtratus honorarium accepiſſet.* Ex quibus Dionis verbis intelligimus, uſum tuliſſe, ut privati Conſules non deſignarentur, niſi Magiſtratum aliquem geſſiſſent: indeque Appianus tanquam ſingulare notat, quod Pompeius Magnus, ne Quæſtorius quidem, factus fuerit Conſul. Imo poſt inſtitutum Imperium filii Auguſtorum de more Quæſturam ante Conſulatum gerebant, ut liquet de Marco Aurelio, de quo Capitolinus in ejus Vita cap.5. ait: *Hadriano ferente, gratia* ætatis facta, *Quæſtor eſt deſignatus.* Idem de Lucio Vero in ejus Vita cap.3. ſcribit: *Poſt Quæſturam ſtatim Conſul eſt factus.* Quamquam non deſint, qui Quæſtura non geſta Conſules deſignati fuerint, ut liquet de Commodo apud Lampridium, & de Caracalla apud Spartianum in illorum Vita.

Le-

NOTÆ

[1] COſſ. *M. Aurelius Antoninus Elagabalus Aug. III.* & *Eutychianus Comazon II.*
Lapis olim in Vaticano, poſtea in Muſeum Cardinalis Alexandri Albani, nunc in ædibus Capitolinis, n.64. edituſque jam a Fabretto pag.494. at exeſo utrimque marmore, adeo ut nihil aliud legi poſſit, præterquam:

....AUG. III. ET COMA....
....DCCCCLXX....

Dio Xiphilini lib. LXXIX. pag.910. *Eutychianus enim qui & Comazon (hoc nomen quippe a mimis & his trionica ipſi datum fuit) quum in nulla &c.* & poſtea *non ſemel tantum, ſed bis & ter conſul fuit.* Vulgares Faſti: *Antonino III. & Comazonte.*

tum, licet cuncta ſummatim perſtrinxerit. Rurſum vero eundem proſequi res in Eccleſia geſtas a Chriſto Redemptore noſtro uſque ad Macrini Imperium, cujus tempore illa cuncta ſcribebat: atque eumdem numerare ab origine mundi ad illud uſque tempus annos quinque mille ſeptingentos vigintitres. Hæc de Africano Photius. Citatur idem auctor a S. Baſilio, ejuſdemque ſcripti fragmentum recitat de Spiritus ſancti una cum Patre & Filio conglorificatione, in hæc verba: *At nec Africanum hiſtoricum talis glorificandi forma præteriit. Siquidem palam eſt in quinta de temporibus Epitoma & ipſum in hunc loqui modum: Nos vero qui & illorum verborum menſuram dicimus, non ignoramus fidei gratiam: gratias agimus ei qui præbet noſtris Patribus omnium Salvatorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui eſt gloria & majeſtas cum ſancto Spiritu in ſecula.* At de Africano ſatis; cujus lucubrationum magno detrimento facta jactura eſt.

III. De Heracla Catechiſta. Quod autem ad Heraclam ſpectat, Alexandriæ ſacras litteras magna cum laude publice profitentem; ipſum fuiſſe olim Origenis diſcipulum, ſed qui reliquos antecelleret, ſuperius dictum eſt. *Hunc Origenes* (inquit Euſebius *a*) *cæteris diſcipulis ſuis præferens, virum cum ſacrarum litterarum ſtudioſum, tum vero in aliis diſciplinis diſertiſſimum, tum philoſophiæ denique non ignarum, ſocium in inſtituendi munere ſibi adſcivit, & huic eos erudiendos commiſit, qui ipſis fidei elementis modo eſſent imbuendi. Eorum autem diſciplinam, qui in curſu erant poſiti, & ipſo doctrinæ ſacræ habitu aliquanto maturiores, ſibi ipſi docendos reſervavit.* Hæc Euſebius de Heracla, cum docere inciperet. Porro ſimulac Origenes in Palæſtinam eſt profectus, ipſum integrum atque ſummum docendi munus in Heraclam refuſum eſt; quando autem Epiſcopus ſedere cœperit, ſuo loco dicemus.

(a) *Euſeb. l.6. c.12.*

Se-

PAGIUS

II. *Nicopolis condita.* Legatio *Julii Africani* ad reædificationem urbis Nicopolis petendam, ad annum ſequentem pertinet. Euſebius ſecundum editionem Pontacenam (Scaligeriana enim hoc anno manifeſte corrupta) anno Abrahami 2238. qui Kalend. Octobris ſequentis Chriſti anni inchoatur, ait: *In Palæſtina Nicopolis, quæ prius Emmaus vocabatur, Urbs condita eſt, Legationis induſtriam pro ea ſuſcipiente Julio Africano, Scriptore temporum.* Cum enim Heliogabalus anno CCXXII. Quinquennalia edere deberet, miſſus ad eum Africanus, qui eam civitatem inſtaurandam peteret, ut annis hujuſmodi ſolenniis addictis, fieri ſolitum erat. Imo ipſemet Africanus docet, ſe anno Legationis ſuæ abſolviſſe Opus ſuum *Grato & Seleuco Coſſ.* ut videre eſt apud Georgium Syncellum pag.212. ubi & dicit Africanus, ſe perduxiſſe Opus illud uſque ad annum mundi ſecundum Alexandrinos 5723. Incarnationis vero ſecundum eoſdem 223. qui uterque annus cum anno Æræ vulgaris CCXXI. convenit, in eoque menſe Auguſto abſolvitur; ideoque Africanus Conſulatum Grati & Seleuci includit uſque ad Kalendas Septembres, quo die annus Incarnationis ſecundum Alexandrinos CCXXIV. incepit [1].

NOTÆ [1] ADde, quæ de imagine Elagabali contra Baronii conjecturas ſcribit Noriſius in Epochis, pag. 82.

JESU CHRISTI ANNUS 223.	CALLISTI PAP. ANNUS 3.	ANT. ELAG. IMP. ANNUS 4.

I.

(a) Dio in Elagabalo. Alexander adoptatus.

SEquenti anno Chriſti ducenteſimo vigeſimotertio, Gratus & Seleucus ponuntur Conſules: cum tamen a Dione (a) Eutychianus ſub Elagabalo tertium Conſul fuiſſe dicatur, ſed fortaſſe ſuffectus. Quo anno Alexander Mamææ filius, conſobrinus Elagabali, creatus eſt Cæſar, in ſequentem annum Conſul deſignatus: ſed & cum in filium adoptaſſet, ut eum ſuis moribus inſtitueret, viros omnes probos & eruditos, quibus Mamæa mater puerum tradiderat educandum, partim morte (b), partim vero mulctavit exilio. Fuiſſe ex iis aliquem Chriſtianum, facile ſuademur, cum hujus religionis hominum (ut dictum eſt) mater ſtudioſiſſima eſſet.

(b) Herod. lib. 5.

II. Alexander omnes uno die dignitates conſecutus.

Cæterum Alexander uno eodemque die omnes ampliſſimas dignitates, diverſis temporibus conferri ſolitas, ſe accepiſſe, apud Lampridium in hæc verba ipſemet pro concione poſt mortem Elagabali in Senatu teſtatus eſt, dicens: *Gratias ago vobis, Patres conſcripti, non nunc primum, ſed & de Cæſareo nomine, & de vita ſervata, & Auguſti nomine addito, & de Pontificatu Maximo, & de Tribunitia poteſtate, & Proconſulari Imperio: quæ omnia, novo exemplo, uno die in me contuliſtis.* Hæc ipſe; reliqua de eo ſuis quibuſque locis opportunis inferius dicturi ſumus.

PAGIUS

SÆC.III. Anno Urbis 974. Olymp. 250. an. 1. A.C. 221.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 5714.

☉ 6. G. ☽ 13. P. 25. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 221. *ſecundum Baronium* 223.

CALLISTI PAPÆ 5.

ELAGABALI IMP. 4.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. & ſeq. Coſſ. *Gratus Sabinianus* & *Claudius Seleucus*. Prioris cognomen prodidit Africanus apud Georgium Syncellum pag. 212. In Digeſto vero l. 13. memoratur Claudius Seleucus.

II. *Alexander Cæſar renunciatur.*

Recte ſcripſit Baronius, Alexandrum Heliogabali Imperatoris conſobrinum anno currenti Cæſarem nuncupatum eſſe; cum ejus Conſulatus ſequenti anno geſtus, ejuſque Imperii Quinquennalia Decennaliave eum hoc anno illa dignitate exornatum demonſtrent, & oſtendant, Lampridium in Heliogabalo, cap. 10. ubi ait, Alexandrum Cæſarem dictum *a Senatu, eo tempore, quo Macrinus*, hallucinatum eſſe. Herodianus a Baronio citatus, rei geſtæ tempus non memoravit. Notanda porro ejus verba, poſtquam dixit, eum Cæſarem appellatum fuiſſe, & Heliogabali inſtitutis imbui noluiſſe: *Quibus rebus*, inquit Herodianus, *magnopere Antoninus indignabatur, jamque adoptionis, Imperiique participati pœnitebat.* Ea enim oſtendunt, Cæſares non tantum Imperii ſucceſſores deſignatos eſſe, ſed & in ejus ſocietatem vocatos. Quando Lampridius a Baronio citatus ait Alexandrum novo exemplo, uno eodemque die Cæſaris nomen, aliaſque appellationes a Senatu accepiſſe, loquitur de iis, quæ in ejus nuncupatione Auguſtea contigerunt, non vero de iis, quæ ab Heliogabalo, vel a Senatu acta, cum Alexander Cæſar eſt renuntiatus, ut Lampridium legenti patet. Attigerat Alexander annum ætatis decimum ſextum, ut ex dicendis planum fiet. Quare corrigendus error, qui in Herodianum lib. 6. cap. 7. irrepſit, ubi dicitur, Heliogabalum fuiſſe tum natum annos circiter quatuordecim, Alexandrum vero duodecim. Heliogabalus enim annum ætatis XVII. agebat, quando Alexandrum Cæſarem dixit. Qui error Librariis, qui in numeris facile labuntur, non vero Hiſtorico accuratiſſimo imputandus videtur. Quo vero tempore Mammea, Alexandri mater, Origenem Antiochiam accerſierit, anno CCXXIX. explicabitur.

NOTÆ [1] COſſ. *Gratus Sabinianus & Claudius Seleucus.* Horum nomina minime leguntur in vetuſtis lapidibus. Occurrunt in fragmentis Dionis Caſſii pag. 991. *Gratus Sabinianus, & Claudius Seleucus.* Faſti Idatiani, Vindebonenſes, Bucherii laterculus, & Proſperi Chronicon: *Grato & Seleuco.*

JESU CHRISTI ANNUS	CALLISTI PAP. ANNUS	ALEXANDRI IMP. ANNUS
224.	4.	1.

I. Eliogabalus occiditur.

DUcenteſimo vigeſimoquarto Chriſti anno, Antonino Auguſto quartum & Alexandro Cæſare Coſſ. ipſe Antoninus Elagabalus, cum imperaſſet annos tres, menſes novem, & dies quatuor, annos natus decem & octo, ob nefandas ſuas turpitudines Senatui Populoque Romano atque militibus redditus execrabilis, occiſus eſt, corpuſque ejus in viam ejectum, atque raptatum, demum in Tiberim protractum eſt; ex quo Tractitius (ut diximus) atque Tiberinus meruit appellari. Jam eo immanitatis pervenerat impuriſſimus homo una cum matre æque impudentiſſima, quæ cum ipſo ſimul confoſſa eſt, ut ad enormiſſima ſcelera illud addiderit, quod magiæ cauſa pueros juberet occidi. Hæc Dio, proxime omnia intuens; cui de ætate Imperatoris, & annis quibus regnavit, magis aſſentimur, quam Aurelio Victori, vel aliis dicentibus vixiſſe annos ſexdecim, imperaſſe duos, ac menſes octo; & Herodiano affirmanti, Elagabalum tempore Conſulatus Alexandri, quo creatum dicit Cæſarem & adoptatum, annos natum quatuordecim, Alexandrum vero duodecim; neque eidem dicenti Elagabalum imperaſſe ſexennium.

II. Eo igitur in hunc modum ſublato de medio, Alexander miro conſenſu militum, Senatus, ac totius populi, in unum conſpirantibus omnibus, acclamatus eſt Imperator (*a*) pridie Nonas Martii, annum agens ætatis decimumſextum. Hic igitur, ut qui a matre non abhorrente a Chriſtiana religione & inter Chriſtianos pariter educatus eſſet, non ſolum (quod ait Lampridius *b*) Chriſtianos eſſe paſſus eſt, ſed Chriſto Deo aliquem qualemcumque cultum exhibuit: ita tamen, ut qui deorum cultui aſſueviſſet, & a puero Gentilitiis quoque ſuperſtitionibus imbutus eſſet, deos pariter coleret, & quodcumque numen ſibi fuiſſet ab aliis antea prædicatum. Nam de eo ex Scriptore ſuorum temporum hæc idem Auctor teſtatur: *Matutinis horis in larario ſuo, in quo & divos Principes, & optimos electos, & animas ſanctiores, in queis & Apollonium, & Chriſtum, & Abraham, & Orpheum, & hujuſcemodi deos habebat, ad majorum effigies rem divinam faciebat*. Et poſt multa: *Chriſto templum facere voluit, eumque inter deos recipere, quod & Hadrianus cogitaſſe fertur, qui templa in omnibus civitatibus juſſerat fieri: quæ hodie idcirco, quia non habent numina, vocantur Hadriani: quæ ille ad hoc paraſſe dicebatur: ſed prohibitus eſt ab iis, qui conſulentes ſacra, repererant, OMNES CHRISTIANOS FUTUROS, ſi id optato veniſſet, & templa reliqua deſerenda*. Hæc ipſe. Quod olim jactari a Chriſtianis ajebat Celſus Epicureus (*c*), Romanos omnes & Imperatores fore Chriſtianos; ſatis demonſtrant hæc ipſa, quæ ab ipſorum oraculis, ipſis invitis, redderentur, non latuiſſe Gentiles propheticis attendentes ſententiis: licet hæc nequaquam a Chriſtianis jactari, Origenes excuſet. Porro-

(*a*) *Lamprid. in Alex.*

Alexander imperat.

(*b*) *Idem ib.*

Quomodo Chriſtum coluit Alexander.

(*c*) *Apud Orig. contra Celſ. l. 8.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5715.

SÆC. III. Anno Urbis 975. Olymp. 250. an. 2. A. C. 222.

☉ 7. F. ☽ 14. P. 14. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 222. *ſecund. Baronium* 224.

URBANI PAPÆ 1.

ALEXANDRI IMP. 1.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. & ſeq. *Coſſ. M. Aurelius Antoninus Elagabalus Aug. IV. & M. Aurelius Severus Alexander Cæſar.*

II. *Heliogabalus occiditur.* Conſulatus Alexandri juxta priorem regulam, quia nempe anno præcedenti Cæſar nuncupatus eſt; Elagabali vero juxta ſecundam, quia ejus Quinquennalia in hunc annum incidebant. Verum antequam eorum celebrandorum dies adventaſſet, tumultu militari occiſus eſt, poſtquam regnaſſet *annos tres, menſes novem & dies quatuor*, inquit Dio lib. 79. qui ſtatim addit: *Quod tempus ego numero, ex quo prælio facto, omnem potentiam adeptus eſt*. Quare cum Lampridius in Alexandro Severo cap. 6. referat acclamationes Senatus in inauguratione Alexandri habitas, *ex Actis Urbis ante diem pridie Nonas Martias*, die ſc. ſexta menſis Martii, liquet, non tantum eo die

NOTÆ [1] COſſ. *M. Aurelius Antoninus Elagabalus Aug. IV. & M. Aurelius Severus Alexander Cæſar.* Gruterianus lapis pag. LXXXV. 2. ex Onuphrio.

DEDIC. ID. APR.
IMP. CAES. ANT. PIO. IIII. ET
M. AUR. ALEXANDRO. COS.

Suſpectus videtur hic lapis Philippo a Turre in Diſſert. Apologetica de nummo Anniæ Fauſtinæ Pag. 63. 64. propterea quod *Idibus Aprilis* hujus anni, ex Canone Paſchali S. Hippolyti, *Alexander Severus* imperaret, *Elagabalus* autem interfectus eſſet *die X.* aut XI. ſeu *XIII. Martii*.
Gruter. item pag. DXXVIII.

ARA.

III. Alexander res Chriſtianorum imitatur. Porro Alexander non ſolum Chriſtianæ religionis ſtudioſus fuiſſe videtur, ſed eorum quoque inſtitutorum, quantum fas fuit, diligens imitator, in his præſertim quæ ad regimen politicum pertinere videbat; nam de eo hæc idem Lampridius tradit: *Et quia de publicandis diſpoſitionibus mentio contigit, ubi aliquos voluiſſet vel rectores provinciis dare, vel propoſitos facere, vel procuratores, id eſt, Rationales ordinare, nomina coram proponebat, hortans populum, ut, ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus: ſi non probaſſet, ſubiret pœnam capitis. Dicebatque grave eſſe, cum id Chriſtiani, & Judæi facerent in prædicandis ſacerdotibus, qui ordinandi ſunt; non fieri in provinciarum rectoribus, quibus fortunæ hominum committuntur & capita.* Sed & illud: *Clamabatque ſæpius, quod a quibuſdam ſive Judæis, ſive Chriſtianis audierat, & tenebat; idque per præconem, cum aliquem emendaret, dici jubebat: Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Quam ſententiam uſque adeo dilexit, ut & in Palatio & in publicis operibus perſcribi juberet.*

IV. De taberna meritoria in Eccleſiam conſecrata. Recenſet idem quoque auctor ejuſdem Imperatoris judicium pro Chriſtianis exhibitum: *Cum*, inquit, *Chriſtiani quemdam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent, contra popinarii dicerent ſibi eum deberi: reſcripſit, melius eſſe, ut quomodocumque illic Deus colatur, quam popinariis dedatur.* Hæc de Alexandro Lampridius. Sed ſingula ſunt accuratius explananda, & ut ex iis incipiamus: Quantum conjectura conſequi licet in re antiquiſſima & obſcura, exiſtimo hunc locum publicum Chriſtianis adjudicatum ad conſtruendam Eccleſiam, aliquo fuiſſe ad religionem ſpectante olim nobilitatum monumento, quod Chriſtiani adeo cuperent illum Eccleſia erecta deſuper illuſtrari, quibus complura privata loca ad id opus deeſſe non potuiſſent. Quamobrem hunc illum arbitror fuiſſe locum trans Tiberim poſitum, ubi Auguſti tempore Taberna Meritoria erat, ex qua oleum magno miraculo e terra erumpens copioſe fluxiſſet, in ſignum (quod ſuo ſuperius loco dictum eſt) Chriſti humani generis Redemptoris in mundum proximi adventus. Loco igitur illo publico deſtituto, popinarii, quod publica in eo taberna fuiſſet, ad ſe artis uſu pertinere rati, reſcripto Principis proprium efficere conabantur. Nam popina proprie locus erat, ubi publica opſonia, carneſque coctæ publico uſui venum expoſitæ comederentur, cujus uſus etiam Taberna Meritoria erat hoſpitium mercenarium.

V. Eccleſiæ Dei genitricis erectio. Contra vero Chriſtiani, ut in eo Eccleſiam erigerent, poſtulabant: quibus cum annuiſſet Imperator, illic nobilem Eccleſiam erexerunt, ſanctiſſimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ Partui, olim eo prodigio præſignato, religioſiſſime conſecrandam. Favet huic noſtræ conjecturæ, immo & firmiter adſtipulari videtur, ac rem propemodum certam reddere, quod in geſtis S. Calliſti Papæ, qui his Alexandri temporibus vivebat, legitur ab eo eam erectam fuiſſe Eccleſiam trans Tiberim poſitam. In libro enim de Romanis Pontificibus, ſua antiquitate omnibus noto, hæc verba deſcripta habentur: *Hic fecit Eccleſiam S. Mariæ trans Tiberim.* Cum vero nonniſi de hac Eccleſia memoria ſit, Alexandri Imperatoris temporibus Romæ excitatam fuiſſe; pro ea ædificanda locum illum Chriſtianis ipſum Imperatorem adju-

 di-

PAGIUS die Heliogabalum interfectum, & Alexandrum Auguſtum nuncupatum; ſed etiam Macrinum anno CCXVIII. die tertia menſis Junii fuſum fugatumque fuiſſe, & Heliogabalum Imperium ſuſcepiſſe. Ab eo enim die ad ſextum Martii currentis anni fluxerunt anni tres, menſes novem, & dies quatuor, die emortuali compreheuſo. Neque exiſtimandum cum Onuphrio, Petavio, Calviſio, ceteriſque Chronologis, Lampridium & Dionem quoad diem Imperii Alexandri natalem inter ſe diſſentire; cum illum Lampridius ex Actis publicis acceperit, & Dio a ſe viſa ſcripſerit, ut ipſemet teſtatur. Qui cum tradat, Heliogabalum occiſum fuiſſe, cum eſſet *decem & octo annos natus*, apparet, perperam dici in Herodiano lib. 6. cap. 7. natum eum annos circiter XIV. quando Alexandrum anno præcedenti Cæſarem dixit.

NOTÆ

ARA. POS. K. JAN.
M. AURELIO. ANTONINO. AUG. IIII.
ET AURELIO. ALEXANDRO. CAES.
COS.

Pag. MLXXXII. 9.

COLLOCATA. V. IDUS. MART.
IMP. CAES. M. AURELIO. ANTONINO
PIO. FELICE. AUG. IIII. ET. COS.
M. AUR. ALEXANDRO NOBILISSIMO
CAES.

Nummus *Alexandri Severi* in Muſeo Theupolo pag. 597. ubi in antica M. AUR. ALEXANDER. CAES. & in poſtica. PONTIF. COS. Item ibidem alius cum epigraphe. IMP. CAES. M. AUR. SEV. ALEXANDER. & in poſtica: PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. P. P. Vulgares Faſti; *Antonino IV. & Alexandro.*

dicaſſe, affirmare neceſſe videtur. Extat ipſa quidem veneranda antiquitate nobilis, & tantæ rei geſtæ memoria celeberrima, quæ prope Confeſſionem ſacram illud foramen continet, ex quo olim ſcaturiit oleum: feruntque qui hoc experimento didicerunt, terram intus poſitam adhuc oleo eſſe madidam; quam erutam ſi quis comprimat, manum ſentiat unguine delibutam. Sed redeamus ad Alexandrum.

VI. Quod vero electionem Eccleſiarum Præſidum, a Chriſtianis tractari ſolitam multa prævia morum inquiſitione, Alexander voluit in Præſidum creationem transferre; quonam modo ea tunc fieri ſoleret, Origenes (*a*), qui his vivebat temporibus, docet, magnamque tradit adhiberi ſolitam diligentiam, ut, qui primi inter Chriſtianos eſſent, ad regimen animarum adſciſcerentur. Diacono item proclamante in Eccleſia, patuiſſe omnibus aditum objiciendi ordinando, ſi quod patraſſet aliquando crimen; id quoque & antiquiores Eccleſiæ Rituales libri demonſtrant. Cæterum non de Epiſcopis tantum, vel ſacris miniſtris ordinandis exacte fieri conſueverat ejuſmodi morum inquiſitio, ſed de omnibus propemodum Chriſtianis, ut quiſque ſe gereret: ut, ſi quid egiſſet profeſſione indignum, a Fidelium cœtu abjiceretur. Quod quidem his temporibus ſervari ſolitum in Eccleſia, idem Origenes declarat his verbis, quæ inſinuandæ antiquæ diſciplinæ cauſa hic deſcribere operæpretium exiſtimavimus; ait (*b*) enim in primis de iis qui ad audiendum admitti cupiunt: *Chriſtiani vero, quantum poſſunt, perexaminant animos audiri ſe cupientium: ac primum privatim examinatos, priuſquam in cœtum recipiantur, ubi videntur eo profeciſſe, ut honeſtæ vitæ ſint cupidi, tum demum introducunt, diſtinctis ordinibus; altero recens admiſſorum, necdum aſſecutorum luſtrationis ſymbolum; altero jam profeſſorum religionem Chriſtianam. In poſteriore ordine ordinati ſunt aliquot, qui inquirant in vitas & mores accedentium; ut non conceſſa facientes, candidatos religionis arceant a ſuis conventibus; cæteros horum diſſimiles excipiant ex animo, & quotidianis acceſſibus meliores faciant. Jam erga peccantes quam ſevera diſciplina, præcipue contaminatos libidine? quos e ſua Republica rejiciunt noſtri.* Hæc Origenes.

(*a*) Orig. contra Celſ. l. 8. in fin.

Electio Epiſcoporum quomodo fieri ſolita.

(*b*) Orig. ibid. l. 8.

VII. Quod vero Lampridius dicit, in Præſidum electione Alexandrum Imp. non tantum imitatum eſſe Chriſtianos, ſed & Judæos; declarat hæc diligenter S. Cyprianus (*c*) in epiſtola ad Hiſpanos conſcripta, cum ait: *Videmus de divina auctoritate deſcendere, ut ſacerdos plebe præſente ſub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico judicio ac teſtimonio comprobetur: ſicut in Numeris* (*d*) *Dominus Moyſi præcepit, dicens: Apprehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium ejus, & impones eos in montem coram omni ſynagoga: & exue Aaron ſtolam ejus, & indue Eleazarum filium ejus, & Aaron appoſitus moriatur illic. Coram omni ſynagoga jubet Deus conſtitui ſacerdotem; id eſt, inſtruit, & oſtendit ordinationes ſacerdotales nonniſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere: ut plebe præſente, vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, & ſit ordinatio juſta & legitima, quæ omnium ſuffragio & judicio fuerit examinata. Quod poſtea ſecundum divina myſteria obſervatur in Actis Apoſtolorum* (*e*)*; quando de ordinando in locum Judæ Epiſcopo Petrus ad plebem loquitur: Surrexit, inquit, Petrus in medio diſcentium, fuit autem turba in uno. Nec hoc in Epiſcoporum tantum, ſed & ſacerdotum, ſed in diaconorum ordinationibus obſervaſſe Apoſtolos animadvertimus.* Et poſt alia in eamdem ſententiam allata, *Propter quod*, inquit, *diligenter de traditione divina & Apoſtolica obſervatione obſervandum eſt & tenendum, quod apud nos quoque & fere per provincias univerſas tenetur: Ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui præpoſitus ordinatur, Epiſcopi ejuſdem provinciæ proximi quique conveniant, & Epiſcopus deligatur, plebe præſente, qui ſingulorum vitam pleniſſime novit, & uniuſcujuſque actum de ejus converſatione perſpexit.* Sic igitur plebe præſente ordinatio agebatur, ut proclamante diacono, cuique eſſet liberum, quod perperam ab eo factum ſciret, objicere, ac ſic diligentiſſima ordinandi Epiſcopi perſcrutatio ageretur. Quod rite factum Alexander ſtuduit imitari.

(*c*) Cyprian. epiſt. 68.

(*d*) Num. 10.

Ordinationes quomodo in Eccleſia agi ſolitæ.

(*e*) Act. 1.

VIII. At quantamlibet diligentiam adhiberet Alexander Imperator, ut optimos quoſque præficeret provinciis magiſtratus; nec in minimo quidem æquare valuit Eccleſiarum Præſidum probitatis excellentiam: quod Origenes (*f*) demonſtrat his verbis: *Eodem modo magiſtratus Eccleſiaſtici cum Urbanis magiſtratibus conferendi: ut intelligas magiſtratus Eccleſiæ, etiam qui inter collegas paulo frigidius verſantur in officio, tamen in morum & virtutum ratione vulgaribus Senatoribus atque magiſtratibus præcellere.* Hæc ipſe. Illud autem quod de Alexandro Lampridius ſcribit, *Paſſus eſt eſſe Chriſtianos*, ſic intelligendum eſt, quod nec quicquam negotii illis faceſſiverit, nec perſecutionem aliquam in eoſdem promulgatis edictis excitaverit: tamen per Urbis Præfectos, & provinciarum Præſides in Chriſtianos infenſos, tumultuantibus quoque populis, ſub ejus Imperio nonnullos necatos eſſe Chriſtianos, exploratiſſimum eſt. Sed de his anno ſequenti.

(*f*) Orig. contr. Celſ. l. 3.

Quam præſtarent Præſules Eccleſiarum Præſidibus provinciarum.

Quod

IX. *Alexander Imp. qualis erga Judæos.*

Quod rurſum pertinet ad Judæos, non mediocria Alexandri ſtudia erga ipſos fuiſſe videntur; quippe qui ſi non Regem, Præfectum tamen eos habere permiſit, qui eis jus diceret; conceſſitque eos in Palæſtina habitare, quod teſtatur Origenes in epiſtola de Suſanna ad Africanum, ſic dicens, dum de Judæis agit: *Cum magnæ gentes fuerint & ſubjectæ, a Rege conceſſum ut captivi uterentur ſuis legibus & judiciis. Nam nunc quoque Romanis regnantibus, & Judæis didrachma eis pendentibus, quænam concedente Cæſare poſſit gentis Præfectus, ut nihil differat ab eo qui regnum obtinet in gentem, ſcimus qui ſumus experti. Fiunt enim latenter convenientia legibus judicia, & damnantur quidam capitis, neque cum plena omni ex parte libertate, neque Rege omnino ignorante. Idque in regione gentis longo tempore verſati didicimus, & pro certo accepimus. Quamquam ſub Romanis duæ ſolæ relatæ ſunt Tribus, nempe Tribus Juda, & Tribus Benjamin.* Hucuſque Origenes de Judæorum ſtatu, ac ſtudio Imperatoris erga eos: ut non mirum ſit, ſi (quod tradit Lampridius) deriſionis cauſa idem Imp. Syrus Archiſynagogus dici etiam conſueverit, quod faveret Judæis, quibus (ut ait) privilegia reſervavit.

X. Quod rurſus ad præſens tempus pertinet: uſque in hunc annum primum Alexandri, Hippolytus inter ſcriptores Eccleſiaſticos celebris (ut auctor eſt S. Hieronymus *a*) perduxit quos ſcripſit temporum canones, rationemque Paſchæ; nam ait: *Hippolytus cujuſdam Eccleſiæ Epiſcopus (nomen quippe urbis ſcire non potui) rationem Paſchæ temporumque canones ſcripſit uſque ad primum annum Alexandri Imperatoris; & ſexdecim annorum circulum, quem Græci ἑκκαιδεκαετηρίδα vocant, reperit; & Euſebio, qui ſuper eodem Paſcha canones decem & novem annorum circulum, id eſt, ἐννεακαιδεκαετηρίδα compoſuit, occaſionem dedit.* Hæc Hieronymus ex Euſebio (*e*). Porro ejuſdem ſcriptionis præclarum monumentum ante quadraginta circiter annos, ſimulacro e ruderibus effoſſo, ejuſdem Hippolyti præſeferente imaginem, in Agro Verano ſumma omnium eruditorum lætitia apparuit: nam in ſede ejuſdem Græcis litteris temporis canon inſcriptus legitur: tranſlatum vero illud fuit in Vaticanam Bibliothecam, in qua hactenus viſitur; vivens ſemper teſtis Chriſtianæ antiquitatis, qua pii ſolerent ſanctorum atque eruditorum virorum effigies ſculptura reddere, ac imagine repræſentare. At de Hippolyto inferius pluribus agendum erit.

Canon temporum Hippolyti.

(a) Hieron. de Scrip. Eccl. in Hippol.

(e) Euſeb. l.6. c.16.

Du-

PAGIUS

III. *Chronologia Canone Paſchali Hippolyti valide confirmata.*

Ad num. X. Canon Paſchalis Hippolyti inventus eſt Romæ anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo, & in ſeptimo libro Emendationis Temporum a Scaligero primum publicatus. Incipit Canon a primo anno Alexandri Severi, in eoque dicitur, eo anno terminum Paſchalem incidiſſe in diem decimum tertium Aprilis, & Paſcha celebratum eſſe die viceſima prima; ac denique decimum tertium Aprilis fuiſſe diem Sabbati: quod per hæc tempora præſenti tantum Chriſti anno, Cyclo Solis VII. Littera Dominicali F. inſignito, contingere potuit, nullo vero pacto anno Chriſti CCXXIV. ut exiſtimavit Baronius, quia annus ille Cyclo Solis IX. Littera Dominicali DC. ſignatur, & biſſextilis eſt. Quare vel hoc ſolo argumento Baronii Chronologia a Chriſto nato uſque ad præſentem annum depravata oſtenditur; cum in præfato Canone anni biſſextiles accurate notentur, & primus Alexandri ſimplici Littera Dominicali inſigniatur. Unde & nullum biſſextum ante præſentem annum in Annalibus ſuo loco collocatum; ac præterea anno Chriſti CCXXIV. quem cum primo Alexandri Baronius copulat, dies XIII. Aprilis & Sabbatum non concurrunt. Ex quibus tandem omnibus manifeſte deducitur, Baronium Æram Chriſtianam inchoare debuiſſe a Conſulatu Caji Cæſaris, & Lucii Æmilii Pauli, annoque Juliano XLVI. non vero a biennio antea. Denique ab anno primo Alexandri Severi ad primum Diocletiani, ſeu Chriſti CCLXXXIV. anni ſexaginta duo, utroque extremo anno incompleto pro integro numerato, interjiciuntur: in Annalibus vero, utroque extremo comprehenſo, ſexaginta duntaxat numerantur. Quare intra illud temporis intervallum anni duo a Baronio prætermiſſi, quos ſuo loco reſtituemus.

IV. *Urbanus ſuccedit Callisto.*

Hoc anno Calliſtus ad cœleſtem patriam migravit, eique Urbanus ſucceſſit, ut infra oſtendetur.

JESU CHRISTI ANNUS	CALLISTI PAP. ANNUS	ALEXANDRI IMP. ANNUS
225.	5.	2.

I. DUcenteſimo vigeſimoquinto Chriſti anno, Maximo & Æliano Coſſ. Alexander Imperator mutatis magiſtratibus, quos turpiſſimos Elagabalus juſſerat præſidere; quos ipſe putavit optimos, Urbanis præfecit negotiis, & ſibi adhibuit conſiliarios, quos Lampridius (*a*) recenſet his verbis: *Ut ſciat qui viri in ejus conſilio fuerint, Fabius Sabinus, Sabini inſignis viri filius, Cato temporis ſui, Domitius Ulpianus Juris peritiſſimus, Ælius Gordianus Gordiani Imperatoris pater, & ipſe re vera vir inſignis, Julius Paulus Juris peritiſſimus, Claudius Venatus orator ampliſſimus, Pomponius legum peritiſſimus, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venulejus, Tryphonius, Metianus, Celſus, Proculus, Modeſtinus, hi omnes Juris profeſſores diſcipuli fuere ſplendidiſſimi Papiniani, & Alexandri Imperatoris familiares & ſocii, ut ſcribit Acholius & Marius Maximus: Catilius Severus cognatus ejus, vir omnium doctiſſimus, Ælius Serenianus omnium vir ſanctiſſimus, Quintilius Marcellus, quo meliorem ne hiſtoriæ quidem continent. His tot atque aliis talibus viris quid mali potuit cogitari, vel fieri, cum ad bonum conſentirent?* Hucuſque Lampridius; ſed hæc Gentilis homo de illis, quod non putaret delictum eſſe Chriſtianis inferre moleſtias, quos impios crederent Ethnici omnes: vel fortaſſe ipſum præteriit (nam primis Conſtantini temporibus ſcripſit) quanta mala ejuſmodi adeo celebres Juriſconſulti Chriſtianis irrogarint. Horum omnium facile princeps apparuit Ulpianus, quem Alexandrum Imperatorem habuiſſe pro tutore, aſſidentem Principi primo loco, eidemque Præfecturam Prætorii dignitatem ampliſſimam contuliſſe, atque Scriniorum Magiſtrum creaſſe, idem affirmat: proximumque huic locum tenuiſſe Paulum Juriſconſultum, quorum arbitrio cuncta faceret Alexander.

(*a*) *Lamprid. in Alexandro.* Conſiliarii Alexandri.

II. Quo hi fuerint animo in Chriſtianos, ex his quæ Lactantius (*b*) ſcribit, ſatis poteſt intelligi; qui poſt recenſitas moleſtias ſæpius Chriſtianis illatas, hæc addit: *Quin etiam ſceleratiſſimi homicidæ contra pios impia jura condiderunt; nam & conſtitutiones ſacrilegæ, & diſputationes Juriſperitorum leguntur injuſtæ. Domitius de Officio Proconſulis libro ſeptimo reſcripta Principum nefaria collegit, ut doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei confiterentur. Quid iis facias, qui jus vocant carnificinas veterum tyrannorum adverſus innocentes rabide ſævientium? & cum ſint injuſtitiæ crudelitatiſque doctores, juſtos eſſe ſe tamen ac prudentes videri volunt, cæci & hebetes, ac rerum & veritatis ignari. Adeone vobis, o perditæ mentes, inviſa juſtitia eſt, ut eam ſummis ſceleribus adæquetis? Adeo ne apud vos periit innocentia, ut ne morte quidem ſimplici dignam judicetis; ſed ſupra omnia facinora habeatur, nullum facinus admittere; pectuſque purum ab omni ſceleris contagione præſtare?* Hucuſque Lactantius in Juriſconſultos hujus temporis, ac præcipue in Domitium Ulpianum, qui (ut ait) in libro illo quem ſcripſit de Officio Proconſulis, cuncta quæ valuit adverſus Chriſtianos ſtatuta collegit, quo ſe

(*b*) *Lactant. lib. 5. c. 11. 12.* Ulpianus & alii Juriſconſulti Chriſtianorum hoſtes.

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 976. Olymp. 250. an. 3. A.C. 223.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5716.

☉ 8. E. ☽ 15. P. 16. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 223. *ſecund. Baronium* 225.

URBANI PAPÆ 2.

ALEXANDRI IMP. 2.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *L. Marius Maximus II. & L. Roſcius Ælianus*, ut oſtendit Card. Noriſius ex Tabula ænea nuper reperta, & ex variis Codicis Juſtinianei Reſcriptis, in quibus Maximus cum nota numerali effertur. Vides Alexandrum, qui juxta priorem Conſulatuum Cæſareorum regulam hoc anno Conſul procedere debebat, ſuum in locum virum jam ea dignitate functum ſubrogaſſe; adeo verum eſt quod ſæpe indicavimus, annos celebriores Senatoribus iterato Conſulatu cohoneſtatis aſſignatos fuiſſe.

NOTÆ [1] COſſ. *L. Marius Maximus II. & L. Roſcius Ælianus.* Vetus inſcriptio, apud Noriſium in Epiſtola conſulari ad hunc annum:

L. MARIO. MAXIMO. II.
L. ROSCIO. AELIANO. COS.

Vide Sponium pag. 261. & Fabrettum pag. 558. 599. Altingius in notitia Germaniæ pag. 38.

MAXIMO. II. ET AELIANO. COS.

Faſti Idatiani: *Maximo II. & Æliano.* Cæteri vero: *Maximo & Eliano* ſeu *Heliano.* Bucherianus catalogus: *Conſulatu Maximi & Æliani.*

ſe in eos jure agere, non impetu animi, demonſtraret. Utinam illa extarent, quæ poſtea Juris collector & emendator exploſit ut impia, atque tamquam injuſta nequaquam reſcribi voluit, ſed proſcribi: ex illis enim complura fierent manifeſta, quibus tum Lactantii querela juſtiſſima exploratior redderetur, tum etiam Chriſtianorum conſtantia, in quos tot tantæque ſævirent leges, manifeſtior appareret.

III. At licet ea tamquam mali frutices falce fuerint emendationis exciſa, atque perpetua oblivione ſepulta; tamen etſi ſeptimus ille liber, in quo cuncta jura in Chriſtianos armata, veluti in carnificina omnium cruciamentorum, diverſa necum genera afferentia inſtrumenta eſſent expoſita, omnino deperiit; nihilominus ex iis quæ anteriori libro ſexto, præambulari ad ſeptimum, fuerat prælocutus (licet nec ipſe integer habeatur) per rimulas quaſdam datur inſpicere, quæ haberentur in ſeptimo; in ſexto namque judicia, in ſeptimo autem ſupplicia videbantur eſſe collecta. Ait enim (*a*): *Congruit bono & gravi Præſidi curare, ut pacata atque quieta provincia ſit quam regit: quod non difficile obtinebit, ſi ſollicite agat, ut malis hominibus provincia careat, eoſque conquirat: nam & ſacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet.* Cæterum Chriſtiani, quod dicerentur adverſarii diis, atque eorum implacabiles hoſtes, a Gentilibus inter alias nefandiſſimas contumelias fuiſſe ſacrilegos nominatos, qui pro Chriſtianis ſcripſere Apologias, ſæpe teſtantur. Rurſum vero nihil antiquius Proconſuli eſſe debere, quam cultui deorum proſpicere, atque inter alia, templa ipſorum inviſere, collabentia reſarcire, ſacra curare, & alia id genus, idem libro ſecundo de Officio Proconſulis (*b*) ſcripſit; quibus omnibus Chriſtianorum, deos, eorumque templa, cultumque omnem ſpernentium, perſecutio eſſe videbatur annexa. Ejuſdem (*c*) quoque eſſe illa ſententia reperitur de improbatæ lectionis libris, ſive (ut ait) magicis, ſive aliis, ut perinde ac venena protinus perderentur: fatidicos namque libros, nempe propheticos, eſſe ex Senatuſconſulto vetitos, & magnis pœnis eorum lectionem interdictam fuiſſe, auctore Juſtino martyre, ſuperius dictum eſt. Pauli quoque Juriſconſulti alia, quæ Chriſtianos pertingere viſa ſunt reſponſa, ſuperius recitata ſunt.

(a) *l.13. ff. de off. Præſid.*

Ulpianus multa in Chriſtianos.

(b) *l.7. ff. de off. Proconſ.*

(c) *l.4. ff. fam. herciſcund.*

IV. Variis prætextibus necati a judicibus Chriſtiani.

His quidem, licet minimis (velut dixi) atque peranguſtis rimulis, tanquam per tranſennam de majoribus duci conjectura facile poſſe videtur: quæ omnia quantumlibet levia videri poſſint & ſubobſcura, Lactantii tamen adeo certo atque perſpicuo ac penitus irrefragabili teſtimonio omnino explorata redduntur. Perfacile namque fuit, velamento juſtitiæ, aliiſque prætextibus honeſtiſſimis, ex mille propemodum occaſionibus comparatis, iis qui prudentiſſimi ac pariter æquiſſimi haberentur, quorum apud Principem & alios ſumma cum fide eſſet exiſtimatio, laceſſere abſque etiam Chriſtianitatis titulo ad libitum Chriſtianos, cum præſertim Princeps pene puer eſſet; cui ea recta juſtaque videri potuiſſent, quæ tot virorum inſignium una ſententia confirmaſſet, ac potiſſimum quod Ulpianus, cæteris æqui amantiſſimus viſus, ardentius ingeſſiſſet. Sed Deo ulciſcente, haud ſero debitas pœnas dedit, quippe qui a Prætorianis militibus, qui eum noctu invaſerunt (ut auctor eſt Dio *d*) occiſus fuit. Quo modo autem Calliſtus Papa & alii plerique, Ulpiano atque ſociis Urbem adminiſtrantibus (quatuordecim (*e*) enim viri cum Urbis Præfecto rebus Urbanis præpoſiti erant) interfici juſſi ſint, dicemus anno ſequenti.

(d) *Dio in Alexandro.*

(e) *Lampr. in Alex.*

V. Alexandri Imperium nequaquam ſine ſanguine.

Sed illud hic interea elucidandum, quod pertinet ad Alexandrum Imperatorem, de quo Herodianus (*f*) ait, annos quatuordecim quibus regnavit, deduxiſſe Imperium ſine ſanguine: certe mendacii ipſum Lampridius (*g*) arguit, dicens: *Hujus Imperium incruentum quidam litteris tradiderunt; quod contra eſt: nam & Severus appellatus eſt a militibus propter auſteritatem: & in animadverſionibus aſper in quibuſdam fuit.* Hæc ipſe. Sed nec etiam dici poteſt, ob id ἀναίματον, incruentum ejus Imperium eſſe dictum, ut vult, quod Senatorem nullum occiderit: nam conſtat, eodem auctore Lampridio, eum occidi juſſiſſe Ovinium Camillum ampliſſimum Senatorem, tyrannydem affectantem. Sed & Mamæa ſanguinaria ejuſdem Herodiani ſententia habenda eſt, quæ patrem uxoris Alexandri clariſſimum virum inique admodum occidi mandavit, ejuſque filiam Alexandri conjugem in Africam relegavit, ne Auguſtæ nomen illa ſibi vendicante, ipſa contemptui haberetur.

(f) *Herod.* 6.

(g) *Lampr. in Alex.*

VI. Mamæa in deterius mutata.

Ipſa enim Mamæa ejus mater jam a priſtina illa optima morum inſtitutione ex Chriſtianorum conſuetudine comparata, poſt collatum Imperium filio viſa eſt deſciviſſe: nam præter hæc quæ dicta ſunt, ab omnibus hiſtoricis avaritia infamatur. Inter alia enim de ea Lampridius: *Mulier ſancta, ſed avara, & auri atque argenti cupida.* Sed ejus avaritiæ occaſione concitatos eſſe milites in filium, ut eum occiderent, tum ipſe, tum alii tradunt. Hæc autem neceſſario a nobis præmittenda fuerunt, ne commentum putetur, quod dicemus aliquot Romæ martyres ſub Alexandro eſſe paſſos; licet de eo tradat Lampridius, permiſiſſe Chriſtianos eſſe. Cum alioqui & ex his augurari liceat, Chriſtianis faceſſitum eſſe Romæ negotium; ſiqui-

ſiquidem cum antea ſub Antonino Caracalla, ſub Macrino, necnon ſub Elagabalo quiete agere permiſſi fuiſſent Chriſtiani; quod Alexander denuo paſſus dicatur eſſe Chriſtianos, aliquam vexationem tunc interceſſiſſe, auctor ſignificare videtur.

JESU CHRISTI ANNUS 226. CALLISTI PAP. ANNUS 6. ALEXANDRI IMP. ANNUS 3.

I. Calliſti Papæ martyrium.

ANno Domini ducenteſimo vigeſimoſexto, Juliano & Criſpino Coſſ. pridie Idus Octobris, Calliſtus Papa martyrio coronatur, cum ſediſſet annos quinque, menſem unum, & dies duodecim. In hunc uſque annum eum perveniſſe, Euſebii Chronicon admonet, qui de eodem quoque numero annorum, tum ibi, tum in hiſtoria fidem facit: ſub Alexandro paſſum eſſe, cum acta ejus martyrii, tum Martyrologia omnia aſſeverant: in Romano enim hæc de Calliſto ſcripta habentur, cui cætera aſſentiunt: *Romæ, Via Aurelia, natalis beati Calliſti Papæ & martyris, qui Alexandri Imperatoris juſſu diutius fame in carcere cruciatus, & quotidie fuſtibus cæſus, tandem e feneſtra domus, in qua cuſtodiebatur, præcipitatus, atque in puteum demerſus, victoriæ triumphum promeruit.* Extat adhuc ipſa domus in eccleſiam feliciter converſa, in qua & ipſe cernitur puteus, in quem dejectus eſt Sanctus.

II. Extant ejus paſſionis Acta, haud tamen in omnibus ſincera; non enim probantur quæ in eis habentur promulgata ab Alexandro adverſus Chriſtianos edicta, indictamque ab ipſo adverſus eos perſecutionem fuiſſe. Repugnant enim his non ſolum quæ ex Lampridio ſuperius recitavimus, ſed & quæ ſcripta ſunt ab antiquis Chriſtianarum rerum ſcriptoribus; qui omnes æque affirmant, nullam ſub Alexandro excitatam in Eccleſia perſecutionem. Quamobrem contenti erimus hic ea tantummodo recitare, quæ ſummatim collecta (a) habentur in antiquis tabulis Eccleſiaſticis deſcripta, in quibus hæc de aliis martyribus notata leguntur, quæ ut vera accepta, fuſius in iiſdem Actis tractantur: *Romæ beati Calepodii presbyteri & martyris, quem Alexander Imperator gladio fecit occidi, & corpus ejus per civitatem trahi, atque in Tiberim jactari; quod inventum Calliſtus Papa ſepelivit.*

(a) *Martyrol. Roman. die 10. Maji.*

Martyres Romæ paſſi ſub Alexandro.

III. Quod vero tum hic Calepodius, tum alibi alii complures gladio cæſi reperiantur, & non ſecuri; id majoris ignominiæ cauſa fieri ſolitum videri poteſt: ſiquidem Conſulum & Proconſulum ſecures erant;

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 977. Olymp. 250. an.4. A. C.224.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5717.

☉ 9. DC. ☽ 16. P.28. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 224. *ſecund. Baronium* 226.

URBANI PAPÆ 3.

ALEXANDRI IMP. 3.

I. *Conſules.*

[1] AD num.I. Coſſ. *Julianus II. & Criſpinus*, ex Card. Noriſio in Epiſt. Conſulari, ubi Inſcriptionem refert, & varia Codicis Juſtinianei Reſcripta citat, in quibus *Julianus* cum nota numerali effertur. His adde Faſtos Græcos Theonis, in quibus *Julianus* dicitur Conſul II. quia primorum Imperii annorum Conſulatus honorificentiores erant, vel in propinquos Imperatorum, vel in Perſonas illuſtriores, ac jam ea dignitate exornatas, de more conferebantur.

II. *Calliſti PP. obitus.*

[2] *Calliſtus* Papa anno ducenteſimo viceſimo ſecundo ad Deum migravit. In Chronico enim Damaſi legitur: *Calliſtus annos quinque, menſes duos, dies decem. Fuit temporibus Macrini, & Heliogabali, a Conſulatu Antonini & Adventi, uſque Antonino III. & Alexandro.* Quæ totidem verbis Cuſpinianus in Faſtis habet. Pontificatum inierat Calliſtus die decima octava menſis Julii anni Chriſti CCXVII. Præſentis & Extricati Conſulatu notati. Quare ſedit annos quinque, menſes duos, dies decem, dieque Sabbati ordinatus fuerat. Dies enim

---

NOTÆ [1] COſſ. *Julianus II. & Criſpinus.* Fabrettus Inſcript. pag.695. n.260. ex quo Noriſius in Epiſtola conſulari:

JULIANO. II. ET. CRISP.....
COS.

Prænomina latent. Faſti Idatiani: *Fabiano* & *Criſpino*. Vindebonenſes, Proſperi Chronicon, & Bucherii laterculus: *Juliano & Criſpino.*

[2] SI Euſebii Chronicon, ejuſque Hiſtoriam ſequimur, *Calliſtus*, ſeu *Calixtus* Eccleſiæ regimen ſuſcepit, *Helagabalo* in Macrini demortui locum ſuffecto. Ex quo arguit Couſtantius in epiſt. Romanorum Pontificum pag. 114. *Calliſtum* electum circa initium A. D. 219. ac quinquennio Pontificatus nondum penitus elapſo, martyrium adeptum die XIV. *Octobris* A. D. 223. Bucherianus Catalogus, ut & liber Pontificalis, in annis & menſibus deſignandis Pontificatus *Calliſti* minime ſibi cohærent.

rant: gladius vero etiam inferioris ordinis judicum: Prætorum enim gladius erat inſigne (a). Nam Spartianus in Geta de Antonino Caracalla teſtatur, improbaſſe, quod Papinianus, quem occidi juſſerat, ſecuri percuſſus eſſet, & non gladio. At de aliis quoque martyribus hæc ibidem ſunt poſita: *Decollatus eſt etiam Palmatius * Conſul una cum uxore & filiis & aliis promiſcui ſexus quadragintaduobus de domo ſua: Simplicius quoque Senator cum uxore, & ſexagintaocto de familia ſua; item & Felix cum uxore ſua Blanda, quorum capita ſuſpenſa ſunt per diverſas Urbis portas ad exemplum Chriſtianorum.* Hæc ibi. Erant hi omnes Calliſti opera nuper ad Chriſtum converſi. His adnumerandus quoque Privatus martyr, cujus dies natalis quarto Kalendas Octobris his verbis deſcriptus habetur: *Romæ ſancti Privati martyris, qui ulceribus plenus, a beato Calliſto Papa ſanatus, inde ob Chriſti fidem ſub Alexandro Imperatore plumbatis cæſus eſt uſque ad mortem.* Addendus his & Aſterius, de quo agitur duodecimo Kalendas Novembris in hæc verba: *Apud Oſtia Tiberina S. Aſterii presbyteri & martyris, qui (ut in paſſione beati Calliſti legitur) ſub Alexandro Imperatore paſſus eſt.*

(a) *Sigon. de Jud. l. 1. c. 7.*

Alii martyres Romæ paſſi.

* *al. Conſularis.*

IV. Ulpianus perſecutor Chriſtianorum.

Porro harum omnium martyrum cladium artifices fuerunt Juris illi conſultiſſimi, quibus Urbis cura fuerat demandata, & (ut reor) præcipuus architectus Domitius Ulpianus: nam in die natali quorumdam aliorum martyrum nomen ejus, ut perſecutoris, inſigniter notatur (b), ubi agitur de ſanctis martyribus Quiriaco Epiſcopo Oſtienſi & ſociis, de quibus ſuo loco dicemus, qui paſſi habentur ſub Ulpiano Præfecto, tempore Alexandri. Eodem etiam modo, qui dicuntur jubente Alexandro fuiſſe occidi juſſi, ſic id accipiendum, quod quicquid hi feciſſent, Imperatoris nomine atque auctoritate ſe egiſſe jactarent. Iiſdem quoque jura adminiſtrantibus, paſſam credimus Romæ Tatianam, de qua hæc in tabulis Eccleſiaſticis: *Romæ ſanctæ (c) Tatianæ martyris, quæ ſub Alexandro Imperatore uncis atque pectinibus laniata, beſtiis expoſita, & in ignem projecta, ſed nihil læſa, gladio percuſſa, migravit in cælum.* Quandiu enim Ulpianus vixit, Chriſtianos Romæ afflictatos eſſe, tum ex iis, tum ex aliis martyribus qui poſtea paſſi ſunt, jure affirmari poſſe videtur.

(b) *Martyrol. die 26. Auguſt.*

(c) *Ibid. die 12. Januar.*

V. Leges Ethnicorum cur Chriſtianis receptæ.

Sed videas in his plane ſanctæ Eccleſiæ admirabilem in cunctis rebus diſponendis cum pietate manſuetudinem; quæ licet optime ſciret, ſe ejuſmodi Juriſconſultos habuiſſe olim infenſiſſimos hoſtes; ea tamen quæ ab illis ſcripta eſſent rationi conſentientia ac veritati, minime ſpreverit, ſed interdum in cauſis adjudicandis uſa iiſdem fuerit: quippe quæ veritatis ſtudioſiſſima, penes quemcumque illam invenerit, eamdem ut amicam ſibi conjunxerit, atque ut propriam vendicarit. Et ut taceam de Chriſtiano Principe Juſtiniano, ex dictis omnibus atque aliis Juriſconſultis atque Gentilibus Imperatoribus omne jus vetus enucleante, ordine diſponente, illudque obſervandum cunctis ſibi ſubditis præſcribente; ipſe S. Gregorius (d) Papa citat textum Papiniani (e), qui fuit unus ex iis, & magiſter eorum, qui in Chriſtianos parum æqui, hoc ipſo tempore ſub Alexandro Romanam Rempublicam adminiſtrabant. Qua etiam ratione & Diocletiani, & aliorum Principum, qui extiterunt Chriſtianorum acerbiſſimi hoſtes, aliquando reſcriptis vel edictis utuntur qui in eadem Eccleſia ſunt Fideles; ut plane appareat, ei in illis tantummodo diſplicuiſſe perfidiam & impietatem, & e contra veritatem ac recti rationem in hoſtibus etiam amaſſe, atque ſecutam eſſe.

(d) *Greg. l. 18. epiſt. 54.*

(e) *l. famoſi. §. hoc tamen. ff. ad legem Jul. majeſt.*

VI. Calliſti reliquæ res geſtæ.

Sed ut ad Calliſtum jam revertamur, hæc de eo habentur in libro de Romanis Pontificibus: *Hic conſtituit jejunium ter in anno fieri, frumenti, vini, & olei gratia, ſecundum prophetiam.* Puto legendum, quater in anno; nam prophetia, quam citat, Zachariæ (f) eſt monentis, quater in anno jejunium eſſe celebrandum; quod quidem ex Apoſtolica traditione manaſſe diximus, dum de jejunii traditionibus ſuperius pluribus actum eſt. adeo ut non ſit

(f) *Zach. 8.*

PAGIUS. enim mortis aſſumitur a Papebrocio in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogum Pontificum Romanorum, ex Actis, in quibus dicitur, quod corpore Sancti in puteum præcipitato, *poſt dies decem & ſeptem veniens Aſterius cum Clericis noctu ad puteum, levavit corpus B. Calliſti Epiſcopi, & ſepelivit in Cœmeterio Calepodii via Aurelia, pridie Idus Octobris.* Subdit Papebrocius, hanc cauſam eſſe ipſum tali die colendi, & inſcribendi Hieronymiano Martyrologio his verbis: *Romæ via Aurelia in Cœmeterio Calepodii, Calliſti Epiſcopi: ſed propter hoc nos formidare non debere, ne aliorum etiam, quorum Acta non extant, dies notati in dicto Martyrologio, non ſint vere mortuales.* At peram. Si enim in Martyrologio Hieronymiano dies obitualis Calliſti notaretur, non ad diem XIV. Octobris, ſed ad diem XXVIII. Septembris S. Calliſti Depoſitio memoraretur; cum eo die martyrii gloria coronatus, & die XIV. Octobris terræ mandatus fuerit. Ex hoc itaque aliiſque locis paſſim referendis liquet, in Martyrologio Hieronymiano non ſemper diem mortis notari, quod valde obſervandum. Nam Papebrocius dies in eo inſcriptos de Pontificum Natalibus ſemper explicandos exiſtimans, *Zephyrini* mortem ad diem XX. Decembris anni CCXVII. diſtulit, & *Calliſtum* ab eo Vicarium menſe Julio illius anni renuntiatum ſcribere coactus eſt; qui tamen Cal-

ſit dicendus ejuſmodi jejunii Calliſtus primus inſtitutor, ſed qui reſcriptis mandarit quod pia traditione prius a Fidelibus ſervaretur. At ſubditur: *Hic ſepultus in cœmeterio Calepodii, Via Aurelia, milliario tertio, pridie Idus Octobris. Hic fecit Eccleſiam ſanctæ Mariæ trans Tiberim. Hic fecit aliud cœmeterium Via Appia, ubi multi ſacerdotes & martyres requieſcunt, quod appellatur uſque in hodiernam diem cœmeterium Calliſti. Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, presbyteros ſexdecim, diaconos quatuor, Epiſcopos per diverſa loca octo:* hucuſque ibi.

VII. De cœmeteriis.

At quoniam frequens incidit mentio de cœmeteriis, ut modo de duobus, Calepodii & Calliſti; operæpretium ducimus hic de cœmeteriis agere, quæ in Romanæ civitatis ſuburbiis & ipſo agro Romano fuiſſe reperimus. Et in primis liquet lege Duodecim tabularum (*a*) vetitum fuiſſe defunctum intra mœnia ſepelire; quamvis Spartani (*b*), inſtituente Licurgo, intra civitatem juxta templa ſepulcra fieri voluiſſent. Romæ autem etſi omnes extra Urbem ſepeliri ſolerent; qui tamen triumphum egiſſent (ut auctor eſt Plutarchus *c*) intra Urbem poterant ſepeliri. Cogebantur his legibus Chriſtiani etiam ſuos mortuos extra mœnia ſepelire, niſi forte quis clanculum (quod ſæpius accidit) cadaver martyris ſuſtuliſſet, ac in domo propria ſepeliſſet: quam quidem legem uſu contrario antiquatam Theodoricus Rex Italiæ (*d*) reſtituit, ſed Leo (*e*) Auguſtus poſtea penitus abrogavit.

(a) Cicer. de leg. l. 2.
(b) Plutarch. in Apophtheg. Laconic.
(c) Plutarch. in Problem. Rom. quæſt. 79.
(d) Apud Caſſiod. c. 111.
(e) Leo Philoſoph. Imp. conſt. 53.

VIII. Mos Chriſtianorum in ſepeliendis mortuis.

Rurſum vero nequaquam more Gentilium Chriſtiani cremabant corpora defunctorum, ſed unguentis delibuta condiebant, ſicque pollincta in eadem loca cum cæteris deferebant; quæ modo cœmeteria, interdum areæ, tumbæ, catatumbæ, ſeu catacumbæ, vel cryptæ arenariæ, ex loci natura nomine comparato, dici conſueverunt, ſed cœmeterium uſitatius: hoc nempe nomine illa loca dicentes, quod fides doceret, Chriſtianos non mori, ſed rurſus excitandos (*f*) interea in Domino obdormire. Ex Hebræis namque accepta videtur ejuſmodi conſuetudo ſepeliendi mortuos in cryptis loculis in eiſdem excavatis: ad hoc namque opus pater credentium Abraham ab Ephron ſpeluncam duplicem emit (*g*). In interiori quoque ſpelunca diximus fuiſſe ſepulcrum Domini exciſum in petra (*h*). Eſt de eadem conſuetudine recentior memoria apud Epiphanium (*i*) hæc dicentem: *Abducunt miſerum adoleſcentem poſt occaſum Solis in propinquas tumbas, ſepulcra autem ſic appellantur, ſpeluncæ videlicet in petris effoſſæ, ac conſtructæ.* Delectæ ſunt ad hoc opus a Chriſtianis Romæ agentibus arenariæ cryptæ, de quibus ſuperius dictum eſt, ad eum uſum admodum accommodatæ, quarum nomina hic ex Vaticanis tabulis ſubjicere operæpretium exiſtimamus.

(f) Minut. Felix in Oct. & Tertull. de Coron. mil. & alii.
(g) Gen. 23.
(h) Matt. 27.
(i) Epiphan. hær. 30.

IX. Cœmeteria Urbis.

Præter cœmeteria duo, Calliſti & Calepodii, quorum hic mentio eſt, illud fuit cum primis nobiliſſimum poſitum in Vaticano, in quo S. Petri & aliorum plurium ſummorum Pontificum corpora condita ſunt; aliud Oſtianum Via Salaria, in quo idem S. Petrus dicitur baptizaſſe, cujus mentio eſt in Actis Liberii Papæ; quintum ad Nymphas dictum Via Numentana, in prædio Severæ, ſeptimo ab Urbe lapide; ſextum Soteris nominatum, haud longe a cœmeterio Calliſti; juxta quod etiam ſeptimum ſitum erat cœmeterium Zephyrini; octavum Prætextati Via Appia: nonum Pontiani; Cyriacæ matronæ decimum in agro Verano; undecimum Lucinæ Via Aurelia; duodecimum Aproniani Via Latina; decimumtertium Felicis Papæ Via Aurelia ſecundo ab Urbe lapide; decimumquartum Priſcillæ Via Salaria tertio ab Urbe lapide juxta cryptam ſancti Creſcentionis; quintum decimum Timothei Via Oſtienſi in loco, ubi nunc eſt baſilica S. Pauli; decimum ſextum Novellæ dictum Via Salaria; decimumſeptimum S. Balbinæ inter Viam Appiam & Ardeatinam, idemque nominatum Marci Papæ; inſuper cœmeterium Julii Via Flaminia; aliud ejuſdem nominis Via Aurelia; rurſus aliud ejuſdem quoque nominis Via Portuenſi, quod numeratur vigeſimum; rurſum

PAGIUS

Calliſti Vicariatus ſuppoſititius, & Zephyrini obitus ante finem Decembris anni CCXVII. omnino conſignandus. In Indiculo Depoſitionis Martyrum apud Bucherium lib. de Doct. Temp. menſe Octobri legitur: *Pridie Idus, Calliſtus, in via Aurelia, milliario III.* Quare, eum die XIV. menſis Octobris ſepultum eſſe, certum. In antiquo Kalendario a Frontone publicato legitur: *XIV. die menſis Octobris Nat. S. Caliſti Pontificis.* Eum tamen martyrio coronatum fuiſſe ex laudato Libello Bucheriano conſtat. Quare ex eo quod in aliquibus Martyrologiis Sanctus aliquis dicitur Epiſcopus, vel Pontifex, eum Martyrem non fuiſſe, inde deduci non poteſt. Poſt ejus obitum vacavit Sedes *dies quinque*, ut legitur in auctiori Chronico veterum Pontificum: ſed incertum, an quinque dies illos a die emortuali Calliſti, vel a die quo ſepultus eſt, illius Chronici Auctor auſpicetur. Quidquid ſit, Urbanus menſe Octobri Calliſto ſucceſſit.

III. *Decretales Calliſti.*

Decretales duæ Calliſto attribuuntur, quæ a Viris doctis inter ſuppoſititias numerantur. Prior incipit cum verbis Gelaſii epiſt. 9. *Fraternitatis amore conſtringimur, & Apoſtolico*, &c. habetque varia loca ex Proſpero, Ambroſio, Leone I. Concilio Romano ſub Symmacho, aliiſque deſumta. Poſterior data eſt ad omnes Galliarum Epiſcopos, incipitque cum verbis Simplicii Papæ epiſt. 1. *Plurimorum relatu comperimus*, &c.

ſum cœmeterium Damaſi inter Viam Ardeatinam & Appiam; vigeſimumſecundum vero quod dicebatur Anaſtaſii Papæ tempore pacis intra Urbem in Exquilino factum; vigeſimumtertium Hermetis; aliud Nicomedis Via Ardeatina; vigeſimumquintum ſanctæ Agnetis Via Nomentana; vigeſimum ſextum ſanctæ Felicitatis Via Salaria; vigeſimumſeptimum dictum Jordanorum; vigeſimumoctavum Nerei; Sanctorum Felicis & Adaucti undetrigeſimum: trigeſimum vero Tiburtii & Valeriani, XXXI. ſanctorum Petri & Marcellini Via Lavicana; XXXII. Marci & Marcelliani: quod ſequitur XXXIII. dictum Quarti & Quinti: itemque illud ſanctæ Agathæ Via Aurelia; XXXV. cœmeterium Urſi: & aliud quod dictum eſt Cardianum; trigeſimum vero ſeptimum dictum eſt, Inter duas lauros; trigeſimumoctavum ad Clivum Cucumeris Via Salaria; cœmeterium vero Thraſonis ad ſanctum Saturninum ponitur trigeſimumnonum; quadrageſimum vero Cyriaci Via Oſtienſi; quadrageſimumprimum Petronillæ; quadrageſimumſecundum Januarii; denique quadrageſimumtertium Simplicii & Serviliani. Quorum omnium fit mentio in libro de Romanis Pontificibus, & aliis in locis. Qualia autem eſſe ſolerent ejuſmodi cœmeteria, alia occaſione ſupra meminimus, deſcripſimuſque paucis, quod inſpeximus, cœmeterium Priſcillæ poſitum Via Salaria, quale & eſſe reperimus nuper cœmeterium Callisti.

X. Chriſtiani frequentes ad cœmeteria.

Antiquitus autem, cum in eis eſſent corpora ſanctorum martyrum, frequenti cœtu a Fidelibus viſitari conſueviſſe cœmeteria, multa ſunt quæ aperte demonſtrent, & in primis illud, quod edictis Imperatorum ab eis Chriſtiani (ut ſcribit Euſebius *a*) arcerentur: reddita vero Eccleſiæ pace, eadem frequentare loca permitterentur. S. Hieronymus (*b*) vero de ſe ipſo cœmeteria quolibet die Dominico viſitante hæc ſcribit: *Dum eſſem Romæ puer, & liberalibus ſtudiis erudirer, ſolebam cum cæteris ejuſdem ætatis & propoſiti diebus Dominicis ſepulcra Apoſtolorum & martyrum circumire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defoſſæ ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora ſepultorum: & ita obſcura ſunt omnia, ut propemodum illud propheticum (c) compleatur: Deſcendant in infernum viventes: & raro deſuper lumen admiſſum horrorem temperet tenebrarum, ut non tam feneſtram, quam foramen demiſſi luminis putes: rurſumque pedetentim acceditur, & cæca nocte circumdatis illud Virgilianum proponitur:*

Horror ubique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent.

hucuſque Hieronymus.

(*a*) Euſeb. lib.7. cap. 10. & 11.
(*b*) Hieronym. in Ezech. c.40.
(*c*) Pſal. 54.

XI.

Sed & Prudentius (*d*) dum agit de cœmeterio Cyriacæ in agro Verano poſito (quod quale quantumve eſſet, patefacto recens aditu ex ea parte ubi erat Eccleſia S. Hippolyti, hodie inſpicere licet) hæc habet his verſibus:

Haud procul extremo culta ad pomœria vallo
Merſa latebroſis crypta patet foveis.
Hujus in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per anfractus, luce latente, docet.
Primas namque fores ſummo tenus intrat hiatu,
Illuſtratque dies limina veſtibuli.
Inde ubi progreſſu facili nigreſcere viſa eſt
Nox obſcura, loci per ſpecus ambiguum:
Occurrunt cæſis immenſa foramina tectis,
Quæ jaciunt claros antra ſuper radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde receſſus
Arcta ſub umbroſis atria porticibus:
Attamen exciſi ſubter cava viſcera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur abſentis per ſubterranea Solis
Cernere fulgorem, luminibuſque frui.

Et inferius de frequentia illuc accedentium tunc ad corpus ſancti Hippolyti ibi poſitum, de quo agit, hæc addit:

Mane ſalutatum concurritur: omnis adorat
Pubes: eunt, redeunt, Solis ad uſque obitum.

(*d*) Prudent. hym. 11.

Ceſſarunt autem Fidelium ſtudia in cœmeteriis adeundis, poſtquam ea quæ ibi ſita erant corpora ſanctorum martyrum intra Urbem ſunt delata, & in diverſis Eccleſiis honorificentius collocata.

XII. Quando cœpti fideles in Eccleſiis ſepeliri.

Sed & accidit, ut ſicut majorum conſuetudine, etſi non iiſdem ſepulcris, in eiſdem tamen cœmeteriis ſepeliebantur aliorum quoque corpora Chriſtianorum: ſic tranſlatis jam ſub Chriſtianis Imperatoribus ſanctorum martyrum reliquiis in Eccleſias intra civitates poſitas, in eiſdem etiam aliorum Fidelium corpora cœpta ſint ſepeliri; quod eos doceret pietas, meritis ſanctorum martyrum adjuvari animas defunctorum. Nam & ſanctus Maximus ait (*e*): *Ideo hoc a majoribus proviſum eſt, ut ſanctorum oſſibus noſtra corpora ſociemus; ut dum illos tartarus metuit, nos pœna non tangat; dum illis Chriſtus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum ſanctis ergo martyribus quieſcentes, evadimus inferni tenebras eorum propriis meritis, attamen conſocii ſanctitate.* Hæc Maximus. Eodem quoque conſilio ſanctus Ambroſius prope ſanctos Martyres voluit ſepeliri. Sed hæc pluribus Auguſtinus (*f*); nos vero alia occaſione inferius de his fuſius quarto Annalium tomo dicturi ſumus, quæ

(*e*) Maxim. ſerm. in natal. SS. Oct. Advent. & Solut.
(*f*) Aug. de Cura agend. pro mort.

quæ hic attigimus obiter. Sed quod ad res poſt Calliſti obitum geſtas pertinet; in eodem libro de Romanis Pontificibus habetur, vacaſſe ſedem poſt obitum Calliſti diebus ſex; ſicque vigeſima prima die Octobris ſubſtituitur ei Urbanus Romanus, natus patre Pontiano. Urbanus Papa.

JESU CHRISTI ANNUS 227. | URBANI PAP. ANNUS 1. | ALEXANDRI IMP. ANNUS 4.

I. Reſtituitur ab Alex. Imp. Status optimus Reip.

Chriſti annus ducenteſimus vigeſimusſeptimus in Faſtis notatur Conſulibus Dextero atque Rufo: quo Alexander auſpicatus annum quartum Imperii, compluribus legibus promulgatis reſtituere conatus eſt optimum Reipublicæ ſtatum, Elagabali moribus & inſtitutis penitus depravatum atque corruptum. Et inter alia, illa quorum Lampridius (*a*) meminit, dicens: *Lenonum vectigal & meretricum & exoletorum in ſacrum ærarium inferri vetuit, ſed ſumptibus publicis ad inſtaurationem Theatri, Circi, Amphitheatri, & Ærarii deputatis. Habuit in animo ut exoletos vetaret, quod poſtea Philippus fecit; ſed veritus eſt, ne prohibens publicum dedecus, in privatas cupiditates converteret, cum homines illicita magis poſtulent, prohibitaque furore proſequantur.* Hæc ipſe. Sed Principum Chriſtianorum ſcopis everrenda Urbs & Orbis pariter erat tot tantiſque ſordibus obſcœniſſimis; perfecit enim Conſtantinus, quod Philippus jam cœperat. Eſt de iis S. Hieronymi (*b*) ſententia alias ſuperius recitata, dicentis: *Inter ſcorta quoque in fornicibus ſpectaculorum pueri ſteterunt publicæ libidini expoſiti; donec ſub Conſtantino Imperatore Chriſti Evangelio coruſcante, & infidelitas univerſarum Gentium & turpitudo deleta eſt.* Sed de his alias.

(*a*) *Lamprid. in Alexand.*

(*b*) *Hier. in Iſa. cap. 2.*

II. Quæ dentur vitio Alexandro.

At cum multa alia ab Alexandro laude digna ſtatuta fuerint, illud certe reprehenſione non caruit, quod non tantum mathematicos & genethiliacos, quos complures antea Imperatores (ut auctor eſt Tacitus *c*) ex Urbe pepulerant, Romæ agere paſſus eſt, ſed & eos juſſit (quod teſta-

(*c*) *Tacit. lib. 17.*

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 978. Olymp. 251. an. 1. A.C. 225.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5718.

☉ 10. B. ☽ 17. P. 10. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 225. *ſecund. Baronium* 227.

URBANI PAPÆ 4.

ALEXANDRI IMP. 4.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Fuſcus II. & Dexter.* Priorem cum nota numerali efferendum eſſe, oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari, tam ex duabus Inſcriptionibus Gruterianis, quam ex variis reſcriptis Codicis Juſtinianei. Referunt quidem Onuphrius, ac Gruterus Inſcriptionem dicatam, *Dextro, M. Maecio Rufo Coſ.* Sed hic Conſul tantum ſuffectus fuit incerta anni parte, ut ibidem Card. Noriſius habet. In Faſtis Theonis *Fuſcus* cum numerali nota etiam profertur.

II. *Quinquennalia Imperii Cæſarei Alexandri.*

Alexander Imperii Cæſarei Quinquennalia dedit, ut ex ejus Decennalibus colligitur.

NOTÆ

[1] Coſſ. *Fuſcus II. & Dexter.* Gruterianæ inſcriptiones pag. IX. 2. & CXXI.

FUSCO. II. ET. DEXTRO. COS.

Sponius in Miſcellan. pag. 304.

L. TURPILIO. DEXTRO
ET PRISCO. COS.

Forte pro FUSCO.

Suffecti conſules putantur in anni parte, ſed an hoc anno incertum, *Turpilius Dexter, & M. Mæcius Rufus.* De quibus Gudiana inſcriptio.

DEDIC. XVI. KAL. MART.
L. TURPILIO. DEXTRO. M. MAECIO
RUFO. COS.

Jamdudum extabat Romæ in ædibus Cæſarinis. Alia item ex collectione Ligoriana apud Eminentiſſimum Card. Corradinum, Vet. Latii tom. I. pag. 383. HERCULI SAXANO &c.

DEDICAVIT. K. DECEMB.
L. TURPILIO. DEXTRO.
M. MAECIO. RUFO. COSS.

Vide Relandum in Faſtis hujus anni.

Faſti Idatiani: *Fuſciano & Dextro.* Vindebonenſes, Proſperi Chronicon, & Bucherii laterculus: *Fuſco & Dextro.*

CHRISTI 227. | URBANI PAP. 1. | ALEXANDRI IMP. 4.

(a) Lamprid. in Alexand. (b) Orig. in Jerem. hom. 7.

teſtatur (*a*) Lampridius) publice profiteri atque docere. Hinc illud Origenes (*b*): *Sunt autem Chaldæorum apothecæ, doctrinæ nativitatum*. Qui enim colebat inter cæteros (ut dictum eſt) Apollonium Tyanæum, his artibus addictum fuiſſe, facile poſſumus intelligere. Sed & de eo item Lampridius: *Aruſpicinæ quoque peritiſſimus fuit*, ὀρνεσκόπος *magnus, ut & Vaſcones & Hiſpanorum & Pannoniorum augures vicerit*. Sed de rebus atque inſtitutis Alexandri hactenus: qui vero plura cupit, Ethnicos hiſtoricos conſulat.

JESU CHRISTI ANNUS 228. | URBANI PAP. ANNUS 2. | ALEXANDRI IMP. ANNUS 5.

I. (c) Apud Sur. tom. 1. S. Martinæ martyrium. (d) Lamprid. in Alexand.

Anno ſequenti, ducenteſimo vigeſimooctavo, Alexandro Auguſto ſecundum & Marcello Coſſ. ipſis Kalendis Januariis, cum adhuc quartus Imperii Alexandri annus duraret (nam menſe Martio quintus cæptus eſt annus) S. Martina virgo Romæ paſſa eſt. Extant (*c*) ejus Acta apud nos, citata a nobis in Notationibus, quæ eam anno quarto Alexandri paſſam eſſe continent. Inſuper paſſos eſſe tradunt decimoſeptimo Kalendas Novembris decem & ſeptem milites, carnificinæ ſanctorum miniſtros, Martinæ opera ad Chriſtum converſos. Quod autem huic datum eſt crimini, ejus precibus templum Apollinis corruiſſe: jam terræmotus, & alias, quæ accidiſſent clades, a Gentilibus adſcribi ſolitas Chriſtianis, fuſius dictum eſt ſuperius. Conſtat his namque temporibus in Oriente quoque aliquot civitates terræmotu collapſas, quas Alexander (*d*) collata pecunia reſtituendas

---

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 979. Olymp. 251. an. 2. A. C. 226.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5719.

☉ 11. A. ☽ 18. P. 2. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 226. *ſecund. Baronium* 228.

URBANI PAPÆ 5.

ALEXANDRI IMP. 5.

I. Conſules. II.

[1] AD num. I. Coſſ. *Alexander Aug. II. & C. Quintilius Marcellus.*

Alexandri Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam, ob nempe Imperii ejus Auguſtei Quinquennalia, quorum indicium Thermæ Alexandrinæ hoc anno ædificatæ, ut oſtendit Alexandri Nummus, a Vaillantio V. C. tom. 2. fol. 134. recitatus, in cujus poſtica legitur: P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. Cernuntur Thermæ Alexandrinæ.

Quinquennalia Imperii Auguſtei Alexandri.

III. *Martyrium S. Martinæ Virginis.*

Sancta Martina virgo Romana, patre Conſulari nata, anno quarto Imperii Alexandri Severi, cum Deos Gentilium colere recuſaſſet, poſt varia ſupplicia in amphiteatro damnata fuit ad beſtias, a quibus cum non læderetur, in ardentem rogum injecta, tandemque capite plexa fuit, ut legitur in ejus Vita a Bollando ad diem primum Ja-

---

NOTÆ [1] *Coſſ. Alexander Aug. II. & C. Quintilius Marcellus.* Relandus ita ſcribit: *C. Marcellus Quintilianus II.* Nummus *Alexandri Severi* in Muſeo Theupolo pag. 598. cum TR. P. V. COS. II. Gruterus pag. LXXXIV. 5.

IMP. SE. AV.......
EX. IT. ET.......
MARCELLO. COS.

Fabrettus pag. 279. n. 170.

ALEXANDRO. AUG. II. ET. MARCELLO. II.
COS. DEDICATUM.
IN...PEREGRINO. ET. AURELIANO
COS. DIES.

Item n. 171.

EX. ALEXANDRI. AUG. II. ET. MARCELLI. II.
COS. IN. PEREGRINI. ET. AEMILIANI.
COS. DIES.

Gudiana inſcriptio.

IIII. ID. MART. IMP. CAES. M. AURELIO.
ALEXANDRO. SEVERO. PIO. AUG. II.
ET. C. MARCELLO. QUINTILIANO. COS.

Vulgares Faſti: *Alexandro II.* & *Marcello*.

das curavit. Cætera autem de S. Martinæ paſſione, ejus Acta declarant, in multis tamen emendanda.

II. Paſſus quoque reperitur temporibus Alexandri Julius miles in Myſia ſub Maximo Præſide, de quo hæc antiquæ tabulæ Eccleſiaſticæ (*a*) in anniverſaria die natalis ejus: *Doroſtori in Myſia paſſio beati Julii, qui tempore Alexandri Imperatoris, cum eſſet veteranus & emeritæ militiæ, comprehenſus ab officialibus, Maximo Præſidi offertur; quo præſente, cum idola execraretur, & Chriſti nomen ſanctiſſime confiteretur, capitali ſententia punitus eſt*. Hæc ibi. Martyrium ſubiit tunc quoque ibidem Heſychius, cujus dies natalis deſcriptus legitur decimaquinta Junii in hæc verba: *Doroſtori in Myſia ſancti Heſychii, qui cum beato Julio comprehenſus, ſub Maximo Præſide coronatus eſt*. Cur autem prehenderetur, ejuſmodi interceſſit, quæ ſic alibi (*b*) exprimitur cauſa: *Cum autem Julius ad paſſionem duceretur, Heſychius quidam miles Chriſtianus, ei amiciſſimus, dum ſe ejus orationibus commendaſſet, eumque oſculatus fuiſſet, a militibus tentus & ipſe poſt dies viginti paſſus eſt*. Quod ſpectat ad Maximum Præſidem, ſub quo hi duo martyres paſſi ſunt; fortaſſe hic ille Maximus Pupienus, qui in illis regionibus adverſus Sarmatas pugnavit feliciter, ac poſtea factus eſt Imperator, qui & Conſulatum geſſit anno ſequenti. At de reliquis martyribus ſub Alexandro, nimirum de iis qui Romæ paſſi ſunt, opportuniori loco inferius agemus. Nam aliis in locis haud facile eſt reperire martyres ſub Alexandro: ut manifeſte ex his appareat, non fuiſſe aliquo edicto perſecutionem indictam, ſed per eos quibus adminiſtratio Urbis credita erat, in Chriſtianos odio inflammatos, exagitatos eos fuiſſe qui in Urbe erant vel prope. Quinam vero fuerint ii judices, dictum eſt ſuperius.

Qui

Julius et Heſychius Martyres.

(*a*) *Martyrolog. Rom. 27. Maij.*

(*b*) *Catal. Sanct. lib. 5. cap. 56. & 119.*

PAGIUS

Januarii recitata. Ea quidem Vita, ut eam legentibus patet, ſerius ſcripta, ſed inventio Reliquiarum ejus, quæ anno MDCXXXIV. Romæ contigit, variaque quæ de hac ſancta Martyre loquuntur Martyrologia, ei fidem adſtruunt. Ejus corpus die XXV. menſis Octobris repertum fuit in crypta, ſive, ut vocant, Confeſſione Eccleſiæ ei olim dicatæ, cum Sanctorum Concordii, Epiphanii & Sociorum corporibus, quorum omnium nomina inſcripta erant in tabula marmorea. Eò venit Urbanus VIII. qui tunc Eccleſiæ Romanæ præerat, die XXVIII. menſis Novembris illius anni, cum aliquot Cardinalibus, multiſque utriuſque ordinis Proceribus. Colitur hodie ſancta Martina Officio Eccleſiaſtico in Breviario Romano die XXX. menſis Januarii.

IV. Tranſlatum hoc anno Parthorum Regnum ad Perſas; *Artaxerxes* enim Perſa Parthos tribus præliis ſuperavit, & *Artabanum* eorum Regem interfecit, ut docet Dio lib. 80. Agathias lib. 4. cap. 11. rei geſtæ tempus his verbis deſignat: *Artaxerxes annis octo & triginta ad quingentos poſt magni Alexandri Macedonis Principatum, quaternis poſt alterius Alexandri Mammæi Perſarum ſuſcepit Imperium*; ideoque currenti Chriſti anno, quo quartus Alexandri menſe Martio abſolutus eſt, & Kalendis Octobris annus Alexandreus, ſeu Seleucidarum quingenteſimus triceſimusoctavus auſpicatur. Quare Agathias menſes anni quinti Alexandri jam inchoati negligit, & *Artaxerxem* poſt menſem Septembrem regnare cœpiſſe indicat. Ejus tamen verba Scaligerum lib. 5. de Emendat. Temp. irretitum tenuere: ait enim duos in iis inſignes eſſe errores; cum tamen ipſemet erret, dum exiſtimat annos Seleucidarum Alexandreos ab initio Monarchiæ Alexandri M. deduci: deinde quod annos DXXXVIII. fluxiſſe putat ab initio Seleucidarum, ad quartum Alexandri Mammæi annum. Non enim animadverterat Scaliger, annos Seleucidarum plerumque etiam vocari annos a morte Alexandri, & Agathiam annum Alexandri quartum integrum numerare, menſeſque quinti in ſummam non conferre. Hæc epocha, quod res Romanæ & Eccleſiaſticæ Perſicis in poſterum non raro illigentur, valde obſervanda. Ex ea manifeſtum fit, erraſſe Euſebium in Chronico, qui primo Alexandri Imperatoris anno Perſas ab hoc Imperatore victos tradit; cum tamen ante præſentem annum Perſarum Regnum inſtitutum non fuerit.

Perſarum regni inſtitutio.

JESU CHRISTI ANNUS	URBANI PAP. ANNUS	ALEXANDRI IMP. ANNUS
229.	3.	6.

I. QUi ſequitur Chriſti annus ducenteſimus undetrigeſimus, adſcribitur Faſtis Conſulatu Balbini & Maximi, annum agente ſextum in Imperio Alexandro: quo Euſebius in Chronico hos recenſet ſcriptores Eccleſiaſticos, dicens: *Geminus presbyter Antiochenus, & Hippolytus & Beryllus Epiſcopus Boſtrenus Arabiæ, clari ſcriptores habentur.* Ut autem de ſingulis agamus, primum de Gemino hæc ſanctus Hieronymus (*a*): *Geminus Antiochenæ Eccleſiæ presbyter pauca ingenii ſui monumenta compoſuit, florens ſub Alexandro Principe, & Epiſcopo urbis ſuæ Zebeno, eo maxime tempore, quo Heraclas Alexandrinæ Eccleſiæ Pontifex ordinatus eſt:* quæ autem ab eo ſcripta ſunt, obſcura remanſerunt. Continebat horum omnium lucubrationes editas Hieroſolymitana Bibliotheca ab Alexandro collecta, de qua hæc Euſebius (*b*): *Per idem tempus complures Eccleſiaſtici viri eloquentiæ laude præſtantes floruerunt; quorum epiſtolas, quas alter alteri ſcripſerunt, adhuc reſervatas reperire licet; quæ etiam ad noſtram uſque ætatem in Ælia, id eſt, Hieroſolymorum Bibliotheca, quæ eſt ab Alexandro tunc illic Eccleſiam adminiſtrante exædificata, cuſtoditæ fuerunt. Ex qua Bibliotheca ipſi, ad opus quod habemus præ manibus, multa collegimus. In quorum diſertorum virorum numero eſt Beryllus Epiſcopus Boſtræ in Arabia, qui varios libellos ex optimis ſcriptoribus tamquam floſculos excerptos una cum epiſtolis & aliis operibus poſt ſe reliquit.*

Scriptores eccleſiaſtici hujus temporis.

(*a*) Hieronym. de Script. Eccleſ. in Gemino.

(*b*) Euſeb. lib. 6. cap. 2.

Quo modo autem hic in hæreſim lapſus per Origenem revocatus ſit, & de Synodo in Arabia contra eum collecta, hæc idem tradit Euſebius (*c*): *Beryllus Boſtrorum Arabiæ Epiſcopus, qui paulo ante demonſtratus eſt, quo Eccleſiaſticæ veritatis regulam perverteret, peregrinam quamdam & alienam a fide doctrinam in Eccleſiam introducere tentavit; auſus quidem temere aſſerere, Salvatorem & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum propria ſubſtantiæ circumſcriptione non ante fuiſſe, quam in humanam carnem migraret; neque propriam habuiſſe ex ſe divinitatem, ſed ſolam Patris in eo extitiſſe. Qua de re cum multi Epiſcopi in diſceptationem cum eo veniſſent, deque ejus errore graviter diſſeruiſſent; inter cæteros Origenes, a quibuſdam rogatus, primum cum eo in familiarem ſermonem & colloquium deſcendit, quaſi periculum facturus quid animi haberet, quidve ſententiæ. Ubi vero eum ſuam perverſam opinionem conſtanter affirmare intellexit, utpote haud recte de Chriſto* II.

(*c*) Euſeb. lib. 6. cap. 26.

De Beryllo lapſo in Hæreſim.

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 980. Olymp. 251. an. 3. A. C. 227.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5720.

☉ 12. G. ☽ 19. P. 22. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 227. *ſecund. Baronium* 229.

URBANI PAPÆ 6.

ALEXANDRI IMP. 6.

I. *Conſules*. [1] AD num. I. Coſſ. *M. Nummius Albinus*, & *Maximus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari, non vero Balbinus & Maximus, ut Onuphrius & Baronius habent. Balbinus enim cum Caracalla IV. Conſul II. fuit, conſtatque ex Capitolino cap. 7. de Vita ejuſdem, Balbinum fuiſſe *iterum* Conſulem, non vero *tertium*. Porro priorem hujus anni Conſulem *Albinum* dictum fuiſſe, ex duabus Inſcriptionibus, variiſque Codicis Juſtinianei reſcriptis oſtendit ibidem Noriſius.

II. Artaxerxes Perſarum Rex *irruit in Armeniam, ex qua pulſus ab incolis, Medijque nonnullis, & filiis Artabani, in fugam ſe conjecit, ut quidam putant. Nam alii ſe receſſiſſe aiunt, ut majores copias compararet. Hic igitur nobis formidoloſus fuit,*

Perſici belli initium.

NOTÆ [1] *COſſ. M. Nummius Albinus, & Maximus.* Relandus ſcribit: *L. Albinus, & Maximus Æmilius Æmilianus.* Reineſius Inſcript. pag. 514. ex quo Noriſius in epiſtola conſulari. ALBINO. ET MAXIMO. COS. XVII. KAL. SEPT.
Item pag. 465.

N. NUMMIO. ALBINO.
CONSULI. ORDINARIO. ITERUM.

Habetur & idem lapis apud Fabrettum pag. 100. num. 228. Nonnulli autem hunc lapidem ad A. D. 263. referendum putant.
Gudiana collectio.

PRO SALUTE. D. N. IMP. CAES. SEVERI
ALEXANDRI. PII. AUG. D. N. M.
Q. E. DEDICAVIT. ID. APR.
L. ALBINO. ET. MAXIMO. AEMILIO
AEMILIANO. COS.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Albino & Maximo.* In Proſpero quoque: *Aniano & Maximo.*

ſto ſentientem, confutavit; atque cum firmis rationibus perſuadendo, tum certa demonſtratione convincendo, eum ad vera de ea controverſia ſentiendum reduxit; atque adeo ad priſtinam ac ſanam de Chriſto & ejus divinitate opinionem, quam olim tenuiſſet, denuo reſtituit. Quædam monumenta a Beryllo ſcriptis prodita, cum decretis Synodi ejus cauſa convocatæ, ad noſtram ætatem reſervata ſunt, quæ non modo Origenis diſquiſitiones cum eo habitas, & diſputationes coram Eccleſia, quam regebat, celebratas, verum etiam quaſque res id temporis geſtas complectuntur. Hæc Euſebius. Quonam modo vero Eccleſia, quæ in Arabia erat, novis hæreticis emergentibus, iterum turbata ſit, & de altero conventu ibidem celebrato, cui etiam interfuit idem Origenes, ſuo loco dicemus.

III. De Hippolyto et ejus ſcriptis. Quod autem pertinet ad Hippolytum Epiſcopum ab Euſebio poſt Beryllum in hiſtoria (*a*) recenſitum, paulo inferius (*b*) numerat ipſius commentarios poſt canonem temporis, de quo ſuperius anno primo Alexandri actum eſt; aitque: *Cætera ejus ſcripta, quæ ad nos venerunt, hæc ſunt: In ſex dies commentarii: In ea quæ ſex dies ſequuntur: Contra Marcionem liber; In Canticum canticorum explanatio: In partes aliquot Ezechielis expoſitio: De Paſchate liber: Contra omnes hæreſes liber. Extant præterea nonnulla alia ejus monumenta, quæ apud alios conſervata invenias.* Hæc Euſebius. Addit his S. Hieronymus, commentarios in Iſaiam, in Danielem, in Zachariam, in Pſalmos, in Eccleſiaſten, de Saul & Pythoniſſa, de Antichriſto, de Reſurrectione, & πρὸς ὁμιλιῶν de laude Domini Salvatoris: in qua, præſente Origene, ſe loqui in eccleſia ſignificat. Hæc de Hippolyti lucubrationibus ipſe, qui & hæc ſubdit (*c*): *In hujus æmulationem Ambroſius, quem de Marcionis hæreſi ad veram doctrinam converſum diximus, cohortatus eſt Origenem in Scripturas commentarios ſcribere, præbens ei ſeptem & eo amplius notarios, eorumque expenſas, & his librariorum parem numerum; quodque his majus eſt, incredibili ſtudio ab eo quotidie opus exigens. Unde in quadam epiſtola* Ἐργοδιώκτην *eum Origenes vocat, nempe operis impulſorem.* Hucuſque Hieronymus de ſcriptis ejus: quæ ab Euſebio Origenis illius æmuli ſtudioſiſſimo doloſe exiſtimo prætermiſſa, cum de viro ejus temporis omnium clariſſimo jejune admodum agat; adeo ut etiam cujus ille Eccleſiæ Epiſcopus fuerit, obſcurum reliquerit, in Origenis tantum laudes effuſus. Quid vero de ejus Epiſcopatu litteris a majoribus commendatum reperiatur, hic intexere operæpretium exiſtimamus.

(*a*) Euſeb. lib. 6. cap. 14.

(*b*) Idem, eod. lib. cap. 16.

(*c*) Hieron. de Scrip. Eccl. in Hippol.

IV. De ſede Hippolyti primo in Arabia, deinde in portu Romano. Quod in primis pertinet ad Eccleſiam cui Epiſcopus præfuit; Gelaſius Papa, rerum antiquarum inſpector accuratiſſimus, in commentario, quem edidit de Duabus in Chriſto naturis adverſus Eutychen, cum eum citat, Metropolitanum Arabiæ nominat; eo enim titulo putamus inſcriptum fuiſſe nomen ipſius in eo, quod citat, volumine. Diſcipulum porro fuiſſe Clementis Alexandrini, ejuſque perſuaſione Romam ſe contuliſſe, alibi legimus. Nonnum vero fuiſſe cognominatum, Petrus Damiani ſcribens ad Nicolaum Romanum Pontificem tradit; additque ab eo, cum ageret in Oriente, pluſquam triginta millia Ethnicorum ad Chriſti fidem fuiſſe perducta. Sed quod eidem tribuit Pelagiæ famoſiſſimæ meretricis converſionem, conflaſſe eum cum alio Nonno, qui vixit temporibus Theodoſii Junioris, cujus illud memorabile factum fuit, certiſſimum eſt. Ipſum autem Romam advenientem, digne (ut par erat) acceptum a Romano Pontifice Calliſto (nam ante ipſum nulla extat de eo memoria) & ab eo Portuenſis Eccleſiæ Epiſcopatu donatum apparet; eo nimirum conſilio, ne tantum Epiſcopum, ſede alia obligatum, in Arabiam redeundi cura prioris commiſſi ſibi gregis impelleret: quem ut lateri ſemper inhærentem haberet, & in ambiguis conſultorem, creavit Epiſcopum Portuenſem, ſedem illi tribuens modicæ quidem curæ, ſed ampliſſimæ dignitatis, cujus Epiſcopus aſſiſtere ſoleret Romano Pontifici.

V. Quo tempore paſſus Hippolytus Portuenſ. Certe quidem magnæ exiſtimationis fuiſſe virum, ſtatua illa, qua ejus memoria illuſtrata tunc fuit, locuples teſtis eſt, de qua ſuperius actum. Ceterum abſque aliqua ambiguitate eum fuiſſe Epiſcopum Portuenſem, cum tabulæ Eccleſiaſticæ, tum ejus ac ſociorum martyrii Acta ſignificant; eodemque titulo Nicephorus (*d*) eumdem nominat, & alii pene innumeri recentiores. Paſſum autem non ſub Claudio (ut depravati codices habent) ſed ſub Alexandro, eædem Eccleſiaſticæ tabulæ reſtitutæ declarant (*e*): quod ex eo etiam evidentius redditur, quod Ulpiano Urbis Præfecto martyrio eſt vita functus (ut habet

(*d*) Niceph. l. 5. c. 15.

(*e*) Martyrol. Rom. die 22. Auguſt.

PAGIUS *fuit, quod maximis copiis, non modo Meſopotamiam invaderet, ſed etiam Syriam: minareturque ſe recuperaturum omnia, quæ Perſæ olim tenuiſſent uſque ad mare Græcum, quæque ad ſe propter Majores ſuos pertinerent,* inquit Dio lib. 80. cui cum Hiſtoriam ſuam uſque ad annum Chriſti CCXXIX. excluſive perducat, liquet, *Artaxerxem* hoc, vel ſequenti anno Romanos bello laceſſiviſſe; certe ante annum Chriſti CCXXIX. alioquin de hujus belli initio Dio neutiquam loqui potuiſſet. Male itaque illud ad finem Imperii Alexandri vulgaris opinio differt. Liquet ſecundo, Dionem de rebus in eo geſtis parum edoctum fuiſſe; cum in ea narratione ſolo rumore & fama innitatur.

habet codex ſcriptus) licet alicubi Ulpius pro Ulpiano legatur. Socii ejus ad Oſtia Tiberina paſſi ſunt, Quiriacus collega Epiſcopus Oſtienſis, Maximus preſbyter, Archelaus diaconus, & alii, qui (ut ſuperius dictum eſt) ſub Ulpiano Præfecto martyrium ſubiiſſe leguntur eorum (*a*) die natali, qui mox poſt Hippolytum, nempe ſequenti die, in Eccleſia peragi conſuevit, & poſtridie ſanctæ Aureæ virginis, quæ tamen ante Hippolytum paſſa eſt, cujus ipſe corpus a mari projectum in littus ſepultura donavit.

(*a*) *Martyrol. Rom. die 23. Auguſt.*

VI. Martyrium Hippolyti. Porro cum ejus, tum etiam Hippolyti & ſociorum plurium, eadem Acta, quæ S. Aureæ dicuntur, martyria continent; quorum omnium nomina, more majorum, in Martyrologium relata ſunt, ac in primis Hippolyti, hoc elogio (*b*): *In Portu Romano S. Hippolyti Epiſcopi eruditione clariſſimi, qui ſub Alexandro Imperatore ob præclaram fidei confeſſionem, manibus pedibuſque ligatis, in altam foveam aquis plenam præcipitatus martyrii palmam accepit; cujus corpus a Chriſtianis apud eumdem locum ſepultum fuit.* Videas ſanctiſſimum virum ſub eodem perſecutore, quo & Calliſtus Pontifex paſſus eſt, & eodem quo illum interitu martyrium conſummaſſe; nam & ille (ut dictum eſt) in puteum merſus fuit. Extat & inviſitur memoria olim celebris puteus ille, ſeu profunda fovea aquis plena, in qua ſanctus Hippolytus martyrii coronam accepit; modo autem frequentibus piratarum incurſionibus, diruta ejus Eccleſia, apparet ignobilis.

(*b*) *Idem 22. Auguſt.*

VII. Alii Martyres paſſi ſub Alex. De ejus vero ſociis hæc paulo inferius eadem die: *Item in Portu Romano ſanctorum martyrum Martialis, Saturnini, Epicteti, Maprilis, & Felicis, cum ſociis eorum*: poſtridie item: *Ad Oſtia Tiberina ſanctorum martyrum Quiriaci Epiſcopi, Maximi presbyteri, Archelai diaconi, & ſociorum, qui ſub Ulpiano Præfecto tempore Alexandri paſſi ſunt*: ac denique ſequenti die: *Apud Oſtia Tiberina ſanctæ Aureæ virginis & martyris, quæ ſaxo ad collum ligato, in mare demerſa eſt; cujus corpus ad littus ejectum beatus Nonnus ſepelivit.* Porro Nonnus erat illi cognomentum, quod idem eſt quod Monachus (*c*). Hæc autem omnia locupletius ſcripta leguntur in dictis ſanctæ Aureæ martyrii Actis, quæ mendis plena in multis eſſent reſtituenda.

(*c*) *Not. in Rom. Martyrol. die 5. Auguſt. m.*

VIII. Res Hippolyti ex diverſis ſcriptis. Legimus & alia eiſdem conſentientia Hippolyti martyris Acta ex nuper citatis (ut videri poteſt) ſummatim collecta; quorum eſt exordium: *Beatus Hippolytus, qui & Nonnus*, &c. in quibus ejus in Urbem adventus ea aſſeritur cauſa, ut limina Apoſtolorum inviſeret, & ſanctorum cœmeteria curioſe perquireret. Ad Oſtia Tiberina convocatum fuiſſe Hippolytum, eadem Acta tradunt: aderat enim Præſes eodem loco proximo (nam medius tantum Tiberis amnis interluit) illicque ſententiam mortis accepit. Unde & Prudentius (*d*) de eo agens:

(*d*) *Pruden. Periſteph. in Hippolyt. hym. 2.*

Siſtitur inſano Rectori, Chriſticolas tunc
Oſtia vexanti per Tiberina viros.
Illo namque die Roma ſeceſſerat, ipſos
Peſte ſuburbanos ut quateret populos.

IX. Tres Hippolyti Martyres. Sed quæ ſubdit, immanem ac ſævam nimis perſecutionem Romæ graſſatam demonſtrant; niſi quis putet ea adſcribenda potius temporibus Decii & Valeriani, quibus alii duo, quos recenſet in unum, Hippolyti paſſi ſunt; habet enim hos verſus:

Non contentus humum celſæ intra mœnia Romæ
Tingere juſtorum cædibus aſſiduis,
Janiculum cum jam madidum, Fora, Roſtra, Suburram
Cerneret eluvie ſanguinis affluere:
Protulerat rabiem Tyrrheni ad littoris oram,
Quæque loca æquoreus proxima Portus habet.

Hæc Prudentius; qui tamen errore lapſus tres in unum confundit Hippolytos, militem nempe paſſum ſub Valeriano, Epiſcopum ſub Alexandro, & presbyterum Antiochenum, olim Novatianum, martyrem ſub Decio Imperatore: quod plenius ac evidentius in noſtris Notationibus (*e*) demonſtravimus. Porro Hippolytum martyrii titulo citari conſueviſſe ab ipſo S. Hieronymo (*f*) & aliis, certum eſt.

(*e*) *Die 30. Jan. f.*
(*f*) *Hier. in Matt. Præf.*

X. Alia Hippolyti ſcripta. Sed quod pertinet ad alia ejus ſcripta, citatur a Theodoreto (*g*) Hippolyti martyris epiſtola ad Reginam quamdam (exiſtimo fuiſſe Mammæam Alexandri matrem) itemque oratio de duobus latronibus; necnon in illa verba (*h*), *Dominus paſcit me*; ſermo item in Helcanam & Annam; alius in principium Iſaiæ; liber de Diſtributione talentorum; oratio in magnum Canticum; ejuſdem interpretatio ſecundi Pſalmi; & oratio in Pſalmum viceſimumtertium. Citatur quoque a Gelaſio (*i*) Papa ejuſdem auctoris commentarius, cujus inſcriptio erat, Memoria hæreſum. Auctor eſt S. Epiphanius (*k*), eumdem quoque ſcripſiſſe adverſus Valentinianos. At maximo quidem totius Catholicæ Eccleſiæ detrimento atque jactura tot tantaque Orthodoxi ſcriptoris monumenta exciderunt, vixque unus ille de Antichriſto, ſeu de Judicio libellus ſuperfuit. At de Hippolyto hactenus; in quo utraque conveniunt, ut Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ ingens decus merito dici poſſit.

(*g*) *Theodor. dial. l. 3.*
(*h*) *Idem, eod. dial. l. 1.*
(*i*) *Gelaſ. Pap. lib. de duab. nat.*
(*k*) *Epiphan. hæreſ. 31.*

JESU CHRISTI ANNUS 230.	URBANI PAP. ANNUS 4.	ALEXANDRI IMP. ANNUS 7.

I. Zebinus Epiſcopus Antiochenus.

CHriſti Redemptoris noſtri anno ducenteſimo trigeſimo, Modeſto & Probo Coſſ. ſeptimo anno Alexandri Imperatoris, Philetus Epiſcopus Antiochenus, cum ſediſſet annos duodecim, ex hac vita ſublatus, ſucceſſorque eſt ei ſubrogatus Zebennus, alias Zebinus. Hæc Euſebius in Chronico; idemque in hiſtoria (*a*) de eodem agens, hoc tempore Origenem presbyterio initiatum, eſſe profectum in Græciam, affirmat, dicens: *Antiochenæ Eccleſiæ poſt Philetum miniſterium capeſſit Zebinus. Quibus temporibus Origenes neceſſitate cujuſdam negotii Eccleſiaſtici obeundi flagitante, in Græciam per Palæſtinam iter fecit, & Cæſareæ per manus impoſitionem Epiſcoporum, qui in illis partibus rexerunt Eccleſiam, munus ſuſcepit presbyterii.* Porro faceſſitum eſſe negotium ea de cauſa Origeni atque Epiſcopis ordinatoribus a Demetrio Epiſcopo Alexandrino, ſatis exploratum habetur; tunc enim Demetrius iis, qui Origenem ordinaverant, de perperam facta ab ipſis ordinatione querelam ingerens, quod de abſciſſione ejus fortaſſe paucis innotuiſſet, palam facere neceſſe putavit; quod quidem Euſebius narrat his verbis (*b*):

(*a*) *Euſeb. lib.6. cap.* 17.

(*b*) *Euſeb. lib.6. cap.* 7.

II. Demetrius quid in ordinatores Origenis.

Non longo temporis ſpatio poſt idem cum Demetrius Origenem, proſpere & feliciter rem gerentem, & magno ſplendore famæque celebritate prædicatum apud omnes animadverteret; ardore quodam æmulationis (ut eſt captus hominum) incenſus, apud Epiſcopos totius Orbis eum, tamquam abſurdiſſimi facinoris reum, per litteras notare tentabat. Et quoniam Theoctiſtus Cæſareæ Epiſcopus, & Alexander Hieroſolymorum, ſpectati in primis & præſtantes præ cæteris Palæſtinæ Epiſcopis, ampliſſi-

---

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5721.

SÆC. III. Anno Urbis 981. Olymp. 251. an.4. A.C. 228.

☉ 13. FE. ☽ 1. P.6. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 228. *ſecundum Baronium* 230.

URBANI PAPÆ 7.

ALEXANDRI IMP. 7.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Ti. Manilius Modeſtus, & Sergius Calpurnius Probus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari.

II. *Antiochenorum Epiſcoporum ſucceſſio.*

Zebennus Epiſcopus Antiochenus anno tantum ſequenti Pontificatum iniit. Euſebius enim in Chronico ſecundum editionem Pontacenam ejus initium illigat cum anno Abrahami 2245. qui Kalendis Octobris currentis Chriſti anni inchoatur. Cum vero Philetus Zebenni deceſſor anno ſequenti adhuc in vivis fuerit, non dubium, quin Euſebius de poſteriori anni Abrahamitici parte intelligendus ſit. Marianus Scotus in Chronico initium Zebenni cum tertio Alexandri Conſulatu anno ſequenti geſto conjungit, quod ab Euſebio in Chronico accepit, & editionem Scaligeri per Alexandri tempora corruptam oſtendit, quod Scaliger annum primum hujus Imperatoris,

---

NOTÆ

[1] COſſ. *Ti. Manilius Modeſtus, & Sergius Calpurnius Probus.* Vetus fragmentum apud Noriſium in epiſtola conſulari.

TI. MANILIO....
SER. CALPURNIO....

Gruterus pag. CLXIX. 11.

PR. KALEND. OCTOB. MODESTO
ET. PROBO. COSS.

Vetus inſcriptio Beneventi in cœnobio fratrum Carmelitarum, ex collectaneis ineditis Illuſtriſſimi Præſulis Franciſci Pacca Beneventani.

ATTINI SACRUM
ET MINERVAE. BERECINT
CONCORDIA. COLLIB. JANUARI
CIMBALIOCO SECUNDO OB
CRIBOLIUM FACTUM. M. D. M. I.
TRADENTIBUS SEPTIMIO
PRIMITIVO. AUGURE ET SAC.
SERVILIA VARIA ET TERENTIA
FLAVIANA SACERD. XV. vir.
PRAEEUNTE MONIO SECUNDO
HAEC JUSSU MATRIS DEUM
IN ARA TAUROBOLICA DUO
DENA CUM VITULA CREM.
SUB. DIE. V. IDUS. APRILIS
MODESTO II. ET PROBO. COS.

Si ita legitur in lapide, *geminatus Modeſti conſulatus* detegitur, hactenus ignoratus, prætercuam in Faſtis Florentinis majoribus apud Relandum, in quibus; *Modeſto II. & Probo.* Vulgares Faſti: *Modeſto, & Probo.*

pliſſima dignitate & ſummo honoris gradu Origenem dignum arbitrati, manus illi, ut presbyterio fungeretur, impoſuerant: idcirco Demetrius, ſimulatque Origenes ad tam magnam gloriæ claritatem proceſſerat, atque adeo apud omnes homines ubique gentium non obſcurum virtutis & ſapientiæ nomen decuſque obtinuerat, cum nulla alia criminatio contra Origenem ipſius ſuppeteret, facti illius, quod ab ineunte ætate conſciviſſet, calumniam tamquam gravem ignominiæ notam ei objectavit: eoſque ſimul, qui illum presbyterum creaviſſent, involvere conatus eſt. Iſta quidem geſta ſunt paulo poſt tempora quæ modo proſequimur. Origenes autem jam tum Alexandriæ illud docendi munus in omnes qui adventabant, nulla habita perſonarum ratione, die nocteque ſedulo eſt executus; & partim divinis ſacri eloquii ſtudiis, partim illis qui ea de re ad ipſum dicendi gratia accedebant, attentiſſime omne otium ſuum impertiit. Hucuſque Euſebius; qui & alias quoque cauſas ſimultatis, antequam presbyter factus eſſet, interceſſiſſe inter Origenem & Demetrium Epiſcopum Alexandriæ. Sed primum de eodem hæc narrat (*a*).

(*a*) *Euſeb l. 6. c. 13.*

III. *Eodem tempore ipſum ſcholæ Alexandrinæ operam navantem miles quidam adiit, & litteras, a Præſide Arabiæ tum Demetrio Epiſcopo, qui ibidem rexit Eccleſiam, tum Præfecto qui tum Ægypto præfuit, attulit, ut cum omni feſtinatione Origenem ad ſe ipſum mitterent, qui in ſacris litteris ipſum audiret. Quapropter ab illis ad eum miſſus Origenes proficiſcitur in Arabiam; ac negotio, cur ſe eo contuliſſet, brevi ad exitum perducto, iterum Alexandriam revertitur. Non longo temporis intervallo interjecto; ubi inteſtinum & civile bellum non exiguum quidem ibi exardeſcebat, egreſſus eſt Alexandria; & cum non ſatis tuto ſe in Ægypto commorari poſſe putaret, iter capit in Palæſtinam, & Cæſareæ ludum aperit; ubi, licet nondum presbyterii gradu potitus, ab Epiſcopis qui ibi erant, non ad diſputandum ſolum, ſed ad Scripturas etiam aperiendas, magnopere in communi Eccleſiæ conſeſſu rogatus eſt. Quod quidem poterit eſſe perſpicuum ex iis quæ Alexander Hieroſolymorum Epiſcopus, & Theoctiſtus Epiſcopus Cæſareæ ad Demetrium in Origenis defenſione ſic fere reſpondebant: Quod autem in litteris adjunxeris, numquam antea auditum, neque jam uſurpatum, ut laici præſentibus Epiſcopis diſputarent, Scripturaſque exponerent; in eo mihi neſcio quo modo videris perſpicue falſa dixiſſe. Nam ubi idonei & habiles reperiuntur, qui fratribus in verbo Dei adjumento ſint, a ſanctis Epiſcopis rogantur, ut populum in verbo inſtituant. ſicut Larandis Evelpis a Neone, Iconii Paulinus a Celſo, & apud Synados Theodorus ab Attico, qui omnes beati & pii fratres erant. At veriſimile eſt, quamvis nobis obſcurum & minime cognitum ſit, illud item in aliis locis fieri.* Hæc illi. ſed poſt hæc Euſebius:

Origenis profectio in Arabiam.

IV. *Hic, quem dico, Origenes adhuc adoleſcens non modo ab Epiſcopis, quibuſcum familiaritatem contraxerat, ſed a peregrinis, qui illum prope ignorabant, iſto modo in magno honore habitus fuit. Quin ubi Demetrius & per litteras eum accerſiverat, & per diaconos Eccleſiæ, ut mature*

De ordinatione Origenis perperam facta.

PAGIUS

ratoris, anno uno tardius conſignarit. Cum vero Origenes, ſedente Zebenno, Presbyter ordinatus fuerit, ejus ordinatio in ſequentem annum differenda.

III. Card. Noriſius in diſſert. de Numiſmate Diocletiani & Maximiani cap.6. ſcripſit, Alexandrum Imperatorem *anno Trib. Pot.VIII. Romæ & in Campania commoratum*, neque *eo anno in Oriente eum Perſis* pugnaſſe. Tribunitia Pot. VIII. anno CCXXIX. menſe Martio ab Alexandro ſuſcepta, & ad menſem Martium anni CCXXX. continuata. Quare autumavit Card. eruditiſſimus, bellum Perſicum poſt diem ſextum Martii anni ducenteſimi triceſimi inchoatum, aut ſaltem ante illum diem Alexandrum in Orientem profectum non eſſe. Ego vero in ſecunda parte Diſſertationis Hypaticæ cap.9. oſtendi, bellum Perſicum currenti anno inchoatum, deceptoſque paſſim recentiores Chronologos, qui illud in annum XIII. Alexandri Imp. differunt; ac denique Conſulatum tertium ejuſdem Imperatoris ſecundum quintam Conſulatuum Cæſareorum regulam ſuſceptum fuiſſe, ob triumphum nempe Perſicum ab Alexandro ductum. Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari priorem opinionem ſuam rurſus propugnat, aitque, exiſtimare Cenſores quoſdam, tertium illum Alexandri Conſulatum regulas a me ſtatutas falſas oſtendere. Quod mirum mihi neutiquam accidit; cum opiniones, quæ una cum ſeculis ætatibuſque hominum inveterarunt, ex animis facile non evellantur. Ceterum bellum Perſicum currenti anno, ac inſequenti geſtum, & Alexandri in Orientem profectionem anno CCXXIX. conſignandam, apud me certum: Conſulatus tamen tertius Alexandri ob Decennalia Imperii ejus Cæſarei ſuſceptus, ut infra manifeſtiſſime oſtendo, ideoque & juxta regulas a me poſitas, licet tunc eum ad propriam regulam non reduxerim, quod tamen nullo Hiſtoriæ detrimento a me factum.

Perſici belli initium non bene aſſignatum.

IV. Unus Herodianus lib.6. cap.2. hujus expeditionis annum notaverat, ſed Librariorum errore numeri corrupti: *ἐτῶν μὲν οὖν τρισκαίδεκα ἕως, ὅσον ἐπ' αὐτῷ, τὴν βασιλείαν ἀμέμπτως διῴκησε, τῷ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει αἰφνιδίως ἐκομίσθη γράμματα τῶν κατὰ Συρίαν καὶ Μεσοποταμίαν ἡγεμόνων*, &c. id eſt, ſecundum verſionem Angeli Politiani: *Igitur cum ad hunc modum tredecim annos (quod quidem ad ſe attineret) ſine querela cujuſquam Imperium gubernaſſet, ecce tibi haud opinato literæ e Syria Meſopotamiaque redditæ a Ducibus, in quibus ſcriptum eſſet, Artaxarem Perſarum Regem excurrere per Meſopotamiam, Syriaque minitari*, &c. Cum tamen ſic vertere Politianus debuiſſet: *Ecce tibi anno decimo quarto haud opinato literæ e Syria Meſopotamiaque redditæ a Ducibus.*

Herodiani textus emendatus.

re Alexandriam rediret, hortatus erat; ille eo reverſus, conſueta ſtudia & exercitationes denuo obire cœpit. Hæc ipſe. Sed de cauſa ejus presbyterii agamus. Ad Demetrii excuſationem, quem tantopere Euſebius carpit, quod ſuſcepti ab Origene presbyterii invidentia affectus, ea de ipſius abſciſſione Epiſcopis Eccleſiarum toto Orbe vulgaverit, hæc adjicimus: Juſtiorem plane indignationis cauſam præceſſiſſe hanc videri potuiſſe, quod illi Alexandrinæ Eccleſiæ hominem in primis, & ſponte abſciſſum ordinare præſumpſiſſent. Nam quod a ſe ipſo illud factum eſſet, & non ab alio invitus id paſſus, lex divina & Eccleſiaſticæ regulæ admodum reſiſtebant, quo minus ſacris ordinibus initiari potuiſſet: qua occaſione neceſſitas tum incubuit, ut Demetrius Origenis abſciſſionem faceret Epiſcopis manifeſtam. Porro qui Origenem defendebant, id non a ſe factum ferro, ſed pharmaco, quo rebellem corporis partem penitus exſiccaret, ajebant affirmaſſe: at diverſas de eo ſententias fuiſſe, Epiphanius (*a*) tradit. Erat autem facinus illud non divina tantum lege, ſed etiam humano jure vetitum; quamobrem (ut alias dictum eſt) Alexandriæ itidem Juſtinus (*b*) martyr accidiſſe refert, ut adoleſcens quidam Chriſtianus, quo careret omni carnis irrationali motu, obtulerit libellum Felici Præfecto Auguſtali, ut medico, id facere detrectanti timore pœnæ, licentiam impertiret.

De ordinatione Origenis perperam facta.

(*a*) *Epiph. hæreſ.* 64.

(*b*) *Juſtin. orat. ad Ant. Pium.*

V. Sic igitur Origenes exſectus, tantum abeſt ut ſacerdotio initiari debuiſſet, ut ne laica quidem communione dignus habendus foret; nam ſanctus Athanaſius (*c*) hæc de Leontio, olim presbytero, poſtea Epiſcopo Antiocheno Arianæ factionis: *Inter eos Leontius ille caſtratus, quem nec ſub laici quidem ſpecie ad communionem admitti oportuit, eo quod ſe ipſum abſcidit, ut libere cum Euſtolio dormiret, & re vera quidem muliere, quam ille virginem prædicaret:* de quo Socrates (*d*) habet, ipſum ea de cauſa privatum fuiſſe presbyterio, cum ait: *Is cum presbyter eſſet, dignitate privatus eſt, quia cum muliere Euſtolio nomine degens, & turpem ſuſpicionem celare volens, genitalia ſibimet noſcitur excidiſſe:* quo ille permotus, jam inter Arianos profiteri cœpit. Vides plane ex iis ſacrorum virorum cœlibatum etiam in Orientali Eccleſia; nam ſi licuiſſet illi uxorem ducere, haud eo dementiæ perveniſſet, ut ſe ipſum caſtraret. Vigebant tum antiquæ Eccleſiaſticæ regulæ in hunc modum ſcriptæ (*e*): *Qui ſibi ipſi virilia amputaverit, clericus non efficitor: ſui enim ipſius homicida eſt, & inimicus creationi Dei.* Rurſum: *Si quis, cum clericus eſſet, virilia ſibi ipſi amputaverit, deponitor; homicida enim ſui ipſius eſt.* Sed & lege (*f*) Moyſi cautum erat, ne intraret eunuchus in Eccleſiam Dei. Porro error ſemel male præſumptus tranſiit in hæreſim. Prodiit enim poſtea ſecta (*g*), Eunuchorum dicta; qui omnes quos reciperent, ut ſemeripſos caſtrarent, adigerent: quod ſi facere detrectaſſent, ipſi eos alligatos vinculis exſecabant; ad litteram implendum putantes, quod dixiſſet Dominus: *Sunt eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum.* Quo nomine dum Euſebius (ut dictum eſt) Origenem excuſat, plane eum ejuſmodi ſectæ auctorem conſtituit, putantibus nimirum

(*c*) *Athan. epiſt. ad ſolit.*

Se caſtrans excommunicatus habetur & irregularis.

(*d*) *Socrat. lib.* 2. *cap.* 11.

(*e*) *Can. Apoſt.* 21. 22.

(*f*) *Deut.* 23.

(*g*) *Epiph. hæreſ.* 58.

PAGIUS *cibus*. Sed cum duobus aliis in locis Herodianus teſtetur, Alexandrum *annos quatuordecim* (Julianos utique, ac utrimque incompletos) imperaſſe, & poſt bellum Perſicum, Germanicum ſuſcepiſſe, hæc verba, τῷ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει, id eſt, *anno decimo quarto*, addititia eſſe Politianus exiſtimavit, ideoque & ea in verſione ſua prætermiſit. Verum non tantum hæc verba, aut addita, aut corrupta; ſed etiam priora, quæ annum decimum tertium denotant. Certum enim, Herodianum Hiſtoricum accuratiſſimum, & qui, ut Photius in ſua Bibliotheca ait, *omnibus Hiſtoriæ virtutibus paucis cedit*, annos tantum quatuordecim, Julianos, utrimque incompletos, ut illum numerare ſolere infra demonſtrabo, Alexandro attribuere; præſertim cum hac de re inter Antiquos omnes conveniat. Quomodo itaque bellum Perſicum anno XIII. aut XIV. Alexandri inchoatum fuiſſe ſcribere potuit, cum infra cap. 6. dicat, Barbaros *triennio aut quadriennio* poſt illud bellum quieviſſe, ac poſtea Alexandrum relicto Oriente in Germanos moviſſe? Quo poſito, non annos XIV. ſed annos XVIII. Alexander imperaſſet. Non dubium igitur, quin locus corruptus ſit, & pro τρισκαίδεκα, id eſt, *tredecim*, legendum ſit, ἑπτά, id eſt, *ſeptem*, alioquin Herodianus ſibimetipſi contradiceret. Hujus loci depravationem cum Viri doctiſſimi non animadvertiſſent, bellum Perſicum in annum XII. aut XIII. Alexandri paſſim diſtulere, contra expreſſa Herodiani, quem tamen ſe ſequi profitentur, verba.

V. Dio lib. 80. ait, ſe Hiſtoriam ſuam uſque ad ſuum ſecundum Conſulatum anno ſequenti geſtum perduxiſſe, fidemque facit, bellum Perſicum jam inchoatum fuiſſe, cum ſcribere deſiit, & in narrandis hujus belli initiis, eadem fere, quæ Herodianus, ſcribit, tam loco laudato, quam in Excerptis a Valeſio publicatis. Certum itaque indubitatumque, Romanos inter & Perſas currenti anno bellum jam exortum, & inter eoſdem aliqua prælia habita; cum ultra præſentem annum Dionis Hiſtoria non procedat. Porro bellum illud, ut ex Herodiano & Zonara liquet, non intermiſſum, & poſtea reſumptum, ſed ſemel cœptum, continuatum fuit. Quamobrem cum Dio teſtetur, Perſas jam hoc vel præcedenti anno in Romanos hoſtiliter incurſiones feciſſe, communis opinio, quæ bellum illud in annum XII. aut XIII. Alexandri differt, nullam veriſimilitudinem præ ſe fert. Profecto Artaxerxes Perſarum Rex, qui jam ab anno CCXXVI. regnabat, bellicoſior erat, quam ut per tot annos a bello Romanis inferendo ſe ſe contineret, præſertim cum ſibi vindicaret omnia, *quæ Perſæ olim tenuiſſent*, ut inquit Dio laudatus, & con-

Bellum Perſicum inchoatum.

rum illis, ſic eſſe Evangelium intelligendum, ut Origenes facto ipſo fuerat interpretatus. Sed fortaſſe ejuſdem quoque Origenis exemplo duo (*a*) illi monachi poſtea itidem in Ægypto ſe in eundem modum abſciderunt; qui a Theophilo Epiſcopo Alexandrino fuerunt communione privati, & a nemine Orthodoxorum Antiſtitum pervagantes Orbem recepti, ejecti ab omnibus, ſed ab Epiphanio tandem admoniti fuerunt atque correcti.

(*a*) *Vit. SS. Patrum, diſt. 2. c. 172.*

VI. At hæc a nobis ad excuſationem Demetrii dicta ſatis. Cæterum nec ob id tamen in eam ſententiam deſcendimus, ut damnemus S. Alexandrum Hieroſolymorum Epiſcopum, qui Origenem presbyterio conſecravit; nam (ut teſtatur S. Hieronymus *b*) idem Alexander ſe excuſans pro Origene contra Demetrium ſcripſit, ſe juxta teſtimonium ipſius Demetrii illum presbyterum ordinaſſe. Puto enim Demetrium dediſſe Origeni litteras commendatitias ad Alexandrum, ut fieri ſolet; quarum auctoritate ſatis viſum eidem fuerit Alexandro, Origenem eſſe probatum. Verum Euſebius, dum agit de Origene, encomiaſten ſe potius quam hiſtoricum præbet, in ipſius laudes nimium ſe effundens: quod tum ex iis, tum aliis pluribus quæ dicentur, perſpicue inſpicere licet. Sed idem proſequitur Euſebius (*c*): *Qui vero* (inquit) *fuerint deinceps de illo tumultus & diſcordiæ concitatæ, quæ de iiſdem ita commotis Epiſcopis, qui Eccleſiis præfuerunt, decreta; denique quæ incommoda, cum in verbi Dei explicatione ſumma cum laude floreret, pertulerit, quamquam ſeparatum opus ad plenam eorum explicationem poſtulare videntur, tamen in ſecundo Apologiæ libro, quam pro ejus defenſione edidimus, aliqua ex parte, quatenus tenuitas ingenii noſtri patiebatur, de iiſdem diſſeruimus.* Hucuſque Euſebius; cujus tamen Apologia pro Origene ſex libris diſtincta non extat; ſed ipſa credita eſt Euſebii pro Origene ſcripta Apologia, quæ fertur nomine Pamphili martyris, non tamen ſex libris comprehenſa; quam in Latinum converſam Ruffinus edidit; eſt ejus exordium: *Nihil mirum, fratres mei, &c.*

(*b*) *Hieron. de Scrip. Eccl. in Alex.*

Quomodo excuſandus Alexander.

(*c*) *Euſeb. l. 6. c. 11.*

VII. Erat hoc anno Origenes natus quadragintatres annos; quippe qui cum orbatus eſt patre, anno decimo Severi, annum ageret (ut dictum eſt ex Euſebio) decimumſeptimum. Cauſam autem Origenis profectionis in Græciam licet Euſebius minime explicet; nos eam exiſtimamus inde obortam, quod Sexta editio hoc ipſo anno, nempe (ut auctor eſt Epiphanius *d*) medio tempore Imperii Alexandri, Nicopoli apud Actium in doliis occultata reperta ſit; eumque idcirco ejuſmodi inſtituiſſe profectionem, ut, qui magna adhibita diligentia quinque jam verſiones indefeſſo ſtudio conquiſiſſet, ſextam nactus, quinque illis adjungeret, ac volumine uno omnes per diſtinctas columnas ſimul jungens, laborioſiſſimum opus Hexapla concinnaret & Octopla; de quibus dicturi ſumus fuſius anno ſequenti. At de Sexta editione hoc anno inventa, quo cuncta dilucidiora fiant, Epiphanii verba reddamus, ait ergo: *Poſt hunc regnavit Alexander filius Mamææ annos tredecim. In medio horum temporum inventa eſt Sexta editio in Nicopoli ad Orientem ſita.* Porro hanc eſſe Nicopolim apud Actium littus, teſtatur Euſebius (*e*); nominat eamdem Athanaſius in Synopſi Nicopolim Septentrionalem; ipſum enim Alexandriæ ſitum Septentrionem verſus ſpectaſſe Nicopolim, ſatis evidenter apparet.

Ætas Origenis.

Sexta editio inventa.

(*d*) *Epiph. l. de menſ.*

(*e*) *Euſeb. l. 6. c. 12.*

Se-

PAGIUS confirmat Herodianus lib. 6. cap. 2. Ipſemet Card. Noriſius loco citato refert Alexandri Nummum in averſa parte ſignatum quadrigis triumphalibus, cum Victoria ſtantem in curru Imperatorem coronante, & cum epigraphe: P. M. TR. P. VII. COS. II. P. P. S. C. ut plane conſtet, Alexandrum anno currenti, quo Tribunitiam Poteſtatem ſeptimam iniit, victoriam alicubi contra hoſtes conſecutum fuiſſe, unde quadrigæ triumphales S. C. decretæ ſunt, inquit Noriſius. Sed ubi ea victoria reportata, niſi in Oriente?

VI. Lampridius enim in Alexandro cap. 25. ait: *Expeditiones bellicas habuit, de quibus ordine ſuo diſſeram.* Tum bellum & triumphum Perſicum fuſe deſcribit, & cap. 58. ait: *Acta ſunt res feliciter & in Mauritania Tingitana per Furium Celſum, & in Illyrico per Varium Macrinum affinem ejus, & in Armenia per Junium Palmatum: atque ex omnibus locis ei tabellæ laureatæ ſunt delatæ, quibus in Senatu & apud Populum lectis, omnibus nominibus eſt adornatus.* Quare cum Lampridius bella ab Alexandro geſta ordine differat, primumque Perſicum fuiſſe dicat, non videtur dubitandi locus, quin Nummus præcedenti numero recitatus ad aliquam victoriam in Oriente reportatam referendus ſit: præſertim cum etiam Dio nullius belli præterquam Perſici mentionem faciat, & Herodianus loco nuper citato tradat, Alexandrum uſque ad bellum Perſicum in pace vixiſſe. Herodianus lib. 6. cap. 2. & 3. narrat quæ ante Alexandri in Orientem profectionem ibi geſta ſunt, aitque, Imperatorem Legatos cum literis miſiſſe, qui ſpem Perſarum Regis conatuſque inhiberent, & in Italia Provinciiſque reliquis delectus haberent, qui tantæ Barbarorum multitudini pares forent. Huc etiam referenda quæ de bello Perſico Dio lib. 80. habet.

Perſicum bellum ante alia ab Alexandro ſuſceptum.

VIII. Ad num. VII. Profectio Origenis in Græciam, ob ſextam Scripturæ editionem hoc tempore inventam, minime contigit, ut exiſtimavit Baronius. Scribunt enim Hieronymus lib. de Script. Eccleſiaſt. cap. 65. & Rufinus in expoſitione cap. 23. libri ſexti Euſebii, Achajæ Eccleſias plurimis tunc hæreſibus fuiſſe vexatas, quibus expugnandis idoneum præ ceteris viſum Origenem; eam illi cauſam in Græciam proficiſcendi fuiſſe, ut eruditiſſimo Huetio lib. 1. Origenianorum cap. 2. numero X. obſervatum.

Origenes adverſus Hæreticos pugnat.

JESU CHRISTI ANNUS 231.	URBANI PAP. ANNUS 5.	ALEXANDRI IMP. ANNUS 8.

I. SEquenti anno Redemptoris noſtri ducenteſimo triceſimoprimo, Alexander tertium una cum Dione Conſulatum accepit. meminit ipſe Dio (*a*) hujus ſui ipſius Conſulatus.

(*a*) *Dio in Alex.*

Origenes ſecedit Tyrum ad Hexapla conſcribenda.

Hoc autem anno Origenes, inventa (ut dictum eſt) ſuperiori anno Sexta editione, ſe parat ad Hexapla conſcribenda; ſed immenſæ molis opus abſolvere ei non licuit, niſi in ſeceſſu Tyrio, de quo hæc Epiphanius: *Venit delatus in Cæſaream Stratonis, & converſatus Hieroſolymis modico tempore, deinde progreſſus in Tyrum, ad annos vigintiocto (veluti fama refert) & vitam exercuit, & Scripturas interpretatus eſt; quando etiam Hexapla, & duas Hebraicorum columnas ex adverſo inter ſe conferendas compoſuit, Hexapla nominans libros, veluti ſupra a me diffuſius dictum eſt.* Sed hæc de Tyrio ſeceſſu ad alia tempora ſunt referenda, nempe poſt annum ſequentem: nam conſtat Euſebio (*b*) auctore, Origenem Alexandriam cum iterum rediiſſet, non inde receſſiſſe, niſi anno decimo Alexandri Imperatoris.

(*b*) *Euſeb. l.6. c.20.*

II. Sed quid poſt hæc Epiphanius? *Cum vero* (inquit) *inveniſſet Quintæ & Sextæ editionis libros eo quem diximus modo, & neſciret quinam eſſent Interpretes eorum, quo tempore inventi erant; unam ex his editionem conſequenter ad priores quatuor adjecit, & Quintam appellavit, inſcriptione facta per quintam litteram, quinarii numeri ſignificatricem, atque ſic nomen ejus declaravit. Eodem modo ſenarii numeri notam inſcribens ei editioni quæ poſtea inventa eſt, Sextæ interpretationis nomen indicavit. Sed & artificioſe hoc pergit, id quod aliqui ex ſtudioſis ignorant, cum incidunt in Hexapla aut Octopla. Quatuor enim ſunt Græca, quando Aquilæ, Symmachi, & Septuaginta duorum, & Theodotionis conjunctæ fuerint: ubi autem quatuor hæ columnæ duabus Hebraicis adjectæ fuerint, Hexapla appellantur. Si vero Quinta & Sexta interpretatio conjunctæ fuerint ad illas, conſequenter Octopla vocantur.* Hæc de nominibus Hexaplorum & Octoplorum Epiphanius.

De Hexaplis & Octoplis Origenis.

III. Quo autem ordine eædem editiones locatæ eſſent in codice, idem Epiphanius (*c*) his verbis declarat: *Quidam igitur, cum in hos libros incidunt, & inveniunt (velut dixi) duos Hebraicos textus primum poſitos, poſt hos vero Aquilæ interpretationem locatam, deinde Symmachi, poſtea Septuagintaduorum, poſt quam Theodotionis locata eſt, & conſequenter Quinta, & Sexta: putant primos interpretes eſſe Aquilam & Symmachum ante Septuagintaduos juxta ordinem locationis; quod non eſt. Sed Origenes ſciens Septuagintaduorum exactam eſſe atque ſinceram, ipſam in medio locavit, quo hinc atque hinc poſitas interpretationes redargueret. Hoc autem ſolum Origenes utiliter fecit.* Huc uſque Epiphanius. Ex quo etiam ratio referatur, cur tam Græci, quam Latini, ſeriem recenſendo interpretum divinæ Scriptu-

(*c*) *Epiph. l. de menſur.*

Ordo in Hexaplis & Octoplis.

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 982. Olymp. 252. an. 1. A. C. 229.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5722.

☉ 14. D. ☽ 2. P. 29. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 229. *ſecund. Baronium* 231.

URBANI PAPÆ 8.

ALEXANDRI IMP. 8.

I. Conſules. II. [1] ANum. I. ad LXV. Coſſ. *Alexander Aug. III.* & *Caſſius Dio II.* Sumtus ab Alexandro Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam: Cæſarei enim Imperii Decennalia dedit, ut demonſtrat Nummus, qui extat apud Erizzum pag. 478. in cujus antica parte legitur: IMP. SEV. ALEXANDER AUG. in poſtica cernitur Imperator ſedens, qui a tergo coronatur a Victoria; a latere miles armatus, tenens in manu ſcutum, & ſtans in columna, in qua legitur: VOT. X. id eſt, *Votis Decennalibus*; circum vero: P. M. TR. P. VIII COS. .... P. P. S. C. Alexandrum die ſexta menſis Martii Tribunitiam Poteſtatem octavam ſuſcepiſſe certum. Verum cum Decennalia Imperii Cæſarei ante Conſtantium Chlorum Nummis inſculpta non fuerint, quod ſaltem in meam venerit cognitionem, arbitror, ultimam lineolam Tribunitiæ Poteſtatis præfati Num-

Imperii Cæſarei Alexandri Decennalia.

NOTÆ [1] COſſ. *Alexander Aug. III.* & *Caſſius Dio II.* Nummus *Alexandri Severi* in Muſeo Theupolo pag. 599. cum TR. P. VIII. COS. III. Opus figlinum inter Donianas Inſcript. cl. II. n. 125. pag. 99. ex ſchedis Achillis Statii.

INSUL.
L. SATRI FELIC.
ALEXANDRO AUG. III.
ET. DIONYSIO. COS.

Eadem eguntur in figlina apud Gruterum pag. MLXXIX. 11. Dio ipſe in vita Alexandri Severi. *Iterum me* (Alexander) *conſulem cum ipſe deſignavit.* Fuerat autem Dio conſul ſuffectus. Faſti Idatiani & ceteri alii: *Alexandro III.* & *Dione.* Suffectus conſul hoc anno: *M. Antonius Gordianus II.* Capitolinus in Gordianis, cap. II.

pturæ, tertio loco, & ante Theodotionis verſionem, collocent quæ eſt Symmachi, eamque tertiam, hanc vero quartam nominent; cum habita temporis ratione, Symmachi quarta, tertia vero Theodotionis dicenda eſſet. Sed hoc factum eſſe apparet (quod & alias diximus) non habita temporis ratione, ſed tantum Origenis locationis.

IV. Laudatum Origenis Opus.

Commendatur (ut diximus) a S. Epiphanio, alias licet Origeni infenſiſſimo, ejuſmodi ab eo navata egregie opera, quod vehementer utilis eſſet elucubratio, non ſolum cum illud ait: *Hoc ſolum Origenes utiliter fecit*: ſed & cum ſuperius eodem commentario hæc dixiſſet: *Eodem modo etiam Origenes recte fecit, & de obelo indicavit; utinam autem & alia ſic bene feciſſet*: Et paulo inferius: *Sex columnas interpretum alternatim collocans, magnam utilitatem cognitionis exhibuit. Utinam autem in operum ſuorum ſcriptis non excidiſſet, &c.* At hæc non modo Epiphanius laudavit, ſed etiam S. Hieronymus; qui licet in eumdem eodem fuerit ſtomacho, tamen cum de Origenis Hexaplis agit, ea vehementer commendans (*a*): *Hæc immortale illud ingenium ſuo nobis labore donavit, ut non magnopere pertimeſcamus ſupercilium Judæorum, ſolutis labiis, & obtorta lingua, & ſtridente ſaliva, & raſa fauce gaudentium.* Hæc & alia in laudem Origenis hæc conantis.

(*a*) *Hieron. in ep. ad Tit. c.3.*

V. (*b*) *Galeſin. de Sept. interpret.*

At miramur interdum vehementer, dictum ab aliquo (*b*), S. Hieronymum queſtum de Origene, quod eo tempore non tam correxerit, quam corruperit Septuagintaduorum tranſlationem. Nam etſi ei Origenes Theodotionem aliquibus in locis addiderit; obelo & aſteriſco ſane diſtinxit; quod ſi quæ illa plus haberet, ſignis illis diſcriminavit. Verum nequaquam hæc poteſt dici corruptio, ſed diligens facta collatio, atque in omnibus perutilis animadverſio, de qua idem Hieronymus his verbis (*c*): *Origenis me ſtudium provocavit, qui editioni antiquæ tranſlationem Theodotionis miſcuit, aſteriſco & obelo opus omne diſtinguens, dum aut illuceſcere facit quæ minus antea fuerat, aut ſuperflua quæque jugulat & confodit.* Eadem alibi adverſus Ruffinum agens: *Omnia* (inquit) *veteris inſtrumenti volumina Origenes obelis aſteriſciſque diſtinxit, quos vel additos, vel de Theodotione ſumptos tranſlationi antiquæ inſeruit, probans defuiſſe quod additum eſt.* Et ad Auguſtinum (*d*): *Quod autem in aliis quæris epiſtolis, cur prior mea in libris canonicis interpretatio aſteriſcos habeat, & virgulas prænotatas, & poſtea aliam tranſlationem abſque his ſignis ediderim; pace tua dixerim, videris mihi non intelligere quæ quæſiſti. Illa enim interpretatio Septuaginta interpretum eſt; & ubicumque virgulæ, id eſt, obeli ſunt, ſignificatur quod Septuaginta plus dixerint, quam habetur in Hebræo; ubi autem aſteriſci, id eſt ſtellæ prælucentes, ex Theodotionis editione ab Origene additum eſt, & ibi Græca tranſtulimus, &c.*

Refellitur calumnia in Origenem prolata.

(*c*) *Hier. præf. in Pentateuc. epiſt.104.*

(*d*) *Hieron. epiſt.89.*

VI.

Hæc tamen ipſe tribuit interdum audaciæ, ſcribens ad Chromatium (*e*), quod Origenes Theodotionem profanum auctorem admiſcuerit tranſlationi Septuaginta; ſed

(*e*) *Hieron. epiſt. 107.*

PAGIUS

Nummi, qui æreus eſt, progreſſu temporis detritam fuiſſe, quemadmodum in notis numeralibus, quæ poſt vocem *Coſ.* exprimebantur, contigit. Ad hæc, Mediobarbus in Numiſmatis Impp. varia Alexandri recitat, in quibus legitur. Tr. P. viiii. Cos. III. P. P. S. C. & Vot. x. memorantur; Vota ſc. Decennalia ejus Imperii Auguſtei anno ſequenti ſoluta; neque tamen vel unicum habet, in quo Tr. P. viii. & Vot. x. enuntientur. Quare cum hæc Decennalia unico Nummo, eoque ex parte eraſo innixa ſint, ad ejus Imperium Auguſteum pertinere mihi perſuadeo; cumque ea ad annum ſequentem ſpectare certiſſimum ſit, Decennalia Imperii ejus Cæſarei, quæ illa antecedere debuere, currenti anno acta, & ob ea Conſulatus tertius ab Alexandro ſuſceptus. Dum Diſſertationem Hypaticam componerem, ad ea Decennalia animum non advertens, perperam ſcripſi, capeſſitum illum ab Alexandro Conſulatum ob bellum ac triumphum Perſicum; cum mihi conſtaret, per hæc tempora Romanos inter & Perſas bellum arſiſſe; indeque a cenſoribus quibuſdam capta anſa, in Conſulatuum Cæſareorum regulas a me ſtabilitas invehendi, quibus an ſufficiens fundamentum præbuerim, aliorum judicio relinquo.

III. Fuſe hic agit Baronius de Tetraplis, Hexaplis, & Octaplis, Origenianorum Operum omnium nobiliſſimis. Collegerat is jam antea Interpretationes Scripturæ a LXX. Interpretibus, Aquila, Theodotione, & Symmacho concinnatas; ac præterea Quintam & Sextam Editionem nactus erat, ex quibus ſex Interpretationibus, & Hebraico exemplari, Tetrapla ſua (ideſt quadrupla), Hexapla (ideſt ſextupla), & Octapla (opus ita ab octo columnis denominatum) Origenes compoſuit. *Hexaplum* & *Octaplum* interiere, & ſupereſt tantum ſpecimen Hexapli, quod exhibetur in Bibliis Waltonienſibus Tom.VI. Henricus Valeſius in Epiſtola ad Jacobum Uſſerium Armachanum Epiſcopum, e ſecta Proteſtantium, ſubjuncta Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebii a ſe Notis illuſtratæ, paucis verbis quæ pertinent ad verſionem LXX. Interpretum, in fine ſuæ Epiſtolæ hoc modo explicat, & præcipuas difficultates docte reſolvit.

De variis Scripturæ ſacræ verſionibus.

IV. *Verſio LXX. Interpretum a Judæis & Chriſtianis primum conſtanter uſurpata.*

Cenſet itaque primum H. Valeſius unicam ſemper fuiſſe LXX. Seniorum verſionem, eam ſc. quæ regnante Ptolemæo Philadelpho facta eſt Alexandriæ: hac deinde ſemper uſos eſſe Judæos Alexandrinos, & reliquos Helleniſtas: a Judæis deinde Chriſtianos eam accepiſſe. Neque enim Apoſtoli & primores illi Chriſtiani alia veteris Inſtrumenti interpretatione Græca ſunt uſi, quam ea, quæ vulgo in Synagogis Judæorum Helleniſtarum legebatur. Poſtea vero Judæi in odium Chriſtianorum, quorum ſectam ac religionem quoti-

ſed quod (ut ſupra narratum eſt) & ipſe in hoc ſecutus eſt Origenis exemplum; quonam modo in eo genere Hieronymus ipſe potuit reprehendiſſe Origenem, quem ſuſciperet imitandum? Nam eamdem prorſus ipſe iniens rationem, immiſcuit ſuam tranſlationem editioni Septuaginta, ſed egregie diſtinctam, obelis appoſitis & aſteriſcis: quod ipſe in Apologia adverſus Ruffinum ſæpe teſtatur, & inter alia cum ait: *Salomonis autem libros, quos olim, juxta Septuaginta, additis obelis & aſteriſcis, in Latinum verteram, ex Hebraico transferens, & dedicans ſanctis Epiſcopis Chromatio & Eliodoro, hæc in præfatiunculæ meæ fine ſubjeci: Si cui Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam a nobis olim emendatam; neque enim ſic nova cudimus, ut vetera deſtruamus.*

VII. Origenes ſui inſtituti affert rationem.

Sed magis magiſque hæc in Origenem purgatur illata calumnia, ſi, quodnam fuerit animi ipſius conſilium, & quam ſolicite cuperet eſſe conſultum Septuaginta antiquæ verſioni, ex ipſius epiſtola ad Africanum de Suſannæ hiſtoria ſcripta cognoſcamus; ait enim: *Vide ergo ne imprudentes & inſcientes abrogemus exemplaria quæ habentur paſſim in Eccleſiis, & legem ſtatuamus fraternitati, ut deponant quidem ſacros, qui apud eos feruntur, libros; aſſententur autem Hebræis, qui & perſuadeant, ut nos puris impertiant, & qui nihil habeant figmenti. An non providentia Dei in ſanctis Scripturis dedit omnibus Chriſti Eccleſiis ædificationem? non curam geſſit eorum, qui empti ſunt pretio, pro quibus Chriſtus mortuus eſt? Ad hæc autem conſidera, an non ſit bonum meminiſſe ejus, quod ſcriptum eſt* (a): *Non tranſpones terminos æternos, quos ſtatuerunt patres tui. Hæc autem dico, non quod verear ac dubitem ſcrutari, quæ ſunt apud Judæos, Scripturas, & omnes noſtras cum illorum Scripturis conferre, & videre quænam ſint ejus differentiæ. Si non eſt quidem certe grave & arrogans dicere, hoc gnaviter & pro viribus fecimus, ut mentem noſtram exerceremus in omnibus editionibus, & earum differentiis, cum eo quod longe magis exercebamus interpretationem Septuaginta, ne videremur aliquid falſi & adulterini inducere in Eccleſias quæ ſunt ſub cœlo, & daremus prætextum iis qui quærunt occaſionem, & volunt eos qui ſunt in medio calumniari, & eis qui ſunt in communi criminari. Exercemus autem, ut non ignoremus etiam eas quæ ſunt apud illos; ut cum Judæis diſſerentes, eis non adducamus quæ ſunt poſita in eorum exemplaribus, & ut cum eis utamur iis quæ apud illos habentur, & non ſunt in noſtris libris. Nam cum ſit ejuſmodi noſter apparatus in quæſtionibus adverſus ipſos; non deſpicient, neque (ut mos eſt eorum) irridebunt eos qui credunt ex Gentibus, tamquam qui ignorent vera, quæ apud eos ſcripta ſunt.* Hucuſque Origenes, inſtituti ſui afferens rationem, ac plane demonſtrans, quam de ſacris litteris, eo ſuſcepto labore, ſit in omnibus optime meritus, ac laude dignus, qui (b) & alibi his conſentanea habet multa.

(a) *Deut.* 1.

(b) *Orig. in Matt. tr.* 8.

VIII. Origenis editio vulgata.

Cæterum tantum abeſt, ut ea circa Septuaginta interpretum editionem adhibita induſtria ab Origene, habita ſit corruptela

PAGIUS

tidie augeri non ſine invidia cernebant, *Aquilæ* Judæi interpretatione ſunt uſi; cujus ſecundam Editionem (duas enim verſiones edidit) vocare ſolebant τὸν κατ' ἀκρίβειαν. Certe Judæos Helleniſtas, non LXX. Interpretum, ſed vel *Aquilæ*, vel Symmachi verſione uſos fuiſſe, ſatis indicat Novella Juſtiniani 146. qua permiſſum eſt Judæis ſacras Scripturas Græce interpretatas legere, modo juxta LXX. Interpretum editionem eas lectitent. Permittitur etiam *Aquilæ* interpretatione uti, ſi velint. Reliquæ omnes interpretationes prohibentur, quibus uti antea conſueverant. Et Judæi quidem ita fecerunt; at Chriſtiani LXX. Interpretum editionem conſtanter retinuerunt, quippe quæ Apoſtolorum ſuffragio conſecrata fuerat, & naſcentis Eccleſiæ roboraverat fidem, ut loquitur Hieronymus. Nec quiſquam ei verſioni vel addere vel detrahere auſus eſt unquam præter Hæreticos, qui eam verſionem pro arbitrio ſuo varie interpolarunt, ut de Apollophane, Hermophilo, ac Theodoto, qui Artemonis hæreſim ſectabantur, ſcribit Cajus apud Euſebium in ſine libri quinti. Verum hujuſmodi hæreticorum exemplaria nonniſi apud ejuſdem ſectæ homines auctoritatem obtinuerunt.

V. *Ab Origene primum mendis purgata.*

At vulgata Editio LXX. Interpretum, uſque ad *Origenem* in Eccleſia permanſit. Hic primus mendis, quæ in eam irrepſerant partim ex Scriptorum imperitia, partim ex varietate exemplarium, eam purgavit, & cum tribus aliis Interpretationibus collatam aſteriſcis obeliſque diſtinxit, atque ita diſtinctam in Tetraplis atque Hexaplis collocavit. Ab hoc tempore duplex fuit LXX. Interpretum editio. Altera Κοινὴ ſeu vulgaris, id eſt corrupta & inemendata. Altera incorrupta & immaculata, quæ proprie LXX. Seniorum editio vocabatur; ea ſcilicet, quæ juxta emendationem Origenis legebatur in Hexaplis.

VI. *Origenis tamen editio pura non erat.*

Sic intelligendus eſt locus Hieronymi in lib. 16. Comment. ad Eſaiæ cap. 58. *Sed ne in ſeptuaginta quidem emendatis & veris exemplaribus.* Vera exemplaria LXX. Interpretum vocat codices Hexaplorum. Certe idem Hieronymus in epiſtola ad Sunniam & Fretelam citat editionem LXX. Interpretum *juxta Hexaplorum veritatem.* Et in eadem Epiſtola ſub initium ait, incorruptam & immaculatam LXX. Interpretum editionem in Hexaplis reſervatam fuiſſe. Idem nihilominus Hieronymus editionem illam LXX. Interpretum, quæ ab Origene elaborata in Hexaplis habebatur, puram ac germanam fuiſſe negat, tum in Epiſtola ad Auguſtinum, tum in Præfatione in libros Paralipomenon. Quæ prima fronte pugnare inter ſe videntur. Quid enim magis contrarium, quam ſunt hæc duo: Incorrupta, immaculata & vera LXX. Seniorum Editio habetur in Hexaplis; Non eſt pura nec germana

ruptela vel depravatio, ut eam omnes propemodum Eccleſiæ in communiorem uſum receperint; uſque adeo ut, S. Hieronymo (a) auctore, probetur, eam habitam eſſe Vulgatam; nam ad ſanctum Auguſtinum (b) ſcribens, de eadem hæc ait: *Vis amator eſſe verus Septuaginta interpretum? Non legas ea quæ ſub aſtericis ſunt, immo rade de voluminibus, ut veterum fautorem te probes. Quod ſi feceris, omnes Eccleſiarum bibliothecas damnare cogeris. Vix enim unus aut alter liber invenitur, qui iſta non habeat.* Ex his videas quantum a veritatis ſcopo aberrarit, qui (c) Origenem non correxiſſe, ſed corrupiſſe dixit Septuaginta interpretum editionem. At de Hexaplis Origenis jam ſatis; cujus inſtitutionis ex ejus item ſcriptis Euſebius (d) meminit, & alii recentiores complures.

(a) *Hieron. in præf. l. 16. in Iſai.*
(b) *Hier. ep. 89.*
(c) *Galeſin. de Sept. interpr.*
(d) *Euſeb. l. 6. c. 12.*

IX. Origenis Tetrapla qualia.

Sed ut ſummatim perſtringamus cunctas Origenis ea in re lucubrationes exhibitas; cum nondum duæ poſteriores editiones eſſent inventæ, Quinta & Sexta; Tetrapla (ſic enim cum Eccleſiaſticis antiquis tractatoribus dicere malumus, quam Tetraplum) in primis collegit, ac ſic in codicibus Græce ſcripſit, nempe in paginis ſingulis quatuor columnas, hoc ordine, ut prima eſſet editio Septuaginta interpretum, ſecunda tranſlatio Aquilæ, tertia Symmachi, quarta vero & ultima Theodotionis. Hexapla vero elaborata ab eo ſunt volumina illa, in quorum ſingulis paginis ſex columnæ eſſent diſtinctæ, quarum prima contineret textum Hebraicum Hebraice ſcriptum, ſecunda eumdem textum Hebraicum, ſed Græco charactere exaratum, tertia Aquilæ verſionem, quarta Symmachi, quinta Septuaginta editionem, ſexta vero Theodotionis tranſlationem. Quæ autem dicta ſunt Octopla, præter hæc quæ ſunt in Hexaplis poſita, haberent adjunctas Quintam & Sextam editiones, ab Hebræis, ſed piis (ut putat Hieronymus) hominibus, elaboratas. At de Origenis in his tot inſumptis ſtrenueque exantlatis laboribus ſatis.

Hexapla Origenis qualia.

Octopla Origenis qualia.

X. Prima tranſlatio quæ fuerit.

Quoniam vero de principe omnium Septuaginta tranſlatione mentio facta eſt, nec quicquam de ejus origine hactenus dictum (licet tam nota ſit & omnibus pervulgata hiſtoria, ut hac ex parte eam recenſere ſuperfluum videatur) tamen cum nonnullis perplexa nodis & obvoluta ſit difficultatibus, hic de ea agere operæpretium duximus. Sed de his acturis, illud in primis occurrit (quod ſuperius attigimus) omnium propemodum eſſe ſententiam, ante Septuaginta editionem, aliam incerto auctore pervulgatam fuiſſe Græcam tranſlationem ante tempora Alexandri Magni; ex qua tum Plato, tum complures alii philoſophi nonnulla accepiſſe noſcantur. Ex quo enim barbarus homo (quod habet Plato in Timæo) in Solonem ac cæteros Græcos illud exprobrans dixit: *O Solon, Solon, vos Græci ſemper eſtis pueri; ſenex autem nullus Græcus eſt; diſciplinam autem nullam habetis canam;* (barbarus autem iſte, qui hæc dixit, putatur fuiſſe Judæus) Hebræorum res cognoſcendi complurium eſt deſiderium inflammatum.

PAGIUS

mana LXX. Seniorum editio ea, quæ in Hexaplis legitur? Utrumque tamen veriſſimum eſt, modo intelligatur, ſicut intelligi debet. Nam editio Hexaplorum Origenis abſque controverſia erat omnium emendatiſſima: & eruditi homines in ſuis Commentariis eam editionem ſequebantur. Neque ex alio, quam ex hoc fonte, veritas LXX. Interpretum hauriebatur. Eadem tamen editio pura non erat, propterea quod multa ex Theodotione aliiſque interpretibus habebat immixta, quæ Origenes aſteriſcis prænotaverat.

VII. *Origenes immerito a D. Hieronymo reprehenſus.*

Quam ob cauſam Hieronymus in Epiſtola ad Auguſtinum & in Præfatione in libros Paralipomenon ait, libros LXX. Interpretum ab Origene eſſe corruptos. In quo certe iniquior videtur Hieronymus adverſus Origenem; qui quod bono ac pio conſilio fecerat *Origenes*, tam acerbe reprehendit. Quid enim utilius excogitari potuit, quam illæ obelorum & aſteriſcorum notæ, ut indicaretur lectoribus, quid a LXX. Interpretibus additum, quid ab iiſdem omiſſum fuiſſet? Quod ſi Origenes ea quæ a LXX. Interpretibus omiſſa fuerant, ex *Theodotione* aliiſque ſupplens, nullam appoſuiſſet notam, qua hujuſmodi ſupplementa a puro ac germano LXX. Interpretum textu diſcernerentur, merito certe & ab Hieronymo & ab aliis reprehendi potuiſſet. Nunc vero cum aſteriſcos addiderit ſingulis locis, ad deſignanda ea quæ a LXX. Senioribus prætermiſſa ipſe ex Theodotione, aliiſque ſuppleverat, non ſolum vacuus ab omni culpa, ſed immortali laude dignus videtur.

VIII. *Quod magis probatur.*

In eo enim Opere, LXX. Interpretum libri puri, & prout ab ipſis editi fuerant, lectoribus exhibebantur, & lacunæ, quæ in eorum editione extabant, ex Theodotionis aliorumque Interpretum Editionibus cernebantur expletæ. Siquis itaque puram LXX. Interpretum editionem legere cupiebat, nullo negotio id licebat in Hexaplis. Prætermiſſis enim iis, quæ ſub aſteriſcis erant poſita, pura ac germana LXX. Interpretum tranſlatio, prout ab ipſis fuerat condita, remanebat. Idque fatetur etiam Hieronymus in ſupradicta Epiſtola ad Auguſtinum.

IX. *Poſt Origenem duæ potiſſimum editiones fuere verſionis LXX. Interpretum.*

Poſt *Origenem* Κοινὴ illa ſeu vulgaris editio in dies magis magiſque corrupta eſt. Duæ tamen potiſſimum ejus Editiones fuere; altera Alexandrina, quæ Heſychium habebat auctorem; altera Lucianea, quæ Luciano Martyri adſcribebatur. Nam Euſebii Cæſarienſis editio, quæ in Palæſtinæ & Orientis Eccleſiis legebatur, nihil pertinuit ad Κοινὴν illam ſeu vulgatam editionem; quippe cum nihil aliud eſſet quam ipſa Origenis editio, ut jam Valeſius in eadem Epiſtola manifeſtum fecerat. Porro cum illa obelorum & aſte-

XI. Hæc autem cum ex Clemente Alexandrino (*a*), tum Euſebio (*b*) & aliis pluribus conſtent auctoribus, qui ſummo ſtudio ea quæ philoſophi ex Hebræorum ſcripturis eſſent mutuati, collegerint: verius tamen exiſtimo, potius uſu quodam innotuiſſe Gentilibus divinam Scripturam, quam omnium voluminum factam fuiſſe aliquam interpretationem; id ſuadente Philone (*c*), dum ait: *Lex antiquitus ſcripta fuit lingua Chaldaica, manſitque longo tempore in ea, quamdiu legis ipſius pulchritudo non eſt intellecta ab externis hominibus. Poſtquam autem ex quotidiano ejus uſu etiam ad alienos ſenſus quidam permanavit, ſimul glorioſa quoque fama ubique terrarum increbuit (nam honeſtis rebus ad tempus obeſſe poteſt invidia, illæ autem ſe proferunt tandem ſuapte felicitate ingenii) extiterunt qui indigne ferrent, has leges parti tantum humani generis innotuiſſe, Græcas gentes nullum earum guſtum cœpiſſe: dederuntque operam, ut verterentur per idoneos interpretes. Id opus, quia magnum erat, & reipublicæ utiliſſimum, non privatis hominibus obvenit, non mediocribus iſtis principibus & regulis, ſed Regi omnium celebratiſſimo. Ptolemæus is fuit, Philadelphus cognomine, tertius ab Alexandro Ægypti Rex.* Hæc Philo; quibus plane ſignificat, ante perfectam a Septuaginta tranſlationem, ipſam divinam Scripturam abſque interpretatione aliqua delituiſſe in penetralibus Hebræorum, eodem charactere & quo ſcripta olim fuerat idiomate.

(*a*) *Clem. Alex. Strom. lib.* 1.
(*b*) *Euſeb. de Præpar. Evang. l.* 10. *c.* 1. 2. 3.
(*c*) *Phil. de vita Moyſ. lib.* 2.
Nulla tranſlatio ante Septuaginta.

XII. His conſentiunt quæ de rogatione Ptolemæi Joſephus (*d*) ſcribit in hæc verba: *Cœpit de ea re conferre cum Demetrio, rogans, qui factum ſit, ut tam admirandarum legum nec hiſtoricus ullus, nec poeta mentionem fecerit. Tunc Demetrius reſpondit, neminem auſum eam attingere, quam conſtaret divinam eſſe & omni veneratione digniſſimam; & punitos eſſe quoſdam a cœleſti numine, qui illam temere attrectare non ſint veriti. Theopompum enim volentem inde quædam ſuis ſcriptis inſerere, mente motum fuiſſe diebus triginta, & per intervalla inſaniæ Deum placaſſe, facile conjicientem quæ morbi cauſa fuerit; atque etiam in ſomnis admonitum, hæc ideo pati, quod fuiſſet circa res divinas curioſior, eaque voluiſſet proferre humanis hominibus; quare cum a cœpto deſtitiſſet, ſanam mentem ei fuiſſe redditam. Theodecti etiam poetæ, cum in quadam tragœdia vellet aliquid e ſacris libris admiſcere, oculos glaucomate ſuffuſos caligaſſe; & cum erratum agnoviſſet, exorato Deo redditam ſibi aciem.* Hucuſque Joſephus.

(*d*) *Joſeph. antiq. l.* 12. *c.* 2.
Profani ſacram Scripturam attingere auſi cederunt pœnas.

Certe quidem ſi aliqua antehac editio facta eſſet, haud illa Demetrius caruiſſet, qui tam ingentem librorum molem collegerat, ut nullus pene eorum, quorum notitia haberetur, reliquus factus eſſet: cum alioqui Hebræorum ſcriptis ſe penitus caruiſſe, profiteatur expreſſe. XIII.
Quod ſi alicubi divinæ Scripturæ editio facta reperiretur, in Ægypto in primis illam extitiſſe oportuit; ſiquidem in Ægyptum peregrinatos philoſophos, ibi res Hebræorum cognoviſſe, omnes affirmant; ingentemque plane Judæorum multitudinem in Ægypto agere conſueviſſe, ex Phi-

Philoſophi in Ægypto verſati.

PAGIUS

aſteriſcorum diſtinctio, quam in LXX. Interpretum editione primus excogitaverat *Origenes*, Chriſtianis omnibus mirifice arriſiſſet, eam quoque in ſuas Editiones tranſtulerunt Heſychius & Lucianus. Nec Græci modo, verum etiam Latini & Syri atque Ægyptii, qui vulgatam editionem ſequebantur. hac aſteriſcorum & obelorum diſtinctione ab Origene reperta poſtea ſunt uſi. Andreas quidem Maſius in Præfatione in editionem ſuam Joſuæ aliter exiſtimavit. Cum enim ex Hieronymo didiciſſet, illam ſub obelis & aſteriſcis Editionem in omnibus omnium Eccleſiarum Bibliothecis repoſitam fuiſſe, ita ut vix unus codex inveniretur ipſius ætate, qui ſigna illa non haberet: autumavit ipſam editionem Origenis, prout in Hexaplis habebatur, ab omnibus Eccleſiis receptam fuiſſe tam Græcorum quam Latinorum, Syrorum quoque & Ægyptiorum. Sed illud nullo modo verum eſt; alioqui quomodo diceret Hieronymus in Præfatione in libros Paralipomenon, ſua ætate totius Orbis Eccleſias tripertita inter ſe varietate pugnaſſe, cum Alexandrini in LXX. ſuis Heſychii Editionem probarent; Byzantini & Aſiani exemplaria Luciani Martyris legerent; Palæſtini vero Origenis Editione uterentur? Ita inter plura alia Henricus Valeſius, cujus fere verba exſcripſi, quibus illuſtrantur quæ de verſione Scripturæ Sacræ Baronius hic habet, & varia quæ Uſſerius de antiquis Scripturæ Sacræ verſionibus in medium attulit, refelli poſſunt.

Hujus anni initio Alexander in Campania agebat, ut ex Dione lib. 80. elicitur: *Prætoriani*, inquit, *poſt Ulpianum me quoque criminati ſunt. At Alexander horum rationem habuit nullam, ſed contra me magis honeſtavit, ſecumque una deſignavit ſecundum Conſulem* (anno nempe præcedenti). *Quamobrem cum moleſte ferrent Prætoriani, timui ne me, ut viderent cum inſignibus Imperii* (Conſulatus nempe, ideoque præſenti anno) *interficerent. Itaque juſſit Alexander, ut alicubi extra Urbem commorarer in Italia tempore hujus Conſulatus mei* (ideoque currenti anno). *Quod cum feciſſem, Romam veni* (ſc. poſt Conſulatum per duos priores menſes hujus anni geſtum): *deinde profectus ſum ad ipſum in Campaniam, verſatuſque cum eo per aliquot dies, viſuſque a militibus cum magna ſecuritate domum redii.* Ita docte Dionem explicat Card. Noriſius, tam in Diſſert. de Numiſmate Diocletiani & Maximiani cap. 6. quam in Epiſt. Conſulari pag. 142. Cum ergo Conſules ſuffecti Kalendis Martiis dignitatem de more inirent, eo menſe Alexander in Campania erat, eumque ibi Dio inviſit.

X. *Alexander Imp. verſatur in Campania.*

Non multo poſt cum exercitu in Orientem Alexander profectus eſt, quod Artaxerxes Perſarum Rex, Romanorum Provincias incurſaret. XI.
An-

In Orientem proficiſcitur.

Philonis (*a*) teſtificatione ſuperius diximus, nec minus quam decies centena millia. In Ægyptum peregrinatum eſſe Platonem, teſtatur Clemens Alexandrinus (*b*); & alii de cæteris quoque philoſophis, Lactantius (*c*), Euſebius, aliique Scriptores affirmant.

(*a*) *Philo in Flac.*
(*b*) *Clem. Alex. Strom. l.1.*

XIV. Adjuvat etiam noſtram conjecturam Ariſtæas, qui de Septuaginta interpretibus commentarium ſcripſit, cum tradit, ea de cauſa initum eſſe conſilium accerſendi Hieroſolyma, miſſa legatione, interpretes; quod licet libri Judæorum innotuiſſent, nondum tamen, qui eos interpretati eſſent, inventi fuiſſent; ſic enim habet: *Demetrius Phalereus, cum regiæ bibliothecæ præpoſitus eſſet, diligenti cura elaborabat, ut ex univerſo Orbe, quoad fieri poſſet, volumina compararet, diſtributis per opportuna loca hominibus, qui libros & emerent, & tranſcriberent: quo ſtudio demum perfecit, ut, quantum in ſe erat, impleret Regis propoſitum. Nam præſentibus nobis, cum ab eo peteretur, quot librorum millia congregaſſet, inquit: Rex, ſupra ducenta millia jam in bibliothecam redacta ſunt, brevique numerum adimplebo, ut ad quingentorum millium ſummam aſcendant. Nunciatur quoque mihi, Judæorum leges tranſcriptione dignas eſſe, & quæ in bibliotheca tua habeantur. Quid igitur obſtat, ait, quod te hoc facere prohibeat? Nonne omnia tibi in hunc uſum prompta ſubjectaque ſunt? Cum reſpondiſſet Demetrius, Interpretatione opus: intercipiens Rex, Scripturam ſe inquit ad Judæorum Pontificem, ut omnia perficiantur.* Hæc Ariſtæas; quibus demonſtrat, nullam ante ea tempora vulgatam fuiſſe Judaicæ legis interpretationem, quippe quam ipſe Demetrius apud Regem curaret, ut fieret: nam ſi aliqua extitiſſet, ejus vel ſaltem meminiſſe, neceſſaria oblata occaſione, debuiſſet.

(*c*) *Lactant. l.4. c.1. Euſeb. de præp. ſæpe S. Auguſt. de Civ. Dei, & alii.*

Demetrius Bibliothecarius.

XV. Quamobrem quæ Philoſophi ex Judæis accepiſſe noſcuntur, traditione potius, cum quid rogarent Judæos, ab eis mutuatos eſſe putamus: ſicut cum quidam ex illis apud Gymnoſophiſtas verſati, quæ ab illis audiſſent, didicerunt; non quidem quod ab eis libros accepiſſent, atque in Græcum ſermonem convertiſſent. Sic igitur ex viva illos potius voce accepiſſe putandum, Judæo homine aliquid illis dictante & interpretante, quam ex aliqua ſcriptura Græce ſcripta atque omnibus pervulgata. Quemadmodum Ariſtoteli accidiſſe tradit diſcipulus ejus Clearchus (ut refert Joſephus *c*) dum ait, ipſum uſum fuiſſe Hebræo homine ad Scripturæ interpretationem: quæ ſi Græco ſermone tradita antea fuiſſet, quorſum illi opus interprete? Hæc igitur me quidem magis permovent, quam Clementis Alexandrini (*d*) auctoritas, aſſerentis, ante tempora Alexandri & regnum Perſarum, Pentateuchum in Græcum ſermonem fuiſſe converſum; ea nimirum tantummodo ratione, quod philoſophi ex Hebræorum ſcripturis aliqua accepiſſe noſcantur: ſed hæc abſque divinæ Scripturæ verſione aliter accidere potuiſſe, jam diximus.

Quomodo divina Scriptura innotuit Philoſophis.

(*c*) *Joſeph. l.1. contra Apion.*
(*d*) *Clem. Alex. Strom. lib. 1.*

XVI. Quin & affirmare poſſumus, philoſophos ex aliis ſcriptoribus, qui proſecuti ſunt res Hebræorum, ea de Judæorum in-

PAGIUS

Antiquarii varia Alexandri recitant Numiſmata, in quorum antica habetur: IMP. SEV. ALEXANDER AUG. in poſtica, PROFECTIO AUG. S. C. Sed cum in nullis nec Conſulatus, nec annus Tribunitiæ Poteſtatis notetur, nullum inde ſubſidium accipere poſſumus. Præterea Imperatoris titulus, qui victorias denotabat, quique multiplicari ſolebat, poſt Caracallæ Imperium in Nummis amplius non legitur, ideoque & Chronologia Cæſarea magis quam antea obſcura, quæ hic tamen nobis elucidanda. Ubi Antiochiam venit Alexander, *in ea civitate quæ belli uſus poſtularet, diligenter comparabat*, inquit Herodianus lib. 6. cap. 4. ubi geſta hoc anno Romanos inter & Perſas deſcribit, aitque capite ſequenti: *Exercitus contendere per Armeniam juſſus, vix ægreque ſuperatis ejus regionibus aſperrimis, præruptiſſimiſque montibus (quamquam æſtas tolerabilius iter faciebat) impetu in Mediam facto, vicos concremavit, prædamque abegit.* Addit Herodianus, Perſarum Regem omnem Romanorum exercitum profligaſſe, dum Alexander graviſſime ægrotaret, qui cum Antiochiam copias reduxiſſet, convaluit, copiaſque inſtauravit. Perſarum Rex milites ſuos dimiſit, quorum pars præliis crebris in Media Parthiaque geſtis ceciderant; alii attriti & ſauciati ſuperfuerant, ut fuſe Herodianus narrat, qui ſubjungit, Romanos non ſegniter devictos, ſed ipſos quoque interdum hoſtibus exitioſos fuiſſe. Bellum itaque æſtate geſtum.

XII. In ſecunda parte Diſſert. Hypat. cap.9. dixi, parum fauſta hujus belli initia in cauſa eſſe potuiſſe, *cur Dio de diſceſſu Alexandri, & adverſis ejus caſibus ex induſtria ſiluerit, ſi tamen ea ſciverit.* At inquit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari pag.145. illud primum optimi Hiſtorici fidei notam importare; cum præſertim Dio tot illatas Romanis clades memoraverit; alterum, virum diligentiſſimum inſcitiæ incuſare, qui belli in Armenia geſti ſucceſſus ignoraverit, & quidem in Bithynia degens, non in remotiori Græcia aut Italia, aut aliqua ultra Alpes Provincia. Verum audiendus ipſemet Dio lib.80. ubi de Alexandro agere incipit: *Cæterum*, inquit, *ea quæ ſupra dicta ſunt* (nempe de Severo, Caracalla, Macrino & Elagabalo) *ego quidem accurate diligenterque conſcripſi, ut potui: quæ vero reſtant, mihi non licet perſequi pari diligentia, quod Romæ non ſum diu commoratus, quodque in morbum incidi, cum ex Aſia in Bithyniam veniſſem: ex qua profectus ſum ad Præfecturam Ægypti. Poſt ubi reverti in Italiam, pene recta in Dalmatiam, atque inde in Pannoniam ſuperiorem miſſus ſum,* &c. *quibus ex rebus factum eſt, ut ea quæ ſequuntur, non potuerim pariter cum iis quæ præceſſerunt, intelligere. Dicam tamen in ſumma ea, quæ uſque ad ſecundum Conſulatum meum geſta ſunt,*

Dio de geſtis Alexandri parum edoctus.

inſtitutis mutuatos eſſe, ut ex Hecathæo Abderita, viro inſigni, qui vixit temporibus Alexandri, & de ipſis Judæis integrum librum ſcripſit, ut tradit Joſephus (a) contra Apionem. Idem quoque teſtatur, hiſtorias Ægyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum, atque Græcorum, meminiſſe rerum Judaicarum; id ipſum præſtitiſſe ait etiam complures Græcos auctores, quos nominatim recenſet; ut non adeo mirum ſit, ſi perpauca quædam philoſophi ex Judæis accepiſſe dicantur; nam ea ipſa vel ab illis tradentibus, vel ex Græcis ipſis de Judæis ſcribentibus, aut Ægyptiorum, vel Chaldæorum, vel Phœnicum hiſtoriis abſque aliqua divinæ Scripturæ verſione vulgata didiciſſe, perfacile contigit: cum præſertim idem Hecathæus Abderita, quem citant Demetrius in Ariſtæa, atque Joſephus (b), teſtetur nullum Græcorum auſum fuiſſe attingere Scripturam Judæorum, quod ſacroſancta eſſet, nec profano ore tractari deberet: adeo ut, qui ante eum uſi eſſent divina Scriptura, alio quopiam ediſſerente Judæo, vel aliquo alio modo (ut dictum eſt) eam viſi ſint accepiſſe. Sed & Juſtinus martyr (c) nullam aliam quam Septuaginta interpretum antea factam eſſe tranſlationem affirmat.

(a) Joſeph. ibid.

Quomodo cognitæ Philoſophis res Judæorum.

(b) Idem de antiq. l. 12. c. 2.

(c) Juſt. martyr. adverſ. Gent.

XVII. Prima ac præcipua translatio divinæ Scripturæ quando facta.

His igitur permoti rationibus, Philonem, Joſephum, Ariſtæam, alioſque ſecuti, primam omnium ac principem dicimus divinæ Scripturæ interpretationem, quæ a Septuagintaduobus interpretibus, rogante Ptolemæo Philadelpho, fuit divino elaborata conſilio, ante adventum Chriſti annis ducentis octoginta, ut exacte numero deducto colligitur; nam ſeptuaginta Olympiadas intercurriſſe ab anno factæ interpretationis uſque ad Chriſti adventum, ex Euſebio probe colligitur. Quamobrem errorem illapſum eſſe in numerum ab Athanaſio definitum exiſtimo, dum apud eum ducenti & triginta tantum anni medii ponuntur ab ea editione uſque ad Chriſti Domini noſtri incarnationem. Decepti pariter eſſe noſcuntur, qui ab Euſebio (d) diverſam inierunt numerandi rationem, vel depravati ſunt eorumdem codices (nam perfacile in notas numeri ſolet error irrepere) ut inter alios ſanctus Auguſtinus (e), qui factam dicit eam verſionem ante natalem Chriſti annis centum quinquaginta. Epiphanius (f) numerans ab ea uſque ad Cleopatræ regnum annos ducentos quadragintanovem, tranſgreditur dictum numerum ex Olympiadum chronologia ſuperius collectum: nam (ut ipſe fatetur) regnavit Cleopatra annos trigintaduos; & ab ea devicta ab Auguſto, ſuperſunt uſque ad Chriſti natalem anni vigintiocto. Sed longius adhuc prætergreſſi ſunt, qui dixerunt annis trecentis & amplius ante Domini adventum id fieri contigiſſe. At ex Olympiadum ſupputatione ſuperius exacte deducta, annorum numerus ducentorum & octoginta verior certiorque probatur.

(d) Euſeb. de præpar. Evang. l. 10. c. 17.

(e) Aug. in Pſal. 58.

(f) Epiph. l. de menſur.

Porro admirabili prorſus Dei conſilio factum omnes intelligunt, ut tribus propemodum ſæculis ante Chriſti adventum divinæ Scripturæ fieret interpretatio, tali tantaque cum primis adhibita diligentia; delectis nimirum ad opus hoc ſeptuaginta duobus Judæorum præſtantiſſimis ſenioribus; quorum inſignis probitas excellenſ-

XVIII. Qui fuerint ſeptuaginta interpretes.

PAGIUS

eo nempe excluſo, licet præſenti anno, quo Conſulatus ille geſtus, bellum acrius arſerit. Ipſemet itaque Dio fatetur, ſe de iis, quæ Alexandro imperante uſque ad præſentem annum geſta ſunt, parum edoctum fuiſſe. Contra, Herodianus lib. 1. cap. 1. ait: *Quæ poſt Marci obitum per univerſam ætatem viſa mihi auditaque ſunt, nonnulla item in experiundo cognita, utpote in publicis officiis principalibuſque verſato, ea nunc conſcribenda ſuſcepi.* Quare Herodiano in rebus Alexandri ſtandum, perperamque ab aliquibus traditum, eum odiſſe Alexandrum; cum ex optimi Hiſtorici officio damna Romanis a Perſis illata diſſimulare non debuerit, & aliunde Alexandrum laudibus ſæpius exornarit. Certe ſi Alexander proſpere hoc bellum confeciſſet, Dio qui ſecundo Conſulatu, honore ſc. maximo, ab illo decoratus fuerat, grati animi teſtandi, & Alexandri geſta deſcribendi præclaram adeo occaſionem non prætermiſiſſet.

XIII. *Bellum Perſicum Alexandro parum fauſtum.*

Inter Epiſtolas Reineſianas, in XLIX. legitur: *Extat ipſius Alexandri epiſtola apud Lampridium, ubi de hac victoria magnifice gloriatur. At Orientalium Libri, quorum narrationes vulgavit VVillelmus Schickardus in Tarich, aliud loquuntur, Alexandrum Severum tot ſtragibus affectum eſſe, ut Perſis cederet terram Elam & Hamat, & Sinear, cum parte Ion, item terram Iſrael uſque ad Arabiam. Sic apud Livium & alios, exterorum fere ſepulta eſt omnis memoria, quod ad Romani nominis gloriam nihil admodum facerent,* &c. Ita Chriſtophorus Rupertus in Epiſtola ad Reineſium ſcripta pag. 438. Non mirum itaque ſi Herodianus hanc expeditionem Alexandro parum proſperam fuiſſe ſcripſerit, & Dio, qui tantum huic Imperatori debebat, eam in literas mittere noluerit.

XIV. *Hoc anno geſtum.*

Hoc porro anno Alexandrum hanc adverſus Perſas expeditionem ſuſcepiſſe, inſinuant Numiſmata, quæ apud Mediobarbum pag. 323. extant. In uno legitur: IMP. SEV. ALEXAND. AUG. in poſtica: P. M. TR. P. VIII. COS. III. P. P. S. C. viſiturque Solis gradientis typus, quæ figura Alexandri in Orientem proficiſcentis. Sumſit is Tribunitiam Pot. VIII. die ſexta Martii currentis anni, ac non multo poſt in Orientem ſe contulit. In altera poſtica Tribunitia Pot. VIII. & Conſulatu III. ſignata, cernuntur quadrigæ cum Imperatore, dextra ramum lauri, ſiniſtra ſignum militare tenente; in alia eodem Conſulatu eademque Tribunitia Poteſtate inſignita, repræſentantur quadrigæ, in quibus Imperator a Victoria coronatur, militibus hinc inde aſſiſtentibus: adeo verum eſt, Alexandrum hoc anno in armis fuiſſe. Primum autem bellum ab eo ſuſceptum, Perſicum fuit, ut jam oſtendimus.

XV.

Secundo Lampridius in Alexandro cap. 56. de triumpho Alexandri anno ſequenti ducto loquens, hæc

lenſque peritia facile perſuadent, ut exiſtimem illos ipſos ad hoc opus fuiſſe vocatos, qui ex officio de his, quæ ſpectarent ad divinam Scripturam, decernere conſueverant, nimirum ampliſſimum illum Senatum ſeptuagintaduorum ſeniorum a Moyſe primitus Dei conſilio inſtitutum, quem uſitatiori voce Sanhedrin dicere conſueverunt. Horum namque munus (ut fuſius dictum eſt tomo primo Annalium) erat, de Lege, Rege, Sacerdote, atque Prophetis decernere. Qua de re tantum opus, tantique ponderis eos per ſe eſſe executos, rei dignitas atque momentum poſtulare videbatur. Sic igitur quod dicunt, ex omni tribu ſenos ad hanc provinciam obeundam fuiſſe delectos; non ita accipiendum putamus, ut tunc recens hi fuerint electi, atque eidem adſcripti operi; ſed quod illorum potius Ptolemæus ad hoc præſtandum requiſiſſet officium, qui ſeni ex ſingulis tribubus jam ex more electi, divinæ Scripturæ integritati ex munere ſedulo ſtudio invigilarent: quippe qui non ejus tantum facultatis conſultiſſimi eſſent, ſed ex divinitus indito ſacramento, divino pariter afflati Spiritu dicerentur: quod nimirum olim, cum eos eligi Dominus præcepiſſet (*a*), eodem Spiritu, quo Moyſen, illos ſimiliter imbuiſſet.

(*a*) *Num.* 16.

XIX. Id quidem non ego primus affero, ſed ejuſdem ſententiæ Origenes fuiſſe viſus eſt, qui frequenter nominat eoſdem Septuaginta interpretes, Seniores; ſicut & hiſtoriæ primus auctor Ariſtæas; in qua etiam ſententia reperimus eſſe S. Hilarium (*b*); cujus verba, quo hæc manifeſtiora reddantur, hic ſubtexemus: *Erat* (inquit) *a Moyſe ante inſtitutum in ſynagoga omni ſeptuaginta eſſe Doctores. Nam idem Moyſes, quamvis veteris Teſtamenti verba in litteris condidiſſet; tamen ſeparatim quædam ex occultis legis ſecreta myſteria ſeptuaginta ſenioribus, qui doctores deinceps manerent, intimaverat. Cujus doctrinæ etiam Dominus meminit in Evangeliis, dicens* (*c*): *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Doctrina ergo horum in poſterum, quæ ab ipſo ſcriptore legis accepta, in hoc ſeniorum & numero & officio conſervata eſt. Hi ergo ſeniores, libros hos transferentes, & ſpiritualem ſecundum Moyſi traditionem occultarum cognitionum ſcientiam adepti, ambigue lingua Hebraica dicta, & varia quædam ex ſe nunciata, ſecundum virtutes rerum, certis & propriis verborum ſignificationibus tranſtulerunt, doctrinæ ſcientia multimodam illam ſermonum intelligentiam temperantes.* Hucuſque S. Hilarius; quæ hic verbatim recenſuiſſe voluimus, quo intelligamus, aliquid amplius cæteris horum tranſlationem, vel ex acceptis traditionibus, vel divino eos afflante Spiritu, habuiſſe: quod non ſolum noſtri, ſed & Judæorum ſcriptores nobiliſſimi agnoverunt, & ingenue teſtati ſunt: ut inter alios omnium ſapientiſſimus Philo (*d*), qui rem geſtam ab Ariſtæa fuſius litteris conſignatam, & ab ipſis Judæis, etſi non ſcriptis, certe traditione firma retentam, vel ſi non publica, privata ſaltem ſcriptione memoriæ commendatam, paucis perſtringens, de Ptolemæo Philadelpho & legationibus miſſis multa præfatus, hæc demum

(*b*) *Hilar. in Pſal.* 2.

Divino Spiritu afflati Interpretes.

(*c*) *Matth.* 23.

(*d*) *Philo de Vita Moyſi, lib.* 2.

PAGIUS

In Germanos pugnatum durante bello Perſico.

hæc verba ex Actis Senatus recitat: *Alexander Auguſte, Dii te ſervent. Perſice maxime, Dii te ſervent. Per te victoriam de Germanis ſperamus. Per te victoriam undique præſumimus.* Bellum per Legatos *in Illyrico*, & quidem *feliciter*, eodem fere tempore, quo in oriente pugnabatur, geſtum, ut ex Lampridio cap.25. liquet: *Acta ſunt res feliciter & in Mauritania Tingitana per Furium Celſum, & in Illyrico per Varium Macrinum affinem ejus.* Illyrici autem veteris pars, Vindeliciæ, ſc. & Noricum, inter Germaniæ Provincias numerabatur. Porro Mediobarbus profert Nummum Alexandri, in cujus poſtica habetur: P. M. Tr. P. VIII. Cos. III. P. P. De Germanis. Cernuntur in ea quadrigæ triumphales, quibus inſidet Imperator dextra ramum, ſiniſtra globum tenens, cui Victoria lauream imponit, & in medio laureæ: Vic. Aug. id eſt, *Victoria Auguſti*. Quæ de Germanis ſeu Illyricianis victoria, vel hoc anno vel ſaltem ſequenti ante diem ſextum Martii, quo Tribunitiam Pot. IX. iniit Alexander, a Romanis reportata, & quadrigæ illæ triumphales Imperatori decretæ. Imo Card. Noriſius in Diſſert. de nummo Diocletiani & Maximiani cap.6. Nummum Alexandri majoris magnitudinis producit, in quo extant quadrigæ triumphales cum his verbis: P. M. Tr. P. VIII. Cos. III. P. P. S. C. quas quadrigas Alexandri Victorias per Legatos obtentas, & de quibus Lampridius nuper citatus ſignificare, Card. Noriſius recte animadvertit. Ex utroque igitur Nummo maniſeſtiſſimum fit, bellum Perſicum ante præſentem annum inchoatum; cum expeditio Perſica, Lampridio, Herodiano, & Dione teſtibus, prima Alexandri fuerit. Quare cum hoc anno, quo Tribunitiam Pot. VIII. Alexander ſuſcepit, bellum in Germania geſtum, annoque ſequenti continuatum ſit, apparet, Alexandrum hoc anno in Orientem profectum eſſe. Neque enim in triumpho anno ſequenti geſto acclamatum fuiſſet, *Per te victoriam de Germanis ſperamus*, niſi ante triumphum jam bellum Germanicum motum fuiſſet. In Germania vero hoc vel ſequentis anni initio dimicatum eſſe, Nummus mox productus certiſſimum facit. Tertia ratio ab Alexandri triumpho deducta, ut anno ſequenti explicabimus.

Quarto, Euſebius in Hiſtoria lib.6. cap.21. ubi narravit, Philetum Epiſcopatum Antiochenum ſortitum eſſe, ait, Mammæam Imperatoris matrem Antiochiæ degentem, miſſo militari ſatellitio Origenem accerſiſſe, *qui apud eam aliquandiu commoratus, ad conſuetas mature ſedes regreſſus eſt.* Philetus currenti anno ante menſem Septembrem e vita migravit, ut anno ſuperiori dixi. Quare cum Mammæa Alexandrum filium in Orientem comitata fuerit, quando is bellum Perſis intulit, ut prodit Herodianus, lib. 6. cap.5. XVI.

Origenes Antiochiam a Mammæa vocatus.

demum ſubdit, a loco narrationem exordiens:

XX. Locus ubi verſio facta. *Ante urbem Alexandrinam eſt Pharus inſula, per oblongam & faſciæ ſimilem cervicem acceſſibilis; quæ non alto mari, ſed ſtagnantibus undis alluitur, ut ne fluctus quidem, nimirum ſpatio medio debilitati, obſtrepant. Hic locus poſtquam de communi ſententia viſus eſt ad præſens negotium aptiſſimus, propter ſeceſſum quietiſſimum, ubi animus ſolis legibus poſſet intendere, eum ſibi optaverunt ad diverſorium; ſumptiſque in manus ſacris voluminibus, tendebant eas ad cœlum ſupplices, Deum invocando, ut cœptis faveat. Exaudivit ille vota, ut, ſi non univerſum genus humanum, certe maxima pars præceptis inſtrueretur ad bene vivendum optimis & ſapientiſſimis. In eo ſeceſſu cum conſediſſent ſolitarii, nemine interveniente arbitro, præter naturæ partes, terram, aquam, aerem, & cœlum: de quibus primum prodituri erant myſteria (nam mundi opificium, legis exordium eſt) tamquam numine correpti prophetabant, non alia alii, ſed omnes ad verbum eadem, quaſi copiam dictante ſingulis inviſibiliter. Et quis neſciat cujuſque linguæ, præſertim Græcæ, copiam, ut eadem ſententia poſſit enunciari variis modis, nunc has nunc illas dictiones accommodando? Id negant factum in prodendis his legibus; ſed reddita propria propriis nominibus, Græcis ad Chaldaica* (ſic Hebraicam linguam nominat Philo) *exacte reſpondentibus, quo melius perciperetur rerum notitia. Quemadmodum enim geometriæ dialecticæque doctrina non admittit ſermonis varietatem, ſed ſemper iiſdem utitur vocibus; eodem modo & hi convenientia rebus invenerunt nomina, quæ ſola declaratura erant ſenſum apertiſſime. Id experimentis quotidianis creditur; ſive Chaldæus Græcam linguam, ſive Græcus Chaldæam didicerit, in utraque Scriptura tum Chaldaica, tum Græca ejus interpretatione miratur germanitatem, immo rerum verborumque conſonantiam adorat; non interpretei illos, ſed initiatores ac Prophetas appellans, quibus datum eſt ſinceriſſimas Moyſis cogitationes aſſequi ſpiritu puriſſimo. Quamobrem hodie quoque ſolemnis celebritas renovatur in Pharo inſula, ad quam non Judæi tantum, ſed & alii plurimi trajiciunt, locum veneraturi, in quo primum viſa hæc eſt interpretatio, & pro tanto beneficio quaſi recente acturi Deo gratias. Poſt vota autem & gratiarum actiones, alii tentoriis fixis in littore, alii diſcumbentes in ipſa arena, ſub divo epulantur cum amicis & domeſticis, præferentes tunc littus palatiis regiis.* Hucuſque Philo.

In hujus ſententiam, quod illa verſio divini potius aliquid habuerit, quam humani, eoſdemque divino afflatos Spiritu eam interpretatos, & prophetice interdum fuiſſe locutos, Patres omnes, rem experimento ſatis perſpectam habentes, ſinceriſſime profeſſi ſunt; omneſque tam Græci, quam Latini, ne ſingulos recenſere laborem, id ipſum teſtati ſunt, uno dumtaxat excepto S. Hieronymo (*a*); qui damnans quæ ab aliis de interpretum cellulis tradita eſſent, hæc ait: *Neſcio quis primus auctor ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo exſtruxerit, quibus diviſi eadem ſcriptitarint; cum Ariſteas, ejuſdem Ptolemæi ὑπερασπιστής, & multo poſt tempore Joſephus, nihil tale retulerint; ſed in una baſilica congregatos contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe. Aliud eſt enim vatem, aliud eſt eſſe interpretem: ibi Spiritus ventura prædicit; hic eruditio & verborum copia, ea quæ intelligit, transfert.* Hæc Hieronymus; qui ſibi viſus ſolute nimis, dum impetu quodam ferretur in obtrectatores eum carpentes, eſſe locutus; paulo poſt (nam illud præfatione in Pentateuchum ad Deſiderium, & quid ſimile præfatione in Paralipomenon ad Chroma-

XXI. Numine afflatos eſſe illos Interpretes.

(*a*) Hier. *præf. in Pentateuc. epiſt.* 104. & *ep.* 107.

PAGIUS 6. cap. 5. profectio Alexandri in Orientem ultra præſentem annum differri non poteſt. Recte igitur Hermannus Contractus in Chronico anno VIII. Alexandri Imp. ſcribit: *Mammæa mater Alexandri Origenem celeberrimum doctorem ad ſe vocatum audire curavit.* Proxime Zebennum Antiochiæ Epiſcopum conſtitutum, dixerat Contractus, quia Phileti obitum male collocat. Tangit Baronius Origenis Antiochiam adventum anno primo Heliogabali: Huetius vero lib. 1. Origenianorum cap. 2. num. 7. hanc Origenis peregrinationem initio Imperii Alexandri, quo & bellum Perſicum geſtum exiſtimat, conſignavit, Euſebii in Chronico auctoritate fretus. Verum non Euſebius, ſed D. Hieronymus bellum Perſicum anno primo Alexandri copulavit. Verba enim, quæ in Chronico Euſebiano de hoc bello recitantur, in ultimo libro Eutropii, qui poſt Euſebii mortem ſuam Hiſtoriam ſcripſit, leguntur. Ex quo liquet, non tantum ea verba Euſebii non eſſe; ſed etiam quæcumque ex Eutropio in illo Chronico habentur, a D. Hieronymo addita fuiſſe. Neque bellum Perſicum anno primo Alexandri geri potuit, cum quarto Imperii ejus anno Artaxerxes, cum quo dimicavit Alexander, regnare cœperit. Præterea Herodianus lib. 6. cap. 4. de Alexandro in Orientem proficiſcente loquens ait, nullum fuiſſe, qui *ſiccis oculis abeuntem Alexandrum* aſpexerit, *Imperio tam multos annos modeſtiſſime adminiſtrato*, per annos nempe fere octo. Quare neque Alexander Imperii ſui initio cum Perſis pugnavit, neque tunc Origenes a *Mammæa* in Orientem vocatus. Cumque ex Euſebio, cui quoad Origenianam Chronologiam omnis fides habenda, ut recte eruditiſſimus Huetius; & ex Hermanno Contracto conſtet, Origenem, currenti anno a *Mammæa* Antiochiam accerſitum, non dubium, quin Alexander præſenti anno in Orientem ſe ſe contulerit. Certe poſt illum, bellum Perſicum non ſuſcepiſſe, ex dicendis anno ſequenti magis patebit.

Baron. ann. 220. n. VI.

(a) Hieron. epiſt.108.

matium (*a*) fuerat prælocutus) ſubſequenti poſita præfatione in eumdem librum Paralipomenon ad Domnionem & Rogatianum aliquid ſupra humanas vires & ſtudium iiſdem tribuit interpretibus, dicens: *Non hoc Septuaginta interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni, ea quæ vera fuerunt, tranſtulerant, ſed ſcriptorum culpæ tribuendum.*

XXII. De cellulis confirmatio.

Quod ad cellulas ſpectat, in quibus dicuntur invicem ſeparati opus elaboraſſe, & poſtea, facta mutua collatione, nihil penitus inter ſe diſſentientes ſcripſiſſe reperti; hoc paulo accuratius perveſtigandum. Qui primus auctor ea de cellulis ſcripſerit, Juſtinus martyr (*b*) habetur, natione Palæſtinus, patria Samarita, undecumque rerum Judaicarum peritiſſimus, qui hæc ſcribit: *Illis extra turbam conſtitutis, primo quoque tempore, ut interpretationem abſolverent, non in urbe ipſa, ſed ſeptem ab ea ſtadiis, ubi Pharos conſtructa eſt, pari cum interpretibus numero domunculas exſtrui præcepiſſe, ut ſigillatim pro ſe quiſque interpretationem perficeret; illa quoque cura iis, qui operam eis dare juſſi fuerant, mandata, ut omnibus quidem modis ipſis inſervirent, a congreſſu autem mutuo illos prohiberent, quo exquiſita interpretationis veritas ex ipſorum etiam conſenſu cognoſci poſſet. Et cognito, Septuaginta iſtos viros non ſolum eadem ſententia, verum etiam iiſdem eſſe verbis in tranſlatione uſos, ac ne una quidem dictione alium ab alio diſſenſiſſe, uſque adeo eadem de iiſdem omnia conſcripſerant; admiratione attonitum, cum interpretationem abſolutam eſſe divina virtute credentem, tum quovis honore dignos illos, ut Dei amantes, & Deo caros viciſſim judicantem, cum muneribus multis in patriam ſuam redire juſſiſſe; ac libros, ut par erat, exoſculatum eſſe, & Deo conſecratos in bibliotheca ſua repoſuiſſe.* Unde autem hæc ipſe acceperit, ſubdit his verbis: *Hæc vobis, viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam hiſtoriam renunciamus: ſed qui ipſi Alexandriæ fuerimus, & veſtigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus, & ab incolis, qui res patrias a majoribus per manus ſibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus; quæ ex aliis quoque aliqua ex parte intelligere poteſtis, & potiſſimum ex eis, qui iſta ſcriptis ſuis inſeruerunt, ſapientibus & ſpectatis viris, Philone, Joſepho, & aliis pluribus.* Hæc Juſtinus, non ex aliorum ſcriptis tantum, ſed ex traditione (ut ait) majorum accepta.

(b) Juſtin. orat. ad Gent.

XXIII. De cellulis eadem aſſertio.

(c) Iren. lib.3. cap.25.

Eadem quoque Irenæus (*c*) his ipſis verbis teſtatur: *Ptolemæus autem experimentum eorum ſumere volens, & metuens ne forte conſentientes, eam veritatem quæ eſſet in Scripturis, abſconderent per interpretationem; ſeparans eos ab invicem, juſſit omnes eamdem interpretari Scripturam, & hoc in omnibus libris fecit.* Nec aliud ſignificare voluiſſe Tertullianum (*d*) apparet, dum de iiſdem agens interpretibus, ait: *Sed ne notitia vacaret, hoc quoque Ptolemæo a Judæis ſubſcriptum eſt, Septuaginta interpretibus indultis, quos Menedemus quoque philoſophus, providentiæ vindex, de ſententiæ communione ſuſpexit.* Nimirum divinam ex iis Dei providentiam intuens, quod omnes in eamdem ſententiam conveniſſent: quod certe haud mirum fuiſſet, niſi ſeparatim eamdem Scripturam interpretati eſſent. Inhærebat enim lateri Ptolemæi Menedemus philoſophus, dum eamdem verſionem elaborarent interpretes: quam ipſe eſt tantopere admiratus, tribuens ſummæ Dei providentiæ, quod in eamdem omnes ſententiam & verba pariter conſenſiſſent: quod eſt de ſeparatis cellulis potens indicium & conjectura. Eadem quoque Clemens, & quidem Alexandrinus (quem haud putamus res patrias ignoraſſe) his (*e*) verbis inſinuat: *Cum autem unuſquiſque ſigillatim ex ſua propria interpretatus eſſet prophetia; conſpirarunt omnes ſimul collatæ interpretationes & ſententiis & dictionibus: Dei enim erat voluntas, quæ id ad Græcorum aures conſulto comparaverat. Neque vero ab inſpiratione Dei erat alienum, qui prophetiam dederat, ut interpretationem quoque tamquam Græcam efficeret prophetiam.* Hæc & alia hujuſmodi Clemens.

(d) Tertull. Apol. c.18.

(e) Clem. Alex. Strom. l.1.

XXIV. De iiſdem eadem Patrum ſententia.

(f) Cyril. Catecheſ. 4.

Rurſum vero Cyrillus Hieroſolymitanus (*f*) hæc in eamdem ſententiam: *Et ut divinæ legis eſſe hos libros experientia diſceret, & ne hi qui fuerant ad illum miſſi, mutuo conſpirarent proſpiciens, in inſula Pharo ſingulis interpretibus ſingulas domos diſtribuit, & unicuique, ut ſeparatim omnes Scripturam interpretarentur, mandavit. Qui cum ſeptuagintaduobus diebus negotium perfeciſſent, ſimul omnium interpretationes, ex diverſis domibus prodeuntes, protulerunt; collatas autem ſimul, non ſolum in ſenſibus, verum etiam in verbis conſonas invenit.* Hucuſque Cyrillus; eadem quoque Philaſtrius (*g*). Sed & Epiphanius tradit binos in ſingulis cellis incluſos, qui omnes eamdem Scripturam interpretarentur; adeo ut ea ratione divina Scriptura fuerit ſexies & trigeſies interpretata; ſed hæc ille pluribus. Conſentiunt in eamdem quoque ſententiam S. Hilarius (*h*), S. Auguſtinus (*i*), Theodoretus (*k*), atque alii complures, quorum ſingulorum nomina omittimus recenſere. His addendus demum Juſtinianus (*l*) Imperator, qui edita Novella conſtitutione, eamdem probat hiſtoriam. Scimus his aliquot ex recentioribus refragatos, una tantum illa perſuaſos ratione, quod cellularum non Ariſtæas, non Philo,

nec

(g) Phil. de hæreſ. c. 139.

(h) Hilar. in Pſal.2.

(i) Auguſt. de Doctrin. Chriſt. l.2. c.15. & de Civ. Dei, l.18 c.43.

(k) Theod. præfat. in Pſal. & alii quos numerat Pam. in Not. ad Tert. Apol. c.18. not. 264.

(l) Authent. 46. collat. 10.

nec Joſephus ipſe meminerint. Sed ad unum Ariſtæam tota cauſa rejicitur, quem conſtat illos fuiſſe ſecutos; ſicut & Euſebium (*a*), qui eamdem ex eodem auctore narrat hiſtoriam; quibus ea, quæ dicta ſunt ſuperius, optime poterunt ſatisfacere. Verumtamen de tam antiqua quæſtione non eſt noſtrum quid certius definire; licet tot ſinceræ fidei & venerandæ antiquitatis teſtibus libentius aſſenſerimus.

(a) *Euſeb. de præp. Evangel. l.8. c.1.*

XXV. Quos libros Interpretes tranſtulerunt.

Sed & alia majoris momenti urget nos quæſtio: Num ſcilicet omnes veteris Teſtamenti libri, qui ad illa uſque Ptolemæi tempora fuerant ſcripti, an vero ſolum Pentateuchus fuerit in Græcum ſermonem tranſlatus? S. Hieronymus (*b*) in primis id ipſum in dubium revocat, dum ait: *Accedit ad hoc quoque, quod Joſephus, qui Septuaginta interpretum ponit hiſtoriam, quinque tantum ab eis libros Moyſi tranſlatos refert; quos nos quoque profitemur plus quam cæteros cum Hebraicis conſonare.* Hæc eadem ipſe alibi (*c*) etiam. Sed ei omnes pariter refragantur, affirmantes, ſingulos & omnes veteris Teſtamenti, qui extabant, libros ab eis fuiſſe interpretatos. Sed videamus quid Joſephus dicat, cujus auctoritate id ſanctus Hieronymus profiteri videatur. Nullam invenimus apud Joſephum mentionem explicitam eſſe habitam de facta per eos verſione Pentateuchi; ſed tantum illum dicere, libros legis ab eis fuiſſe tranſlatos.

(b) *Hier. præf. in Quæſt. in Gen.*
(c) *Hieron. in Comment. in Ezech. c.1. & in Michæam, c. 2.*

XXVI. Omnes veteris teſtamenti libros eſſe tranſlatos.

Cæterum qui adverſantur S. Hieronymo, per libros legis totum ipſum vetus Teſtamentum eſſe intelligendum, probant auctoritate itidem divinæ Scripturæ, idque multis exemplis. Ut cum Dominus (*d*) ait: *Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra? Ego dixi, dii eſtis*: & illud Evangeliſtæ: *Ut adimpleretur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt: Quia odio habuerunt me gratis*: quæ non in Pentateucho, ſed in Pſalmis (*e*) habentur. Sed & illud Pauli ad Corinthios (*f*): *In lege* (inquit) *ſcriptum eſt; Quoniam in aliis linguis, & labiis aliis loquar populo huic*: quæ verba accepta noſcuntur ab Iſaia (*g*). Sed hæc planiora ac evidentiora reddemus, cum ex ejuſdem Joſephi phraſi uno vel altero exemplo demonſtrabimus, eumdem auctorem per legem intelligere conſueviſſe ipſum integrum volumen veteris Teſtamenti; a principaliori parte, nempe a quinque legis libris, denominatione deducta. Agens enim de Judæorum libris, qui in ſynagogis legi conſueverant, libros legis appellat; cum tamen conſtet Evangelica (*h*) & Apoſtolica (*i*) auctoritate, non modo in illis legi ſolitum Pentateuchum, ſed & Prophetas. Cum igitur hujuſcemodi libros, modo volumen legis, modo etiam Moyſi libros ipſe conſueverit appellare (*k*), qui Prophetas quoque neceſſario continerent; jam certum conſtat, cum agit de interpretibus, quod legem verterint, vertiſſe etiam totum vetus Inſtrumentum, ſignificare voluiſſe.

(d) *Joan. 10.*
(e) *Pſ.81. & 119.*
(f) *1. Cor. 14.*
(g) *Iſai. 28.*
(h) *Luc.4.*
(i) *Act.15.*
(k) *Joſeph. antiq. l. 20. c.4. & de bell. Jud. l.2. c. 22.*

XXVII. Vehementes conjecturæ.

Certe quidem etſi de iis nulla exempla ſuppeterent; ratio ipſa plus ſatis poſſet id etiam pugnacibus quibuſlibet perſuadere. Nam ſi (quod omnibus exploratum eſt) quærebat nomine Ptolemæi Demetrius, omnes quotquot in univerſo Orbe libros reperire potuiſſet, ad unum uſque colligere; quænam, quæſo, ſubeſſe cauſa potuit, ut illos Hebræorum libros divina complectentes oracula, alioſque perinſignes, quos divinitus editos ſciret, deſpiceret commentarios, nullam penitus illorum habens rationem? Verumenimvero etſi cæteros, illos tamen, qui rerum Judaicarum continerent hiſtoriam, qui Regibus aliiſque rerum antiquarum ſtudioſis magno in pretio eſſe ſolent, quis exiſtimare poterit prætermiſſos? cum præſertim Hecatheus Abderita, qui uno volumine laudes Judæorum fuerat proſecutus, res Judaicas penitius perdiſcendi, externorum omnium deſiderium inflammaſſet. Quod ſi (ut ſuperius demonſtratum eſt) unica tantum erat totius divinæ Scripturæ interpretatio ante eam factam ab Aquila Pontico; unde quæſo, illa, ex qua Apoſtoli Prophetas citare conſueverunt, Græca verſio, niſi fuerit Septuaginta? Sed quod ad S. Hieronymum ſpectat; cum plane conſtet, non tantum refragatos ei eſſe omnes quos recenſuimus ſuperius ſcriptores Eccleſiaſticos, ſed ipſummet ſibi adverſatum eſſe, plane cognoſci poteſt, ipſum de ea re aliquando dubitaſſe potius, quam quid firmiter ſtatuiſſe, & in communem poſtea cum cæteris ſententiam pedibus abiiſſe: nam Prophetas interpretando, textum Septuaginta interſerit, de eoque pariter diſſerit, & Septuaginta eſſe fideliter recognoſcit.

XXVIII.

In ejuſdem inſuper divinæ Scripturæ interpretatione, aliqua ab illis aliter reddita, additaque fuiſſe nonnulla, vel dempta, iidem ferme omnes ſupra citati auctores affirmant. Aliter namque reddita in ea, vel relata ſunt divina quædam myſteria (ut tradit Hieronymus *l*) quæ Gentilibus offendiculum eſſe poſſent; addita vero, quæ (ut ſuperius dictum eſt) a Moyſe primus ille ab eo delectus ſacer Senatus tradenda poſteris accepiſſet, vel (cum omnes, ut vidimus, iiſdem interpretibus ſpiritum prophetiæ tribuerint) quæ eodem divino afflante Spiritu, eiſdem fuerint divinitus revelata: nam & Philo ipſe tradit, eos correptos numine prophetaſſe. Sed quod idem ſubdit, reddita eſſe propria propriis nominibus, non ſic intelligendum, eam ad verbum eſſe tranſlatam, ut verba verbis reddita, & nihil ab illa plus habuerit:

(l) *Cyrill. Catech.14.*
Quæ ratio a ſeptuaginta adhibita.

rit; nam id abſque aliquo privato inſtinctu divini Spiritus quibuſcumque bene peritis utriuſque linguæ facere licuiſſet; ſed potius quod addit, illa Græca inventa eſſe nomina, quæ ſola declaratura erant ſenſum apertiſſime: cum alioqui reddere Græca ſingula verba Hebraicis ſingulis, nec ſi voluiſſent, facere potuiſſent, cum nonnulla ſit in eis verba reperire, quæ vix una periodo orationis æque recte poſſint Græce interpretari.

XXIX. Quomodo interpretes prophetarint. Sic igitur ex Philonis ſententia, imbutos illos prophetico ſpiritu prophetaſſe, cum certum ſit: ubi, quæſo, id fuiſſe verum apparuit, ſi ea tantum quæ in Hebræo textu erant, nec quid amplius reddidiſſent? Sed referam hic iterum verba Philonis ſic dicentis: *Tamquam numine correpti prophetabant, non alia alii, ſed omnes ad verbum eadem, quaſi copiam dictante ſingulis inviſibiliter.* Quod ſi negas hoc, certe quidem ex Philonis ſententia cogeris ſaltem aſſerere ſeparatas ab invicem cellulas, ut imbuti illi prophetico ſpiritu, eademque illa dictante ſingulis, ſinguli exceperint, & quaſi ex ſcripto exemplari eadem omnes deſcripſerint. Alioquin quorſum illi ſpiritus prophetiæ, ſi alias abſque eo, callentes Hebraicas, ac Græcas pariter litteras, conferentes ſimul, humano ingenio præſtare feliciſſime potuiſſent, quod ſolus poſtea reperitur feciſſe Aquila, deinceps Theodotion, inde vero Symmachus, & alii etiam hæretici? Falluntur igitur, qui vel ex Ariſtæa vel Philone putarunt, Septuaginta interpretes verba verbis interpretando reddidiſſe; ac proinde perperam judicant, eam, quod non ſic edita legatur, eſſe penitus depravatam. Nam ipſe S. Hieronymus, qui omnes in eam illapſos notavit errores & emendavit, ſcribens ad Pammachium (*a*) de optimo genere interpretandi, ſæpius teſtatur, eos non verba verbis, ſed ſententias ſententiis reddidiſſe: legerat utique ipſe Ariſtæam atque Philonem, nec tamen eo ſenſu eorum verba accipienda putavit.

(*a*) *Hieron. ep.* 101.

XXX. Interpretatio ad Synagogas omnes miſſa. Interpretatione perfecta ac numeris omnibus abſoluta, addit Ariſtæas & alii qui ab ipſo eadem acceperunt, convocatos eſſe Judæos, ut ea cognoſcerent; eoſque conteſtatos eſſe, divinam Scripturam recte ſancteque interpretatam, eamdemque ſic ſemper permanere, nec quid immutari debere ab iis quæ ſcripta eſſent; adjuraſſeque ut ſic ſemper integra ſervaretur; eamdemque inſuper tranſlationem ab illis fuiſſe deſcriptam, & ad diverſarum ſynagogarum Principes miſſam, atque ab omnibus æque probatam receptamque. Tanta quidem in ſacro illo Senatu inerat auctoritas, ut, quod illi feciſſent, nefas ducerent in controverſiam revocare: quippe quod (ut ſæpe dictum eſt) eorum muneris eſſet, de Lege, Rege, Prophetis, ac Sacerdote etiam judicare, nec ipſi aliorum ſubjicerentur cenſuræ: ut non adeo mirandum ſit, ſi cum quid inventum in illis foret, quod Hebraica veritas aliter noſceretur habere, nullum de ea re a quopiam negotium exhibitum fuiſſet: quippe cum totum id, Legis judicibus decernentibus, factum eſſe cognoſcerent.

XXXI. Cuſtodita editio LXX. interpr. Hunc ergo in modum ſacra illa editione vulgata, *jubet Demetrius* (inquit Ariſtæas) *ut Judæi pro eorum conſuetudine imprecarentur, ſi quis vel addere, vel mutare, transferre, delereve auderet quicquam ex iis omnibus quæ ſcripta ſunt. Cumque univerſa hæc rite explevisſent; ut perennis illa ſit, ſemperque ſervetur, adjurat:* Hæc ipſe: additque juſſu Regis omni ſtudio procuratum, ut eadem editio ab omni macula illæſa diligentiſſime cuſtodiretur. Tradunt alii apud Serapidis templum eam ut rem divinam ac ſacroſanctam ſervatam fuiſſe; reconditumque ſimul cum ea fuiſſe textum Hebraicum, teſtatur Tertullianus (*b*), ac eamdem ad ſua tempora integram conſervatam eſſe confirmat, cum ait; *Hodie apud Serapæum Ptolemei bibliothecæ cum ipſis Hebraicis litteris exhibentur.*

(*b*) *Tert. in Apol. c.* 18. *in fin.*

XXXII. Sed illud impugnamus omnino, quod nititur quidam (*c*) ſtabilire auctoritate S. Joannis Chryſoſtomi, quam non reperimus; quod dixerit, ad ſua uſque tempora in Serapidis templo aſſervari Prophetarum libros ab illis converſos. Atqui, obſecro, uſquam potuerit id vel ſomniaſſe Chryſoſtomus, cum conſtet anno ſecundo Commodi Serapidis templum fuiſſe combuſtum, ac rurſus, antequam idem S. Joannes Chryſoſtomus ea ſcriberet, ſub Theodoſio Seniore funditus (*d*) eſſe dirutum? At quomodo, quæſo, vel fingi poteſt, eam uſque ad Chryſoſtomi tempora permanſiſſe? Cur adeo laboratum ab Origene primum, deinde a Luciano, poſtea ab Heſychio Alexandrino, ac demum a S. Hieronymo in ea cognoſcenda, emendanda, ac in candorem priſtinum reſtituenda, ſi ipſum originale ſuppetebat exemplar, ex quo potuiſſent omnia quam veriſſime atque puriſſime ſumma facilitate corrigi & emendari?

Refellitur aſſertum Commentum.

(*c*) *Gelaſ. de Septuag. interpr. pag.* 40.

(*d*) *Ruffin. hiſt. l.* 2. *c.* 23.

XXXIII. Sed & revocatur in dubium quod dicit Tertullianus, ſuo tempore adhuc extitiſſe in Serapæo editionem Septuaginta: ut appareat plane mentitum eſſe; niſi Serapæum quod dicit, aliud fuerit a templo Serapidis, quod, antequam ea ille ſub Severo ſcriberet, ſub Commodo conſtat incendio conflagraſſe. Nam ſi fuiſſet in templo Serapidis, æque cum templo combuſta fuiſſet. Rurſus etiam ejuſdem Tertulliani teſtificatio in dubium revocari poſſe videtur, & exiſtimari in enormi illa conflagratione nobiliſſimæ illius bibliothecæ,

Quando incenſa Ptolemæi Bibliotheca.

cæ, eam cum cæteris libris ibi poſitis fuiſſe combuſtam famoſiſſimo illo incendio, quod contigit anno ab Urbe condita ſeptingenteſimoſeptimo, quo Cæſar poſt Pharſalicam pugnam Alexandriam expugnavit, quod Dio (*a*) teſtatur; cum & bibliotheca incenſa eſt, & ad ſeptingenta librorum millia ſunt pariter concremata, quod Gellius (*b*) tradit his verbis: *Ingens poſtea numerus librorum in Ægypto a Ptolemæis Regibus vel conquiſitus, vel confectus eſt, ad millia ferme volumina ſeptingenta. Sed ea omnia bello priore Alexandrino, dum diripitur ea civitas, non ſponte, neque opera conſulta, ſed a militibus forte auxiliariis incenſa ſunt:* Hæc ipſe. Sed haud putandum præteriiſſe Tertullianum hiſtoriam illam de conflagratione bibliothecæ omnium vulgatiſſimam: quamobrem incendium illud eam non pertigiſſe, ejuſdem Tertulliani auctoritate confirmari videtur.

(*a*) *Dio hiſt. Rom. l.42.*
(*b*) *Gell. l. 6. c. ult.*

XXXIV. Dei providentia in tranſlatione divinæ Scripturæ.

Admirantur plane omnes divinum conſilium, quo factum eſt, ut iidem ipſi Judæi divinam Scripturam quam diligentiſſime tranſlatam Gentibus communicarent; ne videlicet illorum fraudi locus pateret, cum Chriſtum non reciperent, quem eadem ſacra volumina prænunciarent. Dimanavit illa primum ad Gentes, quas Evangelica prædicatio inſtitutura erat ad fidem: jactumque tunc eſt quodammodo fundamentum, ſuper quod immenſæ molis ædificium extruendum foret. Quod ſi poſt Chriſti adventum id faciendum fuiſſet, tum quod tradit Euſebius (*c*) accidiſſet; nempe quod vel Judæi ex invidia Scripturam occultaſſent, aut corruptam dediſſent; aut qui eam verſuri eſſent, ab eis in ſuſpicionem vocati fuiſſent. De his itaque agens S. Auguſtinus (*d*) hæc ait: *Si quid aliter in Hebræis exemplaribus invenitur, quam iſti poſuerint, cedendum eſſe arbitror divinæ diſpenſationi, quæ per eos facta eſt, ut libri, quos gens Judaica cæteris populis vel religione vel invidia prodere nolebat, credituris per Dominum Gentibus, miniſtra Ptolemæi Regis poteſtate, tanto ante proderentur: atque fieri poteſt, ut ſic illi interpretati ſint, quemadmodum congruere Gentibus ille qui eas regebat, & qui os unum omnibus fecerat, Spiritus ſanctus judicavit:* Hæc Auguſtinus. Sed & in eo divina eſt providentia admiranda, quod eam ab immani illo incendio, quo cæteri libri omnes conflagrarunt, illæſam ſervaſſe voluerit; cum non deeſſent innumera exemplaria, inter Judæos atque Gentiles ſparſa.

(*c*) *Euſeb. de præp. Evang. l. 8. c.1.*
(*d*) *Auguſt. de Doctrin. Chriſt. l.2. c.15.*

XXXV. Judæis in uſu tranſlatio Septuaginta.

Cæterum quod pertinet ad Judæos, tantæ ea tranſlatio apud omnes fuit auctoritatis, ut quamplurimis deſcriptis exemplaribus, eiſdem uterentur in ſynagogis, in lectionibus illis quæ ex more per omne ſabbatum legebantur. Extat ea de re inſigne teſtimonium apud Lucam (*e*), ubi habet, Dominum ingreſſum in ſynagogam, cum illud legeret (*f*) Iſaiæ: *Spiritus Domini ſuper me, &c.* Plane conſtat ſecundum Septuaginta legiſſe: quod poſitus a Hieronymo uterque textus ſignificat. Confirmatur hoc ipſum de lectione Septuaginta in ſynagoga ex eo quod Tertullianus (*g*) tradit his verbis: *Sed & Judæi palam lectitant, vectigalis libertas vulgo editur ſabbatis omnibus.* Nimirum quod ſuos conventus collata pecunia redimere ſolerent, cum pro qualibet ſynagoga Romano Imperio tributum penderent. Fuiſſe quidem ejus editionis Judæos ſtudioſiſſimos pariter & cupidiſſimos oblato (*h*) libello ſupplice Juſtiniano Imperatori, aperte ſignificarunt; quo petierunt eamdem (ſicut antea factum erat) in ſuis ipſorum ſynagogis legi debere. Philonem inſuper & Joſephum uſos editione Septuaginta, jam ſuperius tomo primo Annalium demonſtravimus. Chriſtianos itidem ab ipſo exordio naſcentis Chriſti Eccleſiæ eamdem editionem publice legiſſe, in confeſſo eſt apud omnes. At quod opus non ſit in hoc probando diutius immorari; ſatis modo Cyrilli (*i*) Hieroſolymorum Epiſcopi recitare ſententiam, cum de eadem divinæ Scripturæ tranſlatione agens, hæc ait: *Has tantum ſtudioſe meditare Scripturas, quas in Eccleſiis confidenter legimus. Multo prudentiores te & religioſiores fuerunt Apoſtoli & primi Epiſcopi, veritatis duces, qui nobis eas tradiderunt. Tu itaque, cum ſis filius Eccleſiæ, non tranſgrediaris illius terminos:* Hæc ipſe.

(*e*) *Luc.4.*
(*f*) *Iſai. 26.*
(*g*) *Tert. in Apol. c. 18. in fin.*
(*h*) *Authent.146. coll.10. incip. Æquum ſane.*
(*i*) *Cyrill. Catech. 4.*

XXXVI. Septuaginta interpr quomodo depravati & quando.

Merito igitur eadem in Eccleſia communis eſt habita, quamdiu ſincera permanſit. Licet enim (ut diximus, Ariſtæa auctore) dira execratio ab illo ſacro Judæorum Senatu fuiſſet illis inflicta, qui eam tranſlationem aliqua ex parte vel leviter corrumperent, vel depravarent; tamen haud continentes fuerunt, quin in eam impie manus inferrent, idque poſt Chriſti adventum, ut ſæpe queritur Juſtinus (*k*) martyr, & alii itidem jure expoſtulant. Tribuit & hoc noſtrorum ſcriptorum vitio S. Hieronymus (*l*) cum ait: *Nec hoc Septuaginta interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni, ea quæ vera fuerunt, tranſtulerant; ſed ſcriptorum culpæ adſcribendum, dum de inemendatis inemendata ſcriptitant; & ſæpe tria nomina, ſubtractis e medio ſyllabis, in unum vocabulum cogunt; vel e regione unum nomen, propter latitudinem ſuam, in duo vel tria vocabula dividunt:* Hæc ipſe, qui & in aliis quoque locis de corrupto ejus textu frequenter inculcat. Sed & S. Auguſtinus (*m*) vitia, quæ irrepſerunt, notariis æque tribuit, idemque alii.

(*k*) *Juſt. martyr. dial. cum Tryph.*
(*l*) *Hier. ep.108.*
(*m*) *Aug. de Civ.Dei l.15. c.13.*

Quam-

XXXVII. *Editio LXX. a quibus emendata.* Quamobrem ea primum ab Origene, deinde a Luciano martyre, poſtea ab Heſychio, quarto demum a S. Hieronymo (ut dicemus) fuit mendis expurgata. Quod ſi cui id facere perfecte licuit, Origeni conceſſum eſt; cum adhuc ſub Severo, quo tempore ipſe agebat Alexandriæ, prototypon ibi adhuc integrum (ſi Tertulliano credimus) ſervaretur, quod perquam commode conſulere in ambiguis licuiſſet. Sic igitur par eſt credere, Septuaginta editionem ab Origene in integrum accuratiſſime reſtitutam. Sed quod (ut dictum eſt) cum quid amplius vel minus interdum ab Hebraico textu habere reperta eſſet, idem voluit adnotaſſe, additis ex Theodotione locis notatis obelis, & aſteriſcis: inde (ut tradit S. Hieronymus) novæ corruptionis manavit occaſio, cum a notariis velocitate ſcribendi prætermitteretur aliquod illorum ſignorum, fieretque interdum, ut, quod Theodotionis eſſet, Septuaginta perperam putaretur. Verum id raro accidiſſe, nec in omnibus codicibus contigiſſe, ſed & ſemper emendare licuiſſe ex veteribus exemplaribus, idque Lucianum, Heſychium, ac denique Hieronymum præſtitiſſe, quis poterit dubitare? Nam etſi prototypum defeciſſet exemplar; tamen ex iis quæ ſuppeterent ex emendatione ab Origene facta, quæ integra ſervabatur in Hexaplis & Octoplis in bibliotheca Cæſarienſi, optime id facere licuiſſe; vel ex aliis quæ nobiliſſimæ totius Orbis Eccleſiæ ex iiſdem exſcripſiſſent, æque digne præſtare conceſſum fuiſſe, par eſt exiſtimare.

XXXVIII. *Septuaginta interpretum tranſlatio numquam periit.* Quando autem ipſa originalis editio Septuaginta interpretum amiſſa fuerit, haud poſſumus quid certius affirmare. Si enim Severi temporibus (ut tradit Tertullianus) adhuc integra fuerat conſervata, nec ſub Cæſare vel ſub Commodo incendiis illis periit: haud creditur evaſiſſe conflagrationem illam maximam, cum Diocletiani edicto, in toto Chriſtiano orbe, qui ejus Imperio ſubjaceret, juſſi ſunt Chriſtianæ religionis codices igni tradi. At nec putandum tum omnia etiam exemplaria periiſſe, ac funditus libros omnes igni conſumptos eſſe: nam ſi complura Eccleſiaſticorum ſcriptorum, qui ante illa tempora ſcripſerant, monumenta integra poſt naufragium ſervata noſcuntur, quanto certius id oportuit contigiſſe de voluminibus divinæ Scripturæ, quorum exemplaria non in quibuſdam tantummodo bibliothecis aſſervabantur, ſed nulla ferme in Orbe erat Eccleſia, cui illis carere (id officii neceſſitate poſtulante) omnino licuiſſet? Quod etſi daremus omnia in omnibus Eccleſiis ſub Romano Imperio poſitis divinæ Scripturæ exemplaria conſumpta fuiſſe (quod plane ſtultum eſt opinari) quot extra Romani Imperii limites erant Eccleſiæ apud diverſas barbaras nationes, quæ ab illa vexatione ſecuræ nullam prorſus in divinæ Scripturæ codicibus paſſæ fuerunt jacturam, a quibus mutuari licuiſſet exemplar? Meminiſſe namque debemus (quod ſuperius dictum eſt) longius latiuſque in Orbe propagatam eſſe Chriſtianam religionem, quam Romanum Imperium. Hæc dixiſſe voluimus adverſus aliquos, qui in eam ſententiam imprudenter admodum ducti ſunt, ut inconſulte nimis, ne dicam temere, jactarint editionem Septuaginta penitus excidiſſe. At quam, quæſo, S. Hieronymus emendavit, ſi nulla amplius reliqua erat? Vel qua uſi ſunt ſcriptores omnes Eccleſiaſtici, ſaltem uſque ad Hieronymi tempora, ſi ea periiſſet omnino? Dicere præterea omnes codices, quibus præſertim in Eccleſiaſticis tractationibus iidem uterentur, deformiter fuiſſe corruptos; temerariam, nedum inſulſam, eſſe aſſertionem, par eſt exiſtimare. De iis autem, quæ poſt S. Hieronymi tempora acciderunt, ſuo loco dicturi ſumus.

XXXIX. *Editio Septuaginta ab Apoſtolis Eccleſiæ tradita.* Cum igitur ſacer ille Senatus divino afflatus Spiritu Gentilibus editionem divinæ Scripturæ communicaſſet, quam Deus viſus eſt confirmaſſe: Judæi ipſi frequentiori uſu eam firmam ratamque habuerunt, eamdemque pariter Eccleſia Chriſti recipiens venerata eſt. Apoſtoli ſiquidem eam uſu probatam tradidiſſe (ut dictum eſt) noſcuntur Eccleſiis: ſiquidem de his hæc Irenæus (*a*): *Firma eſt autem, & non ficta, & ſola vera, quæ ſecundum nos eſt fides, manifeſtam oſtenſionem habens ex his ſcripturis, quæ interpretatæ ſunt illo modo quo prædiximus, & Eccleſiæ annunciatio ſine interpolatione. Etenim Apoſtoli, cum ſint his omnibus vetuſtiores, conſonant prædictæ interpretationi, & interpretatio conſonat Apoſtolorum traditioni. Etenim Petrus, & Johannes, & Matthæus, & Paulus, & reliqui deinceps, & horum ſectatores, prophetica omnia ita annunciarunt, quemadmodum ſeniorum interpretatio continet: unus enim & idem Spiritus Dei, qui in Prophetis quidem præconizavit* * *quis & qualis eſſet adventus Domini, in ſenioribus autem interpretatus eſt bene, quæ bene prophetata fuerant:* Hæc Irenæus. Sed quod pertinet ad Apoſtolos; ſcimus S. Hieronymum (*b*) conatum oſtendere, eos citare conſueviſſe divinam Scripturam ſecundum Hebraicam veritatem, non ſecundum editionem Septuaginta. Nam adverſus Ruffinum agens, nititur demonſtrare, eos tunc uſos eſſe verſione Septuaginta, cum eam inveniſſent cum Hebraico conſonantem. Sed qui nuper hæc majori otio requiſivit Leo (*c*), vir cum primis eruditus, plane demonſtrat Apoſtolos uſitatius Septuaginta editionem citare conſueviſſe, interdum vero Hebraicam

(*a*) *Iren. l. 3. c. 25.*

* *al. præconavit.*

(*b*) *Hieron. in Iſai. c. 57. præf. l. 16.*

(*c*) *Leo Caſt. de Septuag. interpr. c. 6.*

eam veritatem eſſe ſecutos, aliquando autem non verba ex verbis, ſed ex ſententia ſententiam reddidiſſe. Certe quidem cum tam in ſynagogis, quam privato uſu (ut dictum eſt) Judæi Septuaginta lectitarent editionem; Apoſtolos pariter eadem frequentius uſos eſſe, æquum eſt exiſtimare.

XL. Ea editio ab Eccleſia uſu retenta.

De uſu vero communi ejus editionis in omnibus Eccleſiis ubique recepto, hæc Origenes ad Africanum Hebræos facile nimis auſcultantem: *Videtur ne tibi libros in omni Eccleſia receptos abrogare, & cavere legibus, ut fratres omnes ubique terrarum receptos apud ſe in ſuis Eccleſiis libros abrogent; Judæis aſſententur, & perſuadeant, ut nobis impertiant libros caſtigatos, & quam emendatiſſimos, qui nihil habeant commentitium, aut fictitium? Quid ergo? Providentia divina, quæ impertit omnibus Chriſti Eccleſiis ædificationem, in Scriptura ſacra tam parvam præſtitit curam his quos tanto pretio redemerat?* Hæc Origenes; quibus & aperte ſane declarat, eam non fuiſſe in omnibus conſentientem Hebraicæ editioni; decipique eos, qui putarunt eam ad verbum fuiſſe tranſlatam. Rurſus hallucinatos illos, qui opinati ſunt eam diſcrepantiam non in originali facta verſione contigiſſe, ſed ex illapſis in eam mendis & erroribus; quandoquidem nihil tale de ea Africanus & Origenes expoſtulant; facile enim facta collatione cum illa originali editione (ut dictum eſt) ipſi intelligere, ac eam emendare potuiſſent. Conſtat ex his igitur, antiquorum omnium aſſertione, Septuaginta editionem olim dictam eſſe Vulgatam, atque Communem, id ipſum Hieronymo ſæpius atteſtante. Uſque adeo enim id ratum firmumque habitum eſt, ut Philaſtrius (*a*) in hæreticorum claſſem rejecerit eos, qui aliqua alia uterentur editione, cujus hæc ſunt verba: *Eccleſia Catholica Septuaginta duorum interpretationem legit, colit, & prædicat; alia autem ſupervacua & contraria tantæ editioni contemnit & abjicit:* Hæc & alia de his plura Philaſtrius.

(*a*) *Philaſtr. de hæreſ. c.* 139. 140. 141. 142. 143.

XLI. Triplex editio Septuaginta.

Cæterum etſi omnium conſtat ſententia, editionem Septuaginta dictam eſſe Communem; tamen S. Hieronymus (*b*) tradit eam haud ſimplicem, ſed triplici editione fuiſſe toto Orbe diverſam; cum nimirum alii legerent eam quæ ab Origene correcta fuit, rurſum alii a Luciano emaculatam, alii denique eam quæ Heſychii diligentia priſtinæ reddita eſt integritati. De his enim tribus hæc idem habet Hieronymus (*c*): *Alexandria & Ægyptus in Septuaginta ſuis Heſychium laudat auctorem: Conſtantinopolis uſque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat, mediæ inter has provinciæ Palæſtinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Euſebius & Pamphilus vulgaverunt: totuſque Orbis hac inter ſe trifaria varietate compugnat:* Hæc ipſe. Rurſum vero duplex reperiebatur apud Origenem Septuaginta editio, dicta Communis utraque, ut idem S. Hieronymus (*d*) teſtatur his verbis: *Illud admoneo, ut ſciatis, aliam eſſe editionem quam Origenes, & Cæſarienſis Euſebius, omneſque Græciæ tractatores* Κοινὴ, *id eſt, Communem appellant atque Vulgatam, & a pleriſque nunc Luciani dicitur; aliam Septuaginta interpretum, quæ in Hexaplis codicibus reperitur, & a nobis in Latinum ſermonem fideliter verſa eſt, & Hieroſolymæ & in Orientis Eccleſiis decantatur:* & inferius: *Ea* (inquit) *quæ habetur in Hexaplis, quam & nos vertimus, ipſa eſt, quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata Septuaginta tranſlatio reſervatur; quicquid ergo ab hac diſcrepat, nulli dubium eſt quin ita & ab Hebræorum veritate diſcordet.* Verum ea quæ ab Origene in Hexaplis poſita, & in Latinum a S. Hieronymo converſa eſt, ſicut Origenes ei interdum admiſcuit diſtinctis notulis Theodotionis editionem, ita ab eodem Hieronymo eſt tranſlata, appoſitis ſignis iiſdem; quod ipſe pluribus locis teſtatur quos ſuperius recitavimus, cum egimus de iiſdem Hexaplis Origenis. Sic igitur editio illa Septuaginta a S. Hieronymo emendata & Latinitate donata, non ſimplex erat Septuaginta, ſed intextam habebat verſionem Theodotionis, ſignis tamen ab eo diſtinctam ac ſeparatam.

(*b*) *Hieron. in Iſai. lib.* 16. *præfat.*

(*c*) *Idem in præf. l. Paralip. epiſt.* 107.

(*d*) *Idem ep.* 135.

XLII. S. Hieronymi conſilium in verſione quod fuerit.

Sed accidit, ut ob triplicem communem Septuaginta editionem, dum ſuam quiſque propriam commendaret, non leves inter ſe conflarentur ſeditiones, ob eamque cauſam ſæpe veritatem Hebraicam, vel alias a profanis editas tranſlationes conſulendi pateret occaſio. His igitur & aliis rationibus permotum ſe fuiſſe dicit S. Hieronymus (*e*), ut Hebraicam quoque editionem in Latinum converteret. Cum vero eo nomine a multis ſibi adverſantibus temerariæ novitatis argueretur, perinde ac ſi eo conſilio ſuam ederet, ut aboleret Septuaginta tranſlationem; ipſe ſæpius conatus eſt inſtituti ſui reddere rationem, atque animi conſilium aperire, & inter alia cum adverſus Ruffinum ſic ſcribit (*f*): *Ego ne*, inquit, *contra Septuaginta interpretes aliquid ſum locutus, quos ante annos plurimos diligentiſſime emendatos meæ linguæ ſtudioſis dedi? Tam ſtultus eram, ut, quæ a pueritia didici, ſenex oblíviſci vellem?* ſed & ſuperius: *Non imitantur Græcorum ſtudium & benevolentiam, qui poſt Septuaginta tranſlatores, jam Chriſti Evangelio coruſcante, Judæos & Ebionitas legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, Symmachum, & Theodotionem, curioſe legunt*

(*e*) *Hier. in præfat. in Tobiam* 113.

(*f*) *Idem adv. Ruffin. lib.* 2.

gunt, & Origenis labores in Hexaplis Eccleſiis dedicarunt: quanto magis Latini mei grati eſſe deberent, quod exultantem Græciam cernerent a ſe aliquid mutuari? Hæc eadem alibi quoque ſæpius inculcat. Cauſatus etiam depravationem Septuaginta interpretum, opportune ſibi viſus eſt ex Hebraicis fontibus deducere veritatem, nam ſic ſuperius (*a*) ait: *Si Septuaginta interpretum pura, & ut ab eis in Græcum verſa eſt, editio permaneret; ſuperflue me, mi Chromati, Epiſcoporum ſanctiſſime, impelleres ut tibi Hebræa volumina Latino ſermone transferrem. Quod enim ſemel aures hominum occupaverat; & naſcentis Eccleſiæ roboraverat fidem, juſtum erat etiam noſtro ſilentio comprobari; nunc vero cum pro varietate regionum diverſa ferantur exemplaria, & germana illa & antiqua tranſlatio corrupta ſit atque violata, noſtri arbitrii putas aut ex pluribus judicare quid ſit verum:* Hæc & alia plura, ac ſæpius de eadem editione mendis obſita, quam a ſe ad purum emaculatam profeſſus eſt.

(*a*) *Idem eodem libro.*

XLIII. Quantam vero adhibuerit diligentiam, ut Hebraicam editionem ſincere, pure, vereque Latinam redderet, idem ipſe cum alias ſæpe, tum ad Sophronium (*b*) ſic ſcribens aperit: *Certe quidem confidenter dicam, & multos hujus operis teſtes citabo, me nihil dumtaxat ſententiæ de Hebraica veritate mutaſſe. Sicubi ergo editio mea a veteribus diſcreparit, interroga quemlibet Hebræorum; & liquido videbis me ab æmulis fruſtra lacerari, qui malunt contendere videri præclara, quam diſcere.* Cæterum quod ad eam rem ſpectat, id negotii exhibitum eſt ei a Latinis non autem Græcis; & non modo adverſantes æmuli, ſed & S. Auguſtinus novitatem hanc ſuſpectam habens, eidem aliquando reſtitit. Græci autem, qui in alios Græcos interpretes ſe curioſe diffuderant, ſimul atque acceperunt a S. Hieronymo ex Hebraico fonte elaboratam eſſe novam editionem, mox eam ex Latino in Græcum ſermonem vertendam curarunt; quod ipſe teſtatur, dum jure de Latinis expoſtulans (*c*) ait: *O labores hominum ſemper incerti! O mortalium ſtudia, contrarios interdum fines habentia! unde me putabam de Latinis meis bene mereri, & noſtrorum ad diſcendum animos concitare, quod etiam Græci verſum de Latino poſt tantos interpretes non faſtidiunt; inde in culpam vocor, & nauſeanti ſtomacho cibos ingero.* Primus itaque S. Hieronymus fuiſſe reperitur, qui ex Hebræo fonte aquas deduxerit in Latinum alveum.

(*b*) *Hieron. in præf. in Pſal. ep. 133. & in Apolog. adv. Ruffin.*

S. Hieronymi ſtudium probatum Græcis.

(*c*) *Hieron. adv. Ruffin. l. 2.*

XLIV. Quinam autem ex Græcis editionibus id ante præſtiterit, majoribus etiam incertum fuit; nam cum plures fuerint, nec numero diſtincti, vel tempore; quinam illi eſſent (ut Auguſtinus (*d*) affirmat) obſcurum remanſit. *Ut enim* (ait) *cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus, & aliquantulum facultatis ſibimet utriuſque linguæ habere videbatur, auſus eſt interpretari. Quæ quidem res plus adjuvit intelligentiam, quam impedivit, ſi modo legentes non ſint negligentes:* Hæc ipſe. Inter omnes autem veteres Latinas interpretationes Septuaginta, Italam, nempe Romanam præſtitiſſe cæteris, quod verborum tenacior eſſet, & felicius exprimeret ſententiæ perſpicuitatem, idem S. Auguſtinus (*e*) affirmat.

Editio latina ex Græcis.

(*d*) *Aug. de Doctrin. Chriſt. lib. 2. c. 11.*

(*e*) *Ibid. c. 11.*

XLV. Accidit vero, ut ob illam priorem verſionem Latinam poſterior a S. Hieronymo tradita ſperneretur; cum videlicet Occidentalis Eccleſia antiquitatem excolere conſueta, novos ſonos exhorreſcens, illam Hieronymi primo auditu reſpueret, quod ſicut a majoribus acceptæ fidei, ita & verborum eſſet pariter tenaciſſima; donec paulatim, quænam qualiſve eſſet, omnium eruditorum ſtudio & labore perſpecta, atque pia, pura, vera, ſinceraque comperta, magno honore tandem ſummaque laude fuerit in Eccleſiam introducta, Veteri non exploſa. Nam & ipſe S. Auguſtinus, qui ea de re obniti Hieronymo viſus erat, ejus ſtudium poſtea laudare cœpit, ſic dicens (*f*): *Non defuit temporibus noſtris presbyter Hieronymus, homo doctiſſimus, trium linguarum peritiſſimus, qui ex Hebræo in Latinum eloquium divinas Scripturas convertit, eloquenterque transfudit:* Additque teſtimonio etiam Judæorum eam cognitam eſſe veracem; ſed quantumcumque opus laudatum fuerit, nequaquam tamen præferendum putavit antiquæ illi Septuaginta editioni. Ad Auguſtini autem verba, Iſidorus (*g*) hæc addit: *Ejus interpretatio merito cæteris anteponitur; nam eſt verborum tenacior, perſpicuitate ſententiæ clarior, atque (utpote Chriſtiana interpretatio) verior.*

Hieronymi Editio paulatim invaleſcit.

(*f*) *Aug. de Civitate Dei, lib. 18. c. 43.*

(*g*) *Iſid. Etymolog. lib. 6. c. 6.*

XLVI. Sic igitur Occidentalis Eccleſia novam accepit editionem a S. Hieronymo elaboratam, ut tamen veterem illam Septuaginta etiam retineret; factumque eſt ut duæ eſſent vulgatæ editiones, altera Vetus dicta, Nova altera nuncupata; hiſce enim nominibus Eucherius (*h*) utramque diſtinguit, ſicut & ſanctus Gregorius qui præfatione (*i*) in libros Moralium ait: *Novam tranſlationem diſſero, ſed (ut probationis cauſa exigit) nunc Novam, nunc Veterem per teſtimonia aſſumo: quia ſedes Apoſtolica, cui auctore Deo præſideo, utraque utitur.* Et in ipſis commentariis (*k*) quam per Novam intellexerit, declarat. Nam cum ait, eam ex Hebraico atque Arabico eſſe tranſlatam, plane Hieronymi eſſe ſignificat, qui in præfatione ad Job librum affixa, ſe tum ex He-

Vetus & nova vulgata.

(*h*) *Eucher. in l. Regum.*

(*i*) *Gregor. in præf. l. Moral. c. 5.*

(*k*) *Greg. Moral. l. 20. c. 13.*

Hebraica veritate, tum etiam Arabica interpretatione librum illum Latinitate donaſſe teſtatur; ut dubium non ſit, per Veterem Gregorium intelligere verſionem Septuaginta; per Novam autem, eam quam ex Hebræo Hieronymus tranſtulit, eaſdemque ab invicem fuiſſe diſtinctas, utramlibet per ſe notam, & utramque ab Eccleſia Romana ſuſceptam.

XLVII. Accidit autem poſt Gregorii tempora (quoto vero potiſſimum anno, quove auctore, incertum remanet) ut quoniam duæ ſimul vulgatæ editiones, Vetus & Nova, diſſenſionum ac contentionum interdum miniſtrarent occaſionem; in diverſa ſtudia Fideles ea in re diſtraherentur ab invicem, dum alii Veterem, Novam alii ſequerentur; & quiſque pro ſua (ut aſſolet) contentioſe diſſereret, turbas cieret, alteramque defendens, in alteram minus digne inveheretur, eſſetque ea diverſitas veluti ſeminarium jurgiorum, ac turpem redderet Eccleſiæ faciem, dum in divinis laudibus, ceteriſque ſacris officiis, alii aliam pſallendo, legendo, concionando, tractando conſectarentur: ut hac ex parte pæne diviſa ſchiſmate Eccleſia videretur. Sed divino afflante numine proviſum eſt, optimeque conſultum, ut ad Eccleſiaſticum communem uſum una ex duabus, quæ uſui omnibus eſſet Eccleſiis conflaretur, quæ Communis omnibus atque Vulgata uno nomine a cunctis diceretur, exploſa illa Veteris & Novæ nomenclatura. Reſque evenit ex ſententia, ut eam unam Occidentali Eccleſia uſu recipiente, omnis mox ea de re ceſſaverit controverſia, omneſque ſicut una fide compaginati, ita uno ſpiritu, unoque ore Chriſtum Dominum una cum Patre & Spiritu ſancto laudibus aſſidue celebrarent: licet alicui Eccleſiæ, venerandæ antiquitatis ergo, permiſſum fuerit veterrima illa Septuaginta in pſallendo uti editione; cum alioqui eadem, ſed a Hieronymo emendata, reliquæ omnes utantur Eccleſiæ.

Una vulgata ex duabus.

XLVIII. Porro qui hujus ex Veteri & Nova factæ permixtionis minus attente conſiderarunt originem, aut cauſam ſunt perſcrutati, neque adeo exacte ipſum divinæ Scripturæ contextum examinarunt; has de eadem, quam habemus præ manibus, controverſias excitarunt, dum alii hanc eſſe illam Veterem Septuaginta, ſed emendatam, alii vero Novam eſſe Hieronymi tradiderunt. Sed illi, mea ſententia, ſcopum veritatis attigiſſe noſcuntur, qui ex utraque mixtam eſſe dixerunt. Quod vero tum ex Veteri, tum ex Nova Vulgatam hanc noſtram conflatam eſſe diximus, & in ea ſeptuaginta illa exſcripta eſſe videatur, quam (ut dictum eſt) idem S. Hieronymus emendavit, non autem veterrima illa, quam mendis ſcatuiſſe idem affirmat: cumque in eadem Nova illa ſimul inſuper contexta ſit, quam idem auctor ex Hebræo ſermone convertit: hac ratione, quod in utraque ſancta Eccleſia laboribus Hieronymi uſa ſit, eam eſſe Hieronymi jure dici poſſe videtur, quam ejuſdem Eccleſiæ auctoritate poſt aliquot ſæcula ex utraque ejus editione appareat fuiſſe collectam. Quod vero aliqua habeat, quæ nec Hebraicæ editioni Latinæ a Hieronymo redditæ, nec veteri ſeptuaginta concordare videantur; hæc ex communi illa Septuaginta a Hieronymo emendata proveniſſe ſciendum eſt: ut octo illi verſus Pſalmi decimitertii: *Sepulchrum patens*, &c. Uſque ad illud: *Non eſt timor Dei &c.* Qui nec in Hebraico textu (ut ipſe Hieronymus (a) tradit) nec in veterrima illa Septuaginta reperiuntur: accepti enim ex epiſtola Pauli ad Romanos (b), communi illi recentiori emendatæ Septuaginta editioni fuerunt additi, ex eaque in noſtram Vulgatam illati. Rurſum vero nec ſic paſſim mixta, ut veluti centones, fuerit coagmentata; cum ſit reperire in ea libros integros ſecundum Septuaginta tranſlationem poſitos, nempe Pſalmorum, & aliorum.

Vetus & nova permixta communis editio.

(a) *Hier. in præf. l. 16. in Iſai.*
(b) *Rom. 3.*

Sed quod ſpectat ad librum Pſalmorum, primam ipſorum editionem a Septuaginta confectam S. Hieronymus emendaſſe reperitur: hoc enim ipſe teſtatur (c) in Apologia adverſus Ruffinum, ubi ait: *Pſalterium quoque, quod certe emendatiſſimum juxta Septuaginta interpretes noſtro labore dudum Roma ſuſcepit*. Licet idem Hieronymus (d) ipſum etiam ex Hebraico verterit, & diſcrepantiam in utraque editione manifeſtarit. At non ſemel, vel bis, ſed quater eumdem Hieronymum eidem operi certum eſt inſudaſſe. Primo nimirum, cum, petente Damaſo ſeptuaginta editionem tradidit (ut dictum eſt) Romanæ Eccleſiæ emendatam. Secundo cum eam ex Hebraico puro fonte deduxit, id expoſcente Sophronio (e). Tertio, cum, Paula & Euſtochio (f) efflagitantibus, editioni Septuaginta Theodotionem admiſcuit, obelis & aſteriſcis adnotans. Denique & illud præſtitit, ut una epiſtola ſeu libello ad Suniam & Fretelam ſcripto notaret diſcrepantiam inter Græcum & Latinum Pſalterium, & utrum magis Hebræo conſentiret, admoneret. Ceterum quo utimur Pſalterio poſito in Vulgata, conſtat non ex Hebraico textu, neque acceptum ab Hexaplis, ſed ex Communi illa, quam diximus, editione Septuaginta, ab aliis ſæpius emendata: quod quidem cuique recte intuenti perſpicuum erit. Rurſum vero Vulgata noſtra continet Prophetas minores ſecundum factam a S. Hieronymo ex Hebraico verſionem, ſed & quatuor majores, paucis tantum

XLIX. *Pſalmorum editio unde & quotuplex.*

(c) *Hier. adv. Ruffin. l. 2.*
(d) *Hier. ibid. & ep. 135. ad Suniam.*
(e) *Hier. ep. 13.*
(f) *Hier. præf. in Pſalter.*

tantum

tum exceptis, Librum Job itidem, prout ab eodem ex Hebraico & Arabico eſt tranſlatus. Sed non vacat nobis in ſingulis immorari & de omnibus exactam reddere rationem; alio enim tendit oratio. Porro Vulgatam noſtram a calumniis hæreticorum Xyſtus (*a*) vindicat, atque nuper vir doctiſſimus Bellarminus.

(*a*) *Xyſt. Senen. lib.* 8.

L. Cum igitur ex Veteri & nova (ut dictum eſt) collecta una fuerit Communis editio: illud accidit, ut, cum totius orbis Occidentalis magna conſenſione iſta reciperetur, duæ illæ, Vetus & Nova Vulgatæ, quæ frequentiori uſu præ manibus omnium eſſent, quaſi minime jam neceſſariæ viderentur, paulatim negligi atque deperire propemodum ſinerentur; atque etiam veterrima illa Septuaginta penitus propemodum exoleverit, adeo ut videretur eſſe oblivione ſepulta. Sed quæ in hunc modum pene videbatur extincta, his prope diebus, opera & induſtria Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini Antonii Carafæ Cardinalis Bibliothecarii, cui Catholica Eccleſia hoc etiam nomine plurimum debeat, ex inſpirato eadem tam Græco quam Latino ſermone quaſi rediviva comparuit: cum velut, poſtliminio poſt longum exilium ſummo honore reverſa, magno in primis eruditorum omnium, ac denique totius exultantis Eccleſiæ eidem faventis excepta plauſu, atque ingentibus celebrata præconiis, in ſummæ auctoritatis throno & dignitatis ſede priſtina fuerit collocata.

Editio LXX. Interp. reſtituta.

LI. His de editionibus veteris Teſtamenti ſumma diligentia atque induſtria pro viribus elucidatis, de editione novi Teſtamenti (ne quid præteriiſſe in hoc genere videamur) reliquum eſt, ut, quantum licet, brevius diſſeramus. Cum in antiquum illud Apoſtolorum temporibus ſcriptum exemplar, vitio librariorum, vel aliorum, multa irrepſiſſe menda Damaſus Papa intelligeret; ejus emendationem eruditiſſimo viro, qui ſibi inter cetera præclariſſima ejus temporis ingenia primus occurrit, S. Hieronymo delegavit; qui naviter in opus incumbens, quod ille poſtulavit, feliciſſime præſtitit. Teſtatur enim hæc ipſe ad eundem Damaſum ſcribens (*b*) his verbis: *Novum* (inquit) *opus me facere cogis ex veteri, ut poſt exemplaria Scripturarum toto orbe diſperſa, quaſi quidam arbiter ſedeam: & quia inter ſe variant, quæ ſint illa quæ cum Græca conſentiant veritate, decernam. Pius labor, ſed periculoſa præſumptio, judicare de ceteris ipſum ab omnibus judicandum, ſenis mutare linguam, & caneſcentem jam mundum ad initia retrahere parvulorum*: & paulo poſt: *Adverſus quam invidiam duplex cauſa me conſolatur; quod & tu, qui Summus Sacerdos es, fieri jubes; & verum non eſſe quod variat, etiam maledicorum teſtimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides eſt adhibenda; reſpondeant, quibus; tot enim ſunt exemplaria pæne, quot codices. Sin autem veritas eſt quærenda de pluribus; cur non ad Græcam originem revertentes, ea quæ a vitioſis interpretibus male ſunt reddita, vel a præſumptoribus imperitis emendata perverſius, vel a librariis dormitantibus aut addita ſunt, aut mutata, corrigimus?* Hæc Hieronymus de cauſa novæ editionis cudenda, deque in ea emendanda animi ſui conſilio.

De editione novi Teſtamenti.

(*b*) *Hier. præfat. in quat. Evang.*

Ubi vero opus perfecit, Romanæ Eccleſiæ tradidit, quod longe latequæ per totum Occidentalem orbem fuit quam citiſſime vulgatum; perlegit illud quidem S. Auguſtinus (*c*), & diligenter a ſe cognitum mirifice commendavit; de quo in hæc verba ad eumdem S. Hieronymum auctorem operis: *Non* inquit, *parvas gratias agimus Deo de opere tuo, quod Evangelium ex Græco interpretatus es; quia pæne in omnibus nulla eſt offenſio, cum Scripturam Græcam contulerimus. Unde ſi quiſpiam veteri falſitati contentioſus fuerit, probatis collatiſque codicibus, vel docetur facillime, vel refellitur*: Hæc de editione Hieronymi Auguſtinus. LII.

(*c*) *Auguſtin. ad Hier. epiſt.* 10.

Editio novi Teſt. S. Hieronymi recepta.

Verum quod ejus operis fuit, ſe potius ex Græco emendaſſe, quam ipſam integram in Latinum ex Græco vertiſſe, idem (*d*) Hieronymus ſcribens ad Auguſtinum teſtatur illis verbis: *Si me in emendatione novi Teſtamenti ſuſcipis, &c.* Ex aliis quoque ejuſdem Hieronymi teſtimoniis certum exploratumque habetur, ipſum nequaquam novum Teſtamentum in Latinum ex Græco vertiſſe, ſed potius Latinum ex Græco emendaſſe; adeo ut non fuerit novæ tranſlationis auctor, ſed veteris diligens emendator. Nam hoc eſt quod ait, ſe inter multa exemplaria Scripturarum ſediſſe arbitrum: ſed & inferius eadem præfatione ad Damaſum ſcripta planius demonſtrat, ſic dicens (*e*): *Igitur hæc præſens præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Evangeliſtas, quorum ordo eſt iſte, Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes, codicum Græcorum emendata collatione, ſed & veterum: quæ ne multum a lectionis Latinæ conſuetudine diſcreparent, ita calamo temperavimus, ut iis tantum, quæ ſenſum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, ut fuerant.* Hucuſque ipſe. Sunt multi qui contendant eamdem novi Teſtamenti editionem non eſſe Hieronymi; ſed plures qui defendant, quorum & longe potiora ſunt jura. At licet non ſit noſtri inſtituti vel otii hic cuncta diſquirere, & qui hæc diffuſius tractata cupiunt, habeant quos conſulant (*f*); tamen non omit-

LIII. (*d*) *Hier. epiſt.* 11. *inter epiſt. Auguſt.*

Emendavit Hieronymus, & non vertit ex Græco.

(*e*) *Hier. præfat. in quat. Evang. epiſt.* 123.

(*f*) *Belarminus controver. de Verb. Dei, lib.* 2. *c.* 7. 9. *& Xiſt. Senen. lib.* 8. *& alii ante eos.*

omittemus illud unum, quod partem illam pertingit Annalium, quæ ad antiquiores Eccleſiæ mores pertinet; diſſeremuſque adverſus illos, qui ex eo dixerunt, Vulgatam novi Teſtamenti editionem non eſſe S. Hieronymi, quod rudia & impolita quædam inveniantur in ea, quæ a Hieronymi ſtylo penitus diſcrepent.

LIV. Defenditur eſſe Hieronymi.

Atqui hac ipſa ratione ejus eſſe probatur: nam quod non novam ipſe cuderet, ſed veterem emendaret editionem, illa ipſa verba rudia, ſimplicemque dicendi ſtylum ne in minimo quidem mutare voluit, ubi verba atque ſententiæ a Græco (ut ait) non diſſentirent; ob eamque cauſam nec vitia quædam impolitæ orationis abradere, aut verborum ornatum inducere curavit. Quod quidem ſatis ſit ejuſdem Hieronymi exemplo ac teſtificatione evidentius in aliis demonſtrare. Ipſe enim in Ezechielem (*a*) Prophetam ſcribens, hæc habet; *Illud ſæpius monuiſſe ſufficiat, noſſe me cubitum & cubita neutrali appellari genere; ſed pro ſimplicitate & facilitate intelligentiæ, vulgique conſuetudine, ponere & genere maſculino. Non enim curæ nobis eſt vitare ſermonum vitia, ſed Scripturæ ſanctæ obſcuritatem quibuſcumque verbis diſſerere.* Et inferius (*b*): *Quod cubitos genere maſculo, & non neutrali cubita dicimus juxta regulam grammaticorum (ut in ſuperioribus docuimus) non ignorantia id facere, ſed conſuetudine, propter ſimplices quoſque & indoctos, quorum in congregatione Eccleſiæ major eſt numerus.* Sic igitur videas Hieronymi in emendanda primum antiquitus tradita divina Scriptura Conſilium; ut non modo in ea barbariſmos, quos inveniſſet, non corrigeret, ſed imitaretur de induſtria: ſicque ſecundum quod inveniſſet tranſlatam a Latino interprete editionem Septuaginta, non tantum, ſi error non eſſet in ſententia, non emendavit; ſed & in ea quam ipſe ex Hebraico fonte ſuis ipſius verbis in Latinum traduxit, cum liberum eſſet in proprietate ſermonis & candore orationis curam impendere, contempſit omnino, venerandæ tantum attribuens antiquitati, ut vocum & ſententiarum elegantiam poſthabuerit.

(*a*) Hier. in Ezech. c. 40.

(*b*) Idem in Ezech. cap. 47.

S. Hieronymi conſilium in emendanda divina Scriptura.

LV. Addimus ad hæc & aliud de eadem re ejuſdem auctoris exemplum (*c*). Cum enim in Latina Septuaginta verſione limen portæ, theæ, poſitum inveniſſet, ſicut legeret in Græco θεὲ quodque in Hebræo תא ſcriptum eſt, noluit vocem Græce poſitam in Latino textu mutare, & Latine dicere, limen portæ; ſed ut poſitum erat, theæ, reliquit, ſic legens: *Et theæ tertium æqualem calamo in latitudinem trium:* ſed quid tractando ſubdit? *Diligentem* (inquit) *& ſtudioſum lectorem admonendum puto, ſi tamen ſcientia Scripturarum & non vanis oratorum declamationibus ducitur, ut ſciat omnia prope verba Hebraica & nomina, quæ in Græca & Latina tranſlatione ſunt poſita, nimia vetuſtate corrupta, ſcriptorumque vitio depravata, & dum de inemendatis ſcribuntur inemendatiora, de verbis Hebraicis facta eſſe Sarmatica, immo nullius gentis, cum & Hebræa eſſe deſierint, & aliena eſſe non cœperint.* Quæ quidem idem auctor (magna profecto continentia) quod earum vocum ſenſum ſciret in Eccleſia notum, noluit emendare.

(*c*) Hier. in Ezech. c. 40.

Hæc itaque ex S. Hieronymo ſunt allata ad declarandum ejus in emendando vel interpretando Scripturam mentis propoſitum & inſtitutum; ut redarguantur qui ex ſimplici humilique ſtylo Vulgatæ editionis novi teſtamenti, eam non eſſe ipſius S. Hieronymi, auſi ſunt temere affirmare. At quis ſapiens in animum ſibi inducere queat, auctoritate tanti Pontificis a tanto viro emendatam, recognitam, probatam, traditamque Romanæ Eccleſiæ editionem, totoque ſtatim Occidentali orbe diffuſam, a poſterioribus eſſe neglectam atque rejectam? Faceſſat igitur de barbaris vocibus rudique ſtylo frivola objecta comparatio. LVI.

Erubeſcantque Novatores omnes, qui nulla antiquitatis reverentia ducti, neque religione abſterriti, perinde ac ſi in ſcriptis Gentilium verſarentur, atque illotis (quod ajunt) manibus profana contingerent; mox ut ſibi viſi ſunt eſſe Græculi & ſemi Judæi linguarum peritia, quodam furoris impetu potius quam afflatu divini Spiritus in ipſam ſacroſanctam divinamque Scripturam irrumpunt, eamque mox ingenii ſui vires experturi aggrediuntur; & quantum in profanis profecerint, in ſacris periculum facere non verentur, novas in dies divinæ Scripturæ editiones cudentes: alteraque manu refractario calamo impietatis, altera armati gladio maledicentiæ, procedunt tumidi atque inflati ſuperbia; protervoque animo, ingenio duro & aſpero, rictuque ferali progrediuntur in medium, agminibus Dei viventis procaciter inſultantes. At quo modo, quæſo, ſibi iſti vendicant rectam ſermonum interpretationem, quam, cum inter chariſmata Spiritus ab Apoſtolo (*d*) numeretur, conſtat nonniſi in Eccleſia eſſe poſſe? Qui ſibi ipſis viſi ſapientes, quam ſtultiſſimi facti ſunt, dum ab Eccleſia refugæ, inter pneumachos in caſtris hoſtium profitentes, adverſus Spiritum ſanctum bellum gerunt. LVII. Invectiva auctoris in novos interpretes.

(*d*) 1. Cor. 12.

Sed parcant jam viris Catholicis ſanctis & eruditis, eoſque imperitia ſugillare deſiſtant: ſed potius (quod eo impietatis eorum temeritas progreſſa eſt) in ipſum Spi- LVIII. Digna in eoſdem exaggeratio.

Spiritum ſanctum arma convertant; quod jam mille quingentos & amplius annos neminem afflaverit, imbuerit neminem recte interpretandi chariſmate, ſed ſiverit res noſtras obduci carie, ſituque ineptæ locutionis barbarique ſermonis aſpergi; adeo ut hac ex parte etiam eædem divinæ Scripturæ patuerint deriſioni Gentilium, qui eas ſoleciſmis ac barbariſmis obſitas ſibilis inſectarentur, ſcommatibus atque dicteriis (*a*) deriderent. Siccine tanti ponderis ex eorum ſententia a Deo res neglecta, & quæ baſis quædam & fundamentum eſt Chriſtianæ religionis, divina Scriptura, rudis & inexculta, atque ſermonis vitiis lacera, adeo informis humi jacere permiſſa. At ſi tanta hæc neglexit Deus; quænam, quæſo, curavit? Si, inquam, in maximi omnium re momenti divina providentia dormitavit; in quanam vigilantem fuiſſe dixerimus? Hæc plane tam horrenda ex neceſſaria aſſumptione eorum ſententiæ dicenda forent, hiſque deteriora jungenda, quæ vel cogitare animus exhorreſcit, nedum effari.

(*a*) *Arnob. adverſ. Gent. l.* 1.

LIX. At non dormitavit, neque dormit qui cuſtodit Iſrael (*b*). Sic namque placuit ei, qui ſtatuit per ſtultitiam prædicationis ſalvos facere credentes; qui & ſuos ſic prædicare Evangelium miſit, ut illud non annuntiarent in ſapientia verbi (*c*); ut & in his, quod ſtultum eſt Dei, etiam Crucis gloria effulgeret; atque certo certius conſpiceretur, hoc eſſe hominibus ſapientius. Quod enim divinum inventum, & non humanum figmentum eſt, divina Scriptura, non humana arte, ſed divino conſilio, nec adeo omnibus perſpicuo, tractanda fuit; non enim ut viæ hominum ſunt viæ Dei (*d*): Quis namque conſiliarius ejus fuit, ut dicat ei, Cur ita facis? Ille ipſe eſt, qui in tabernaculo, ac demum in templo ſuo cuncta egregie auro confici, vel auro ornari præcepit, uſque adeo ut forcipes (*e*) ipſas emunctorias ex auro puriſſimo confici voluerit: & tamen quæ potiſſima ac nobiliſſima omnium in eo pars erat, ipſum inquam ſacroſanctum altare, mandavit (*f*) ex terra vel rudibus ac impolitis lapidibus conſtrui. Cujus rei ſacramentum Paulus optime novit, qui non in ſublimitate ſermonis, nec (quod ait) (*g*) in ſapientia verbi, Evangelium tradidit & prædicavit; periculum immenſum cavens, ne ſecus faciens, gloriam Chriſti Crucis evacuaret. Sicque factum eſt, ut eodem Spiritu, quo dictatæ, eodem plane interpretati ſint Sancti divinas Scripturas. Eo enim imbuti ſanctiſſimi Patres, Apoſtolica affectantes veſtigia, hoc ipſum præſtare conati ſunt, ut in omnibus præferrent columbæ ſimplicitatem, non ignorantes quod virtus Dei non ſit in ſermone. At licet ſic rudis apparens ipſa divina Scriptura derideretur ab Ethnicis (*h*); ob vim tamen verbi inſitam, omnem illorum disjecit, ſive ſcientiis, ſive armis comparatam omni ex parte potentiam ac fortitudinem.

Ex divino conſilio ſimplex editio.

(*b*) *Pſal.* 120.

(*c*) 1. *Cor.* 1.

(*d*) *Iſaiæ* 55.

(*e*) *Exod.* 26. & 27.

(*f*) *Exod.* 20. *Deut.* 27. *Joſue* 8. *Eſdr.* 5.

(*g*) 1. *Cor.* 2.

(*h*) *Arnob. adv. Gent. lib.* 1.

LX. Sacramentum hoc magnum ſanctiſſimi viri magiſtri Eccleſiarum intelligentes, nihil præterea curarunt in ea corrigere & emendare quod ſpectaret ad cultum orationis, ubi conſultum veritati, cui tantum eſſent proſpecturi, cognoſcerent; cum alioqui non defuerint in Eccleſia Dei eloquentiæ facultatibus præditi viri, qui id præſtare feliciſſime potuiſſent; qui tamen iſtæc ut levia contempſerunt; immo ut rem magni ponderis, eam ſimplicitatem, qua traditæ illæ erant, retinere maluerunt. Hinc dicendi facundia maxime pollens S. Ambroſius, maluit (quod & alias dictum eſt) ut interpres e Græco verterat, præſepium, quam præſepe dicere. Hinc & S. Auguſtinus (*i*) illud ait: *Quod jam auferre non poſſumus de ore cantantium populorum. Super ipſum autem* floriet *ſanctificatio mea; nihil profecto ſententiæ detrahit; auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, ut non* floriet, *ſed* florebit, *diceretur. Nec quicquam impedit correctionem, niſi conſuetudo cantantium. Iſta ergo etiam facile contemni poſſunt, ſi quis ea cavere noluerit, quæ ſano intellectui nihil detrahunt*: Subdit & alia id genus exempla.

SS. Patrum Conſilium de ſimplicitate ſermonis.

(*i*) *Aug. de Doctrin. Chriſt. lib.* 2. *c.* 13.

LXI. Eadem quoque magnus ille Spiridion (*k*), cum Triphillius Ledrenſis Epiſcopus, rhetoricis litteris egregie excultus, coram Epiſcoporum conventu ſermonem habens, cum illud Evangelii occurriſſet, *Tolle grabatum tuum, & ambula*. Pro grabato lectum dixiſſet, elegantiori nimirum ſibi viſus uti voce debere; eum libere reprehendens, Tu ne, inquit, præſtantior es eo qui grabatum dixit? qui igitur pudor iſte eſt, verbis illius cum decore non velle uti? Atque his dictis, in conſpectu omnium Epiſcopali ſede exurgens, faſtum & ſupercilium eorum, qui oratione affectata ſeſe efferrent, comprimere conatus eſt. Addam his & venerabilis ſanctique viri ac plane eruditiſſimi Bedæ (*l*) teſtimonium & exemplum, qui cum in Actis Apoſtolorum pleraque ex Græco; aliter quam Vulgata haberet, tranſtuliſſet, hanc præmiſiſſe conteſtationem voluit: *Lectorem*, inquit, *admoneo, ut hæc ubicumque fecerimus, gratia eruditionis legat, non in ſuo tamen volumine velut emendata interſerat, niſi forte ea in Latino codice ſuæ editionis antiquitus ſic interpretata repererit. Nam & S. Hieronymus pleraque teſtimonia Veteris inſtrumenti, ut Hebraica veritas habet, edocet: nec tamen hæc ita in noſtris codicibus aut ipſe interpretari, aut nos emendare voluit*: Hucuſque Beda. Ecce tibi quales viri, tum do-

(*k*) *Niceph. lib.* 8. *cap.* 42.

Magni Spiridionis exemplum.

(*l*) *Bed. in retract. in Act. Apoſt. in princ.*

doctrina, tum pietate, atque etiam ſanctitudine morum præſtantes, quique in Eccleſia Dei effulſerunt miraculorum virtute clariſſimi, quantum Eccleſiaſticæ detulerint antiquitati; quamque parvi, aut nihili potius fecerint verborum ornatum, fuerintque tenaciſſimi eorum quæ a majoribus accepiſſent, ac denique a qualibet novitate prorſus abſtinentiſſimi.

LXII. *De emendatione Vulgatæ.* Hinc conſulto factum eſt, ut in Vulgata, qua Eccleſia utitur, ex decreto ſacroſancti Tridentini Concilii, emendanda, qui operi præfuit, ob eximiam doctrinam electus a Sanctiſſimo Domino noſtro SIXTO QUINTO Catholicæ Eccleſiæ Antiſtite, Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Antonius Carafa Cardinalis Bibliothecarius, una cum ſelectiſſimis viris eamdem inierit rationem, ut explorata veteri lectione ex acceptis toto Chriſtiano orbe vetuſtiſſimis exemplaribus, in omnibus eſſet Eccleſiaſticæ antiquitati conſultum; omnia cognoſcente, deligente, atque ſumma induſtria diſquirente, ac denique potiora probante eodem ipſo ſummo Pontifice, cujus ingens ſtudium atque ſolertia in eodem opere diutiſſime & accuratiſſime vigilavit.

LXIII. Id enim more majorum præſtitit in præſens Eccleſia Dei, procul abhorrens ab inolito uſu hæreticorum; qui nulli acquieſcentes, omnibus detrahentes, quæque carpentes, innovantes, ſuſdeque miſcentes, & pro cujuſque arbitratu immutantes, ſæpe divinam Scripturam vertunt, invertunt, ac plane pervertunt, atque corrumpunt. Id quidem peculiare hæreticis eſſe, quæ ab antiquis Theologis (*a*) dicta, & a nobis ſunt ſuperius recitata, certiſſimam fidem faciunt. *Conatus & ſtudium Hæretic.* At de Scripturæ divinæ editionibus ſatis, quas occaſione Hexaplorum Origenis præteriiſſe minime oportuit. Quoniam vero Novatores plerique adverſus Vulgatam editionem, velut furore quodam perciti, hoſtiliter debacchantur; complures extiterunt nobiles Eccleſiaſtici tractatores, qui (ut par eſt) pro defenſione veritatis ſtantes, eorumdem calumnias ut leviſſimas refellerent) eos conſulant, qui hæc fuſius pertractata cupiunt; hæc nobis ſatis ad inſtitutum. Jam reliqua, quæ ad Annales pertinent, proſequamur.

(*a*) *Apud Euſeb. l.5. cap. ult.*

LXIV. *Biennio confectum opus Octopl.* Redeamus, inquam, ad Origenem, quem & Octopla, occaſione inventarum divinæ Scripturæ editionum, confeciſſe oportuit. Sextam enim cum nactus eſt editionem, immenſæ molis opus (ut dictum eſt) parans, illud perficere minime potuit, niſi cum Tyrium ſeceſſum petiit; quo non ante biennium profectum eſſe, certum eſt; nam poſt reditum ex Græcia, eum Alexandriam remeaſſe, illicque manſiſſe uſque ad annum decimum Imperii Alexandri, teſtatur Euſebius (*b*). Verum quoniam Origenis itinera ab Euſebio diverſis in locis paulo confuſius deſcripta ſunt; cum ex eis rerum geſtarum magna elucidatio comparetur, hic ſummatim ea relegere, operæpretium me facturum exiſtimo.

(*b*) *Euſeb. lib.6. cap. 20.*

LXV. *Origenis peregrinatio.* Conſtat igitur (ut inde ſumamus exordium) Zephyrini Papæ temporibus Origenem (*c*) Romam ſe contuliſſe; indeque Alexandriam reverſum, poſt hæc in Arabiam amandatum; inde Alexandriam (*d*) denuo remeaſſe. Poſtea vero idem profectus eſt in Palæſtinam, atque Cæſareæ docere cœpit, nondum tamen presbyter. Hic cœptæ diſſenſiones inter Demetrium Epiſcopum Alexandrinum, & Alexandrum Epiſcopum Hieroſolymorum, quod pateretur laicum hominem docere Epiſcopos. Poſt hæc factus jam presbyter (*e*) in Græciam profectionem inſtituit; poſtea vero rediit (ut nuper dictum eſt) Alexandriam (*f*), ubi manſit biennio uſque ad annum decimum Alexandri Imperatoris, ac ſubinde iterum reverſus eſt in Palæſtinam). Hæc de Origene ex Euſebio deprompta ſunt. Sed rerum geſtarum præſentis anni hic jam finis eſto.

(*c*) *Idem lib.6. cap.* 12.
(*d*) *Idem lib.6. cap.* 13.
(*e*) *Euſeb. lib.6. cap.* 17.
(*f*) *Idem lib.6. cap.* 20.

JESU CHRISTI ANNUS 232. — URBANI PAP. ANNUS 6. — ALEXANDRI IMP. ANNUS 9.

I. *Qua occaſione Origenes Alexandria recedit.* CHriſti anno ducenteſimo trigeſimoſecundo, Agricola & Clementinus Conſulatum adierunt; quo tempore agente Origene Alexandriæ; vehementer Eccleſia illa turbata eſt, adverſante eidem (ut exiſtimo) Demetrio Epiſcopo Alexandrino. Quænam autem diſſenſionis occaſio interceſſerit, dicemus inferius. Scribebat tunc temporis Origenes commentarios in Johannem, jamque abſolverat quintum tomum, cum urgente acrius tempeſtate, inde egredi coactus eſt; quod ſequenti anno contigiſſe dicemus. Porro harum turbarum idem meminit in ſexti tomi præfatione, ſic dicens: *Jam ad quintum uſque tomum (quamvis adverſari nobis videretur Alexandriæ procella) quæ conceſſa fuere, locuti ſumus, Jeſu increpante ventos & undas maris: ex hoc caſu progreſſi, extracti ſumus ex Ægypto, Deo nos liberante, qui eduxit populum ſuum ex ea. Deinde inimico adverſus nos acerbiſſime pugnante per ſuas novas litteras re vera Evangelio inimicas, omneſque Ægypti ventos*

tos

tos adverſus nos concitante, ſtare me magis adhortabatur ratio ad certamen, & ſervare præſtantiſſimam mei partem, quam importune conjungere reſtantem ſcripturam, antequam rationis diſcurſus tranquillitatem reciperet; ne forte cogitationes pravæ invaleſcerent in animam etiam meam procellam inducere. Quin abſentes quoque, qui mihi de more adſunt, veloces ſcriptores me prohibebant, quæ excogitaſſem, mandare litteris. Nunc vero quoniam adverſus nos ignitæ ſagittæ multæ vanæ factæ fuerunt, Deo illas extinguente; & aſſueta anima noſtra iis quæ cæleſtis ſermonis cauſa contingunt, ferre cogitur facilius factas inſidias: veluti aliquantulum ſerenitatis nacti, non amplius differentes, dictare voluimus quæ reſtant, &c. Hæc Origenes, ſed poſtquam Alexandria ſeceſſiſſet: nam ſubdit: *Cæterum ſcias, ex multa nos promptitudine initium ſexti tomi denuo facere; eo quod quæ antea interpretati fueramus Alexandriæ, neſcio quo pacto allata nobiſcum non fuerunt.*

II. Citat hunc locum Origenis Euſebius (*a*), dum elucubratos ab eo Alexandriæ & tempore Alexandri Imperatoris commentarios recenſens, hæc ait: *Præterea quæ modo recenſuimus, iſta quoque ad commemorandum neceſſaria putamus; quo modo in ſexto libro explanationum, quas in Evangelium Johannis conſcripſerit, declaret, ſe, cum adhuc Alexandriæ verſaretur, quinque priores contexuiſſe. Operis vero, quod in univerſum Evangelium lucubravit, vigintiduo tomi ſolum ad nos pervenerunt. In nono libro commentariorum quos confecit in Geneſim (ſunt enim omnes duodecim numero) non modo octo priores ejuſdem operis Alexandriæ compoſuiſſe, ſed etiam in vigintiquinque Pſalmos, qui primi ſunt, commentarios ediſſe commonſtrat. Quinetiam in Lamentationem Hieremiæ alios, quorum quinque tomi ad nos pervenerunt, elaboravit; in quibus obiter librorum (duo qui deſunt) quos de Reſurrectione exaravit, facit mentionem. Porro libros de Principiis, priuſquam Alexandriam demigraret, ſcripſit. Libros quoque, qui inſcribuntur Stromata, qui ſunt decem numero, in eadem civitate, Alexandro Imperium gubernante, litteris prodidit, ſicut præcipui tituli tomorum initiis integre præfixi declarant:* Hucuſque Euſebius.

(*a*) *Euſeb. lib.6. cap.* 28.

Scripta hoc tempore ab Origene.

III. Periarchon Origenis.

Porro inter hos omnes quos enumerat commentarios Origenis, ille præ cæteris denſioribus majoribuſque eſt refertus erroribus, quem de Principiis ſcripſit. Exiſtimo equidem eum æmulatum fuiſſe Longinum philoſophum ſibi notiſſimum, qui his temporibus eodem ferme argumento (ut teſtatur Porphyrius *b*) edidit commentarium; de quo Plotinus ait: *Cum liber Longini ex Philarchæis de Principiis lectus eſſet; Litterarum quidem, ait, ſtudioſus eſt Longinus, philoſophus nequaquam:* ſed & de Origene (quod ad eumdem librum ſpectat) jure illud dicendum: Origenes philoſophus videri voluit po-

(*b*) *Porphyr. in Vita Plotini.*

PAGIUS. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5723.

SÆC. III. Anno Urbis 983. Olymp. 252. an.2. A. C.230.

☉ 15. C. ☽ 3. P.18. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 230. *ſecund. Baronium* 232.

PONTIANI PAPÆ 1.

ALEXANDRI IMP. 9.

I. *Conſules.* [1] AD num.I. Coſſ. *L. Virius Agricola & Sex. Catius Clementinus*, ut oſtendit Card. Noriſius in Epiſt. Conſulari ex Grutero pag. 300.

II. Alexander Imperii Auguſtei Decennalia dedit, ut diſcimus ex nummo hujus Imperatoris a Vaillantio V. C. tom.1. recitato, in cujus averſa parte legitur: P. M. TR. P. VIIII. COS. III. P. P. S. C. Viſitur Imperator ſedens, dextra Victoriolam tenens, coronatus a Victoria: ante Imperatorem ſtat figura militaris dextra clypeum gerens, in quo: VOT. X. Mediobarbus in Alexandro duos alios hujus Imperatoris Nummos eadem Tribunitia Poteſtate & Conſulatu inſignitos exhibet, in quibus etiam Vota Decennalia leguntur. Sed cum Tribunitia POT. IX. die ſexta Martii currentis anni ab Alexandro ſuſcepta fuerit, hæc Decennalia in annum ſequentem male a Mediobarbo dilata. Non bene etiam profectio Alexandri ad bellum Perſicum hoc anno ab eo collocata, & triumphus in annum CCXXXII. dilatus; quando enim Imperatores ad eum ducendum Conſulatum non ſumebant, cum

Imperii Auguſtei Alexandri Decennalia.

NOTÆ [1] C*Oſſ. L. Virius Agricola & Sex. Catius Clementinus.* Gruterus pag. CCC.

L. VIRIO. AGRICOLA
SEX. CATIO. C...... INO

Cuperus, & Altingius in notitia Germaniæ inferioris pag.39.

AGRICOLA. ET. CLEMENTIANO. COS.

Faſti Idatiani: *Agricola & Clemente.* Vindebonenſes, & Bucherii laterculus: *Agricola & Clementino.* Proſperi Chronicon; *Grato & Seleuco*, mendoſe.

potius, quam Chriſtianus. Vix credi poteſt quantum acceptam a majoribus Chriſtianam fidem commentario illo prodiderit: hæc plane dixerim, quod ſe vitaturum omnes hæreſes jam alias fuerat conteſtatus, his verbis (*a*): *Ego vero opto eſſe Eccleſiaſticus, & non ab hæreſiarcha aliquo, ſed Chriſti vocabulo nuncupari, & habere nomen quod benedicitur ſuper terram; & cupio tam opere quam ſecta eſſe & dici Chriſtianus*. Hæc autem ad juſtam Demetrii in eum indignationem de vulgato ab Origene Periarchon ſint addita.

(*a*) *Orig. in Lucam hom. 16.*

IV. Origenes quid Alexandriæ paſſus a Gentilibus.

Quod ſi hæc de turbis Alexandrinis in Origenem minime quis exiſtimet tribuenda eſſe Demetrio, quod non ſit adeo veriſimile, Origenem Alexandriam rediiſſe, niſi prius ipſo conciliato Demetrio; tunc addere poſſumus (niſi alio potius tempore accidiſſent) quæ ab Idolorum cultoribus Alexandriæ eum paſſum eſſe ſanctus Epiphanius tradit, dum ait (*b*): *Cum Athenas veniſſet, in aliquod tempus diſcendarum litterarum cauſa, & in patriam rediiſſet, traditur multa paſſus pro ſancto fidei verbo, & Chriſti nomine. Sæpe per urbem tractus eſt, probris affectus, cruciatibus immanibus applicatus. Aliquando tractum ipſum Græci ad Serapidis idoli ſui gradus ſtatuerunt, imperantes ut aſcendentibus ad adorationem & rem divinam idolo faciendam, palmarum germina porrigeret (hoc modo enim ſe habent idolorum ſacerdotes.) Ille germinibus ſumptis, ingenti voce & præfidenti animo neque metuens, neque hærens, clamabat; Adeſte, accipite, non idoli germen, ſed Chriſti. Ac multa quidem alia viri præclara facta per traditionem veteres referunt:* Hucuſque Epiphanius; qui cum dicat hæc ei accidiſſe cum Athenis eſt reverſus in patriam, ad hæc tempora referri poſſe quæ ſuperius dicta ſunt, facile declarant; ſed tamen (ut vidimus ex Euſebio (*c*), non cum adoleſcens eſſet Origenes in Græciam profectus eſt, ſed maturæ ætatis, jam presbyter factus, quando non opus haberet Athenas diſcendi cauſa adire, qui multis jam annis publice profeſſus, non laicos tantum, ſed & docebat (ut dictum eſt) Epiſcopos. Negotii enim obeundi cauſa ipſum profectum fuiſſe in Græciam, teſtatur Euſebius (*d*); & quodnam illud fuerit, ſatis ſuperius eſt explicatum. Cum ergo e Græcia Origenem ætate juniorem Alexandriam reverſum, ea quæ dicta ſunt, Epiphanius paſſum tradat; ad alia ſunt potius tempora referenda.

(*b*) *Epiph. hæreſ. 64.*

(*c*) *Euſeb. lib. 6. cap. 17.*

(*d*) *Euſeb. lib. 6. cap. 7.*

V.

Simultates inter Demetrium & Origenem.

Sed licet hoc tempore ea accidiſſe Alexandriæ Origeni dici poſſent; tamen turbas illas, quarum ipſe meminit, non ab Ethnicis, ſed a Chriſtianis potius excitatas fuiſſe, illis verbis ſignificare videtur: *Inimico adverſum nos acerbiſſime pugnante per ſuas novas litteras, re vera Evangelio inimicas*: Quibus ſane Demetrium Epiſcopum velut digito monſtrat, qui, (ut Euſebius auctor eſt) facinus Origenis, qui ſe caſtrarat, per litteras circulares, totius Orbis Epiſcopis (ut dictum eſt) voluit innoteſcere. Sicque quod ait Origenes, litteras illas ſcriptas ab adverſario fuiſſe Evangelio inimicas; plane videtur alludere ad illud Domini apud Matthæum (*e*): *Sunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum; qui poteſt capere capiat*: Qua quidem auctoritate Origenes a ſe factum defenderet. Verum longe ante hæc tempora ea fuiſſe de Origene a Demetrio ſcripta, Euſebius (*f*) demonſtrare videtur.

(*e*) *Mat. 19.*

(*f*) *Euſeb. lib. 6. c. 17.*

VI. Objecta in Origenem a Demetrio.

Quapropter ne hæc adeo perplexa & inexplorata remaneant, de controverſiis, quæ inter Origenem & Demetrium inter-

PAGIUS

cum Decennalibus & id genus feſtis ea pompa ab eis exhiberi ſolita. In Diſſert. Hypatica pag. 228. Nummum Alexandri retuli decima Tribunitia Poteſtate notatum in quo figura clypeum tenet cum his verbis, *Vot. X.* Sed hæc averſa pars alterius eſt Nummi, in qua Tribunitia Poteſtas non expreſſa, quod a me per inconſiderantiam factum.

III. *Alexandri Imperatoris triumphus.*

Alexander poſt expeditionem Perſicam Romam venit, & *die ſeptimo Kalendas Octobres*, ut ex Actis publicis Lampridius in Alexandro cap. 56. habet, triumphavit. De quo triumpho capite ſequenti loquens, ait: *Pedes palatium conſcendit, cum retro currus triumphalis a quatuor elephantis traheretur*. Card. Noriſius in Diſſert. de Numiſmate Diocletiani & Maximiani cap. 6. hæc verba referens, inquit: *Hinc quadrigæ elephantorum Perſici triumphi propriæ evaſere, quod iiſdem prior de Perſis triumphus Romæ ab Alexandro peractus ſit*. Verum jam diu elephantorum quadrigæ triumpho Parthico deſtinatæ. Mediobarbus enim in Numiſmatis Neronis, tria hujus Imperatoris producit, in quorum priori legitur: NERO CLAUD. DIVI F. CÆS. AUG. GER. IMP. TR. P. COS. in averſa parte: AGRIPP. AUG. DIVI CLAUD. NERONIS CÆS. MATER. EX S. C. Cernuntur quadrigæ elephantorum, quibus Nero & Agrippina inſident, ſignum militare tenentes. Alia duo Numiſmata idem repræſentantia apud Mediobarbum videnda, in quibus cum Nero Conſul dicatur, liquet, ea anno Chriſti LV. cuſa, quo tempore *Vologeſes* Parthorum Rex, a Corbulone victus, ut videre eſt apud Tacitum lib. 13. ubi de rebus anno LIV. geſtis ait: *Sed apud Senatum omnia in majus celebrata ſunt, ſententiis eorum, qui ſupplicationes & diebus ſupplicationum veſtem Principi triumphalem, utque ovans Urbem iniret, effigieſque ejus pari magnitudine ac Martis Ultoris eodem in templo cenſuere*, inquit Tacitus lib. 13. ad annum Urbis DCCCVII. Chriſti ſc. LIV. quo alter Nummus ejuſdem Neronis cuſus videtur, in cujus poſtica: AGRIPP. AUG. DIVI CLAU. NERONIS CAES. MATER. Viſitur quadriga elephantorum, in qua Nero & Agrippina ſedent. Videndus is Nummus apud Mediobarbum, in quo cum

Baron. ann. 236. n. I. & II.

terceſſerunt, brevis hic eſt inſtituenda narratio. Duæ igitur fuerunt illæ primæ, ac eodem pene obortæ tempore: quarum altera, de ordinatione perperam facta Demetrius tum ipſi tum ejus ordinatoribus negotium faceſſivit; altera, cum de ſpontanea abſciſſione ab ipſo præſumpta Demetrius omnes reddidit Eccleſiæ Epiſcopos certiores: ſed præceſſit has omnes illa, cum Origenem nondum ſacris initiatum, docentem in Eccleſia clericos, ſimulque Epiſcopos, idem Demetrius indigno animo tulit, eaque de cauſa altercatus eſt cum Alexandro Hieroſolymorum Epiſcopo. At de his omnibus ſuperius actum eſt; quæ quoniam hæc tempora præceſſerunt, nulla ex his videtur fuiſſe illa, cujus cauſa idem Origenes his prope temporibus preſſuram paſſus, ſcriptis contra ſe litteris, Alexandria ſe proripuit.

VII. Quæ ergo alia novarum ſimultatum occaſio interceſſit, qua Demetrius permotus, acerbiori eum preſſura exagitavit; illam eſſe puto, quæ a ſancto Hieronymo (*a*) in Apologia adverſus Ruffinum habetur expreſſa, cum ait, Origenem ab eodem Demetrio Alexandrino Epiſcopo fuiſſe excommunicatione damnatum, prolatamque in eum ſententiam a cæteris quoque Eccleſiis ratam habitam. Cujus quidem ferendæ ſententiæ cauſam illam præceſſiſſe tradit, quod vulgata ab eo ſcripta, vel (ut ipſe exſcuſabat) ejus nomine edita, multis hæreſibus abundarent: non enim Periarchon tantum plurimis ſcatebat erroribus, ſed & blaſphemiis refertiſſimus dialogus ille erat, quo cum Candido Valentiniano hæretico de dogmatibus fuſius diſputavit. Cujus rei gratia mox Origenes pro ſui defenſione litteras ad univerſam Eccleſiam ſcripſit amaritudine plenas, quarum idem S. Hieronymus his verbis meminit: *Cumque illa epiſtola tota Demetrium Alexandriæ urbis Pontificem laceret, & in totius Orbis Epiſcopos & clericos invehatur, & fruſtra ab Eccleſiis excommunicatum ſe eſſe dicat, nec velle in maledictis referre vicem, &c.* Paulo poſt vero: *Contra ſacerdotes ergo Eccleſiæ generaliter diſputans, a quibus indignus communione ejus fuerat judicatus, hæc intulit: Quid neceſſe eſt*, &c. recitat enim quædam ex ea epiſtola, quæ Ruffinus, inſtituens pro Origene Apologiam, doloſe prætermiſerat; quam nec, ut Græce ſe haberet, Latinitate donaſſet.

(*a*) *Hier. adver. Ruffin. lib.* 2.

Nova cauſa ſimultatis.

VIII. At vero quæ ab Origene pro ſua defenſione tunc ſcripta, a Ruffino (*b*) translata, a S. Hieronymo in controverſiam adducantur, hic intexere, ut rerum geſtarum cognitio habeatur, neceſſarium exiſtimamus. In ea igitur epiſtola Origenes poſt multa hæc habet: *Quidam auctor hæreſeos, cum ſub præſentia multorum habita inter nos fuiſſet diſputatio, & deſcriptum accipiens ab his qui deſcripſerant codicem, quæ voluit, addidit; & quæ noluit, abſtulit; quod ei viſum eſt, permutavit, circumferens tamquam ex nomine noſtro, inſultans, & oſtendens ea quæ ipſe conſcripſit. Pro quibus indignantes fratres qui in Palæſtina ſunt, miſerunt ad me Athenas hominem, qui acciperet a me ipſum authenticum exemplar, quod ne lectum quidem vel recenſitum a me antea fuerat, ſed ita neglectum jacebat, ut vix inveniri potuerit. Miſi tamen, & ſub Deo teſte loquor; quoniam cum conveniſſem illum ipſum, qui adulteraverat librum, quare hoc feciſſet, veluti ſatisfaciens mihi reſpondit: Quoniam magis ornare volui diſputationem illam atque purgare. Videte quali purgatione diſputationem noſtram purgavit, tali nempe quali purgatione Marcion Evangelia purgavit vel Apoſtolum, vel quali ſucceſſor ejus Apelles. Nam ſicut*

(*b*) *Ruffin. Apolog. pro Orig.*

Origenes quomodo ſuos errores excuſet.

PAGIUS cum Nero non dicatur *Conſul*, apparet, eum anno LIV. percuſſum. Hanc itaque Taciti narrationem quatuor illa Neronis Numiſmata ſupplent, fidemque faciunt Alexandrum primum ex Imperatoribus non fuiſſe, qui quadrigas elephantorum in victoriis de Parthis relatis adhibuerit; cum Parthorum Regnum a Perſico diverſum non fuerit, ſed tantum a Parthis ad Perſas per *Artaxerxem* tranſlatum ſit. Denique etiam ſtante veteri Republica elephanti in triumphis adhibiti. Plinius lib. 7. cap. 43. *L. Metellus primus elephantos primo bello Punico duxit in triumpho.* Bello Pyrrhi confecto, Roma in triumpho ductos vidit elephantos; quod etiam Plinius lib. 8. cap. 6. ſcribit. Sed ait, *primus primo bello Punico.* Nec hoc extra dubium, inquit Reineſius epiſt. 48. nam habemus Nummum A. Calatini, qui de Pœnis ante Metellum triumphavit, in quo ab una parte quadrigæ elephantorum, quod forſan Nummo elephanti inſculpti fuerint, ut victoriam de Pœnis indicarent. Sunt enim in Nummis elephantus, pegaſus, & ſcorpius, Africæ ſymbola, inquit ibidem Reineſius.

IV. Triumphum porro *Alexandri* ad præſentem annum pertinere certum videtur. Cum enim bellum *æſtate*, ut teſtatur Herodianus anno elapſo citatus, geſtum ſit, & Alexander exeunte Septembri triumpharit, ut mox ex Lampridio docuimus, bellum & triumphum diverſis annis contigiſſe neceſſe eſt. Anno autem præterito Imperium Romanum in armis fuit, ideoque & bellum *Perſicum*, quod primum Alexandri fuit, tunc factum, & hoc anno triumphus ductus. Præterea triumphus actus, vel cum bellum *Germanicum* immineret, vel cum jam inchoatum eſſet, ut ex Lampridii verbis anno elapſo citatis conſtat. Bellum autem in Germania, vel anno præterito, vel præſentis initio flagravit. His adde, inter bellum Perſicum, ultimumque Germanicum tres aut quatuor annos fluxiſſe, ut ex Herodiano infra patebit. Quare cum illud poſtremum Germanicum ad annum ducenteſimum triceſimum quartum revocandum ſit, triumphus Perſicus hoc anno exhibitus. Denique, cum triumphi omnes poſt Veſpaſianum, vel ab Imperatori-

Quo anno Alexander triumphavit.

ſicut illi ſubverterunt Scripturarum veritatem; ſic & iſte, ſublatis quæ vere dicta ſunt, ob noſtri criminationem inſeruit quæ falſa ſunt.

IX. Querela Origenis de corruptis ab hæreticis ſuis ſcriptis.

Sed licet omnes hæretici & impii ſint, qui hæc facere auſi ſunt; tamen habebunt & illi vindicem Deum, qui talibus adverſus nos criminationibus accommodant fidem. Fecerunt autem hoc & alii nonnulli conturbare volentes Eccleſias. Denique in Epheſo, cum vidiſſet me quidam hæreticus, & congredi noluiſſet, neque omnino os ſuum aperuiſſet apud me, ſed neſcio qua ex cauſa, id facere vitaſſet, poſtea nomine meo & ſuo conſcripſit qualem voluit diſputationem, & miſit ad diſcipulos ſuos (ut ego quidem cognovi) ad eos qui Romæ erant: ſed non dubito quin & ad alios qui per diverſa loca ſunt. Inſultabat autem & apud Antiochiam, priuſquam ego illuc venirem; ita ut & ad quamplurimos noſtrorum perveniret ipſa diſputatio, quam paraverat. Sed ubi adfui, multis eum præſentibus argui. Cumque jam ſine ullo pudore pertenderet impudenter aſſerere falſitatem; popoſci ut liber deferretur in medium, ut ſcelus meum cognoſceretur a fratribus, qui utique cognoſcerent quæ ſoleo diſputare, vel quali ſoleo uti doctrina. Qui cum non auſus eſſet proferre librum, convictus ab omnibus & confutatus eſt falſitatis; & ita perſuaſum eſt fratribus, ne aurem criminationibus præberent: Hæc & alia Origenes pro ſui excuſatione.

X. Videri utique poſſent hæc ad Origenis excuſationem ſatis idonea: ſed quid ad hæc S. Hieronymus (a)? *Intelligimus* (inquit) *in hoc tantum dialogo ab Origene argui falſitatem hæreticam, & non in ceteris libris, de quibus numquam quæſtio fuit. Alioqui ſi omnia quæ hæretica ſunt, non erunt Origenis, ſed hæreticorum (omnes autem propemodum illius tomi his erroribus pleni ſunt) nihil Origenis erit, ſed eorum, quorum ignoramus Vocabula:* Hæc Hieronymus. Verum enim vero illud de Origene non prætermittimus, quod, utcumque res acciderit, cum neget eos a ſe dictos vel ſcriptos errores, ut illud (quod iidem qui ſupra referunt) de ſalvandis dæmoniis, hæreticus dici non potuit, quantumlibet ejus & aliorum id genus pravorum dogmatum fuiſſet aſſertor. Satis namque ea improbaſſe videri potuit, dum non modo non defendit, ſed conſtanter ſua eſſe negavit. At in eo certe minus excuſatione dignus eſſe videtur, quod, cum ſciret ſua ab omnibus impugnari, retractatorium nullum ediderit commentarium; cum ipſi tamen ſatis otii & temporis ſuperfuerit, ut ad omnes Catholicæ fidei numeros cuncta, quæ a ſe ſcripta eſſent, attemperaret. His de Origene dictis, jam cetera proſequamur.

(a) Hier. Apolog. lib. 2.

Inanis redditur excuſatio Origenis.

XI. Cæciliæ & Sociorum certamen.

Eodem tempore novæ rurſus (quo impulſore, neſcimus) in Chriſtianos Romæ excitatæ ſunt turbæ annum ultimum in ſede Urbano Papa agente: cum a Cæcilia clariſſima virgine ejus ſponſus Valerianus admonitus, ab eodem Pontifice baptizatus, angelico eſt factus dignus aſpectu; ſimulque Tiburtius ejus germanus ab eadem ad Chriſtum converſus, & ab eodem Pontifice baptiſmo initiatus eſt; qui, jubente Turcio Almachio Præfecturam Urbanam adminiſtrante, tenti ſunt, additusque his Maximus cubiculi Imperatoris Præfectus: hi tres ob Chriſti nominis confeſſionem gladio cæſi, nobilis exantlati certaminis coronam martyrii adepti ſunt. Tenta poſt hos Cæcilia, perſtanſque in fidei confeſſione, quem habuerit vitæ exitum, ejus Acta declarant; in quibus hæc inter alia habentur ſcripta.

XII. Martyrium S. Cæciliæ.

Tunc valde iratus Almachius juſſit eam reduci in domum ſuam, & illic balnei calore conſumi. Cum autem eſſet in aere calido balnei ſui incluſa, & ſubtus tota die ac nocte magna vis lignorum adhiberetur; illic illæſa tamquam in frigidario locata permanſit, ſalvaque Domini gratia: adeout nulla pars omnino ex ejus membris fuerit vel in minimo ſudoris ſigno humefacta. Quod cum audiſſet Almachius Præfectus, miſit carnificem, qui ibidem ei caput amputaret. Spiculator tribus eam percuſſam

PAGIUS

ribus annis, quibus Conſulatum geſſere, vel ab iiſdem Decennalia & id genus feſta edentibus peracti fuerint, Alexandri triumphus in alium, quam in præſentem annum conſerri non poteſt, neque uſque ad ejus Quindecennalia differri. Herodianus lib. 6. cap. 6. narrato bello Perſico ſcribit: *Triennio mox aut quadriennio Barbari nequaquam arma reſumſerunt. Quibus intellectis, Alexander Antiochiæ commorabatur, hilariorque jam & liberior, laxatis bellorum curis, urbis ejus deliciis indulgebat.* Quibus ex verbis liquet primo, Alexandrum poſt triumphum Roma Antiochiam rediiſſe: ſecundo, ibidem per tres aut quatuor annos ante bellum Germanicum egiſſe: tertio, communem ſententiam, quæ bellum Perſicum in poſtremos Alexandri annos conjicit, Herodiano adverſari, qui tradit, Perſas poſt bellum triennio aut quadriennio quieviſſe. Si enim poſtquam tredecim annos Alexander regnavit, bellum in Perſas moviſſet, ut locus corruptus Herodiani habet, eo confecto, Antiochiæ Alexander per tres aut quatuor annos minime commorari potuiſſet. Nec eſt quod quis dicat, triumphum anno præcedenti, quo Alexander Imperii Cæſarei Decennalia dedit, agi potuiſſe. Nam Dio geſta Alexandri per ſumma capita referens uſque ad initium anni Chriſti CCXXIX. quo Opus ſuum abſolvit, profectionis Alexandri in Orientem nullam mentionem facit, ideoque anno præcedenti Alexander non triumphavit; cum inter bellum *æſtate* geſtum, & triumphum die viceſima quinta Septembris ductum annus fere integer intercedat, & Alexander menſe Martio anni præcedentis in Campania adhuc fuerit.

cuſſam ictibus, necdum truncato capite, conſternatam, quam putaret defunctam eſſe, reliquit. Qui adſtabant, ſpongiis mox ſanguinem ſiccaverunt, ac linteis abſterſerunt; ſicque tribus adhuc diebus ſuperſtes vixit, quæ Dei ſunt loquens, confirmans eos in Chriſti nominis confeſſione; & quæ reliqua erant ſuæ ſubſtantiæ diſtribuit per Urbanum Papam in pauperes; quem rogavit, ut domum ſuam faceret eccleſiam Chriſtianorum. His ſic diſpoſitis, ac Deum precata, Domino animam ſuam commendans, viceſimaſecunda Novembris martyrium conſummavit, quam idem Urbanus Papa ſepelivit in cœmeterio Calliſti, ubi Valerianus, Tiburtius, & Maximus ab ipſo primo ſepulti fuerant; locuſque dictus in cœmeterio poſitus, Ad ſanctam Cæciliam. Hæc ex Actis, quæ cæteris fideliora reperimus. Reliqua vero quæ ad ipſius martyrii elucidationem ſpectant, de tempore & aliis, conſule quæ Notationibus in Plantiniana editione ſuperaddidimus.

Quo modo autem eadem vexatione ſublatus fuerit idem Urbanus Romanæ Eccleſiæ Pontifex, dicemus anno ſequenti. Quod porro de eadem S. Cæcilia in iiſdem Actis legitur, conſueviſſe Evangelium Chriſti geſtare in pectore; ab aliis quoque id factitatum invenimus, & ſi fidem præſtemus S. Andreæ Apoſtoli Actis, etiam Apoſtolorum temporibus id uſurpatum apparet. Sancta piaque majorum hæc fuit conſuetudo, niſi aliqua accedente ſuperſtitione labefactetur; ejus meminit Joannes Chryſoſtomus (*a*), dicens: *Multæ mulierum modo faciunt, Evangelia ex collo appendentes:* At de his alias. XIII. Chriſtianorum Amuleta.

(*a*) *Chryſoſt. in Mat. hom.* 73.

JESU CHRISTI ANNUS 233. PONTIANI PAP. ANNUS 1. ALEXAND. IMP. ANNUS 10.

I. Anno ſequenti ducenteſimo trigeſimotertio, Pompejano & Feliciano Coſſ. viceſimaquinta Maji, Urbanus Papa, cum ſediſſet annos ſex, menſes ſeptem, & dies quatuor, martyrio functus eſt; licet Euſebius (*b*) eum ſediſſe dicat annos novem, & anno duodecimo Alexandri ponat ſucceſſoris ingreſſum. Sed indices Vaticani, necnon qui habentur a Creſconio collecti, huic poſitioni magis aſſentiri videntur. In libro de Romanis Pontificibus hæc de eodem Urbano ſcripta habentur: *Hic fecit miniſteria ſacra omnia argentea, & patenas argenteas viginti quinque appoſuit.* Adeo his abundaſſe Eccleſias, ut etiam lucernas habere ſolerent argenteas, ſuperius fuſius dictum eſt.

(*b*) *Euſeb. in Chron.*

Urbani Papæ martyrium.

II. Sed quod pertinet ad Romanam Eccleſiam, de ſacris vaſis argenteis in uſu ſacrorum; ex veteribus monumentis certa eſt horum fides. Dum enim refoderetur crypta illa, qua Fideles ſacra agentes occluſi fuerunt, inventa ſunt in ea multa ſacra miniſterialia vaſa ex argento confecta. Tradit hæc pluribus Gregorius Turonenſis (*c*) commentariolo, quem ſcripſit de Gloria martyrum. Sed & in rebus geſtis S. Laurentii, quas Prudentius ſacro hymno cecinit, non argento tantum, ſed & auro offerre Romanos Pontifices incruentum ſacrificium conſueviſſe, narratur, his ſcilicet verſibus, quibus perſecutor ſanctum Laurentium interpellat:

Vaſa ſacra argentea & aurea.

(*c*) *Greg. Tur. de Glor. mar. cap.* 38.

Hunc eſſe veſtris Orgiis
Moremque & artem, proditum eſt;
Hanc diſciplinam fœderis,
Libent ut auro Antiſtites.

Ar-

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 984. Olymp. 252. an. 3. A.C. 231.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5724.

☉ 16. B. ☽ 4. P. 3. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 231. *ſecund. Baronium* 233.

PONTIANI PAPÆ 2.

ALEXANDRI IMP. 10.

I. *Conſules.* [1] ANnum I. ad V. Coſſ. *Pompeianus, & Pelignianus*, ut Auctor Chronici Alexandrini, Auctor Chronici Damaſi, Anonymus Cuſpiniani, & varia reſcripta Codicis Juſtinianei habent. Baronius cum Onuphrio & Caſſiodoro, quem Marianus Scotus in Chronico ſequitur Pompeianum & Felicianum edit, ſed Codex Juſtinianeus *Pelignianum* profitendum evincit; licet in eo per errorem *Pelignus* dicatur. *Pelignanum* etiam profitentur Faſti Græci Theonis a Dodwello nuper e tenebris eruti, & Faſti Cæſarei.

Ur-

NOTÆ [1] COſſ. *Pompejanus & Pelignianus. Civica* alterum nomen eſt Pompejani. Ceterum prænomina deſunt. Gudiana inſcriptio.

XVII. KAL. FEBR. CIVICA POMPEIANO
ET PELIGNIANO. COS.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Bucherii laterculus: *Pompejano, & Peligniano.* Proſperi Chronicon: *Pompejano & Feliciano.* Bucherianus catalogus, & liber Pontificalis in S. Pontiano Papa: *A conſulatu Pompejani & Peligniani.*

Argenteis ſcyphis ferunt
Fumare ſacrum ſanguinem,
Auroque nocturnis ſacris
Adſtare fixos cereos.

Hæc tyrannus ex iis quæ ab aliis exploraſſet.

III. Statuente autem hæc Urbano, & hac ex parte Chriſti Eccleſiæ gloria effulgente; Alexander Imperator e contra argentum & aurum ægre tulit conferri templis; unde Lampridius (*a*): *In templis ſane numquam, præter quatuor aut quinque argenti libras, auri ne guttulam quidem aut bracteolam poſuit, ſuſurrans illud Perſii:*

(*a*) *Lamprid. in Alexand.*

In ſacro quid facit aurum?

Decreſcit gentilitas creſcente Chriſtiana Religione.

Videas igitur, veluti divino quodam conſilio, Chriſti regale ſacerdotium eodem tempore his etiam fulgoribus illuſtratum, quo Gentilitia ſuperſtitio ea in re decreſcere viſa eſt: non modo enim Alexander non obtulit; ſed & quæ erant in eis auri vel argenti, Maximinus ejus ſucceſſor (quod teſtatur Herodianus *b*) e templis abſtulit. Nam *templorum omnium*, inquit, *donaria, ſtatuæque deorum, heroumque honores, tum quicquid publici operis, & civilis ornamenti, aut materiæ denique fuit nummis idoneæ conficiendis, omnia pariter ignibus conflabantur:* Hæc ipſe; ut plane accidiſſe videatur, quod de Philiſtæis ſacræ produnt hiſtoriæ (*c*). Dagon illorum Deum Arcæ Dei propinquitate inglorium jacuiſſe confractum, ipſam vero auro atque argento magna gloria dimiſſam eſſe refertam.

(*b*) *Herod. lib. 7.*

(*c*) *1. Reg. 5.*

IV. Martyres ab Urbano inſtructi.

At de Urbano rurſum hæc ibidem ſubduntur: *Hic ſua traditione multos convertit ad baptiſmum & credulitatem, Tiburtium etiam & Valerianum nobiliſſimum virum, quos etiam uſque ad martyrii palmam perduxit, & per ejus monita & doctrinam multi martyrio coronati ſunt. Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, presbyteros novem, diaconos quinque, & Epiſcopos per diverſa loca octo:* & in Romanis antiquis tabulis hæc de ejus martyrio: (*d*) *Romæ Via Nomentana natalis beati Urbani Papæ & martyris, cujus exhortatione & doctrina multi fidem Chriſti ſuſceperunt, & pro ea martyrium ſubierunt. Ipſe quoque pro Eccleſia Dei multa paſſus, tandem cervicibus abſciſſis, martyrio coronatus eſt.* De ſepultura vero hæc in ſuperius citato libro: *Sepultus eſt in cœmeterio Prætextati, Via Appia, octavo Kalendas Junias; ceſſavit Epiſcopatus ejus dies triginta; poſtea creatur Pontianus natione Romanus ex patre Calpurnio:* Hæc ibi.

(*d*) *Martyr. Rom. die 25. Maji.*

Pontianus Papa.

V. Hoc item ipſo anno, cum Alexander Imperator jam decimum in Imperio annum ageret: *Origenes*, (inquit Euſebius *e*) *Alexandria Cæſaream profugiens, ſcholam inſtitutionis, quæ erat ad illius loci habitatores in fidei principiis informandos ædificata, Heraclæ reliquit.* Sed hæc de Heracla alias olim contigiſſe, dictum eſt ſuperius. In Palæſtinam reverſus Origenes, ſeceſſum illum Tyrium, quem ſcribit Epiphanius (*f*), petiit: illicque quod ſtatuerat, & jam cœptum opus erat, abſolvit, Hexapla ſcilicet atque Octopla de quibus ſatis ſuperque jam ſuperius diſſeruimus. Sed ex Euſebii hiſtoria ejuſdem emendatum eſt Chronicon, ubi perperam ponitur profectio Origenis in Palæſtinam poſt obitum Demetrii Epiſcopi Alexandrini; cum ejuſdem ſententia conſtet, poſt ejus diſceſſionem ipſum obiiſſe, nempe anno ſequenti (ut dicetur) quo in Chronico errore ponitur Origenis in Palæſtinam acceſſus.

(*e*) *Euſeb. lib. 6. cap. 20.*

Origenes iterum in Palæſtinam.

(*f*) *Epiph. lib. de menſur.*

VI. Ceterum cum Origenes pervenit in Palæſtinam, non ſic ſeceſſum petiit Tyrium ut penitus docere deſineret; quamobrem, ut

PAGIUS

II. *Urbani PP. obitus.*

Urbanus Papa anno ducenteſimo triceſimo Agricolæ & Clementini Conſulatu notato mortalitatem explevit. In Chronico enim Damaſi legitur: *Urbanus annos octo, menſes undecim, dies duodecim. Fuit temporibus Alexandri a Conſulatu Maximi & Æliani.* Quæ verba etiam Cuſpinianus habet ex eodem libro Damaſi deſumpta. *Acta*, inquit Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogum Pontificum Romanorum, diem Martyrii indicant, *tertium poſt* XII. Kalendas, *id eſt*, IX. Kalendas Junii, *ac ſepultum VIII. Kalendas; idque in Cœmeterio Prætextati via Appia. Verum hinc poſtea in oppoſitam prorſus Urbis partem tranſlatum fuiſſe corpus videtur; cum in Hieronymiano Martyrologio ad XII. Kalend. Junii ſic legatur:* Via Nomentana milliario octavo Natalis Urbani Epiſcopi. Ita Papebrocius, qui ex eo Martyrologii Hieronymiani loco intelligere poterat, in eo plerumque mentionem fieri Tranſlationum SS. Pontificum, aliudque arcanum detegere, eas nempe ſæpe conſimili die factas, quo ſepulturæ eorum corpora mandata fuerant. Nam Urbanus die XXV. Maii ſepultus in Cœmeterio Prætextati, quod apud Baronium inter Cœmeteria Romana octavum numero eſt; indeque poſtea ſimili die, anno incerto, tranſlatus ad quintum Cœmeterium *ad Nimphas* dictum via Nomentana, ſeptimo ab Urbe lapide. Ex his liquet, errorem in Chro-

Tranſlationes SS. Pontificum eo die facta, quo ipſi alias ſepulti.

NOTÆ [1] QUi Euſebii Chronicon, & ejus Hiſtoriam in annis Sedis Pontificum Romanorum ſupputandis ſequuntur; ut Conſtantius in Epiſt. Rom. Pontif. pag. 114. *Urbanum* Eccleſiam Romanam rexiſſe volunt, ab anno Chriſti 223. ad 230. uſque ad diem XXV. *Maii*, *ſi octennium* Pontificatus, quod habet Euſebius Hiſtor. lib. VI. Cap. XXIII. de octo diverſis Conſulatibus accipiatur. Veteres Catalogi, ut oſtendit Conſtantius, in annis *Urbani*, mendoſi ſunt, quare iis non immorandum.

ut olim cœperat, certos anni menſes interpolatos ad opus quod parturiebat habuiſſe, alioſque ad docendum diſtinctos, exiſtimamus. Siquidem Euſebius (*a*) poſt multa hæc ſubdit: *Ad Origenem vero Cæſareæ conſueta diſciplinæ munera exequentem, non ſolum multi ab indigenis, ſed ab exteris etiam regionibus pene infiniti diſcipuli, patria ſua relicta adventarunt; ex quibus maxime inſignes cognovimus Theodorum, alio nomine Gregorium appellatum, Epiſcopum ſane præter ceteros noſtra ætate crebro hominum ſermone prædicatum; & fratrem ejus Athenodorum: quorum animis liberalium diſciplinarum tum Græcarum, tum Latinarum cupiditate ſupra modum inflammatis, & quaſi obſtupefactis, Origenes divinæ philoſophiæ & doctrinæ Chriſtianæ amorem ſenſim inſtillavit, eoſque a prioribus ſtudiis, facta mutatione, ad ſacrarum litterarum commendationem pia ſua cohortatione traduxit. Quinquennio integro in ejus ſchola verſati, tantam tamque admirabilem in ſacroſanctis Dei eloquiis fecere progreſſionem, ut dum adhuc ambo admodum adoleſcentes eſſent, Eccleſiarum in Ponto crearentur Epiſcopi.*

(*a*) *Euſeb. l.6. c.23.*

Diſcipuli Origenis.

VII. Quarumnam vero Eccleſiarum hi electi Antiſtites fuerint, auctor nec hic nec alibi, cum de iis meminit (*b*), quicquam dicit. Conſtat tamen Gregorii (*c*) Nyſſeni teſtimonio, alterum ipſorum, nempe Theodorum, dictum poſtea Gregorium, qui ob ingentia præclaraque facinora appellari etiam meruit prænomine Magnus, & agnomento Thaumaturgus, creatum fuiſſe patriæ ſuæ Epiſcopum, nempe Neocæſareæ in Ponto, ex qua oriundus erat; germanus autem ejus, licet cujus ſedis eſſet Epiſcopus, non ſatis liqueat, illud tamen de eo exploratum eſt, vitam ſuam omnibus ſcientiis egregie imbutam, demum illuſtriorem nobilioremque reddidiſſe martyrio; ſed de his ſuo loco. Fuerunt ambo Gentilibus parentibus geniti, atque Alexandriæ primum philoſophicis litteris operam dederunt.

(*b*) *Euſeb. l.7. c.22.*

(*c*) *Gregor. Nyſſ. in Vita Gregorii Thaumaturgi.*

Gregorii Thaumaturgi primordia.

VIII. Quomodo autem ex humanarum rerum ſcientia ad ſublimem Chriſtianam philoſophiam ſe contulerint, ex iis quæ idem Nyſſenus tradit (licet ſolius Gregorii res geſtas ſit proſecutus) poſſumus intelligere, dum ait (*d*): *Inſtar Abrahæ magnus iſte, cum in externæ ſapientiæ ſtudio diligenter verſatus eſſet, per quas res plerique errores Græcorum Gentiliumque ſtabiliunt atque confirmant, iis rebus quaſi ducibus & indicibus uſus eſt ad Chriſtianæ religionis cognitionem. Ac relicta falſa parentum ac majorum religione, rerum veritatem quærebat ex illis ipſis, quæ ab externis philoſophis elaborata ſunt, edoctus quam non conſiſtere poſſint, quamque parum ſibi conſtent ſententiæ & opiniones Græcanicæ doctrinæ. Poſtquam enim animadvertit Græcorum ſimul & barbarorum philoſophiam in his ſententiis, quibus de numine divino quid ſentiendum ſit ſtatuunt, in diverſas ſcindi opiniones; earumque ſententiarum præſides neque inter ſe congruere atque concordare, & ſolerti exquiſitaque verborum & argumentorum excogitatione ſuam unumquemque ſententiam ſtabilire atque confirmare conari; hos quidem, tamquam domeſtico bello ſe invicem evertentes & conficientes, reliquit. Conſequitur autem & amplectitur conſiſtentem, ſtabilemque, ac firmum fidei ſermonem, qui non exquiſita quadam atque redundanti verborum curioſitate & artificioſis nexibus argumentorum confirmatur, ſed per ſimplicitatem verborum omnibus ex æquo annunciatur; qui in hoc ipſo, quod ſupra fidem eſt, vim fidei faciendæ habet:* Hæc & alia de ejuſdem Gregorii Chriſtianæ philoſophiæ cunabulis, cum Alexandriæ ſcientiarum adipiſcendarum cauſa verſatus eſt, idem Gregorius Nyſſenus affir-

(*d*) *Gregor. Nyſſen. ubi ſupra.*

Quomodo Gregorius ex Philoſopho Gentili Chriſtianus evaſit.

PAGIUS

Chronicon Damaſi irrepſiſſe, & Urbanum annos octo, menſes undecim ac dies duodecim ſedere non potuiſſe; cum die viceſima quarta menſis Maii anni ducenteſimi triceſimi ad cœleſtem patriam advolarit, & anno ducenteſimo vigeſimo ſecundo menſe Octobri Pontificatum inierit. Sedit itaque tantum annos ſeptem & aliquot menſes ac dies. Papebrocius laudatus, ut totidem annos Urbano attribuat, quot in Chronico Damaſi per errorem leguntur, ſcribit, *Calliſtum* dum in carcere eſſet, *Urbanum* ſuum Vicarium conſtituiſſe; ſed ſi hoc eſſet, non magis Urbanus quam Calliſtus mortem tunc vitaſſet, & aliquod veſtigium rei tanti momenti, ſæpiuſque iteratæ extaret. Unica Decretalis *Urbano* attribuitur, eaque ad omnes Chriſtianos ſcripta; ſed cum ea conſarcinata ſit ex teſtimoniis Pomerii, Iſidori, Eucherii, aliorumque, non poteſt non eſſe ſuppoſititia. Poſt Urbani mortem Sedes ceſſavit *dies triginta*, ut habet Auctor auctioris Chronici veterum Pontificum, idque accurate, ut in Pontiani morte videbimus. Quare Pontianus Urbano ſucceſſit die viceſima ſecunda menſis Junii, in quam anno CCXXX. feria tertia incidebat.

III. Sed redeo ad Sanctum Urbanum, cujus Martyrii acta Henſchenius ad diem XXV. menſis Maii recitat, exiſtimatque ea fuiſſe per *Notarios Eccleſiæ Romanæ* conſcripta. Narrantur in illis hujus ſancti Pontificis & ſociorum captivitas, conſtantia inter verbera, animoſa fidei profeſſio, & tormenta illis inflicta. In actis vero Sanctæ Cæciliæ legitur, Sanctum Urbanum, dum in ſepulcris Martyrum lateret, baptizaſſe ſanctos Valerianum S. Cæciliæ conjugem, ac Tiburtium Valeriani fratrem, quem ad Sanctum Urbanum, a quo baptizaretur, perduxit. Poſt horum Sanctorum mortem conjuncta fuere *corpora SS. Urbani, Cæciliæ, Valeriani, Tiburtii, & aliorum Martyrum*, & Sanctus Gregorius Papa hujus nominis III. anno DCCXXXI. Pontifex Romanus dictus *cœmeterium beatorum Martyrum Ja-*

Reliquiæ S. Urbani PP. magna in veneratione Romæ.

affirmat. Florentiſſima enim eo tempore erat illic ſchola Alexandrina, cum ibi docerent philoſophi Chriſtiani, poſt Panthænum Clemens, & poſt Clementem Origenes, atque Ammonius, quem famā celeberrimum (ut dicturi pluribus ſumus) annis undecim Plotinus Platonicorum princeps audivit. Sed egregium plane facinus ejuſdem Gregorii de quo agimus, cum Alexandriæ auditor eſſet, idem qui ſupra auctor narrat his verbis (*a*):

(*a*) *Gregor. Nyſſ. in Vita Gregorii Thaumaturgi.*

IX. *Cum autem degeret in Ægypto in magna Alexandri urbe, in quam ex omnibus partibus philoſophiæ ac medicinæ ſtudioſa juventus confluebat; moleſtum ſpectaculum erat æqualibus, adoleſcens ſupra ætatem ſobrietate ſapientiaque ornatus; ejus enim vitæ puritatis & integritatis laus, impurorum probrum erat & dedecus. Ut igitur aliquam excuſationem intemperantes ac libidinoſi haberent, ſi ipſi non ſoli tales eſſe viderentur; inſidias comminiſcuntur, & vafrum quoddam conſilium excogitant, ut aliquam notam & maculam magni illius viri vitæ inurant. Ac producitur ab his, qui illum calumniabantur, muliercula meretrix, quæ corpore quæſtum faceret, infamia irrogata, ex carcere dimiſſa. Cumque ille pro conſuetudine cum viris doctis atque delectis, in habitu gravi & honeſto, de quadam quæſtione philoſophica diſputaret, unaque ſe cum illis exerceret; muliercula accedit ineptis geſtibus formam oſtentans, & molliciem luxumque præſeferens, & per omnia quæ dicebat & faciebat, ſeſe conſueſcere cum eo ſimulans: tandem dicebat, ſe mercedibus fraudatam eſſe. At cum illi, qui ejus vitæ puritatem & continentiam non ignorabant, indignarentur, & ira adverſus mulierculam commoverentur; ipſe neque una perturbatus eſt cum iis qui ipſius nomine ſtomachabantur, neque quicquam hujuſmodi dixit, cum calumniis premeretur; quale pronunciare par eſſet eum, qui graviter moleſteque rem ferret; non teſtes vitæ advocavit; non jurejurando probrum ab ſe rejecit; non malitiam eorum, qui hæc adverſus eum machinati erant, convicit; ſed ſubmiſſa atque ſedata voce, converſus ad quemdam familiarem, Heus tu, inquit, numera ei pecuniam, ne diutius importunitate ſua propoſitæ quæſtionis tractatum conturbet.*

Calumniam patitur Gregorius.

X. *Cum autem is cui hoc injungebatur, a meretricula ſciſcitatus quantam pecuniam ab illo poſceret, ſine mora omnem adnumeraſſet, atque ab laſcivis & protervis adverſus ſobrium & continentem inſidiæ peractæ eſſent, & jam in manibus illius infamis lucrum eſſet; tunc divinitus & continentia adoleſcentis probatur, & calumnia æqualium pateſit. Simul enim atque manu pecuniam accepit, ſpiritu infelici atque maligno correpta, fremituque immani atque ferali, diverſo a voce humana ſono ingemiſcens, collabitur prona in medio cœtu congregatorum, ſpectaculum horrendum atque terribile præſentibus repente facta; cum & capillus, quem ſuis manibus vellebat, dilaceratus atque diſiectus, & oculi inverſi eſſent, & os ſpumas emitteret. At non prius a Dæmonio ſuffocari deſiit, quam Magnus ille Deum pro ea invocaſſet, atque placaſſet*: Hucuſque de re tum Alexandriæ geſta Nyſſenus; ſignificans, tunc temporis jam fidem Chriſtianam ſectatum eſſe Gregorium, cujus etiam rei cauſa a Gentilibus talia (ut par eſt credere) pateretur.

Deus ultor calumniæ in Gregorium conflatæ.

Cum igitur philoſophicis litteris egregie excultus eſſet, & jam Neocæſaream in Pontum rediiſſet; tunc accidit, ut memoria Origenis, quem Alexandriæ cum eſſet, deguſtarat, ab eo imbuendum litteris ſacris non cum fratre tantum, ſed & cum Firmiliano nobili Cappadoce, ad eum in Palæſtinam (quod ſcribit Euſebius) ſe contulerit, quod & idem Nyſſenus tradit his verbis: *Poſtquam omnibus diſciplinis externæ ſapientiæ decurſis, incidiſſet in Firmilianum quemdam patricium Cappadocem, ſimilem moribus & ingenio (ut ille in ſequenti vita oſtendit, cum Cæſarienſium Eccleſiæ ornamento fuit) & animi ſui conſilium ac vitæ propoſitum amico patefeciſſet, quod ad Deum videlicet ſpectaret, & illius ſtudium circa idem deſiderium convenire intellexiſſet, relicto omni ſtudio externæ philoſophiæ, accedit una cum illo ad eum qui in illo tempore Chriſtianorum philoſophiæ princeps erat (hic autem erat Origenes, cujus propter ſcripta fama celebris eſt) etiam per hoc oſtendens non modo diſcendi ſtudium atque induſtriam, ſed etiam ſedatum ingenium, & animi moderationem.* Hucuſque de acceſſu Gregorii ad Origenem Nyſſenus. XI.

Quando Gregorius ad Origenem venit in Palæſtinam.

Cæterum cum tam de ejus peregrinatione in Ægyptum, quam etiam de alia ſu- XII.

PAGIUS *Januarii, Urbani, Tiburtii, Valeriani, atque Maximi & eorum tectum in ruinis poſitum de novo perfecit*, inquit Anaſtaſius Bibliothecarius. Denique Sanctus Paſchalis Papa hujus nominis primus anno DCCCXVII. Papa creatus ſcripſit Epiſtolam de revelatione ſibi facta a Sancta Cæcilia, ob quam, inquit, *properantes in cœmeterio S. Sixti* (aliis *Prætextati*) *foris portam Appiam ſitum, corpus S. Cæciliæ, inter Collegas Epiſcopos in aureis indumentis cum venerabili ſponſo Valeriano reperimus, & honeſte infra muros hujus Romanæ urbis induximus..... & Titulum in meliorem ſtatum a nobis fecimus reſtaurari; & ejuſdem Virginis corpus cum cariſſimo ſponſo atque Tiburtio, & Maximo Martyribus, nec non Urbano & Lucio utriſque Pontificibus, ſub ſacro altari dedicantes collocavimus*; quæ & Anaſtaſius Bibliothecarius etiam refert. Sed plura de horum Sanctorum Reliquiis Henſchenius laudatus.

ſuſcepta poſtea in Palæſtinam, idem auctor ſinceriſſimus teſtis ſit; miramur Euſebium atque S. Hieronymum nonniſi de ejus profectione in Palæſtinam mentionem facere; de eo enim hæc Hieronymus (*a*): *Ob ſtudia Græcarum & Latinarum litterarum de Cappadocia Berythum, & inde Cæſaream Palæſtinæ tranſiit, juncto ſibi fratre Athenodoro; quorum cum egregiam indolem vidiſſet Origenes, eos ad philoſophiam cohortatus eſt; in qua paulatim fidem Chriſti ſubintroducens, ſui quoque ſectatores reddidit*: Hæc ipſe. De Firmiliano autem quomodo Origenem coluerit jam factus Epiſcopus Cæſareæ, Cappadociæ totius metropolis, hæc addit Euſebius (*b*): *Quo tempore Firmilianus Cæſareæ Cappadocenſis Epiſcopus magno nomine & celebritate fuit; iſte tantum ſtudium erga Origenem declaravit, ut interdum illum in ſuæ regionis fines ad Eccleſiarum utilitatem accerſiri vellet; nonnumquam ipſe ad eum in Judæam proficiſci, & aliquandiu una cum eo moram facere, quo in ſacris litteris melius & perfectius erudiretur*: Hæc Euſebius de Firmiliano jam facto Epiſcopo.

(*a*) Hieron. de Scrip. Eccl. in Theod.

(*b*) Euſeb. l. 6. c. 20.

XIII. Quomodo autem idem, de quo ſuſcepta eſt oratio, Gregorius ad ſedem Neocæſarienſem capeſſendam divino conſilio paulo poſt impulſus fuerit, eodem (*c*) auctore Nyſſeno hæc narrante, operæpretium ducimus hic intexere tum ob argumenti dignitatem, tum etiam ad ſummam Dei bonitatem inſinuandam, qui Eccleſiam ſuam tyrannorum furore vexandam, & hæreticorum fallaciis invadendam, tanto voluit robore antea communire. Cum igitur Phædimus, *cui divinitus a Spiritu ſancto præſcia futurorum vis quædam inerat, illo tempore Amaſenorum Eccleſiæ Antiſtes eſſet, & omni ſtudio laboraret, ut Magnum Gregorium in poteſtatem redactum, Eccleſiæ adminiſtrationi præficeret, ne tantum bonum otioſum & infrugiferum vitam tranſigeret: ubi ſacerdotem id agere atque conari Gregorius ſenſit, cogitare cœpit, qua ratione latere poſſet, alias ad aliam ſolitudinem tranſiens. Sed poſtquam nihil non intentatum relinquens vir ille magnus Phædimus, & omni machinatione atque ſolertia utens, non poterat virum ad ſacerdotium adducere, innumeris oculis præcaventem, ne quando manu ſacerdotis caperetur; atque uterque inter ſeſe ſtudio certarent, illo quidem capere, hoc vero perſequentis manus effugere cupiente (nam ille ſciebat ſe ſacrum Deo donarium oblaturum eſſe: hic autem verebatur, ne quo modo ſibi ſacerdotii cura, tamquam onus quoddam vitæ impoſita, ad philoſophiam impedimento eſſet) idcirco impetu quodam divino Phædimus ad propoſitum ſtudium provectus, nihil curans interjectum ſpatium, quo a Gregorio dirimebatur (quippe ille aberat itinere tridui) ſed ad Deum ſuſpiciens, precatuſque ut & ipſe & ille pariter in illa hora a Deo reſpicerentur, loco manus impoſitionis Gregorio adhibet ſermonem, Deo conſecrans eum, qui corpore coram non adeſſet, & illam et civitatem deſtinans atque attribuens, quam contigerat ad illa ipſa uſque tempora adeo ſimulacrorum errori deditam eſſe, ut, cum infiniti eſſent qui & ipſam urbem & regionem circum jacentem incolerent, non plures quam ſeptemdecim invenirentur, qui ſermonem fidei recepiſſent.*

(*c*) Gregor. Nyſſ. orat. de Vit. Gregor. Thaum.

Gregorius fit Epiſcopus Neocæſareæ.

XIV. Hæc de Gregorii ad Epiſcopatum vocatione potius quam ordinatione Nyſſenus cum ſcribat, res eſt paulo accuratius contemplanda. Nam licet privato quodam Spiritus impulſu ordinator ipſius feciſſe dicatur; tamen quod non tantum nulla Eccleſiaſtica lege ſuffragante, ſed & penitus refragante, nulloque alio prævio majorum exemplo, id fruſtra tentare viſus eſſet Epiſcopus Amaſenus; nemo prudens dixerit, eum tunc ab ipſo ordinatum fuiſſe Epiſcopum, ſed potius divina operante virtute, quodam inviſibili verbi fune, fugitantem retentum, invitumque tractum; ita tamen, ut quæ eſſent agenda ſecundum Eccleſiaſticæ diſciplinæ regulas, nullatenus in ejus ordinatione fuerint prætermiſſa; nam auctor idem hæc ſubdit: *Sic igitur jugum ſubire coactus, omnibus poſt hæc, quæ fieri ſolent, ſolemnibus in eo peractis; cum exiguum tempus ad myſterium exactius cognoſcendum, ab eo qui ſacerdotium ipſi aſſignaverat, petiiſſet, non amplius (ut inquit Apoſtolus* (*d*) *) carni & ſanguini adhærendum eſſe & acquieſcendum putabat, ſed a Deo ſibi occulta manifeſtari petebat.*

Dictorum elucidatio.

(*d*) Galat. 4.

XV. At nec illud de eo in præſentiarum reticendum eſt; quod cum ipſe olim auditor fuiſſet Origenis, illumque dixiſſe atque ſcripſiſſe nonnulla meminiſſet, quæ a communi aliorum Chriſtianorum Orthodoxorum ſententia diſcreparent; cum jam adſtringeretur, ut ſibi ſubditis Evangelicam veritatem (id miniſterio Epiſcopatus, quod ſuſceperat, expoſcente) ſermonis prædicatione concrederet, mente anxius, ambiguuſque qua potiſſimum incederet via, diu multumque verſatus eſt. Sed quomodo per mirificum quemdam viſum ſit illi divinitus ſapientia impertita, idem Nyſſenus declarat his verbis: *Cum enim per totam noctem aliquando de ratione atque ſermone fidei diſpiceret & ſpecularetur; & varias animo cogitationes agitaret (erant nimirum etiam tunc nonnulli, qui piam & ſinceram religionis doctrinam adulterarent, ac per probabiles argumentationes ſæpenumero etiam doctis & prudentibus veritatem facerent ambiguam) pro qua tunc ei pervigilem curis atque ſollicitudine noctem agenti, quidam in*

Viſio oſtenſa Gregorio.

in figura humana, facie ac forma ſenili evidenter apparet, ornatu atque compoſitione indumenti auguſtum quemdam ſacrum atque divinum referens decorem, magnam gratia vultus atque diſpoſitione figuræ præſeferens virtutem. Hic vero viſu perterritus, & ſurgere e lecto, & quis eſſet, cujuſve rei gratia veniſſet, ſciſcitari.

XVI. *Cum autem ille perturbationem mentis ejus ſubmiſſa voce ſedaſſet, ac dixiſſet, ſe juſſu divino apparuiſſe ei propter eas rationes quæ apud ipſum controverſæ & ambiguæ eſſent, ut piæ fidei veritas revelaretur; & bono animo eſſe, audito ſermone, & quodam cum gaudio atque conſternatione illum contueri cœpit. Deinde cum ille directo manum protendiſſet, & quaſi oſtenderet ei per digitorum directam protenſionem id quod ex tranſverſo apparebat: hic & una cum directa manus protenſione circum agere ſuum obtutum, & videre aliam imaginem adverſam ei quæ prius apparuerat, in figura muliebri, excellentiorem quidem & auguſtiorem, quam pro humana conditione: rurſum autem perterritus, & facie adverſa, vultum demittere, ac perplexus & dubitabundus hæſitare de ſpectaculo, cum oculis apparitionem ferre non poſſet: etenim miraculum viſionis nimirum in hoc potiſſimum erat, quod, cum nox eſſet obſcura, lumen una cum iis qui apparuerant ei effulſerat, quaſi aliqua lucida tæda accenſa. Cum igitur oculis ferre apparitionem non poſſet eorum qui ſibi apparuerant; inter ſeſe rationem ejus rei, de qua ambigebatur, exponentium ratiocinationem audivit; per quam non ſolum accepit veram cognitionem fidei; verum etiam nominatim eos, qui apparuerant, cognovit, utroque eorum propria appellatione alterum alloquente.*

Gregorius divinitus inſtituitur.

XVII. *Audiviſſe enim dicitur ex ea quæ in muliebri habitu viſa erat, cum hortaretur Evangeliſtam Joannem, ut adoleſcenti myſterium veræ pietatis aperiret ac declararet: atque illum dixiſſe, ſe paratum eſſe etiam in hoc Matri Domini gratificari, quoniam hoc ei cordi eſſet: atque ita expoſito ſermone, qui & rei quæſitæ conveniret, & admodum bene definitus & circumſcriptus eſſet, rurſum ex oculis diſceſſiſſe. Atque hunc extemplo divinam illam inſtitutionem & diſciplinam litteris mandaſſe, & ſecundum illam poſtea in Eccleſia ſermonem prædicaſſe; ac poſteris, tamquam patrimonium quoddam & legatum divinitus datam illam doctrinam reliquiſſe, per quam uſque in præſentem diem inſtituitur illius civitatis plebs, quæ ab omni hæretica malitia intacta permanſit.*

Joannes Evangeliſta Catechiſta Gregorii.

XVIII. *Porro myſticæ illius diſciplinæ verba hæc ſunt:*

Fidei Symbolum Gregorio revelatum.

UNUS EST DEUS PATER Verbi viventis, Sapientiæ ſubſiſtentis, & Potentiæ, & Figuræ æternæ, Perfectus Perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, ſolus ex ſolo, Deus de Deo, figura & imago Deitatis, Verbum efficax, Sapientia conſtitutionis rerum univerſarum comprehenſiva, & Potentia totius creaturæ effectrix, Filius verus veri Patris; viſum effugiens, viſum effugientis; & corruptioni non obnoxius, non obnoxii corruptioni; & morti non obnoxius, non obnoxii morti; & Æternus Æterni. Unus Spiritus ſanctus ex Deo ortum & exiſtentiam habens, quique per Filium apparuit, videlicet hominibus; imago Filii perfecti perfecta, Vita Viventium cauſa, Fons ſanctus, Sanctitas ſanctificationis ſuppeditatrix; per quem manifeſtatur Deus Pater, qui eſt ſuper omnia & in omnibus; & Deus Filius, qui per omnia permanet. Trinitas perfecta, quæ gloria, atque æternitate, & regno non dividitur, neque abalienatur. Hucuſque fidei revelatæ myſterium.

Hanc fidei Catholicæ regulam Gregorio divinitus impertitam, cum Orientalis, tum etiam Occidentalis Eccleſia cognitam comprobavit, atque ut ſacroſanctum depoſitum cælitus collatum religioſiſſime cuſtodivit. Habetur eadem recitata in Quinta Oecumenica Synodo. Citatur pariter ab Apochriſariis Gegorii Papæ Noni, dum agunt adverſus Germanum Juniorem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, in eam ſententiam, quod Spiritus ſanctus a Patre Filioque procedat. Quæ omnia habentur in ejuſdem Pontificis Regiſtro epiſtolarum, anno ſeptimo ejuſdem Pontificatus. ☞ Codex a Cencio Camerario collectus in quo ineſt Relatio eorumdem Apocriſariorum de rebus geſtis in ea legatione, cum Patriarcha & Imperatore incipit: *Anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo tertio* (is eſt annus ſeptimus Gregorii Papæ Noni). Ibi in profeſſione fidei eorumdem Legatorum, ineſt Gregorii Thaumaturgi fidei profeſſio recitata uſque ad illa verba *Imago Dei ſermo efficax &c.* ☜ Porro ex diverſorum tranſlationibus, diverſus interdum ejus textus reperitur expreſſus. Eam autem de fide regulam ab eodem Magno Gregorio appoſitam commentario de Fide inſcripto, fuiſſe accuratiſſime explicatam, conſtat; quin inter alios a Baſilio Magno (*a*), & Leontio Scholaſtico (*b*) citatus reperitur. At de ejuſdem Gregorii ſcriptis opportuniori loco agemus inferius; modo autem aggreſſam ſemel hiſtoriam proſequamur. XIX.

(a) *Baſil. de Spiritu ſanct. c.29. & epiſt.68. ad Neocæſarienſ.*

(b) *Leont. de Sectis act.8.*

Sed quid primum Gregorius Nyſſenus ea recitata breviter addat, quod ad eam pertinet, deſcribamus: *Ergo*, inquit, *neque creatum quicquam, aut ſervum in Trinitate eſt, neque adſcititium quicquam & adventitium, ut quod prius quidem non eſſet, nec ſuppeteret, poſterius autem introductum ſit. Neque vero deeſt umquam Filius* XX.

lius in Patre, neque in Filio Spiritus; ſed immutabilis & inalterabilis eadem ſemper Trinitas eſt: Hæc Gregorius; qui & hæc ſubdens, fidem ſuam de ea re certo certius teſtatam reliquit: *Quod ſi quis*, inquit, *ſibi fidem de hac re fieri cupit; audiat Eccleſiam, in qua ſermonem prædicabat; apud quam illa ipſa verba a beata illa manu exarata adhuc etiam nunc conſervantur:* Hucuſque Nyſſenus, cujus avia ſpectatiſſima ſanctitate Macrina, Senior dicta, hujus Gregorii, de quo eſt ſermo, gentilis fuit; ſed de ea plura inferius ſuo loco narraturi ſumus.

XXI. Inter alios quoque præclaros nomine Origenis diſcipulos Tryphon nominatur, de quo S. Hieronymus (*a*): *Tryphon Origenis auditor, ad quem nonnullæ ejus extant epiſtolæ, in Scripturis eruditiſſimus fuit; quod quidem & multa ejus ſparſim oſtendunt opuſcula, ſed præcipue liber quem compoſuit de Vacca rufa in Deuteronomio, & de Dichotomematibus, quæ cum columba & turture Abraham ponuntur in Geneſi.* Hic fortaſſe Tryphon ille, qui his ipſis temporibus celebris quoque habitus eſt philoſophicis litteris, qui Plotinum redarguit, quod a Numenio inventa clam ſurripuiſſet; ejus meminit Porphyrius in Vita Plotini. Rurſum vero non ſolum Heraclas (ut dictum eſt) fuit Origenis auditor, & primus eidem ſucceſſor in docendi cathedra, & creatus (ut dicemus) anno ſequenti Epiſcopus Alexandrinus; ſed &, qui illi in ejuſdem Eccleſiæ ſedem ſucceſſit, Dionyſius inter celeberrimos Origenis auditores adnumeratur, de quo ſuo loco plura dicturi ſumus; fuerunt & alii, quorum memoria excidit.

(*a*) *Hieronym. de Script. Eccl. in Tryph.*

Tryphon diſcipulus Origenis.

XXII. Sed ex quo hic de his ſermo habetur, qui hoc tempore ex philoſophicis facultatibus ad Chriſti fidem, ut eminentiorem profiterentur philoſophiam, ſe contulerunt; nequaquam ille ſilentio prætereundus eſt, qui (quod paucorum eſt) non ſolum bonorum, carorumque ſuorum, ſed æſtimationis denique pro Chriſto voluntariam jacturam fecit, hoc propemodum tempore nuncium remittens omnibus quæ ſunt in mundo, Chriſti opprobrium præferens cunctis rebus; ipſumque imitatus (quantum fas eſt homini divina conſequi) qui (*b*) cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formamque ſervi accepit; ſe ipſum faſtu, quo ab omnibus attollebatur, exuens philoſophico, vili indutus veſtimento atque admodum ſordido, in Comanam Ponticam civitatem ſe conferens, ibi, ut occultus agere poſſet, inter carbonarios voluit profiteri; ea nimirum quoque de cauſa illud deligens miniſterium, quo vultu ſordidatus, veluti fuligine tinctus, a nemine umquam poſſet agnoſci. Latuit eo modo diutius; donec Gregorio Thaumaturgo, de quo habitus eſt ſermo, Epiſcopo jam facto, divino quodam inſtinctu rem præſagiente, ac denique eum detegente, Romanæ civitatis, communi omnium accedente ſuffragio, Epiſcopus delectus eſt. Res geſta, a graviſſimo auctore deſcripta, digna plane videtur, quam hic opportune noſtris Annalibus intexamus. Idem enim Gregorius Nyſſenus in rebus geſtis Gregorii Thaumaturgi hujuſmodi hiſtoriam narrat, ab Epiſcopatu ejus ſumpto dictionis exordio.

De Alexandro ex Philoſopho Carbonarius.

(*b*) *Philip. 2.*

XXIII. *Ex finitima* (inquit) *civitate mittitur ad eum* (nempe Gregorium) *legatio, ut veniret ad ipſos, & Eccleſiam quæ eſſet apud eos, ſacerdote deſignato, conſtitueret. Comanæ autem civitati nomen erat: cujus ut hoſpes magnus iſte vir eſſe vellet, vulgo omnes hanc veniam ſibi dari petentes, orabant. Cum veniſſet ergo ad eos & aliquot dies converſatus una, tum dictis, tum factis ſuis magis eorum ſtudium erga myſterium incendiſſet: cum jam tempus eſſet, etiam id negotium, propter quod legati ad eum miſſi erant, ad exitum deducendi, ac deſignandi aliquem eorum Eccleſiæ primarium ſacerdotem; tunc principum quidem & magiſtratuum civitatis omnium ſententiæ in hoc occupatæ erant, ut anxie & curioſe inquirerent, ac ſciſcitarentur, qui eloquentia, qui genere, reliquoque vitæ ſplendore cæteros præcedere viderentur. Putabant enim, quoniam etiam his bonis Magnus Gregorius cumulatus erat, nec earum quidem rerum oportere expertem eſſe, qui ad hoc munus deligeretur.*

Agitur de electione Coman. Epiſcopi

XXIV. *Cum autem in multas partes ſuffragiis ſcinderentur, & alii alium præoptarent atque præferrent: expectabat vir ille magnus divinitus aliquod ſibi conſilium ad propoſitum negotium ſuppeditari. Ac quemadmodum Samuel* (*c*) *in eligendo Rege, fertur non pulchritudine nec magnitudine corporum motus eſſe, ſed animum regium requiſiviſſe, etiamſi in contempto forte corpore reperiretur; eodem modo ille, ſtudiis erga unumquemque eorum qui deſtinabantur, neglectis, id unum dumtaxat ſpectabat, an aliquis etiam ante declarationem induſtria vitæ atque virtute in moribus ſacerdotium geſtaret. Cum autem illi quidem perducerent eos, de quibus ſuffragium ferretur; quem quiſque promoveret, ejus honorificam mentionem facientes; atque hic, ut etiam viliorum* (*quod ad vitæ ſpecimen attinet*) *rationem haberent, eos hortaretur; poſſe enim etiam in talibus reperiri aliquem, qui animi bonis ſuper eos emineret, qui vitæ ſplendore præſtarent; quidam ex iis qui præerant ſuffragiis ferendis, eam Magni illius ſententiam pro contumelia atque deriſione accipit, ſi cum nullus eorum, qui & eloquentia, & dignitate, manifeſto facultatum*

(*c*) *1. Reg. 16.*

Rejiciuntur qui videbantur idonei.

tatum vitæ ſplendore cæteris prælati eſſent, ad ſacerdotium admitteretur; ex opificibus ſellulariis, quique labore manuum vitam tollerarent, ad hujuſmodi munus aliqui magis apti & idonei exiſtimarentur: & ſimul cavillans, cum quadam irriſione ad eum: Si hæc, inquit, jubes, ut hi quidem tales, qui ex omni numero civium electi ſunt, prætereantur, atque ex quiſquiliis & ex infima plebe aſſumamus aliquem ad adminiſtrandum ſacerdotium, qui tali civitati præſit; tempus tibi deinceps fuerit carbonarium Alexandrum ad ſacerdotium vocandi; atque ad hunc tranſitione facta, ſi videtur, ſuffragiis inter nos univerſi cives conſentiemus.

XXV. *Atque ille quidem hæc loquebatur, ſententiæ ejus obtrectans, ac per hoc ſimulatum & cavillatorium ſuffragium ſummam & exactam diligentiam in ſuperioribus vituperans ac reprehendens. Sed Magno illi per hæc dicta ſubit animum cogitatio, quod non ſine numine divino Alexandri a deliberantibus inter cæteros mentio facta eſſet. Et quis, inquit, eſt Alexander, cujus mentionem feciſtis? Deinde cum quidam ex iis qui una interant, cum riſu memoratum in medium produxiſſet, pannis vilioribus ac ſordidis, nec toto quidem corpore amictum, & ſimul apparentibus rebus, manibus pariter & facie, reliquoque corpore carbonibus infecto ac ſordidato, opificium & quæſtum oſtendentem: cæteris quidem riſus materia erat talis in medio ſtans Alexander. At perſpicacem illum oculum valde id ſpectaculum obſtupefaciebat; vir in extrema paupertate ac neglecto corpore ſe ipſum ſolum ſpectans, ac veluti ſibi placens, & gaudens eo habitu, qui oculis imperitis ridiculus erat. Etenim ita ſe ſe res habebat: Non urgente paupertate ad hujuſmodi vitæ genus devenerat; ſed philoſophus quidem vir erat, quemadmodum inſecuta vita indicavit, adeo ut ad martyrium uſque pervenerit, per ignem curſu confecto.*

Alexander Carbonarius loco proponitur.

XXVI. *Latere autem dedita opera volebat, altiori animo præditus, quam ut eam, quæ vulgo expetitur, felicitatem curaret; ac pro nihilo ſæculum ducebat, eo quod & ſublimis & veræ vitæ ſtudio teneretur: & ut maxime virtutem, ad quam aſpirabat, aſſequeretur; operam dabat, ut talis eſſe ignoraretur, contemptiore vitæ genere, veluti turpi quadam perſona ſeſe occultans. Atque alioqui etiam quod eximio juventutis flore præditus eſſet, periculoſum eſſe ducebat ei qui continentiam ſibi ſectandam propoſuiſſet, corporis ſui pulchritudinem patefacere, felicitate naturæ, tamquam in pompa ſeſe oſtentantem; noverat enim ejuſmodi rem gravium offenſionum & delictorum occaſionem pleriſque præbere ſolere. Ne igitur vel ſibi ipſi iſtiuſmodi aliquid accideret imprudenti, quod factum noluiſſet; vel alienis oculis caſus & offenſionis materiam præberet: idcirco ſe carbonario opificio, veluti perſona quadam deformi, conſulto circumdat, quo tam corpus laboribus ad virtutem exerceretur, quam pulchritudo ſordibus carbonum infecta obtegeretur; & ſimul pecunia, quam ex laboribus quærebat, ad mandatorum executionem diſpenſaretur.*

Compendium vitæ Alexandri.

XXVII. *Poſteaquam igitur eum ex Concilio abduxit, atque de ſtatu ejus atque conditione omnia diligenter ſcrutatus & ſciſcitatus eſt; illum quidem familiaribus ſuis tradit, exequi juſſis quæ res poſtulabat; ipſe vero in Concilium reverſus, ex præſenti deliberatione ſumpto argumento, congregatos inſtituebat, de ſacerdotii officio ſermones eis proponens, ac per hos vitam cum virtute conjunctam præſcribens. Perſeverabat autem in ejuſmodi ſermonibus conventum detinens; quoad executi mandata qui operam ei navabant, ſupervenerunt, ſecum adducentes Alexandrum, qui & lavacro fuliginis injucunditatem abſterſerat, & Magni iſtius veſtibus indutus & ornatus erat: hæc enim curare juſſi erant.*

Alexander ex Carbonario prodit Epiſcopus.

XXVIII. *Omnibus autem in Alexandrum converſis, & ad novam eam ſpeciem admiratione defixis: Nihil novi (inquit ad eos magiſter) accidit vobis, ſi oculis decepti eſtis, & ſenſui ſoli judicium pulchritudinis permiſiſtis. Fallax enim & incertum rerum veritatis judicium ſenſus eſt, aditum per ſe ad profunditatem mentis & intelligentiæ præcludens. Simul autem etiam pietatis inimico dæmoni prorſus id ſtudio erat, ut vas electionis ignoratione contectum, otioſum & inutile eſſet; neu prodiret in medium vir, qui ipſius principatum everſurus eſſet. Hæc locutus, cum eum juxta conſuetum morem rituſque ſolemnes ad hoc munus idoneum effeciſſet, per ſacerdotium Deo virum dedicat. Omnibus autem novum ſacerdotem intuentibus, rogatus ut aliquam ad Eccleſiam haberet orationem; ſtatim ipſo initio ſuæ adminiſtrationis Alexander oſtendit, haud falſum in ſeſe Gregorii judicium fuiſſe. Erat enim oratio ejus intelligentiæ ſententiarumque plena, dicendi tamen floribus minus exornata. Unde petulans quidam ex Attica adoleſcens, apud illos agens, incomptam dictionem deriſit; quod non ea, quam Attici in dicendo adhiberent, exacta atque ſupervacanea cura exornata eſſet. Quem ajunt divina quadam viſione emendatum eſſe, cum columbarum gregem incredibili quadam pulchritudine nitentem conſpicatus eſſet; & quemdam audiviſſet, qui diceret, has eſſe columbas Alexandri, quas ille deriſiſſet.* At de Alexandro philoſopho & carbonario hactenus; qui poſtea ſub Decio, ſummi ſacerdotii amplitudinem poſt egregiam navatam operam in cura paſtorali, nobiliſſimo martyrio illuſtravit.

Concionatur Alexander.

Du-

JESU CHRISTI ANNUS	PONTIANI PAP. ANNUS	ALEXANDRI IMP. ANNUS
234.	2.	11.

I. Heraclas Epiſc. Alex.

DUcenteſimo triceſimoquarto Chriſti anno, Lupo & Maximo Coſſ. Demetrius Epiſcopus Alexandrinus, cum quadragintatres annos integros in miniſterio illo obeundo contriviſſet, diem obiit; huic ſucceſſit Heraclas: Hæc Euſebius (*a*), licet in Chronico annos quadragintaquatuor eidem tribuat; ſed & infra: *Ubi autem poſt Demetrium Heraclas Epiſcopatus miniſterium Alexandriæ obtinuerat, Dionyſius unus item ex Origenis diſcipulis ſcholam iuſtitutionis ibidem capeſſit.*

(*a*) *Euſeb. lib.6. c.20. 23.*

II. Plotinus ad Ammonium.

Eodem quoque anno, profitente publice Alexandriæ Ammonio Chriſtiano philoſopho Plotinus Ægyptius, patria Lycopolitanus, ad eum audiendum ſe contulit, audiitque eum annos undecim. Teſtatur id Porphyrius in Vita Plotini, ſic dicens: *Poſt hæc cum octavum & viceſimum ætatis annum Plotinus jam impleret, ſe philoſophiæ amore vehementer accenſum, commendatum fuiſſe iis, qui tunc Alexandriæ excellentiores habebantur; ſed tamen ex eorum ſcholis triſtem admodum mæſtumque diſceſſiſſe, & amico cuidam mæroris ſui cauſam declaraſſe; qui ſuæ ipſius mentis affectum plane cognoſcens, ad Ammonium, cujus nullum adhuc periculum feciſſet, adduxerit. Deinde cum Ammonii ſcholas ingreſſus audiſſet illum, amico dixiſſe: Hunc ipſum, o amice, quærebam. Ex eo igitur die annos undecim audivit ſedulo Ammonium:* Hucuſque de Plotino & Ammonio Porphyrius; qui cum paulo ſuperius dixiſſet, natum Plotinum anno tertiodecimo Severi Imperatoris, numeretque annos ejus ætatis vigintiocto, cum ſe Alexandriam atque ad Ammonium contulit; neceſſe eſt affirmare, hoc anno id contigiſſe.

III. Ammonius & Origenes laudati.

Laudavit quoque Ammonium ſimul cum Origene Longinus (*b*), clariſſimus & ipſe hujus temporis philoſophus, dicens: *Sed in ſecundo genere Platonici quidem Ammonius & Origenes, quibuſcum nos diu verſati ſumus, viris profecto intervallo non parvo ſui ſæculi philoſophos intelligentia ſuperantibus:* Ita Longinus. Cæterum illud

(*b*) *Apud Porphyr. in Vita Plotini.*

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 985. Olymp. 252. an. 4. A.C. 232.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5725.

☉ 17. AG. ☽ 5. P. 25. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 232. *ſecund. Baronium* 234.

PONTIANI PAPÆ 3.

ALEXANDRI IMP. 11.

I. *Conſules.* II. *Demetrii Epiſc. Alex. obitus.* III. *Plures in Ægypto ante Demetrium Epiſcopi erant.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Lupus, & Maximus.* ex variis reſcriptis Codicis Juſtinianei, Mors Demetrii Epiſcopi Alexandrini, & initium Heraclæ ad annum CCXXX. pertinent, ex Chronico Euſebii tam juxta editionem Pontaci, quam Scaligeri. Marianus Scotus Heraclæ initium etiam copulat cum anni illius Conſulibus. *Eutychius* Patriarcha Alexandrinus ſcribit, a Marco uſque ad Demetrium totam Ægyptiacam Eccleſiam unicum Epiſcopum habuiſſe, quam ſententiam *Dallæus*; vir e ſecta Proteſtantium, ambabus manibus amplexus eſt. Sed, ut notavit *Pearſonius* Epiſcopus Ceſtrienſis ejuſdem ritus, in prima parte Vindiciarum S. Ignatii cap. ultimo, hiſtoriola illa, in qua etiam dicitur, tres Epiſcopos a Demetrio primum in Ægypto creatos fuiſſe, minime fide digna; non ſolum quia *Eutychius* decimi ſeculi Scriptor Alexandrinæ Eccleſiæ Hiſtoriam parum diligenter pertexuit; ſed etiam quia contrarium ex optimis Auctoribus colligitur. Hadrianus Imperator epiſtolam ad *Servianum* Conſulem ſcripſit, ideoque diu antequam Demetrius Eccleſiæ Alexandrinæ præficeretur, in qua ait: *Illi qui Serapin colunt, Chriſtiani ſunt: & devoti ſunt Serapi, qui ſe Chriſti* EPISCOPOS *dicunt.* Refertur ea epiſtola a Vopiſco in Vita Probi Imperatoris. Certe illa de tribus Epiſcopis a Demetrio primo in Ægypto creatis traditio Græcis atque Latinis ignota fuit: traditio vero illi contraria de Epiſcopis a S. Marco in Ægyptiaca Diœceſi inſtitutis, & Græcis & Latinis atque Arabibus innotuit, ut videre eſt apud Simeonem Metaphraſtem in Vita S. Marci, & Synaxario Græco, ubi de S. Marco. Rhabanus Maurus eadem cum Metaphraſte tradit, ut & Notkerus, Alfridus Cantuarienſis Epiſcopus, & Ordericus Vitalis. Inter Arabas Martyrologium Melchitarum ait, Marcum in *Barcam* profectum eſſe, & Eccleſiis conſtituiſſe Epiſcopos. Et Severus de Vitis Patriarcharum Alexandrinorum apud Eccheleuſem inquit, *Marcum* Pentapolim perrexiſſe, & Epiſcopos ordinaſſe. Qua de re plura *Pearſonius* laudatus.

IV. *Origenes Ammonii diſcipulus.*

Ad num. II. & ſeq. Baronius mirari ſe dicit, qui audire Ammonium potuerit Origenes, ipſo fere ætate ſuppar, & aliorum ipſe inſtitutioni ante annum ætatis triceſimum præfectus. Verum iis temporibus jam grandes natu viros Scholas frequentare ſolitos docet doctiſſimus Huetius lib. 1. Origenian. cap. 2. Porphyrius in Vita Plotini aſſerit, ad *Plotinum* Romæ publice docentem aliquando acceſſiſſe Origenem quemdam, de quo infra agetur, eoque conſpecto, victum pudore Plotinum finem dicendi feciſſe. Ipſemet *Plotinus* ut

---

NOTÆ [1] C*Coſſ. Lupus & Maximus.* Eorum prænomina latent. Fabrettus pag. 676. num. 27. ex Cupero:

VI. KAL. MAIAS.
LUPO. ET MAXIMO. COS.

Vulgares Faſti: *Lupo & Maximo.*

illud admirari ſubiit, quo modo alibi (*a*) Porphyrius dicat, Origenem Ammonii auditorem fuiſſe, cum conſtet Origenem ante annos triginta Alexandriæ docere cœpiſſe? qui cum (ut teſtatur Euſebius *b*) anno decimo Severi, quo Leonides pater martyr factus eſt, annos natus eſſet decem & ſeptem; hoc anno jam expleſſe ſuæ ætatis annum quinquageſimum apparet, ac proinde æqualem ferme fuiſſe Ammonii.

(*a*) *Apud Euſeb. lib. 6. cap. 13.*

(*b*) *Euſeb. lib. 6. cap. 3.*

IV. Calumnia Porphyrii in Ammonium.

At videamus quid de eo Porphyrius dicat, qui Chriſtianis infenſiſſimus, ægro ferens animo tantum virum Chriſtiano cenſeri nomine, calumnioſe admodum eum ad Ethnicos defeciſſe teſtatur, ſic dicens (*c*): *Origenes enim Ammonii factus auditor, qui noſtra quidem ætate magnam in philoſophia comparaſſet commendationem; tametſi ad litterarum cognitionem & peritiam magnam ſane a magiſtro percipiebat utilitatem; ad rectam tamen vitæ inſtitutionem & modum, diverſam ab illo & omnino contrariam vivendi viam ingreſſus eſt. Nam Ammonius Chriſtianus, & a Chriſtianis parentibus educatus, quando in prudentia aliquando progreſſionem fecerat, & philoſophiæ ſtudia ſemel deguſtaverat, ſtatim a Chriſtianiſmo ad eam vitæ rationem, quæ humanis legibus gubernatur, ſe tranſtulit:* Hæc Porphyrius de Ammonio.

(*c*) *Apud Euſeb. li. 6. cap. 13.*

V. At vero ſanctus Hieronymus (*d*) cum lucubrationes ejuſdem Ammonii recenſet, Porphyrium mendacii redarguit, in primis cum ait: *Ammonius, vir diſertus & eruditus in philoſophia, eodem tempore Alexandriæ clarus habitus eſt; qui inter multa ingenii ſui & præclara monumenta, etiam de Conſonantia Moyſi & Jeſu elegans opus compoſuit, & Evangelicos canones excogitavit, quos poſtea ſecutus eſt Euſebius Cæſarienſis. Hunc falſo accuſat Porphyrius, quod ex Chriſtiano Ethnicus fuerit; cum conſtet eum uſque ad extremam vitam Chriſtianum perſeveraſſe:* Hæc Hieronymus. Sed & ante eum Euſebius (*e*), eamdem in Ammonium a Porphyrio illatam calumniam egregie refellens, hæc ait: *Ammonium autem ex vivendi ratione quæ eſt ſecundum veri Dei cultum, ad morem Græcorum dilapſum, perſpicue certe atque adeo improbe mentitus eſt; quid namque non falſo comminiſceretur Chriſtianorum hoſtis? nam & inſtituta Chriſtianæ diſciplinæ (ſicut hiſtoria ſuperior declaravit) Origeni a parentibus integra tradebantur; & Ammonio ſincera divinæ philoſophiæ, religioniſque Chriſtianæ præcepta firma uſque ad extremum vitæ exitum permanſerunt; ſicut hominis libri tanta elaborati induſtria, tamque multorum commendatione approbati, quos poſteritati reliquit, adhuc multis in locis teſtes eſſe poterunt, ut ille qui de Conſenſu & convenientia Moyſi cum Jeſu inſcribitur, & alii qui reperiuntur apud litterarum ſtudioſos. Iſta igitur a nobis hoc loco poſita ſint ad declarationem tum calumniæ malevoli obtrectatoris, tum exquiſitæ & copioſæ Origenis in Gentilium diſciplinis cognitionis:* Hæc Euſebius.

(*d*) *Hieron. de Script. Eccl. in Ammon.*

(*e*) *Apud Euſeb. lib. 6. cap. 13.*

Refellitur calumnia Porphyrii.

VI. Cur Chriſtiani docerent publice Philoſophiam.

Sed fortaſſe poterit mirari quiſpiam, dum audit Chriſtianum hominem in florentiſſima Civitate, nobiliſſimaque eruditorum ſchola philoſophiam publice profiteri, habereque auditores Gentiles homines. Verum haud paſſuri id fuiſſent ſanctiſſimi ejus Civitatis Epiſcopi, niſi prævidiſſent ea omnia ad Evangelii profectum conducere. Docuit enim experimentum, ejuſmodi ſcholas fuiſſe compluribus veluti introductionem quamdam ad Chriſtianam fidem capeſſendam: dum enim quæ Plato docuiſſet, ſubtiliſſima indagatione diſquirerent, oſtenderentque eadem felicius longe ante Platonem eſſe in divinis litteris explicata (prout Clemens (*f*) Alexandrinus, & Euſebius (*g*) Cæſarienſis pluribus docent) ſed, & copioſius ac dilucidius penes Chriſtianos reperiri: in mentes illorum interea inſtillabant Chriſtianæ fidei elementa. Satagere namque, ut ſive per occaſionem (ut ait Paulus *h*) ſive per veritatem Chriſtus annuncietur Apoſtolicum eſt. Quorum enim ingenia excolebantur Platonicis diſciplinis, prælibato veluti oſculo ſapientiæ, ad perfectam illius fruitionem inflammabantur.

(*f*) *Clem. Alex. Strom. lib. 1.*

(*g*) *Euſeb. de præp. Evang. lib. 1.*

(*h*) *Philip. 1.*

VII. Philoſophi facti Chriſtiani, vel Magi.

At cum in eis ipſam inveniri perfecte, minus conceſſum eſſe viderent; alterum de duobus ſolebat accidere; ut aut vere amatores ac indagatores ſapientiæ ſe ad Chriſtianam Religionem ea potituri transferrent; vel qui nomine tenus Philoſophi dicerentur, & curioſitate ſciendi quadam allecti eam tantummodo inſectarentur; cum minus nacti illam eſſent in philoſophicis facultatibus, ad magicas ſe converterent impietates. Id plane Plotini auditoribus accidiſſe, S. Auguſtinus (*i*) ad Dioſcorum ſcribens affirmat, ſed de eo inferius. At idem ſuis quoque temporibus contigiſſe (*k*) ait, ut, paucis mutatis ſententiis atque verbis, complures Platonici facti fuerint Chriſtiani. Id ipſe pluri-

(*i*) *Aug. ep. 56. in fine.*

(*k*) *Aug. de vera relig. c. 4.*

PAGIUS

ut dicit Spondanus, eumdem Ammonium annos natum viginti octo, audiit annos undecim. Quare poſt Porphyrii ab Euſebio lib. 6. cap. 10. citati, Euſebii ibidem, Suidæ in Origene, & Nicephori teſtimonium, Origenem Ammonium audiiſſe in dubium non revocandum. Hierocles in Libro de Providentia, hunc Ammonium, θεοδίδακτον appellat, eumque primum Platonicæ & Ariſtotelicæ Philoſophiæ concordiam ait hominibus oſtendiſſe: idque diſcipulis ſuis Platoni atque Origeni aperuiſſe, ut refertur in Bibliotheca Photii. A D. Hieronymo inter Scriptores Eccleſiaſticos *Ammonius* recenſetur. Ejus hodie nihil extat: nam Commentarii in Ariſtotelem, alterius ſunt Ammonii Hermiæ filii, qui Anaſtaſii temporibus Procli auditor fuit.

ribus, cæteros ad hæc invitans; ſiquidem ſymbolis nonnullis communibus intercedentibus, perfacilis videri poſſet ex Academia ad Chriſti Eccleſiam tranſmigratio. Nam quem Plato pertigerat verticem diſciplinæ, in primis Chriſtianæ fidei rudimentis, in ipſo primo ingreſſu veſtibuli domus Dei, multo certior ac dilucidior inveniretur expreſſus, in ipſo inquam Evangelii Joannis piſcatoris exordio; quod plane Platonici ipſi admirantes, ſcribendum eſſe aureis ubique litteris (*a*) teſtarentur; uſque adeo, ut veritate convicti, manus dederint; & illi tantum ſe continuerint, & in Platonis ſchola ſenuerint, qui inflati ſuperbia, philoſophico ſupercilio contempſerint ex magiſtris fieri diſcipulos Chriſti, & in ſchola piſcatorum hominum profiteri.

(*a*) *Aug. de Civitate Dei, lib.* 10. *c.* 20. *& Confeſſ. lib.* 7. *cap.* 9.

VIII.

(*b*) *Clem. Alex. Strom. lib.* 1.

Philoſophiam conducere Chriſtianæ religioni.

Conducere quidem ad Chriſtianam pietatem philoſophicas diſciplinas, præſtareque Chriſtianos homines illis inſtitui, non ſemel Clemens (*b*) Alexandrinus, & ipſe eaſdem ibidem profeſſus inſinuat, & in primis cum adverſus eos agit, qui iiſdem prope temporibus, Chriſtianis philoſophiam profitentibus detrahebant: *Non me*, inquit, *latuerunt ea etiam, quæ ab aliquibus imperite tumultuantibus jactantur; qui dicunt oportere in iis verſari, quæ ſunt maxime neceſſaria, & quæ fidem continent; externa autem, & quæ ſunt ſupervacanea, tranſilire, quæ nos fruſtra conterunt, & detinent in iis, quæ ad fidem nihil conferunt. Alii autem etiam philoſophiam ex malo ad hominum perniciem exiſtimant in vitam eſſe ingreſſam, ut, quæ profecta ſit a maligno aliquo inventore. Ego autem, quod vitium quidem malam habeat naturam, nec alicujus boni eſſe agricola umquam ſuſtinuerit, in his totis oſtendam orationibus, quæ dicuntur Stromata; tacite ſignificans aliqua ratione divinæ quoque providentiæ opus eſſe philoſophiam. De commentariis autem, qui in temporibus neceſſariis Græcorum complexi ſunt opinionem, tantum dico iis, qui reprehendendi ſtudio delectantur. Primum quidem etſi ſit inutilis philoſophia; ſi eam eſſe inutilem confirmare utile eſt, utilis eſt. Deinde nec fieri poteſt, ut ii Græcos* (Gentiles ſcilicet) *condemnent, qui nuda de eorum decretis dictione utuntur; ſi non una ſigillatim ad ea aperienda deſcendant uſque ad cognitionem. Eſt enim, vel maxime fide digna probatio, quæ eſt cum experientia; quoniam, vel perfectiſſima invenitur demonſtratio, eorum, quæ ſunt damnata, cognitione. Multa quidem, licet ad finem non conferant, artifici tamen ornamentum afferunt; cum alioqui varia ac multiplex doctrina, & varie probat id, quod adducitur, & cathecumenis admirationem afferens, ea quæ ſunt præcipua dogmata vel eorum qui audiunt perſuaſionem deducit, & veritatem:* Hæc Clemens, qui, & complura ad hæc eadem comprobanda ſubdit; & poſt multa:

IX. Utilis Philoſophia.

Sed ſi (inquit) *non comprehendit quidem Græca philoſophia veritatis magnitudinem, & eſt adhuc imbecilla ad mandata Dei exequenda; at maxime regali quidem certe doctrinæ viam præparat, utcumque caſtigans, & mores prius formans, & ad ſuſcipiendam veritatem confirmans eum qui opinatur providentiam. Philoſophiam* (*c*) *ergo adjuvant diſciplinæ, & ipſa philoſophia ad tractandum de veritate. Ecce enim clamys primo fuit vellus, deinde carptum fuit, & ſubtegmen ſtamenque factum, deinde fuit contextum. Jam* (*d*) *vero ſi univerſa quoque ac generali oratione, quæcumque ſunt neceſſaria, & vitæ utilia, divinitus ad nos venire dicamus, minime errabimus; vel potius dicamus ipſam quoque philoſophiam Græcis veluti proprium datum eſſe teſtamentum, ut quæ ſit fundamentum Chriſtianæ philoſophiæ; etiam ſi, qui ex Græcis philoſophantur, ad veritatem ſua ſponte obſurdeſcant, barbarorum vocem vilipendentes, aut etiam reformidantes mortis periculum, quod impendet Fideli ex legibus civilibus.*

(*c*) *Clem. Alex. Strom. lib.* 6.

(*d*) *Idem Stromat. lib.* 6.

X. Philoſophia quomodo utendum ſit.

(*e*) *Prov.* 5.

Cæterum ea abuti homines interdum accidit, vel cum non ea, ut organo ad veritatem utuntur; ſed veluti finem conſecuti, in ea firmiter conquieſcunt. Hos autem admonet illud ex divina Scriptura (*e*) *ſymbolicum: Quare ſeduceris fili mi ab aliena, & foveris in ſinu alterius?* Quamobrem humanarum iſta rerum ſcientia jure a Philone (*f*) Agar ancillæ eſt comparata, quæ per omnia Saræ ſubjicienda eſt. Eam etiam allegoriam ab eodem Philone, quem citat, mutuatus eſt idem Clemens (*g*) Alexandrinus, ad nominis ſignificationem alludens; quod Agar (*h*) ille interpretatus ſit, incolatum; hincque dictum eſſe (*i*): *Ne multum ſis apud alienam; ſive, cum aliena muliere ne ſedeas omnino.* Saram autem, meum principatum, nempe ipſam reginam, eſſe rectam de Deo Theologiam. Ac proinde cum Agar in Saram inſurgit, tunc Abraham, nempe principatum tenens intellectus, admonetur: Ejice ancillam. Et ipſe eam illi ſubjicienti ait: Ancilla tua in manu tua eſt, utere ea uti libet: ſed quod Agar monetur ab Angelo: Revertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius; meminiſſeque debere, ſe non dominam, ſed ancillam. His igitur ſymbolicis formulis, quonam modo Chriſtiano homini philoſophia uſui eſſe debet, iidem ſatis egregie docuerunt. Sed & eleganter Gregorius (*k*) Nyſſenus alienigenæ fœminæ comparat externam philoſophiam; quam Judæus rite legitimeque in uxorem (*l*) accipiet, dummodo ipſa deponat ungues, & capil-

(*f*) *Philo de congreſſ. quærend. erud. grat.*

(*g*) *Clem. Alexand. Strom. lib.* 1.

(*h*) *Gen.* 16.

(*i*) *Eccl.* 9.

(*k*) *Greg. Nyſſ. in vit. Moyſ.*

(*l*) *Exod.* 4. *Deut.* 20.

pillos, & ejus partus circumcidatur. Licite igitur Chriſtianus homo externis ſcientiis hunc in modum pie ſanćteque imbuitur, ac præſertim Platonicis diſciplinis, quas (ut dićtum eſt) Ammonius Alexandriæ publice profitebatur: Ad hæc etiam ſpećtat illud pæne vulgatum, & ore omnium verſati ſolitum, ab Auguſtino de his pronuntiatum elogium, quo ait (*a*); *Philoſophi autem qui vocantur, ſi qua forte vera, & fidei noſtræ accommoda dixerunt, maxime Platonici; non ſolum formidanda non ſunt; ſed ab iis etiam, tamquam ab injuſtis poſſeſſoribus, in uſum noſtrum vendicanda.*

(a) Aug. de Doctrin. Chriſt. lib. 2. cap. 40.

XI. Philoſophi facti Diſcipuli Chriſtianorum.

Sic igitur (ut ad Ammonium redeamus) pie ſanćteque tum ipſe, tum alii non ſine divino conſilio ejuſmodi in docendo inſtitutum viſi ſunt ſuſcepiſſe, ad magnam Chriſti, ejuſque Eccleſiæ gloriam; cum toto Orbe ſpećtante atque mirante, qui profiterentur ſe piſcatorum diſcipulos, magiſtri effećti eſſent Gentilium magiſtrorum, nempe Plotini, & aliorum. Qua etiam via conſtat complures ad Chriſti Eccleſiam eſſe perdućtos; ut vidimus de Gregorio Thaumaturgo, ejuſque germano ejuſmodi rete captis: illos vero tantummodo reſiliiſſe, qui (ut diximus Auguſtini teſtimonio) veritatem ſuperbo animo contempſerunt. Quibus Origenes (*b*) his ipſis prope temporibus exprobrans, hæc ſcribit: *Videre licet iſtos ſapientiæ profeſſores edere magna ſtultitiæ ſpecimina, dum poſt illas diſputationes in ſcholis agitatas de Deo, rebuſque intelligibilibus, mutant gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis hominis corruptibilis, atque etiam volucrum, quadrupedum, reptilium:* Hæc ipſe; tales quippe erant Ægyptiorum dii, quibus Plotinus tunc, & alii philoſophiæ conſultiſſimi immolabant. Sed ſubdit hæc de cæteris, quæ reliqua ſunt ex ſententia Pauli: *Quapropter, & ipſi ſunt à providentia reprehenſi, non digne cognitione ſibi revelata vivere; volutantur in concupiſcentiis ſuorum cordium, & impuritatibus, dedecorantes ſua corpora laſciviis, & turpitudinibus, eo quod veritatem Dei mutaverint in mendacium, & venerati ſint, coluerintque creaturam magis quam creatorem:* Hæc Origenes.

(b) Orig. contra Celſ. lib. 7.

XII. Præſtantia Chriſtianæ Philoſophiæ.

Quantum autem hac ex parte qui Chriſto nomen dederant, rudes licet, præſtarent ſublimioribus, in omnibuſque conſummatis philoſophis, idem mox ſubdit, hæc dicens: *Cæterum homines idiotæ ab eis pro nihilo habiti, ut ſtulti, & illiberales, ſi modo committant ſe in fidem Dei, & doctrinam Jeſu recipiant, tantum abſunt ab omni laſcivia, ſpurcitia, turpitudine libidinum, ut in morem perfectorum Sacerdotum ab omni coitu abhorrentium, multi eorum in totum caſte pureque vivant, alieni a congreſſu mulierum etiam legitimo.* Sed quam eſſet, hoc apud eos invenire difficile, immo nec ad modicum temporis ſpatium præſtare illis fuiſſe poſſibile, philoſophorum Athenienſium primarii, qui ſacra curaret, demonſtrat exemplo, ſic dicens: *Et apud Athenienſes quidem unicus Pontifex, ne ipſe quidem ſatis ſibi fidens, quod imperare poſſit maſculis cupiditatibus, cicuta oblitis viribus, putatur ſatis idoneus ad caſte obeundas ejus Civitatis ſolemnes cærimonias. At apud Chriſtianos non deſunt viri, quibus cicuta ad hoc nihil opus eſt, ut Deo caſte ſerviant; ſed pro cicuta eis verbum Dei ſufficit ad expellendas e cogitationibus omnes concupiſcentias, & vacandum precationibus:* Hæc, & alia complura Origenes de rudium quoque Chriſtianorum continentia, & ſummorum philoſophorum impuritate, & ad breve tempus violentis medicamentis compreſſa libidine.

XIII. Unde calumnia conflata Gregorio.

Quod autem ſumma caſtitas in veris ſolummodo eluceret Chriſtianis, & hac ex parte nec ſeneſcentes atque conſummati philoſophi æquari poſſent adoleſcentibus Chriſtianis: inde Gentilium philoſophorum invidia illud accidiſſe videtur iiſdem prope temporibus (quod dićtum eſt) Gregorio Thaumaturgo Chriſtiano adoleſcentulo, itidem Alexandriæ philoſophicas diſciplinas addiſcenti, dum ſummam ejus tum corporis tum animi integritatem Ethnici profeſſores invidentes, immiſſo ſcorto, labefaćtatam eam reddere calumnioſe conati ſunt, atque turpitudinis aſpergere ſordibus; cum illa, divino calculo ſuffragante, magis enituit.

XIV.

Quam verum autem exploratumque ſit, quod ex Auguſtino paulo ante dićtum eſt, Platonicos philoſophos, qui Chriſti diſcipuli fieri neglexerunt, philoſophico ſupercilio dedignantes rigida colla ſubdere jugo Chriſti, ſeſe magiæ illi, quæ per invocationem Dæmonum fieri ſolet, penitus addixiſſe: Porphyrius, & ipſe unus ex illis, certam fidem facit in Vita Plotini, qui non ſolum id de Olympio Ammonii diſcipulo expreſſe teſtatur, ſed de ipſo Plotino hæc quoque ſubdit: *Ægyptius quidam Sacerdos Romam profectus, per amicum quemdam Plotino ſubito notus, cum exoptaret ſuam Romæ ſapientiam oſtentare, ſuaſit Plotino, ut ſecum accederet, familiarem ſibi Dæmonem, eo advocante, protinus inſpecturus; cui facile Plotinus eſt obſecutus. Acta vero eſt in æde Iſidis Dæmonis invocatio; ſolum namque hunc locum Romæ purum ait Ægyptium inveniſſe; ſed cum in aſpectum proprium ipſe Dæmon accerſeretur, pro Dæmone Deus acceſſit, qui ſane non eſſet in genere Dæmonum. Sic ergo repente Ægyptius exclamavit: Beatus es, o Plotine, qui habeas*

Plotinus magiæ deditus.

beas

CHRISTI 234. | PONTIANI PAP. 2. | ALEXANDRI IMP. 11.

beas pro Dœmone Deum, neque ex inferiori genere ſis Deum ſortitus familiarem. Narrabat vero, non licuiſſe tunc quicquam interrogare, neque diutius videre præſentem; quippe cum communis quidam ibi contemplator amicus aves, quas manu tenebat cuſtodiæ gratia, ſuffocaſſet, ſive invidia ductus, ſive timore perterritus: Hæc Porphyrius de Plotino, qui juſto Dei judicio ejuſmodi præſtigiis dederetur deridendus ac ſeducendus, quod annos undecim Chriſtianum philoſophum Ammonium una cum Platonicis inſtitutis Chriſti fidem auditoribus propinantem audiens, nihil penitus profeciſſet.

XV. Quam autem caſte Plotinus vixerit, ipſe viderit; habuiſſe certe Chionem Viduam contubernalem, idem Porphyrius tradit, licet eam cum ipſo caſte vixiſſe prædicet; habitaſſeque apud Geminas matrem, & filiam, domumque ſemper pueris, & virginibus refertam habuiſſe, idem affirmat. At neſcio, an philoſophorum cicuta ei ſatis fuerit ad carnis concupiſcentiam extinguendam, cum præſentia ſemper adeſſent, & ante oculos poſita tot tantaque luxuriæ incentiva; quibus etiam ceſſantibus, non ſit humanarum virium, ſed Dei munus eam impertientis, continentia (*a*). Ex his videas quam longe præſtarent ſummis quoque philoſophis, qui ex noſtris, (ut eſt Origenis teſtificatio) in Eccleſia infimi ſtatus, & peritiæ haberentur. At de Plotino, & Ammonio jam ſatis. Conſtat etiam claruiſſe Athenis alium Ammonium Philoſophum Peripateticum, ut tum Porphyrius, tum Eunapius Sardianus tradunt. Meminit & alterius Ammonii, qui Plutarchi Chæronæi magiſter fuit; quem idem Plutarchus ſæpe magiſtrum ſuum nominat.

(*a*) *Sap.* 8.

Caſtitas peculiaris virtus Chriſtianorum.

JESU CHRISTI ANNUS 235. | PONTIANI PAP. ANNUS 3. | ALEXANDRI IMP. ANNUS 12.

DUcenteſimus trigeſimusquintus Chriſti annus, Maximo & Paterno Coſſ. Faſtis adſcribitur, ſed rebus Eccleſiaſticis ſcriptorum inopia prorſus ſterilis. Quod enim conſilium ſit res certas certis conſignare temporibus, multa prætermittimus, quæ certis annis geſta fingi poſſent ad implendas vacuas annorum lacunas; ſed a fictione hiſtoria procul abhorret.

PAGIUS

SÆC.III. Anno Urbis 986. Olymp. 253. an.1. A. C.233.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5726.

☉ 18. F. ☽ 6. P.14. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 233. *ſecund. Baronium* 235.

PONTIANI PAPÆ 4.

ALEXANDRI IMP. 12.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *Maximus*, & *Paternus*. Prior ſine nota numerali ab Anonymo Cuſpinianeo, Theone, Heraclio, Caſſiodoro, aliiſque effertur.

II. *Quindecennalia Severi Alexandri.* Triſtanus Tomo 2. pag.397. mentionem facit Nummi argentei Severi Alexandri Auguſti, in cujus poſtica legitur: P. M. TR. P.XII. COS. III. P. P. & repræſentatur Imperator in curru triumphali, quem quatuor equi trahunt. Indeque infert Triſtanus, *Alexandrum*, cum Tribunitiam Pot.XII. gereret, de Perſis triumphaſſe. Verum is Nummus Quindecennalium Imperii ejus Cæſarei, in quibus victoriarum præcedentibus annis reportatarum memoria renovata, non vero ipſius triumphi tum primum acti teſtis, & quidem locupletiſſimus.

III. *Alexander Imp. adverſus Germanos movet.* Dum *Alexander* Antiochiæ commorabatur, accepit, Germanos Rhenum Danubiumque tranſgreſſos, Romanos in fines hoſtiliter intraſſe, & *opus eſſe ipſius præſentia, totoque quantum ſecum exercitum haberet*, inquit Herodianus lib.6. cap.7. qui ſubdit: *Confectoque celeriter itinere, conſtitit ad Rheni ripas, atque ibi res ad bellum neceſſarias comparabat.* Verum, Alexandrum Antiochia Romam veniſſe, indeque adverſus Germanos moviſſe, ex iis, quæ anno ſequenti dicemus, conſtabit. Extat apud Mediobarbum Alexandri Nummus in poſtica inſcriptus: P. M. TR. P.XII. COS. III. P. P. S. C. in quo cernitur Solis nudi typus. Hinc apparet, Alexandrum, qui menſe Martio currentis anni Tribunitiam Pot.XII. iniit, Antiochia Romam hoc anno profectum eſſe. Quem Nummum de hac profectione intelligendum, deducitur ex ſimili, anno ſequenti percuſſo, ibique referendo.

NOTÆ [1] COſſ. *Maximus & Paternus*. Horum prænomina adhuc ignorantur. Gudiani lapides apud Relandum:

MAXIMO. ET. PATERNO. COS.

Item:

D. P. XIII. KAL. NOB.
PATERI. ET MAXIMI.

Tubus plumbeus Romæ in Muſeo Kircheriano Collegii Romani, ex Diſſertatione Antonii Mariæ Lupi ad Epitaphium S. Severæ martyris pag.9.

MAXIMO. ET. PATERNO COS.

Vulgares Faſti: *Maximo & Paterno*.

JESU CHRISTI ANNUS 236.	PONTIANI PAP. ANNUS 4.	ALEXAND. IMP. ANNUS 13.

I. SEquenti anno ducenteſimo trigeſimoſexto, Maximo, & Urbano Coſſ. Artaxerxes Perſarum Rex (ut Herodianus (*a*) eſt auctor) invaſit Romanum Imperium; adverſus quem Alexander Imperator bellum gerens, eum feliciſſime ſuperavit, Romamque rediens ſeptimo Kalendas Octobris de ſuperatis hoſtibus triumphavit; cum, habita oratione in Senatu, ingentem ac inſperatam de Perſis victoriam partam, paucis tantum pro concione narravit, quæ a Lampridio ex Annalibus tunc ſcriptis accepta in hæc verba poſita recitantur; ſed hæc antea: *Tum primum Perſæ ſervi apud Romanos fuerunt; quos quidem, quia indigne ferunt Perſarum Reges quempiam ſuorum alicubi ſervire, acceptis pretiis reddidit; pretiumque, vel his qui manu cœperant ſervos, dedit, vel in ærarium contulit. Poſt hoc Romam venit, triumphoque pulcherrimo acto, apud Senatum primum hæc verba habuit, quibus ejuſmodi præpoſita eſt inſcriptio: EX ACTIS SENATUS die ſeptimo Kalendas Octobres.*

(*a*) *Herod. lib.6.*

Alexandri de Perſis triumphus.

II. *Perſas P. C. vicimus; longa eloquentia opus non eſt; tantum ſcire debetis, quæ illorum arma fuerint, qui apparatus. Jam primum elephanti ſeptingenti, iidemque turriti cum ſagittariis, & onere ſagittarum; ex iis trecentos cœpimus, ducenti interfecti jacent, decem, & octo perduximus. Falcati currus mille, ſed adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus; ſed id quia, & fingi poterat, facere ſuperſedimus. Centum viginti millia equitum fudimus cataphractariorum, quos illi clibanarios vocant; decem millia in bello interemimus, eorum armis noſtros armavimus; multos Perſarum cœpimus, eoſdemque vendidimus. Terras interamnanas Meſopotamiæ, ſcilicet neglectas ab impura illa bellua, recepimus; Artaxerxen, potentiſſimum Regem tam re quam nomine, fuſum fugavimus; ita ut eum terra Perſarum fugientem viderit, & qua ducta fuerant quondam ſigna noſtrorum, ea Rex ipſe ſignis effugerit relictis. Hæc ſunt P. C. geſta; eloquentia opus non eſt; mi-*

Alexandri præclare res geſtæ.

PAGIUS SÆC. III. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5727.

Anno Urbis 987. Olymp. 253. an. 2. A. C. 234.

☉ 19. E. ☽ 7. P. 6. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 234. *ſecundum Baronium* 236.

PONTIANI PAPÆ 5.

ALEXANDRI IMP. 13.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. & II. Coſſ. *Maximus II.* & *C. Cælius Urbanus*. Caſſiodorus, Idacius, Theon, Heraclius, Proſper in auctiori Chronico, Victorius, & Auctor Fragmenti Conſularis a Bucherio publicati, & quædam Leges Codicis Juſtinianei *Maximum* cum numerali nota profitentur. Sed neutiquam exiſtimandum, illum eundem eſſe cum Maximo anno antecedenti Conſule: neque enim iteratus Conſulatus duobus conſequentibus annis, aliis quam Auguſtis aut Cæſaribus tribuebatur. *Urbanus* in Inſcriptione apud Reineſium pag. 407. vocatur *C. Cælius*.

II. *Quindecennalia Alexandri Imp.* Alexander Quindecennalia hoc anno exhibuit Imperii Auguſtei, quorum indicium iteratus Maximi Conſulatus.

III. *Belli Germanici initium.* Bellum *Perſicum* & Alexandri Imp. triumphus, de quibus hic Baronius, ad ſuperiores annos pertinent; bellum enim anno CCXXVIII. & ſequenti geſtum, & triumphus anno CCXXX. exhibitus, ut ibidem diximus. Quare pro certo habendum, locum Herodiani, quo dicitur anno XIII. Alexandri hoc bellum geſtum, corruptum eſſe. Qua de re ſupra. Alexander itaque, qui poſt bellum Perſicum triennio aut quadriennio Antiochiæ commoratus eſt; cum accepiſſet, Germanos oppugnare jam exercitus Romanos ripis Danubii Rhenique inſidentes, Romam venit, ut anno ſuperiori oſtendimus. Inde *ad Germanicum bellum profectus eſt, deducentibus cunctis per centum & quinquaginta millia*, inquit Lampridius in Alexandro cap. 59. Quibus ex verbis manifeſtum fit, Alexandrum Antiochia in Germaniam recta non proceſſiſſe, ſed ex ea urbe Romam veniſſe, ex qua præſenti anno ad bellum Germanicum profectum indicant Numiſmata duo Alexandri apud Mediobarbum, in quorum poſtica legitur: P. M. TR. P. XIII. COS. III. P. P. Viſitur Solis gradientis typus; in altero eadem Tribunitia Poteſtate ſignato extat Solis nudi typus. Quare præſenti anno, quo Tribunitiam Pot. XIII. inchoavit Alexander, bellum conſignandum, quod *æſtate* geſtum inſinuat Herodianus lib. 6. cap. 7. ubi de adventu Alexandri ad Rheni ripas loquens ait: *Pontemque primo, junctis inter ſe navigiis, fecit in Rheno flumine, ut per eum exercitus tranſgrederetur: quippe hi maximi fluminum ſub Septentrione feruntur, Rhenus ac Danubius. Atque æſtate quidem navigabiles, altiſſimo latiſſimoque alveo, per hiemem dein concreti gelu, camporum in morem perequitantur.* Quæ in eo bello geſta Herodianus citatus deſcribit.

NOTÆ [1] COſſ. *Maximus II. & C. Cælius Urbanus*. Prænomen Maximi deeſt. Reineſius pag. 658. & Fabrettus pag. 568. n. 124.

D E D. X. K A L. A U G. M A X. E T
U R B. C O S. S.

Item Reineſius pag. 407.

C. C A E L I U S. U R B A N U S. V. C.
C O N S U L A R I S.

Hunc eſſe conſulem hujus anni, cenſet & Relandus.
Vulgares Faſti: *Maximo II. & Urbano*.

milites divites redeunt; laborem in victoria nemo ſentit. Veſtrum eſt ſupplicationem decernere, ne diis videamur ingrati. Sequuntur ex iiſdem Annalibus dictæ ad eum tunc a Senatu acclamationes. Sed quorſum hæc? dices.

III. *Cur a Deo tanta præſtita Alexandro.* Voluimus autem hæc eo conſilio deſcripſiſſe, quod, cum re vera nihil tribui poſſit diis Gentium, ſed Divinæ providentiæ cuncta ſubjaceant; quanam ratione Alexandro potius quam Perſarum Regi faverit Deus, exploratum omnibus ſit. Magnam quidem ex hac hiſtoria licebit utilitatem capeſſere; ex iis enim, quibus artibus etiam impii valeant ſibi ad maxima quæque promerenda conciliare cæleſte numen, quibuſve factis iidem illud ſibi infenſum reddant, intelligemus. Quantumlibet autem veræ rectæque religionis expertes ſint homines, divinitus tamen eſt cuique inſitum a natura, ut vitium malum, & turpe, virtus autem bonum cenſeatur, & pulchrum; illique pœnam, huic vero præmium a Deo jure debitum exiſtimetur. Hujus in mente hominum ſculptæ legis Alexander ſe pro viribus cultorem exhibuit; qui, ut prætermittamus cætera, quæ de his, qui res ab eo geſtas ſunt fuſius proſecuti, pluribus narrant, quibus quam recti fuerit obſervantiſſimus declaratur: in hac ipſa expeditione paranda, Antiochiæ cum eſſet, ejus rei egregium ſpecimen edidit; cum, licet in procinctu, quando alii Imperatores ſolent militibus indulgere, ac pariter officiis demulcere; ipſe tunc potiſſimum æqui tantum rationem ducens, milites quoſdam ſe mulieribus admiſcentes, deliciiſque dantes, conjecit in vincula, legionemque pro illis tumultuantem exauctoravit, vixque rogatus poſt dies triginta reſtituit.

IV. *Superbus deprimitur Artaxerſes.* Hujuſcemodi igitur juſtitia munitus exercitus: hoſtem potentiſſimum, invictumque hactenus profligavit; quem e contra nulla juſti, vel æqui ratio, ſed tantum tumor mentis faſtuſque ſuperbiæ ad bellum accinxerat; quippe qui, (ut auctor eſt Herodianus *a*) litteras pacis ab Alexandro miſſas contempſit barbarica inſolentia. Quantum enim conferat, etiam Ethnicis, in acquirendis rerum dominiis, propulſatio vitiorum, atque ad morum optimorum numeros attemperata vita hominum, Auguſtinus (*b*) pluribus differit, oſtendens Romanos olim his egregie imbutos, plurimos ſibi populos ſubjeciſſe, e contra vero vitiorum incremento regna maxima corruiſſe.

(a) Herod. lib. 6.

(b) Auguſt. de Civit. Dei, lib. 5. cap. 12. 13. 14. 15.

V. *Tranſlatio S. Thomæ.* Fertur hoc anno, bello Perſico confecto, tranſlatum fuiſſe ex India corpus S. Thomæ Edeſſam; ſed quod abſque antiquorum teſtimonio tradatur, fides ſit apud auctorem. Cæterum haud ipſum integrum transferri permiſſum, certum eſt; nam Indi adhuc ſe illud poſſidere profitentur; quod, & qui res Indicas noſtri temporis ſunt proſecuti, teſtantur.

JESU CHRISTI ANNUS	PONTIANI PAP. ANNUS	MAXIMINI IMP. ANNUS
237.	5.	1.

I. *Alexander Imp. occiſus.* ANno Chriſti ducenteſimo trigeſimoſeptimo, Severo, & Quinctiano Coſſ. decimooctavo die menſis Martii, Alexander Imperator in expeditione Germanica, Maximini dolo, una cum Mamæa Matre apud * Mogatium (*c*) occiditur, cum imperaſſet annos tredecim, & dies novem, vixiſſetque annos vigintinovem, menſes tres, & dies ſeptem; hæc de annis ejus Lampridius. Quod igitur iiſdem Coſſ. decretum ab ipſo fuerit exilium Pontiano Papæ: ſic a ſuis militibus occidi, Deo facinus ulciſcente, permittitur. Nam in libro de Romanis Pontificibus hæc ſcripta habentur: *Eodem tempore Pontianus Epiſcopus, & Philippus Presbyter in exilium ab Alexandro ſunt deportati in Sardiniam, Severo, & Quinctiano Coſſ.* Aliqua potius calumnia circumventum a Gentilibus, (ut ſæpe accidere conſueviſſe diximus) Pontianum exiſtimamus, quam Chriſtianæ Religionis cauſa (cum ipſe Imperator familiam haberet refertam Chriſtianis hominibus) negotium illi faceſſitum ab Alexandro.

* *al.* Moguntiam, *forte* Moguntiacum.

(*c*) *Euſebius in Chron., & Caſſiodor.*

II. Fuiſſe poſt obitum inter Deos relatum Alexandrum, Lampridius eſt auctor, vana ſcilicet, atque ſtulta ſuperſtitionis conſuetudine: Sed quid mirum Romanos hunc ſuum Imperatorem in Deorum numerum collocaſſe, cum externum ejuſdem nominis Principem, Alexandrum Macedonem pari Apotheoſeos honore dignati ſint? Qua de re agens (*d*) Joannes Chryſoſtomus de hujuſcemodi Romanorum ſtultitia, egregie philoſophatus, ſic inquit: *Romanorum Senatus Alexandrum decimumtertium Deum eſſe cenſuit. Is enim hanc poteſtatem habebat, ut Deos crearet atque conſcriberet.* Subdit exemplum de facta olim de Chriſto relatione ad Senatum, quam ex Tertulliano ſuo loco ſuperius recitavimus. Et poſt multa iterum de Alexandro hæc addit: *Qui fieri poteſt, ut Alexander deus ſit? an non mortuus eſt, & quidem miſere?* At quod Gentiles de Chriſto æque mortuum eſſe objicerent, hæc ſubdit: *Quod ſi Chriſtum vivere dixerimus riſus ſtatim conſequitur, quamlibet*

(d) Chryſoſt. in 2. ad Corint. hom. 26.

bet etiam Orbis univerſus, ut olim, & nunc quoque id clamet; tunc videlicet per miracula, nunc autem per eos qui ad eum ſeſe convertunt; neque enim mortui eſt iſta præſtare. Sin autem rurſus quiſpiam Alexandrum vivere aſſerat, huic fidem adhibes, cum tamen nullum miraculum proferre queas? Ac deinde poſt multa de Chriſti gloria prædicata: *Quid*, inquit, *Chriſtum commemoro; cum ipſe diſcipulis quoque ſuis; ut poſt mortem clari, & celebres eſſent, conceſſerit?*

III. Quantum præſtent Servi Dei Imperatoribus.

Ubi nunc, quæſo, Alexandri tumulus eſt? Fac mihi eum oſtendas, diemque quo vitam cum morte commutavit. At Chriſti ſervorum tam ſplendida ſepulcra ſunt, ut quæ Urbem omnium præſtantiſſimam maximeque regiam occuparint; & dies noti atque perſpecti, ut qui feſti a toto Orbe agitentur. At illius tumulum familiares quoque ignorant; hujus autem barbari quoque ipſi exploratum habent. Ac ſepulcra eorum qui Crucifixo ſervierunt, regias aulas ſplendore vincunt, non tam magnitudinis aut pulchritudinis ædificiorum ratione (nam hac etiam ex parte ſuperant) quam, quod multo majus eſt, coeuntium ſtudio, & alacritate. Nam, & ille qui purpuram geſtat, ad ſepulcra illa ſe confert, ut ea exoſculetur; abjectoque faſtu, ſupplex ſtat, ſanctoſque obſecrat, ut ipſi apud Deum ſibi præſidio ſint; atque, ut tentoriorum opificem, & piſcatorem, & quidem vita functos, patronos habeat, precibus is contendit, qui diademate vinctus eſt. Ergo ne, dic quæſo, horum Dominum mortuum dicere audebis, cujus ſervi, etiam defuncti, eorum qui univerſo Orbi imperant, patroni, & defenſores ſunt? Hæc ibi, & alia plura de gloria ſanctorum Chryſoſtomus. Sed jam ad propoſitam hiſtoriam redeamus.

IV. Maximinus imperat.

Occiſo, (ut dictum eſt) Alexandro, Julius Maximinus Thrax genere, humili loco natus, barbaris parentibus, quorum alter e Gothia, alter vero ex Alanis erat, quem Alexander, (ut tradit Capitoli-

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 988. Olymp. 253. an. 3. A.C. 235.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5728.

☉ 20. D. ☽ 8. P. 19. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 235. *ſecund. Baronium* 237.

ANTERI PAPÆ

MAXIMINI IMP. 1.

I. *Conſules.*

[1] ANum. I. ad V. Coſſ. *Severus*, & *Quinctianus.*

II. *Alexander Imp. occiditur.*

Alexander hoc anno Maximini juſſu occiſus. Lampridius in Alexandro cap. 60. ait: *Imperavit annis XIII. diebus novem. Vixit annis viginti novem, menſibus tribus, diebus ſeptem.* Eutropius vero habet: *Periit XIII. Imperii anno & die VIII.* quia nempe diem emortualem, quem Lampridius numerat, excludit. Alexander itaque die decima quarta Martii occiſus, non vero decima octava, ut perperam in Annalibus. Si enim a die ſexta Martii anni CCXXII. quo Imperium ſuſcepit, ad diem XIV. Martii hujus anni numeres, annos illos & dies colliges. In annis, menſibus, & diebus ejus vitæ a Lampridio memoratis errorem detego, hactenus non animadverſum. Ait Lampridius in Alexandro cap. 5. Alexandrum Severum eo die natum, quo Alexander M. exceſſit e vita, quod non ſemel poſtea repetit. Quæ verba Salmaſio in Notis ad Lampridium, Crombacho in Hiſtoria Urſelinarum, in qua integrum caput de utriuſque Alexandri emortuali die habet, aliiſque Viris eruditis crucem fixere, dum diem mortis Alexandri M. & Alexandri Severi natalem in concordiam adducere conati ſunt. Obiit Alexander M. die viceſimo octavo menſis Dæſii, ut inquit Plutarchus, id eſt, die viceſima ſecunda menſis Maii. Qui tamen dies Alexandri Severi natalis eſſe non poteſt juxta locum Lampridii citatum. Scaliger in Animadverſionibus Euſeb. ad num. 2242. ait: *Non puto tam eruditos illos Syrophœnicas fuiſſe, ut diem obitus Alexandri tenerent, quem docti ignorant.* Verum credibile non eſt, Lampridium in die natali Alexandri Severi memorando hallucinatum eſſe. Nam Mediobarbus hujus Imperatoris Nummum producit, in quo legitur: ALEXANDER. MAG. Viſitur caput Severi Alexandri leonina pelle tectum. In alio legitur, ALEXANDER MAGNUS MACEDON. cum eodem typo. Quare Lampridius ſine dubio ſic intelligendus, Alexander Severus in Syria natus eſt *Kalendis Octobris*, ut diſcimus ex veteri Kalendario ab Herwarto, Bucherio & Lambecio publicato, in quo ad Kalendas Octobris habetur: N. ALEXANDRI, id eſt, *Natale Alexandri.* Suriani annos Alexandreos, quos a morte Philippi & Alexandri vocant, a Kalendis Octobris incipiunt, noſtro etiam tempore, iis ſaltem qui in Syria Chriſtianam Religionem profitentur, non quod ea die Alexander M. obierit, ſed quod eis annum ab illo die placuit auſpicari, & quidem duodecim annis poſt mortem Alexandri M. Ex quo tandem myſterium innoteſcit, conſtatque Alexandrum Severum anno Alexandreo quingenteſimo decimo ſeptimo, qui Kalendis Octobris anni CCV. inchoatur, primo illius anni Alexandrei, qui ab obitu Alexandri dicitur, die natum eſſe, & Lampridium populari opinione deceptum exiſtimaſſe, diem primam menſis Octobris, Alexandri Severi natalem, fuiſſe diem obitualem Alexandri M. quod annus, qui ab ejus obitu dicitur, ab

NOTÆ [1] COſſ. *Severus & Quinctianus.* Prænomina, ac aliquot etiam nomina in tenebris ſunt. Blanchinius collegam Severi *L. Rangonium Urinatium Lartium Quinctianum* appellat, ex Gruterianis lapidibus XLV. 9. CCCCLXIII. 1. MXXIX. 1. Utinam id verum ſit! Boldettus pag. 79. n. 5.

SEVERO. ET QUINTIN. COSS.

Vulgares Faſti habent: *Severo & Quintiano.* Bucherianus catalogus, & libri Pontificales in S. *Antero* Papa *XI. Kal. Decemb. Severo & Quintiniano conſulibus.*

linus) Tribunum tyronibus præfecerat, ab exercitu Imperator acclamatus, invadit Imperium, tenuitque annos tres. Sed quid hic ſtatim decernat in Chriſtianos, his verbis Euſebius (*a*) narrat: *Maximinus propter gravem invidiam, qua contra Alexandri familiam, in qua complures Fideles, & Chriſtiani verſabantur, flagrabat, acerbam perſecutionis tempeſtatem concitavit, juſſitque ſolos Eccleſiarum Præſides, tamquam auctores doctrinæ Evangelicæ, neci dari:* Hæc ipſe. Quinam fuerint hi in Alexandri familia Chriſtiani, & primi, (ut par eſt credere) ad necem quæſiti, incompertum habetur. Sicut temporibus Apoſtolorum in Neronis familia Chriſtiani erant, quorum Paulus ſic meminit, ſcribens ad Philippenſes: (*b*) *Salutant vos omnes ſancti, maxime qui de domo Cæſaris ſunt*. Ita ſequentibus temporibus non fuiſſe aulam Imperatoris abſque Chriſtianis, tum Tertullianus (*c*) a nobis ſuperius citatus, tum etiam Irenæus (*d*) teſtatur, ſic dicens: *Quid autem, & hi qui in regali aula ſunt Fideles? nonne ex eis, quæ Cæſaris ſunt, habent utenſilia; & iis qui non habent, unuſquiſque eorum ſecundum ſuam virtutem præſtat?* At multo pluribus propter veterem Mamææ cum Chriſtianis familiaritatem abundaſſe familiam Alexandri Fidelibus, æquum eſt exiſtimare; illamque animi ſeveritatem, & odium vitiorum ex Chriſtianorum conſuetudine Alexandrum contraxiſſe putamus. Porro omnes Alexandri miniſtros a Maximino varie occiſos eſſe, teſtatur Julius Capitolinus: *Cæteros etiam* (inquit) *ſine judicio, ſine accuſatione, ſine delatore, ſine defenſione omnes interemit, omnium bona ſuſtulit; & pluſquam quatuor millibus hominum occiſis, ſe ſatiare non potuit:* Hæc ipſe.

Maximinus perſequitur Chriſtianos.

(*a*) Euſeb. lib.6.c.21.

(*b*) Philip. 4.

(*c*) Tertul. in Apolog. cap.37.

(*d*) Iren. lib.4. cap. 49.

V. At quoniam Chriſtianam religionem, longe lateque diffuſam, poſſe convellere, impoſſibile, & Romano Imperio damnoſum eſſe noſcebat; ut capita potius ejus religionis demeterentur, inſtituit: ratus nimirum, paucorum nece, veluti ingentis molis fundamentis convulſis, totam machinam protinus collapſuram. Sed conſuluit Deus Eccleſiæ ſuæ, cum hujus horrendæ tempeſtatis nubem cito disjecit, ſerenamque tranquillitatem reſtituit. Sextam hanc Oroſius (*e*), & Auguſtinus (*f*) perſecutionem appellant; at licet brevis, vehemens tamen fuit atque ſæva; non modo enim Præſules, ſed & clericos Eccleſiarum a Maximino vexatos, Severus (*g*) tradit. Præceſſit autem, & ejus adeo immanis cladis hæc cauſa.

Perſecutio ſub Maximino.

(*e*) Oroſ. lib.7. cap. 19.

(*f*) Aug. de Civit. Dei lib.18. c.52.

(*g*) Sever. hiſtor.ſacr. lib.2.

VI. Ante perſecutionem enim graviſſimi terræmotus Orientis oras acerbiſſime exagitarunt; quæ mala Gentiles more ſolito adſcribebant Chriſtianis; nimirum quod qui non colerentur ab illis dii, irati, his vel aliis cladibus Orbem ſæpe concuterent. Meminit ejus terræmotus Origenes (*h*), hæc dicens: *Scimus autem, & apud nos terræmotum factum in quibuſdam locis, & factas fuiſſe quaſdam ruinas; ita ut qui erant impii extra fidem, cauſam terræmotus dicerent Chriſtianos. Propter quod perſecutiones paſſæ ſunt Eccleſiæ, & incenſæ ſunt. Non ſolum autem illi, ſed & qui videbantur prudentes, talia in publico dicebant, quia propter Chriſtianos fierent graviſſimi terræmotus*: Sic Origenes.

(*h*) Orig. in Joan. to. 28.

Terræmotus cauſa Chriſtiani vexantur

VII. At hæc locupletius Firmillianus (*i*) Epiſcopus Cæſareæ in Cappadocia, ejuſdem olim diſcipulus Origenis, dum in epiſtola ad Cyprianum, qua agit de Baptiſmate hæreticorum ſic ait: *Ante viginti enim, & duos fere annos, temporibus poſt Alexandrum Imperatorem, multæ iſtic conflictationes, & preſſuræ acciderunt, vel in commune omnibus hominibus*

(*i*) Apud Cyprian. epiſt.75. edit. Pamel.

PAGIUS ab eo die exordium ſumeret. Quare error, qui irrepſit in laudata ejus verba, corrigendus, legendumque: *Vixit annis viginti novem, menſibus quinque, diebus quatuordecim*; cum enim de die ejus natali conſtet, quemadmodum & de die ejus emortuali, dici non poteſt, eum ſuper annos viginti novem vixiſſe menſibus tribus, & diebus ſeptem, ut apud Lampridium per errorem legitur. Mediobarbus in Numiſmatis Impp. Alexandri Severi mortem uſque ad menſem circiter Octobrem differt, quod in Codice Juſtinianeo *L.2. De off. Prætor.* data dicatur ab Imperatore Alexandro *Idibus Aug. iiſdem Coſſ.* ſc. Severo & Quinctiano. Sed eam ſubſcriptionem mendoſam certum, cum præter mox dicta Maximinum jam menſe Martio hujus anni imperaſſe, in morte ejus viſuri ſimus. Loco itaque *Idibus Aug.* legendum, *Idibus Januarii*, vel *Idibus Februarii*.

III. A num.V. ad X. Firmilianus Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopus, in epiſtola ad Cyprianum in Annalibus recitata, loquens de Maximini perſecutione & de Fidelibus huc atque illuc fugientibus, ait: *Erat tranſeundi facultas, eo quod perſecutio illa non per totum mundum, ſed localis fuiſſet.* Eam vero in Cappadocia arſiſſe, docet ibidem Firmilianus. Quoad Africam, cum Pontius in Vita S. Cypriani teſtetur, ante *Cyprianum* nullum Epiſcopum in Africa ſediſſe, qui ad paſſionem veniſſe memoretur, Maximini perſecutionem adverſus Antiſtites præcipue decretam, in Africam tranſiſſe non arbitror; præſertim cum Optatus lib.3. contra Parmenianum, Decianæ tantum & Diocletianeæ perſecutionis in Africa excitatæ meminerit, & de Deciana ſcribat: *Prima fuit ut leo. Hæc erat perſecutio ſub Decio & Valeriano.* Euſebius lib.6. cap.28. de hac perſecutione verba faciens ſcribit: *Quo tempore Origenes librum de Martyrio compoſuit, quem Ambroſio & Protocteto Cæſarienſis Eccleſiæ Presbytero dedicavit.* Græce & Latine liber ille Origenis *de Exhortatione ad martyrium* a paucis annis Baſileæ prodiit, ex quo diſcimus, utrumque *in Germania* carceri vexatum fuiſſe, eoque tempore Origenem ad eos librum illum miſiſſe. Sed ubi urbs *Germania* dicta, ſita fuerit, in obſcuro verſatur. Monuit me Toinardus V. C. Procopium in Hiſtoria Vandalica lib.1. cap.II. ſcri-

Perſecutio Maximini localis fuit.

nibus, vel privatim Chriſtianis. Terræ etiam motus plurimi, & frequentes extiterunt, ut per Cappadociam, & Pontum multa ſubruerent, quædam etiam civitates in profundum receptæ diſrupti ſoli hiatu devorarentur; ut ex hoc perſecutio quoque gravis adverſum nos Chriſtiani nominis fieret, quæ poſt longam retro ætatis pacem repente oborta, de inopinato, & inſueto malo ad perturbandum populum noſtrum terribilior effecta eſt. Serenianus tunc fuit in noſtra provincia Præſes, acerbus, & dirus perſecutor. Meminit Lampridius in Alexandro Ælii Sereniani, viri clariſſimi, quem unum ex conſiliariis Alexandri fuiſſe tradit, eumque virum omnium ſanctiſſimum nominat; ut plane appareat, qui apud eos religioſiores ac proinde ſanctiores haberentur; eos acerbiori odio Chriſtianos deorum contemptores perſecutos eſſe. Sed cœptam deinceps narrationem Firmilianus proſequitur, dicens:

Serenianus perſecutor.

VIII. Pſeudoprophetiſſa multos decipit.

In hac autem perturbatione conſtitutis Fidelibus, & huc atque illuc perſecutionis metu fugientibus, & patrias ſuas relinquentibus, atque in alias partes regionum tranſeuntibus (erat enim tranſeundi facultas, eo quod perſecutio illa non per totum mundum, ſed localis fuiſſet) emerſit iſtic ſubito quædam mulier, quæ in ecſtaſi conſtituta propheten ſe proferret, & quaſi ſancto Spiritu plena ſic ageret. Ita autem principalium Dæmoniorum impetu ferebatur, ut per longum tempus ſollicitaret, & deciperet fraternitatem, ac mirabilia quædam, & portentoſa perficiens, & facere ſe terram moveri polliceretur; non quod Dæmoni tanta eſſet poteſtas, ut terram movere, aut elementum concutere juſſu valeret; ſed quod nonnumquam ſpiritus nequam præſciens, & intelligens terræmotum futurum, id ſe facturum ſimularet, quod futurum videret. Quibus mendaciis, & jactationibus ſubegerat mentes ſingulorum, ut ſibi obedirent; & quocumque præciperet, & deduceret, ſequerentur: faceret quoque mulierem illam cruda hieme nudis pedibus per aſperas nives ire, nec vexari in aliquo aut lædi illa diſcurſione; diceret etiam, ſe in Judæam, & Hieroſolymam feſtinare, fingens tanquam inde veniſſet.

IX. *Hic & unum de Presbyteris Ruſticum, item & alium Diaconum fefellit, ut eidem mulieri commiſcerentur; quod & paulo poſt detectum eſt; nam ſubito apparuit illi unus de exorciſtis vir probatus, & circa religioſam diſciplinam bene ſemper converſatus; qui exhortatione quoque fratrum plurimorum (qui, & ipſi fortes, & laudabiles in fide aderant) excitatus, erexit ſe contra illum ſpiritum nequam revincendum, qui ſubtili fallacia etiam hoc Populo ante prædixerat, venturum quemdam averſum, & tentatorem infidelem. Tamen ille exorciſta, inſpiratus Dei gratia, fortiter reſtitit, & eſſe illum nequiſſimum ſpiritum, qui prius ſanctus putabatur, oſtendit. Atqui iſta mulier, quæ prius per præſtigia, & fallacias Dæmonis multa ad deceptionem Fidelium moliebatur, inter cætera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter auſa eſt, ut & invocatione non contemptibili ſanctificare ſe panem, & Euchariſtiam facere ſimularet, & ſacrificium Domino ſine ſacramento ſolitæ prædicationis offerret, baptizaret quoque multos, uſitata, & legitima verba interrogationis uſurpans; ut nihil diſcrepare ab Eccleſiaſtica regula videretur. Quid igitur de hujus baptiſmo dicemus, quo nequiſſimus Dæmon per mulierem baptizavit?* &c. Hactenus de his, quæ pertinent ad hujus temporis hiſtoriam Firmilianus. Sed ad perſecutionem a Maximino excitatam redeamus.

Exorciſta redarguit impoſturam.

Hac

PAGIUS ſcribere, Beliſarium ab urbe Germania originem duxiſſe. Hæc Procopii verba: *Origo Beliſario ex illa Germania, quæ Thracas Illyrioſque interjacet.* Quare exiſtimo, Ambroſium & Protoctetum ibidem detentos fuiſſe, ideoque & Maximini perſecutionem per Thraciam & Illyricum flagraſſe veroſimile. Eam enim in Italia graſſatam S. Pontiani martyrium demonſtrat.

IV. *Per annos circiter tres duravit.*

Dodwellus in Diſſert.XI. Cyprianica de Paucitate Martyrum num.L. ut oſtendat, paucos Maximino imperante Martyres fuiſſe, dicit, aberraſſe a ſcopo vulgus Chronologorum, qui ante menſem Auguſtum Natalem Maximini conſtituant, quod Lex 2. Cod. Juſtinianei *De off. Prætor.* data dicatur ab Imperatore Alexandro *Idibus Aug. iiſdem Coſſ.* Severo nempe & Quintiano, qui præſenti anno nomen dedere, indeque infert, vix potuiſſe occidi hoc anno Hippolytum Portuenſem Epiſcopum die XIII. Auguſti, quo in Martyrologio Romano aliiſque colitur: imo neque Auguſto menſe anni inſequentis, quo ſuſpicatur, nullam Romæ Maximini fuiſſe poteſtatem, ſubdens, duos Gordianos eo anno in Africa dictos Imperatores, annoque CCXXXVII. utrumque periiſſe. *Quæ ſi vera,* inquit, *eſſe concedantur, jam intelligimus, quam brevis, illa neceſſario fuerit Maximini perſecutio. Intelligemus præterea, cur nulla fuerit in Africa, quia defecerunt ibi Gordiani.* Sed cum nulla ex iis eidem concedi poſſint, liquet, hanc perſecutionem ſaltem per biennium duraſſe. Ex dictis enim conſtat, hujus Legis ſubſcriptionem mendoſam eſſe, Maximinum menſe Martio Imperium iniiſſe, & Hippolytum die XIII. menſis Auguſti præſentis anni ad Deum migraſſe. Ex iis vero quæ ſuo loco dicentur, liquebit, Gordianos anno tantum CCXXXVII. in Africa dictos Imperatores, eodemque anno peremtos eſſe. Ceteras Viri erudititiſſimi conjecturas, quia dubiis incertiſque fundamentis fultas, non moror, ea excepta quæ tam ex Oroſio lib.7. deducitur, ubi ait, in Sacerdotes & Clericos hanc perſecutionem excitatam eſſe, quam ex eo quod ea localis fuerit, quia utrumque verum. Inde enim conſequitur, minorem Martyrum numerum feciſſe, quam ſi perſecutio in omnes Chriſtianos decreta fuiſſet, ac ubique exercita.

Ad

X. Pontiani Papæ martyrium.

Hac eadem perſecutione urgente, hoc ipſo anno, iiſdemque Coſſ. Pontianus Romanus Epiſcopus, quem diximus Alexandri juſſu fuiſſe in Sardiniam inſulam deportatum, ejuſdem Maximini mandato fuſtibus verberatus, martyrium conſummavit decimonono die menſis Novembris; cujus corpus poſtea a Fabiano Papa Romam tranſlatum eſt, & in Cœmeterio Calliſti ſepultum; ita tabulæ (a) Eccleſiaſticæ habent, in quibus natalis ejus dies anniverſaria celebritate repetendus adſcriptus habetur; necnon liber de Romanis Pontificibus ſæpe citatus, in quo hæc etiam ſcripta leguntur: *Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, creavitque Presbyteros ſex, Diaconos quinque, & Epiſcopos per diverſa loca ſex. Ceſſavit Epiſcopatus a die depoſitionis undecimo Kalendas Decembris, dies tredecim.*

(a) *Martyrologium Rom. ea die.*

XI. Anterus Papa.

Subſtitutus eſt in locum ejus tertia Decembris Anterus, natione Græcus ex patre Romulo, qui, & ſequenti anno ab eodem perſecutore (quod adverſus Sacerdotes bellum juraſſet) juſſus eſt occidi. Sed de his ſuo loco. At non audiendi penitus recentiores quidam, qui poſt Pontianum introducunt Cyriacum quemdam Romanum Pontificem, cujus nulla prorſus extat mentio in ſerie Romanorum Pontificum a Latinis deſcripta, uti in libro de Romanis Pontificibus, vel apud Optatum Milevitanum, vel Auguſtinum, aut Creſconium, alioſve indices Vaticanos; nec apud Græcos, ut Euſebium, Nicephorum chronographum, vel alios; adeout ne digna quidem ſit, quæ pluribus confutetur ſententia, quippe quæ nulla penitus nitatur ratione, vel teſtimonio antiquorum, ex commenticiis tantum Actis illis martyrii ſanctarum Urſulæ, & ſociarum petita, quæ in noſtris notationibus refutavimus. Ex ea namque hiſtoria de Cyriaco Papa, qui ibi nominatur, falſa hæc opinio fluxiſſe videtur. Sed nec illa, licet adulterina, Acta ſuffragantur, quibus ſub Attila Cyriacus ille introducitur.

XII. Maximinus omnium ſæviſſimus.

Jam, quod ad ipſam per Maximinum excitatam perſecutionem pertinet; eam fuiſſe ſæviſſimam ex barbari hominis natura in omnem crudelitatem effuſa, poterit quiſque facile intelligere. Qui enim erga ſuos milites, alioſque ſuæ ipſius ſuperſtitionis cultores immanem, ferum, ac trucem ſe præbuit; qualem, quæſo in Chriſtianos, quos publicos hoſtes reputabat, ſe geſſiſſe credendum eſt? De eo enim Julius Capitolinus (b) hæc habet: *Tam crudelis fuit, ut illum alii Cyclopem, alii Buſiridem, alii Scironem, non-*

(b) *Capitolin. in Maximino.*

 nul-

PAGIUS

V. *Martyrium Pontiani PP.*

Baron. num. X.

[1] A num. X. ad XIV. S. Pontiani Papæ martyrium huic anno a Baronio recte illigatum. In Chronico enim Damaſi legitur, *Pontianus annos quinque, menſes duos, dies ſeptem. Fuit temporibus Alexandri, a Conſulatu Pompeiani & Pelignani. Eo tempore Pontianus Epiſcopus, & Hippolytus Presbyter exules ſunt deportati in inſulam nocivam Sardiniam, Severo & Quinctiano Coſſ. In eadem inſula diſcinctus eſt IV. Kal. Octobris, & loco ejus ordinatus eſt Anteros XI. Kalend. Decemb. Conſulibus ſupra ſcriptis.* Anaſtaſius ſeu Auctor Libri Pontificalis, qui Chronicon Damaſi legerat, loco horum verborum, *diſcinctus eſt*, habet, *defunctus eſt*, ſed perperam, cum in auctiori Chronico veterum Pontificum dicatur, Pontianum *defunctum III. Kalend. Novembris*, & Cuſpinianus in Faſtis locum Damaſi integrum referat, niſi quod loco, *menſes II.* habeat, *menſes III.* & quidem recte, cum Pontianus die viceſima ſecunda menſis Junii anni CCXXX. ordinatus fuerit, & die XXVIII. menſis Septemb. currentis anni terræ mandatus. Sedit itaque Pontianus annos quinque, menſes tres, & dies ſeptem, a die nempe viceſima ſecunda Junii anni ducenteſimi triceſimi ad diem viceſimum octavum Septembris currentis Chriſti anni, quo exul in Sardinia inſula abdicavit, quam abdicationem hæc verba exprimunt, *diſcinctus eſt IV. Kal. Octobris.* Papebrocius V. C. in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogum Pontificum Romanorum, arbitratur, Pontianum anno CCXXX. Urbani Vicarium ordinatum eſſe, ei poſtea anno CCXXXI. ſucceſſiſſe, eamque ob rem ſediſſe annos quinque, menſes duos, dies quatuor, quos ponit pro diebus VII. ut Pontianus in Dominica ordinari potuerit. Sed tam modus ſupputandi Conſulatus in Chronico Damaſi memoratos, quam Vicariatus & Inſtitutiones Romanorum Pontificum diebus Dominicis in prioribus Eccleſiæ ſeculis, nullum fundamentum habent; & ex ordinatione Anteri, qui Pontiano ſucceſſit, *XI. Kalend. Decemb.* ut habet Chronicon Damaſi, hoc anno peracta, ea opinio de ordinationibus Pontificum diebus Dominicis, evertitur. Nam dies XI. Kalend. Decembris, ſeu dies viceſimus primus Novembris hoc anno in Sabbatum incidit.

VI. *Quo die Pontianus morte affectus.*

In Martyrologio Hieronymiano ad XIII. menſis Auguſti habetur: *Romæ Natale SS. Ypolyti Martyris, Pontiani Epiſcopi, Luciani, Cornelii, Caſſiani, Caleſti, cum ſociis eorum.* Papebrocius laudatus ea verba referens ait, ad Pontianum Pontificem Romanum ſpectare; quod verum eſſe non dubito, non quod in eo Hieronymi Martyrologio dies obitus Romanorum Pontificum, non vero Tranſlationis aut ſepulturæ ſemper memorentur, ſed quia ei Anterus die XXI. Novembris ſucceſſit. Cum enim Pontianus in Sardinia die XIX. ejuſdem menſis obierit, mors ejus intra biduum Romæ ſciri non potuit, ſi contigit XIII. Kalend. Decemb. quo in Martyrologio Romano colitur, ubi tamen perperam dicitur ſub Alexandro paſſus. In *Pontiano* ſecunda pars Chronici Damaſi inchoatur, quæ nonniſi in *Liberio* finitur. In ea diſtinctius, quam in priori, initium & finis Romanorum Ponti- fi-

NOTÆ [1] EAdem ferme de die & anno, quo ordinatus eſt Pontifex *Pontianus*, deque die & anno martyrii A. D. 235. die XXVIII. *Septembris* habet Conſtantius pag. 115. qui verbum *diſcinctus* de morte ſeu martyrio accipi poſſe putat.

nulli Phalarim, multi Typhonem, vel Gygem vocarent. Senatus eum tantum timuit, ut vota in templis publice privatimque mulieres etiam cum ſuis liberis facerent, ne ille umquam urbem Romam videret. Audiebat enim alios in crucem ſublatos, alios Animalibus nuper occiſis incluſos, alios feris objectos, alios fuſtibus eliſos; atque omnia hæc ſine delectu dignitatis, cum videretur diſciplinam velle regere militarem, cujus exemplo civilia etiam corrigere voluit; quod non convenit Principi, qui velit diligi. Erat enim ei perſuaſum, niſi crudelitate Imperium non teneri: & inferius: *Sed cum Romani ejus crudelitatem ferre non poſſent; quod delatores evocaret, accuſatorem immitteret, crimina fingeret, innocentes occideret, damnaret omnes quicumque in judicium veniſſent, ex ditiſſimis hominibus pauperrimos faceret, nec aliunde niſi malo alieno pecuniam quæreret, deinde ſine delicto Conſulares viros, & duces multos interimeret, alios Scythicis vehiculis exhiberet, alios in cuſtodia detineret, nihil denique prætermitteret, quod ad crudelitatem videretur operari; contra eum defectionem pararunt*: Hucuſque de Maximini ſævitia Capitolinus. Si igitur hæc ut (diximus) in ſuos; quanta in Chriſtianos admiſiſſe putandus?

XIII. Origenis de martyrio opus.

Hunc in modum igitur tam dira tempeſtate Eccleſia agitata, viſum eſt Origeni, ea ſibi oblata occaſione, ſuis ſcriptis martyrium celebrare. Meminit ejus commentarii ab eo editi Euſebius ſic (*a*): *Eo tempore Origenes librum compoſitum de Martyrio, & opus illud Ambroſio Epiſcopo, atque Protocteto Eccleſiæ Cæſarienſis Presbytero, propterea quod utrumque non exigua perſecutionis procella exagitaverat, dedicavit. In qua quidem traditum eſt, eos viros ob veram, & conſtantem fidei confeſſionem ſub finem Imperii Maximini (qui non amplius triennio regnavit) magnam laudem fuiſſe conſecutos. Tempus hujus perſecutionis cum in vigeſimoſecundo libro commentariorum in Evangelium Johannis, tum in multis variiſque epiſtolis aperte demonſtrat Origenes*: Hæc Euſebius, paucis his totum perſecutionis tempus abſolvens. Verum citatus ab Euſebio locus Origenis deſideratur.

(*a*) *Euſeb. lib. 6. cap. 21.*

XIV. Maximini plures confuſi ſimul.

Cæterum confuſos ſimul eſſe pleroſque, nec ſatis diſtinctos haberi martyres qui ſub Julio Maximino, ab iis qui ſub Galerio Maximino paſſi ſunt, invenimus, præ-

PAGIUS

ficum annotantur; cum Conſules, ſub quibus Pontificatus finitur, tam in fine unius, quam in principio alterius repetantur. Ex quo, Auctorem hujus ſecundæ partis diverſum ab eo, qui priorem compoſuit, manifeſte deducitur. Pontiano duæ Decretales adſcribuntur, quæ cum ex Gregorii M. & Sixti præſertim laciniis conſutæ ſint, Viris doctis ſuppoſititiæ reputantur.

VII. *Maximinus Germanicus appellatus.*

Ad num. XIV. Poſt Alexandri Imp. mortem *Maximinus* bellum Germanis intulit, & hoſtilem ingreſſus agrum, diu nemine, qui reſiſteret, invento, (quippe omnes abſceſſerant Barbari) Regionem illorum depopulabatur, *maturis jam ſegetibus*, vicoſque omnes incendendos, diripiendoſque militibus tradebat, inquit Herodianus lib 7. cap. 2. Qui addit, pugna poſtea inita, nullum pene Barbarorum fuiſſe reliquum, & *inſtante hieme in Pannoniam* Maximinum reverſum eſſe. Hinc in Nummis apud Mediobarbum *Germanicus* appellatus, quos licet Mediobarbus cum anno ſequenti illiget, non dubito tamen, quin præſenti cuſi fuerint, eodemque, ut recte Baronius, Maximinus propter eam victoriam reportatam *Germanicus* nuncupatus. De hac etiam victoria Germanica Capitolinus in Maximinis duobus cap. 12. legendus.

VIII. *Filium Cæſarem appellat.*

Idem Capitolinus cap. 8. ait: *Maximinus primum e corpore militari, & nondum Senator, ſine decreto Senatus, Auguſtus ab exercitu appellatus eſt, filio ſibimet in participatum dato.* Ubi adverbium *primum* non refertur ad hæc verba, *nondum Senator*; cum nec Macrinus ante Imperium Senator fuerit. Tum in Maximino juniori cap. 3. inquit, Maximinum *filium ſuum appellaſſe Imperatorem*, & in epiſtola, quam refert, ipſe Maximinus ait: *Maximinum meum Imperatorem appellari permiſi*; additque capite inſequenti Capitolinus, Aruſpices viſo quodam prodigio dixiſſe, *duos Imperatores non diuturnos ex una domo, iiſdem nominibus futuros.* Ubi Imperatoris nomen aliud non deſignat, quam Cæſaris appellationem. Ad hæc, cap. 17. de Maximino ſcribit: *Cauſa iracundiæ contra filium hæc fuit, quod eum Romam ire juſſerat, cum primum Imperator factus eſt; & iſte nimio amore patris neglexerat.* Denique Herodianus lib. 8. cap. 4. de Aquileienſi obſidione loquens, dicit, Maximinum filium ſuum Cæſarem creaſſe, & in Nummis Caii Julii Veri Maximi Maximini filii, Cæſaris tantum nomen legitur. Immo Sponius pag. 187. refert Inſcriptionem, quæ legitur in Lapide milliari extante apud Forum Sebuſianorum in Gallia, in qua habetur:

IMP. CAES. C.
JUL. VERO MA
XIMINO PIO FEL
AUG. GERMANICO
M. DAC. M. SAR. MAX.
PONT. M. TR. POT. III
COS. PROCOS P. P. O. M. PR.
N. ET G. JUL. VERO
MAXIMO GER. M.
NOBIL. CAES. AUG. N.
FILIO A. P. SEG.
L. III.

Sed loco *G. Jul.* legendum, *C. Jul.* Vides, anno tertio Maximini Auguſti Caium Julium Maximum ejus filium, vocari Germanicum Maximum nobiliſſimum Cæſarem, ſed Auguſti noſtri filium, non vero Auguſtum. Quare duo Nummi Latini Julii Veri Maximi a Goltzio recitati, in quibus *Auguſtus* dicitur, videntur ſuppoſititii. Ipſemet enim Capitolinus in Maximinis duobus cap. 22. loquens de obſidione Aquileienſi, in qua Maximinus periit, ait: *Inter hæc Maximinus cum filio ſuo adoleſcente, quem Cæſarem appellaverat, circumvenire muros, &c.* Quare Maximini filius numquam Auguſtus fuit, dictus tamen a Capitolino Imperator eſt, quia per hæc tempora Cæſares paſſim Imperatores appellati, ut magis anno ſequenti patebit.

præſertim, ubi nulla cujuſque eorum prænominis facta mentio reperitur; cum alioqui ſæpius librariorum errore, Maximinus, & Maximianus nomina invicem mutata eſſe, certum ſit. Ipſe autem Maximinus confecto feliciter hoc anno bello germanico, aliiſque obtentis victoriis, Sirmium veniens, illic hiemavit (a); cum interim Romæ per Sabinum Præfectum Urbanum, & Vitalianum Præfectum Prætorio, acerrime ſæviret in Populum. Eoſdem quoque de Chriſtianis; quos putabant infenſos eſſe Maximino, exercuiſſe carnificinam, homines natura feros, & ad Maximini ingenium optime comparatos, quis dubitat? Inter hæc autem idem Maximinus Auguſtus Maximum filium Imperii collegam adſcivit.

(a) Herod. lib.7.

JESU CHRISTI ANNUS 238. — ANTERI PAP. ANNUS 1. — MAXIMINI IMP. ANNUS 2.

I. Anteri martyrium.

SEquenti anno, Maximinus Auguſtus, & J. Africanus Conſules habentur Faſtis adſcripti; quo, die tertia Januarii Anterus Papa, cum vix menſem in Pontificatu egiſſet, ſæviente, (ut dictum eſt) Maximino Imperatore Romæ per Vitalianum Præfectum Prætorio, & Sabinum Urbi præfectum, pro Chriſti nomine martyrio coronatur. Menſem dumtaxat illi Euſebius tum in Chronico, tum etiam in hiſtoria (b) præbuit; cui concordat liber de Romanis Pontificibus in eo, quod ponit, his Conſulibus eumdem Anterum coronatum eſſe martyrio, de quo etiam hæc ibi leguntur: *Hic geſta martyrum diligenter a Notariis exquiſivit, & in Eccleſia re-*

(b) Euſeb. lib.6. cap. 22.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5729.

SÆC. III. Anno Urbis 989. Olymp. 253. an.4. A.C. 236.

☉ 21. CB. ☽ 9. P.10. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 236. *ſecundum Baronium* 238.

FABIANI PAPÆ 1.

MAXIMINI IMP. 2.

I. *Conſules.*

[1] ANum. I. ad VI. Coſſ. C. *Julius Verus Maximinus Aug. & Julius Africanus*. Conſulatus Maximini ſecundum priorem Conſulatuum Cæſar eorum regulam.

II. *Obitus Anteri Papæ.*

In Chronico Damaſi legitur: *Anteros menſe uno, diebus decem. Dormit III. Nonas Januarii, Maximino & Africano Conſulibus*, præſenti ſc. anno [2]. Ordinatus fuerat anno præcedenti die viceſima prima menſis Novembris, & currenti e vivis exceſſit die tertio Januario. Quare error irrepſit in præfatum locum, quemadmodum & in auctius Chronicon veterum Pontificum, in quo dicitur Anteros ſediſſe *annos undecim, menſem unum, dies duodecim*. Sedit enim menſem unum, & dies tredecim, die emortuali excluſo. Anaſtaſius Antero etiam annum tribuit præter illum menſem & dies, ſed annus ille ut temere adjectus, omnino expungendus. *Niſi opinari quis velit*, inquit Papebrocius in Conatu Chronico-Hi-

NOTÆ

[1] COſſ. C. *Julius Verus Maximinus Aug. & Julius Africanus*. Lapis vetus apud Sponium in Miſcellan. pag.186. ubi Imp. *Maximinus Pont. Max. Trib. Pot. III. Coſ. Procoſ.* In veteris Latii tomo V. pag.227. affertur lapis, in quo legitur:

IMP. CAESAR
MAXIMINUS. PIUS. FELIX. AUG.
PONT. MAX. GERMAN. MAXIM.
TRIB. POTEST. IIII. IMP. V. COS.
PROCOS. P. P. ET
IMP. CAESAR. MAXIMUS. F.
GERM. MAX. DAC. MAX.
PRINCEPS. JUVENTUTIS.

Subinde alia inſcriptio, in qua:

IMP. CAES. M. JULIUS. MAXIM.
PIUS. FELIX. AUG.
PONTIF. MAXIMUS. GERM. MAX.
TRIB. POTEST. IIII. IMP. V.
COS. PROCOS. PP.

Hæc *Maximino* Imp. & *Maximo* ejus filio adtribuuntur. At uterque a Victore *Cajus Julius Maximinus* dicitur & in vetuſtis lapidibus *Cajus Julius verus Maximinus*. Præterea *Maximinus* junior in nummis quandoque *Maximus*, nunquam *Auguſtus*, ſed tantum *Cæſar* & *Princeps juventutis*. Tribunitiam poteſtatem IV. iniiſſe dicitur *Maximinus* Senior, quamquam occiſus eſt, paucis diebus poſt quam tres annos imperaſſet.

[2] VEteres catalogi menſem unum & *dies decem Antero* tribuunt, qui calculus ut recte concidat, pro *XI. Kal. Decemb.* legendum in iis eſt *IX. Kal. Decembris*, atque ita neque dies *ordinationis* neque *mortis* enumerabitur, ut Tillemontio placet. In Corbeienſi codice *menſis unus & dies undecim Antero* dantur. Euſebius *menſem unum* tantum aſſignat ſine dierum additamento, quod ſæpe facit.

recondidit; propter quod a Maximo Præfecto martyr effectus eſt: ſed puto legendum, a Maximini Præfecto.

II. *Notariorum munus.* Sed a Clemente Papa primum magna diligentia curatum fuit, (quod dictum eſt), ut a ſeptem Notariis per regiones Urbis diviſis, geſta martyrum ſcriberentur. Deinde Fabianus Papa, qui ſucceſſit Antero, de quo eſt ſermo, ut magis magiſque hiſtoriæ veritati conſultum foret, ſeptem Notariis huic operi adſcriptis, qui Acta martyrum integra exciperent, ſeptem præfecit Subdiaconos. Porro Notariorum opus fuiſſe exiſtimamus, ut non ipſa tantum Acta, cruciatus nempe, diraque ac ſæpius repetita tormenta deſcriberent, ſed etiam quæcumque iidem ſancti martyres locuti eſſent, dum caperentur, ac publice torquerentur; quæ item ad ſupplicia ducti, fuiſſent interlocuti memoriæ commendarent. *Acta proconſularia.* Illa autem, quæ intra cancellos, obducto velo, coram judicibus, cum de ipſis quæſtio haberetur, iidem rogati, dicerent; publicorum exceptorum muneris erat, cuncta ſcriptis mandare, & inter publica Acta referre; quæ cum agerentur in Provinciis, Proconſularia ab Auguſtino, & aliis dicta reperimus. Porro hæc ipſa, vel horum potius exemplum, a Chriſtianis collata pecunia redimi ſolebant, & inter Acta martyrum ſedulo aſſervari. Quæ vero extra cancellos cum martyribus agerentur, vel dicerentur, ab Eccleſia Notariis, magna adhibita cautela, conſuetis notis quam celerrime tabulis adnotabantur.

III. *Notarum inventores, & uſus.* Cæterum ipſas notas olim a Tirone Ciceronis liberto primum fuiſſe excogitatas; Euſebius (*a*) tradit, quibus non verba tantum, ſed etiam ſententiæ integræ continerentur: ſed id Dio (*b*) tribuit Mecœnati, qui per Aquilam libertum eas alios docuerit. At de horum mira in ſcribendo velocitate eſt Martialis (*c*) diſtichon:

Currant verba licet, manus eſt velocior illis.
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Eſt & elegans Auſonii (*d*) epigramma ad Notarium ſuum velociter excipientem, in quo, & hi verſus:

Quam præpetis dextræ fuga
Tu me loquentem prævenis:
Quis quæſo; quis me prodidit?
Quis iſta jam dixit tibi,
Quæ cogitabam dicere?
Quæ furta corde in intimo
Exercet ales dextera?
Quis ordo rerum tam novus,
Veniat in aures ut tuas
Quod lingua nondum abſolverit? &c.

(*a*) *Euſeb. in Chron. Olymp. 103. an. 4.*
(*b*) *Dio hiſtor. Rom. lib. 55.*
(*c*) *Martial. lib. 14.*
(*d*) *Auſon. epigr. 137.*

Quæ quidem haud otioſe hic voluimus recitaſſe, immo magna ex cauſa: ne quis adeo miretur, & impoſſibile ducat, deſcriptas fuiſſe longas martyrum orationes, quæ ipſorum Actis interdum reperiuntur intextæ, licet non negarim aliquas ex illis poſtea ſuperadditas.

IV. *Reis dicendi conceſſa libertas.* Certe quidem ſi quid apud judices jus valebat, & ſpatium ſuæ dicendæ cauſæ reis a lege conceſſum Chriſtianis liberum debebatur; haud mirabitur quis, ſi in Actis ſanctorum martyrum longiores legerit ab eis habitas coram judicibus orationes. Siquidem ex lege accuſatori ſex horæ dicendi dabantur, reo autem novem; id quidem teſtatur Plinius (*e*) ſcribens ad Urſum; cum alioqui antiquitus prolixior terminus eſſe ſoleret, & arbitrio cujuſcumque: Pompejus autem in tertio ſuo Conſulatu (ut tradit auctor apud Tacitum in libro de Oratore) primus inventus eſt, qui dicentibus cauſam certum præfixerit, quem diximus, terminum. Qui hæc, inquam, conſiderat, haud mirabitur longiores interdum reperiri apud Acta martyrum dictas ab illis orationes, quas Notarii excipiebant mira pernicitate ſcribendi. Laudatur a S. Auguſtino (*f*) horum peritia, non in conſcribendis tantum Actis martyrum, ſed & in publicis excipiendis cum hæreticis diſputationibus, mutuiſque collationibus, atque in ſacrorum Conciliorum geſtis ſcribendis: de quibus ſuis locis dicturi ſumus.

(*e*) *Plin. l. 4. epiſt. 9.*
(*f*) *Aug. de Doctrin. Chriſt. lib. 2. cap. 26.*

V. *Acta omnis generis Martyrum ſcribi ſolita.* Egregiam igitur navatam eſſe operam a majoribus noſtris, ut non Præſulum modo, aliorumve qui in Eccleſia illuſtriores eſſent, martyrii Acta conſcriberentur, ſed etiam infimi ordinis hominum, tradit Pontius diaconus in paſſione S. Cypriani, ſic dicens: *Ipſi majores noſtri plebeiis & catechumenis martyrium conſecutis, tantum*

PAGIUS Hiſtorico ad Catalogum veterum Pontificum, *Anterum jam olim fuiſſe ordinatum Epiſcopum Vicarium Urbani Papæ; ſed priuſquam hic caperetur, captum etiam aut relegatum fuiſſe, unde factum ſit, ut ejus loco ordinaretur Pontianus primum Vicarius, deinde Pontifex.* Sed Vicariatus illi, utpote ex numerorum errore orti ſuppoſititii, ut ſæpe diximus; quod hic eo magis exiſtimandum, quod prorſus incredibile videatur, Anteron ab Urbano Vicarium creatum fuiſſe, huicque poſtea non ipſum ſed Pontianum ſucceſſiſſe.

III. *Decretalis Anteri.* Epiſtola unica Antero attribuitur, ſcripta ad Epiſcopos Provinciarum Bœticæ ac Toletanæ de mutatione Epiſcoporum, de qua Antonius Auguſtinus cap. 62. Hadriani ait, ſuſpectum nomen eſſe Toletanæ Provinciæ, cum illis temporibus Toletum oppidum fuerit minus nobile. Præterea incipit, cum verbis Siricii Papæ epiſt. 2. *Optatum, Fratres chariſſimi, ſemper dilectionis & pacis veſtræ,* &c. continetque plura teſtimonia ex Ennodio, & inſignem locum ex D. Hieronymo, qui incipit: *Habeant omnes ſimplicitatem columbæ.*

Ad

rum honoris pro martyrii ipſius veneratione dederunt, ut de paſſionibus eorum multa, aut prope dixerim pæne cuncta conſcripſerint, ut ad noſtram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, pervenirent: Hæc Pontius. Porro non ſolum in Romana Eccleſia, ut acta martyrum accurate conſcriberentur, ſed ab aliis quoque id diligenter curatum eſſe, alibi (*a*) diximus. Cæterum res geſtas martyrum tanto ſtudio perquiſitas, maxima ex parte Diocletiani edicto flammis traditas deploravimus, cum de Martyrologio tractationem elucubravimus.

(*a*) *In tract. de Martyrolog. Rom. c.* 1.

VI. At ut ad Anterum demum revertamur, qui adeo in id opus incubuiſſe dicitur, ut ejus cauſa martyrium quoque ſubierit; hæc inſuper in eodem libro ſcripta leguntur: *Hic fecit ordinationem unam per menſem Decembrem, & unum Epiſcopum ordinavit in civitate Fundis Campaniæ. Qui ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti via Appia, tertio Nonas Januarii. Et ceſſavit Epiſcopatus ejus dies tredecim:* Hæc ibi. *Subrogatus eſt die decima ſexta Januarii in locum ipſius Fabianus* (ut ſubditur) *natione Romanus ex patre Fabio:* de cujus annis dicemus in ejus obitu; quod autem ſpectat ad Fabiani Papæ electionem, hæc ab Euſebio (*b*) ſcripta habentur: *Poſt Anteri mortem, aiunt Fabianum una cum aliis ex Agro Romano commigraſſe, ibique ſua collocaſſe domicilia; ubi, divina & cœleſti gratia largiente, ad cleri adminiſtrationem mirandum in modum evectus eſt. Nam cum omnes fratres cauſa deligendi ejus qui Epiſcopatum gereret, in Eccleſia conveniſſent, & multi de multis illuſtribus & præclaris viris ad illud munus obeundum idoneis cogitarent: quamquam Fabianus qui tum forte præſto erat, nemini in mentem venerat; de repente tamen columbam e ſublimi devolantem, quæ ſimilitudinem Spiritus ſancti ſuper Salvatorem in ſpecie columbæ deſcendentis repræſentare videbatur, ejus capiti inſediſſe memorant: ac propterea populum univerſum pariter uno ſacrati Spiritus inſtinctu commotum, magna cum alacritate, & uno animorum conſenſu, eum dignum eo dignitatis gradu acclamaſſe, & abſque mora abreptum illum in ſede Pontificia collocaſſe:* Hæc Euſebius.

(*b*) *Euſeb. lib.* 6. *c.* 22.

Fabiani electio qualis.

VII. In quæ autem difficillima tempora Fabiani ſedes inciderit, tum Herodianus (*c*), tum etiam Julius Capitolinus (*d*) in rebus geſtis Maximini demonſtrant. Poſt innumeras enim cædes a Maximini miniſtris in quoſcumque licet innoxios immaniter perpetratas, rerum ſtatus ex inſperato mutatur: Nam delectis hoc anno in Africa Gordiano Proconſule, ejuſque filiis Imperatoribus, eoſque approbante Romæ Senatu, Maximinumque hoſtem judicante; pri-

(*c*) *Herod. lib.* 7.

Gordiani acclamantur Impp.

(*d*) *Capito. in Vit. duorum Maximin.*

PAGIUS [1] Ad num. VI. Poſt *Anteri* mortem fuit Interpontificium aliquot dierum. In Auctiori Chronico Pontificum dicitur, ceſſaſſe Epiſcopatum *dies duos*; liber de Romanis Pontificibus habet *dies tredecim*. Sed Pearſonius in Annalibus Cyprianicis recte ſcribit, Sedem vacaſſe dies octo, quia in chronico Damaſi legitur, *Fabianum* Anteri ſucceſſorem ſediſſe annos, XIV. menſem unum, dies X. & obiiſſe die XX. Januarii, anni ſc. ducenteſimi quinquageſimi: menſis tamen ille abundat, & Fabianus ſedit tantum annos XIV. & dies X. Papebrocius citatus ait, Fabianum non potuiſſe ſedere annos XIV. menſes XI. & dies X. & in auctiori Chronico Pontificum legi, ſediſſe Fabianum annos XIV. menſem I. dies XI. ideoque poſt Anteri martyrium ceſſaſſe Epiſcopatum menſes XI. dies VII. quia inquit, *annum unum detrahendum cenſent Conſules*, ſub quibus Fabianus paſſus, Decius nempe II. & Gratus, qui anno CCL. Magiſtratum geſſerunt; *iidemque jubent, ut pro XI. menſibus* ſumamus unum, *qui ſolus habetur in ſecundo Catalogo*, in Chronico ſc. auctiori Pontificum. Verum non ſolum in ſecundo Catalogo, ſed etiam in primo Damaſo attributo habetur, ſediſſe Fabianum annos XIV. menſem unum, dies decem. Quia itaque in variis Catalogis ſupra annos XIV. & menſem unum, quibus Fabianus ſediſſe dicitur, habentur præterea dies X. ut hic numerus ſervetur, Fabiani initium die XI. Januarii currentis anni conſignandum, eique anni XIV. & dies X. in Chronico Damaſi memorati relinquendi, rejecto menſe illo addititio, & multo magis menſibus undecim, qui leguntur in Catalogo octavo ſæculo ſcripto, quia a præſentis anni Conſulibus ad Conſulatum Decii II. & Grati, diemque XX. Januarii anni CCL. anni XIV. & dies X. intercurrerunt; ideoque male Papebrocius tam diuturnum Interpontificium poſt Anteri mortem ſtatuit, ut ex dicendis magis liquebit.

Fabianus ſuccedit Antero.

V. Ad num. VII. *Gordianus* ſenior anno tantum ſequenti Imperator in Africa acclamatus eſt. Herodianus enim lib. 7. cap. 4. refert, Afros adverſus Maximinum rebellaſſe, *συμπληρουμένης αὐτῷ τρίτης βασιλείας*, id eſt, *exacto Imperii triennio*. Quæ tamen a Viris doctiſſimis non intellecta. Exiſtimarunt enim, Herodianum ſignificare voluiſſe, Afros adverſus Maximinum rebellaſſe poſt tertium Imperii ejus annum completum; cum tamen Herodianus, aliique Auctores Græci, immo & Latini ea loquendi formula, ſimilibuſve, nihil aliud plerumque denotent quam tertium Imperii annum jam inchoatum. Photius in ſua Bibliotheca, quem nullus dicet phraſis Græcæ vim non calluiſſe, Herodiani Hiſtoriam in ſummam redigens ait: *ἦρξε δὲ Μαξιμῖνος ἐπὶ ἔτα τρία ἐμβριθῶς καὶ τυραννικῶς*, id eſt, *Maxi-*

Uterque Gordianus Imperator in Africa dictus.

NOTÆ [1] Catalogus Romanorum Pontificum Foſſatenſis apud Conſtantium pag. 118. *Fabianum* paſſum eſſe *XIV. Kal. Februarii*, catalogi apud Bolland. *XIII. Kal.* Si præferatur, inquit Conſtantius, lectio Codicis, in quo Fabianus *XIII. Kal. Februarii* paſſus dicitur, *Fabiani* ordinatio incidit in diem *decimum Januarii* A. D. 236. qui fuit Dominica dies, & ejus martyrium in diem XX. *Januarii* An. D. 250.

primum omnium Vitalianus Præfectus Prætorio, qui in civium ſanguinem ferociter deſævierat, necnon etiam Sabinus Urbi præfectus iiſdem moribus comparatus, & ad Maximini voluntatem ambo egregie accommodati occiſi ſunt. Sed & poſt hæc inter Prætorianos milites qui ſtabant a Maximino, atque populum eos inſectantem, in eoſque ſæpe impetum facientem, ingens diſſidium conflatum eſt; his enim eos invadentibus, illis autem reſiſtentibus, ac valide repugnantibus magna facta eſt utriuſque partis occiſio, uſque adeo ut Urbs ipſa a militibus inflammaretur; cum interea ambobus Gordianis, agente contra eos Capelliano Numidiæ ac Mauritaniæ Præfecto extinctis, a Senatu Clodius Maximus Pupienus & Cælius Balbinus, qui ſubeant curam Imperii, deliguntur; a quibus & cooptatus eſt Gordianus, ſenioris Gordiani nepos, puer in Cæſarem.

Pupienus & Balbinus eliguntur.

VIII. *Perſecutio ſedata.* Hæc dum Romæ aguntur, per Romanum Imperium Legati a Senatu mittuntur ad ſolicitandas provincias, ut a Maximino deficerent; ſed de his anno ſequenti. Quæ vero de ſtatu Urbis & Romano Imperio a nobis hic ſummatim collecta ſunt, fuſius a citatis nuper hiſtoricis recitantur; ratio enim inſtituti haud patitur nos in hæc longius evagari. Cæterum has adeo immenſas atque pavendas cuique turbas, ipſumque atrociſſimum ac periculoſiſſimum civile bellum, quo non Romæ ſolum, ſed in toto propemodum Romano Imperio facta eſt mutatio magiſtratuum, cohibuiſſe credimus Maximinum a ſæviſſima illa perſecutione Fidelium, coactum nimirum ſua curare negotia. Sic igitur perſecutionem ſub Maximino excitatam, haud putamus biennii temporis ſpatium eſſe transgreſſam; niſi dixerimus novorum Imperatorum (quod magis placet) electionem factam eſſe anno ſequenti. Sed ad res Romani Pontificis Fabiani.

IX. *De Fabiani Epiſtola depravata.* Quod autem hoc anno, iiſdemque Conſulibus, Kalendis Julii data habeatur Fabiani nomine epiſtola ad omnes Eccleſiæ (ut præfefert titulus) comminiſtros; tam in titulo, quam etiam in Conſulibus depravata adeo eſt, ut ſpuria penitus cenſeatur, niſi nonnulla in ea poſita corrigantur. Habet enim hæc de Novato atque

PAGIUS *ximinus vero annos fere tres ferociter ac tyrannice imperavit.* Herodianus itaque qui rem ſua ætate geſtam ſcribit, eo in loco non errat, neque ſignificat, eam rebellionem quarto Imperii Maximini anno contigiſſe, cum illum tantum deliberaverit, & tamen poſt eam defectionem per annum ferme vixerit. Dicit itaque Herodianus, Afros ab eo defeciſſe poſt ſecundum Imperii ejus annum. Quem loquendi modum alii paſſim uſurpant. Joſephus in lib.1. de bello Judaico cap.11. rem, quam geſtam dicit κατὰ ἔτη δύο, id eſt *poſt duos annos*, eamdem lib.14. Antiquit. cap.23. factam refert δευτέρῳ ἔτει, id eſt, *anno ſecundo.* Hæ igitur formulæ *poſt biennium*, vel poſt exactum biennium, quæ tot recentibus Scriptoribus errandi cauſa fuere, unum & idem ſignificant, & non raro annum ſecundum inchoatum tantum deſignant, ut paſſim in hoc Opere videbimus. Præterea Herodianus, cum de annis, quos Imperatores regnarunt, loquitur, non annos Imperii, ſed annos Julianos, & utrimque incompletos pro completis de more numerat. Sic Alexandrum annos quatuordecim imperaſſe ſcribit, licet annos tantum XIII. & aliquot dies Imperium tenuerit. Sic etiam lib.4. cap.13. tradit, Caracallam *ſexennium tantum ſine parente, germanoque ſuo* imperaſſe, licet annos ſolum quinque & paucos dies poſt Severum & Getam Imperium ſolus tenuerit. Quare modo ſibi uſitato Herodianus ſcribit, exacto anno tertio Imperii Maximini Gordianum in Africa Imperatorem nuncupatum eſſe, ſub ſequentis nempe anni Conſulibus. Herodiano ſuffragatur Victor de Cæſaribus, qui de Maximino & ejus filio loquens ait: *Quis biennium ſummis potitis, repente Antoninus Gordianus Africæ Proconſul, ab exercitu Princeps fit.*

VI. *Quo anno Gordiani Auguſti dicti.* Facta ea nuncupatio circa diem duodecimum menſis Aprilis anni inſequentis. Eo enim die hora poſt meridiem quarta, feria quarta eclipſis Solis magna accidit, Calviſio aliiſque obſervata, quo circiter tempore Gordianum dictum Imperatorem colligitur primo, ex eo quod menſe Maio inſequenti Romani occaſione hujus nuncupationis, quæ in Africa facta fuerat, deficere cœperunt a Maximino, omneſque ejus amicos interfecere. Capitolinus in Maximinis duobus cap.16. refert, *ſexto Kalendas Junias* Gordiani literas Romæ acceptas fuiſſe, utroque Gordiano jam Imperatore declarato. Præterea Victor in Epitome hoc clare indicat, dum ait: *C. Julius Maximinus Imp. filiuſque ejus pari nomine Cæſar eſt factus. Quis biennium ſummis potitis, repente* (circa nempe diem XII. Aprilis anni CCXXXVII.) *Antonius Gordianus Africæ Proconſul ab exercitu Princeps apud Thyſdri oppidum abſens fit, qui Carthaginem petit. Ibi eum avertendis prodigiis,* (magna videlicet illa Solis eclipſi) *quorum metu haud inane angebatur, rem divinam ſolitis ageret, repente hoſtia partum edidit. Id Aruſpices atque ipſe ita accepere, illum deſtinatum neci, liberis pariturum Imperium, progreſſiſque conjectu longius liberi quoque exitum denuntiavere, mitem atque innoxium præfantes fore, ut illud pecus, nec diuturnum tamen, ſubjectumque inſidiis.* E quibus Victoris verbis, inquit Herwartus in ſua Chronologia, apparet ab Aruſpicibus & ipſo quoque ſeniore Gordiano creditum fuiſſe, illam Solis eclipſim deſignare breve Imperium Gordiani III. ſexto Imperii anno occiſi. Dodwellus Vir eruditiſſimus in Diſſert. Cyprianica XI. num.50. arbitratur, Gordianos currenti anno Imperatores dictos, ſequentique interfectos, ita ut annum imperarint: „ Quia, inquit, die Maji XXVII. nuntius de „ eorum inauguratione Romam pervenit, & „ initio menſis Julii interemti ſunt. Sed brevi- „ us eſt intervallum quam ut eodem anno utroſque „ nuntios acceperit Senatus; nec ſufficiebat re- „ bus a Gordiano geſtis. Sequente itaque anno „ CCXXXVII. menſi Julio tribuendum Gordia- „ norum interitum, veriſimile eſt. Aliter mit- „ ti non potuerunt Legati a Maximino ad Se- „ natum, cum nuntium jam de Gordianorum „ morte accepiſſet in Pannonia ipſe Maximinus, „ quos tamen rejectos a Senatu docet Capitolinus,

que Novatiano: *Inſuper & illud vos ſcire deſideramus, quia noſtris temporibus, præpedientibus quidem noſtris peccatis, ſuadente antiquo hoſte, qui ſemper ut leo rugiens circuit quærens quem devoret, ſupervenit Novatus ex Africa, & ſeparavit de Eccleſia Chriſti Novatianum & quoſdam alios Chriſti confeſſores, & convertit in pravam doctrinam. A quibus vos fratres avertite, & cavete ab omnibus qui alteram fidem & doctrinam tenent, quam Apoſtoli & ſucceſſores eorum tenuerunt & docuerunt:* Hæc ibi. Sed & in libro de Romanis Pontificibus, hæc quæ his repugnant, habentur in Fabiano: *Poſt paſſionem vero ejus* (nempe Fabiani) *Moyſes & Maximus presbyteri & Nicoſtratus diaconus comprehenſi ſunt, & in carcerem miſſi. Eodem tempore ſupervenit Novatus ex Africa, & ſeparavit Novatianum de Eccleſia & quoſdam confeſſores, poſtquam* Novatus & Novatianus quando emerſi. *Moyſes in carcere defunctus eſt, qui fuit ibi menſes undecim.* Sed & in Cornelio hæc in eamdem ſententiam: *Sub hujus* (Cornelii ſcilicet) *Epiſcopatu Novatus Novatianum extra Eccleſiam ordinavit, & in Africa Nicoſtratum. Hoc facto, confeſſores qui ſe ſeparaverant a Cornelio, cum Maximo presbytero, qui cum Moyſe fuit, ad Eccleſiam ſunt reverſi.* Hæc quidem nonniſi Cornelii tempore facta, Cyprianus (*a*) quoque ſæpe teſtatur; cujus auctoritate cum conſtet, non ante ſeductum eſſe Novatianum a Novato, niſi poſt ſchiſma conflatum adverſus Cornelium Papam; nihil eſt quod dici poſſit id factum fuiſſe tempore Fabiani. Nam & Cyprianus, qui ſummo ſtudio Novati ſordes omnes, quo caverent eum Fideles, colligens ob oculos omnium ponit, nullum ei crimen impingit, nullamque inurit notam, quod alias ſe ante electionem Cornelii ab Eccleſia ſeparaverit.

(*a*) Cypr. epiſt. 49. 52. 76.

X. Rurſum vero Pacianus (*b*) adverſus Novatianos agens, cum meminit Novatiani, de iis quæ ante ſedem Cornelii geſſerat, commendat ejus Catholicam fidem, cum ait: *Cur igitur Novatianus tuus ne falſo quidem adhuc Epiſcopatu ſacerdos, longe antequam Cornelius Romæ Epiſcopus fie-*

(*b*) Pacianus ad Sympr. epiſt. 3.

Novatianus ſub Cornelio.

PAGIUS „ linus. Ita Dodwellus innixus verbis Capitolini in Gordianis tribus cap. 10. qui ait, magna gratulatione Senatum accepiſſe, Gordianos duos Imperatores factos: tuncque Legationes a Maximino Romam veniſſe, ſed viciſſe Gordianorum Legationem. Unde miſſi fuerant ex Africa in Pannoniam, qui Gordianos dictos Imperatores Maximino renuntiarent, hicque Legatos Romam deputavit, qui viventibus adhuc Gordianis a Romanis rejecti ſunt. Verum, ſi Dodwellus animadvertiſſet, utrumque Gordianum menſe Aprili anni CCXXXVII. Imperatorem creatum, comperiſſet, ab eo menſe ad menſem Julium, quo occiſi ſunt, ſufficiens tempus fuiſſe ad præfata omnia agenda. Argumentum itaque Dodwelli eos tantum urget, qui exeunte Maio Gordianos Imperatores dictos volunt, & initio Julii ejuſdem anni trucidatos.

VII. *Uterque Gordianus occiſus.* Interim cum Gordiano ſeniori bellum illatum fuiſſet, is rebus deſperatis mortem ſibi conſcivit, ac poſtea Gordianus filius, quem *ſibi multitudo Ducem elegerat*, cæſus eſt, ut habet Herodianus lib. 7. cap. 9. quod & ſcribit Capitolinus in tribus Gordianis cap. 16. ubi addit: *Imperaverunt anno uno, menſibus ſex*, qui locus ſine dubio corruptus, ut ex dicendis manifeſtum fiet. Gordiani enim ſenioris Imperium breviſſimum fuiſſe Herodianus lib. 7. cap. 9. inſinuat, quando ſcribit: *Hæc finis Gordiani fuit felicis anteactæ vitæ, atque in quadam Principatus imagine extincti.* Legendum itaque: *Imperaverunt menſibus tribus.* Capitolinus in Gordianis tribus cap. 9. ait: *In pluribus libris invenio, & hunc Gordianum & filium ejus pariter Imperatores appellatos, & Antoninos cognominatos, alii vero Antonios.* Verum ex Nummis utriuſque apud Mediobarbum conſtat, eos quidem Auguſtos appellatos, ſed *Antonios*, non vero *Antoninos* dictos fuiſſe.

VIII. *Maximus & Balbinus Gordianis ſuccedunt.* *Utroque Gordiano anno ſequenti interemto, Senatus pertrepidus in ædes Concordiæ ſeptimo Kalendas Junii concurrit, Ludis Apollinaribus*, inquit Capitolinus initio Vitæ Maximi & Balbini, ubi poſtea Maximum & Balbinum Auguſtos acclamatos fuiſſe narrat. Sed hic etiam locus depravatus. Nam, ut videre eſt in veteri Kalendario tempore Conſtantini M. filiorum ſcripto, Ludi Apollinares tertio Nonas Julii inchoabantur, & tertio Idus ejuſdem menſis abſolvebantur. Legendum itaque; *Septimo Idus Julii concurrit, Ludis Apollinaribus.* Qua ex emendatione, quæ certiſſima eſt, liquet, locum Capitolini numero præcedenti citatum, recte etiam reſtitutum fuiſſe, & Gordianum ſeniorem circa XII. Aprilis, anni nempe CCXXXVII. dictum fuiſſe Imperatorem, eoque cum filio in Africa occiſo, die nona Julii Senatum Romæ Clodium Pupienum Maximum, & D. Cælium Balbinum (ſic vocantur in Nummis) Auguſtos renuntiaſſe. Capitolinus in Maximo & Balbino cap. 3. ait, populum Romanum Imperio Maximi contradixiſſe: *quare factum eſt, ut Gordianum adoleſcentulum Principem peterent, qui ſtatim factus eſt: nec prius permiſſi ſunt ad Palatium ſtipati armis ire, quam nepotem Gordiani, Cæſaris nomine nuncuparent*; quod Senatuſconſulto factum eſſe ſubdit Capitolinus, & Herodianus lib. 7. cap. 7. confirmat. Idem habet Capitolinus in duobus Maximinis cap. 20. *Quibus* (nempe Maximo & Balbino) *a populo Auguſtis appellatis, per milites & eundem populum etiam parvulus nepos Gordiani Cæſar eſt dictus. Tribus igitur Imperatoribus fulta Reſpublica eſt.* Vides, Gordianum juniorem a Capitolino & Cæſarem & Principem & Imperatorem appellari, & immerito me a quibuſdam cenſoribus in Epiſt. Conſulari reprehenſum, quod Cæſaribus Imperium Cæſareum attribuerim. Verum eſt, Petavium lib. 11. de Doct. Temp. cap. 24. ex præfatis Capitolini locis deducere, Gordianum III. cum Maximo & Balbino creatum etiam Auguſtum. Sed Vir erudītiſſimus non animadverterat, Imperatoris & Principis nomen in ſecunda diſpoſitione Imperii Romani Cæſaribus etiam conceſſum fuiſſe. Gordianum enim tertium dictum tantum tunc Cæſarem infra certiſſime demonſtrabo. Quæ poſtea contigere, commodius duobus ſubſequentibus annis narrabimus. Res enim hæc hactenus obſcuriſſima, nobis accurate diſcutienda.

fieret, antequam ſacerdotio illius invideret, hæc ſuaſit? Habes Cypriani teſtimonium: Et poſt aliqua: *At in hanc ipſam hæreſim Novatiani quando cœperunt? Audite, quæſo, & totum ordinem veſtri erroris advertite. Cornelius jam Romæ Epiſcopus a ſexdecim Epiſcopis factus, locum cathedræ vacantis acceperat; & illa qua fuit præditus caſtimonia virginali, crebras perſecutiones irati Principis ſuſtinebat. Tum forte quidam presbyter Novatus ex Africa, fraudatis in Carthaginenſi Eccleſia viduis, ſpoliatis pupillis, pecunia Eccleſiæ denegata, projecto extra domum patre, & eodem fame mortuo nec ſepulto, uxoris gravidæ utero calce percuſſo, Romam venit, &c.* Addit & de Novatiano poſtea ab ipſo ſeducto. Sed & Euſebius in Chronico adventum Novati Romam ponit anno Cornelii primo, id denique omnes. Quamobrem ea epiſtola, quæ fertur Fabiani nomine, æquius tribuenda eſſet Cornelio. Sed quæ in ea feruntur de ſeptem inſtitutis ſubdiaconis, qui præeſſent Notariis Acta martyrum conſcribentibus, haud patiuntur ut alii quam Fabiano adſcribantur. Apparet igitur ea de Novato & Novatiano fuiſſe a ſciolo aliquo ſuperaddita, volente in epiſtolam inferre, quæ putarit contineri in eo textu, quo dum agitur de Fabiano, dicitur, *Eodem tempore ſupervenit Novatus;* exiſtimans ea verba eſſe ad Fabiani ſedis tempus referenda; cum re vera ad ea quæ proxime dixerat auctor, *Poſt paſſionem vero ejus, &c.* relationem habere certiſſimum ſit. Cætera autem de Fabiano inferius.

JESU CHRISTI ANNUS 239.	FABIANI PAP. ANNUS 1.	MAXIMINI IMP. ANNUS 3.

I. Anni Imperii Maximini.

CHriſti anno ducenteſimo undequadrageſimo Faſtis Caſſiodori habentur adſcripti Conſules Perpetuus & Cornelianus, ſive Cornelius, quem alii ſecuti ſunt: ſub quibus ponunt complures exitum Maximini: ſed quo jure, non video. Quamvis enim aliqui dixerint regnaſſe Maximinum annos tres, ſed inchoatos tantummodo, ſicque eum hoc anno ſublatum: illa magis probatur ſententia, qua dicitur ipſum imperaſſe annos tres abſolutos; ut Euſebius in Chronico, licet in hiſtoria (*a*) non amplius triennio regnaſſe tradat. Caſſiodorus dum quatuor ponit Conſulatus tempore Imperii Maximini, ſub quorum primo cœperit imperare, & ſub quarto occiſus fuerit, expleſſe in Imperio triennium ſignificare videtur. Similiter Herodianus (*b*) triennium Maximini exactum memorat, cum Gordianus in Africa imperare cæpit; ait enim: *Votis tantummodo agebant, læſa implorantes numina, nullo ſcilicet audente profiteri ſe vindicem, donec exacto Imperii triennio exigua levique occaſiome (ut lubricæ ſunt tyrannorum res) primo anno arma ſumpſerunt, rebellaruntque Afri, &c.*

II. Ab his igitur auctoribus perſuaſi, in ſequen-

(*a*) *Euſeb. lib. 6. cap. 21.*

(*b*) *Herod. lib. 7.*

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 990. Olymp. 254. an. 1. A.C. 237.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5730.

☉ 22. A. ☽ 10. P. 2. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 237. *ſecund. Baronium* 239.

FABIANI PAPÆ 2.

BALBINI ET PUPIENII IMP.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. Coſſ. *L. Ovinius Cornelianus, & P. Titius Perpetuus*, ex duabus Inſcriptionibus Onuphrianis.

II. *Balbinus & Pupienus ſuccedunt Gordianis.* Hoc anno duo Gordiani in Africa adverſus Maximinum Imperatores dicti, ac non multo poſt occiſi, & in eorum locum ſubrogati Pupienus & Balbinus & Gordianus junior ſenioris ex filia nepos Cæſar deſignatus, ut anno præcedenti demonſtravimus.

III. *Maximinus occiditur.* Ad num. II. Maximinum cum filio anno ſequenti interemtos mox demonſtrabo, & dubiis a Baronio hoc anno motis ſatisfaciam.

NOTÆ [1] COſſ. *L. Ovinius Cornelianus, & P. Titius Perpetuus.* Nomina horum conſulum e Panvinio Pagius ſumpſit; ſed recentiores Faſtorum concinnatores, retentis tantum extremis nominibus, quod prænomina, & alia eorum nomina ignorentur, ſcribunt: *Perpetuus & Cornelianus.* Nam Gruterianus lapis pag. XXIII. 10. habet.

PERPETUO. ET. CORIOLANO.
(pro CORNELIANO) COS.
VIII. IDUS. JUNIAS.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, Proſperi Chronicon, & Bucherii laterculus: *Perpetuo & Corneliano.* Conſules ſuffecti hoc anno memorantur ex Kal. Maji. *Junius Silanus, & Cn. Meſſius Gallicanus;* in cujus locum *L. Septimius Valerianus ſuffectus eſt.* Deinde ex Kal. Jul. *Ti. Claudius Julianus, & Celſus Ælianus.*

De Junio Syllano conſule, Capitolinus in Maximinis cap. XVI. *De Gallicano* idem in Gordiano III. cap. XXII.

quentem annum obitum Maximini rejicimus. Atqui in eo minime poſſumus aſſentiri Herodiano, quod ſcribat nonniſi poſt exactum Maximini triennium Africanos rebellaſſe: nam hac ratione ad quintum annum perveniſſe Maximinum, dicere opus foret. Si enim ſequenti anno tertio abſoluto id accidit; cum tradat Capitolinus ſexto Kalend. Junias lectas fuiſſe Gordiani in Senatu litteras; cumque oborto civili bello nonniſi poſt ſequentem annum ipſo hiemis fine, cum ex nivibus calore ſolutis torrentes exundare conſueverunt, ipſum Alpes ſuperaſſe, & Aquilejam verſus iter direxiſſe, idem (*a*) Herodianus teſtetur; ſupputandum utique eſſet, nonniſi quinto ejus Imperii anno fuiſſe ipſum occiſum: quod tamen aliquem dixiſſe nuſquam reperimus. Quamobrem ſi non ſuperiori, hoc tamen anno ea de rebellione Afrorum, deque electione novorum Imperatorum, quæ ſcripta in eo ſunt, ponenda eſſent. Sic ergo qui dixerunt, ut Capitolinus & alii in Maximo atque Balbino, tres annos Maximinum imperaſſe, expletos eos intellexiſſe conſtat.

(*a*) *Idem lib.* 8.

JESU CHRISTI ANNUS 240. FABIANI PAP. ANNUS 2. MAXIMINI IMP. ANNUS 4.

I. Cenſorini ſupputatio.

DUcenteſimo quadrageſimo Chriſti anno, ponuntur a Caſſiodoro Conſules Pius & Proculus, ab aliis Pontianus dictus: ſed re vera Ulpius pro Pio reſtituendus, & Proculus Pontianuſque jungendi, ut textus ſic reſtituatur: Ulpio & Proculo Pontiano Coſſ. hi enim hoc anno Olympiade ducenteſima quinquageſimaquarta, anno ſecundo, nimirum a prima Olympiade anno milleſimo decimoquarto, a Cenſorino in libro de Die natali ponuntur Conſules, quibus numeratur ab eo annus ab Urbe condita nongenteſimus nonageſimusprimus, cum ait: *Hic annus, cujus velut index & titulus quidam eſt Ulpii & Pontiani Conſulatus, ab Olympiade prima mille & quatuordecim ex diebus dumtaxat æſtivis, quibus Agon Olympia-*

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 991. Olymp. 254. an.2. A. C.238.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5731.

☉ 23. G. ☽ 11. P.23. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 238. *ſecund. Baronium* 240.

FABIANI PAPÆ 3.

GORDIANI IMP. 1.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. & II. Coſſ. *An. Pius & Pontianus Proculus*. A Paucis enim annnis inventa prope Baiocas Normanniæ civitatem Inſcriptio, in qua legitur: AN. PIO ꟷ PROC. COS. ut vir eruditiſſimus, qui eam legit & examinavit, me docuit. *Pium* & *Pontianum* profitentur hoc anno Faſti Theonis, Heraclii, Anonymi Faſti a Card. Noriſio editi, Codex Juſtinianeus, & Inſcriptio Gruteri pag. CIV. num.3. ab eodem Cardinali Noriſio mihi per litteras indicata. *Pium* vero & *Proculum* proponunt Caſſiodorus, Cenſorinus lib. de die Natali cap.21. *Ulpium* & *Pontianum*, Auctor Chronici Alex. *Ulpicium* & *Pontianum*. Ex *An.* enim & *Pio* Librarii fecerunt *Ulpium* & aliqui conditores Pontiani voce prætermiſſa ejus tantum nomen memorarunt. Ita paulatim Conſulum nomina, prænomina, & cognomina e tenebris eruuntur. Porro *Proculum* prænomen fuiſſe docet Valerius Maximus lib. 10. *Quæ enim prænomina fuerunt* (veteri ſcilicet ſtante Republica) *nunc cognomina ſunt, ut Poſtumus, Agrippa & Proculus.*

II. *Chronologia Chriſtiana valido argumento probata.* Scribebat hoc anno Cenſorinus librum de Die Natali, qui capite 21. celebriores epochas in unum ſimul conjicit. *Cujus loci*, inquit Petavius lib.9. de Doct. Temp. cap.42. *ſanctiſſimam auctoritatem merito omnes ſuſcipiunt. Neque enim inventus eſt hactenus quiſquam, qui vel Cenſorinum ipſum vel ejus librarium leviſſimi hac in parte in ſuſpicionem erroris adduceret; aut de verborum ejus fide ac veritate dubitaret. Nemo ad hunc diem Chronologiam, Hiſtoriam, Annales attigit, quin eumdem locum ſibi vindicare, & ad mentem opinionemque ſuam applicare non ſtuduerit. Quod mihi ſingulare & admirabili quadam Dei providentia factum videtur, ut antiquiſſimorum memoria temporum, atque inſignium epocharum tituli incolumes ad nos & incorrupti, hoc ſequeſtre & fidejuſſore, pervenirent: ut eſſet denique in Hiſtoria, temporumque ſcientia certi & explorati aliquid quod omnium conſenſu & confeſſione conſtaret.* Hos porro annos Cenſorinus ſimul connectit.

Pontiani & Pii Conſulatum,
Annum Olympiadicum 1014.
An-

NOTÆ [1] COſſ. *An. Pius & Pontianus Proculus*. Gruterus pag.CIV. 3.

... C L M. K A L. F E B R.
... P I O. E T. P O N T.
. . . . C O S.

Blanchinus habet: *M. Ulpius Crinitus*, & .... *Proculus Pontianus*. Faſti Idatiani & Vindebonenſes: *Ulpio & Pontiano*. Proſperi Chronicon: *Pio & Proculo*.

piacus celebratur ; a Roma autem condita nongenti nonaginta & unus , & quidem ex Palilibus , unde Urbis anni numerantur : Hæc Cenſorinus .

II. *Maximinus Cons. Ordin.* Cæterum , quod diviſum eſſet Romanum Imperium civili bello , alios a Senatu & novis Imperatoribus, alios vero a Maximino Imperatore , (ut accidere his caſibus conſuevit) putamus creatos fuiſſe Conſules : nam hoc ipſo anno , quo occiſus eſt Maximinus, ipſe quoque legitur (*a*) fuiſſe Conſul & proculdubio ordinarius. Quod quidem ex acclamationibus a Senatu factis novis Imperatoribus , quæ recitantur a Julio Capitolino , certius redditur , qui ſane poſt Maximini obitum hoc inter alia in ſenatu acclamatum tradit : *Præſentem annum Conſulibus vos ornetis , in locum Maximini Gordianus ſufficiatur .* Si igitur in Maximini Conſulis locum ille ſubrogatas eſt ; plane conſtat Maximinum eo anno , quo occiſus eſt, Con-

(*a*) *Apud Adolph. lib. de num.*

PAGIUS

Annum Urbis	991.
Annum Julianum	283.
Annum Auguſtorum	265.
Annum Actiacæ victoriæ	268.
Annum Nabonaſſaris	986.
Annum Philippi & obitus Alexandri	562.

Cum itaque anno , quo librum de Die Natali Cenſorinus exarabat , memorati illi variarum Erarum anni in curſu eſſent , manifeſtum eſt , librum illum ſcriptum poſt Kalendas Octobris præſentis anni , a quo die annus Philippi & obitus Alexandri 562. incipit . Aliqui Codices habent , hunc eſſe annum Actiacæ victoriæ 267. ſed correctiores ferunt 268. Baronius eum annum quo Cenſorinus librum ſuum ſcripſit , cum anno Chriſti ducenteſimo quadrageſimo copulat , indeque factum ut ante Diocletianum Chronologia ejus corrupta ſit , & poſt Diocletianum , cujus Imperii initio veram Eram Chriſtianam amplectitur , omnes eæ epochæ biennio in Annalibus mutilentur , & annus , v. g. CCCXL. in iis concurrat cum anno

Olympiadico	1114.
Urbis	1091.
Juliano	383.
Auguſtorum	365.
Actiacæ victoriæ	367.
Nabonaſſaris	1086.
Philippi & obitus Alexandri	662.

Et tamen nihil hodie certius in Chronologia , quam præfatos annos cum anno Chriſti CCCXXXVIII. concurrere ; quod ex alio provenire non poteſt , quam ex eo quod antequam centenarius numerus cuilibet harum Erarum adderetur , eæ cum anno Chriſti CCXXXVIII. concurrerent . Ex quo manifeſtiſſimum redditur , præſentem Chriſti annum quo Pius & Pontianus Conſulatum geſſere , illigari debere , non cum anno CCXL. ſed cum anno CCXXXVIII. Ex hoc prochroniſmo , falſaque annorum Chriſti ad præfatas Eras accommodatione , Chronologia Chriſtiana non parum labefactata , quæ ideo reſtituenda erat .

III. *Maximinus Aquileiam obſidet .* Ad num. III. Interfectis anno ſuperiori utroque Gordiano Auguſtis , & Pupieno cum Balbino in ejus locum Romæ ſuffecto , Maximinus Auguſtus ad Italiæ fines venit ; cumque Aquileia portas occluſiſſet , is magis magiſque acceleravit. Ut autem ad fluvium pervenit , qui ad lapidem XII. procul eſt ab urbe , invenit ipſum maxima alvei profunditate ac latitudine defluentem . *Etenim anni tempore ſoluta vicinorum montium nives , quas longa hiems duraverat , maximum torrentem effecerant* , ſic ut nullo pacto tranſire exercitus poſſet , inquit Herodianus lib.8. cap.4. Paulo poſt addit : Sed in magna lignorum ac navigiorum penuria , quibus inter ſe junctis pons fabricaretur , nuntiarunt quidam e fabris , *eſſe permultas in agris illis deſertis inanes cupas* , forma rotunda , *quibus videlicet incolæ quondam ad vinum importandum utebantur* . Harum ope facile milites in ulteriorem ripam tranſgreſſi , & Aquileia fortiter obſeſſa . Sed milites , qui omnium rerum penuria laborabant , Maximinum cum Maximo filio obtruncarunt , ut fuſe Herodianus , ex quo hæc deſcripta . Magna porro inter Hiſtoricos controverſia , quo anno hæc cædes patrata . Onuphrius lib.2. Faſtorum , quem alii poſtea communiter ſecuti ſunt , eam præcedenti Chriſti anno circa Kalendas Octobris accidiſſe ſcribit , quod vindemiæ tempus fuiſſe Herodianus citatus indicare videatur . Sed cum hic diſerte prodat , Aquileienſes cupis illis quondam ad vinum importandum uſos eſſe , conjectura illa vana . Præterquam quod obſidionem illam hieme factam manifeſte Herodianus teſtatur .

IV. *Maximinus occiditur .* Mediobarbus in Numiſmatis Impp. pag.329. duos Maximini Nummos exhibet , alterum ex Occone , alterum ex Gaza Medicea deſcriptos , in quibus legitur : MAXIMINUS PIUS AUG. GERM. in poſtica , P. M. TR. P. IIII. COS. P. P. S. C. Qui Nummi Maximinum quartum Imperii annum attigiſſe demonſtrant . Præterea Patinus in Theſauro Mauroceniano pag.134. refert Nummum Græcum Maximini Aug. in quo viſitur trophæum cum captivis & L. Δ. id eſt , *anno quarto* ſc. Imperii . Refertur etiam ibidem Nummus Maximi ejus filii , in quo legitur , L. Δ. id eſt , *anno quarto* . Sed cum Nummi non raro ab Antiquariis mendoſe proferantur , hac de re ad Eminen. Card. Noriſium ſcripſi , qui ad me reſpondit . Gazam Mediceam Maximini Nummos cum TR. P. IIII. optimæ fidei continere , ſeque deſcriptos , ſi vellem , tranſmiſſurum . Addidit , ſe non dubitare , quin verno tempore currentis anni Maximinus peremtus fuerit , quod ex laudatis Herodiani verbis demonſtrat . Nam verno tempore ineunte Maximinus Aquileiam venit , qua tempeſtate induratæ hie-
„ me nives ſolvuntur , non vero menſe Septem-
„ bri . Flumen , inquit Card. Noriſius , nivibus
„ liquefactis auctum dicitur *Alſa* . Victor in E-
„ pitome de Conſtantino Juniore prope Aqui-
„ leiam cæſo inquit : *Projectus in fluvium , cui*
„ *nomen Alſa eſt , non longe ab Aquileia* . Ca-
„ pitolinus in Maximino Juniori cap.2. ſcri-
„ bit : *Calceamentum ejus* poſitum *in luco , qui*
„ *eſt inter Aquileſiam & Arciam* : alii Arziam
„ legunt , quam oppidum putat Caſaubonus . Sed
„ errat ; nomen enim eſt parvi fluminis , quod
„ nive aut imbre ſoluta auctum , vadari nequit .
„ Alſa etiam Plinio dicitur lib.3. cap.18. Sa-
„ bellicus tamen putat , ab Herodiano deſigna-
„ ri Natizonem , nunc *Liſonzo* , & quidem pro-
„ babilius ; tum quia Alſa eſt citra Aquileiam ,
„ tum quia Natiſo longe Alſa tumidior fluit ,
„ ſtatimque occurrit in planitie ſupra Aquileiam
„ verſus Noricum , unde deſcenderat Maximi-
„ nus . Ex quibus Noriſius infert , hunc Impe-

Conſulem ordinarium fuiſſe; ſuffectorum enim deficientium nulla erat ſubrogatio; ſed ſuffecti dabantur tantummodo ordinariis; cæteri vero dicebantur allecti.

III. Aquilejenſium virtus.

Hoc ergo anno Maximinus Imperator ex Germania in Italiam venturus, Alpes ſuperans, Aquilejam munitiſſimam urbem expugnare conatus eſt; ſed reſiſtentibus civibus, omnia fruſtra tentat; donec fatigati milites, jamque pertæſi ſævitiam Maximini, oblata opportuna occaſione, cum ipſum, tum filium ejus obtruncant; abſciſſaque eorum capita Romam tranſmittunt, ut perterrefactam Urbem, proximoque Maximini adventu penitus fractam ac conſternatam, erigerent. Magna ſane tunc in ea obſidione enituit Aquilejenſium virtus, quorum incredibili animi conſtantia & fortitudine, una cum fide erga Senatum populumque Romanum, non Urbis tantum ſaluti conſultum fuit, ſed univerſo plane Romano Imperio, mox a ſæviſ-

PAGIUS

„ peratorem menſe Martio præſentis anni peremtum. Cum is, ſalva Norici urbe, tranſiret, adulationis gratia Inſcriptio dicata, VICTORIAE AUG. Kal. Febr. eodem anno apud Gruterum pag.CIV. Maximinus itaque poſt diem decimum quartum menſis Martii præſentis anni, quo tribunitiam Pot.IV. iniit, trucidatus, recteque ab Eutropio ſcriptum; *A Pupieno Aquileiæ occiſus eſt, deſerentibus cum militibus ſuis cum filio adhuc puero, cum quo imperaverat triennio, & paucis diebus.* Victor in Epitome, Euſebius tam in Chronico, quam in Hiſtoria, Oroſius, S. Epiphanius, aliique, qui Maximino annos tres aſſignant, numero rotundo loquuntur, hancque ſententiam, quæ in poſterum extra controverſiam eſſe debet, confirmant. Hinc liquet, quantum hallucinati fuerint Viri doctiſſimi in aſſignando initio Imperii Maximini laudati, qui hunc anno CCXXXV. ante menſem Auguſtum non imperaſſe contendunt: ſic enim quartam Tribunitiam Poteſtatem in re non potuiſſet, neque Gordianus III ſeptimam, quod tamen certum, ut infra monſtrabo.

V. *Pupienus & Balbinus occiſi.*

Ad num.IV. Hoc anno Pupienus & Balbinus Auguſti, dum inter ſe concordes non ſunt, a militibus contrucidantur, ut docent Herodianus lib.8. cap.8. & Capitolinus in Maximo & Balbino, qui, quæ de iis habet, fatetur ſe accepiſſe ab Herodiano, ut videre eſt cap.15. Unde in hac Gordianorum & Maximinorum Hiſtoria, Herodiano ſtandum. *Imperarunt, Maximus & Balbinus anno uno*, inquit Capitolinus ibidem, quibus verbis annus incompletus intelligendus. Idem Capitolinus in Gordiano Juniori cap.22. ait: *Cum extinctis Maximinis, Maximus etiam & Balbinus militari ſeditione interemti eſſent, qui biennio imperaverant, Gordianus adoleſcens Auguſtus eſt appellatus.* Quæ verba mox recitatis non adverſantur; Balbinus enim & Pupienus, partim anno præcedenti, partim currenti Rempublicam adminiſtrarunt, & Capitolinus eo in loco annos tantum Julianos, eoſque utrimque incompletos numerat. Eodem modo explicandus Victor de Cæſaribus, qui dicit: *Horum Imperio ad biennium per hujuſmodi moras annus quæſitus*, quamvis hic loquendi modus obſcurior. Cum vero Capitolinus aſſerat, utroque occiſo Gordianum juniorem Auguſtum nuncupatum eſſe, liquet, hunc ante præſentem annum hanc dignitatem conſecutum non eſſe, & Capitolinum ex ipſomet Capitolino & explicandum & emendandum.

VI. *Qua anni tempeſtate Ludi Capitolini celebrati.*

Herodianus ſeditionem adverſum Balbinum & Pupienum Impp. factam dicit, *cum Ludi Capitolini celebrarentur.* Certum autem, hoc anno Agonem Capitolinum triceſimum nonum actum eſſe; ſed quo menſe, incompertum. Petavius in Paralipomenis librorum de Doctrina Temp. pag.855. contendit, hos Ludos *æſtivo tempore* celebratos. Sed præterquam quod nihil afferat, quod eam opinionem probabilem reddat, initium Gordiani Junioris eam prorſus evertit, oſtenditque verno tempore exhibitos fuiſſe. Nam Balbinus & Pupienus ante finem menſis Maii interfecti, cum Gordianus Junior ſeptimum Imperii annum attigerit, annoque Chriſti ducenteſimo quadrageſimo quarto ante Kalendas Julias perierit, ut ex dicendis conſtabit. Quare hoc anno, quo Balbinus & Pupienus occiſi, Ludi Capitolini poſt diem XIV. menſis Martii, & ante Maii exitum editi.

VII. *Pupienus & Balbinus ſecundum Imperii annum non inchoarunt.*

Scripſit ad me Card. Noriſius ut examinarem, an Pupienus & Balbinus ſecundum Imperii annum attigerint; cum Mediobarbus in Numiſmatis Impp. Balbini Nummum referat in poſtica inſcriptum: P. M. TR. P.II. P. P. & pag.83. Theſauri Mauroceni a Patino V. C. nuper publicati recitetur maximus Nummus, æreus, cujus in antica caput Pupieni radiatum cum hac epigraphe: ATT. K. M. KΛOΔ. ΠOΠHNIOC. CEB. id eſt, *Imperator Cæſar Marcus Clodius Popinius Auguſtus*. In poſtica viſuntur tria capita, ſc. Pupieni & Balbini adverſa, intermedio Gordiano puero cum epigraphe, TAPCOT MHTPOΠOΛEΩC. Supra capita legitur, AM. K. & infra Γ. B. quas duas litteras numerales annum ſecundum Imperii Balbini & Pupieni ſignificare Patinus exiſtimat. Triſtanus tom.2. pag. 497. ſimilem Pupieni & Balbini Nummum repræſentat, in cujus etiam inferiori parte legitur, Γ. B. ita ut utrumque Imperatorem ſecundum Imperii annum inchoaſſe apparere videatur. Verumenimvero, re mature diſcuſſa, a vulgari opinione diſcedendum non eſſe comperi. Primus enim Nummus, quem Mediobarbus ait ſe accepiſſe a Clariſſimo Minio Clericis Minoribus Præpoſito, nullam fidem facit. Cum enim Vaillantius Vir in re Antiquaria exercitatiſſimus, ad Numiſmata præſertim videnda Pariſiis Italiam peteret, rogatus eſt a Toinardo, cum quo de præfato Nummo ſimul contuleramus, ut quando Bononiam, ubi Minius degit, perveniret, examinare vellet, an ſpurius, vel male deſcriptus eſſet. Ex Italia redux Vaillantius Toinardo mihique aſſeruit, ſe eum Nummum præ manibus habuiſſe, ac legitimum eſſe comperiſſe; ſed in eo tantum legi, P. M. TR. P. nullas vero in eo numerales notas ſe deprehendere potuiſſe, immo de facto nullas in eo extare. Alia duo Numiſmata Græca anno ſecundo Pupieni & Balbini minime percuſſa. Holſtenius enim in Notis ad Stephanum de Urbibus in Hollandia editis in voce TAPΣOC, varios hujus urbis Nummos ſub variis Imperatoribus cuſos affert, in quibus hæ duæ litteræ Γ. B. etiam leguntur. Ex quo manifeſtum fit, eas non ad ſecundum illorum Imperatorum annum, ſed ad aliquid aliud nobis ignotum referri. In Nummo Gordiani circa leonem taurum diſcerpentem, legitur, TAPΣOT MHTPOΠOΛEΩC. id eſt, *Tarſi Metropolis*, & ſubtus, A. M. K. Γ. B. In Nummo Alexandri Severi circum Apollinem dex-

ſimo illo barbaro penitus diſſipando. Tunc accidiſſe exiſtimamus, ut honoris ac virtutis cauſa eidem civitati & illud fuerit inditum nomen, ut Romana civitas diceretur, quo plane nomine in poſterum appellatam eſſe notavimus, ac dilucidius demonſtravimus in Notis ad Romanum (a) Martyrologium.

(a) *Die 22. Junii f.*

IV. Extinctis itaque duobus Maximinis patre ſimul & filio Auguſtis; qui antea delecti erant, Maximus Pupienus & Clodius Balbinus liberas Imperii capeſſunt habenas ſumma animorum concordia. Sed ægre ferentes milites parere a Senatu datis Imperatoribus, ambos Agonalibus ludis Capitolinis occidunt, antea ludibrio affectos, & miſerrime cruciatos. Id quidem contigiſſe hoc anno, ex eo colligitur, quod ſcribit Julius Capitolinus (b), eoſdem interfectos eſſe dum agerentur ludi Capitolini, quibus Agonalis annus inchoaretur. Hoc enim anno; iiſdem Conſu-

Pupienus & Balbinus Imp.

(b) *Jul. Capitol. in Maxim. & Balbin.*

PAGIUS

dextra ramum, ſiniſtra arcum tenentem ΑΔΡ ΣΕΟΥΗ. ΑΛΕΞΑΝ. ΜΗΤΡ. ΤΑΡΣΟΥ, & intus ad dextrum brachium Apollinis A. M. K. ad ſiniſtram ſub arcu, Γ. B. In Nummo Caracallæ circum elephantem, ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗΣ. ΣΕΟΥΗ. ΑΔΡΙΑ. & ſubtus, ΤΑΡΣΟΥ. circa coronam, ſuper tergum elephantis, MA. K. & ſuper ejus caput, Γ. B. In alio Alexandri Severi Nummo circum Imperatorem Victoriolam ſuſtinentem & militem fundibularium, ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΡΙΑΝΩΝ, & intus, A. M. K. ſubtus, Γ. B. Cum itaque hæ duæ notæ Γ. B. & numquam aliæ in Numiſmatis Tarſi percuſſis exhibeantur, ſecundum Imperii annum eas denotare nullus in poſterum jure dixerit. Male etiam ibidem Holſtenius, & Harduinus in Nummis Urbium & Populorum pag. 487. has literas A. M. K. idem ſignificare ajunt, ac *prima Metropolis Ciliciæ*, vel *primæ Metropolis Ciliciæ*. Nam cum in Tarſi Nummis ea diſerte *Metropolis* appelletur, idem illis characteribus non expreſſum. Tautologia enim illa numquam in Nummis uſurpata. Certum itaque maneat, Balbinum & Pupienum ſecundum Imperii annum non delibaſſe, nullumque hactenus Numiſma ab Antiquariis productum, ex quo illud inferri debeat.

VIII. *Gordianus III. Auguſtus dictus.*

Herodianus lib. 8. cap. 8. de Prætorianis Balbini & Pupieni interfectoribus loquens, ait: *Relictis in ipſa via cadaveribus*, (Balbini nempe & Pupieni) *tollentes in altum manibus Gordianum Cæſarem, quando aliud nihil occurrit Imperatorem conſalutabant*. Gordianus itaque nonniſi poſt Balbini & Pupieni interitum Auguſtus renuntiatus, falſoque Eutropius, quem aliqui recentes Chronologi ſecuti ſunt, narrata Maximini morte, ait: *Poſtea tres ſimul Auguſti fuerunt, Pupienus, Balbinus & Gordianus*. Nam in poſtica parte Nummorum Pupieni legitur: CONCORDIA AUGG. vel FIDES MUTUA AUGG. vel, AMOR MUTUUS AUGG. In poſtica etiam parte Nummorum Balbini habetur: vel PIETAS MUTUA AUGG. vel, ABUNDANTIA AUGG. vel, FELICITAS TEMPORUM AUGG. vel quid ſimile, & numquam in alterutrius Nummis tres Auguſti, tribus litteris GGG. deſignati exprimuntur. Idem Mediobarbus tria Gordiani Numiſmata recitat, in quibus legitur: M. ANT. GORDIANUS CAES. in poſtica, PIETAS AUG. Notabilia ſunt verba Capitolini in Gordiano tertio cap. 22. ubi de hoc loquens, ait: *Indumento Imperatorio tectus, Cæſar eſt appellatus*; ex illis enim patet, Cæſares per hæc tempora Imperatores nuncupatos eſſe. Hæc poſt utriuſque Gordiani obitum peracta. Capitolinus ibidem capite ſequenti, poſtquam narravit, Maximum & Balbinum militari ſeditione interemptos, Gordianum adoleſcentem, *qui Cæſar eatenus fuerat*, Auguſtum appellatum eſſe, ſubjungit: *Hic finis belli inteſtini fuit, cum eſſet delatus Gordiano puero Conſulatus*. Quod ſi anno præcedenti is Auguſtus creatus fuiſſet, diceretur in Nummis hoc anno cuſis AUGUSTUS COS. DESIG. non vero CAES. PONT. COS. DES. PRINC. JUVENTUT. ut videre eſt in ejus Nummis apud Goltzium. Conſulatum enim ordinarium anno ſequenti Gordianus Junior geſſit: quare ad eam dignitatem vel currenti, vel præcedenti anno deſignatus fuit. Præterea in quibuſdam Nummis Gordianus dicitur: TRIB. P. II. COS. in aliis, TRIB. P. III. COS. II. Sumſit ſecundum Conſulatum Gordianus anno CCXLI. Unde cum eo anno tertiam tantum Tribunitiam Poteſtatem haberet, ea illi & nomen Auguſti præſenti duntaxat anno delata. Si enim antecedenti Auguſtus dictus eſſet, Tribunitia Poteſtas ejus III. cum ſecundo ejus Conſulatu concurrere non poſſet.

IX. *Gordianus III. poſt Balbini & Pupieni mortem Auguſtus dictus.*

Neque quis dicat, Victorem de Cæſaribus, Pupieni & Balbini nuncupatione narrata, ſtatim ſcribere: *Iiſdemque per Africam diebus Gordianum Gordiani filium Auguſtum creavere*; Victorique utpote Afro omnem fidem adhibendam. Nam Victor de Gordiano ſecundo, non vero de Gordiano tertio, prioris ex filia nepote, loquitur, ut ipſa lectio manifeſtum facit, quamvis ea narratio non parum confuſa ſit. Neque Gordianus tertius in Africa erat, ſed Romæ. In Senatuſconſulto quidem in duobus Maximinis capite ultimo a Capitolino recitato, legitur: *Maxime Auguſte, tibi gratias. Balbine Auguſte, tibi gratias. Tibi gratias, Gordiane Auguſte*. Sed locus ille ſine dubio corruptus, alioquin Capitolinus non ita ſæpe inculcaſſet, Gordianum tertium Cæſarem, Balbinum vero & Pupienum Auguſtos dictos eſſe. Non audiendus itaque Petavius lib. II. de Doct. Temp. cap. 24. ubi pluribus contendit, poſt utriuſque Gordiani interitum tres Auguſtos creatos eſſe. Dodvvellus in Diſſert. XI. Cyprianica ait, Balbinum & Pupienum hoc anno ante menſem Junium peremptos: Junii enim, inquit, XXII. & deinceps Leges habemus Gordiani Auguſti, lib. 2. Cod. Juſt. tit. 2. L. 2. Sed hæc Lex non a Gordiano, ſed ab Alexandro; Lex vero 3. data eſt a Gordiano, III. Idus Auguſti; & hæc prima quæ extet, Legum ab eo emiſſarum. Illum tamen ante menſem Junium jam Imperium adminiſtraſſe, infra demonſtrabitur.

X. *Eclipſis brevitatem Imperii Gordiani III. indicat.*

Sed indicium non diu imperaturi Gordiani hoc fuit; quod eclipſis Solis facta eſt, ut nox crederetur, neque ſine luminibus accenſis quidquam agi poſſet, inquit Capitolinus in Gordiano III. cap. 23. poſtquam eum creatum fuiſſe Auguſtum aſſeruit. Viſæ per hæc tempora eclipſes duæ Romæ; altera, die duodecima menſis Aprilis præcedentis Chriſti anni: altera, die ſecunda ejuſdem menſis præſentis, feria ſecunda, horis ante meridiem quatuor. Petavius loco citato, qui utramque computavit, ait: *Ex iis Solaribus deliquiis prius ſine dubio congruit ad Hiſtoriam Capitolini. Nam longe majus poſterior fuit. Itaque Gordianus jam tum Imperator, & Auguſtus fuiſſe videtur*

Christi	Fabiani Pap.	Maximini Imp.
240.	2.	4.

ſulibus Ulpio & Pontiano cæptum numerari Agonem trigeſimum nonum, abſoluto eodem anno Agone trigeſimooctavo, Cenſorinus (*a*), qui hoc ipſo anno ſub iiſdem Conſulibus (ut ipſe tradit) ſcribebat librum de Die natali, teſtatur. Occiſis igitur Maximo atque Balbino, eveſtigio milites Gordianum Cæſarem antea creatum, acclamant Auguſtum, annum ætatis agentem (ex ſententia Cordi antiqui hiſtorici, quem citat Capitolinus *b*) decimum ſextum; tenuitque ſex annis inchoatis Imperium. Hac igitur ex Cenſorini ſententia firmiter ſtatuta chronologia; qui dixerunt, Maximum atque Balbinum imperaſſe annum unum, non a morte Maximini, ſed ex quo Senatus decreto dicti ſunt Imperatores, annum illum numeraſſe oportuit.

(*a*) *Cenſor. de Die nat. c.15. in fin. junctis his quæ habentur cap.16.*

Gordianus Imp.

(*b*) *Capitol. in Gordiano.*

JESU CHRISTI ANNUS	FABIANI PAP. ANNUS	GORDIANI IMP. ANNUS
241.	3.	1.

I. Babylas Epiſcopus Antiochenus.

CHriſti anno ducenteſimo quadrageſimo primo, Gordiano Auguſto & Aviola Coſſ. defuncto Zebino Epiſcopo Antiocheno, in locum ejus ſuffectus eſt Babylas, tenuitque ſedem uſque ad Decium Imperatorem annos duodecim. Porro illam de tempore Babylæ, quod ſub Numeriano Imp. vixerit, & martyrio fuerit coronatus, in Notationibus (*d*) noſtris ad Romanum Martyrologium ſententiam refellimus; ſimulque opinionem illorum exploſimus, qui ad male conciliandas de eo diverſas opiniones duos Babylas introduxerunt; quæ cum ibi fuſius ſint pertra-

(*d*) *Die 24. Januar. b.*

PAGIUS *tur ex anno Chriſti CCXXXVII. Cyclo Lunæ X. Solis XXII.* Sed hæc poſtrema verba perperam a Petavio addita; ut enim anno elapſo diximus Gordianus ſenior eo fere tempore, quo eclipſis die XII. Aprilis viſa accidit, Imperator electus eſt, & quia *hujus ſcientiæ uſu immodice prudens erat*, ut inquit Victor de Cæſaribus, credidit eam eclipſim Imperium Gordiani tertii portendere. Quamobrem ea a Capitolino ſub initio Imperii Gordiani tertii notata eſt, ut advertit Hervvartus cap. 256. ſuæ Chronologiæ.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5732.

☉ 24. F. ☽ 12. P. 7. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 239. *ſecund. Baronium* 241.

FABIANI PAPÆ 4.

GORDIANI IMP. 2.

[1] AD. num. I. Coſſ. *M. Ant. Gordianus Aug. & M. Acilius Aviola.*

Sum-

SÆC. III. Anno Urbis 992. Olymp. 254. an. 3. A.C. 239.

I. *Conſules.*

NOTÆ [1] COſſ. *M. Ant. Gordianus Aug. & M. Acilius Aviola.* Gruter. pag. VIII. 7.

L. M. P. KAL. AUG. IMP.
D. N. GORDIANO
AUG. ET. AVIOLA. COS.

Ibid. pag. XXX. 4.

IIII. KAL. APRIL. SACERDOTE
TRAIANO. NONDINIO
DNO NRO GORDIANO
ET. AVIOLA. COSS.

Lapis Romæ inter Donianas Inſcript. Cl. III. n. 67. pag. 130. cujus initium:

D. N. CONSTANTIO. AU-
GUSTO. MEMMIUS
VITRASIUS. ORFITUS.
V. C. PRAEF. URB.
JUD. SAC. COGNI
ITER. D. N. M. EJUS
CURANTE. PUBLILIO. CEIONIO
JULIANO. P. V.
DEDICATA. IV. ID. MARTII. IMP.
DOMINO. N. GORDIANO. AUG.
ET MI. (ideſt Manio) ACILIO
AVIOLA. CONS.

Ibid. n. 48. pag. 125.

IMP. CAESARI.
M. ANTONINO GORDIANO.
PIO. FEL. INVICTO. AUG.
PONT. MAX. TRIB. POTEST.
III. COS. PROCOS. &c.

In-

tractata, prætermittimus eaſdem hic iterum controverſias agitare.

II. Babylas inſtruit etiam pueros ad martyrium.

Clariſſimus plane inter Orientalis Eccleſiæ Epiſcopos hujus temporis Babylas vixit; quippe qui venturæ aſperrimæ ſub Decio perſecutionis præſcius, non viros tantum, ſed & pueros, quos Chriſtianæ fidei imbuebat elementis, ad ſubeundum egregie pro Chriſto martyrium aſſiduis ſermonibus inflammabat. Optimeque conſultum eſt divina providentia, ut in maximis omnium Antiochenæ Eccleſiæ periculis, talis tantuſque deligeretur Epiſcopus; non ſolum enim communi illa Eccleſiis omnibus clade Decianæ perſecutionis erat Eccleſia Antiochena vexanda, ſed Perſarum quoque invaſione turbanda: ſed de his ſuo loco dicemus.

Du-

PAGIUS II.

Sumtus is a Gordiano Conſulatus juxta primam regulam, atque, ut conjicere licet, propter nomen Cæſareum anno CCXXXVII. poſt Gordianorum mortem, acceptum. Nam, ut anno præcedenti oſtendimus, in Nummo apud Goltzium Gordianus dicitur Cæſar & Conſul deſignatus, & quidem in præſentem annum: quod elicio ex Capitolino in Maximinis duobus capite ultimo, ubi utriuſque Maximini interitu recitato Senatuſconſultum refert, quo Pupienus ac Balbinus Auguſti, & Gordianus junior Cæſar ſunt appellati. Inter alia in Senatu acclamatum: *Præſentem annum Conſules vos ornetis: in locum Maximini Gordianus ſufficiatur.* Quæ verba, neque ab Onuphrio in Faſtis, neque a Caſaubono & Salmaſio in Notis ad Capitolinum, explicata. Baronius locum illum explanare tentavit, ſcripſitque, diviſo civili bello Imperio, alios a Senatu, alios a Maximino creatos Conſules, ac anno CCXXXVIII. quo Maximinus occiſus, Conſulem ordinarium ipſummet fuiſſe. Verum cum decretum illud anno CCXXXVII. factum ſit, ſi conjectura Baronii vera eſſet, Gordianus Cæſar anno CCXXXVIII. Conſul ordinarius, vel ſaltem Conſul ſuffectus, & in Maximini locum ſubrogatus fuiſſet, quod nullus dixerit; cum duos tantum Conſulatus eum geſſiſſe conſtet. Exiſtimo itaque, ante rebellionem, Maximinum in annum CCXXXIX. in quem ejus Quinquennalia incidebant, ſe ſe Conſulem deſignaſſe, & Senatum, cum Gordianum III. Cæſarem dixit, in Maximini odium eum Gordiano Conſulatum attribuiſſe, quem ſibimet Maximinus elegerat: Pupienum vero & Balbinum ultimis menſibus anni CCXXXVII. Conſulatum ſuffectum geſſiſſe, relicto Conſulatu ordinario anni CCXXXVIII. Pio & Pontiano, ad quem ante rebellionem deſignati fuerant, quique, ut veroſimile eſt, a Senatu, quemadmodum & tota Italia, non vero a Maximino, ſtabant.

NOTÆ

Inſcriptio in honorem Gordiani, Romæ in cœnobio Patrum Olivetanorum, vulgata ab Antonio Maria Lupo, Societatis Jeſu in Diſſertatione ad Epitaphium S. Severæ martyris, pag.73.

IMP. CAES. M. AN. TO. NI. O
GOR. DI. A. NO. PI. O. FE. LI. CI.
AUG. P. M. TRIB. POT. II. COS. PP.

Vetus inſcriptio apud Fabrettum pag.681. num.63.

IMP. CAESARI. M. ANTONINO. GORDIANO
PIO FEL. INVICTO. AUG. PONTIFICI. MAX.
TRIB. POTEST. III. COS.

Sponius in Miſcellan. pag.202.

IMP. CAES. M. ANTONIO. GORDIANO
PIO. FEL. AUG. PONT. MAX. TRIB.
PONT. II. PP. COS.

Gudiana inſcriptio:

DEDICATA. III. ID. MARTII.
IMP. D. N. GORDIANO. AUG.
ET. M. ACILIO. AVIOLA. COS.

Gudiana hæc inſcriptio *Dedicata* IIII. non III. *Id. Martii*, nunc extat in ædibus Capitolinis. Cuperus in monum. antiq. pag.232.

IMP. D. N. GORDIANO. ET
AVIOLA. COS. KAL. IUL.

Relandus ex Gudiana inſcriptione, quæ legitur inter Donianas, arbitratur prænomen *Acilii*, *Manium* fuiſſe.
Faſti vulgares: *Gordiano & Aviola*.

JESU CHRISTI ANNUS 242. | FABIANI PAP. ANNUS 4. | GORDIANI IMP. ANNUS 2.

I. DUcenteſimo quadrageſimo ſecundo Chriſti anno Sabinus & Venuſtus Conſules creati ſunt; quibus (ut auctor eſt Capitolinus *a*) Gordianus Sabinianum cum ſuis in Africa rebellantem compreſſit; ſicque extinctis penitus bellis civilibus, ſummum in Romano Imperio otium & in Eccleſia pax fuit tranquilliſſima. Hujus pacis occaſione Origenes iterum profectionem Athenas inſtituit puto (quod & alias fecit) ut libros venari poſſet: de quo hæc Euſebius (*b*) ſub Gordiani tempore: *Quo* (inquit) *commentarii in Iſaiam & Ezechielem pariter ab Origene conſcripti fuere; ex quibus triginta tomos in tertiam partem Iſaiæ uſque ad viſionem quadrupedum in deſerto, nos vidimus; & vigintiquinque in Ezechielem, quos ſolos in univerſum Prophetam edidit. Id temporis, cum Athenis forte verſaretur, commentarios in Ezechielem abſolvit: ibidem in Cantica canticorum inchoavit commentarios & quinque libros eorumdem ibi adhuc commoratus perfecit. Cæſaream reverſus, alios quinque (ut decem eſſent numero) perduxit ad exitum*: Hæc ipſe. Verum non tam inchoaſſe, quam elaboratas in adoleſcentia perpurgaſſe lucubrationes in Cantica canticorum, S. Hieronymi auctoritate ſuperius dictum eſt.

(*a*) *Capit. in Gord.*

Origenes Athenas iterum petiit.

(*b*) *Euſeb. lib. 6. c. 25.*

II. Hac eadem pace Eccleſiæ bene uſi ſanctiſſimi Epiſcopi, omnem navarunt operam, ut hæreticos a Dominico grege fugarent. Qua de cauſa congregatum eſt in Africa Concilium nonaginta Epiſcoporum adverſus Privatum hæreticum; ſicque Epiſcoporum omnium ſententia damnatum, Fabianus quoque Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, & Donatus qui his temporibus præfecturam Carthaginenſis Eccleſiæ adminiſtrabat, paribus votis impium hominem ſuis litteris infamia ſugillatum Privatum Eccleſiaſtica communicatione privarunt. Sed callidus ſerpens modo ſpiris ſuæ ſe impietatis involvens, modo foramina captans, iterum progrediens Cypriani temporibus, novas adhuc & graviores in Eccleſia turbas commovit; de quibus alias pluribus dicturi ſumus.

Concilium epiſcoporum in Africa.

Quod vero ad præſens pertinet tempus, hæc de geſtis in Synodo adverſus eum Cyprianus (*c*) ad Cornelium ſcribit: *Per Felicianum autem ſignificavi tibi, frater, veniſſe Carthaginem Privatum veterem hæreticum, in Labeſitana Colonia ante multos fere annos ob multa & gravia delicta nonaginta Epiſcoporum ſententia condemnatum, anteceſſorum etiam noſtrorum (quod & veſtram conſcientiam non latet) Fabiani & Donati litteris ſeveriſſime notatum*: Hæc Cyprianus. Quænam autem eſſent hujus hominis hæreſes, nondum habere potuimus, exploratum: quamobrem potius exiſtimamus eum fuiſſe alienæ hæreſis ſectatorem, quam novæ inſtitutorem. His quoque temporibus convocatam fuiſſe Synodum in Arabia adverſus errores Berylli Boſtrorum in eadem Provincia Epiſcopi, Euſebii atteſtatione probatur, ſed de eo ſuperius actum eſt. II.

(*c*) *Cypr. ep. 55.*

Privatus Hæreticus damnatus.

Anno

PAGIUS | ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5733. | FABIANI PAPÆ 5. CORDIANI IMP. 3.

SÆC. III. Anno Urbis 993. Olymp. 254. an. 4. A. C. 240.

☉ 25. ED. ☽ 13. P. 29. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 240. *ſecundum Baronium* 242.

[1] AD num. I. Coſſ. *Sabinus II. & Venuſtus*, ex duplici Inſcriptione Onuphriana. In Faſtis etiam Theonis Sabinus cum numerali nota effertur. I. *Conſules*.

NOTÆ [1] COſſ. *Sabinus II. & Venuſtus*. Prænomina abſunt a Gruteriano lapide pag. CCCIX. 6. in quo:

DEDIC. III. IDUS MAIAS
SABINO. II. ET VENUSTO
COS.

Capitolinus in Gordiano III. cap. XXIII. *Venuſto & Sabino coſſ. inita eſt factio in Africa contra Gordianum tertium, Duce Sabiniano.*

Vulgares Faſti: *Sabino & Venuſto*.

I. ANno Redemptoris noſtri ducenteſimo quadrageſimotertio, Gordiano & Pompeiano ſecundum Coſſ. Bellum Perſicum (inquit Capitolinus *a*) exortum eſt; quare *adoleſcens Gordianus, priuſquam ad bellum proficiſceretur, duxit uxorem filiam Miſithei, doctiſſimi viri, quem cauſa eloquentiæ dignum parentela ſua putavit, & Præfectum ſtatim fecit. Poſt quod non puerile jam & contemptibile videbatur Imperium, ſiquidem optimi ſoceri conſiliis adjuvaretur*: Hæc & alia plura de recta gravique adminiſtratione Imperii Capitolinus. Quod vero ad motum Perſarum pertinet; Sapor eorum Rex ulciſci cupiens cladem illatam ab Alexandro, eo impetu aggreditur Romanum Imperium; ut in Syriam uſque populabundus advenerit, Antiochenam civitatem invaſerit, & Antiochenos jugo ſervitutis ſubegerit.

(*a*) *Capit. in Gordiano.*

Bellum Perſicum.

II. Sed & alia quoque afflictatione memorabilis redditus eſt præſens annus. Nam (ſubdit inferius idem auctor) *fuit terræmotus eo uſque gravis, ut civitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent; ob quæ ſacrificia per totam Urbem totumque orbem terrarum ingentia celebrata ſunt. Et Cordus quidem dicit, inſpectis libris Sibyllinis, celebratiſque omnibus quæ illic juſſa videbantur, mundanum malum*

Ingens Terræmotus.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5734.

SÆC. III. Anno Urbis 994. Olymp. 255. an. I. A. C. 241.

☉ 26. C. ☽ 14. P. 18. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 241. *ſecund. Baronium* 243.

FABIANI PAPÆ 6.

GORDIANI IMP. 4.

I. *Conſules.* II. *Imperii Cæſarei Gordiani Quinquennalia.*

[1] AD num. I. Coſſ. *M. Ant. Gordianus Aug. II. & Pompeianus.* Gordiani Conſulatus juxta ſecundam regulam; in hunc enim annum Imperii ejus Cæſarei Quinquennalia incidunt. Quo ex Conſulatu liquet, eum anno CCXXXVII. Cæſarem nuncupatum eſſe. Capitolinus in Gordiano III. cap. 23. ait: *Gordiano iterum & Pompeiano Conſulibus bellum Perſicum natum eſt. Quare adoleſcens Gordianus, priuſquam ad bellum proficiſceretur, duxit uxorem filiam Miſithei.* Ea in Nummis vocata Furia Sabinilla Tranquillina; nuptiæ autem Imperatorum annis Quinquennalibus & id genus feſtis addictis de more celebratæ.

III. Ad num. III. Euſebius lib. 6. cap. 36. ſcribit: *Cum fides noſtra, ut par erat, augeretur in dies, & doctrina Chriſtianorum ſumma ubique libertate frueretur, Origenes jam ſexagenario major: utpote qui ex diuturna exercitatione maximum dicendi uſum ſibi comparaſſet, conciones quas habebat ad populum, a Notariis excipi permiſit, cum ad antea fieri nunquam conceſſiſſet. Sub idem tempus octo libros compoſuit adverſus librum quemdam Celſi Epicurei contra Chriſtianos, qui de vera doctrina in-*

III. *Origenes ſcribit contra Celſum.*

NOTÆ [1] COſſ. *M. Ant. Gordianus Aug. II. & Pompeianus. Pompeiano Civica* nomen addunt. Nummus Gordiani in Muſeo Theupolo pag. 615. cum

T R. P. I I. C O S. P P.

Ibidem pag. 616. cum

T R. P. I I I. C O S. I I. P P.

Gruteriani lapides, Pag. XXIX. & XXX.

D. N. G O R D I A N O. II. E T. P O M
P E I A N O. C O S. VI. I D. D E C.

Item apud Fabrettum pag. 682. Fabrettianam inſcriptionem illuſtravit eruditus vir eques Paulus Alexander Maffejus, data epiſtola ad Jo: Dominicum Theupolum Patricium ac Senatorem Venetum, quæ legitur in Diario Litteratorum Italiæ tom. XII. pag. 103. Inſcriptio Græca apud Reineſium Cl. XI. num. LXXI. pag. 633. quæ latine ſonat:

I M P. C A E S. M. A N T O N I O. G O R D I A N O.
I I. E T P O M P E I A N O. C I V I C A. C O S.

Cuperus in Epiſtola conſulari n. XIX. ex Gudianis:

XI. K A L. I A N. I M P. C A E S.
G O R D I A N O. A U G. I I.
E T. C I V I C A. P O M P E I A N O. C O S.

Lapis in ædibus Capitolinis n. 75. litteris minuſculis:

D. N. G O R D I A N O A U G U S T O
E T P O M P E I A N O.

Capitolinus in Gordianis cap. XIII. *Gordiano iterum & Papiniano Coſſ.* pro *Pompeiano:* Vulgares Faſti: *Gordiano II. & Pompejano.*

lum eſſe ſedatum: Hæc ipſe; ſed verius puto Chriſtianorum precibus, quorum culpæ (ut ex Origene (*a*) ſuperius dictum eſt) terræmotus, & mala omnia quæ accidiſſent, verti ſolita erant. Hæc ipſa namque tempora exiſtimamus ab eodem Origene (*b*) indicata, cum agens adverſus Celſum hæc ait: *Denuo calumniatores noſtri cauſam tantorum motuum, quibus nunc res Romanæ agitantur in multitudinem Fidelium conferre cœperunt, quod non impugnemur a Principibus, ſicut ſuperiore tempore*: Hæc Origenes.

(*a*) *Orig. in Joan. tom.28.*

(*b*) *Orig. contra Celſ. lib.3.*

III. Origenes quando ſcripſit contra Celſum. Euſebius (*c*) putat Origenem ſub Gordiani ſucceſſore Philippo libros illos contra Celſum ſcripſiſſe. Verum optime potuit contigiſſe, ut tam inſigne, laborioſum, multarumque lucubrationum opus cœptum Gordiani tempore, ad Philippi Imperium productum fuerit. Impulit eum ad ejuſmodi ſuſcipiendum laborem (ut ipſe in præfatione teſtatur) ſtudioſiſſimus Chriſtiani nominis Ambroſius, haud æquo animo ferens Epicurei philoſophi ignominiæ notis Chriſtianam religionem labefactatam. Paruit ille, & gnaviter in opus incumbens, celeberrimum omnium illum edidit commentarium, quo cum Celſi, tum etiam Gentilium omnium ac Judæorum disjecit in Chriſtianam pietatem molitiones & arietes comparatos.

(*c*) *Euſeb. lib.6. cap. 29.*

IV. Martyrium Helconidis. His etiam temporibus accidiſſe putamus nobile illud Helconidis Corinthiæ martyrium, cujus tam apud Græcos, quam Latinos, illuſtris memoria eſt, natali die ejus Græcis atque Latinis litteris conſignato (*d*). Quantumlibet enim ſumma pax in Eccleſia eſſet, etſi non aperte Chriſtianitatis titulo, multis tamen circumventos ejus cauſa calumniis ſæpe Chriſtianos morte damnatos, ſæpius ſuperius dictum eſt. Hæc igitur Gordiani Imperatoris temporibus primo ſub Perennio Præſide, inde ſub ejus ſucceſſore Juſtino diu tormentis vexata, diſſectis mammis, feris objecta, igneque vexata, tandem obtruncato capite certamen victrix abſolvit vigeſimaoctava Maji, quæ dies ejuſdem eſt memoriæ anniverſariæ conſecrata. Feruntur Acta (*e*) quædam Tryphonis martyris ſub Gordiano, cujus filiam a dæmone arreptam liberavit; quæ ſi vera eſſe dixerimus, ſub Majori Gordiano contigiſſe oportuit: ſiquidem hic, de quo ſermo eſt, hoc anno uxorem duxit, & poſt biennium occiſus, nulla prole auctus legitur.

(*d*) *Menolog. & Mart. Rom.28. Maji.*

(*e*) *Metaphraſt. die 1. Febr.*

PAGIUS *inſcribitur*. Cum itaque Origenes anno CLXXXV. in lucem prodierit, circa annum CCXLVI. Opus illud adverſus Celſum compoſuit. Porro duo fuere Celſi Epicureæ ſectæ Philoſophi, quorum alter Neronis ætate vixit, alter circa Antonini tempora, ut prodit Origenes in lib.1. contra Celſum. Adverſus hunc poſteriorem Celſum ſcripſit Origenes octo elegantiſſimos libros, qui etiamnum ſuperſunt. Hic eſt Celſus, cui *Lucianus* librum ſuum, qui Alexander ſeu falſus vates inſcribitur, nuncupavit, cum ab eo rogatus eſſet, ut Vitam impoſtoris illius literis traderet. In fine autem illius libri Lucianus eum alloquens Epicureum fuiſſe aperte ſignificat, uti obſervat Valeſius in Notis ad locum laudatum Euſebii.

IV. Romani a Perſis vexati. *Artaxerxes* primus Perſarum Rex poſtquam *annos quindecim, menſibus demtis duobus, regnaſſet*, obiit currenti anno, quem excepit Sapores, qui *ingentibus jacturis Romanos affecit*, inquit Agathias lib.4.

JESU CHRISTI ANNUS 244. | FABIANI PAP. ANNUS 6. | GORDIANI IMP. ANNUS 4.

I. Sequens annus Chriſti ducenteſimus quadrageſimus quartus, Conſulibus Attico & Prætextato, adſcribitur Faſtis; meminit horum conſulum Capitolinus in Gordiano, quibus hæc accidiſſe tradit: *Gordianus*, inquit, *aperto Jano gemino, quod ſignum erat indicti belli, profectus eſt contra Perſas cum exercitu ingenti, & tanto auro, ut vel auxiliis, vel militibus facile Perſas vincere poſſet. Fecit iter in Meſiam, atque in ipſo procinctu, quicquid hoſtium in Thraciis fuit, delevit, fugavit, expulit, atque ſubmovit. Inde per Syriam Antiochiam venit, quæ a Perſis jam tenebatur; illic frequentibus prœliis pugnavit, & vicit, Sapore Perſarum ſummoto Rege.* Hæc & alia plura per Gordianum adverſus Perſas feliciter geſta, a Capitolino ſcribuntur; ſicque per eum tradit effectum, ut Perſæ, qui etiam in Italia timebantur, in regnum ſuum, Imperatore eos oppugnante, redirent, totumque Orientem Romana Reſpublica obtineret. De rebus a Gordiano tunc geſtis idem recitat litteras ad Senatum ab eo conſcriptas, vel potius earum fragmentum; quibus omnia ſe accepta ferre Miſithei ſoceri conſiliis profeſſus eſt. Quamobrem magna in eum invidia conflata, creditum tradit idem Capitolinus, arte Philippi, qui poſt eum conſecutus eſt ampliſſimum magiſtratum Prætorii præfecturam, ipſum fuiſſe morte ſublatum, medicis ad patrandum ſcelus adhibitis.

Gordiani expeditio in Perſas, & Victoria.

Quod ad Philippum pertinet, fuit hic Arabs genere; an autem & quando Chriſtianus, ſuo loco dicemus. Dum vero hic gloriæ ſtimulis vehementer eſſet exagitatus; quæ juſta ac recta eſſent, cuncta poſthabuit, magnaque Romanum Imperium clade affecit, cum primo Miſitheum, inde vero ſubſtulit Gordianum. At hæc de Miſithei morte & Philippi præfectura ſequenti anno contigere. Cæterum multa Miſithei conſilio & opera ad optimum Reipublicæ ſtatum comparandum a Gordiano inſtituta fuiſſe, Capitolinus teſtatur; ſed unum tantum illud (a) ejuſdem officio ab eodem Imperatore reperitur decretum editum, ut grammatici, ſeu rhetores, quantumlibet decreto ordinis probati eſſent; ſi tamen ſe inutiles ſtudentibus præberent, poſſent poſtea reprobari. II.

Philippus Arabs P.P.

(a) l. 2. Cod. de profeſſ. lib. 10.

In hunc uſque annum ſub Ammonio Chriſtiano philoſopho Plotinus profeſſus; eo conſilio, ut in Perſas primum, ac ſubinde ad Indos peregrinaretur, Gordiani exercitui ſe conjunxit; hæc de eo Porphyrius (b), qui addit, ipſum anno primo Philippi Imperatoris Romam ſe contuliſſe. III.

Plotinus peregrinatur ad Perſas.

(b) Porphyr. in Plotini Vita.

Anno

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 995. Olymp. 255. an. 2. A. C. 242.

Anno Periodi Græco-Romanæ 5735.

☉ 27. B. ☽ 15. P. 3. April. Indict. 5.

Jesu Christi 242. *ſecund. Baronium* 244.

Fabiani Papæ 7.

Gordiani Imp. 5.

[1] AD num. I. Coſſ. C. *Vettius Atticus*, & C. *Aſinius Prætextatus*, ex Inſcriptione Onuphriana. I. *Conſules.*

NOTÆ [1] Coſſ. C. *Vettius Atticus*, & C. *Aſinius Prætextatus*. Gruter. pag. CCCIX. 7.

COLLOCATA. XII. KAL. APRIL.
C. AUFIDIO. ATTICO
C. ASINIO. PRAETEXTATO. COS.

Pag. CCCCXLIII. 6.

C. VETTIO. ATTICO. ET
C. ASINIO. PRAETEXTATO. COS.
PR. IDUS. APRIL.

Gudianæ inſcriptiones apud Relandum:

C. VETTIO. ATTICO. ET. C. ASINIO
ſic
PRAETEXTOTO. COS.

Forte typographi mendo; nam in Ligoriana, ex qua Gudius, & extat veteris Latii tom. VI. pag. 53. legitur:

PRAETEXTATO.

Capitolinus in Gordiano III. cap. XXVI. *Sedato terræ motu, Prætextato & Attico Coſſ.*
Vulgares Faſti: *Attico & Prætextato.*

JESU CHRISTI ANNUS 245.	FABIANI PAP. ANNUS 7.	GORDIANI IMP. ANNUS 5.

I. *Philippus præfectus Prætorio regnandi cupidus.*

ANno Chriſti ducenteſimo quadrageſimoquinto, Appriano & Pappo Coſſ. Miſitheo ſocero Imperatoris defuncto, collata a Gordiano fuit (ut dictum eſt) præfectura Prætorii magiſtratus ampliſſimus Philippo, qui prava ſemel arreptus regnandi cupidine, eadem percitus ac impulſus, nullum arripiendi regni ſtudium prætermittens, ſed captans quamcumque poſſet occaſionem, dolo tentavit ut Gordiano redderet infenſos milites, atque adeo ut ipſe ab iiſdem collega Gordiani in Imperium poſceretur; quod, licet Gordiani amicis adverſantibus, eſt tandem ex animi ſententia conſecutus; ſed nec his contentus, ex collega progreſſus eſt in tyrannum. Hæc omnia Capitolinus. At de adepto a Philippo Imperio dicemus anno ſequenti. Agebantur hæc in Perſarum finibus.

II. *Eriguntur Eccleſiæ.*

Cum autem hoc tempore, omni ex parte perſecutione ceſſante, Dei Eccleſia tranquille ageret; ea bene uſi occaſione Eccleſiarum Præſides, Chriſtianam religionem propagare, propagatamque illuſtrare ædificiis pro viribus ſtuduerunt. Hinc factum, ut (quod habet liber de Romanis Pontificibus) Fabianus Papa multa ædificia in cœmeteriis fieri juſſerit. Quæ enim ſubtus terram latebant in cryptis arenariis ſepulcra ſanctorum martyrum, erectis deſuper ædificiis reddita ſunt clara atque conſpicua, Chriſtianorumque uſui opportuna, qui ex more eadem cœmeteria, ut orarent, frequenter adire ſolerent.

III. *Greg. Thaumaturg. erigit Eccleſiam.*

At non Fabianus tantum hoc pacis tempore Romæ ſtruebat eccleſias; ſed alii quoque Epiſcopi in ſuis quique ſedibus ad Fidelium commoditatem Deo dicanda ædificia erigebant; & inter alios (ut teſtatur Gregorius Nyſſenus) memoria inſignis eſt de Epiſcopo Neocæſareæ in Ponto

---

PAGIUS

SÆC.III. Anno Urbis 996. Olymp. 255. an.3. A. C.243.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5736.

☉ 28. A. ☽. 26. P.26. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 243. *ſecund. Baronium* 245.

FABIANI PAPÆ 8.

GORDIANI IMP. 6.

I. *Conſules.* II. *Quinquennalia Imperii Auguſtei Gordiani.*

[1] AD num.I. Coſſ. *Arrianus*, *&* *Papus*. Gordianus Imperii Auguſtei Quinquennalia exhibuit, quorum veſtigium retuli in Diſſert. Hypat. pag.229. ubi tamen Nummum Oconis in quo ſcriptum, *Votis Decennalibus*, per inconſiderantiam copulavi cum alio Nummo, in quo Tribunitia Pot.VII. hujus Imperatoris exprimitur. Nummus itaque ille, in cujus poſtica legitur, VOTIS DECENNALIBUS, ipſo initio Imperii Auguſtei Gordiani ut moris erat, percuſſus. Fellus V. C. in Notis ad Computum de Paſcha, cujus S. Cyprianum Auctorem credit, quique perducitur *uſque ad annum quintum Gordiani; Arriano & Papo Conſulibus*, obſervat, Chronicorum Scriptores res perducere ad annum aliquem inſigniorem etiam paulo præteritum, idque in eo Opere videri factum, nimirum ad annum Gordiani Imp. ultimum. Verum Auctor non ad ultimum Gordiani annum, ſed ad ejus Quinquennalia reſpexit; quibus Scriptores de more Opera ſua publicabant.

NOTÆ [1] COſſ. *Arrianus & Papus*. Horum prænomina adhuc deliteſcunt. Gruterus pag. CLXVIII. 7.

C O L L. X. K A L. F E B R.
A R R I A N O. E T. P A P O. C O S.

Fabrettus pag.699. n.210.

D E D I C A T A. N A T A L I. D I E. X V I.
K A L. F E B. A R R I A N O. E T.
P A P O. C O S.

Vetus lapis, altus pedes IV. latus duos cum dimidio, ante paucos annos in agro **Prænestino** detectus in loco, qui vulgo *S. Pietro* dicitur, effoſſus, horum conſulum nomina poſtrema exhibet. Edidit illum Antonius Franciſcus Gorius in Prolegomenis ad Inſcriptiones Donianas, pag. XLI. ſed omiſſis, quæ ſequuntur:

D E D I C A T A. V. I D V S
M A I A S
A R R I A N O. E T. P A P O.
C O S.
C V R A N T E. T I. . . . .
V I T A L E. I I I I I I.
V I R. A U G.

In legibus Codicis Juſtinianei legitur: *Arriano & Pappo*. Capitolinus in Gordiano III. Cap.XXIX. *Quo* (Miſitheo) *mortuo*, *Appriano* (pro *Arriano*) *& Papo Coſſ. in ejus locum præfectus prætorii factus eſt Philippus Arabs*.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Bucherii laterculus; *Arriano, & Papo*. Proſperi Chronicon: *Arriano & Pappo*.

to Gregorio Thaumaturgo; qui cum immenſum civium numerum convertiſſet ad fidem, nobilem erexit eccleſiam, univerſo fideli populo pecuniam & operam conferente, quod, ut acceptum Deo gratiſſimum munus, nullo umquam valuit terræmotus impetu labefactari. Nam licet civitas illa ex terræmotu propemodum funditus periiſſet, publicis privatiſque ædificiis proſtratis; templum tamen illud ſemper remanſit integrum & illæſum, Gregorii fide ſuffultum: quod idem Nyſſenus & Theodorus Lector (*a*) teſtantur. Quin & majori quodam miraculo factum eſſe videtur, quod, licet Diocletiani edicto omnes dirui juſſæ eſſent eccleſiæ, illa tamen illibata permanſerit: viſebatur enim integra ejuſdem Gregorii Nyſſeni temporibus, cunctis Dei in ea præſidium admirantibus. Idem quoque in omni loco tunc templa atque altaria a Fidelibus erecta teſtatur.

(*a*) *Nyſſ. in Vit. Gregorii*, *& Theod. lect. Collect. lib.* 2.

JESU CHRISTI ANNUS 246. | FABIANI PAP. ANNUS 8. | PHILIPPI IMP. ANNUS 1.

I. Gordianus occiditur.

ADveniente Chriſti anno ducenteſimo quadrageſimoſexto, Peregrino & Æmiliano Coſſ. menſe Martii (ut auctor eſt Aurelius Victor) Gordianus Imperator a Philippo collega occiditur: at quam crudeliter atque turpiter, Capitolinus (*b*) narrat his verbis: *Suſcepto igitur Imperio, cum & Philippus ſe contra Gordianum ſuperbiſſime ageret, & ille ſe Imperatorem atque Imperatorum prolem, virum, & nobiliſſimæ familiæ recognoſceret, nec ferre poſſet improbitatem hominis ignobilis; apud duces & milites, adſtante Præfecto Metio Gordiano affine ſuo, in tribunali proceſſit, ſperans poſſe Imperium Philippo abrogari: ſed hac conqueſtione nihil egit, cum illum incuſaſſet, quod immemor beneficiorum ejus, ſibi minus gratus exiſteret: & cum milites rogaſſet, cum aperte duces ambiſſet, factione Philippi minor* *apud*

(*b*) *Capitol. in Gord.*

PAGIUS SÆC. III.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5737.

☉ 1. GF. ☽ 17. P.14. April. Indict. 7.

Anno Urbis 997. Olymp. 255. an. 4. A.C. 244.

JESU CHRISTI 244. *ſecundum Baronium* 246.

FABIANI PAPÆ 9.

PHILIPPI IMP. 1.

I. *Conſules*. [1] AD num.I. Coſſ. *Peregrinus*, *& Fulvius Æmilianus*.

II. *Gordianus occiditur*. Philippus Arabs, qui anno elapſo Præfectus Prætorii factus fuerat, ſtatim Gordiano inſidias paravit; effectumque ut palam ad Imperium poſceretur, inquit Capitolinus in Gordiano III. cap. 29. qui ſubdit: *Amici Gordiani primum vehementiſſime reſpondebant; ſed cum milites fame vincerentur, Imperium Philippo mandatum eſt; juſſumque a militibus, ut quaſi tutor ejus Philippus cum eodem Gordiano pariter imperaret. Suſcepto igitur Imperio, cum & Philippus ſe contra Gordianum ſuperbiſſime ageret, & ille ſe Imperatorem atque Imperatorum prolem recognoſceret: in tribunali conqueſtus eſt, ſperans poſſe Imperium Philippo abrogari. Sed hac conqueſtione nihil egit* &c. qui ait poſtea, Philippi juſſu Gordianum occiſum. Uno itaque eodemque tempore Philippus cum Gordiano imperavit, cumque inter eos non conveniret, quilibet in particulari Leges emiſit, quod nemini obſervatum vidi. In Codice Juſtinianeo Lex 6. *Ad exhibendum*, a Philippo Auguſto data eſt *II. Id. Mart. Peregrino & Æmiliano Coſſ.* Lex vero 6. *De collationibus*, data eſt a Gordiano *VII. Kalend. Maii Peregrino & Æmiliano Coſſ.* Ex quo liquet Gordianum exeunte menſe Aprili adhuc in vivis fuiſſe, deceptoſque paſſim recentiores Chronologos, qui eum menſe Martio, quo præfata Lex a Philippo data, interemptum ſcripſere, quemadmodum & qui arbitrati ſunt in ſecundo reſcripto loco, *VII. Kalend. Maii*, legendum eſſe, *VII. Kalend. Martii*. Gordianus enim ſeptimum Imperii annum attigit, quod ex Nummo a Mediobarbo in Numiſmatis Impp. e muſæo ſuo producto, certum redditur. In eo legitur: IMP. GORDIANUS PIUS FEL. AUG. in poſtica: P. M. TR. P. VII. COS. II. P. P. S. C. Alium jam Occo eadem Tribunitia Pot. VII. ſignatum retulerat. Accurate itaque Euſebius lib. 6. cap. 24. eum ſex annis integris, ἔτεσι ὅλοις ἕξ Imperium adminiſtraſſe, Oroſius vero lib. 7. Hiſt. eum ſeptem annis in Imperio manſiſſe ſcripſere. Quare non dubium, quin ſeptimam Tribunitiam Poteſtatem, ſeu ſeptimum Imperii annum inchoarit, ideoque quin VII. Kalendas Maii adhuc imperarit. Uterque Victor aliique, qui ei annos ſex tribuunt, numero rotundo loquuntur. Capitolinus in Gordiano III. cap. 22. ſcribit, Gordianum viceſimo ſecundo ætatis anno periiſſe, a quo

NOTÆ [1] COſſ. *Peregrinus*, *& Fulvius Æmilianus*. Horum prænomina deſiderantur. Fabrettus pag. 339. n. 54.

X. KAL. AUG. PEREGRINO.
ET AEMILIANO.

Item pag. 279. n. 170. 171.

PEREGRINO. ET AURELIANO. COS.
ET IN. PEREGRINI. ET.
AEMILIANI. COS.

Faſti vulgati: *Peregrino & Æmiliano*.

apud omnes fuit. Denique ſe cum videret minorem haberi, petiit ut æquale ſaltem inter eos eſſet Imperium; nec impetravit. Dehinc petiit, ut loco Cæſaris haberetur; nec id obtinuit. Petiit etiam ut Præfecti loco eſſet Philippo: quod & ipſum negatum eſt. Ultimæ preces fuere, ut eum Philippus pro duce haberet, & pateretur vivere. Ad quod quidem pœne conſenſerat Philippus ipſe tacitus, ſed omnia per amicos agens nutibus atque conſiliis. Verum cum ſecum ipſe cogitaret amorem Populi Romani, & Senatus circa Gordianum, & totius Africæ ac Syriæ, totiuſque orbis Romani, cum & nobilis eſſet, & nepos ac filius Imperatorum, & bellis gravibus totam Rempublicam liberaſſet; poſſe fieri, ut factione quandoque militum Gordiano redderetur Imperium: cum recentes in Gordianum iræ militum famis cauſa vehementes eſſent, clamantem ante conſpectum duci juſſit, ac ſpoliari, & occidi: quod cum primum dilatum eſſet, poſt, ut juſſit, impletum eſt. Ita Philippus impie, non jure, obtinuit Imperium. Imperavit Gordianus annis ſex: Hucuſque Capitolinus.

II. An Philippus Imp. fuerit Chriſtianus. His de invaſo Imperio a Philippo ſic enarratis, magnopere mea ſententia errant, qui hoc tempore eum fuiſſe Chriſtianum affirmant. Nam cum nemo Gentilium hiſtoricorum id vel leviter annuiſſe appareat, multaque præterea ſint antiqua monumenta, quæ eum deorum fuiſſe cultorem manifeſte ſignificent: huic quam adſtruimus veritati Origenes magnopere ſuffragatur in fine nobilis illius commentarii, quem contra Celſum elaboravit. Teſtatur namque Euſebius (*a*), ab eo illum ſcriptum fuiſſe, poſtquam Philippi pater, & filius regnare cœperunt; nempe (ut ait) cum Origenes ipſe ſexageſimum prætergreſſus eſſet ſuæ ætatis annum, qui ſequenti Domini anno ducenteſimo quadrageſimoſeptimo impletur: nam anno decimo Severi (ut idem Euſebius (*b*) teſtatur) natus ipſe erat annos decem, & ſeptem, cum numeraretur annus Domini ducenteſimuſquartus. Sic igitur, cum ex his quæ ex Euſebio dicta ſunt, conſtet ſequenti anno, vel qui poſt ſequitur, Origenem illud abſolviſſe opus: ex tribus vel quatuor argumentis inde deductis, oſtendi perſpicuo poſſe videtur, Philippum Imperatorem nequaquam his temporibus Chriſtianum fuiſſe.

(*a*) *Euſeb. lib.6. cap. 27. 29.*

(*b*) *Euſeb. lib.6. cap. 3.*

III. Ac primum, cum Origenes (*c*) prope finem operis reſpondens Celſo, in eo argumento verſatur, ut falſum eſſe oſtenderet, quod jactabat Celſus dicere Fideles: Si contingeret Chriſtianos ſumma rerum potiri, recte atque tuto Dei ope ipſum Romanum Imperium fore diſpoſituros. Erat enim hæc quoque objectio Celſi, quam Origenes his verbis recitat: *Deinde*

(*c*) *Orig. contra Celſ. lib.8. prope finem.*

PAGIUS a quo diſſentit Herodianus, qui ait, *cum annorum eſſet ferme tredecim*, Romanum Imperium ſuſcepiſſe.

III. *Philippus junior Cæſar dictus, & Tribunitia Poteſtate donatus.* *Philippus una cum Philippo filio in ejus* (Gordiani nempe) *locum ſucceſſit*, inquit Euſebius loco citato. Ipſo itaque Imperii initio M. Julius Philippus M. Julium Philippum filium adhuc puerum Cæſarem renunciavit, & Tribunitia Poteſtate donavit. Quod ipſemet Euſebius in Chronico anno primo Philippi indicat, quando ait: *Philippus Philippum filium ſuum conſortem Regni fecit*. Cum enim in eodem Chronico Tiberium Imperatorem Druſo filio Tribunitiam Poteſtatem tribuiſſe ſignificare vult, aliis verbis non utitur quam iſtis: *Tiberius Druſum conſortem Regni facit*. Id etiam demonſtrant Inſcriptiones duæ, quarum altera infra adducetur; in alterius vero principio legitur:

IMP. CAESAR. M. IULIUS. PHILIPPUS.
PIUS. FELIX. AUG.
PONT. MAX. TR. POT. IIII. COS. III.
DES. P. P. PROC. ET.
IMP. CAESAR. M. IULIUS. PHILIPPUS.
PIUS. FELIX AUG.
PONT. MAX. TR. POT. IIII. COS.
DESIGNAT. P.P.

In fine vero hæc verba habentur:

IMP. M. IULIO. PHILIPPO. PIO FEL.
AUG. COS. DES. III.
ET IMP. M. IULIO. PHILIPPO. PIO FE.
AUG. COS. II. DES. COS.

Extat hæc Inſcriptio Neapoli in lamina ærea, integraque refertur a Sponio in Miſcellaneis Erudit. Antiquit. pag. 244. Cum vero dedicata fuerit anno CCXLVII. quo Philippus ſenior ſecundum Conſulatum gerebat, & Conſul III. deſignatus erat, liquet, Philippum juniorem currenti anno Tribunitia Poteſtate exornatum fuiſſe, alioquin anno CCXLVII. quo Conſul II. deſignatus erat, quartam Tribunitiam Poteſtatem, quemadmodum & pater, non numeraſſet. Quamobrem duos Philippi junioris Nummos, a Goltzio relatos, mendoſos eſſe oportet; cum in iis legatur: IMP. PHILIPPUS AUG. TR. P. II. COS. II. nec ſinceriores duo alii ibidem recitati, in quibus is dicitur: TR. POT. III. COS. II. cum non tantum præfatæ Inſcriptioni repugnent, ſed etiam Numiſmati a Mediobarbo relato pag 350. in cujus poſtica dicitur: P. M. TR. P. IIII. COS P.P. Quare recte Caſſiodorus in Chronico ſcribit Philippum Imperatorem factum *mox Philippum filium ſuum conſortem Regni* feciſſe. Hinc factum ut in variis Codicis Juſtinianei Legibus hoc anno emiſſis, nomen Philippi Imperatoris & Philippi Cæſaris legatur. Zonaras ſcribit occiſo Gordiano Philippum Imperium occupaſſe, *Philippo filio in via Collega adſcito*. Facta igitur ea nuncupatio, dum ex Oriente Romam Philippus veniret.

IV. *Euſebius, aliique Philippum Imp. Chriſtianum faciunt.* Ad num. II. & ſeqq. Philippum Imperatorem Chriſtianam religionem amplexum eſſe putavit Euſebius lib. 6. cap. 27. cujus verba Baronius num. V. recitat: *Fama eſt iſtum* (Chriſtianus namque erat) *cum precationum in die poſtremæ vigiliæ Paſchatis, una cum multitudine particeps fieri vellet; non prius ab Epiſcopo, qui tum Eccleſiæ præerat* (nempe Sancto Babyla Epiſcopo Antiocheno) *permiſſum eſſe intrare, & quam ſe confeſſus fuiſſet, & inter eos qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur adſtricti, locumque pœnitentiam agentibus præ-*

Philippus nequaquam Chriſtianus hoc tempore. *de rurſus Celſus more ſuo confundens omnia, tribuit nobis, quæ a nullo Chriſtiano ſcripta ſunt, hæc dicens: Nec hæc quidem veſtra vox ferenda: Si præſentes Imperatores ad fidem noſtram pertraxerimus, pertrahentur rurſum alii. Quod ſi ad hunc modum, aliis poſt alios in iſtam naſſam illectis, tandem omnes ad veſtram fidem pertrahendi ſunt; aliquis Princeps, alieno periculo cautus, totum genus veſtrum extirpabit, priuſquam eveniat, quod fore dicitis:* Hæc Celſus; ad quæ Origenes: *Ad hæc* (inquit) *reſpondere nihil eſt opus, cum nemo noſtrum ſic loquatur: Si præſentes Imperatores ad noſtram religionem pertraxerimus, pertrahentur univerſi, alius poſt alium, &c.* Quod ſi Philippus Chriſtianus Imperator fuiſſet, jam illud adveniſſe tempus Origenes equidem prædicaſſet; ſed quod ille, ut cæteri, Gentilis eſſet, in futurum fore id aliquando, ex vaticiniis Prophetarum affirmat, ut omnes Gentes obediant Evangelio.

IV. Refellitur aſſerta ſententia de Chriſtianitate Philippi. Rurſus vero cum illi, quam mox ſubdit, calumniæ Celſi reſpondit dicenti, Chriſtianos de Imperatore bene mereri debere; pluribus monſtrat, Chriſtianos homines eſſe Imperatorum ſtudioſiſſimos, omnibuſque illos officiis proſequi conſueviſſe. Sed quomodo, quæſo, hæc tam libere Origenes dicere potuiſſet, ſi nuper Chriſtianus homo innocentiſſimum Imperatorem adeo tyrannice atque immaniter occidiſſet? Sed, & cum idem Celſus æque objiciat, Chriſtianos abhorrere a militia, & præfecturis; ſi Philippus Imperator Chriſtianus fuiſſet, quam neceſſaria Origeni ſe offerebat occaſio, ut de maxima omnium præfectura, nempe ipſo Imperio, quo Chriſtianus homo potiretur, meminiſſet? Sed, & cum Origenes in fine addit, longe abeſſe a moribus Chriſtianorum, præfecturas ambire; quomodo potuit hæc abſque rubore jactaſſe, ſi recens exemplum eſſet de homine Chriſtiano tam impudenter Imperium invadente? At hæc ex Origene.

V. Primus auctor, qui eum Chriſtianum fuiſſe tradit, Euſebius (a) fuit, qui agens de ejus ingreſſu in Imperium, hæc ait: *Ubi Gordianus ſex annis continuis Romanorum obierat Imperium, Philippus una cum Philippo filio ſuccedit. Fama eſt, iſtum (Chriſtianus namque erat) cum precationum in die poſtremæ vigiliæ Paſchatis una cum multitudine in Eccleſia particeps fieri vellet; non prius ab Epiſcopo, qui tum Eccleſiæ præerat, permiſſum eſſe intrare, quam ſe confeſſus fuiſſet, & inter eos qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur adſtricti, locumque pœnitentiam agentibus præſtitutum occupabant, ſe ſua ſponte collocaviſſet: Epiſcopumque dixiſſe eum non alia conditione, niſi iſtud faceret, propter multa delicta, quæ ab illo ferebantur admiſſa, aliquando ab ipſo in Eccleſia receptum fore; Imperatorem autem alacri animo, & lubenti Epiſcopo morem geſſiſſe, & ingenuam modeſtiam, ac religioſam piamque affectionem Dei timore incitatam re ipſa declaraſſe memorant:* Hæc Euſebius.

(a) *Euſeb. lib.6. c.27.*

VI. Non imus inficias, veram eſſe quam narrat hiſtoriam, ſed nequaquam contigiſſe hoc primo anno, cum Philippus invaſit Imperium; verum ex iis, quæ dicta ſunt, conſtare eum fuiſſe tunc Ethnicum: quando autem id quod tradit contigerit, dicemus poſtea. Sed magnopere in eam ſuſpicionem adducimur, ut non ſine cauſa opinemur, de Philippo Imperatore complures in primis eſſe deceptos atque hallucinatos ſimilitudine nominum: nempe ut quod eſſet Philippi Auguſtalis in Ægypto

PAGIUS *præſtitum occupabant, ſe ſua ſponte collocaviſſet.* In Chronico vero: *Primus omnium ex Romanis Imperatoribus Chriſtianus fuit.* Et denique in Vita Conſtantini M. lib. 4. cap. 62. *Solus ex omnibus qui unquam fuerunt Imperatoribus Conſtantinus, in Chriſti martyriis renatus & conſummatus eſt*, ideſt, in Eccleſiis, quia forte ſupponit Philippum occulte baptizatum fuiſſe. Quam opinionem de converſione Philippi ad fidem noſtram ab Euſebio hauſerunt Paulus Oroſius & Vincentius Lirinenſis a Baronio num. VIII. citati, & ante illos divus Hieronymus lib. de Scrip. Eccleſ. cum de Origene loquitur. Mitto alios qui ſerius floruere, quia alter alterum excripſit. Doctiſſimus Huetius lib. 1. Origenian. cap. 3. num. 12. autumat *Philippum* ſub ipſa Imperii ſui initia Chriſti doctrinam ſecutum eſſe, quod in cœtum Chriſtianorum jam creatus Imperator recipi poſtulaverit Antiochiæ, quo nonniſi poſt arreptum recens Imperium ſe ſe uſquam contulit. Denique Baronius, cui in prima hujus voluminis editione adhæſi, arbitratur eum nonniſi poſtquam Ludos Seculares exhibuit, Chriſto nomen dediſſe.

V. Verum re maturius examinata nunc non dubito, quin Euſebius, quod habet de Chriſtiana profeſſione Philippi, ex incerta auditione retulerit; cum Lactantius Euſebio coævus & Criſpi Conſtantini M. filii Præceptor in prooemio lib. 1. de Inſtitut. cap. 1. ſcribat: *Hoc opus nunc nominis tui auſpicio inchoamus, Conſtantine Imperator maxime, qui primus Romanorum Principum repudiatis erroribus Majeſtatem Dei ſingularis, ac veri, & cognoviſti & honoraſti.* Sulpicius Severus qui anno quadringenteſimo duos ſacræ Hiſtoriæ libros publicavit, verba faciens de pace ſub Conſtantino M. Eccleſiæ data, poſtquam narravit perſecutionis finem ait: *Tum Conſtantinus rerum potiebatur, qui primus omnium Romanorum Principum Chriſtianus fuit.* Theodoretus Epiſcopus Cyri lib. 5. cap. 39. *Ante Conſtantini maximi principatum quotquot Romani Imperatores fuerunt adverſus pietatis cultores furere non deſtiterunt.* Auctor Anonymus Vitæ S. Pachomii Abbatis fere coævus, qui ideo ſequenti ſeculo vixit, aſſerit etiam Conſtantinum M. fuiſſe primum Imperatorem Chriſtianum. Ejus verba exhibebimus anno CCCXVIII. num. XIV. & anno CCCXXIV. num. V. verba S. Ambroſii idem aſſerentis. In ſecundo Concilio Nicæno Actione ſexta pag. 406. Epi-

Ante Conſtantinum M. Imperatores omnes fuerunt Ethnici.

Error de Philippo Auguſtali, & Philippo Auguſto.

gypto Præfecti exiſtimaverint eſſe dictum de Philippo Auguſto. Meminiſſe debemus ſuperius dictum eſſe, Philippum Chriſtianum hominem a Commodo Imperatore Præfectum Auguſtalem miſſum in Ægyptum, patrem Eugeniæ martyris, & ipſum ſub Severo martyrio coronatum. Facillimeque irrepſerit error, ut Philippus Auguſtalis, diceretur Philippus Auguſtus. De nobili præfectura Auguſtali, qui jure regio (ut ex Tacito atque Strabone diximus) Ægypto præerant, pluribus in Notis egimus.

VII. Lapſus Hiſtoricorum de Philippo.

Deceptos namque complures fuiſſe, ut quæ erant Philippi Auguſtalis, tribuerentur Philippo Auguſto, teſtatur etiam Zonaras in Philippo, dum ait multos opinatos eſſe Eugeniam martyrem fuiſſe filiam Philippi Auguſti, quam conſtat e Philippo Auguſtali, & Claudia Matre genitam. Fuit inter alios Cedrenus, qui eodem quoque errore lapſus eſt; dum enim de Philippo Imperatore agit, ipſum parentem fuiſſe Eugeniæ martyris tradit. An autem in eumdem errorem Euſebius quoque impegerit, haud affirmare tutum eſt, cum conſtet ipſum cognitas habuiſſe binas illas Origenis epiſtolas, quarum alteram, (ut ait *a*) ad Philippum Imperatorem conſcripſit, alteram ad ejus conjugem Severam Auguſtam, ex quibus perfacile intelligere potuiſſet, an vere Philippus Imperator Chriſtianus eſſet, necne. Quas quidem epiſtolas poſt abſolutum commentarium contra Celſum ab Origene ſcriptas eſſe, tum ex iis, quæ ex eodem auctore ſunt ſuperius dicta, tum etiam ex ordine ſcriptorum ejus ibidem ab Euſebio recenſito, neceſſe eſt affirmare.

(a) Euſeb. lib.6. c.29.

VIII. Præter Græcos Auctores, Latinorum quoque ex antiquis aſſertores Chriſtianitatis Philippi, ſunt Vincentius Lirinenſis (*b*) & Oroſius, (*c*) ambo S. Auguſtini æquales; & poſt hos omnes Caſſiodorus (*d*) id ipſum teſtatus eſt; recentiorum vero plane innumeri. Vincentius autem cum de Origene agit, hæc ait: *Ejuſdem epiſtolæ teſtimonium perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Principum Chriſtianus fuit, Chriſtiani magiſterii auctoritate conſcripſit.* Cognoviſſe plane eas viſus eſt Vincentius, qui & cujus eſſent argumenti declarat; adeout omnis erroris debeat abeſſe ſuſpicio. Oroſius autem de eodem Imperatore: *Nec dubium eſt*, inquit, *quin Philippus hujus tantæ devotionis gratiam, & honorem ad Chriſtum, & Eccleſiam reportarit; quando vel aſcenſum fuiſſe in Capitolium, oblataſque ex more hoſtias, nullus Auctor oſtendit*: Hæc ipſe.

Aſſertores Chriſtianitatis Philippi.

(b) Vincen. Lirin. adverſ. Hæreſ. cap.13.
(c) Oroſ. l.7.
(d) Caſſiodor. in Chronico.

IX. Cæterum ſicut conſtantiſſime affirmare non dubitamus, eum cum invaſit Imperium, fuiſſe Gentilem; ita a Chriſtiana fide alienum non deceſſiſſe, Acta etiam martyris Pontii non obſcure ſignificant. Eorum enim teſtimonio, de ambobus Philippis patre atque filio traditur, Chriſtianam fidem ſuſcepiſſe eo anno, quo Urbis natalis milleſimus numeratur, nempe quarto ejus Imperii, quod in tabulis Eccleſiaſticis, in antiquis, inquam, Martyrologiis Romanæ Eccleſiæ, Uſuardi, atque Adonis, his verbis notatum habetur: (*e*) *In Gallia S. Pontii martyris, cujus prædicatione, & induſtria poſtquam duo Philippi Cæſares ad fidem Chriſti converſi ſunt, ipſe ſub Valeriano, & Gallieno martyrii palmam adeptus eſt*: Hæc ibi. In Actis (*f*) vero ejuſdem Pontii hæc ſcripta habentur: *Pontius præfectura auctus, familiariter notus erat, & amicus Philippis Imperatoribus. Ii vero anno conditæ Ur-*

(e) Mart. Rom. die 14. Maji, & Uſuard. ea die.
(f) Extat apud. Sur. tom.7. die 14. Maji. & man. ſcr.

PAGIUS

Epiphanius Diaconus legit: *a temporibus iſtis*: nempe a prædicatione Apoſtolorum *uſque ad Conſtantinum Imperatorem, qui primus ex Chriſtianis regnavit, tranſierunt anni quaſi trecenti, cum prius tyrannidem Pagani exercerent.* Conſtantinus Porphyrogenneta in lib. de Adminiſtrando Imperio cap. 12. *Cum Deus Imperatorem fecit Conſtantinum illum magnum, qui primus Chriſtianus imperium tenuit*; Porphyrogenneta vero anno CMXI. in Oriente regnare cœpit. Præterco complures alios Porphyrogenneta vetuſtiores, quia ex his ſatis quilibet percipere poteſt jamdiu Euſebii errorem animadverſum fuiſſe & Conſtantinum M. primum Imperatorem Chriſtianum agnitum.

VI. *Acta S. Pontii ſuppoſititia.*

Baronium ad Euſebii opinionem tuendam præcipue pertraxiſſe videntur Acta ſancti Pontii Martyris, a Baluzio poſtea ex tribus Codicibus MSS. Bibliothecæ Colbertinæ lib. 2. Miſcell. pag. 124. & ſeqq. publicata, & a Bollando ad diem XIV. menſis Maii quo colitur; in illis enim dicitur Sanctum Pontium utrumque Philippum ad fidem Chriſtianam convertiſſe: *Cumque gratia individua in eis eſſet, tertio Imperii eorum anno, expleto milleſimo anno a conditione Romæ, cum diis ſuis ſacrificandum pergere vellent, dicunt beato Pontio: Eamus, & repropitiemus nobis Deos magnos, qui nos in iſtius milleſimi anni circulum natalis Romæ perduxerunt.* Paulo poſt Valerius contubernalis S. Pontii, cui illa Vita attribuitur, refert Pontium, poſtquam utrumque Imperatorem Chriſtianum feciſſet, advolaſſe ad Fabianum urbis Romæ Epiſcopum, ea quæ a ſe geſta eſſent narraſſe, additque: *In initio templum, quod magnum vocabant, ex juſſione Imperatorum arripientes ſanctus Fabianus, & beatiſſimus Pontius, confringentes omnia ejus ſculptilia, ſimul cum templo funditus ſubverterent. Ita factum eſt, ut omnis populus ad notitiam Domini noſtri Jeſu Chriſti cum alacritate & gaudio concurreret, ut baptiſmatis unda perfuſi Domino benedicerent.* Bollandus in Comment. prævio ad Acta illa num. 2. ait: Cenſemus ea quoad ſubſtantiam hiſtoriæ indubitanter recipi poſſe, eſto num. IX. & alibi grandior aliqua auxeſis inveniatur, ubi de templorum deſtructione, & populi Romani converſione ſub Philippis Chriſtianis Imp. ſit mentio. Verum ex verbis illis longe poſt Sancti Pontii Martyrium ea Acta ſcripta fuiſſe & Scriptori coætaneo affiicta palam evin-

Urbis milleſimo dixerunt ei: Eamus, & propitios nobis faciamus Deos magnos, qui nos in hunc Romanæ urbis milleſimum perduxerunt. Pontius vero multis modis ſubterfugere nitebatur: ſed illi, ut amicum, cogebant eum facere ſacrificium. Tum ille credens ſibi oblatam a Domino occaſionem; O piiſſimi, inquit, Imperatores, cum a Deo vobis collatum ſit auguſtum in homines Imperium; cur non eum potius adoratis, a quo tanto aucti eſtis beneficio? Philippus Imperator reſpondit: Ego vero ea cauſa magno Deo Jovi ſacrificare cupio, quod ab illo hæc mihi collata ſit poteſtas. At Pontius ſubridens: Ne erres, inquit, Imperator; eſt Deus omnipotens in cœlis, qui omnia condidit verbo ſuo, & ſpiritus ſui gratia animavit. Quid plura? Imperatores his, & aliis ejus ſermonibus permoti crediderunt, & a S. Fabiano Papa baptizati ſunt. Porro Fabianus, & Pontius Fani Jovis idola confregerunt, & ipſum templum funditus ſubruerunt; multique de Populo converſi ad Dominum, undis ſalutaribus expiati ſunt: Hæc, & alia de Pontio ibi. Quæ vero illic apponuntur de Jovis Templo diruto a Philippo Imperatore atque Fabiano Papa, ab alio aliquo potius fuiſſe addita putamus; nam in aliis ejuſdem Pontii Actis (*a*) ea deſiderantur. Rurſum vero, quæ ſuperius ſunt recitata ex Euſebio de Epiſcopo qui Philippum in Eccleſiam ingredi vetuit, antequam pœnitentia peccata diluiſſet, hæc contigiſſe Romæ ſub Fabiano Papa, eſt omnium prope ſententia; ſed de his inferius agendum.

(*a*) *Deſcripſit eam Mombrit.*

X. At antequam ulterius progrediamur res a Philippo Imperatore tunc geſtas narrare, quæ ſunt reliqua Gordiani, hic ex Capitolino ſcribamus: *Perlato Romam nuncio de nece Gordiani, a mærente Senatu relatus eſt inter divos. Sed, & corpus ejus ab ingratis licet militibus honoratum eſt ſepulcro in finibus Perſidis, hujuſcemodi inſcriptione inſignito;*

Inſcriptio indita ſepulcro Gordiani.

DIVO GORDIANO VICTORI PERSARUM, VICTORI GOTHORUM, VICTORI SARMATUM, DEPULSORI ROMANARUM SEDITIONUM, VICTORI GERMANORUM, SED NON VICTORI PHILIPPORUM.

Porro hunc titulum Licinius evertiſſe dicitur, cum nactus Imperium, videri vellet ſe a Philippis originem trahere: Hæc Capitolinus; qui & de ultione in occiſores Gordiani hæc ait ex Cordo: *Omnes qui eum gladio appetiverunt, qui novem fuiſſe dicuntur, poſtea interemptis Philippis, ſua manu, ſuiſque gladiis, & iiſdem quibus illum percuſſerant, interiiſſe dicuntur.* At de his ſatis.

Chri-

PAGIUS

vincitur, quod cum intelligeret Baronius dicit ſe ſe putare ea verba ab aliquo potius fuiſſe addita & in illis ejuſdem Pontii Actis apud Monbritium ea deſiderari. At ea eſſe Auctoris Actorum, non vero alicujus Interpolatoris demonſtrant editiones Baluzii & Bollandi ad fidem MSS. concinnatæ. Ex illis itaque Actis nihil hanc in rem erui poteſt.

VII. *Literæ Origenis ad Philippum non oſtendunt eum fuiſſe Chriſtianum.*

Neque etiam ad rem facit quod prodit Euſebius lib.6. cap.36. ubi de libris ab Origene compoſitis mentionem facit: *Extat ejus Epiſtola ad Imperatorem ipſum Philippum, & altera ad conjugem illius Severam*, quibus ex verbis Baronius num.VII. deducit Euſebium facile intelligere potuiſſe, an vere Philippus Imperator Chriſtianus eſſet. Nam Euſebius non aſſerit ſe ſe eas Epiſtolas legiſſe, & ſi vere Philippus, ejuſque conjux literas illas acceperint, non inde magis ſequitur eos Chriſtianos fuiſſe, quam Antoninum Imp. Evangelio crediſſe, quod ad eum Sanctus Juſtinus Martyr ſcripſerit. Denique quod ait Baronius num.VIII. ex Oroſio lib.7. cap.13. nullum Auctorem tradere Philippum in Ludis Secularibus aſcendiſſe in Capitolium, & ex more hoſtias immolaſſe, confutabitur anno CCXLVII. quo de Ludis Secularibus ſermo erit. Hic tantum dicam, non majorem fidem adhibendam eſſe Euſebio Philippum Imp. Chriſtianum facienti, quam eidem lib.1. Hiſt. cap.13. affirmanti *Abgarum* Edeſſenorum Regem, auditis Chriſti miraculis ad ipſum literas dediſſe, & Chriſtum mutuas ad eum literas ſcripſiſſe, quibus ſe miſſurum ad ipſum unum ex Apoſtolis ſuis pollicitus eſt, miſſumque narrat a Thoma Apoſtolo Thadæum unum ex LXX. diſcipulis, qui Servatoris promiſſa impleret. Neque enim minus ſuppoſititia Philippi Imperatoris pœnitentia ab Euſebio narrata, quam duæ Epiſtolæ Abgari ad Jeſum & Jeſu ad Abgarum, quam utramque Gelaſius Papa in Decreto de libris apocryphis inter libros apocryphos recenſet. Nec etiam major fides Hieronymi de converſione Philippi Imperatoris loquentis, quam cum in lib. de Script. Eccleſ. de Seneca ſcribit: *Quem non ponerem in catalogo Sanctorum, niſi me illæ Epiſtolæ provocarent, quæ leguntur a plurimis Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum.* Priores Scriptores Chriſtiani fidei noſtræ promovendæ toti addicti, & ſummo animi candore præditi ſe ſe ſæpe nimis faciles in iis, quæ religioni favebant, præbuerunt, ut innumera exempla demonſtrant.

JESU CHRISTI ANNUS 247.	FABIANI PAP. ANNUS 9.	PHILIPPI IMP. ANNUS 2.

I. CHriſti anno ducenteſimo quadrageſimoſeptimo Philippus Aug. Conſul creatus eſt, & cum eo Fabius Titianus; quo idem Imperator Romam ſe contulit.

Hoc eodem anno, (ut auctor eſt Porphyrius *a*) Plotinus Platonicus Philoſophus, Ammonii Chriſtiani hominis diſcipulus, Romam veniens, publice profiteri cœpit; habetur is inter Ethnicos Platonicæ philoſophiæ ſtudioſos facile Princeps. Quæ autem ab Ammonio percepiſſet, haud facile, utpote intima philoſophiæ ſecreta, omnibus patefecit; de eo enim hæc idem habet Porphyrius; *Imperante Philippo, Romam venit quadrageſimum jam natus ætatis annum. Cum vero Herennius, & Origenes, & Plotinus olim inter ſe conſtituiſſent, ne Ammonii dogmata ederent, quæ audita ab eo, tanquam in primis purgata, præcipue comprobarentur: Plotinus quidem ſtetit promiſſis, familiariter quidem nonnullos excipiens ſalutantes, inſtituta vero Ammonii ſecreta integraque conſervans. Herennius autem primus pacta diſſolvit, & Origenes anticipantem Herennium eſt deinde ſecutus:* Hæc Porphyrius. Sed quænam ea fuerint ſecreta, licet dicat tum ab Herennio, tum ab Origene diffamata, nobis tamen hactenus incomperta ſunt.

(*a*) *Porphyr. in Vita Plotini.*

Plotinus Romam venit.

II. Quid autem S. Auguſtinus (*b*) de ſchola Plotini Romæ hoc anno profiteri inci-

(*b*) *Aug. ep. 56. in fine.*

pien-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5738.

SÆC. III. Anno Urbis 998. Olymp. 256. an. 1. A.C. 245.

☉ 2. E. ☽ 18. P. 30. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 245. *ſecund. Baronium* 247.

FABIANI PAPÆ 10.

PHILIPPI IMP. 2.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. & ſeqq. Coſſ. *M. Julius Philippus Aug.* & *Fabius Titianus.* Conſulatus Philippi juxta primam regulam.

II. *Philippus anno elapſo Romam venit.* Utriuſque Philippi Romam adventus anno præcedenti contigit, ut ex iis, quæ tunc diximus, certum redditur. Non bene itaque Baronius num. IV. habet: *Hoc item anno ſecundo, quo e Perſide Imperator Romam advenit, Philippum filium creatum fuiſſe Auguſtum Nummi ſignificant, quibus hæc ineſt Inſcriptio,* ADVENTUS AUGG. S. C. Mediobarbus, qui recte vidit, Philippum juniorem anno tantum CCXLVII. appellatum Auguſtum fuiſſe, quod & infra demonſtrabimus, perperam tamen hoc anno ſcribit, Philippum Romam rediiſſe cum filio, & eidem in itinere Tribunitiam Poteſtatem communicaſſe. Utrumque enim ad annum præcedentem omnino referen-

dum

NOTÆ [1] COſſ. *M. Julius Philippus Aug. & Fabius Titianus.* Alii hunc Philippi Collegam *Caium Maſium Aquilium Fabium Titianum* vocant, ut apud Reinerium pag. 425. & apud Fabrettum ex Gualthero pag. 119. n. 6. ubi:

C. MAESIO AQUILLIO FABIO
TITIANO. C. V. COS.

Nonnulli hos conſules A. D. 358. alligant. Sponius in Miſcellan. pag. 98. & Fabrettus item pag. 610. n. 79.

CONDITAE. PRID. KAL. OCT.
IMP. PHILIPPO. AUG. ET
TITIANO COS.

In Gudianis apud Relandum legitur:

IMP. CAES. M. JULIO. PHILIPPO
AUG. ET. IUNIO. DIDIANO. COS.

Corrupte ſcriptum putant *Didianum* pro *Titianum*. Extremis nominibus efferuntur apud Fabrettum pag. 610. & apud Sponium Miſcell. pag. 98.

PR. KAL. OCT. IMP. PHILIPPO
AUG. ET. TITIANO. COS.

Nummi *Philippi* in Muſæo Theupolo pag. 622. cum epigraphe:

P. M. TR. P. II. COS. P. P.

Item:

P. M. TR. P. III. COS. P. P.

Faſti vulgares: *Filippo* & *Titiano*.

Quid S. Auguſtin. de Diſcipulis Plotini.

pientis referat, hic intexere operæpretium exiſtimamus; ad Dioſcorum enim hæc ſcribit: *Tunc Plotini ſchola Romæ floruit, habuitque condiſcipulos multos acutiſſimos, & ſolertiſſimos viros; ſed aliqui eorum magicarum artium curioſitate depravati ſunt; aliqui Dominum Jeſum Chriſtum ipſius veritatis atque ſapientiæ incommutabilis, quam conabantur attingere, cognoſcentes geſtare perſonam, in ejus militiam tranſierunt:* Hæc ipſe: at de his ſuperius in Ammonio, ubi, & de Plotino plura. Inter alios a Plotino editos commentarios, meminit Porphyrius ſcripti ab eo libri adverſus Gnoſticos; ſic dicens (a).

(a) *Porphyr. in vit a Plotini.*

III. Plotinus contra Gnoſticos ſcripſit.

Erant Chriſtiani eo tempore multi, tum alii, tum ex antiqua philoſophia egreſſi hæretici, Adelphii, Acylinique ſectatores, qui Alexandri Libyci, Philocomi, Demonſtrati Lydi plurimos libros circumferebant, & revelationes quaſdam Zoroaſtris, Zoſtriani, Nichorei, Allogonis, Meſi, aliorumque ejuſmodi, palam oſtendentes, & deceperunt multos, & ipſi decepti jam fuerant, aſſerentes Platonem intelligibilis eſſentiæ profundum minime penetraſſe. Quamobrem Plotinus multas in diſputationibus ſuis in eos argumentationes intulit, ſcripſitque contra eos librum, quem, Contra Gnoſticos, nos inſcripſimus, nobiſque reliqua diſcutere, & judicare commiſit. Amelius autem libros quadraginta compoſuit contra librum Zoſtriani. Ego vero Porphyrius argumentationibus multis oſtendi, librum Zoroaſtris ab illis inſcriptum, adulterinum novumque eſſe, & ab eis confictum, qui ſtruebant hæreſim, ut inſtitutiones ſuæ eſſe Zoroaſtris veteris crederentur: Hucuſque Porphyrius.

IV. Marſilius Ficinus (b), qui Plotini commentarios egregie illuſtravit, hæc habet in commentariis in librum octavum Plotini, quæ ad hæc, de quibus agimus, ſpectant: *Plotini autem mentem* (inquit) *non fuiſſe a Chriſtiana lege penitus alienam, ex eo conjicere poſſumus, quod cum Ammonii ſemper Chriſtiani diſcipulus fuerit, & Chriſtianiſſimi Origenis ſemper amicus, conveniſſe dicitur una cum Origene atque Herennio, ſe nunquam ab inſtitutis Ammonii diſceſſurum; idque, ſicut promiſerat, ſervaviſſe. Præterea Gentilium Deorum cultum alto animo aliquando contempſiſſe, Æmilio ad hoc exhortante, Porphyrius ipſe diſcipulus ejus eſt teſtis. Denique ab hæreticis multis Platonem ſuum partim depravantibus, partim etiam contemnentibus, frequentius irritatus, reſpondit quidem latiſſime, nihil tamen in reſpondendo commune Chriſtianis inſeruit, ſed propria dumtaxat ad hæreſim; cum alioqui impune in Chriſtianos invehi ea tempeſtate liceret, & offerretur occaſio:* Hæc ipſe. At de Origenis congreſſu cum Plotino Romæ habito dicemus anno ſequenti. Hoc item anno ſecundo, quo e Perſide Imperator Romam advenit, Philippum filium creatum fuiſſe Auguſtum, nummi ſignificant, quibus hæc ineſt inſcriptio, ADVENTUS (c) AVGG. S. C.

(b) *Marſil. Ficin. in commen. Plotini c. 7.*

Quid Marſilius de Plotino.

(c) *Apud. Adol. Occon. lib. de num.*

PAGIUS

dum, quo & ei conſignanda erant Numiſmata Philippi ſenioris, in quorum poſtica legitur: vel, ADVENTUS AUGG. vel, FORTUNA REDUX, vel, CONCORDIA AUGG. ea enim anno præcedenti, quo Philippus Romam venit, percuſſa. Sed ex illis male deduxit Baronius, Philippum juniorem, quando Romam cum patre rediret, Auguſtum ab eo appellatum eſſe.

III. *Cæſares in Nummis quandoque Auguſti appellati.*

Deprehendi enim, Cæſares conjunctim cum Auguſtis in Nummis memoratos, Auguſtorum etiam nomine deſignatos eſſe, quod tot exemplis infra demonſtrabo, ut res in dubium revocari non debeat. Hinc non mirum, ſi in præfatis Nummis duo Auguſti exprimantur, licet Philippus junior Cæſar tantum eſſet, quando ii cuſi. Ea loquendi formula in Nummis uſurpari ſolita, Maximino Auguſto Imperante, quæ poſtea in magno uſu fuit. Licet enim Julius Maximus ejus filius Cæſar ſolum eſſet, tamen Mediobarbus duo ejus Numiſmata producit inſcripta: MAXIMUS CAES. GERM. in poſtica utriuſque VICTORIA AUGUSTORUM: quæ epigraphe in duobus etiam Maximini Auguſti Nummis ſculpta. Certum itaque, Maximum Cæſarem ideo in iis Nummis Auguſti nomine deſignatum, quia in illis conjunctim cum patre Auguſto enuntiatur.

JESU CHRISTI ANNUS 248.	FABIANI PAP. ANNUS 10.	PHILIPPI IMP. ANNUS 3.

I. Origenes cauſam agit apud Fabianum Papam.

ANno ſequenti ducenteſimo quadrageſimooctavo, Præſens , & Albinus Conſulatum adierunt. Hac ſummæ pacis occaſione , favente Imperatore Chriſtianis, ultro citroque dandis inter ſe litteris tutiori patefacta via, Origenes (a) tum ad Fabianum Romanum Pontificem , tum ad alios Epiſcopos , rectæ fidei ſcripſit confeſſionem ; teſtatur id enim Euſebius, cum ait: *Scribit præterea Fabiano Romano Epiſcopo , aliiſque permultis Eccleſiarum Præſidibus , de ſua recta , & orthodoxa de fide Chriſtiana ſententia.* At quorſum hæc? Dicam; ſed prius, quæ paulo ante idem tradit Euſebius (b) , hic referenda: *Jam* (inquit) *tertius annus eo regnante præterierat, cum Heraclas miniſterium Eccleſiæ Alexandrinæ undecim annis executus , e vita deceſſit , & ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopatum obtinuit Dionyſius*: Hæc ipſe. Quæ ſub Demetrio olim adverſus ſcripta Origenis excitatæ ſunt turbæ, quando , (ut dictum eſt) ob hæreſes in eis inventas meruit ab eodem excommunicari Demetrio ; eo defuncto , penitus conſopitæ fuerunt, in omnibus Origeni favente Heracla Demetrii ſucceſſore . Sed eo extincto , cum in locum ejus ſuffectus Dionyſius eſſet ; licet ejuſdem Origenis olim fuiſſet diſcipulus , attamen veritatis ardore æſtuans , nullam ejus rei ducens rationem , & Deo cuncta poſt habens , ipſum Origenem , qui jam ſcripta ſua multis erroribus aſperſa evulgarat, cœpit acriter impugnare , & in multis hæreſeos accuſare.

II. Origenis Apologia ad Fabianum PP.

Origenes autem , cum tot tantaque a ſe ſcripta jam edita haud facile corrigere aut emendare poſſet, aut vellet ; hac una tantum via ſuæ integritati conſulere ſatis arbitratus, rectæ fidei profeſſionem primo ad Fabianum Romanum Pontificem tamquam ad totius Catholicæ Eccleſiæ Præſulem, mox ad alios miſit Epiſcopos ; intexuit illam Euſebius in ſua pro Origene,

(a) *Euſeb. lib. 6. cap.* 29.

(b) *Euſeb. lib. 6. cap.* 28.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5739.

SÆC.III. Anno Urbis 999. Olymp. 256. an.2. A.C. 246.

☉ 3. D. ☽ 19. P.19. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 246. *ſecund. Baronium* 248.

FABIANI PAPÆ 11.

PHILIPPI IMP. 3.

I. *Conſules.*

AD num. I. & ſeqq. Coſſ. *Bruttius Præſens* , & *Nummius Albinus*.

II. *Duo Origenes , in unum non confundendi.*

Baronius num. III. exiſtimavit, Origenem illum, cujus mentio in Vita Plotini , diverſum non eſſe ab Origene Adamantio. Sed Valeſius in Notis Euſebianis lib. 6. cap. 19. & Huetius lib. 1. Origenianorum cap. 1. num. 7. docte oſtendunt , geminum Origenem Ammonio operam ad audiendum dediſſe , alterum Adamantium Leonidis Martyris filium , alterum illum qui cum Herennio & Plotino a condiſcipulatu conjuncte vixit , & cujus frequens occurrit mentio in Vita Plotini a Porphyrio conſcripta , & in libri de Fine a Longino elucubrati Fragmento, quod huic ipſi Vitæ Porphyrius intexuit. Hæ eorum rationes. Adamantium Origenem Ammonii auditorem multam ex ſcriptis apud poſteros gloriam fuiſſe conſecutum a Porphyrio traditum eſt ; at Origenem alterum Plotini ſodalem nihil præter libellum de Dæmonibus ſcriptum reliquiſſe , docent iidem Porphyrius & Longinus. Imperantibus præterea Gallo & Voluſiano Origenem eum, qui Adamantius vocatur , extremum clauſiſſe diem , prodit Euſebius; Origenem vero alterum ſub Gallieno librum quemdam elaboraſſe in eadem Plotini Vita ſcriptum Porphyrius reliquit. Quibus tertium illud argumentum additur , Origenem Adamantium ſibi valde adoleſcenti cognitum aliquando fuiſſe Porphyrius tradidit ; quod profecto non dixiſſet , ſi diuturna ſibi cum illo & conſtans interceſſiſſet neceſſitudo: Origenis autem alterius Romæ condiſcipulum & æqualem fuiſſe Porphyrium , memoriæ prodidit Eunapius. Sane Imperium tenente Philippo , iter Romam neutiquam ſuſcepiſſe Origenem Adamantium , & Roma omnino per id tempus abfuiſſe certiſſimum eſt; nec enim tam longam peregrinationem credibile eſt fuiſſe prætermiſſuros Euſebium & Hieronymum: at Origenem alterum ad Plotinum Romæ tum in Scholis publice diſſerentem acceſſiſſe , idem Porphyrius eſt auctor. Id ſi animadvertiſſet Doctiſſimus Cardinalis , neque contra Euſebii fidem Origenem Adamantium , quem ab alio non diſtinxit , ſecundo Romam abiiſſe ad Fabianum Papam , purgandi ſui cauſa, excogitaſſet , neque aliis idem ut crederent, cauſam præbuiſſet: hoc enim unus ille Porphyrii locus Viro magno perſuaſit.

III. *Dionyſius Alex. Origeni favi.*

Præterea ſcribit Baronius num. I. *Heraclam* Epiſcopum Alexandrinum Origeni in omnibus faviſſe , ideoque poſt Demetrii hujus deceſſoris mortem turbas adverſus Origenem conſopitas fuiſſe; Dionyſium vero Heraclæ ſucceſſorem Origeni infenſiſſimum ſe præbuiſſe. Verum , ut Huetius Præſul eruditiſſimus lib. 1. Origenian. cap. 2. num. 15. annotavit , non aliter in Origenem *Heraclas* animatus fuit , ac deceſſor ipſius *Demetrius*. Gennadius enim in lib. de Viris Illuſtribus ſcribit , Theophilum Alexandrinum Epiſcopum tradidiſſe Origenem , *non a ſe primum ſed ab antiquis Patribus , & maxime Heracla fuiſſe & a Presbyterio ejectum , & de Eccleſia pulſum , & de civitate fugatum*. Idem habet Scriptor Vitæ S. Pachomii , & Epiſtola Synodica Epiſcoporum Ægypti , cujus Fragmentum affert Ju-

NOTÆ [1] COſſ. *Bruttius Præſens, & Nummius Albinus*. Relandus, quem alii ſequuntur, omiſſis prænominibus ac ceteris nominibus, ita affert: *Præſens & Albinus*. Faſti vulgares quoque: *Præſente & Albino*.

ne, (ut teſtatur) ſcripta Apologia, quæ excidit. Quid autem ad hæc Fabianus, acquieverit necne, ea tantum ab eo ſcripta fidei confeſſione contentus; nihil præterea Euſebius ſcribit, & (ut puto) dolo reticuit, quippe qui (ut ſæpe ſuperius demonſtravimus,) quæ eſſent tantum ejus laudis, memoriæ commendavit: reliqua vero, quibus reprehenſione non caruit, vel tacuit, vel certe excuſavit. Verum quod plane certum atque compertum habeamus, Origenem his Philippi Imperatoris temporibus Romam ſe contuliſſe; par eſt credere, eum a Fabiano in re tanta ad dicendum cauſam fuiſſe vocatum, vel quod ille non recepiſſet ab eo ſcriptam fidei confeſſionem, ipſum ſponte Romam apud eum ſe purgaturum acceſſiſſe.

III. *Origenes Romam veniens quid cum Plotino.*

De adventu autem Origenis Romam Philippi tempore, nihil penitus Euſebius, qui prioris tantum illius adventus tempore Zephyrini Papæ, (ut vidimus) meminit. At veniſſe ipſum Romam his temporibus, cum Plotinus Romæ doceret, Porphyrius in Vita Plotini perſpicue demonſtrat, dum hæc ait de eo Romæ publice profitente: *Cum Origenes aliquando veniſſet in ſcholas, Plotinus ſtatim genas rubore ſuffuſus aſſurgere voluit. Sermones vero ab Origene continuare rogatus, reſpondit; Studium loquendi ceſſare, quando qui loquitur, animadvertit ſe ad illos, quidem ipſi noverint, verba facturum. Atque ita, cum pauca quædam diſſeruiſſet, inde ſurrexit:* Hæc Porphyrius; qui, & quantæ æſtimationis habitus fuerit Origenes etiam ab externis, his plane verbis demonſtrat, itemque ex teſtificatione Longini alias recitata, dicentis: *In ſecundo genere Platonici quidam Ammonius atque Origenes quibus cum nos diu verſati ſumus, viris profecto intervallo non parvo ſui ſæculi philoſophos intelligentia ſuperantibus.*

IV. *De tempore Adventus Plotini Romam.*

Sic igitur ex ejuſmodi Origenis cum Plotino Romæ congreſſu inito, cum conſtet nonniſi Philippi Imperatoris temporibus Plotinum Romam veniſſe, ibique primum docere cœpiſſe: ejuſdem Origenis, Romam Fabiani Papæ tempore adventum contigiſſe, ſatis videri poteſt haberi teſtatum; nam, (ut ex eodem Porphyrio auctore dictum eſt) non alibi quam Romæ, & ſub Philippo Plotinus primo docere cœpit. Antehac enim ſub Ammonii diſciplina undecim annis inſumptis, indeque peregrinatus ad Perſas, mox ſub Philip-

PAGIUS

Juſtinianus in Epiſtola ad Menam: *Cum enim impias orationes habere cœpiſſet, beatæ memoriæ Heraclas Epiſcopus, qui tunc florebat, tanquam arator, & vinitor veritatis, ſtudioſus Eccleſiaſtici agri, cum e medio pulchræ ſegetis, ſic tanquam vere malam zizaniam evellit.* Eſt ſimile quidpiam apud Petrum Alexandrinum in Myſtagogia, cujus particulam recitat Juſtinianus in eadem Epiſtola; *Quid autem dicam Heraclam & Demetrium beatos Epiſcopos? quales tentationes ab inſano Origene paſſi ſunt, cum & diſſidia ſereret in Eccleſia, quæ ad hanc uſque diem turbas in ea excitarunt.* Denique Photius in Bibliotheca codice CXVIII. ait, edicto Demetrii ſubſcripſiſſe quotquot ipſi Origeni antea ſuffragati fuerant. Cauſam vero cur Origenem a Dionyſio Epiſcopo Alex. oppugnatum crediderit Baronius, ibidem nullam affert.

IV. *Origenem etiam poſt mortem laudavit.*

Quare merito Halloixius in Notat. ad Origen. Defen. lib. 1. cap. 22. & Huetius citatus cap. 3. num. 10. hanc ejus opinionem repudiarunt, & Origenem, quoad vixit, ſummopere a Dionyſio obſervatum, & poſt ejus mortem etiam laudatum fuiſſe contendunt. Certe Origeni in tormentis exiſtenti Dionyſius Alex. qui ejus fuerat diſcipulus, librum de Martyrio ſcripſit, quo animum illi dolore ac miſeria tabeſcentem relevaret, & ei ſolatii præſtaret vicem, qui aliis hanc omnibus præbere ſolitus erat. Tum vita functum laudibus proſecutus eſt in Epiſtola ad Theotechnum, ſeu Theoctiſtum Cæſarienſem Epiſcopum, ut a Gobaro apud Photium codice CCXXXII. proditum eſt.

V. *Heraclæ Alex. Epiſcopi obitus.*

Heraclæ obitus de quo Baronius num. I. & V. anno Chriſti ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo contigit. Scaliger in Animadverſ. Euſeb. notat, Codicum omnium tam ſcriptorum, quam editorum Chronici Euſebiani una conſpiratione Heraclæ mortem conjici in annum quintum Philippi: ideoque ſtare non poſſe quod tradit Euſebius in Hiſtoria lib. 6. cap. 35. anno nempe Philippi tertio Heraclam *poſt ſexdecim Epiſcopatus annos* diem extremum obiiſſe. Jam Pontacus in Notis ad Chronicum Euſebii obſervarat, hunc lib. 7. cap. 28. Hiſtoriæ aſſerere, Dionyſium e vivis exceſſiſſe *anno Principatus Gallieni duodecimo, cum Alexandriæ Epiſcopatum ſeptemdecim annos occupaſſet;* annum vero XII. Gallieni in annum Chriſti CCLXIV. incidere, ideoque Dionyſii initium cum tertio Philippi Imperatoris anno concurrere non potuiſſe. Sed ſi anni illi XVII. anno ſequenti incipiantur, quo tertius Philippi adhuc in curſu erat, Heraclas annos ſedecim, quot ei Euſebius aſſignat, ſederit. Inanis itaque doctorum Virorum conjectura, qui exiſtimant, in Hiſtoriam Euſebii, ubi de Heraclæ annis ſermo eſt, errorem irrepſiſſe. De annis enim XVI. conſentit Indiculus Nicephori juxta MS. Londinenſe. Nam editio Pariſienſis corrupta, ut obſervat Pearſonius in Annalibus Cyprianicis, qui addit, in eodem Manuſcripto annos XVII. Dionyſio attribui. Quare mors Heraclæ ad annum CCXLVII. pertinet.

VI. *Origenes ſedente Fabiano PP. Romæ non fuit.*

Euſebius lib. 6. cap. 36. de Origene jam ſexagenario majore ait: *Sed & ad Fabianum Romanæ urbis Epiſcopum & ad complures alios Eccleſiarum Antiſtites de recta fidei ſuæ ratione epiſtolas ſcripſit.* Cum vero exiſtimaret Baronius, Origenem Philippi Imperatoris temporibus Romam ſe contuliſſe, ibique Plotinum audiviſſe, putavit, eum a Fabiano in re tanta ad dicendam cauſam fuiſſe vocatum; vel quod ille non recepiſſet ab eo ſcriptam Fidei confeſſionem, ipſum ſponte Romam apud eum ſe purgaturum acceſſiſſe, idque Euſebium dolo reticuiſſe. Verum licet incertum ſit, quid de hac Fidei profeſſione contigerit, Origenem tamen, Philippo imperante, Romam non veniſſe, neque illum Plotini Romæ auditorem fuiſſe, ſed quendam alium Origenem ab Adamantio diverſum, ex ſupra dictis certum redditur. Ad Fabianum autem ſcribere coactus fuit Origenes, quod dum nomen ejus maxime celebraretur, a nonnullis infamaretur.

Baron. n. III. & IV.

lippo Romam ſe contulit. Nec eſt, quod ad poſt Philippi tempora idem Origenis Romam adventus poſſit aptari; nam poſtea Decio regnante, ac perſecutionem graviſſimam in Chriſtianos excitante, omnis Chriſtianis mutuus congreſſus interceptus eſſe videri poterat, commeatu ſublato. Cæterum haud diutius Roma moratus eſſe Origenes videtur, qui in Orientem regreſſus, adverſus obortas in Arabia hæreſes, una cum Orthodoxis Epiſcopis certamen iniit; quænam porro illæ fuerint, ſuo loco oportunius dicentur.

V. Quod vero ſpectat ad Heraclæ obitum, & Dionyſii ſucceſſionem; dum undecim tantum illi tribuuntur anni, error videtur in numerum irrepſiſſe; cum ex iis, quæ ex Euſebio ſunt ſuperius dicta, quatuordecim ſaltem anni ejus ſedis adnumerentur. S. Hieronymus (a) ad Evagrium ſcribens, quid in ea Eccleſia uſque ad hæc Dionyſii tempora in electione Epiſcoporum agi conſueverit, narrat his verbis: *Alexandriæ a S. Marco Evangeliſta, uſque ad Heraclam, & Dionyſium Epiſcopos, Presbyteri ſemper unum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum, Epiſcopum, nominabant; quo modo ſi exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de ſe quem induſtrium noverint, & Archidiaconum vocent*: Hæc ipſe; ſed de his alias ſuperius.

(a) *Hieron. epiſt.* 85.

De Dionyſio Heraclæ ſucceſſore.

JESU CHRISTI ANNUS 249. FABIANI PAP. ANNUS 11. PHILIPPI IMP. ANNUS 4.

I. Milleſimus Urbis. CHriſti Redemptoris anno ducenteſimo quadrageſimonono, duobus Philippis Patre ac filio Auguſtis, ſecundum illo, hoc primum Coſſ. milleſimus annus ab Urbe condita numeratur; quem Philippus inſignibus editis muneribus celebravit, ut Capitolinus in Gordiano teſtatur. Addit Aurelius (b) Victor, in his ludis Philippum Patrem petulantius cachinnantem a Philippo filio vultu averſo notatum, ac tacite redargutum. Admirandum omnibus fuit, puerum præter ætatis uſum fuiſſe a riſu abſtinentem; quamobrem ἀγέλαστος dictus eſt; ſic fortaſſe a Severo Matre Chriſtiana fœmina moribus informatus.

(b) *Aurel. Vict. in Philipp.*

II. Hoc pariter anno Philippos Auguſtos Patrem, & filium Chriſtiana religione initiatos eſſe, quæ dicta ſunt ſuperius ex Actis Pontii martyris, plane demonſtrant. Equidem leges a Philippo ſancitæ magnum ſpecimen reddunt Principis Chriſtiani. Nam in primis ſentinam illam deteſtabilium turpitudinum Romæ inolitam, & immobiliter hæreſcentem, hauſit ac penitus ſuſtulit, nempe exoletorum claſſes. Teſtatur id Lampridius in Alexandro, cum de eo ait: *Habuit in animo, ut exoletos vetaret; quod poſtea Philippus fecit.* Plane Chriſtianorum Principum erat hoc opus. Etenim poſt Philippum ab Ethnicis Imperatoribus iidem reſtituti, poſtea (ut dicemus) per Conſtantinum penitus ſublati ſunt.

Philippus Imp. abſtulit Exoletos.

III. Sed, & illa quoque Philippi ſanctio Chri-

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 1000. Olymp. 256. an. 3. A. C. 247.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5740.

☉ 4. C. ☽ 1. P. 11. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 247. *ſecund. Baronium* 249.

FABIANI PAPÆ 12.

PHILIPPI IMP. 4. ET PHILIPPI JUNIORIS IMP. 1.

I. *Conſules.* ANum. I. ad VI. Coſſ. *M. Julius Philippus Aug. II. & M. Julius Philippus Cæſar.* Sumtus hic Conſulatus a Philippo ſeniori juxta ſextam regulam, propter Ludos nempe Seculares hoc anno editos, quos in ſuo & filii Conſulatu edidiſſe teſtatur Capitolinus in Gordiano III. cap. 33. Philippus junior, qui juxta tertiam regulam Conſul proceſſit, hujus anni initio adhuc Cæſar erat, ut oſtendit Inſcriptio, quam Gruterus pag. 273. ſeſe ex Cambdeno accepiſſe dicit.

IMP. CAES.
PHILIPPO
PIO, FELI
CI
AUG
ET M. IMP. PHI
LIPPO NOBILIS
SIMO TR. P. COS.

II. *Philippus junior Auguſtus renuntiatur.* Porro Philippum juniorem præſenti anno Auguſtum nuncupatum fuiſſe, non vero ſecundo Imperii paterni anno, ut arbitratus eſt Baronius anno CCXLV. num. IV. evincit locus Panegyrici ab Auctore incerto Maximiano Herculio & Conſtantino M. anno CCCVII. recitati. In eo num. 2. poſtquam Orator dixit, Conſtantinum per ſocerum, Herculium nempe, cujus filiam Fau-

NOTÆ [1] COſſ. *M. Julius Philippus Aug. II. & M. Julius Philippus Cæſar.* Faſti Idatiani, Vindebonenſes, Proſperi Chronicon, & Bucherii laterculus: *Philippo II. & Philippo.*

Philippi piæ leges.

Chriſtianam magnopere redolet pietatem, dum garrulam Poetarum linguam licenter nimis famam honeſtiſſimorum virorum carpentem coercere conatus eſt; quod etiam ea abuterentur arte ad inficiendos juvenum animos turpitudine; etſi enim eos penitus auferre difficillimi videretur res eſſe negotii, tamen lege edita, eoſdem ex albo bonarum artium profeſſorum expunſit, dum eos a privilegiis illis conceſſis excluſit, cum hæc ſtatuit: (*a*) *Poetæ nulla immunitatis prærogativa juvantor.* Multa præterea alia ab eo pie ſanċteque eſſe ſtatuta, quæ exciderunt, ex iis facile poſſumus intelligere, quibus, & labem invaſi Imperii ſtuduit abolere, ſacro baptiſmate expiatus. Si quid autem poſt hæc quavis occaſione deliquit, quo ab Eccleſia jure eſſe deberet extorris, facta exomologeſi, (ut ex Euſebio (*b*) dictum eſt) publice in Eccleſia, Fabiano Papa id exponente, magnæ pietatis Chriſtiani Imperatoris culmine dignum exemplum edidit. Cæterum, quod ad res ab eo geſtas pertinet; non abſque invidia, & odio Chriſtiani nominis factum exiſtimo, ut ſeptennium ejus Imperii temporis obſcurum plane remanſerit; ſi enim improbæ illæ fuiſſent perinde atque ejus ingreſſus, ſcriptores Ethnici non tacuiſſent, qui ſcelus illud egregie reliquere teſtatum. Sed proſequamur cætera.

(*a*) *l. Poetæ C. de profeſſ. lib.* 10.

(*b*) *Euſeb. lib.*6.*c.*27.

Quod

PAGIUS

Fauſtam eo anno conjugem duxit, nomen Imperatoris accepiſſe, gratiaſque utrique Principi reddidit, quod in ſuſcipiendis liberis omnibus ſeculis prodeſſent, ait: *Quod huic veſtro in Rempublicam merito poſſumus dignum nomen adſcribere? Qui non plebeio germine, ſed Imperatoria ſtirpe Rempublicam propagatis, ut quod milleſimo anno poſt Urbem conditam eveniſſe tandem gratulabamur, ne mutatoria per novas familias communis ſalutis gubernacula traderentur, id eſt, omnibus duret ætatibus, Imperatores ſemper Herculii.* Sed hæc verba, *ut quod milleſimo anno poſt Urbem conditam eveniſſe tandem gratulabamur*, inter duas parentheſes, ut ſenſus verborum conſtet, claudenda: vox vero, *ut* in eo loco ſignificat *quemadmodum*, vel *ſicut*, id eſt, ſicut eandem rem anno Urbis milleſimo eveniſſe gratulabamur. Currenti itaque anno, quo milleſimus Urbis celebratus fuit, Philippus ſenior Philippum filium Auguſtum dixit, quod magis in morte ejus probabitur. Agebat hic annum ætatis decimum, cum anno vitæ duodecimo, Aurelio Victore teſte, perierit.

III. *Congiarium ob Philippi junioris nuncupationem populo datum.*

Extant Philippi ſenioris duo Numiſmata, quorum primum a Monterchio in Rarioribus maximi moduli Numiſmatis pag.97. alterum a Strada pag.117. refertur. In priori legitur: CONCORDIA AUGUSTORUM. Viſuntur tria capita, conjuncta duo, Philippi ſc. & Otaciliæ uxoris, Philippi filii caput reſpicientia. In poſtica: P. M. TR. P. III. COS. in eaque inſignis largitionis imago exhibetur. In poſteriori Nummo etiam majoris moduli habetur: IMP. CAES. M. IUL. PHILIPPUS AUG. in poſtica, P. M. TR. POT. III. COS. II. P. P. Repræſentantur tres viri togati ſedentes, treſque alii ſimiles e regione, in medio quorum ambo Philippi, pater & filius, in ſublimiori ſuggeſtu ſedent. Ulterius eſt populus, viri nempe, mulieres, ac pueri, qui concurrunt ad accipiendum Congiarium, quod expreſſum eſt in viro quodam, qui teſſeram tenet. Monterchius V. C. exiſtimat, in utroque Nummo cerni magnificam Largitionem Philippi, ſeu Congiarii populo dati in celebratione novi ſeculi, ſeu anni milleſimi Urbis, quod Baronius obſervarit, milleſimum illum annum a die XXI. Aprilis Urbis natali incepiſſe, & ſequenti Chriſti anno terminatum eſſe. Verum non dubito, quin ſecundus Nummus ad inaugurationem Philippi junioris pertineat, cum ſoliti eſſent Imperatores Congiarium populo dare, quando filios Cæſares renuntiabant, aut Imperii Collegas nuncupabant. Præterquam quod in Nummis, in præcedentibus Ludis Secularibus percuſſis, nullum cernitur Congiarii veſtigium.

Quoad primum Nummum ejuſdem Philippi ſenioris, cum is in eo dicatur Conſul ſine ulla numerali nota, ante præſentem annum, ac poſt annum CCXLV. quo Philippus ſenior primum Conſulatum geſſit, percuſſus, eo ſc. tempore quo Philippus junior adhuc tantum Cæſar erat. Ex quo & intelligimus, Cæſares cum Auguſtis in Nummis conjuncte memoratos, Auguſtos & ipſoſmet appellatos fuiſſe, quod magis in hujus Operis decurſu declarabitur.

IV. *Ludos Seculares Zoſimus memorare non debuit.* Baron. num.IV. & ſeqq.

In 2. part. Diſſert. Hyp. c.10. n.V. & in Prolegom. ejuſdem Diſſert. num.XI. & XII. oſtendi, Zoſimum lib.2. perperam a Baronio num. V. reprehenſum, quod Ludorum Secularium ab utroque Philippo editorum mentionem non fecerit. Zozimus enim de Ludis Secularibus centenariis Urbis reſpondentibus, quales fuerunt qui hoc anno celebrati, ſermonem non inſtituit: ſed de his tantum, qui juxta ordinationem Auguſti exhibiti ſunt, quibus credebant, Urbem, juxta vetus oraculum, bellis & morbis liberandam. Quare non mirum, ſi de Ludis Secularibus hoc anno exhibitis mentionem non fecerit; cum eos hanc vim non habere, eoſque irregulares eſſe crediderit, ut in præfatis Prolegomenis demonſtravi. Neque enim eoſdem ſilentio Zoſimus prætermiſit, quod a Chriſtiano Imperatore celebrati fuerint, ut credidit Baronius num.V. quia ut jam anno CCXLIV. diximus Philippus Imp. nonniſi errore vulgari Chriſtianus fuiſſe aſſeritur.

V. *Ludi ſeculares Philippi noni & ultimi fuere.*

Immerito etiam ibidem Baronius Zoſimum reprehendit, quod Ludorum Secularium ab Honorio Imperatore Chriſtiano celebratorum non meminerit; nullos enim Ludos Seculares Honorius edidit, neque alii poſthac celebrati, ut infra videbimus, & conſtat ex iis, quæ in Diſſert. Hypatica cap.X. num.VII. & in Prolegomenis ad eamdem num.XI. & XII. ſcripſi. Quare ludi Seculares ab utroque Philippo hoc anno repræſentati non ſolum fuerunt noni, ſed & ultimi.

VI. *In nummis Philippi certa ejus gentilitatis veſtigia cernuntur.*

Philippum vero nihil in Ludorum Secularium celebratione immutaſſe, ſed quæcumque in præcedentibus geſta fuerant, ſervaſſe, teſtantur non ſolum Numiſmata, ſed etiam Scriptores tam Ethnici quam Chriſtiani. Angellonius pag.308. ejus Nummum exhibet, in cujus poſtica ſcriptum, SAECULUM NOVUM, & repræſentatur templum quatuor columnarum cum ara, circa quam quinque figuræ ſacrificantes; Spanhemius fol.853. alium producit in quo SAECULUM NOVUM & exhibentur ſeptem figuræ ſacrificantes. Mediobarbus in Numiſmat. Impp. recitat inſcriptionem Nummi Philippi ſenioris, quæ ſic habet: P. M. TR. P. IIII. COS. P. P. in quo viſitur figura ſacrificans ad aram; Tribunitiam

autem

IV. Quod vero in antiquis nummis, SÆCVLARES AVGG. notati inveniantur Conſulatu Patris Philippi tertio, filii vero ſecundo, qui contigerunt ſequenti anno; ea ratione accidiſſe putatur, quod annos qui ab Urbe condita conſueverunt numerari, non a Kalendis Januarii Romani auſpicabantur, ſed a natali Urbis, ipſis Palilibus; nempe XI. Kal. Maji; ſicque hoc anno Urbis milleſimus inchoatus, ſequenti anno die vigeſimaprima Aprilis fuerit abſolutus, complexuſque fuerit Conſulatum Philipporum ſecundum, & tertium, partemque duorum annorum Julianorum, qui ab ipſis Januarii Kalendis incipiunt. Porro Sæculares ludos editos tempore natalis ſui Imperii a Philippo, nempe menſe Martii, aliqui putant, (c) ſed nonniſi levi opinatione; cum tamen conſtet meſſis tempore circa finem Junii menſis (ut teſtatur Zoſimus) celebrari ſolitos eſſe. Quod vero miſſilia numiſmata ipſis Kalend. Januariis erogari ſolerent, inde videas Sæculares ludos non anni hujus Conſulatu, ſed ſequentis in illis expreſſos eſſe; cum ſequentis anni Conſulatus, non præſentis, milleſimo Urbis anno contineatur; cujus quidem conſulatus Patris tertium, & filii ſecundum, amborum Philipporum Auguſtorum, nu-

(c) *Pompon. Lætus in Philip. Panvin. de Lud. Sæcul. pag. 17. & alii.*

PAGIUS autem poteſtatem IV. jam menſe Martio hujus anni hic Imperator gerebat. Mitto alia Numiſmata, in quibus ſuperſunt certa veſtigia gentilitiæ ſuperſtitionis ab utroque Philippo profeſſæ. Quare Baronius num.IV. referens Nummum Philippi junioris, in cujus poſtica legitur, MILIARIUM SAECULUM, & COS. II. in columna, & exhibetur Philippus junior virga templi aditum demonſtrans, perperam exiſtimat eum cum novo ſæculo novam religionem ſervandam proponere, nempe Chriſtianam, cui addictus erat; nam cum Ludi ſeculares Apollini ſacri eſſent, & templum Palatinum dicatum, indicabat Philippus junior tam Urbis, quam Imperii in novi hujus ſeculi initio conſervationem ab eo ſperandam eſſe.

VII. *Quod & Scriptores Ethnici teſtantur.* Quam explicationem certam reddit Zoſimus lib.2. cujus locum integrum anno CCIV. de Severi Imp. Secularibus Ludis loquentes retulimus. Nihil enim in illis actum quod in iſtis renovatum non fuerit: *His autem Diis rem ſacram faciunt, videlicet Jovi, Junoni, Apollini,* &c. *Die tertio in Apollinis æde Palatina ter novem illuſtres pueri,* &c. *hymnos & pæanes Græca Romanaque lingua canunt, quibus ſubjectæ Romanis urbes ſervantur. Itidem alia ſecundum traditum a numine ritum fiebant; quæ ſane quamdiu peracta fuerunt, nullum Reſpublica Romana detrimentum cæpit.* Nec diverſa docent Scriptores Ethnici; Victor enim de Cæſaribus loquens de Ludis Secularibus utriuſque Philippi queritur quod Ludi Seculares ſub Philippo anno CCCXLVIII. Conſule facti non fuerint, & infortunia quæ Urbi accidiſſent in illam omiſſionem refert: *Noſtra quoque ætate poſt mille, centeſimus, Conſule Philippo exceſſit, nullis, uti ſolet, ſolemnibus frequentatus: adeo in dies cura minima Romanæ urbis. Quod equidem denunciatum illo prodigiis portentiſque. Ex quibus unum memorari brevi libet. Nam cum Pontificum lege hoſtiæ mactarentur* (vides in Ludis Secularibus Philippi victimas immolatas fuiſſe; quod Ciampinius Vir Cl. in Sacro-Hiſtorica Diſquiſitione de duobus emblematibus, in quorum alterius explicatione contendit utrumque Philippum ante Ludos Seculares Chriſtianos fuiſſe, plane negavit,) *ſuis utero maris fæminarum genitalia apparuere. Id haruſpices ſolutionem poſterorum portendere, vitiaque fore potiora interpretari: quod fruſtratum iri æſtimans Imperator Philippus, tam quia forte præterieris filii ſimilem pro merito Ephebum conſpexerat, uſum virilis ſcorti removendum honeſtiſſime curavit.* Ex quibus apparet in Ludis Secularibus Philippi *ſuem* impuriſſimum animal mactatum fuiſſe exemplo Severi Imp. qui in ſuis Secularibus Ludis porcam immolarat, ut ex ejus Numiſmatis conſtat.

VIII. *Sicut etiam Auctores Chriſtiani.* Nec diſſimilia ſcribit Euſebius in Chron. ſive D. Hieronymus, qui illud interpolavit: *Regnantibus Philippis milleſimus annus Romanæ urbis expletus eſt, ob quam ſolemnitatem innumerabiles beſtiæ in Circo magno interfectæ ludique in Campo Martio theatrales, tribus diebus ac noctibus, populo pervigilante celebrati*, ubi loquitur de Ludis Terentinis, de quibus Auſonius lib.2.

Trina Terentino celebrata trinotia ludo,

& de quibus Zoſimus jam laudatus. Blondellus in lib. contra Primatum Eccleſiæ pag.1128. & ſeqq. ubi recte vidit converſionem utriuſque Philippi fabulam eſſe, tabulam exhibet Ludorum Terentinorum tam quolibet centenario Urbis, quam anno centeſimo decimo celebratorum; male tamen ait Honorium Imp. anno Chriſti CCCCIV. Ethnicis permiſiſſe, ut Ludos Seculares centenarios celebrarent; nam licet in eum Chriſti annum inciderent, eoſdem tamen eis prohibuit, ut ſuo loco dictum.

IX. *Spectacula Chriſtianis vetita in Philippi Ludis Secularibus exhibita.* Omnia vero ſpectacula, quæ Chriſtianis interdicta erant, in Ludis a Philippo editis repræſentata fuiſſe, indicat etiam Capitolinus in Gordiano juniori cap.33. *Fuerunt ſub Gordiano*, inquit, *Romæ elephanti triginta & duo, quorum ipſe duodecim miſerat, Alexander decem: alces decem, tigres decem,* &c. *quæ omnia Philippus Ludis Secularibus vel dedit vel occidit* (ut populo oblectationi eſſent, non vero ut immolarentur, ut Ciampinius citatus me in prima hujus Tomi editione exiſtimaſſe perperam putabat. *Has autem omnes feras manſuetas, præterea efferas parabat ad triumphum Perſicum; ſed votum publicum nihil valuit. Nam omnia hæc Philippus exhibuit Secularibus Ludis, & muneribus, atque Circenſibus; cum milleſimum ab Urbe condita annum in Conſulatu ſuo & filii ſui celebravit.*

X. *Ii Ludi magnificentiſſimi fuere.* Ludos Philippi magnificentiſſimos fuiſſe, ac pluribus diebus perduraſſe, Mediobarbus in Numiſmatis Impp. pag.346. ex Nummis Philippi Senioris colligit, in quibus ſingulo die aſſignatum ferarum peculiare genus videtur. Nam iis in Nummis Seculares Aug.I. II. III. uſque ad X. cernuntur, ex quibus genus ferarum primo, ſecundo vel decimo die exhibitarum indicatur, v. g. in averſa parte Nummi Philippi Senioris habetur: SAECULARES AUGG. I. Cernitur Leo gradiens. In averſa parte alterius, SAECULARES AUGG. II. Lupa cum Romulo & Remo. In alia: SAECULARES AUGG. V. Cervus. In alia: SAECULARES AUGG. VI. Hyena. In alia denique: SAECULARES AUGG. X. Panthera. Quibus Nummis præfatus Capitolini locus luculenter explicatur. Hi Ludi, quemadmodum & ceteri Seculares æſtate editi, uti jam dixi in Ludis Secularibus *Domitiani*, & in Nummis tantum


(a) Ex Muſæo Lælii Paſq.



(a)



(b) Ex Pyrrhi Ligorii codice manuſc.



(b)



numiſmata hic tibi reddenda curavimus. Vides in ambobus numiſmatibus, in milliariis columnis, milliarium deſcribi Urbis ſæculum; ut vel ex hoc ſaltem intelligas Varronianam ſupputationem annorum Urbis publicis monumentis eſſe receptam, juxta quam præſens annus numeratur milleſimus Urbis. Quod autem vides in poſteriori numiſmate, Philippum juniorem virga templi aditum demonſtrare; cum novo ſæculo novam illum religionem ſervandam proponere (ſecundum ea quæ de ipſo jam addicto cultui Chriſtianæ religionis ſuperius dicta ſunt) haud inſulſe dici poſſe videtur. Utcumque acciderit, conſtat milleſimum Urbis abſolutum, ſecundum a nobis temporum initam rationem, quinto Jubileo, nempe anno ducenteſimo quinquageſimo.

V. Zoſimi dolus.

Notatur Zoſimi impii, in Chriſtianos infenſiſſimi, odium ac invidia, qui mendaciter nimis poſt Severum Imperatorem negat ludos Sæculares amplius inſtauratos; cum conſtet ſub Philippo Imperatore fuiſſe habitos, id Julio Capitolino, antiquis nummis, aliiſque inſcriptionibus, id denique ex noſtris Euſebio, & Caſſiodoro aperte teſtantibus. Sed fortaſſe eos tacendos Zoſimus exiſtimavit, quod a Chriſtiano Imperatore cum fuerint celebrati, non more majorum (ut Oroſius citato ſuperius loco teſtari videtur) immolatis ſacrificiis diis, aliiſque Gentiliciæ ſuperſtitionis officiis, ſed editione tantum munerum

PAGIUS

tum ſignati, qui anno ſequenti, quo Conſulatum III. & filius ejus Philippus junior Conſulatum II. geſſere, percuſſi. Hinc magna mihi ſuſpicio fuit *Philippum* cum filio nonniſi anno ſequenti Ludos illos exhibuiſſe, eumque non Era Urbis Varroniana, ſed Capitolina, quæ unum annum minus numerat, uſum eſſe. Verum re maturius ponderata a communi ſententia diſcedendum non eſſe comperi; poſt mortem enim *Imperatoris Auguſti*, ut quam tardius, epocha Varroniana in monumentis publicis uſurpata fuit, & Capitolina derelicta, ut jam me indicaſſe memini, & Victor de Cæſaribus de Ludis Secularibus centum poſt utrumque Philippum annis celebrandis, qui tamen omiſſi fuerunt, verba faciens, conjungit eos cum anno Urbis Varroniano MC. qui Chriſti erat CCXCLVII. non vero cum anno Urbis Capitolino MC. ſeu Chriſti CCCXLVIII. ut liquet ex ejuſdem Hiſtorici loco num. VII. a me recitato, in quo ait: *Noſtra quoque ætate poſt mille, centeſimus, Conſule Philippo exceſſit*, &c. ideoque die XXI. Aprilis anni CCCXLVIII. ubi ſupponit Ludos Seculares decimos exhiberi debuiſſe æſtate anni Chriſti CCCXLVII. & utriuſque Philippi Ludos ſeculo anteriori, nempe anno Chriſti CCXLVII. ſeu æſtate illius anni editos fuiſſe. Quod itaque Ludi Seculares Philippi ſignati tantum fuerint in Nummis anno CCXLVIII. cuſis referendum videtur in uſum qui tunc invaluerat, ut in nummis non inſculperentur, donec celebrati eſſent. Ad hanc difficultatem cum Mediobarbus animum advertiſſet, ſcripſit millenarium Urbis Ludis celebratum eſſe anno Chriſti CCXLVII. & inſequenti Ludos Seculares exhibitos, quod a ratione alienum.

XI. Error Pauli Oroſii.

Paulus Oroſius lib. 7. cap. 13. citatus a Baronio anno CCXLVI. juxta ejus numerandi modum num. VIII. non ſolum ipſummet, ſed etiam Caſſiodorum in Chron. alioſque qui Philippum Chriſtianum fuiſſe & Ludos Seculares celebraſſe perſuaſum habuere, in errorem traxit. Hæc enim Oroſii verba: *Ludis magnificis auguſtiſſimus omnium præteritorum hic natalis* (nempe urbis Romanæ) *annus a Chriſtiano Imperatore celebratus*

rum; cætera vero idololatriæ cultoribus Pontificibus agenda reliquerit. Nam & eadem ratione idem Zoſimus ſequentes tacuit ab Honorio Imperatore celebratos Sæculares ludos ſexto ſuo Conſulatu, ut Claudianus teſtatur in Panegyrico tunc a ſe ſcripto. Quod vero Euſebius in Chronico hoc anno Urbis milleſimo contigiſſe tradit, Atlantem montem loco motum fuiſſe, fides ſit penes auctorem; & quid portenderit tantum prodigium, qui velit, interpretetur. Addit idem, hoc anno quarto ſui Imperii Philippum Civitatem in Thracia, Philippopolim nominatam, exædificaſſe.

VI. (a) *Euſeb. lib.6. c.30.* Concilium in Arabia.

Per idem tempus (inquit Euſebius *a*) *quidam rurſus in Arabia dogmatis cujuſdam a veritate prorſus alieni auctores naſcuntur, aſſerentes hominum animas una cum corporibus, uno eodemque temporis articulo morte occumbere, & penitus extingui; at demum tempore reſurrectionis univerſæ carnis, cum eiſdem vitam denuo recuperaturas. Non exiguo igitur Epiſcoporum conventu ea de re coacto, Origenes ibi etiam rogatus, ut partes de illa controverſia diſputandi ſuſciperet, ſic orationis vi, & impetu ferebatur, ut eorum mentes, qui ſe ante eo errore implicuiſſent, ad rectam fidem, & ſanam doctrinam traduceret:* Hæc Euſebius de Concilio ea de cauſa habito in Arabia, idemque mox ſubdit (*b*):

(b) *Euſeb. lib.6. cap. 31.*

VII. *Eodem tempore alia erroris perverſitas, quæ Helceſaitarum hæreſis dicebatur, cœpta eſt; quæ prope ſimul ac orta erat, extinguebatur; cujus mentionem facit Origenes in concione in Pſalmum octogeſimum habita, quam coram Eccleſia palam recitavit. Intervenit* (*inquit*) *quidam hoc præſenti tempore inſolenter propterea ſe efferens, quod impiam maxime, & ſceleratam Helceſaitarum opinionem, quæ nuper contra Eccleſiam excitata eſt, ſe poſſe defendere exiſtimet. Quæ tandem ſcelera, & quam nefaria illa opinio profiteatur, vobis exponam, ne ejus inanitate, & quaſi levi vento a veritate abripiamini. Nonnulla univerſæ Scripturæ antiqua teſtimonia; aliis rurſum cum ex toto veteri Teſtamento, tum ex Evangelio depromptis utitur: Paulum autem Apoſtolum omnino rejicit: fidem item negare, indifferens quiddam eſſe aſſerit. Qui enim interiori cogitatione recte de fide ſentiat, tametſi ore, cum neceſſitas illum eo detruſerit, fidem perneget; eum tamen animo firme illi adhæſurum. Librum etiam circumferunt, quem ajunt e cælo delapſum; & qui illum audiverit, ejuſque doctrinæ crediderit, peccatorum remiſſionem conſecuturum; eamque diverſam eſſe remiſſionem ab illa qua Chriſtus Jeſus peccata remiſit:* Hucuſque Euſebius de Helceſaitis ex Origene.

Helceſaitæ hæretici.

VIII. (c) *Epiph. hæreſ.19. & 53.*

Epiphanius (*c*) de iiſdem agens, originem horum ponit ab Helxeo quodam pſeudopropheta, de quo ſuperius: *Erant etiam* (inquit) *& hi conjuncti Ebionitis, qui Chriſtum creaturam tantum eſſe dicebant, ac ſemper apparentem, primo in Adam, inde in Chriſto; ſororem ipſius eſſe Spiritum ſanctum fœmineo habitu præditum:* Hæc & alia riſu digna, quorum ſuperius facta eſt mentio; tum ſubdit: *Hique addicti ſunt omnibus Judæis, qui neque Prophetas, neque admittunt Apoſtolos, neque Chriſtiani proprie exiſtentes, neque Græci, ſed medii ſimpliciter exiſtentes, nihil ſunt:* Hæc Epiphanius; qui & eoſdem, Sampſæos quoque, a novo puto auctore, appellat; additque adhuc ſuo tempore ex auctorum hæreſeos genere duas extitiſſe fœminas, quas velut deos colerent Helceſaitæ, ſed de iis alias ſupra. Tradit Philaſter (*d*), hos ex vana quadam ſuperſtitione conſueviſſe nudis pedibus incedere, utique ſolitos incantationibus, matheſi, magia, & aliis ſuperſtitionibus. Meminit ejuſdem hæreſis S. Auguſtinus (*e*), atque

Helceſaitarum origo.

(d) *Philaſt. c.82.*

(e) *Auguſt. de hæreſ. c.32.*

PAGIUS *tus eſt. Nec dubium eſt, quin Philippus hujus tantæ devotionis gratiam & honorem ad Chriſtum & ad Eccleſiam reportarit: quando vel aſcenſum fuiſſe ab eo Capitolium immolataſque ex more hoſtias, nullus Auctor oſtendit.* Et tamen in Victore de Cæſaribus citato id diſerte legitur, & Philippus ſpectacula Chriſtianis prohibita ad Chriſtum & ad Eccleſiam reportare non potuit. Sed Philippum nunquam Chriſtianum fuiſſe ex dicendis magis patebit.

XII. *Origenes hæreticos Elceſaitas dictos ſuperavit.*

Ad num. VII. & ſeq. Helceſaitarum hæreſim ab *Elceſai* quodam ita dictorum, de quibus Theodoretus lib. 2. Hæreticarum fabularum cap. 7. circa hæc tempora *Origenes* feliciter ſuperavit. Epiphanius in Hæreſi Ebionæorum, ut notat Henricus Valeſius in librum VI. Euſebii cap. 38. hunc *Elxæum* Pſeudo-Prophetam nominat; qui cum ſe Ebionæis adiunxiſſet, auctor eis fuit novæ cujuſdam de Chriſto ſententiæ, vagæ admodum & incertæ, quam ibidem refert Epiphanius plane ſimilem iis quæ refert Theodoretus in dicto loco. Ex quo colligitur, *Elxæum* & Elceſai unum & eumdem eſſe. Hunc etiam *Elxai* vocat Epiphanius in Hæreſi Oſſenorum, & Traiani temporibus vixiſſe ait. Quem quidem auctorem eſſe hæreſis Elceſaitarum ex eo deducit Valeſius quod narrat Epiphanius. Primum enim librum quemdam ab eo promulgatum eſſe ſcribit, Prophetico ſpiritu & divina ſapientia plenum. Deinde affirmabat Elxai, nullum eſſe crimen, ſi quis perſecutionis tempore idolis ſacrificaret, dummodo id non ex animo faceret, quæ eadem de Elceſaitis prodidit Origenes. Sed clarius id ipſum teſtatur Epiphanius in Hæreſi Sampſæorum, ubi Elceſæos, qui iidem erant cum Elceſaitis, auctorem ſectæ habuiſſe Elxæum vel Elxai tradit. Quare fallitur Scaliger, qui in cap. 27. Elenchi ἀλξαὶ nihil aliud eſt dixit, quam Eſſæum, nam ſic Elceſæi ſeu Elceſaitæ iidem eſſent cum Eſſæis, quo nihil abſurdius. Adde quod Elceſai ſeu Elceſaitæ cum unico σίγμα ſcribuntur; Eſſæi vero cum duplici. Itaque corrigendus eſt Epiphanius in Hæreſi Ebionæorum cap. 3. ubi ἐλκεσσαίοις ſcribitur pro ἐλκεσαίοις, inquit Valeſius.

atque recentiores. Verum hæc hæreſis hoc potius tempore reſtituta, quam cæpta videri poteſt; cum ejus auctorem longe antehac vixiſſe Epiphanius tradat. Merito igitur Origenes non recenter obortam dicit, ſed potius inſtauratam ab eo qui ſe inſolenter efferret, Helceſaitarum dogma ſe poſſe defendere.

IX. At nec prætermittendum, in Arabia pariter (neque ſcribitur certus annus, licet ante Sabellii hæreſim hoc item ſæculo proditam ponat Auguſtinus (*a*) obortam hæreſim Valeſiorum a Valeſio Arabe diffamatam, quæ & Eunuchorum dicta eſt, eo quod ſectam illam profitentes omnes pariter caſtrarentur. Ab animatis abſtinuiſſe ejus hæreſis ſectatores, Epiphanius tradit, ſed id ante abſciſſionem; poſtea vero omnibus uti fas erat. Hi vero Origenis exemplo talia ſe recte facere exiſtimaſſe putantur, Evangelium ſecundum litteram forinſecus apparentem intelligentes. Sed & horum occaſione ejuſdem Origenis ſuperius mentio facta eſt: cætera jam proſequamur.

(*a*) *Auguſt. de hæreſ. c. 37.*

Valeſiorum hæreſis.

JESU CHRISTI ANNUS 250. FABIANI PAP. ANNUS 12. PHILIPPI IMP. ANNUS 5.

I. Cyprianus ordinatur epiſcopus Carthaginenſis.

DUcenteſimoquinquageſimo Chriſti anno, duobus Philippis Auguſtis Patre tertium, & filio ſecundum Coſſ. Cæcilius Cyprianus, defuncto Donato Epiſcopo Carthaginenſi, ſummo tum Cleri tum populi totius conſenſu, uno tantum adverſante Feliciſſimo Presbytero, ejuſdem ſedis Epiſcopus eligitur. In primis autem, quod ad tempus ſpectat, id quidem ex eo deduci poſſe videtur, dum ipſe ſcribens ad Cornelium Papam (*b*) anno ſecundo, ex quo factus ille erat Romanus Epiſcopus quartum annum tunc elapſum fuiſſe ſedis ſuæ teſtatur; qua ratione eum hoc anno ſedere cœpiſſe oportuit.

(*b*) *Cyprian. epiſt. 55. edit. Pamel.*

Sed

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5741.

SÆC. III. Anno Urbis 1001. Olymp. 256. an. 4. A. C. 248.

☉ 5. BA. ☽ 2. P. 28. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 248. *ſecundum Baronium* 250.

FABIANI PAPÆ 13.

PHILIPPI IMP. 5. ET PHILIPPI JUNIORIS IMP. 2.

I. Conſules.

[1] AD num. I. & ſeqq. Coſſ. *M. Julius Philippus Aug III. & M. Julius Philippus Aug. II.* Sumtus Conſulatus a Philippo ſeniori, juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam, ob nempe ejus Quinquennalia; a Philippo vero juniori, juxta primam, quia ſc. anno præcedenti Auguſtus dictus eſt. In Diſſertatione Hypatica pag. 231. ſcripſi, apud Occonem extare Nummum Philippi ſenioris cum Tribunitia Pot. IV. ac Conſulatu III. & in poſtica cum Votis Decennalibus, cum tamen hæ ſint partes duorum diverſorum Nummorum, & qui exhibent Vota Decennalia initio Imperii, non vero in Quinquennalibus, per hæc tempora cuſi fuerint. Per inconſiderantiam etiam hæ duæ partes duorum diverſorum Philippi ſenioris Numiſmatum, in quarum altera, *Trib. Pot. V. Coſ. III.* cum alia in qua habetur, *Sæculum novum*, ibidem a me copulatæ, quod omnino corrigendum [2].

II. Ideo Baronius, Pearſonius in Annalibus Cyprianicis, aliique Viri docti S. Cyprianum ſub hujus

NOTÆ [1] *COſſ. M. Julius Philippus Aug. III. & M. Julius Philippus Aug. II.* Nummus *Philippi* junioris in Muſeo Theupolo pag. 627. ubi in averſa COS. II. Item ibidem pag. 623. nummus *Philippi* ſenioris, cum epigraphe: in poſtica.

SAECULARES AUGG.

Et in cippo COS. III.

Item alius ubi: P. M. TR. P. V.

COS. III. P. P.

Tabula ænea apud Bellorium ad veſtigia veteris Romæ tab. 3. & apud Fabrettum pag. 688. n. 96. & 112.

A D. V. KAL. IAN.
IMP. M. IULIO.
PHILIPPO. PIO. FELICE AUG.
COS. DES. III. ET
IMP. M. JULIO. PHILIPPO
PIO FEL. AUG. COS. II.
DES. COS.

Gudiana

II. De tempore Epiſcopatus Sancti Cypr.

Sed quo hæc certiora reddantur, hic ejuſdem Cypriani ſubtexenda ſunt verba, ſenſuſque pariter elucidandus: *Cæterum*, ait, (*dico enim provocatus*, *dico dolens*, *dico compulſus*) *quando Epiſcopus in locum defuncti ſubſtituitur*, *quando populi univerſi ſuffragio in pace deligitur*, *quando Dei auxilio in perſecutione protegitur*, *collegis omnibus fideliter junctis*, *plebi ſuæ in Epiſcopatu quadriennio jam probatus*, *in quiete ſerviens diſciplinæ*, *in tempeſtate proſcriptus*, *applicito*, *&* *adjuncto Epiſcopatus ſui nomine*, *toties ad leonem petitus*, *in Circo*, *in Amphitheatro Dominicæ dignationis teſtimonio honoratus*. *His ipſis etiam diebus*, *quibus has ad te litteras feci*, *ob ſacrificia*, *quæ edicto propoſito celebrare populus jubebatur*, *clamore popularium ad leonem denuo poſtulatus in Circo; cum talis*, *frater cariſſime*, *a quibuſdam deſperatis*, *&* *perditis*, *&* *extra Eccleſiam conſtitutis impugnari videtur*, *apparet quis impugnet:* Hæc Cyprianus de ſe ipſo, licet in tertia loquatur perſona; quæ nullo modo Cornelio aptari poſſunt, & ſibi conveniunt, quæ ait de proſcriptione (*a*), cujus meminit ſcribens ad eumdem Cornelium Papam, cum a Feliciſſimo ſchiſmaticorum duce ejuſque ſociis Romæ accuſatus eſſet; quod anno ſecundo Cornelii accidiſſe, cum jam ſub Gallo, & Voluſiano perſecutio extincta revireſceret, ſuo loco dicemus. Pamelius quoque, qui egregiam navavit operam, ut res a S. Cypriano geſtas colligeret, & ejus ſcripta mendis purgaret, notiſque inſigniter illuſtraret, æque ſub hujus anni Conſulibus S. Cypriani ponit ingreſſum, alio tamen Chriſti anno, prout eum docuit Chronologia, quam noſtra nondum edita, veriorem putavit. Adverſatum porro fuiſſe Cypriani electioni Feliciſſimum Presbyterum cum aliis ſuis ſociis, ipſe ſcribens ad plebem (*b*) teſtatur his verbis: *Suæ conjurationis memores*, *&* *antiqua illa contra Epiſcopatum meum*, *immo contra ſuffragium veſtrum*, *&* *Dei judicium venena retinentes*, *inſtaurant veterem contra nos impugnationem*, *&* *ſacrilegas machinationes inſidiis ſolitis denuo renovant:* Hæc ipſe.

(*a*) *Cypr. ep.69.*

(*b*) *Cypr. ep.49.*

III. Sed, & illud de Cypriano, cuinam in Epi-

PAGIUS

S. Cyprianus fit Epiſc. Carthag.

hujus anni Conſulibus Epiſcopum Carthaginienſem conſtitutum eſſe exiſtimant, quia ipſe Cyprianus in epiſtola quinquageſima nona ad Cornelium, ſub initio perſecutionis Galli Imperatoris anno CCLII. menſe Julio data, ſe *plebi ſuæ in Epiſcopatu quadriennio jam probatum* ſcribit. Verum cum incertum ſit, an Cyprianus eo in loco annos integros, vel tantum utrimque incompletos intelligat, incertum pariter, an hoc vel ſequenti anno Epiſcopatum illum Cyprianus obtinuerit. Neque enim deprehendere poſſumus, an Antiqui quadriennio, aut ſimilibus loquendi formulis annos integros ſignificent, niſi adjuncta ac circumſtantiæ, hac in parte deficientes, ad id animum determinent.

III. *Primordia S. Cypriani.*

Cyprianus in ipſa urbe Carthagine Fidem ſuſcepit, ut ipſe teſtatur in epiſtola ad Clerum Carthaginienſem, dum ait: *Ubi enim aut melius poſſit eſſe aut lætius*, *quam illic*, *ubi me Deus credere voluit*, *&* *creſcere?* Idque recte Suidæ obſervatum: Converſus eſt autem opera *Cæcilii* Presbyteri Carthaginienſis, *cum prius idololatriæ aſſertor fuiſſet*, ut teſtatur Hieronymus. Unde quaſi in familiam divini ſenis aſſumtus præno-men

NOTÆ

Gudiana inſcriptio apud Relandum:

S I G N.
M A T R I. D E U M. M. I.
. D. D. K. A.
I M P. C A E S. M. J U L I O. P H I L I P P O. I I I.
E T. J U L I O. P H I L I P P O. C A E S. I I
C O S.

Vulgares Faſti: *Philippo III.* & *Philippo II.*

[2] DIſcuſſionem meretur honeſta quædam miſſio hoc anno data, & a Cl. Scipione Maffeio vulgata in Diſſertatione quadam ſeorſum excuſa. Hæc igitur ex illa in rem noſtram excerpas:

I M P. C Æ S. M. J U L I U S, P H I L I P P U S, P I U S
F E L. A U G. P O N T. M A X. T R. P O T. V. C O S I I I. P P. P R O C O S
I M P. C A E S. M. J U L I U S P H I L I P P U S P I U S. F E L. A U G.
P O N T. M A X. T R. P O T. I I. C O S. I I. P P. &c.

Datum eſt autem diploma illud *ad* (forte a. d. *ante diem*) *VII. Id. Jan. Imp. M. Julio Philippo*, *Pio*, *Fel. Aug. III.* *&* *Imp. M. Julio Philippo*, *Pio*, *Fel. Aug. II. Coſ.* Igitur Tribunicia Philippi Junioris Poteſtas non ab eo tempore cæpit, quo Cæſar renunciatus eſt; alioqui enim hoc anno Tribuniciam Poteſtatem quartam non ſecundam egiſſet, ſed ab ejus in ſocietatem Imperii aſſumptione, quod a Pagio negatur ex auctoritate alterius Inſcriptionis a Sponio relatæ: quæ tamen facile male lecta eſt. Vide Pag. A. 244. 3.

Ex hoc pariter inſigni documento probatur, Philippum Seniorem annos Imperii ſui numerare cæpiſſe longe ante Menſem Aprilem vel Maium anni 244. quo tempore Gordiano decedente Imperium ſine æmulo obtinere cæpit. Nam cum die VII. Id. Januarii anni 248. Tribuniciam poteſtatem quintam jam ageret, ut ex monumento ſuperiori conſtat, planum eſt cæpiſſe illam vel in exordio anni 244. vel labente anno 243. Hæc autem exordium Imperii Philippi non ſatis definitum a Pagio ad A. 244. 2. certius determinant.

Hinc pariter intelligamus Imperium Auguſteum collatum fuiſſe Philippo Juniori vel initio anni 247. vel anno præcedenti 246. ex quibus Tribunicia Poteſtas Honeſtæ hujus Miſſionis exordium cæpit.

Donatus Epiſcopus prædeceſſor Cypriani.

Epiſcopatu ſucceſſerit, in controverſiam revocatur; verum ſubrogatum fuiſſe in locum Donati ſatis conſtat teſtificatione ejuſdem Cypriani ad eumdem Cornelium eadem Epiſtola (*a*) ſcribentis hæc verba: *Privatum veterem hæreticum, anteceſſorum etiam noſtrorum (quod, & veſtram conſcientiam non latet) Fabiani, & Donati litteris ſeveriſſime notatum.* Quibus ſane verbis ſicut Cornelii anteceſſorem dicit Fabianum, ita ſuum nominare Donatum par eſt exiſtimare. Quod autem S. Auguſtinus (*b*) ſæpius prædeceſſorem Cypriani nominet Agrippinum; inde accidit, ut nonnulli opinati ſint, Agrippino vita functo Cyprianum eſſe ſuffectum. Verum non ſic S. Auguſtinus appellavit eum Cypriani prædeceſſorem, ut proxime, nullo alio medio, illi ſucceſſerit; ſed quod eodem pariter nomine omnes, quotquot a primo ad ultimum uſque Epiſcopi eum præceſſerant, cenſerentur.

(*a*) *Cypr. epiſt.* 55.

(*b*) *Auguſt. de Baptiſ. contra Donat. lib.* 1. *c.* 7. 8. 9.

IV. Agrippini tempora.

Sane quidem idem S. Auguſtinus ab his non diſcrepat; dum enim probare nititur, ante Agrippinum de baptiſmate Hæreticorum contrarium ab eo, quod ipſe ſtatuerat, eſſe ſervatum; primumque iſum de Baptiſmate hæreticorum iterando, canonem ſtatuiſſe: plane ſignificat, eum longe ante Cyprianum antegreſſum eſſe. Nam antea jam Tertullianus (ut diximus) ejus reperitur opinionis aſſertor. Si igitur non ante, vel ſaltem eo tempore cum Tertulliano Agrippinus vixiſſet, ſed poſtea; certe non Agrippino, ſed Tertulliano fuiſſet ea novitas adſcribenda. Cæterum eodem cum Tertulliano tempore, vel paulo ante, Agrippinum vixiſſe, & quod ille in Concilio decreverat, Tertullianum edito libro docere cepiſſe, jam ſatis ſuperius dictum eſt. Declarat ſuam Auguſtinus ſententiam, dum longe ante Cyprianum Agrippinum vixiſſe, his verbis (*c*) non obſcure ſignificat: *Ideo non ſe novam aut repentinam rem ſtatuiſſe B. Cyprianus oſtendit, quia ſub Agrippino cœperat fieri*: & paulo poſt, citans Cypriani epiſtolam, hæc addit: *Ut quid eidem Fabiano, dicit, ſe non rem novam facere & repentinam, ſed ab Agrippino inſtitutam? Cur enim Fabianus de novitate turbaretur, ut eam per auctoritatem Agrippini ſanari oporteret, ſi ab Agrippino uſque ad Cyprianum hoc tenebat Eccleſia?* Per hæc ſignificans, inter Agrippini & Cypriani ſedem non modicum interceſſiſſe temporis ſpatium. Sed & quæ ſequuntur Cypriani ad Fabianum (*d*) ſcribentis verba, omnem de tempore Agrippini extricant perplexitatem, quibus dicitur: *Quando multi jam anni ſint, & longa ætas, ex quo ſub Agrippino, bonæ memoriæ viro convenientes in unum Epiſcopi plurimi hoc ſtatuerunt*: hoc ipſum quoque demonſtrat ad Quintum (*e*) ſcribens, itaut nulla prorſus remaneat occaſio dubitandi.

(*c*) *Aug. de Baptiſ. contra Donatiſt. lib. cap.* 12.

(*d*) *Cypr. epiſt.* 73.

(*e*) *Cypr. epiſt.* 71.

V. Cypriani primordia.

Antequam vero Cyprianus ad epiſcopatum, immo ad Chriſtianam religionem capeſſendam vocaretur (exploſa fabula illa de Cypriani magica arte, quam alterius Cypriani patria Antiocheni, martyris Nicomedienſis, loco, tempore, profeſſione, actiſque martyrii, ut alibi diximus (*f*), a noſtro Carthaginenſi diſtincti, fuiſſe liquet) rhetoricis diſciplinis egregie excultum fuiſſe, ſed & adhuc Gentilicia ſuperſtitione detentum, magna apud eos æſtimatione vixiſſe, & florentiſſime docuiſſe conſtat. Verum cum jam Chriſtianam religionem amplexus eſt, deriſum ab illis ac vilipenſum, & loco Cypriani, dictum Coprianum, his verbis teſtatur Lactantius (*g*): *Audivi quemdam hominem diſertum ſane, qui eum jam mutata una littera, Caprianum (immo, ut emendatiores codices habent, Coprianum, nempe Stercorarium) vocaret; quaſi quod elegans ingenium, & melioribus rebus aptum, ad aniles ſe fabulas contuliſſet.* Fuiſſe eum genere illuſtrem, potentia clarum, ſuæque civitatis Senatorem

(*f*) *Notat. ad Roman. Martyrolog. die* 26. *Septemb.*

(*g*) *Lactant. lib.* 5. *cap.* 1.

PAGIUS

men *Cæcilii* poſtea ſortitus eſt. Hunc Cæcilium fuiſſe aliquando Diadumeniani Imperatoris magiſtrum conjicit Baronius. Verum cum Afer ille Rhetor nec Cæcilius, nec Cæcilianus aqud Capitolinum, quem unicum pro ſua ſententia adducit, ſed *Cælianus* ſcribatur etiam in omnibus vetuſtis membranis, teſte Caſaubono, ea conjectura minime admittenda. Docet etiam Baronius, Cyprianum jam ſenem ad Chriſtum converſum; cum Pontius, quamvis per tredecim ferme annos poſt converſionem multa ac dura paſſum dicat, nunquam ſenectutis mentionem faciat. Adhibet quidem Baronius hoc Cypriani teſtimonium ad Donatum: *Qui poſſibilis, aiebam, eſt tanta converſio, ut repente & perniciter exuatur, quod genuinum ſitu materiæ naturalis obduruit, vel uſurpatum diu ſenio vetuſtatis inolevit.* Sed teſtimonium illud ad rem non facit; cum ibi ſummus ille Orator non de ſua ætate, ſed de conſuetudine peccandi longo uſu roborata loquatur. Hæc omnia Pearſonio in Annalibus Cyprianicis obſervata.

IV. S. Cyprianus Jobum imitatus eſt.

Dum Cyprianus adhuc catechumenus erat, ſive, ut loquitur Pontius in ejus Vita, *inter fidei ſuæ prima rudimenta, operam dedit, ut continentiam tueretur*, &c. *Nam & ſermo illi de hoc fuerat uſitatus, ut ſi quem prædicatum Dei laudatione legiſſet, ſuaderet inquiri propter quæ facta Deo placuiſſet. Sic Job Dei teſtimonio glorioſus, dictus eſt verus Dei cultor, & cui in terra nemo comparatur, patiendum docebat ille, quidquid Job ante feciſſet: ut dum & nos paria fecimus, ſimile in nos Dei teſtimonium provocemus. Contemptis ille* (nempe Job) *diſpendiis rei familiaris, in tantum exercitata deflexit, non proprii corporis dira pœna concuſſit*, nempe Jobum. *Hæc debent facere, dicebat* (nempe Cyprianus) *qui Deo placere deſiderant. Et ſic per bonorum omnium documenta decurrens, dum meliores ſemper imitatur, etiam ipſe ſe fecit imitandum.*

torem ampliſſimum primariamque ejus ordinis obtinuiſſe dignitatem, atque philoſophicis diſciplinis inſigniter ornatum, teſtatur S. Gregorius (*a*) Nazianzenus.

(*a*) *Gregor. Nazian. orat. in laud. Cypr.*

VI. Cæcilius Cypriani Catechiſta.

Sunt in eodem genere aliorum ſanctorum Patrum de Cypriano teſtimonia quæ prætermittimus. Cæcilius Presbyter eum ad fidem Chriſtianam perduxit; quem illum putamus rhetorem ab aliis Cæcilianum dictum, nobiliſſimum Afrum, Diadumeni olim magiſtrum (de quo ſuperius habita eſt mentio) iiſdemque plane retibus ab eo captum, quibus alios capere conabatur, nempe dicendi facundia; plurimum namque eam poſſe, cum præſertim adjunctam habeat veritatem, omnes intelligunt. *Quem* (inquit Pontius *b*) *toto honore atque omni obſervantia diligebat, obſequenti veneratione ſuſpiciens, non jam ut amicum animæ coæqualem, ſed tamquam novæ vitæ parentem.* Succeſſiſſe illi in ſchola putamus; nam S. Hieronymus (*c*) de S. Cypriano teſtatur, rhetoricam Carthagine publice docuiſſe. Donatus (*d*) ad eum ſcribens, ejus rei meminiſſe videtur, dum ait: *Credo te, retinere, ſanctiſſime Cypriane, quæ nobis fuerit apud oratores garrulitas, unus ſenſus, una cogitatio, individua lectio.*

(*b*) *Pontius in Vita S. Cypriani.*

(*c*) *Hier. de Scriptor. Eccleſ. in Cyprian.*

(*d*) *Apud Cypr. epiſt. 1.*

VII. Cypriani ſtatus cum Gentilis eſſet.

Quæ autem animo volveret, cum adhuc Gentilis de Chriſtiana fide ſuſcipienda cogitaret; idem (*e*) ipſe, apud eumdem reſcribens, hæc ait memoratu ſane digniſſima: *Ergo cum in tenebris atque nocte cæca jacerem, cumque in ſalo jactantis ſæculi nutabundus, ac dubius veſtigiis oberrantibus fluctuarem, vitæ meæ neſcius, veritatis, ac lucis alienus; difficile prorſus ac durum pro illis tunc moribus opinabar, quod in ſalutem mihi divina indulgentia pollicebatur, ut quis renaſci denuo poſſet, utque in novam vitam lavacro aquæ ſalutaris animatus, quod prius fuerat exponeret, corporis licet manente compage, hominem animo ac mente mutaret. Qui poſſibilis, ajebam, eſt tanta converſio, ut repente ac perniciter exuatur, quod vel genuinum ſitu materiæ naturalis obduruit; vel uſurpatum diu ſenio vetuſtatis induruit? alta hæc, & profunda penitus radice ſederunt:* erat jam ſeneſcens (ut ex his apparet) quando Chriſto nomen daturus erat.

(*e*) *Cyprianus epiſt. 2.*

VIII. Difficultates quæ ſe Cypriano obiecerunt.

At quid poſtea? eamdem difficultatem mente volutans, hæc addit: *Quando parſimoniam diſcit, qui epularibus cœnis, & largis dapibus aſſuevit? & qui pretioſa veſte conſpicuus in auro atque purpura fulſit, ad plebejum ſe ac ſimplicem cultum quando deponit? Faſcibus ille oblectatus, & honoribus, privatus & inglorius eſſe non poteſt. Hic ſtipatus clientium cuneis, frequentiore comitatu officioſi agminis honeſtatus, pœnam putat eſſe cum ſolus eſt. Tenacibus ſemper illecebris aſſuetum, neceſſe eſt ut vinolentia invitet, inflet ſuperbia, iracundia inflammet, rapacitas inquietet, crudelitas ſtimulet, ambitio delectet, libido præcipitet. Hæc egomet ſæpe mecum; nam ut ipſe quam plurimis vitæ prioris erroribus implicitus tenebar, quibus exui me poſſe non crederem; ſic vitiis inhærentibus obſecundans eram & deſperatione meliorum, malis meis, veluti jam propriis ac vernaculis, adfavebam.* Hæc ipſe nondum ſacro baptiſmate illuſtratus.

IX. S. Cyprianus qualis jam baptizatus.

Quid autem cum fidei cedens, & in ſpem contra ſpem ad Eccleſiam tandem ſe contulit, & ſacri baptiſmi unda reſperſus eſt, ſenſerit, idem ipſe his plane verbis teſtatur: *Sed poſtquam undæ genitalis auxilio, ſuperioris ævi labe deterſa, in expiatum pectus ac purum deſuper ſe lumen infudit; poſtquam cælitus Spiritu hauſto, in novum me hominem nativitas ſecunda reparavit; mirum in modum protinus confirmare ſe dubia, patere clauſa, lucere tenebroſa, facultatem dare quod difficile videbatur, geri poſſe quod impoſſibile putabatur: ut eſſet agnoſcere terrenum fuiſſe, quod prius carnaliter natum, delictis obnoxium viveret: Dei eſſe cœpiſſe, quod jam Spiritus ſanctus animaret. Scis ipſe profecto, & mecum pariter recognoſcis quid detraxerit nobis mors iſta criminum, vita virtutum.* Hæc & alia plura de ſe Cyprianus ſacro imbutus baptiſmo.

X.

Magnæ ſane fuiſſe admirationis ejus ad Chriſtum converſionem, S. Hieronymus (*f*) illis verbis ſignificare videtur, quibus ait: *Proponamus nobis beatum Cyprianum, qui cum prius idololatriæ aſſertor fuiſſet, in tantam gloriam venit, ut oratoriam doceret Carthagine, audiſſe ſermonem Jonæ, & ad pœnitentiam converſum, in*

(*f*) *Hieronym. in Jon. cap. 3.*

PAGIUS

V. *Sed non fuit uxoratus.*

Baronius num.X. quod in prima hujus Criticæ editione non adverteram, inde male deduxit Cyprianum uxorem habuiſſe. Sed viri doctiſſimi jam viderunt hic Pontium de Jobo, non vero de Cypriano loqui, & Baronium male etiam hunc locum quem laudatis verbis ſubjunxit Pontius interpretatum eſſe: *Erat illi etiam*, inquit Pontius, *de nobis contubernium viri juſti & laudabilis memoriæ Cæcilii, & ætate tunc & honore Presbyteri, qui cum ad agnitionem veræ divinitatis a ſeculari errore correxerat*, &c. *Denique ille* (nempe Cæcilius) *demulſus ejus obſequiis, intantum dilectionis immenſæ merito provocatus eſt: ut de ſeculo excedens, accerſitione jam proxima commendaret illi conjugem* (non Cyprianus, ut interpretatur Baronius, ſed Cæcilius) *ac liberos ſuos, ut quem fecerat de ſectæ communione participem, poſtmodum faceret pietatis hæredem.* Hæc itaque Cypriani, non vero Cæcilii tutela amica tantum commendatio fuit; nam alias vetitum erat, ne Clericis tutela committeretur, ut ex ipſo Cypriano eruitur, qui in Epiſt. I. Novæ edit. Pamelianæ vero LXVI. vetat ne pro Victore qui Geminium Fauſtinum Presbyterum moriens tutorem con-

in tantam veniſſe virtutem, ut Chriſtum publice prædicaret, & pro illo cervicem gladio flecteret. Quanto vero cum primum fidei Chriſtianæ ſacramenta libavit, ſe ipſo fortior, & ad victoriam ſui robuſtior factus ſit, Pontius quoque Diaconus, qui ejus geſta eſt proſecutus, docet; dum ait, ipſum non longo ſolum tempore acquiſitas divitias in pauperes erogaſſe, ſed ſæculo nuncium remiſiſſe, cariſſima conjuge, & dulciſſimis liberis, Chriſti amore libentiſſimo animo, commendatis illis Cæcilio Presbytero, relictis, eminentioris vitæ iter confeſtim arripuiſſe; demumque ſubdit: *Longum eſt ire per ſingulas, ſancta ejus onerosum eſt enumerare. Ad probationem bonorum operum arbitror ſolum hoc ſatis eſſe, quod judicio Dei, & plebis favore ad officium ſacerdotii, & Epiſcopatus gradum adhuc neophytus, & ut putatur, novellus electus eſt.* Magno namque omnium ſtudio, vehementique animi ardore ſe a populo Carthaginenſi eſſe petitum Epiſcopum, ipſemet ad eumdem populum ſcribens teſtatur (*a*).

Cyprianus omnibus renuntiat.

(*a*) Cypr. epiſt. 40.

XI. Cum autem hæc ſcribat Pontius ejus diaconus, ipſum nimirum paulo poſt baptiſmum, adhuc (ut ait) novellum, ad ſedis Epiſcopalis faſtigium eſſe provectum, quem vidimus, ſui ipſius teſtimonio, jam ſenem ad Chriſtum eſſe converſum; unde rogo, tanta mox ei Chriſtianæ Theologiæ inhæſit doctrina, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ uſus accrevit, ut divinarum ſcripturarum ſcientia imbuta memoria, & intellectus exatiatus, ſui exuberantia mox in torrentes ad alios irrigandos foras eruperint? ut eodem prope tempore Cæcilio (quo ipſe auctus eſt nomine) eguerit catechiſta, & ex eminentiori cathedra doceret Eccleſiam? Equidem puto (niſi res miraculo adſcribatur) ipſum adhuc Gentilem legendo triviſſe Chriſtianæ religionis libros; ex quibus illud conſecutus eſſe videtur, ut patriæ ſuperſtitionis pertæſus, de Chriſtiana fide ſuſcipienda cogitarit, ac tandem fuerit feliciter aſſecutus. Aſſueviſſe eum quoque lectioni operum Tertulliani (*b*), cum de eo egimus, dictum eſt. Ejus namque doctrina in divini Spiritus conflatorio perpurgata, auroque e terra ſelecto, ex eo ditior, hac vero rejecta, cautior factus eſt. At neque ea tantum quæ mala ſibi viſa ſunt, & Catholicæ

Cypriani admiranda Doctrina.

(*b*) Hier. epiſt. 14.

PAGIUS constituerat, *fiat oblatio aut deprecatio aliqua nomine ejus in Eccleſia frequentetur*. Id enim, inquit, *ab anteceſſoribus Epiſcopis* conſtitutum fuerat, *ut ſi quis frater fratrem excedens ad tutelam vel curam Clericum nominaret, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione ejus celebraretur*. Quem locum notavit Ruinartus V. CL. in Actis ſinceris & ſelectis Martyrum, dum Vitam & paſſionem Sancti Cypriani illuſtrat.

VI. *Presbyteri in Africa nunquam uxorati fuere.*

Pearſonius e ſecta Proteſtantium in Annal. Cyprian. anno CCXLVI. *Erant*, inquit, *tunc temporis, quemadmodum antea Presbyteri in Eccleſia Africana conjugati, ut hic Cæcilius & Novatus, qui uterum uxoris calce percuſſit; quibus addi fortaſſe debent Felix cum uxore Victoria; & Numidicus, qui uxorem adhærentem lateri ſuo concrematam latus aſpexit ipſe ſemiuſtulatus; quod hinc obſervari noluit Cardinalis*. Verum vana hæc omnia; jam enim Pamelius in Notis ad Epiſtolam Cypriani LII. quæ ipſi eſt XLIX. in qua de Novati ſceleribus agitur, & Schelſtratius in Eccleſia Africana Diſſert. III. cap. 4. annotarunt, hæc ſimiliave exempla aliud non probare quam ex matrimonio junctis ad Sacerdotium fuiſſe promotos, quos poſtea matrimonio uſos oſtendere debuiſſet Pearſonius, ut ejus argumentum vim haberet. Adeo autem verum eſt, ex Apoſtolico inſtituto Presbyteros continentiæ legi fuiſſe obſtrictos, ut in ſecundo Carthaginenſi Concilio ſub *Genethlio* anno CCCXC. celebrato, in quo ſtatutum, *ut Epiſcopi, Presbyteri, vel Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab uxoribus ſe abſtineant*, Genethlius ſubjunxerit: *Ut quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit Antiquitas, nos quoque cuſtodiamus*. Quid clarius? Verum hæc obiter dicta ſunto; in Hiſtoria enim elucidanda, & Chronologia reformanda totus labor noſter verſari debet. Ceterum, Cyprianum fuiſſe genere illuſtrem, & primum ſuæ civitatis Senatorem dixit Baronius, num. V. quia exiſtimabat, noſtrum Cyprianum eundem eſſe ac illum, de quo Nazianzenus Orat. 18. Sed ex ea Oratione manifeſtum eſt, eum diverſum eſſe; quod Billius jam obſervarat, quodque nunc extra controverſiam eſt.

VII. *Libri a S. Cypriano editi.*

Cyprianus poſt baptiſmum ſcripſiſſe videtur epiſtolam, ſive libellum potius ad Donatum & in Oratoria profeſſione & in baptiſmo ſocium; in quo Opuſculo Chriſtianæ Religionis vim atque virtutem mire extollit, & ſtylo plane oratorio depingit. Videtur & adhuc Laicus libellum *de Vanitate idolorum* conſcripſiſſe; tum quod illius non meminit Pontius, dum receſſum Epiſcopi ſui excuſat; tum quod tales libri Apologetici pro Chriſtianis adverſus Gentes a Viris eruditis ad Fidem converſis ſcribi ſolerent: tum quod de hoc argumento quamprimum ſcribere voluiſſe videatur, quod ipſe antea idololatriæ aſſertor fuiſſet. Hoc vero anno, aut ſaltem inſequenti ſub exordio Epiſcopatus ſui, dum continentiæ maxime ſtuderet, & diſciplinæ inſerviret, ſcripſit præclarum Opuſculum *de habitu Virginum*, ut conjicit Pearſonius.

VIII. *Perſecutio Alexandria excitata.*

Orta hoc anno perſecutio Alexandriæ ex motu populari; quales motus ea in urbe frequentes fuiſſe ex quacumque vel leviſſima cauſa præſertimque annis Quinquennalibus & id genus feſtis addictis, aliunde notiſſimum eſt. Dionyſius enim Alexandrinus, cujus teſtimonium extra omnem aleam eſſe debet, in Epiſtola ad Fabium Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum ſub Imperio Decii ſcripta, & ab Euſebio lib. 6. cap. 41. recitata, aſſerit, hanc perſecutionem popularem integro anno ante Edictum Decii contigiſſe, cum aliæ Eccleſiæ alta pace ſub Philippo Imperatore fruerentur: *Nequaquam*, inquit Dionyſius, *ex Imperatoris edicto perſecutio apud nos cæpta eſt; quippe quæ integro anno anteverterat*. Quare cum anno ſequenti circa menſem Julium Decius imperare cœperit, nullus dubito, quin præſenti ea perſecutio mota ſit, licet Pearſonius in Annalibus Cyprianicis eam ad annum ſequentem pertinere contendat. Nam jam per annum inte-

Baron. ann. 252. num. 11. & ſeqq.

cæ Eccleſiæ adverſantia, procul abjecit; ſed & excultam illam ſuam totoque Orbe ſpectatam dicendi facundiam tot ſudoribus partam, ac jugi exercitatione provectam eloquentiam, Chriſtianæ ſimplicitati poſthabuit, ac ut minus utilem & neceſſariam miſſam fecit; teſtatur enim hoc ipſe ad Donatum (*a*) reſcribens his verbis:

(*a*) *Cypr. ep.* 2.

XII. *In judiciis, in concione, pro roſtris, opulenta facundia, volubili ambitione jactetur. Cum de Domino Deo vox eſt, vocis pura ſinceritas non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, ſed rebus. Denique accipe non diſerta, ſed fortia, nec ad audientiæ popularis illecebram culto ſermone fucata, ſed ad divinam indulgentiam prædicandam rudi veritate ſimplicia.* At licet ipſe ejuſmodi in dicendo atque ſcribendo inierit rationem, ut non excreſcentem modo facundiam circumcideret ac reſecaret, ſed ſolo tenus demeteret: tamen tam Latini, quam Græci ejuſdem facultatis omnium diſertiſſimi, eam ſunt vehementer admirati. Nam Latinorum rhetorum culmen Lactantius (*b*) hæc habet: *Unus præcipuus & clarus extitit Cyprianus, qui magnam ſibi gloriam ex artis oratoriæ profeſſione quæſierat, & admodum multa conſcripſit in ſuo genere admiranda: erat enim ingenio facili, copioſo, ſuavi, &, quæ ſermonis maxima eſt virtus, aperto; ut diſcernere nequeas, utrum ne ornatior in loquendo, ac facilior in explicando, an promptior in perſuadendo quiſquam fuerit.* Græcorum vero Gregorius Nazianzenus (*c*) eloquentiſſimus, dum de Cypriani eloquentia diſſerit, eam adeo eminentem atque ſublimem prædicat, ut dicere illud audeat, ipſum ea comparatione cæteris hominibus præſtitiſſe, qua ſolent homines bruta animalia antecellere; ſunt enim hæc ejus verba: *Sive me tibi doctrina tua atque eloquentia conciliet, qua tu tanto reliquos mortales anteibas, quanto nos brutis animantibus præſtamus.*

Cyprianus eloquentiam miſſam facit.

(*b*) *Lactan. l.* 5. *c.* 1.

Qualis Cypriani eloquentia.

(*c*) *Greg. Naz. orat. in Laud. Cypr.*

Quod ſi poſt meſſem tanti æſtimatæ ſunt paucæ humi inhærentes ſpicæ reſiduæ; quanti facienda erat prima illa florentiſſima eloquentiæ ſeges, quam humanæ gloriæ ſpirans aura jucundiſſime agitabat? XIII.

PAGIUS tegrum graſſata fuerat, tempore Paſchali anni Chriſti inſequentis, quo deſiit. Sulpicius Severus ſcribit: *Severo imperante Chriſtianorum vexatio fuit: interjectis deinde annis VIII. & XXX. pax Chriſtianis fuit, niſi quod medio tempore Maximinus nonnullarum Eccleſiarum Clericos vexavit.* Severus anno CCXI. e vivis exceſſit, ideoque anni illi triginta octo currenti Chriſti anno terminantur. Pearſonius tamen eam perſecutionem docte explicat, verbis de incerto Auctore hujus præviæ perſecutionis proxime ſequentibus, nondum recte intellectis, καὶ φθάσαι ὁ κακῶν τῇ πόλει ταύτῃ μάντις, καὶ ποιητὴς, ὅστις ἐκεῖνος ἦν, ἐκίνησε καὶ παρώρμεσε καθ' ἡμᾶς τὰ πλήθη τῶν ἐθνῶν. Hinc enim Magum quemdam populum Alexandrinum inſtigaſſe vult Baronius, & quidem eum ipſum, qui poſtea Valerianum adverſus Eccleſiam concitavit: ſed Vatem & Poetam potius eum fuiſſe ſtatuit Valeſius in Notis ad præfatum locum, quia Poetæ cum Vatibus magnam habent ſocietatem, & Ægyptii Poetica delectabantur: unde ea Dionyſii verba ſic tranſtulit: *Etenim infauſtus quidam Vates ac poeta, quiſquis ille fuit, commoverat jam antea, atque incitaverat adverſus nos Gentilium turbas.* Sed neuter, inquit Pearſonius mentem magni illius Rhetoris aſſecutus eſt: ſimpliciter enim vertendum: *Et prævertens malorum huic urbi vates & auctor, quiſquis ille fuit, commovit, & incitavit adverſus nos Gentilium turbas.* Hoc quippe voluit Dionyſius, neſcio quem priorum civitati malorum auctorem fuiſſe ſub Philippo, futurorum autem ſub Decio Vatem: qua occaſione arrepta, luculentam rerum, quæ tunc in Imperio Romano contigerunt, obiter hiſtoriam texit: quam alibi certo temporis intervallo ſignatam vix reperies quæque hic cum Pearſonio explicanda:

IX. Etenim hæc perſecutio Alexandriæ ſub Imperio Philippi Chriſtianis maxime benigno, ex motu populari & tumultuario orta, referente Dionyſio, ἐπὶ πολύ, hoc eſt, *diu* non *diutiſſime* (ut Valeſius) duravit. Uſque ad feſtum Paſchatis, quod edictum Decii præceſſit, ſæviiſſe, Dionyſius ipſe indicat in epiſtola Paſchali apud Euſebium lib. 7. cap. 22. *Multa quidem & acerba ante hanc calamitatem nobis contigerunt. Primum enim nos expulerunt; cumque ſoli ab omnibus fugaremur, & morti exponeremur, etiam tum feſtum celebravimus, Paſchale* ſc. de quo agit. Hæc ſane de hac perſecutione populari, quæ prima ſub Dionyſio fuit, & ſolos ſpectabat Alexandrinos, omnino intelligenda ſunt, ut recte animadvertit Valeſius: qua adhuc durante, Confeſſores Alexandrini urbe pulſi & fugati, in ipſa ſolitudine feſtum Paſchale celebrabant. Orta enim inter ipſos Gentiles ſeditio perſecutionem eam popularem repreſſit. Ita Dionyſius: Διαδεξαμένη δὲ της ἀθλίυς ἡ στασις καὶ ὁ πόλεμος ὁ ἐμφύλιος τὴν καθ' ἡμῶν ὠμότητα πρὸς ἀλλήλυς ἀυτῶν ἔτρεψεν. Ubi pro ἀθλίυς, mallem legere ἄθλυς, quæ vox agonibus ſeu certaminibus & paſſionibus Martyrum frequenter attributa eſt, & in hac ipſa Epiſtola poſtea ita uſurpatur, ut ſenſus ſit: *Excipiens autem hos agonas ſeditio cum civili bello, crudelitatem contra nos in ipſos mutuo convertit.* Id enim διαδέχεσθαι poſtulat, quod ſucceſſionem ſignificat: quæ quidem hoc loco non perſonas, ſed res ſpectat. Verum quocumque modo legas, ſeditio cum civili bello inſperato exorta perſecutioni huic populari, quæ integro anno ante edictum Decii eruperat, poſt Paſcha anni CCXLIX. finem impoſuit.

Civile bellum perſecutioni finem imponit.

X. Secundo, ſeditio illa, quæ perſecutionem Alexandrinam tunc temporis ſedavit, variorum motuum cauſa extitit, ut diſcimus ex Zoſimo lib. 1. *Cum autem rerum perturbationes eodem tempore plures incidiſſent, Orientales quidem partes, novas ad res converſa, Jotapianum ad ſummam rerum provexerunt, itidemque Myſorum & Pannoniorum legiones Marinum.* Jotapiani nulla ſuperſunt Numiſmata, ſed Marini duo Græca Mediobarbus in Numiſmatis Impp. recitat. In quorum antica legitur: ΘΕΩ ΜΑΡΙΝΩ, id eſt, *Divo Marino*. In averſa parte: ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑ. C. S. C. id eſt, *Colonia Philippopolitanorum*

Marinus & Jotapianus tyrannidem arripiunt.

Baron. an. 253. n. IV.

Quam quidem ex aliquibus ejuſdem Cypriani locis licet veluti per tranſennam aſpicere; reliquiſſe enim alicubi Cyprianum quædam impreſſa veſtigia, quibus qualis quantaque ejus in dicendo vis eſſet, quemlibet facile mente conſpicere potuiſſe, S. Auguſtinus (*a*) teſtatur, cum ait: *Eſt tale quid in epiſtola beati Cypriani; quod ideo puto vel accidiſſe, vel conſulto factum eſſe, ut ſciretur a poſteris, quam linguam doctrinæ Chriſtianæ ſanitas ab iſta redundantia revocaverit, & ad eloquentiam graviorem modeſtioremque reſtrinxerit; qualis in ejus conſequentibus litteris ſecure amatur, religioſe appetitur, ſed difficillime impletur*: Hæc Auguſtinus. Eſt locus ille in epiſtola ad Donatum, quem recitat; eam, ſi libet, lector, conſulas. Sed de Cypriani primordiis nunc ſatis.

(a) *Aug. de Doctr. Chriſt. lib.* 4. *cap.* 14.

Chriſti

PAGIUS *rum, Senatuſconſulto*. Quam conſecrationem Mediobarbus ad Philippopolitanos ingenioſe refert, forte ob defenſionem hujus urbis contra Scythas a Marino (vel cum Sarmatici Limitis Dux, vel cum Auguſtus fuit) ſuſceptam. Hoſtes enim eidem inhiabant, utpote opulentiſſimæ, & regionis capiti, & quam Decio imperante, captam direpſere. Sed quidquid ſit, Jotapianus & Marinus *non magno labore* deturbati, ut Zoſimus teſtatur. Quo tempore Chriſtiani Alexandriæ paululum reſpirarunt, ut ait Dionyſius: qui adhuc progreditur, & rerum in Republica ſtatum ſic deſcribit: *Subito autem Imperii illius erga nos benignioris mutatio nunciata eſt*. Et mutatio illa *non animi mutatio* fuit, ut non bene locum vertit Chriſtophorſonus, cui adhæſit Baronius, ſed ipſius Imperii ex ſubita utriuſque Philippi nece. *Decius* enim ſublato Marino ad Pannonicas legiones caſtigandas a Philippo miſſus, in Pannonia renunciatus eſt Imperator ab exercitu. Qui purpura indutus Philippum ſeniorem Veronæ occidit, poſt quem Philippus junior Romæ interfectus. Hæc erat benignioris erga Chriſtianos Imperii mutatio, cujus ad Alexandrinos fama perlata, graviſſimæ Chriſtianis minæ intentabantur. Hucuſque Dionyſius, Epiſcopus ea tempeſtate Alexandrinus, apud Euſebium partim lib. 7. cap. 21. partim lib. 6. cap. 41. utrobique enim de una eademque re intelligendus. Concludit Pearſonius, quantum ex ejus epiſtolis conjectura capi poſſit, ineunte menſe Maio anni CCXLIX. *Marinum* in Pannonia ſumſiſſe Imperium; exeunte Julio Decium, ſublato Marino, ſumſiſſe purpuram; menſe Auguſto occiſum eſſe ſeniorem Philippum Veronæ, & paulo poſt juniorem Romæ: ac denique menſe Septembri ineunte, Decium ſe Imperatorem renuntiaſſe. Sed anno ſequenti videbimus jam circa menſem Julium *Decium* imperaſſe, Philippoſque occiſos, ideoque Marinum circa ſequentis anni initium ſeſe Auguſtum dixiſſe. Atque in hunc modum poſt perſecutionem Eccleſiæ Alexandrinæ ex motu populari ortam, poſt ſeditionem populi cum bello civili excitatam, Philipporum Imperium, qui omnium hactenus Imperatorum maxime Chriſtianis faverant, penitus exciſum eſt. Quæ Imperii *mutatio* cum Alexandrinis nuntiata eſt, ſtatim terror & minæ intentabantur; donec ex edicto novi Imperatoris Chriſtianis maxime infenſi, graviſſima perſecutio erupit. Quæ omnino, inquit Pearſonius, mens eſt Dionyſii Alexandrini de anno Decianam perſecutionem præcedente hiſtorice explicata, & cum reliquis veræ Antiquitatis monumentis collata. Quæ tamen in Annalibus Baronii jejune ac loco non ſuo recitata. In iiſdem etiam Marinus perperam *Macrinus* appellatur, & de *Jotapiano* nulla fit mentio.

Baron. an. 253. num. cii.

JESU CHRISTI ANNUS 251. | FABIANI PAP. ANNUS 13. | PHILIPPI IMP. ANNUS 6.

CHriſti anno ducenteſimo quinquageſimoprimo, Æmiliano & Aquilino Coſſ. Philippus ſextum inchoavit Imperii annum, quo occiſum eſſe, complures affirmant, dicentes Philippum annis tantum quinque expletis regnaſſe. Verum nobis magis probatur ſententia dicentium ipſum annis ſeptem imperaſſe; quod quidem Euſebius tum in Chronico habet, tum etiam in Hiſtoria (a). Confirmatur id ipſum quoque ex Faſtis Caſſiodori, in quibus ſub Philippo ſeptem numerantur Conſulatus. Conſentit & vetus inſcriptio, qua demonſtratur, Philippos occiſos anno Chriſti ducenteſimo quinquageſimotertio; quam quidem inſcriptionem ſuo loco ponemus. His

(a) *Euſeb. lib.6. cap.* 32.

Ann. Eccl. Tom.II. Cccc acce-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5742.

SÆC. III. Anno Urbis 1002. Olymp. 257. an. 1. A.C. 249.

☉ 6. G. ☽ 3. P. 15. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 249. *ſecund. Baronium* 251.

FABIANI PAPÆ 14.

DECII IMP. 1.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Fulvius Aemilianus II. & Vectius Aquilinus.* Æmilianus tam in Inſcriptione Onuphriana, quam in Faſtis Theonis & Heraclii cum numerali nota profertur. Nuper Smyrna delatum eſt marmor ad Cuperum V. Cl. cum inſcripto nomine *A. Fulvii Aemiliani Coſſ. II.* [2]

II. *Philippus Senior ter, Junior bis Conſul fuit.*

Mediobarbus in Numiſmatis Imperatorum pag. 351. Philippi junioris Nummum a ſe viſum producit, in cujus poſtica parte legitur: PONTIFEX. MAX. TR. P. V. COS. III. PP. Cum vero Philippum juniorem duos tantum Conſulatus geſſiſſe, & hoc anno Faſtis nomen non dediſſe indubitatum ſit, hæc ad Nummi explicationem ſcribit Mediobarbus: *Vel hujus Nummi averſa pars ex patris Nummo mutuata eſt, vel Pontificatus maximus Philippo juniori a patre communicatus eſt, & tertium Conſulatum extraordinarium geſſit Philippus itidem junior anno CCXLIX. antequam fato cederet.* Ex quibus conjecturis prima certiſſima. Nam in poſtica parte Nummorum unius Imperatoris tituli alterius non raro leguntur. Mediobarbus in Severo hunc Nummum exhibet: SEVERUS AUG. PARTH. MAX. in averſa parte: PRINC. IUVENT. COS. Repræſentantur tres figuræ equeſtres decurrentes; & hæc verba *Princeps Juventutis Conſul*, non ad Severum, qui Auguſtus erat, ſed ad Getam, qui tantum Cæſar ac Princeps Juventutis referuntur, ut ipſemet Mediobarbus recte obſervavit pag. 277. Ex quo, aliiſque multis hujuſmodi Nummis manifeſte apparet, poſticam partem præfati Numiſmatis Philippi junioris intelligendam eſſe de Philippo ſeniore patre, qui ter Conſul fuit, quique anno præcedenti quintam Tribunitiam Poteſtatem & Conſulatum tertium ſuſcepit. Harduinus V. Cl. in Nummis Populorum & Urbium pag. 55. Nummum Philippi patris profert inſcriptum: ΑΥΤΟΚΡΑ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟC CEB. id eſt, *Imperator M. Julius Philippus Aug.* ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥCΙΑC. ΥΠΑΤΟ. Δ. ΑΝΤΙΟΚΙΑ. S. C. Viſitur aquila. Ea verba ſic vertit Harduinus, *Tribunitia Poteſtatis, Conſul IV.* Et tamen Philippum ſeniorem numquam quartum Conſulatum geſſiſſe certiſſimum. Quare cum Harduinus ſcribat, eum Nummum in Cimelio Collegii Pariſienſis Ludovici Magni aſſervari, Virum erudítiſſimum adii, ut ſcirem, an revera ea poſtica ita inſcripta eſſet, vel Typographus erraſſet, vidique, Nummum integrum & optimæ fidei eſſe, ac Inſcriptionem in nullo vitiatam. Verum ea littera Δ ad Conſulatum proxime delineatum non refertur, ſed aliam ſignificationem habet, mihi, aliiſque, quos conſului, ignotam. Nec enim Philippus ſenior quartum, nec Philippus junior tertium Conſul fuit.

Quia

NOTÆ [1] COſſ. *Fulvius Æmilianus II. & Vectius Aquilinus.* Conſules hujus anni apud Relandum ſunt; *M. Æmilianus II. & Junius Aquilinus.* Gruterus pag. LXXIV. 6. & CXXX. 2.

V. KAL. JUN. AEMIL. II.
ET AQUILIN. COS.

Item pag. CIII. 2. ex quo Fabrettus pag. 434.

DEDICATA
III. NON. JAN.
AEMILIANO. II. ET AQUILINO. COS.

Fabrettus quoque pag. 635. n. 301.

M. V. A. KAL. APRIL.
M. AEMILIANO. ET JUNIO. AQUI-
LINO. COS.

Vulgares Faſti: *Æmiliano & Aquilino.*

[2] UNde hauſerit Pagius hunc ſuum Vectium Aquilinum ignoro. Nam qui Vectius Aquilinus cum Junio Maximo Conſulatum geſſit anno 286. alius erat ab Aquilino hujus anni Conſule, cum ille notam ſecundi Conſulatus numquam præferat. Noſter vero qui cum Æmiliano Conſulem egit in triplici Gruteriana Inſcriptione apparens in duabus nomen prænomenque nullum refert, in altera vero eſt C. Aquilinus. Gruter. Inſcr. fol. LXXIV. 6. CIII. 11. CXXX. 2.

(a) Caſſiodor. & alii.

accedit, quod cum Philipporum necem contigiſſe tradant (a) ſub ſecundo Decii Conſulatu, eos ad ſeptimum annum Imperium produxiſſe liquet. Qui autem ab his diverſam inierunt de annis Philippi Imperii rationem, & hoc anno eum ſimul & filium necatos tradunt; cum Conſulatus ſubducant e Faſtis (b), ordine temporum ſemel confuſo, diverſis ſe alioſque implicant labyrinthis. Sequen-

(b) Panvin in Faſtis, & alii eum ſecuti.

PAGIUS III. *Chronologia Annalium corrupta.*

[1] Quia Baronius annos ſeptem Philippo ſeniori, qui ſextum tantum inchoavit, attribuit, ejus Chronologia per decennium & amplius prorſus corrupta. Annorum enim numerus & rerum geſtarum ordo Imperatorum temporibus ad amuſſim quadrare debent. Depravata & in Annalibus Faſtorum Conſularium ſeries, quibus inniti debet Chronologia, ad eoſque dubii Imperatorum anni reduci. Et quidem Auguſtorum tempora perquam obſcura reddidit veterum Hiſtoricorum penuria, ut obſervavit Pearſonius in Præfatione ad Annales Cyprianicos. Nam & Hiſtoriæ Auguſtæ corpus hic potiſſimum truncatum eſt, cum Vitæ Philipporum, Deciorum, Galli & Voluſiani a Trebellio Pollione ſcriptæ perierint; Valeriani & Galliani mutilatæ ſint; præterea Faſti Onuphrii, aliorumque Recentiorum perturbati, & Caſſiodori Faſti, quos ſibi ſequendos ſtatuit Baronius, per hæc quidem tempora recte diſpoſiti, ſed male cum Imperatorum annis connexi; imo eoſdem Baronius interpolavit. Quare Faſtorum corruptio non in Faſtos veteres, ſed moderuos refundenda, ut vidit Pearſonius citatus: quippe in Fragmento Conſulari a Bucherio evulgato Conſules accurate digeſti: aliqui in initio Indiculi de Præfectis Urbi recte exhibiti, & in Victorii Canone Paſchali omnes ſuo ordine repræſentati. Faſti etiam Siculi conſentiunt, uno excepto, quod Decios Gallo & Voluſiano ſubjungunt, manifeſta tranſpoſitione. Denique omnes Conſulatus Imperatorum, qui non pauci fuere, Nummis & Inſcriptionibus ac Conſulatuum Cæſareorum regulis confirmantur; & non tantum illi, ſed & reliqui quoque omnes Conſulatus, cum reſcriptis Principum in Codice Juſtinianeo, nullo alio intermixto, inveniuntur. Jam autem in Diſſert. Hypat. oſtendi, nullos Conſules in Codice tam Juſtinianeo, quam Theodoſiano legi, qui ordinarii non fuerint. Annalium itaque reſtitutio nobis impigre proſequenda, quamvis de ea non pauci deſperaverint, ipſeque Spondanus ſcripſerit, nihil ſibi libuiſſe immutare, ne aliorum errores augeret, & Alfordus tom. 1. Annal. Eccleſiaſt. Britanniæ anno 262. dixerit, hos nodos ſolvere ſuarum non fuiſſe virium. Nobis tamen ſæpius ordo hactenus ſervatus, ut narratio clarior procedat, neve tempora confundantur, immutandus erit.

Spondan. poſt num. 11.

IV. *Perſecutio.* Hoc anno perſecutio Alexandriæ jam ſuperiori cœpta adhuc ſæviit, ut videre eſt anno præcedenti, num. VIII. & ſeqq.

V. *Philippus Imp. occiſus.* Hoc etiam anno, uterque Philippus pater & filius Impp. circa menſem Julium occiſi ſunt ſexto Imperii anno inchoato. Victor quidem de Cæſaribus, Victor alter, & Eutropius, quinquennio Philippum ſeniorem imperaſſe ſcribunt, quia nempe ſextum annum tantum delibavit. Mediobarbus pag. 347. duos ejus Nummos producit in poſtica inſcriptos: P. M. TR. P. VI. COS. III. P. P. In duobus etiam Philippi Nummis Græcis apud Goltzium ſextus Imperii annus legitur. Euſebius tam in Chronico quam in Hiſtoria, alique quidam Philippum ſeptem annis imperaſſe ſcripſere; quam opinionem Baronius amplexus eſt, motus præcipue ſeptem Conſulatibus, qui ſub Philippo in Faſtis Caſſiodori leguntur, & pſeudographa Inſcriptione, quæ Veronæ extat, in qua annus mortis Philippi numeratur Chriſti CCLIII. Verum frivola utraque ratio. Onuphrius enim, qui Veronæ natus erat, eam Inſcriptionem, uti a quodam imperito poſitam, contemſit. Neque ante ſextum Eccleſiæ ſeculum Era Chriſtiana, qua nunc utitur Eccleſia Occidentalis, a Latinis uſurpata. Caſſiodorus in Chronico minime audiendus; cum enim per totum Conſulatum Decii & Grati, ac etiam per Conſulatum utriuſque Decii Philippum regnaſſe ſcribat, ſibi nullam fidem hac in re deberi oſtendit. Currenti quippe anno jam Decium imperaſſe, & ſub utriuſque Decii, ſuo videlicet, & filii, Conſulatu, peremtum eſſe, certis argumentis conſtat [1].

VI. *Quo menſe occiſus.* Quoad menſem, quo uterque occiſus, eliciendus ex lib. 8. Cod. Juſtinianei tit. 35. ubi L. 1. *De revocandis donationibus*; inſcripta eſt: *Imp. Philippus Aug. Caſmino*; ſubſcripta vero, *XV. Kal. Jul. Æmiliano & Aquilino Coſſ.* Præterea in eodem Codice extat reſcriptum lib. 4. tit. 16. cum hac inſcriptione, *Imp. Decius A. Thelemacho*, cum ſubſcriptione, *P. P. XIV. Kal. Novemb. Æmiliano & Aquilino Coſſ.* Quibus ex Legibus certiſſimum fit, non tantum Philippum ſub hujus anni Conſulibus interiiſſe, & ſub iiſdem Decium imperare cœpiſſe; ſed etiam XV. Kal. Julias, ſeu die decima ſeptima menſis Junii Philippum adhuc in vivis fuiſſe. His ſi addas quæ in morte Decii in medium adducemus, liquebit, Philippum circa menſem Julium peremtum, nec uſque ad menſem Auguſtum, quod voluit Pearſonius in Annalibus Cyprianicis vitam protrahere potuiſſe. Zonaras de Philippo ſcribit: *Regnavit, ut quidam tradunt, annos V. ut alii, VI. & totidem menſes*; quod ab aliquo antiquo Scriptore mutuatum. Si itaque Philippus annos quinque & totidem menſes imperavit, menſes illi utrimque incompleti fuere, & initio menſis Julii aut circiter Decius Imperium ſuſcepit, occiſo Philippo, qui anno CCXLIV. menſe Februario aut Martio regnare cœperat. Sextum enim Imperii annum inchoaſſe inter omnes nunc convenire debet.

NOTÆ [1] DE initio imperii *Decii*, deque trium annorum apud Baronium metachroniſmo, quem ante Pagium Noriſius detexerat, adeundus ipſe Noriſius in Epochis pag. 290. & ſequentibus.

[2] SErius aliquanto Philippi exitum ut conſignemus cogit nos lex quædam Philippi in Codice Juſtiniani l. 6. tit. 36. quæ cum data ſit Idib. Octob. Æmiliano, & Peregrino (corrupte pro Aquilino) ſatis demonſtrat, Philippum uſque ad eam diem Imperium prorogaſſe. Nec ex hac chronotaxi quidquam incommodi retrahitur; ſupereſt enim locus uti Deciano Imperio, quod deſiit anno 251. ante diem ſextam Kal. Novembris, anni tres inchoati aſſignentur, quod optime evincit Pagius ad A. 251. 30.

JESU CHRISTI ANNUS 252. | FABIANI PAP. ANNUS 14. | PHILIPPI IMP. ANNUS 7.

I. (a) Caſſiodor. in Chronico.

SEquenti anno ducenteſimo quinquageſimoſecundo, qui penes Latinos extant Faſti antiquiores (a), Decium atque Gratum Conſules ponunt; quos aliqui incerta ſequentes, inconſulte nimis prætermiſiſſe videntur; ſed quem nos meliorem in his Caſſiodoro ſequamur, invenimus neminem.

II. Perſecutio in Ægypto excitatur a Mago.

Hoc ipſo anno, qui præceſſit Decii perſecutionem, gravis tumultus Alexandriæ in Chriſtianos excitatus eſt, inſtigante in eos mago quodam Ægyptios. Quam autem ſæva ac furens hæc fuerit repentina graſſatio, Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus ſcripſit ad Fabium Antiochenum Antiſtitem his verbis ab Euſebio (b) reci- ta-

(b) Euſeb. lib. 6. cap. 34.

Ann. Eccl. Tom. II. Cccc 2

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 1003. Olymp. 257. an. 2. A.C. 250.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5743.

☉ 7. F. ☽. 4. P. 7. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 250. *ſecund. Baronium* 252.

Sedes vacat.

DECII IMP. 2.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. C. *Meſſius Quintus Traianus Decius Aug. II. & Annius Gratus.* Decii Conſulatus juxta primam Conſulatuum Cæſareorum regulam. Iterati honoris notam in Decio exhibent Fragmentum Conſulare Bucherii, Faſti Græci a Dodvvello publicati, Faſti Idaciani, Chronicon Damaſi, & Reſcriptum Codicis Juſtinianei lib. 3. tit. 22. datum *Decio II. & Grato Coſſ.* Decium prænomen Caii, non vero Gneii, ut Onuphrius omnibus perſuaſerat, tuliſſe detexit doctiſſimus Card. Noriſius in Diſſert. 3. de Epochis Syro-Macedonum cap. 10. ex Nummo Græco a ſe producto, & liquet ex inſcriptione anno ſequenti num. XXXI. a me recitanda, variiſque Nummis. Triſtanus quidem Tom. II. pag. 575. & ſeqq. varia Numiſmata Græca & Latina exhibet, in quibus Decius modo G. Meſſius Quintus Traianus Decius, modo Gn Meſſius appellatur, ſed id tribuendum peſſimæ conſuetudini, quæ nondum penitus profligari potuit, ſecundum quam Antiquarii Numiſmata quæ non intelligebant, correctionis obtentu corrumpebant, quamvis ſinceriſſima eſſent. Cum tamen licet corrupta quandoque ſint, eodem modo repræſentari debeant, ac cuſa ſunt, ut non ſemel monui.

II. *Imperatores initio Imperii ſemel tantum Conſulatum ſumunt.*

Pearſonius in Annalibus Cyprianicis ait: *Decius anno ſuperiori, occiſis Philippis, ſe ſtatim Conſulem non minus quam Imperatorem renuntiavit; & hunc annum poſtea more veteri aperuit, ac Faſtos reſeravit, ſumto Conſulatu ordinario poſt ſuffectum.* Verum hæc opinio, quæ hucuſque invalui, quæque ſtatuit, Imperatores, qui proximis poſt conſecutum Imperium Kalendis Januariis iterum Conſules procedunt, prioribus Imperii menſibus Conſulatum ſuffectum ſuſcepiſſe, falſiſſima. Si enim anno præcedenti Decius Conſulatum ſuffectum geſſiſſet, præſenti Faſtis nomen non dediſſet, Auguſtis Imperii initio non bis, ſed ſemel Conſulatum ſumentibus. Ille itaque vulgaris error, quem prioris Conſulatuum Cæſareorum regulæ beneficio detexi, procul in po-

NOTÆ [1] COſſ. *C. Meſſius Quintus Traianus Decius II. & Annius Gratus.* Vetus lapis Florentiæ, apud Jo. Vaillantium in Opere de Coloniis, tom. II. pag. 294.

IMP. CAES. C. MESSIUS
Q. TRAIANUS. DECIUS
INVICTUS. PIUS. FELIX. AUG.
P. M. TRIB. P. COS II. P. P.
PROCOS. ET Q. HEREN-
NIUS. ETRUSCUS. MESSIUS.
DECIUS. CAESAR.

Gruterus pag. CCLXXIII.

IMP. CAES. C. MESSIO.
QUINTO TRAIANO. DECIO.
PIO FOELICI. AUG.
PONTIFICI. MAX.
TRIB. POT. III. COS. II.

Ibidem pag. MXXI.

IMP....
C. ME.....
TRAIANUS DECIUS...
F. AUG. PA. P. TRIB. POT.
II. COS. II. PI. C...

Alia inſcriptio ab ipſo Pagio vulgata ex Schedis Peireskii, ubi *Decius* cum

TRIB. POT. III. COS. II.

Item apud Sponium in Miſcellan. pag. 202.
Vulgares Faſti: *Decio II. & Grato.*

tatis: *Non ex Imperatoris edicto perſecutio apud nos incœpta fuit, ſed integro anno prævenerat. Nam vates (quiſquis ille fuerit) malorum omnium, quæ huic civitati acciderunt, architectus, infinitam Gentilium turbam contra nos incitaverat impuleratque, atque adeo ad patriam ſuam & antiquam ſuperſtitionem defendendam magnopere inſtigarat; qui ab illo ad malevolentiam irritati, omnemque aucupati licentiam ad ſcelus patrandum, ſolam pietatem & verum cultum dæmonum ſuorum iſtum cenſuerunt, ut Chriſtianorum cæde & ſanguine ſuas crudeles manus reſpergerent.*

III. Metræ martyrium, & Quinctæ. *Primum igitur ſenem quemdam, Metram nomine, arreptum, impia verba contra Deum loqui mandant; cujus corpus, propterea quod eorum voluntati repugnabat, fuſtibus cædunt, vultum oculoſque præacutis arundinibus pungunt; ipſumque adeo ad ſuburbia abductum, lapidibus obruunt. Deinde Fidelem mulierem, quæ vocabatur Quincta, ad idolorum delubrum deducere, & ad falſos deos venerandos impellere cœperunt; eamque, cum ſe averteret, & talem cultum deteſtaretur, pedibus conſtrictis per univerſæ urbis plateas aſperis ſaxis conſtratas raptare; & ſimulac corpus ejus ad ſaxa molaria alliſiſſent, & flagris pariter laceraſſent, ad ſuburbia trahere, ibique crebro ſaxorum conjectu obterere. Tum vero, uno quaſi animorum impetu, omnes in ædes piorum irruere, & ſinguli, quos ſibi vicinos eſſe cognoverant, propere educere, expoliare, diripere; & divitias ac ſupellectilem, ſi qua erat pretioſior, ſibi ſeponere; ſi qua vilior, ſordidior, & ex ligno confecta, in viis diſſipare, deinde exurere, adeo ut civi-*

PAGIUS poſterum eliminandus, ſub Philippo Decius Conſulatum illum ſuffectum obtinuit. In Vita enim S. *Genulphi* Epiſcopi Cadurcenſis, qui ſub Decio martyrium paſſus eſt, ab Auctore anonymo ſcripta, & a Bollando die XVII. Januarii illuſtrata num. III. legitur: *Philippo itaque cum filio Auguſtalem agente dignitatem, Decius in Conſulatu Cæſaream agebat procurationem*. Et licet is Anonymus, ut ex eadem Vita colligitur, poſt annum Chriſti nongenteſimum nonageſimum vixerit, quia tamen triennio poſt S. Genulphi mortem, S. *Sebaſtus* Acta ejus deſcripſit, ut in Notis Bollandus obſervat, non videtur dubium, quin poſterior hæc Vita a primigenia fuerit excerpta. Baronius priorem Decii Conſulatum ordinarium credidit, indeque tertium annum aperuiſſe ſcripſit; quam ſententiam in interitu Decii a veritate alienam demonſtrabimus.

III. *Perſecutio ſub Philippo cœpta.* Ad num. II. & ſeqq. Perſecutio Alexandriæ vivente adhuc Philippo, excitata, de qua hoc anno Baronius, pertinet ad annum CCXLVIII. ubi eam explicavimus. Martyres itaque, de quibus Dionyſius Alexandrinus in Epiſtola ad Fabium Epiſcopum Antiochiæ, ab Euſebio recitata lib. 6. cap. 41. ante Philippi Imperatoris obitum morte affecti; licet in Martyrologiis *Serapio*, aliique ſub Decio paſſi dicantur. Idem error in omnibus Martyrologiis admiſſus de *Apollonia* virgine, quam ſub Decio martyrio coronatam dicunt die IX. Februarii, ut obſervat Valeſius in Notis Euſebianis. Quod factum, quia perſecutionem ſub Philippo & Decio motam Antiqui pro unica reputarunt. Vita S. Apolloniæ a Bollando die IX. Februarii fuſe explicata.

Baron. n. 11. & ſeq.

IV. *Perſecutio Deciana.* Baron. an. 253. num. x. & ſeqq. Spond. ibid. num. IV. Decius, hoſtium nece lætus Romam venit; ubi *aliquantum moratur mœnium gratia, quæ inſtituit, dedicandorum. Et interea ad eum Jotapiani, qui Alexandri tumens ſtirpe, per Syriam tentans nova, militum arbitrio occubuerat; ora, uti mos eſt, inopinato feruntur*, inquit Victor de Cæſaribus. Jamque in Imperio confirmatus graviſſimam perſecutionem molitus eſt. Dionyſius Alexandrinus in epiſtola ad Fabium Epiſcopum Antiochiæ, relata ab Euſebio lib. 7. cap. 41. tempus indicat: *Sed continuo*, inquit, *Imperii illius erga nos benigniſſimi mutatio nobis nuntiata eſt, & graviſſimus nobis minarum terror intentabatur. Jamque aderat edictum Imperatoris*, &c. Quæ verba explicans Pearſonius in Annalibus Cyprianicis ait, poſt initium Imperii Deciani primo minas intentatas fuiſſe, deinde edictum prodiiſſe, circa finem anni præcedentis, aut præſenti ineunte.

V. *Fuga S. Cypriani.* Geſta in hac perſecutione ſic digerit Pearſonius citatus, quem ut plurimum ſequemur. Hujus anni initio S. Cyprianus iterum flagitatus & quæſitus, & ſæpius ad leonem petitus in Circo, in Amphiteatro; Dominicæ dignationis teſtimonio honoratus eſt. Tandem vero a Deo juſſus ſeceſſit cum Victore Diacono ſuo: *Dicata enim in omnibus Deo mens, & Fides divinis admonitionibus mancipata credidit ſe, niſi Domino latebram tunc jubenti paruiſſet, etiam ipſa paſſione peccare*, ut loquitur Pontius. Quamobrem cum non appareret, proſcriptus eſt, applicito & adjuncto Epiſcopatus nomine; cum publice legeretur, *Si quis tenet vel poſſidet de bonis Cæcilii Cypriani Epiſcopi Chriſtianorum*, &c.

Baron. an. 253. num. XXX.

VI. *Plures perſecutioni ſuccumbunt.* Sub initio perſecutionis, dum multi confeſſione facta coram Magiſtratibus in carcerem conjecti ſunt, multo plures Fidem denegabant. de quibus conqueritur Cyprianus libello *de Lapſis*. Baronius ſeceſſui Cypriani ſtatim ſubnectit: *Sed & illud nefandum tunc accidit, ut ex Clero Carthaginienſi quinque Presbyteri deſertores facti ſeſe ad perſequendos Fideles adjunxerint Magiſtratibus*. Sed locus ad id probandum ab eo adductus longe aliter explicandus, ut anno ſequenti, quo ſcriptus eſt, videbimus.

Baron. an. 253. num. XVI. & ſeqq.

VII. *S. Fabianus PP. martyrio coronatur.* [1] Decius Dei Sacerdotibus infeſtus S. Fabianum Romanum Pontificem morte affecit. In Chronico Damaſi de Fabiano dicitur: *Fabianus annos quatuordecim, menſem unum, dies decem. Fuit temporibus Maximini, & Gordiani, & Philippi. A Conſulatu Maximini & Africani, uſque Decio II. & Grato. Paſſus XII. Kalendas Februarii* Loco XII. *Kalendas Februarii*, Henſchenius legit

Baron. an. 253. num. XXVII.

NOTÆ [1] IN Catalogo Cuſpiniani ab Eccardo in Corpor. Hiſtoric. Med. Ævi to. 1. pag. 26. ad fidem manuſcripti Codicis Bibliothecæ Cæſareæ, (ejuſdem quo Cuſpinianus eſt uſus) iterum vulgato de Fabiano, quem *Fabium* appellat, legitur: *Paſſus XII. Kal. Octobris* (non Februarii). Ex hac autem lectione Virorum doctorum conjecturæ plurimum labefactantur.

civitas illa veram ſpeciem urbis ab hoſtibus captæ deſpoliatæque probe repræſentaret.

IV. *Fratres ergo deflectere e via, & in loca ſeparata ac ſolitaria ſe ſubducere; rapinam bonorum ſuorum ſimiliter cum illis, quibus Paulus* (a) *illuſtre perhibet teſtimonium, cum gaudio ſuſcipere. Atque haud ſcio utrum quiſquam præter aliquem unum alicubi fortaſſe, hucuſque Dominum denegaverit. Apolloniam porro, virginem id temporis cum primis admirandam, & admodum provecta ætate comprehendunt, maxilliſque ejus crudeliter diverberatis, omnes dentes illi excutiunt; atque rogo in ſuburbiis extructo, minantur, niſi verba blaſphemiæ una cum ipſis palam eloquerentur, ſe eam vivam crematuros. Illa paululum temporis ad deliberandum precata, & dimiſſa ex eorum manibus, ſine mora inſilit in rogum; ſicque flammarum incendio abſumpta eſt.*

(a) *Hebr.* 1.

Apolloniæ martyrium.

V. *Serapionem item proprio lare ſubtractum diris concidunt tormentis, & omnibus membrorum articulis confractis, ex loco edito præcipitem dejiciunt. Nullus itineris flexus, nulla via publica, nullus angiportus erat, in quo tuto vel noctu vel interdiu liceret incedere, quippe omnes ubique uno ore conclamabant. Si quis e Chriſtianorum numero impia & profana verba effari recuſaverit, rapiatur extemplo, & in ignem conjiciatur. Atque iſta mala hoc modo non ad exiguum temporis ſpatium graſſata ſunt. Verum tandem ſeditio & bellum inteſtinum, quod illos miſeros poſtea invaſit, crudelitatem contra nos excitatam in ipſorum capita convertit. Unde nos quidem, dum illorum furor in nos incenſus aliis rebus implicatus tenebatur, pau-*

Serapionis Martyrium.

PAGIUS git XIII. *Kalendas Februarii*, ita ut Fabianus die viceſimo Januarii currentis anni martyrio coronatus dici poſſit, quod eum diem, & Chronicon auctius veterum Pontificum & Martyrologia agnoſcant, exhibeatque Indiculus Depoſitionis Martyrum a Bucherio publicatus, in quo legitur: *Decimo tertio Kalendas Februarii, Fabiani in Calliſti*. Henſchenii conjecturam probat Pearſonius citatus. Verum in eo Indiculo diem mortis, in Chronico vero Damaſi diem ſepulturæ notari non dubito; eo magis quod exemplar, quo Cuſpinianus uſus, habeat etiam: *Paſſus XII. Kal. Feb.* Unde Henſchenii emendatio rejicienda. Sedit Fabianus annos XIV. & dies X. non vero dies IV. ut tradit Baronius. Qua de re anno CCXXXVI. egimus. Scribit Henſchenius, Sedem vacaſſe menſibus IV. diebus XV. adeoque Cornelium creatum eſſe circa IV. Junii præſentis anni. Quod ſtare non poteſt; cum clare pateat ex literis Cleri Romani (quas ante menſem Auguſtum ſcriptas non fuiſſe conſtat) *poſt exceſſum nobiliſſimæ memoriæ viri Fabiani nondum Epiſcopum propter rerum & temporum difficultates* conſtitutum eſſe. De qua epiſtola in editione Oxonienſi triceſima, loquens Pacianus, nondum Epiſcopum factum eſſe Cornelium, cum illa ſcriberetur, docet: *Cur igitur Novatianus tuus ne falſo quidem adhuc Epiſcopatu Sacerdos, longe antequam Cornelius Romæ Epiſcopus fieret, antequam Sacerdotio ejus invideret, hæc ſuaſit.* Et rurſum: *Adhuc Cornelius, pro quo omnis hæc veſtra prorupit invidia, Epiſcopus non erat.* Quare uſque ad annum ſequentem Sedes vacavit, licet in libro Pontificali tradatur, poſt obitum Fabiani ceſſaſſe Epiſcopatum dies VI. Sed Interpontificia priorum ſeculorum plerumque male in eo libro & in auctiori Chronico veterum Pontificum annotata, ideoque & a me plerumque neglecta.

VIII. Non diu poſt Fabiani paſſionem, *Moyſes* Presbyter inſignis Eccleſiæ Romanæ cum aliis in carcerem conjectus eſt, ut legitur in laudato Damaſi Chronico: *Poſt paſſionem ejus* (Fabiani) *Moyſes & Maximus Presbyteri, & Nicoſtratus Diaconus comprehenſi ſunt, & in carcerem miſſi.* Quin etiam *Celerinus* (cujus avia Celerina, & patruus & avunculus Laurentius & Ignatius diu antea martyrium paſſi fuerant) Moyſi & Maximo fidei & virtutis comes fuit. Dum autem perſecutio Romæ præſente Imperatore ſeverius, Carthagine multo remiſſius per Magiſtratus exercebatur, Cyprianus in ſeceſſu ſuo deliteſcens, cum ſe jam incolumem ſentiret, & eorum etiam, quæ Carthagine agebantur, certior factus eſſet, ſcripſit ad Clerum ſuum de diſciplina & diligentia ſua vice præſtanda, ac præcipue de cura pauperum & quiete plebis. Quippe hoc eſt *datum Clero Conſilium*, cujus primo loco meminit in epiſtola viceſima maxime notabili; & hæc eſt epiſtola, & Fello & Pamelio V. ex tredecim illis, quas poſtea ad Clerum Romanum tranſmiſit, omnino prima.

Perſecutio in Africa ſævit.

Baron. an. 253. num. XC.

IX. Dum aliqui, qui nomen Chriſti primo confeſſi ſunt, in carcerem fuiſſent conjecti, alii ob ſimilem coram Magiſtratibus confeſſionem extorres potius facti ſunt, & eorum bona in Fiſcum redacta, ut patet ex litteris de Mappalico, menſe Aprili ſcriptis: *Gloriata eſt nuper quidem Eccleſia, cum confeſſione perſtante ſuſcepta pœna eſt, qua Confeſſores Chriſti fecit extorres.* Quibus verbis, & quando facti, & quales eſſent, qui *Extorres* dicebantur, oſtenditur. Baronius quidem eos a Cypriano *Extorres* dictos eſſe docet, qui ne Fidem proderent, relictis omnibus alio commigrabant, ſive qui ne Chriſtum negare cogerentur, dimiſſis omnibus ſe ſubtrahebant. Verum Cypriano *Extorres* ſunt, qui nomen Chriſti coram Magiſtratibus libere confeſſi, patria per eoſdem Magiſtratus expulſi ſunt, ut ex loco citato conſtat. Quæ expulſio in pœnam confeſſionis & irrogata & accepta eſt, de qua *gloriata eſt*, inquit Cyprianus, *Eccleſia*, propter confeſſionem præcedentem & pœnam exilii ſubſequentem, non propter ſeceſſum aut ſubſtractionem ſui, aut proſcriptionem inde ſequentem. *Extorres* enim non minus Confeſſores erant, quam qui in carcerem conjecti ſunt: quod clariſſime oſtendit Cypriani adverſus Lapſos pacem præpropere flagitantis epiſtola XIX. quæ Pamelio XIV. eſt: *Cæterum quam irreligioſum eſt, & ipſis quoque feſtinantibus perniciosum; ut cum extorres facti & patria pulſi, ac bonis omnibus ſpoliati nondum ad Eccleſiam redierint, quidam de Lapſis Confeſſores ipſos prævenire, & ante ad Eccleſiam introire feſtinent.* Extorres igitur erant, non qui, ne Chriſtum negarent, ſe ſubtrahebant, ſed qui apud Magiſtratus Chriſtum libere profeſſi, in pœnam confeſſionis per eoſdem patria pulſi ſunt, quales erant Aurelius, Statis, & Severianus, aliique, qui Carthagine pulſi Romam profecti ſunt, quos *Celerinus* nobilis Confeſſor Collegas ſuos

Qui Extorres Cypriano dicantur.

Baron. an. 253. num. LXVII.

paulisper reſpiravimus. Hucuſque de Alexandrino tumultu Dionyſius; qui ejus quæ facta eſt in Eccleſiam perſecutionis ſub Decio, narrare pergit hiſtoriam; ſed nos ſuo loco anno ſequenti.

VI. *Ægyptii faciles ad rixam.* Eſſe quidem Ægyptios natura irritabiles, & inter alias nationes in hoc genere primas ferre, itaut vel ex minima quaque ſcintilla immenſas ſoleant ſeditionum flammas accendere; Philo (*a*) Judæus, & ipſe civis Alexandrinus, affirmat. Cecinere quoque poetæ, ac velut pro monſtro oſtentavere Ægyptiorum in rixando furorem, etiam cum jocari viderentur; unde illud Juvenalis (*b*):

(*a*) *Philo in Flac.*

(*b*) *Juvenal. Satyr.* 15.

Hinc jejunum odium, ſed jurgia prima ſonare
Incipiunt animis ardentibus: hæc tuba rixæ.
Dehinc clamore pari concurritur, & vice teli
Sævit nuda manus; paucæ ſine vulnere malæ;
Vix cuiquam aut nulli toto certamine naſus
Integer; aſpiceres jam cuncta per agmina vultus
Dimidios, alias facies, & hiantia ruptis
Oſſa genis, plenos oculorum ſanguine pugnos.
Ludere ſe credunt ipſi tamen, & pueriles
Exercere acies, quod nulla cadavera calcent.

Hæc

PAGIUS

ſuos, & Confeſſores, & Extorres vocat. Ita Pearſonius in Annalibus Cyprianicis hoc anno num. VII.

X. *Cyprianus ſcribit Epiſtolam de precando Deo.* Menſe circiter Aprili ſcripſit Cyprianus epiſtolam XI. quæ Pamelio eſt VIII. quæ tempus ipſum, quo ſcripta eſt, pluribus indicat: ut *ubi*, inquit, *tormenta venerunt*, ut de re recenti: & loquitur de *præſentis preſſuræ conflictatione*, ut antea de præſenti prælio, eoſque, ad quos ſcribit *poſitos* eſſe docet *inter plangentium ruinas, & timentium reliquias*, ut matrem Eccleſiam ante deſcripſerat *plangentem ruinas & funera plurimorum*. Quæ omnia eidem tempori & rerum ſtatui plane conveniunt. Fallitur autem Baronius, cum putat, ex his illius epiſtolæ verbis: *Dic illi*, *inquit*, *ſecurus ſit, quia pax ventura eſt, ſed quod interim morula eſt, ſuperſunt adhuc aliqui, qui probentur*; demonſtrari poſſe, Decium annum tantummodo unum ac menſes tres imperaſſe, idque ex Sede adhuc vacante & morula prædicta, poſt quam pax ventura erat. Nam decem menſibus, antequam hæc epiſtola ſcriberetur, Decius purpuram ſumſerat, & Cornelius diu ante necem Decii Romæ ſedit. Neque vero pax illa, quæ poſt morulam ventura erat, de ſtatu illo Eccleſiæ, qui poſt mortem Decii contigit, intelligenda eſt; ſed de ſedata perſecutione, quæ haud diu poſt ſecuta eſt; quam pacem ipſe Cyprianus alibi appellat, qui viſionem ſuam optime interpretari potuit, ut inquit Pearſonius citatus num. IX.

Baron. an. 253. num. XLVIII.

XI. *Cyprianus ad Clerum ſuum ſcribit.* Menſe circiter Maio Cyprianus, qui jam binas literas de iis, qui tormenta paſſi ſunt, ſcripſerat, ad Clerum ſuum de Confeſſoribus, qui ſub Proconſule in carceribus gravius vexati ſunt, dedit epiſtolam XIII. quæ Pamelio eſt XXXVII. ſed quæ a Baronio rectius ad hæc tempora refertur. Mandat enim, ut *corporibus omnium, qui etſi torti non ſunt in carcere, tamen glorioſo exitu mortis excedunt, impertiatur & vigilantia & cura propenſior*. Monet etiam, ut *dies eorum, quibus excedunt, annotarentur, ut eorum commemorationes inter memorias Martyrum celebrari poſſent*. Quæ duo ſatis oſtendunt, hanc epiſtolam tum ſcriptam eſſe, cum jam in carcere plures mortui eſſent, & quotidie morerentur; quod tempus *Luciani* literæ ad Celerinum ſatis indicant. Eodem menſe jam affecto, iterum ad *Confeſſores* Cyprianus literas dat, poſt eas quas jampridem ſcripſerat *verbis exultantibus congratulatus*, hoc eſt, poſt epiſtolam decimam, quæ ſic incipit: *Exulto lætus & gratulor, fortiſſimi ac beatiſſimi fratres*, quamque Pamelius & Baronius periiſſe ſuſpicabantur. Tres enim epiſtolas a ſe ad Confeſſores ante illam in cauſa Lapſorum ſcriptas ſatis aperte indicat epiſtola viceſima, quæ Pamelio eſt XV. primam ante tormenta, quæ ſexta eſt, Pamelio LXXXI. ſecundam inter tormenta, quæ decima eſt, Pamelio nona; tertiam poſt gravem vexationem carceris, poſt paucorum Extorrium reditum, quæ XIII. eſt, Pamelio ſeptima, & inter tredecim una. Unde Moyſes & Maximus, viſis tredecim epiſtolis ad Clerum Romanum miſſis, Cyprianum maxime laudarunt, *quod literis Confeſſores frequenter corroboraſſet*.

XII. *Clerus Romanus ad Cyprianum ſcribit.* Menſe Auguſto, Clerus Romanus ſcribit ad Cyprianum literas, non quidem illas, quas voluit Pamelius, ſed quas Baronius loco ſuo recte reſtituit. Hæc autem eſt epiſtola XXX. Pamelio XXXI. poſt literas de Fabiani martyrio, prima a Clero Romano ad Cyprianum proprie data, ut ex ipſa patet, & ex mentione literarum Cypriani ad ſe cum excuſatione facta, & earum etiam, quæ ad Confeſſores Romanos eodem tempore ſcriptæ ſunt, & miſſæ per Saturum & Optatum. Scribit quidem Valeſius, hanc Epiſtolam datam, cum jam Moyſes annum in carcere exegiſſet, idque ex Cypriani epiſtolis ad Moyſem prius datis aperte colligi. Nam una tantum epiſtola ante hanc a Cypriano ad Moyſem data eſt; & illa, quæ annui ſpatii mentionem facit, diu poſt hanc ſcripta eſt. Sunt autem hæ Cleri Romani literæ præclare ſcriptæ, & literis ipſius Cypriani pene æquandæ; ex quibus de *Novatiani* ingenio & eloquentia judicium ferri poteſt. Ille enim hanc epiſtolam exaravit, ut patet ex ipſo Cypriano ad Antonianum, dum, recitatis harum literarum ipſiſſimis verbis, ſubjungit: *Additum eſt etiam, Novatiano tunc ſcribente, & quod ſcripſerat ſua voce recitante, & Presbytero Moyſe ſubſcribente, ut Lapſis infirmis & in exitu conſtitutis pax daretur*. Ita hæc verba expoſuit S. Pacianus epiſt. III. Adjecerunt etiam Confeſſores Romani literas ſuas, & hæc eſt epiſtola XXXI. Pamelio XXVI. primo loco a Confeſſoribus ad Cyprianum ſcripta, ut ex ipſa ſatis aperte liquet.

Baron. n. XXXV. & ſeq.

XIII. *Perſecutio in Africa ſedata.* Menſe circiter Novembri nobilis Confeſſor *Celerinus* Roma venit Carthaginem, & in receſſu Cyprianum adit: qui Moyſis reliquorumque Confeſſorum affectus repræſentat, deque iis dulciter ac ſæpe loquitur. Cyprianus autem hiſce ſermonibus intime permotus ſcribit ad eos epiſtolam XXXVII. quæ Pamelio eſt XVI. circa finem hujus menſis, ut apparet. Conſtat enim, Moyſem alioſque

hæc quidem illi cum inter ſe luderent. At vero quam immaniter ſævirent, ſi rixarentur hoſtiliter, poſt multa idem hæc demum:

Aſpicimus populos, quorum non ſufficit iræ
Occidiſſe aliquem; ſed pectora, brachia, vultum
Crediderint genus eſſe cibi, &c.

Et de ipſis Alexandrinis, de quorum in Chriſtianos furore atque rabie ſermo eſt, hæc Dio (*a*): *Alexandrinis quidem ad audenda omnia ſatis eſt animorum; naturaque ſunt ad temere verbis exequenda, quæcumque ſibi propoſuerint, promptiſſimi. Iidem ad bellum, ejuſque labores, omnium ſunt ineptiſſimi: quamquam in ſeditionibus, quæ apud eos & frequentiſſimæ & maximæ eveniunt, ad cædes ſubinde deveniant, contendendique de re propoſita ſtudio, vitam maxime contemnant, in iiſque perire bonum quoddam in primis expetendum exiſtiment:* Hæc Dio. At hæc omnia vera eſſe, non modo, citati nuper teſtes, & recens in Chriſtianos ſummæ ſævitiæ exemplum demonſtrant; ſed & complura alia ipſorum facta, quæ diverſis temporibus ſe offerent dicenda, teſtantur, de quibus nos alias ſæpe. At

(a) *Dio hiſtor. Rom. lib.* 39.

PAGIUS

lioſque, vel exeunte Januario, vel Februario ineunte poſt paſſionem Fabiani, hieme adhuc ſæviente, in carcerem fuiſſe conjectos; ibique *jam revertentis anni volubilem circulum tranſgreſſos eſſe*, ut ipſe loquitur, annui circuli ſpatium per quatuor tempeſtates deſcribens atque definiens. Scripſit igitur jam affecto menſe Novembri. Circa idem tempus in Africa ſedata eſt perſecutio, ut patet ex ipſo Cypriano; qui teſtatur, *Aurelium* auſpicatum eſſe pacem, *dum dedicat Lectionem*. Neque Baronius debuit primum pacis radium in annum ſequentem ante Paſchæ tempus referre, aut bellum ſub Decio contra barbaros in Africa comminiſci. Satis enim eſt ad hanc ſedationem perſecutionis in hac Provincia hoc tempore ſtatuendam, finem jam annui Proconſulatus appropinquaſſe, novum Proconſulem mox in Provinciam adventurum eſſe, ſatis ſanguinis ab eo, qui deceſſurus erat, hauſtum jam fuiſſe. Quæ ratio ſedandæ perſecutionis valere Romæ non potuit; ubi non tantum Imperator ipſe præſens fuit, ſed & perſecutioni Præfecti in Urbe inſiſtebant. Hoc radio pacis jam apparente, veniunt ad Cyprianum in receſſu ſuo Epiſcopi nonnulli, tempore ad ordinationem Clericorum accommodatiſſimo, unde & eorum, ut Collegarum, opera uſus eſt.

Baron. an. 254. num.XL.

XIV. *Feliciſſimus inſcio Cypriano Diaconus conſtitutus.*

Quo circa menſe Decembri ineunte, Cyprianus cum Collegis ſuis inconſulto Clero ſuo, & *Aurelium* Confeſſorem ordinavit Lectorem, idque, ut opinatur Pearſonius, ex quo, quæ tribus præcedentibus numeris diximus, mutuati ſumus, ipſis Kalendis Decembribus; nam, ut ipſe Cyprianus refert, *quoniam ſemper gaudium properat, nec poteſt moras ferre lætitia Dominico legit*. Hoc autem anno dies primus Decembris Dominicalis fuit. Ipſe proinde Clerum ſuum hujus ordinationis certiorem facit epiſtola XXXVIII. quæ Pamelio eſt XXXIII. Eodem die etiam Lector fuerat ordinandus ex ſententia Cypriani & Collegarum, *Celerinus* Confeſſor illuſtris, qui nuper Roma venerat. Sed ille conſentire dubitavit Eccleſiæ, donec Dei ipſius admonitu & hortatu in viſione per noctem compulſus eſt, ne negaret: qua occaſione ſcripta eſt epiſtola XXXIX. quæ Pamelio eſt XXXIV. Eodem etiam tempore ſe divinitus admonitum fuiſſe ſignificat, ut *Numidicum* Presbyterum, qui nempe alicubi Presbyter fuerat, & hortatu ſuo copioſum Martyrum numerum lapidibus & flammis necatum ante ſe miſerat, Presbyterorum Carthaginienſium numero adſcriberet. Id autem ut fieret, monet Clerum ſuum epiſtola XL. quæ Pamelio eſt XXXV. Interea temporis dum Cyprianus ordinationi Clericorum in receſſu ſuo incumberet, Novatus Feliciſſimum Cypriano ſemper infenſum, ipſo nec permittente nec ſciente, *Diaconum ſua factione & ambitione conſtituit*, inquit Cyprianus in epiſtola LII. quæ Pamelio eſt XLIX.

Baron. ann. 253. num. XXXIX. & ſeqq.

XV. *Novatus Presbyter erat.*

Euſebius tam in Chronico quam in Hiſtoria, Pacianus epiſtola ſecunda, Socrates, Hermannus Contractus, Marianus Scotus & Antiqui omnes, Novatum *Presbyterum* vocant. Baronius tamen ait, eum in Africa Epiſcopum fuiſſe, ex eo certo deduci, *quod de eo S. Cyprianus tradit, fuiſſe ab ipſo ordinatum Diaconum* Feliciſſimum. Verum hoc non dicit Cyprianus: hæc ejus de Novato ad Cornelium verba in Epiſt. LII. quæ Pamelio eſt XLIX. *Ipſe eſt qui Feliciſſimum ſatellitem ſuum Diaconum, nec permittente me, nec ſciente, ſua factione & ambitione conſtituit*. Ubi non dicit Cyprianus, Novatum ordinaſſe Feliciſſimum, neque ſua manu, ſed ſua factione eum conſtituiſſe Diaconum, hoc eſt, potentia factionis ſuæ, ut Diaconus ordinaretur ſine venia aut notitia Epiſcopi ſui, effeciſſe. Hæc mens Cypriani fuit, ut ex ſequentibus clariſſime patet. *Nam ſimilia & paria* eum Romæ *molitum eſſe docet: Qui*, inquit, *iſtic*, hoc eſt; Carthagine *adverſus Eccleſiam Diaconum fecerat, illic*, hoc eſt, Romæ, *Epiſcopum fecit*. Similiplane & pari modo factione ſua & ambitione utrumque fecit, ſed neutrum ordinavit. Certe Novatianum *Epiſcopum fecit*, id eſt, ſua factione, ut fieret, procuravit: eum autem minime ordinavit, quem a tribus Epiſcopis ex Italia accitis ordinatum eſſe ſuo loco videbimus. Ita Pearſonius citatus num.XXI.

Baron. an. 254. num. LIX.

XVI. *Feliciſſimus unus, non plures.*

Hunc *Feliciſſimum* Novati Diaconum diverſum eſſe putat Baronius ab illo Feliciſſimo, qui Sedi Cypriani adverſatus, ſchiſmatiſque auctor factus eſt. Sed eam ſententiam Pearſonius citatus, & Lombertus, qui in ordine epiſtolarum Cyprianicarum diſponendo non parvam poſuit operam, merito rejiciunt, quia argumenta duo, quibus inductus eſt Cardinalis doctiſſimus, rem non evincunt. Primum eſt quod *Feliciſſimus* ille, qui adverſatus eſt Cypriano, ipſius Presbyter jam fuiſſe dicitur epiſtola ſcilicet XLIII. quæ Pamelio eſt XL. Sed in ea epiſtola Feliciſſimus Cypriani Presbyter non dicitur; tantummodo *quinque Presbyteros Feliciſſimo copulatos ejuſque ſatellites fuiſſe*, illic refertur. Presbyteri autem non Presbytero copulari potuerunt. Imo quoties meminit Feliciſſimi & Presbyterii ejus, toties eum a Presbyteris diſtinguit, neque unquam Feliciſſimi alicujus tanquam Presbyteri mentionem fecit. Secundum Baronii argumentum pariter infirmum, quod nempe cum duæ eſſent inter ſe contrariæ ſectæ Schiſmaticorum, Fe-

Baron. an. 254. num. LXI.

VII. Magus hoſtis Chriſtianorum. At quiſnam fuerit magus ille, qui Alexandrinos Ethnicos commovit in Chriſtianos non liquet: illud tamen ſcimus, Porphyrium in Vita Plotini, de Ægyptio ſacerdote, dæmonum excantationibus dedito, ſcribere; qui paulo poſt circa Gallieni tempora Romam venit: quem & illum ipſum putamus, qui (ut ſuo loco dicemus) Valerianum, Romæ cum eſſet, adverſus Eccleſiam concitavit.

JESU CHRISTI ANNUS 253. | FABIANI PAP. ANNUS 15. | DECII IMP. ANNUS 1.

I. DUcenteſimo jam ac quinquageſimotertio adveniente Chriſti Redemptoris anno Decii & Etruſci a Caſſiodoro ponitur Conſulatus. Qui Etruſcus hic nominatur, Decius junior eſt, cognomento Etruſcus dictus; ut complura vetera monumenta (*a*) ſignificant. Ponitur ab aliis Conſulatus Decii ſecundus cum Grato, quem putamus ſuffectum: nam hic ille plane Conſulatus duorum Deciorum, cujus mentio eſt apud Trebellium Pollionem in Valerianis. His Conſulibus (inquit Caſſiodorus) occiſi ſunt Philippi pater & filius Imperatores; ille Veronæ, hic Romæ; Imperiumque invaſit Decius, qui mox Decium filium Cæſarem dixit. De

(*a*) *Habes deſcripta a Panvin. in Faſt. hoc anno.*

PAGIUS *Feliciſſimus* ille ſententiæ Novati adverſarius erat, quod diceret, Lapſos omnes abſque pœnitentiæ mora recipiendos. Nam hæc nihil probant. Quippe Novatus, quandiu in Africa fuit, ſemper ſe ejuſdem cum Feliciſſimo ſententiæ de Lapſis recipiendis profeſſus eſt. Cum autem Romam veniſſet, & ſe Novatiano adjunxiſſet, ut Romanum ſchiſma promoveret, illius ſententiam amplexus eſſe videbatur, ſive ſerio, ſive ficte; ut & ipſe Novatianus ſententiam ſuam jam mutaverat, ut Cornelio fortius contradiceret. Hic autem Feliciſſimus, qui ab initio Cypriani electioni reſtiterat, Diaconus jam factus, portionem plebis cum Epiſcopo ſuo diviſit, & perſecutione jam ſedata, in monte quodam ſuos colligebat, quo Lapſi petulantiores præcipue convolarent.

XVII. *Feliciſſimus & ſocii excommunicantur.* Interea temporis Cyprianus *Caldonium* & *Herculanum* Epiſcopos & Collegas ſuos cum *Numidico* Presbytero, quem nuper Clero Carthagienſi adjunxerat, Carthaginem mittit, eoſque cum *Rogatiano* vicem ſuam acturos Vicarios conſtituit, ut neceſſitates fratrum ſumtibus expungerent, ſimul etiam & ætates eorum & conditiones & merita diſcernerent; unde ipſe cognoſcere poſſet, quos ad Eccleſiaſticæ adminiſtrationis officia promoveret. Dum autem illi his rebus incumberent, *Feliciſſimus* interceſſit, ne quis poſſet expungi, neve ſingulorum merita poſſent diligenti examinatione diſcerni; præterea interminatus, quod ſecum in monte non communicarent, qui Cypriano obtemperare voluiſſent. Quamobrem *Caldonius* reliquique ſcribunt ad Cyprianum literas, quibus eum monent, quid a Feliciſſimo ſibi factum eſſet; quid etiam ab *Augendo* altero, ut videtur, Diacono qui ſe cum Feliciſſimi conſpiratione ſociaverat. Quibus Cyprianus graviter commotus ſcribit ad Vicarios ſuos epiſtolam XLI. Pamelio XXXVIII. qua illis in mandatis dat, ut *Feliciſſimum* excommunicarent, & *Augendum* etiam, ſi perſeveraret, alioſque, qui conſpirationi & factioni Feliciſſimi ſe adjungerent. Qua auctoritate muniti *Caldonius & Herculanus* Epiſcopi cum Presbyteris Rogatiano & Numidico Feliciſſimum & Augendum, alioſque nonnullos obſcuriores communicatione *abſtinuerunt*, ut ipſi indicant epiſtola XLII. quæ Pamelio eſt XXXIX.

Baron. ibid. num. XXXVII.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5744.

☉ 8. E. ☽ 5. P. 23. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 251. *ſecundum Baronium* 253. & 254.

CORNELII PAPÆ 1.

DECII IMP. 2.

SÆC. III. Anno Urbis 1004. Olymp. 257. an. 3. A. C. 251.

[1] AD num. I. Coſſ. C. *Traianus Decius Aug. III.* & *Q. Herennius Etruſcus Decius Cæſar.*

I. *Conſules.*

In Fragmento Conſulari a Bucherio edito hoc anno legitur: *Decio III. & Decio Cæſare.* In Inſcriptione etiam a. Sponio in Miſcellaneis Eruditæ Antiq. pag. 143. Conſulatus Etruſci Cæſaris diſerte memoratur: indeque liquet, ſumtum tertium a Decio Conſulatum fuiſſe juxta tertiam Conſulatuum Cæſareorum regulam, ab Etruſco vero ejus filio etiam Decio appellato, juxta ſecundam; quia nempe anno præcedenti Cæſar nuncupatus fuerat. Vocatur communiter is Conſulatus *duorum Deciorum*, ut dicitur apud Pollionem in Valeriano. Verum, cum Baronius priorem Decii Auguſti Conſulatum, qui ſuffectus

NOTÆ [1] COſſ. *C. Traianus Decius Aug. III. & Q. Herennius Etruſcus Decius Cæſar.* Nummus apud Bandurium tom. I. pag. 39. cum Epigraphe in antica:

Q. HE. ETRUSC. ME. DECIUS. NO. C.

In poſtica:

P. M. TR. P. II. CONS. II.

Hinc Victor in Deciis, cecidiſſe eos ait, *exacto regni biennio.* Ita & Eutropius. Nomina vero *Traiani Decii* in Nummis Græcis hæc ſunt: *Imperator Cæſar. Cnæus Meſſius Quintus Traianus Decius Aug.* Vetus inſcriptio Romæ, apud Fabrettum pag. 683.

Q. HE-

II. Philippi Impp. occiſi.

De nece Philipporum hoc anno vetus extat monumentum Veronæ, ubi ſenior necatus eſt, his verbis conſcriptum: ANNO CHRISTI CCLIII. IMP. DIVUS PHILIPPUS SENIOR VERONÆ; ET ROMÆ JUNIOR A SATELLITIBUS INTERFICIUNTUR. Veronæ, inquam, extat juxta portam Burſaream in domo olim Cathaneorum; deſcripſit illud quoque Adolphus in libro de Imperatorum Romanorum numiſmatibus, & alii; ſed a Panvinio, licet Veronenſi cive, eſt prætermiſſum, quod ſuis videretur adverſari Faſtis, in quibus Philipporum obitus ab eo ponitur anno Chriſti ducenteſimo quinquageſimo. Porro ejuſdem inſcriptioni tum ſeptem Conſulatus poſiti in Faſtis Caſſiodori ſub Philippo conſentiunt, tum numerati ab Euſebio anni ſeptem ejus Imperii, & deducta ab eodem annorum Chriſti chronographia, qua æque ponitur hic annus a nato Chriſto ducenteſimus quinquageſimustertius. Quibus videas, cum pluribus aliis, tum his de præſenti anno adductis exemplis, initam a nobis Chriſti annorum rationem aſſertam atque firmatam; at etiam Paulus Oroſius cum tradit occiſos eſſe Philippos, & ſubrogatum Decium anno milleſimo quarto ab Urbe condita, huic noſtræ chronographiæ poſitæ ſuffragatur. Sic itaque omni genere chronographiæ, nempe Chriſti annis, Imperatoris, Urbis, atque Conſulibus hoc anno occiſos eſſe Philippos, & Decium imperare cœpiſſe, habetur expreſſum.

Recta chronographia firmata.

III. Philippus relatus inter divos.

Quod autem unus Eutropius dicat Philippos inter divos fuiſſe relatos; ex his plane cognoſcitur, Philippum, licet nece Gordiani peroſus omnibus Romanis olim fuiſſet, mutatis moribus, de Senatu populoque Romano optime meritum, omnium ſibi conciliaſſe animos; atque adeo licet occiſi tum ipſe, tum filius fuerint, non defuiſſe illis extremum illud omnium ampliſſimum Senatus officium, quo eos retulerit inter divos. Ex quibus etiam illud conjicimus, ſic eos Chriſtiana fuiſſe religione initiatos, ut tamen nullum ob eam cauſam negotium faceſſiverint Gentiliciæ ſuperſtitioni. De Severa autem Auguſta Philippi majoris conjuge quid actum ſit, num & ipſa occiſa fuerit a Decio perſecutore, quod Chriſtianam fidem profiteretur, nequicquam prorſus ſcriptum invenimus; perierunt & magna ex parte Acta martyrum conflagratione illa a Diocletiano facta; unde & quamplurima, quantumlibet clariſſima eſſent, remanſerunt prorſus obſcura, immo & extincta penitus.

IV. Viventibus vero adhuc Philippis, Decius

PAGIUS

ctus fuerat, ordinarium crederet, hunc ejuſdem Decii cum Etruſco filio ſecundum Conſulatum ordinarium vocavit, annoque poſtea CCLIV. ut ipſe vocat, Traianum Decium III. & Gratum II. Conſules proponit, innixus Actis S. Pionii Martyris, quæ ſubſcripta ſunt: *Conſule tertium Meſſio Quinto Traiano Auguſto, & Deltio Grato ſecundum.* Sed ea verba in Actis legitimis Pionii non leguntur, ut videre eſt apud Bollandum die prima Februarii, ubi illa recitat. Falſa itaque inepta illa temporis notatio, certumque *Gratum* unum tantum Conſulatum ordinarium, *Decium* vero duos geſſiſſe, & in nullis antiquis Faſtis duos priori, & tres poſteriori Conſulatus aſſignatos. Non potuit autem Baronius Conſulatum illum in Annales ſuos inſerere, quin annum Conſulatui illi ſuppoſititio reſpondentem adderet. Quare poſt Conſulatum illum in ſuos Faſtos intruſum, non jam amplius biennio, ut antea, ſed triennio ab Era Dionyſiana diſſidet. Is itaque annus hic nobis rejiciendus, ut Notæ noſtræ rebus a Baronio narratis conſentire poſſint, ejuſque Chronologiæ depravatio magis innoteſcere. Hinc in hujus anni titulo dixi, hunc annum eſſe Baronio 253. & 254. quia ſcilicet unum ex illis expunxi. Et hoc certum apud omnes eſſe debet.

II. *Interitus Philippi Imp.*

A num. II. ad V. Utriuſque Philippi Imperatorum interitus anno ducenteſimo quadrageſimo nono, quo contigit, a nobis narratus; quo etiam anno *Decii* Imperium inchoandum certis argumentis adſtruximus.

Ad

NOTÆ

Q. HERENNIO. ETRUSCO
MESSIO. DECIO. NOBILISSIMO. CAES. PRINCIPI
IUVENTUTIS. COS. FILIO
IMP. CAES. C. MESSI. QUINTI. TRAIANI. DECI. PII.
FELICIS INVICTI.
AUGUSTI.
ARGENTARII. &c.

Siglæ C. ex nummis Græcis erunt prænomen *Cnæus*, non *Caius*. Trebellius Pollio in Valerianis cap.I. *Duobus Deciis Coſſ. VI. Cal. Novem. die, quum ob Imperatorias litteras in æde Caſtorum Senatus haberetur.* Acta S. Pionii martyris, apud Bollandum die XXIII. Februarii: *Julio Aſiæ proconſule, Proclo, Quintiliano Magiſtratum gerentibus, Conſule tertium Meſſio Quinto Traiano Decio Auguſto, ante IV. Idus Martii, more Romanorum; Aſiæ autem more, ſeptimi menſis undecimo, die Sabbati hora decima.* Ex his A. D. 251. ac *tertium Decii* conſulatum deſignari, oſtendit Noriſius in Diſſertatione Chronologica de votis decennalibus cap.V. Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Bucherii laterculus; *Decio III. & Decio Cæſare.*

cius poſt Macrinum, qui cito ſublatus eſt ab exercitu Illyricorum, Imperator eſt acclamatus; Imperium tenuit, ſecundum Euſebium & Caſſiodorum, annum unum & menſes tres; ſed de his inferius pluribus.

V. Poſita igitur ac ſtabilita de annis Imperatorum chronologia, eam etiam, quæ eſt Romanorum Pontificum, ſtatuamus; cum omnium conſenſione conſtet, ipſo Decii Imperatoris ingreſſu perſecutionem ab eo in Chriſtianos conflatam, eaque confeſtim Fabianum Papam ſublatum. Qui de nece Philipporum, & Decii Imperii exordio diverſam ab hac poſita a nobis inierunt annorum rationem, quo tempore ingreſſum Decii, eodem & Fabiani interitum poſuerunt. Sed qua ratione firmatus ac ſtabilitus a nobis eſt annus primus Decii imperantis, eadem quoque hoc anno ponitur Fabiani Papæ martyrium; ut hac ratione dicendum ſit, ipſum ſediſſe annos quindecim & dies quatuor, ſubiiſſeque martyrium vigeſima Januarii, qua die natalis ejus habetur in tabulis Eccleſiaſticis perpetua memoria conſignatus. De eodem autem hæc leguntur: *Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, presbyteros vigintiduos, diaconos ſeptem, Epiſcopos per diverſa loca undecim: qui ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti via Appia, decimotertio Kalend. Februarii, ceſſavit Epiſcopatus ejus dies ſex.*

Fabiani Papæ martyrium.

VI. At vacaſſe ſedem ejus anno uno & amplius, dicemus anno ſequenti in electione Cornelii. Ponitur & ab Euſebio hoc Chriſti anno Fabiani exitus; ſed error apparet, dum habens Anterum ſub Gordiano vita functum, Fabianum ſucceſſorem annos tantum tredecim ſediſſe ponit; cum exploratiſſimum ſit, non ſub Gordiano, ſed ſub Maximino perſecutore Anterum martyrio coronatum, atque Fabianum in locum ejus poſt dies tredecim ſubrogatum. Certe & in libro de Romanis Pontificibus, Fabianum ſediſſe habes annos quatuordecim, menſes undecim, ac totidem dies, ſediſſeque ad præſentem uſque annum, quo Decius ſecundum Conſulatum geſſit.

Vacatio Romanæ Sedis.

VII. De perſecutione autem a Decio excitata, hæc in primis Euſebius (*a*): *Philippo, ubi ſeptem annis regnaverat, ſuccedit Decius; qui odio quodam capitali, quo cum Philippo diſſidebat, infenſus, perſecutionem contra Eccleſiam concitat.* Et Oroſius (*b*): *Continuo cum invaſiſſet Imperium, ob quod ſe etiam Philippos interfeciſſe docuit, ad perſequendos interficiendoſque Chriſtianos, ſeptimus poſt Neronem feralia ſparſit edicta, plurimoſque ſanctorum ad coronas Chriſti de ſuis cruciatibus miſit.* Tantam quippe olim ex Chriſtiano Imperatore ſibi Fideles vendicarant auctoritatem, ut ardore fidei inflammati, pleriſque in locis fana, idola, & altaria ſint demoliti: quod factum fuiſſe ab Eccleſiis in Ponto poſitis, Gregorius (*c*) Nyſſenus teſtatur, noſque ab eo ſcripta ſuo loco referemus paulo inferius. Porro Gentilium furor ille nativus, inveteratumque odium in Chriſtianos, Philipporum auctoritate diu repreſſum, ipſorum morte mox veluti ruptis aggeribus, magno ſeſe impetu in Chriſtianos effudit, omnes ſub Romano Imperio ſitas inundans Eccleſias; ut revera illud quoque de ea dici merito potuerit (*d*): *Niſi abbreviati fuiſſent dies illi, non fieret ſalva omnis caro.* Continuo enim ſummos Eccleſiæ vertices, qui videbantur eſſe columnæ, violento quodam impulſu ſecum abripuit, ut Fabianum Romanum Pontificem, Babylam Antiochenum Epiſcopum, & fama celebrem Alexandrum Hieroſolymorum Antiſtitem, atque alios.

Perſecutio ſub Decio.

(*a*) Euſeb. lib. 6. cap. 32.
(*b*) Oroſ. lib. 7. cap. 21.
(*c*) Greg. Nyſſen. in vita S. Gregorii Thaumat.
(*d*) Mar. 13.

VIII. Sed antequam agamus de ſingulis; qualiſnam eſſet his temporibus Eccleſiæ ſtatus, quæve præceſſerit cauſa, ut Deus tam immanem perſecutionem in Eccleſiam ſævire permiſerit, quid in primis de ea re S. Cyprianus, qui præſens hæc omnia exploratiſſima habuit, memoriæ commendarit, adducamus in medium. Ipſe igitur in commentario, quem ſcripſit de Lapſis, hæc habet de hujus temporis Chriſtianæ diſciplinæ vigore plane enervato atque corrupto: *Si* (inquit) *cladis cauſa cognoſcitur, & medela vulneris invenitur. Dominus probari familiam ſuam voluit, & quia traditam nobis divinitus diſciplinam pax longa corruperat, jacentem fidem, & pene dixerim dormientem, cenſura cæleſtis erexit. Cumque nos peccatis noſtris amplius pati mereremur, clementiſſimus Dominus ſic cuncta moderatus eſt, ut hoc omne quod geſtum eſt, exploratio potius, quam perſecutio videretur. Studebant augendo patrimonio ſinguli, & obliti quid credentes aut ſub Apoſtolis ante feciſſent, aut ſemper facere deberent, inſatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant. Non in ſacerdotibus religio devota, non in miniſtris fides integra, non in operibus miſericordia, non in moribus diſciplina. Corrupta barba in viris, in feminis*

Status Eccleſiæ tempore Decii.

Mores corrupti huius temporis.

PAGIUS III. *Fabiani PP. martyrium.*

Ad num. V. & ſeq. *Fabiani* Papæ martyrium anno præcedenti contigit, ut ibidem dictum. Baronius autem ideo illud cum hoc anno copulavit, quia in Chronico Damaſi dicitur, *Fabianum* Decio II. & Grato Coſſ. martyrio coronatum. Verum, ſecundus Decii Conſulatus qui primus fuit ordinarius, de quo in eodem Chronico ſermo, anno præcedenti geſtus.

IV. *Perſecutio Deciana.*

A num. VII. ad CXIV. *Decii* perſecutio anno CCXLIX. inchoata, annoque CCL. continuata, ut præfatis annis oſtendimus. Quare quæ hic dicuntur, ad eos annos revocanda.

minis forma fucata. Adulterati poſt Dei manus oculi, capilli mendacio colorati. Ad decipienda corda ſimplicium callidæ fraudes, circumveniendis fratribus ſubdolæ voluntates. Jungere cum infidelibus vinculum matrimonii, proſtituere Gentilibus membra Chriſti; non jurare tantum temere, ſed adhuc etiam pejerare: Præpoſitos ſuperbo tumore contemnere, venenato ſibi ore maledicere, odiis pertinaciter invicem diſſidere.

IX. *Epiſcopi plurimi (quos & hortamento eſſe oportet cæteris & exemplo, divina procuratione contempta, procuratores rerum ſæcularium fieri; derelicta cathedra, plebe deſerta, per alienas provincias oberrantes negotiationis quæſtuoſæ nundinas aucupari; eſurientibus in Eccleſia fratribus non ſubvenire, habere argentum largiter velle, fundos inſidioſis fraudibus rapere, uſuris multiplicantibus fœnus augere) quid non perpeti tales pro peccatis ejuſmodi mereremur? cum jampridem præmonuerit ac dixerit cenſura divina (a): Si dereliquerint legem meam, & in judiciis meis non ambulaverint; ſi juſtificationes meas profanaverint, & præcepta mea non obſervaverint; viſitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Prænunciata ſunt iſta nobis, & ante prædicta; ſed nos datæ legis, & obſervationis immemores, id egimus per noſtra peccata, ut, Dum Domini mandata contempſimus, ad correctionem delicti & probationem fidei remediis ſeverioribus veniremus*: Hæc Cyprianus, tam magnæ iræ Dei cauſam aperiens.

(a) Pſal. 88.

Epiſcopi corrupti moribus.

X. Perſecutio antea divinitus cognita.

At non deſtitit divina clementia de ventura clade ſuos præmonere, quo male actorum pœnitentia, bonorumque operum ſtudio & aſſiduis precibus imminentem plagam averterent, vel aliqua ſaltem ex parte imminuerent. Sic quidem Chriſtianæ confeſſionis præco nobiliſſimus Cyprianus inter alios, cum gladium venientem prævideret, ex ſpecula editiori proclamans, quonam modo illum præcavere deberent, ſuos commonuit, dicens (b): *Quamquam ſciam, fratres cariſſimi, pro timore, quem ſinguli debemus Deo, vos quoque illic aſſiduis orationibus & enixis precibus inſtanter incumbere; admoneo tamen ipſe religioſam ſollicitudinem veſtram, ut ad placandum atque exorandum Dominum non voce ſola, ſed & jejuniis & lacrymis & omni genere precationis ingemiſcamus*: Et inferius: *Quod magis ſuaſit & compulit, ut has ad vos litteras ſcriberem, ſcire debetis, ſicut Dominus oſtendere & revelare dignatus eſt, dictum eſſe in viſione: Petite, & impetrabitis. Tunc deinde præceptum plebi aſſiſtenti, ut pro quibuſdam perſonis deſignatis ſibi peterent; in petendo autem fuiſſe diſſonas voces, & diſpares voluntates; & vehementer hoc diſplicuiſſe illi, qui dixerat. Petite, & impetrabitis; quod plebis inæqualitas diſcreparet, nec eſſet fratrum conſenſio una & ſimplex & juncta concordia.*

(b) Cypr. epiſt.8.

XI. Viſio de perſecutione ventura.

Paulo autem poſt hæc idem Cyprianus ſubdit: *Nam & illud oſtenſum eſt, quod ſederet paterfamilias, ſedente ſibi ad dexteram juvene; qui juvenis anxius, & cum quadam indignatione ſubtriſtis, maxillam manu tenens, mæſto vultu ſedebat. Alius vero in ſiniſtra parte conſiſtens rete portabat, quod ſe mittere, ut circumſtantem populum caperet, minabatur; & cum miraretur quid hoc eſſet ille qui vidit; dictum eſt ei: Juvenem, qui ad dexteram ſic ſederet, contriſtari & dolere, quod præcepta ſua non obſervarentur: illum vero in ſiniſtra exultare, quod ſibi daretur occaſio, ut a patrefamilias poteſtatem ſumeret ſæviendi. Hoc prius longe oſtenſum eſt, quam tempeſtas vaſtitatis hujus oriretur; & videmus impletum, quod fuerat oſtenſum*: Hucuſque Cyprianus.

XII. De ſæviſſimis a Decio in Chriſtianos ipſo Imperii ſui exordio edictis promulgatis, qualia ipſa fuerint, Dionyſius (c) Epiſcopus, qui his diebus præerat Eccleſiæ Alexandrinæ, & illa audivit, atque legiſſe potuit, docet his verbis ſcribens ad Fabium Epiſcopum Antiochenum: *Decii edictum erat jam vulgatum; illudque tale profecto videbatur, quale Dominus prædixerat futurum, in quo terribiliſſima illa jam propemodum complebatur ſententia; nimirum, electos, ſi poſſibile eſſet, in errorem inducendos fore: hinc omnes certe metu perculſi obſtupuerunt.* Hæc Dionyſius. Meminit, & Gregorius Nyſſenus (d) de edictis tum in omnes Eccleſias a Decio editis; ſed in primis ab admirabili propagatione fidei pacis temporibus facta, externoque cultu in Eccleſiarum erectione auctor, atque egregie illuſtrato auſpicatur; &, quæ Decium ad maximam iram incitavit, factam a Chriſtianis idolorum atque altarium demolitionem narrat his verbis:

(c) Euſeb. lib.6. cap. 34.

Decii edictum quale.

(d) Greg. Nyſſ. in Vita Gregor. Thaum.

XIII. Propagatio fidei Chriſtianæ.

Jam enim in omnem partem pervaſerat divina prædicatio; & omnes tam in Civitate, quam in ea quæ circumcirca ſita eſt regione, ad piam rectamque dogmatis fidem erant traducti; altariaque, & templa, & quæ in eis fuerant ſimulacra, erant everſa: expurgata autem erat humana vita ab idolorum inquinamentis, extinctuſque erat ſceleratus nidor ſacrificiorum, ablutuſque cruor ex altaribus, & ſordes cæſorum animalium; omnes autem in omni loco in Chriſti nomine templa erigebant & oratoria; cum Romanorum, qui tunc erat, Imperatorem ſubiit ira atque invidia, propterea quod falſa quidem ejus patria neglectui eſſet ſuperſtitio; augebatur autem myſterium Chriſtianorum, & per totum Orbem terræ multiplicabatur Eccle-

Eccleſia, per eos qui ſemper verbo adiiciebantur, creſcens in magnitudinem. Et cum exiſtimaſſet, fieri poſſe ut divinæ virtuti ſua reſiſteret acerbitas, & reprimeret quidem myſterii prædicationem, diſſolveret autem cœtus Eccleſiarum, rurſus autem traduceret ad ſimulacra eos qui ad verbum proceſſerant: ad Gentium Præſides mittit edicta, terribiles ſupplicii minas in eos ſtatuens, niſi omnibus probris, contumeliis, & cruciatibus afficerent eos qui nomen Chriſti adorabant, & terrore, & cruciatibus eos rurſum adducerent ad patrium cultum dæmonum: Hæc Gregorius.

XIV. His acceptis edictis, Præſides in provinciis quam immaniter in Chriſtianos ſævierint, ex iis, quæ acta in Africa S. Cyprianus (*a*) teſtatur, & quæ in cæteris Provinciis geſta ſunt, facile poſſumus intelligere; ait enim: *Tormenta venerunt, & tormenta ſine fine tortoris, ſine exitu damnationis, ſine ſolatio mortis: tormenta quæ ad coronam non facile dimittant, ſed tam diu torqueant, quam diu deficiant; niſi ſi aliquis divina dignatione ſubtractus, inter ipſa cruciamenta profecerit, adeptus gloriam, non termino ſupplicii, ſed velocitate moriendi*: Hæc Cyprianus.

(*a*) Cypr. epiſt.8. edit. Pamel.

Gravis perſecutio in Eccleſia Africana.

XV. Sed & de multis tormentorum generibus, quæ præſides ſibi artificum peritia comparabant, tunc exhibitis, Gregorius Nyſſenus (*b*), qui ab avia S. Macrina ſeniori, ejuſdem Eccleſiæ alumna, ea potuit didiciſſe, hæc habet: *Neque aliud tunc publicum, aut privatum quicquam agebatur, aut ullum ponebatur ſtudium ab his qui tractabant publica, quam ut obſiderent, & punirent eos qui fidem ſequebantur. Erant autem non ſolum minæ verborum terribiles, ſed cum iis varius apparatus ſuppliciorum nullum non afferebat ſtuporem; & antequam veniretur ad periculum, metum incutiebant hominibus enſes, & ignis, & beſtiæ, & foſſæ, & inſtrumenta ad torquendum membra accommodata, & ferreæ in igne cathedræ, & ligna erecta, in quibus eorum extenſa, qui perſiſtebant, corpora porrectis horrendis laniabantur ungulis, & alia innumerabilia ad multiplices corporum cruciatus inventa ab eis excogitabantur: unumque ſtudium erat iis, qui hanc habebant poteſtatem, ut nullus eo poſſet oſtendi ſcelere ſuperior. Alii quidem deferebant, alii vero indicabant, alii vero ſcrutabantur eos qui erant abſconſi: alii invadebant eos, qui fugiebant: alii autem injectis oculis in facultates Fidelium, ut rebus eorum potirentur, prætextu pietatis, & religionis, eos qui fidem amplectebantur, exagitabant*: Hucuſque Gregorius.

(*b*) Greg. Nyſſen. in Vita S. Gregorii Thaumat.

Perſecutionis acerbitas.

XVI. Hunc in modum cum perſecutio in Eccleſiam graſſaretur, primo ipſo ſui furoris impetu complures ubique proſtravit; ipſos nimirum, quos antea deliciæ, & concupiſcentia ſubjugaſſent: & cujus magis male acta vita eſſet, ſordibus inquinata, ejus turpior erat lapſus atque negatio. Hos enim in primis S. Cyprianus deplorat in libro de Lapſis, ſic dicens: *Non expectaverunt ſaltem ut interrogati negarent, ut thus accenderent apprehenſi. Ante aciem multi victi ſine congreſſione proſtrati nec hoc ſibi reliquerunt, ut ſacrificare idolis viderentur inviti. Ultro ad forum currere, ad mortem ſponte properare, quaſi hoc olim cuperent, quaſi amplecterentur occaſionem datam, quam ſemper optaſſent. Quid illi, qui a magiſtratibus veſpera urgente dilati ſunt? quod ne eorum differretur interitus, etiam rogaverunt?* & paulo poſt: *Ac multis proprius interitus ſatis non fuit: hortamentis mutuis in exitium ſuum populus impulſus eſt: mors invicem lethali poculo propinata eſt. Ac ne quid deeſſet ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus vel impoſiti, vel attracti, amiſerunt parvuli quod in primo ſtatim nativitatis exordio fuerant conſecuti*: Nimirum gratiam per baptiſmi illuſtrationem acceptam: ex inſtituto enim Eccleſiæ, parvuli etiam baptizabantur & infantes.

Miſerandus multorum lapſus.

XVII. Unde autem facta ſit illis tantæ ruinæ occaſio, paulo inferius declarat his verbis: *Diſſimulanda, fratres, veritas non eſt, nec vulneris noſtri materia & cauſa reticenda. Decepit multos patrimonii ſui amor cæcus: nec ad recedendum parati aut expediti eſſe potuerunt, quos facultates ſuæ velut compedes ligaverunt: illa fuerunt remanentibus vincula, illæ catenæ, quibus & virtus retardata eſt, & fides preſſa, & mens vincta, & anima præcluſa, ut ſerpenti terram ſecundum Dei ſententiam devoranti, præda & cibus fierent, qui terreſtribus cupiditatibus inhærerent*: Hæc & alia multa de his Cyprianus. Erant autem lapſorum caſus varii atque diſtincti, dum quidam ex ipſis (ut dictum eſt) non rogati procurrerent: rurſum vero quidam ſe invitos id agere conteſtarentur: alii rurſum, qui primo confitentes, inde metu pœnarum a fide negando deficerent.

Unde lapſus multorum.

XVIII. Rurſum vero lapſorum duplex ab eodem Cypriano ponitur differentia: aliorum ſcilicet, quos nominat Sacrificatos, vel Thurificatos, ac idololatras communi voce: aliorum vero, quos appellat Libellaticos, de quibus plura in epiſtola ad Antonianum (*c*). Dicebantur autem Sacrificati omnes qui quomodcumque immolaſſent, vel immolata guſtaſſent: Thurificati autem, qui thus obtuliſſent; Idololatræ æque omnes qui quemlibet religionis cultum Idolis publice exhibuiſſent. Libellaticos autem eos eſſe, ſignificare tradunt, qui cum ſacrificium offerre publice cogerentur, ſe data pecunia redemiſſent: de quibus hæc idem in eadem ad Antonianum epiſtola:

Lapſorum diverſa genera.

(*c*) Cypr. epiſt. 52.

Cum

Cum ergo inter ipſos qui ſacrificaverint, multa ſit diverſitas; quæ inclementia eſt, & quam acerba duritia, Libellaticos cum his qui ſacrificaverunt jungere? quando is, cui libellus acceptus eſt, dicat. Ego prius legeram, & Epiſcopo tractante cognoveram non ſacrificandum Idolis, nec ſimulacra a ſervo Dei adorari debere; & idcirco ne hoc facerem, quod non licebat, cum occaſio libelli fuiſſet oblata, quem nec ipſum acciperem, niſi oſtenſa fuiſſet occaſio, ad magiſtratum, vel veni, vel alio eunte mandavi Chriſtianum me eſſe: ſacrificare mihi non licere, ad aras Diaboli me venire non poſſe; dare me ob hoc præmium, ne quod non licet, faciam: Hæc Cyprianus: quæ licet plana videantur, tamen ſubobſcura redduntur ex aliis quæ ſparſim in diverſis Cypriani locis ſæpe leguntur.

XIX. Libellatici quinam dicti ſint.

At colligitur ex iis, non ſic Libellaticos eſſe dictos, (ut multi putant,) quod libellum offerrent magiſtratui, quem potius ab eo acciperent; id enim illis verbis declarat Libellaticus ille apud Cyprianum, ſic dicens: *Libellum nec ipſum acciperem, niſi oſtenſa fuiſſet occaſio.* Sed & inſuper in epiſtola Cleri Romani (*a*) ad Cyprianum, de Libellaticis hæc dicuntur: *Sententiam noſtram dilucida expoſitione protulimus adverſus eos, qui ſe ipſos infideles illicita nefariorum Libellorum profeſſione prodiderant, quaſi evaſuri irretientes illos Diaboli laqueos viderentur: quo non minus quam ſi ad nefarias aras acceſſiſſent, hoc ipſo quod ipſum conteſtati fuerant, tenerentur; ſed etiam adverſus illos qui acta feciſſent, licet præſentes, cum fierent, non affuiſſent; cum præſentiam ſuam utique ut ſic ſcriberentur, mandando feciſſent, &c.* Ex quibus patet, à Romana Eccleſia etiam Libellaticos acrius condemnari, ut infideles. Inſuper vero idem qui ſupra Cyprianus de Lapſis: *Nec ſibi* (inquit) *quo minus agant pœnitentiam, blandiantur, qui etſi nefandis ſacrificiis manus non polluerunt, libellis tamen conſcientiam proſtituerunt. Et illa profeſſio denegantis, conteſtatio eſt Chriſtiani, quod fuerat abnuentis; feciſſe ſe dixit, quod alius faciendo commiſit:* Hæc ipſe. Quibus omnibus exprimere videtur, Libellatici cauſam fuiſſe hujuſcemodi, ut, etſi minus quis ſacrificium Diis offerret, tamen aliqua per ſe vel per alium edita profeſſione fidem negaret; ne vero, ſicut cæteri, traheretur ignominioſe ad aram, id pecunia, (ut dictum eſt) redimebat.

(*a*) *Apud Cypr. epiſt.* 31.

XX. Error de Libellaticis confutatur.

Quamobrem errare exiſtimo, qui putant illos dictos eſſe Libellaticos, qui pretium ſolverent ne cogerentur fidem negare. Nam nullum fuiſſe crimen, vexationem a Gentilibus in perſecutione inferri ſolitam pecunia redimere; ſatis ſuperius ex totius Eccleſiæ uſu, & canone Petri martyris Epiſcopi Alexandrini, demonſtratum eſt, dum Tertulliani errorem ex Montani ſchola acceptum confutavimus, quo dicebat, nemini licere pro ſui liberatione, ne ad judicium duceretur, pecuniam ſolvere. Nec enim putandum, improbatam in Eccleſia opinionem Tertulliani, Cyprianum eſſe ſectatum, minus autem Romanam Eccleſiam, quæ (ut vidimus) æque cum Cypriano Libellaticos damnat.

XXI. Cauſa Libellaticorum qualis eſſet.

Quantum igitur ex nuper citatis, & aliis locis de Libellaticis aſſequi licet; hunc in modum rem geri conſueviſſe putamus: Cum, propoſitis (quod dictum eſt) a Provinciarum Præſidibus Decii Imperatoris edictis, ut Chriſtiani omnes ſacrificarent; qui id facere erubeſcerent, Magiſtratum adirent, vel ad eum alios ſuo nomine mitterent, rogarentque ne ad ſacrificium immolandum compellerentur; cæterum ſe Chriſtum negare, iidemque etiam pro hujuſmodi diſpenſatione conſequenda pecuniam ſponderent: Magiſtratus vero poſt negationem conceſſionis libellum ſcriberet, atque ei qui petiiſſet daret, vel abſenti mitteret, quo munitus tutus abſque pœna conſiſteret. Qui igitur hunc in modum fidem prodidiſſent, ac ſimiliter perdidiſſent, Libellatici dicebantur, quod libellum ſecuritatis a Magiſtratu conſcriptum accepiſſent, cum negaſſent. Hæc eſt igitur de Libellaticis noſtra ſententia, ex ante citatis locis deducta, & alio planiori paulo inferius confirmanda.

XXII.

De hujuſmodi autem, qui a Proconſulibus dari ſolerent, libellis conceſſionis, & indulgentiæ, meminit Ulpianus, dicens: (*b*) *Ubi decretum neceſſarium eſt, per libellum id Conſul expedire non poteſt. Omnia enim, quæcumque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum non poſſunt expediri:* Quam quidem Ulpiani ſententiam perperam, meo judicio, interpretati ſunt, qui intelligendam putarunt de libellis ſupplicibus Provinciarum Præſidibus offerri ſolitis, cum potius de illis debeat accipi libellis, qui a judicibus, cum concederent aliquid, dimanarent; quos (ut habetur in caſu propoſito, qui aliquid ſibi concedi optaſſent, acciperent; qui tamen tunc tantum dabantur, cum (ut ait Jureconſultus) res nullam aliam cauſæ cognitionem deſideraret, quod in nullius præjudicium verteretur.

(*b*) *l. nec quicquam.* §. *ubi decretum. ff. de of. Proconſ.*

Proconſules quos dent libellos.

XXIII. Aliud genus libelli.

Diverſum plane ab iis libellorum genus illud erat, quo Chriſtiani illi nequiſſimi, ſtatim atque audiſſent promulgatum edictum; ne caperentur, vel jacturam aliquam in bonis paterentur, confeſtim ſuæ negationis Præſidi libellum offerebant. Meminit ejuſmodi generis libelli Plinius (*c*) in epiſtola ad Traianum his verbis: *Propoſitus eſt libellus ſine auctore, multorum nomina continens, qui negarent ſe eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe; cum præſente me Deos appellarent, & imagini tuæ,*

(*c*) *Plin. lib.* 10. *epiſt.* 97.

quam

quam propter hoc juſſeram cum ſimulacris numinum afferri, thure, & vino ſupplicarent: præterea maledicerent Chriſto. Longe vero diverſos ab iis eſſe Libellaticos; qui (ut dictum eſt) non darent, ſed acciperent libellos a Proconſule, nemo non videt.

XXIV. Libellatici conſultum volebant honori, non animæ.

Ad omnem vero hac de re ambiguitatem tollendam, dicimus, Libellaticos non eſſe ejuſmodi, ut pretium ſolverent, ne cogerentur negare, ſed negaſſe eos Chriſtum; verum ne palam, ut alii, offerre ſacrificium, vel libamina cogerentur, ſpopondiſſe pecuniam. Eſt de ejuſmodi negatione Libellatici egregium teſtimonium Cypriani (*a*) in epiſtola ad Hiſpanos, ubi cum agit de Martiale Epiſcopo, quem ait fuiſſe libello contaminatum, hæc de eodem ſubdit: *Martialis quoque præter Gentilium turpia lutulenta convivia, & collegia diu frequentata, & filios in eodem collegio exterarum gentium more apud profana ſepulcra depoſitos, & alienigenis conſepultos, Actis etiam publice habitis apud procuratorem Ducenarium, obtemperaſſe ſe idololatriæ, & Chriſtum negaſſe, conteſtatus ſit, &c.* Igitur, ut Martialis Libellaticus diceretur, hoc proceſſit, quod Actis publicis ſe Chriſtum negare fuerit conteſtatus; ob eamque cauſam poſtea ſecuritatis a Proconſule (ut demonſtratum eſt) data pecunia libellum acceperit. Hæc autem de Libellaticis pluribus nos oportuit elucidaſſe, quod omnes, quos viderim, in hoc hallucinatos invenerim, putantes eos Libellaticos dici, qui, ne cogerentur Chriſtum negare, pecunia ſe redimerent; incaute nimis hac ex parte cogentes non Cyprianum modo, ſed & Romanam Eccleſiam Libellaticos æque damnantem, adſtipulari Tertulliano, qui negaret nefas eſſe Chriſtiano, pecunia a perſecutoribus ſe redimere. At ſatis de lapſis; & lapſorum hujus temporis diverſis generibus.

(*a*) Cypr. epiſt. 68.

Correctus error de Libellaticis.

XXV.

Jam vero cætera, quæ ad ejuſmodi perſecutionem ſpectare videntur, enarrare aggrediamur; ac in primis quid Romæ, deinde quid in aliis nobilioribus Orbis Eccleſiis actum ſit, ex iis potiſſimum auctoribus, qui præſentes res geſtas inſpexerunt, vel ab aliis eaſdem intuitis acceptas ſcripſerunt. Quod itaque hæc omnium acerbiſſima perſecutio fuerit in Romanam Eccleſiam concitata; illud unum poteſt eſſe perſpicuo argumento, dum (quod nunquam alias accidiſſet) S. Fabiano Catholicæ religionis Antiſtite martyrio coronato, ne per annum quidem valuit ei ſubrogari ſucceſſor; licet cauſæ urgentiſſimæ intercederent, quibus conſultandis univerſali, (ut demonſtrabimus) opus eſſet Epiſcopo. Pauci autem ex Clero Romano reſidui, magno modeſtiæ exemplo, ab electione Romani Pontificis abſtinuerunt, quod ſæviens perſecutio collegas complures in carceres abduxiſſet, alioſque aliter diſperſiſſet. Porro ob maximam quidem temporum difficultatem, quam atrox invexerat perſecutio, dilatam eſſe tam longo tempore novi Pontificis electionem, idem Clerus Romanus ad Cyprianum (*b*) ſcribens aperte demonſtrat his verbis: *Poſt exceſſum nobiliſſimæ memoriæ viri Fabiani, nondum eſt Epiſcopus propter rerum, & temporum difficultates conſtitutus, qui omnia iſta moderetur.*

Ingens perſecutio Romanam Eccleſiam vexat.

(*b*) Apud Cypr. ep. 31. edit. Pamel.

XXVI. Romanus clerus ſede vacante curat omnes Eccleſias.

Qui ergo ſic collecti in unum aſſervarentur, probe ſcientes ex antiquiori conſuetudine, ſublato viſibili univerſalis Eccleſiæ capite, ſuarum eſſe partium (quippe qui propinquiora membra capiti inhærent) Catholicæ Eccleſiæ ubique locorum poſitæ proſpicere atque conſulere; in iis, quæ licerent, ipſius capitis munera expleverunt. Quæ autem hoc anno vacantis ſedis ab eis in unum coeuntibus erga cæteras in orbe Romano poſitas Eccleſias acta ſint, licet non appareant; ex his tamen, quæ geſta ſunt in Eccleſia Africana, ex ejuſdem Cleri ac Cypriani Carthaginenſis Epiſcopi litteris ultro citroque datis ac redditis, quid cum principalioribus cæteris Eccleſiis actum ſit, facile poſſumus intelligere.

XXVII. De Martyrio Fabiani litteræ.

Fabiano igitur glorioſo martyrio ex hac vita ſubtracto, ne lateret etiam tranſmarinas Eccleſias quid patratum eſſet in caput, cujus eædem membra eſſent, Clerus Romanus confeſtim datis ad eas litteris ſignificavit, officium certe non levis ponderis, vel momenti fuit, nempe ut ſummi Paſtoris exemplo cæteri quoque qui diverſis in regionibus præeſſent Eccleſiis Epiſcopi inflammarentur; ut libentiſſimo animo mortem oppeterent pro Eccleſia ſibi commiſſa, cum id gregis utilitas poſtularet; & quod faceret ſummus Sacerdos, qui eſſent inferioris ordinis Clerici, ac cæteri denique Fideles infimæ claſſis peragere minime detrectarent. Scripſiſſe Romanum Clerum de Fabiani Papæ martyrio ad Epiſcopum Carthaginenſis Eccleſiæ litteras, redditæ a S. Cypriano (*c*) ad eum his verbis ſignificant: *Cum de exceſſu boni viri, collegæ mei, rumor ad nos incertus eſſet, fratres cariſſimi, & opinio dubia nutaret; accepi a vobis litteras ad me miſſas per Clementium hypodiaconum, quibus pleniſſime de glorioſo ejus exitu inſtruerer; & exultavi ſatis, quod pro integritate adminiſtrationis ejus, conſummatio quoque honeſta proceſſerit, in quo vobis quoque plurimum gratulor, quod ejus memoriam tam celebri, & illuſtri teſtimonio proſequamini; ut per vos innoteſceret nobis, quod & vobis eſſet circa Præpoſiti memoriam glorioſum, & nobis quoque fidei ac virtutis præberet exemplum. Nam quantum pernicioſa res eſt ad ſequentium lapſum ruina Præpoſiti; in tantum contra utile eſt, & ſalutare, cum ſe Epiſcopus*

(*c*) Cypr. epiſt. 4.

per

per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum: Hæc Cyprianus, qui ea epiſtola Fabianum modo collegam, modo vero Præpoſitum nominat, utpote qui Coepiſcopus eſſet, poteſtate tamen in hierarchico Eccleſiaſtico ordine cæteris ille præpoſitus eſſet Epiſcopis; cum alioqui voce collegæ, non ſemper in ordine pares, ſed in miniſterio conſortes, Africani Epiſcopi conſueverint nominare; quippe qui Presbyteros etiam reperiantur (*a*) appellaſſe collegas, & multo frequentius Primates ipſos dixiſſe (*b*) collegas, Epiſcopos ſibi ſubjectos.

(*a*) *Conc. Carth. 4. c. 25.*
(*b*) *Concil. Afric. c. 21. 22. 31.*

XXVIII. Anni unius temporis ſedis vacantis probatur.

Vacaſſe quidem annum integrum, & amplius ſedem Romanam, non ſex dies, vel menſes, ut alii affirmant; quæ mox dicturi ſumus, aperte ſatis declarabunt. Non ſolum autem in ipſum Fabianum Romanum Pontificem primo ſui impetu perſecutio ſævivit, ſed & in alios, quoſcumque reperire potuit ejuſdem Eccleſiæ florentiſſimæ Clericos, progreſſa eſt. Siquidem poſt ejus paſſionem, (ut tradit liber de Romanis Pontificibus) Moyſes & Maximus Presbyteri, & Nicoſtratus Diaconus comprehenſi ſunt, & in carcerem miſſi. Ad quos cum adhuc eadem ſede vacante Cyprianus iterum ſcribens, eos jam annum in carcere exegiſſe teſtetur; plane apertiſſime oſtendit, ultra anni ſpatium fuiſſe Romanam Eccleſiam ſine Paſtore; ait enim: (*c*) *Eant nunc magiſtratus, & Conſules, ſive Proconſules, annuæ dignitatis inſignibus, & duodecim faſcibus glorientur; Ecce dignitas cœleſtis in vobis honoris annui claritate ſignata eſt, & jam revertentis anni volubilem circulum victricis gloriæ diuturnitate tranſgreſſa eſt.* Recolenſque idem ſingula ejus anni tempora hieme quidem in carcerem fuiſſe detruſos indicat, nempe menſe Januarii, quo (ut monſtratum eſt) Fabianus martyrium conſummavit. Verum ſcriptam eſſe ad dictos confeſſores citatam Cypriani epiſtolam, priuſquam Cornelius crearetur Romanus Epiſcopus; illud certo eſt argumento, quod ſcribit ad eos tunc pace, & unitate concordes, quos poſtea in creatione Cornelii conſtat ſchiſmate fuiſſe diviſos, quibuſdam ex ipſis Novatiano ſtudentibus, ut inferius ſuo loco apertius fuſiuſque dicturi ſumus.

(*c*) *Cypr. p. 16. edit. Pamel.*

XXIX. Martyres Romæ paſſi ſub Decio.

Inter innumeram pene Romanorum multitudinem martyrum, recenſentur nobiliſſimæ illæ virgines Victoria & Anatolia, quæ abductæ Thoram ad lacum Velinum poſt multa certamina martyrium conſummarunt die nona Julii. Habentur & Calocerus atque Parthenius hujus temporis inſignes martyres; quorum prior cum eſſet præpoſitus cubiculi uxoris Decii, alter vero alterius muneris Primicerius; nolentes idolis ſacrificare, ab eodem Imperatore occidi juſſi ſunt decimanona die menſis Maii. Sed, & Secundianus Valeriani Præfecti Aſſeſſor, necnon Marcellinus ac Verianus ab Urbe ad Centumcellas amandati, a Quadrato Conſulari poſt alia tormenta ſub gladio probati ſunt nona die Auguſti. Extant eorum Acta, (*d*) ſed illa corrupta, in quæ Xyſti Papæ nomen irrepſit; nam ſub Decio Imperatore certum eſt fuiſſe paſſos. Sunt & alii complures tunc martyrio coronati, quorum nomina haud ſatis explorata habentur.

(*d*) *Apud Sur. tom. 4. ea die.*

XXX.

Cum eadem perſecutio, eodem prope quo Romæ tempore, litteris Decii a Præſidibus Provinciarum ac Proconſulibus in diverſis Orbis partibus eſſet indicta; quodam veluti terræmotu fuit Eccleſia univerſa concuſſa; eoque ſævit impetu, ut complures, licet fortiſſimi, ſe ſubduxerint, ac inter alios ſanctiſſimus Cyprianus; idque divino Spiritu nedum ſuadente, ſed propemodum impellente, cum magna Gentilium ſiti poſceretur ad necem. Scribens enim ipſe poſtmodum ad Cornelium (*e*) Papam, de Populi in eum clamoribus, quibus Circus intonuiſſet atque Theatrum, cum ad leonem voce omnium peteretur, hæc ait: *Toties ad leonem petitus in Circo, in Amphitheatro, Dominicæ dignationis teſtimonio honoratus; his ipſis etiam diebus, quibus has ad te litteras feci, ob ſacrificia, quæ edicto propoſito celebrare Populus jubebatur, clamore popularium ad leonem denuo poſtulatus in Circo:* Hæc illi frementes, quod Cyprianum ab oculis omnium ſubductum eſſe, indigniſſimo animo ferrent. Sed idem abſens proſcriptus fuit, atque bonis omnibus ſpoliatus; quod ipſe litteris Florentium (*f*) Puppianum compellans, teſtatur his verbis per ironiam inquiens: *Perſecutio enim veniens te ad ſummam martyrii ſublimitatem provexit; me autem proſcriptionis onere depreſſit, cum publice legeretur: Si quis tenet, vel poſſidet de bonis Cæcilii Cypriani Epiſcopi Chriſtianorum: Ut etiam qui non credebant Deo Epiſcopum conſtituenti, vel Diabolo crederent Epiſcopum proſcribenti. Nec hæc jacto, ſed dolens profero:* Hæc ipſe; qui & ad Presbyteros (*g*) Carthaginenſis Eccleſiæ ſcribens, divino monitu ſe latebras quæſiſſe teſtatur.

Fuga Cypriani Epiſcopi Carthag.
(*e*) *Cypr. epiſt. 55.*
(*f*) *Idem epiſt. 69.*
(*g*) *Idem epiſt. 9. edit. Pamel.*

XXXI. Quinque Presbyteri hæretici.

Sed, & illud nefandum tunc accidit, ut ex Clero Carthaginenſi quinque Presbyteri fidei deſertores facti, ſe ſe ad perſequendos Fideles adjunxerint magiſtratibus; de quibus hæc obiter Cyprianus, (*h*) dum agit de Feliciſſimo ſchiſmatico ac cæteris illi inhærentibus Presbyteris: *Quinque iſti Presbyteri nihil aliud ſunt quam quinque primores illi, qui edicto nuper magiſtratibus fuerant copulati, ut fidem noſtram ſubruerent, ut gracilia fratrum corda ad lethales laqueos prævaricatione veritatis averterent.*

(*h*) *Cypr. epiſt. 40.*

XXXII.

Cæterum, quod ad Cyprianum pertinet;

Clerus Rom. ſolicitus pro Eccleſia Africana.

net; Clerus Romanus æquo animo tulit, rectè factum exiſtimans, tantum Epiſcopum in tanta rerum perturbatione, ſe ad tempus relicta Eccleſia ſubduxiſſe, ut opportuniori tempore in medium prodiret, & dilatum martyrium majori Eccleſiæ utilitate ſuſciperet; atque ita ad tempus ceſſiſſe, ut hac via melius aliorum ſaluti conſuleret, & glorioſiorem ſibi interim victoriam compararet. Sed videas inter hæc de Eccleſia deſtituta Paſtore eumdem Romanum Clerum anxium eſſe, eamdemque ſolicitudinem univerſi gregis ſedulo agitare conſilio, qualem vivens Pontifex ſuſcipere conſueverat. Acceperat hæc Clerus a Clementio Subdiacono iterum ex Africa miſſo, cui litteras de Fabiani obitu, quas diximus, dederat ad Cyprianum. Quamobrem, ut a Paſtore relictam Eccleſiam Carthaginenſem in officio contineret, quamprimum ad ejus Clerum ſcripſit epiſtolam (a), in cujus exordio hæc habet: *Didicimus ſeceſſiſſe benedictum Papam Cyprianum, a Clementio Subdiacono, qui a vobis ad nos venit certa ex cauſa: quod utique rectè fecerit, propterea quod cum ſit perſona inſignis*, &c.

(a) *Apud Cypr. ep.* 3.

XXXIII. Idemque Romanus Clerus de univerſali ſibi cura Paſtorali impendente hæc ſubdit: *Et cum incumbat nobis, qui videmur præpoſiti eſſe, & vice Paſtoris cuſtodire gregem; ſi negligentes inveniamur, dicetur nobis, quod anteceſſoribus dictum eſt, qui tam negligentes præpoſiti erant: Quoniam (b) perditum non requiſivimus &c.* hortatur eos, ut & ipſi Paſtoris optimi ſpecimen edant, & vicem gerant; ad quod præſtandum ſuo exemplo corroborat hæc addens: *Non enim hoc ſolum verbis vos hortamur: ſed diſcere poteritis a pluribus, a nobis ad vos venientibus, quoniam ea omnia nos, Deo adjuvante, & fecimus, & facimus cum omni ſolicitudine, & periculo ſæculari, ante oculos plus habentes timorem Dei, & pœnas perpetuas quam timorem hominum, & brevem injuriam, non deſerentes fraternitatem, & exhortantes eos ſtare in fide, & paratos eſſe debere ire cum Domino. Sed & aſcendentes* (nempe in Capitolium) *ad hoc quod compellebantur, revocavimus. Eccleſia iſta fortis in fide; licet quidam terrore ipſo compulſi, ſive quod eſſent inſignes perſonæ; ſive apprehenſi timore hominum revertuntur; quos quidem ſeparatos a nobis non dereliquimus, ſed ipſos cohortati ſumus, & hortamur agere pœnitentiam, ſi quo modo indulgentiam poterunt recipere ab eo, qui poteſt præſtare; ne, ſi relicti fuerint a nobis, pejores efficiantur*: Hæc ibi de invicto Clericorum Romanæ Eccleſiæ robore, & vigilantia.

(b) *Ezec.* 34.

Cleri Romani in perſecutione diligens ſtudium.

XXXIV. Verum non tantum, ut iſtud ipſum faciant, eos admonent; ſed ut infirma Eccleſiæ membra non negligant, & curent diligenter ſacra martyrum corpora, hortantur, addentes: *Sive viduæ, ſive clydomeni* (*nempe fluctuantes*) *qui ſe exhibere non poſſunt, ſive hi qui in carceribus ſunt, ſive excluſi a ſedibus ſuis, utique habere debent qui eis miniſtrent. Sed & Cathecumeni apprehenſi infirmitate, decepti eſſe non debebunt, ut eis ſubveniatur. Et, quod maximum eſt, corpora martyrum aut cæterorum ſi non ſepeliantur, grande periculum imminet eis, quibus incumbit hoc opus:* Hæc & alia Clerus Romanus ad Clerum Carthaginenſem, pro munere, & officii neceſſitate ad ſalutem atque ſtabilitatem omnium Eccleſiarum intentus; quippe quod Petri Eccleſiæ eſſent adminiſtri, univerſalis gregis erat illis cura mandata; ad hocque ſpectat, quod habent in fine: *Harum litterarum exemplum ad quoſcumque poteritis tranſmittere, per idoneas occaſiones, vel veſtras faciatis, ſive nuntium mittatis, ut ſtent fortes, & immobiles in fide.* Quibus apparet has fuiſſe litteras Circulares, quibus univerſæ Africæ Eccleſiæ pariter admonerentur; vel, ſi expediret, alias ipſi ejuſdem argumenti conſcriberent.

Cleri Romani cura omnium Eccleſiarum.

XXXV. Quod rurſum pertinet ad Cypriani ſeceſſum, Pontius Diaconus in ejuſdem rebus geſtis a ſe conſcriptis hæc ait: *Vultis ſcire ſeceſſum illum non fuiſſe formidinem? ut nihil aliud excuſem, ipſe poſtmodum paſſus eſt; quam paſſionem utique ex more vitaret, ſi & ante vitaſſet. Fuit vero formido illa, ſed juſta formido, quæ Dominum timeret offendere; formido quæ præceptis Dei mallet obſequi, quam ſic coronari. Dicata enim in omnibus Deo mens, & fides divinis admonitionibus mancipata credidit ſe, niſi Domino latebram tunc jubenti paruiſſet, etiam ipſa paſſione peccare*: Hæc Pontius.

Cauſa ſeceſſus Cypriani.

XXXVI. Idem ipſe Cyprianus ex præcepto Domini ſe tunc ſeceſſiſſe teſtatur; ad ſui enim excuſationem apologeticam ſcripſit ad Romanum Clerum epiſtolam, (c) inſtituti ſui, (ut par erat) rationem reddens his verbis: *Quoniam comperi, fratres cariſſimi, minus ſimpliciter, & minus fideliter vobis renuntiari, quæ hic a nobis & geſta ſunt, & geruntur; neceſſarium duxi has ad vos literas facere, quibus vobis actus noſtri, & diſciplinæ, & diligentiæ ratio redderetur. Nam ſicut Domini mandata inſtruunt, orto ſtatim turbationis impetu primo, cum me clamore violento frequenter populus flagitaſſet; non tam meam ſalutem, quam quietem fratrum publicam cogitans, interim ſeceſſi; ne per inverecundam præſentiam noſtram ſeditio, quæ cœperat, plus provocaretur. Abſens tamen corpore, nec ſpiritu, nec actu, nec monitis meis defui, quo minus ſecundum Domini præcepta, fratribus noſtris, in quibus poſſem, pro mea mediocritate conſule-*

De Latebris Cypriani.

(c) *Cypr. epiſt.* 15.

ſule-

ſulerem. Et quid egerim, loquuntur vobis epiſtolæ pro temporibus emiſſæ numero tredecim, quas ad vos transmiſi: Hæc Cyprianus; qui & earumdem epiſtolarum argumenta ibi ſubtexuit: voluit namque eaſdem tredecim a ſe ad ſuos ſcriptas epiſtolas, quo Romanæ Eccleſiæ de impenſa cura erga Dominicum gregem ſibi commiſſum, eſſet in omnibus pleniſſime ſatisfactum, ad Clerum mittere, penes quem ejus receſſus fuerat ignaviæ ac ſocordiæ nomine redditus falſa relatione ſuſpectus: purgareque ſe in omnibus apud eos ſtuduit, quod majeſtatem, quam ſciret eſſe, ac venerari ipſe ſoleret in capite, eo dempto, non deficere putaret in membris, eidem compage propinquioris unitatis adnexis.

XXXVII. Literæ Cypriani ad Clerum ſuum cum receſſiſſet. At quoniam, quænam illæ tredecim eſſent epiſtolæ, ex adſcriptis in ea ipſarum argumentis facile poteſt intelligi: quo ordine ab ipſo ſunt poſitæ, eaſdem perc enſere, & quod ad rerum geſtarum cognitionem, & priſtinum inſinuandum Eccleſiæ morem ſpectent, hic intexere (quod inſtituti ratio poſtulat) non gravabimur: Cum autem primis illis in eo ſeceſſu datis ad Clerum litteris, quid agere deberent, ſe docuiſſe (a) tradat; ejus plane ſunt argumenti duæ epiſtolæ illæ in editione Pamelii quinto, & ſexto loco concinne poſitæ; (b) quarum priore, quid eo perſecutionis tempore erga pauperes atque vinctos deberent ſolicite agere, his plane verbis admonuit:

(a) Cypr. epiſt. 15.

(b) Idem epiſt. 5. 6.

XXXVIII. *Quoniam mihi intereſſe nunc non permittit loci conditio, peto vos pro fide, & religione veſtra fungamini illic, & veſtris partibus, & meis; ut nihil, vel ad diſciplinam, vel ad diligentiam deſit. Quantum autem ad ſumptus ſuggerendos, ſive illis qui glorioſa voce Deum confeſſi in carcere ſunt conſtituti, ſive iis qui pauperes, & indigentes laborant, & tamen in Domino perſeverant, peto nihil deſit; cum ſummi omnis, quæ reducta eſt, illic ſit apud Clericos diſtributa propter ejuſmodi caſus, ut haberent plures, unde ad neceſſitates, & preſſuras ſingulorum operari poſſint. Peto quoque ad procurandam quietem ſolertia, & ſolicitudo veſtra non deſinat. Etſi fratres pro dilectione ſua cupidi ſunt ad conveniendum, & viſitandum confeſſores bonos, quos illuſtravit jam glorioſis initiis divina dignatio: tamen caute hoc, & non glomeratim, nec per multitudinem ſimul junctam puto eſſe faciendum; ne ex hoc ipſo invidia concitetur, & introeundi aditus denegetur; & dum inſatiabiles multum volumus, totum perdamus. Conſulite ergo, & providete, ut cum temperamento hoc agi tutius poſſit: itaut Preſbyteri quoque, qui illic apud Confeſſores offerunt, ſinguli cum ſingulis Diaconis per vices alternent; quia, & mutatio perſonarum, & viciſſitudo convenientium minuit invidiam. Circa omnia enim mites, & humiles, ut ſervis Dei congruit, temporibus ſervire, & quieti proſpicere, & plebi providere debemus*: Hæc ad Presbyteros, & Diaconos Eccleſiæ Carthaginenſis primis litteris Cyprianus.

In eis etiam inter alia multa illud notatu digniſſimum, adeo flagraſſe deſiderio ſanctiſſimos illorum temporum Chriſtianos ſacratiſſimi illius in Eccleſia offerri ſoliti ſacrificii, quod Miſſam quoque (ut demonſtratum eſt) majores dixere; ut Sacerdotes Chriſtianæ religionis intimos etiam carceres penetrarent, offerrent, & eiſdem ibi poſitis confeſſoribus participarent. Rurſus vero eodem propemodum argumento ad eoſdem ſecundam (c) dedit epiſtolam, qua primum animi ſui conſilium quodnam fuerit, cum audiſſet plurimos e plebe ac etiam e Clero eſſe tormentorum timore proſtratos, aperit, dicens: *Quamquam cauſa compelleret, ut ipſe ad vos properare, & venire deberem; primo cupiditate, & deſiderio veſtri, quæ res in votis meis ſumma eſt; tum deinde, ut ea, quæ circa Eccleſiæ gubernacula utilitas communis expoſcit, tractare ſimul, & plurimorum conſilio examinata limare poſſemus; tamen potius viſum eſt adhuc interim latebram, & quietem tenere, reſpectu utilitatum aliarum, quæ ad pacem omnium noſtrum pertinent, & ſalutem, quarum vobis a Tertullo fratre noſtro cariſſimo ratio reddetur: qui pro certa ſua cura, quam impenſe divinis operibus impertit, etiam hujus conſilii auctor fuit, ut cautus, & moderatus exiſterem, nec me in conſpectum publicum, & maxime ejus loci, ubi toties flagitatus, & quæſitus fuiſſem, temere committerem.* XXXIX.

(c) Cypr. epiſt. 6.

Rurſum ad ſuos de ſuo reditu differendo.

At quoniam Cypriano hoc fixum in corde erat, ut in carcere conſtitutis fidei confeſſoribus omne exhiberetur officium; rurſum ad Clerum (d) Cathaginenſem eodem ferme argumento ſcribit epiſtolam; datque in mandatis, ut corpora eorum, qui in carcere defuncti eſſent, perinde ac martyrum curarentur, ſic dicens: *Corporibus etiam omnium, qui etſi torti non ſunt, in carcere tamen glorioſo exitu mortis excedunt, impertiatur & vigilantia & cura propenſior. Neque enim virtus eorum aut honor minor eſt, quo minus ipſi quoque inter beatos martyres aggregentur. Quod in illis eſt, toleraverunt quicquid parati & prompti fuerunt. Qui ſe tormentis & morti ſub oculis Dei obtulit, paſſus eſt quicquid pati voluit; non enim ipſe tormentis, ſed tormenta ipſi defuerunt.* Admonet & illud magnopere, ut dies eorum, quo ex ac vita migrarent, diligenter adnotarent; ut inſtar ſanctorum martyrum certis diebus, more majorum, eorum celebritas die anniverſaria ageretur, obla- XL.

(d) Cypr. epiſt. 37.

De cura Martyrum, eorumque nominibus ſcribendis.

oblatione ſacrificii; ſunt hæc verba ejus: *Denique & dies eorum, quibus excedunt, adnotate: ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare poſſimus. Quamquam Tertullus fideliſſimus, & devotiſſimus frater noſter, pro cætera ſollicitudine & cura ſua quam fratribus in omni obſequio operationis impertit (qui nec illic circa curam corporum deeſt) ſcripſerit, ac ſcribat, ac ſignificet mihi dies quibus in carcere beati fratres noſtri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſeunt; & celebrentur hic a nobis oblationes & ſacrificia ob commemorationes eorum, quæ cito vobiſcum, Domino protegente, celebrabimus.* Hunc eumdem illum eſſe Tertullum, quem fratrem appellat, presbyterum Carthaginenſem, cui ejuſdem argumenti de cura pauperum & confeſſorum ſuperius memoratas litteras dedit, nemini poterit eſſe dubium. Cæterum has epiſtolas ad Clerum diverſis temporibus ſcriptas fuiſſe apparet, & has ultimo tempore datas, quibus ſuum ad eos adventum brevi fore pollicetur.

XLI. Confeſſorum lapſus miſerandus.

Interea vero cum immenſa multitudo illorum, qui Chriſtum confeſſi detruſi fuiſſent in carcerem, relaxata a perſecutoribus pertæſis tot civium necem, libera eſſet, & ex ipſis quidam gloria confeſſionis elati, licentius viverent, carniſque ſordibus ſe turpiter inquinarent; idem Cyprianus eadem (*a*) quoque epiſtola, poſt pauperum curam iterum enixius inculcatam, hæc de his habet: *Sciant ex vobis, & inſtruantur, & diſcant, quia ſecundum Scripturarum magiſterium Eccleſiaſtica diſciplina depoſcat, humiles, & modeſtos, & quietos eſſe debere, ut honorem ſui nominis ſervent; ut, qui glorioſi voce fuerint, ſint & moribus glorioſi.* Et poſt multa de animi ſubmiſſione ſervanda, hæc de iiſdem ſubdit: *Doleo enim, quando audio quoſdam improbe & inſolenter diſcurrere ad ineptias, vel ad diſcordias vacare; Chriſti membra, & jam Chriſtum confeſſa, per concubitus illicitos inquinare, nec a diaconis aut presbyteris regi poſſe: ſed id agere, ut per paucorum pravos & malos mores, multorum & bonorum confeſſorum gloria honeſta maculetur; quos vereri debent, ne ipſorum teſtimonio & judicio condemnati, ab eorum ſocietate priventur. Is enim demum confeſſor illuſtris & verus eſt, de quo poſtmodum non erubeſcit Eccleſia, ſed gloriatur.*

(*a*) Cypr. epiſt.6.

XLII.

In eodem quoque receſſu cum poſitus ſe ſcripſiſſe teſtetur (*b*) ad confeſſores exhortationem, & extorres objurgationem; ejus certe argumenti eſt epiſtola ad (*c*) Rogatianum presbyterum ac cæteros confeſſores, ad quos aliam antea ſe ſcripſiſſe fatetur, quæ videtur eſſe deperdita. Cum autem agat multis eos hortando, ut cœptum ſemel agonem ad finem uſque perducant, & victores abſolvant; demum ad confeſſores illos deſides, qui peccatorum ſordibus glorioſi nominis fulgorem obnubilaſſent, convertit orationem. Hos namque, data ad Clerum Romanum epiſtola (*d*), vocat extorres (cum alias extorres nominet, qui, ne fidem proderent, relictis omnibus, alio commigraſſent; quos non reprehenſione, ſed laude dignos commendat.) Quid ii agerent, quod in poſteriori epiſtola ad ſuos presbyteros ſcripta tetigerat, in hac pariter dolens ac lugens refricat, dicens (*e*): *Quid deinde illud? quam vobis execrandum debet videri? quod cum ſummo animi noſtri gemitu & dolore cognovimus, non deeſſe qui Dei templa, & poſt confeſſionem ſanctificata & illuſtrata prius membra turpi & infami concubitu ſuo maculent, cubilia cum fœminis promiſcua jungentes: quando etſi ſtuprum conſcientiæ eorum deſit, hoc ipſum grande crimen eſt, quod illorum ſcandalo in aliorum ruinas exempla naſcuntur.*

(*b*) Cypr. epiſt.15.

(*c*) Cypr. epiſt.7.

Qui non ferro, libidine ſunt ſuperati.

(*d*) Idem epiſt.15.

(*e*) Cypr. epiſt.7.

XLIII. Lapſus Clericorum.

Eſt eadem querela in commentario illo qui (cujuſvis ſit) inſcribitur de Singularitate clericorum, his verbis concepta: *Mentior, ſi non videmus exinde interitus plurimorum. Quanti & quales Epiſcopi, & clerici ſimul, & laici poſt confeſſionum victoriarumque calcata certamina, poſt magnalia, & ſigna, vel mirabilia uſquequaque monſtrata, noſcuntur cum his omnibus naufragaſſe, cum volunt navi fragili navigare? Quantos leones domuit una muliebris infirmitas delicata, quæ cum ſit vilis & miſera, de magnis efficit prædam? quod Salomon loquitur dicens (f): Pretium meretricis tantum eſt unius panis; mulier autem pretioſas animas capit. Ante nos iſta tractantur, & nullis terroribus coercemur; quid faceremus, ſi opinionibus tantummodo geſtas hiſtorias audiremus? Sed hæc eſt ſemper incredulitas humanæ duritiæ, ut non ſolum audiendo, ſed etiam videndo, non credat alios interiiſſe, niſi & ſeipſam viderit interire; nec ſociorum moribus quatitur, dum illos promeritos aut invalidos opinatur:* Hæc ibi; licet nonnulli recentiores non Cypriano, ſed Origeni adſcripſerint illud opus, quo vehementer reprehenditur clericorum cum fœminis contubernium.

(*f*) Prov.6.

XLIV. Falſo tribuitur Origeni liber ille.

At ex operis argumento, alterius cujuſvis potius, quam Origenis, liber ille eſſe convincitur. Quo modo enim, quæſo, ille ab Origene potuit eſſe editus, qui, ut abſque ſuſpicione intra domeſticos parietes cum mulieribus verſari poſſet, ſeipſum abſcidit (*g*), quique ſemper velut in gynæceo cum fœminis verſabatur, uſque adeo ut non viros tantum, ſed puellas quoque ſuarum lucubrationum amanuenſes haberet? Sed nec Euſebius aut Hieronymus, qui ab eo editos commentarios recenſuerunt, quicquam tale ab eo ſcri-

(*g*) Euſeb. lib.6. c.7.

ſcriptum, vel leviter meminerunt. Verum qui in eam abierunt ſententiam, ut putarint eum ſcriptum ab Origene, hac una perſuaſi ſunt ratione, quod, quicumque is auctor ſit, non videatur improbaſſe ſpontaneam factam caſtrationem. Atqui debuerunt hi meminiſſe, aliqua ex parte laudatum quoque a Domino villicum illum iniquitatis; cum alioqui idem auctor de his qui hæc perpetrarent, alio commentario ſe tractaturum ſpondeat, ſic dicens (*a*): *Nec minus eos, ſed pejus etiam illi confundunt, qui metuentes non tantum cum aliena, ſed etiam cum ſua carne luctari, amputatis genitalibus abſcedunt; de quibus modo examinationis ſuſpendo ſententiam, relinquens alia diſputatione ponendam.*

(*a*) *Cypr. de ſingular. Cleric.*

XLV. Cypriano potius tribuendus.

Quamobrem cum Origenis illud eſſe opus omnino negarim, nec cui alii adſcribatur, vel levis ſuſpicio ſuppetat; multaque ſint in eo quæ tempori congruant, & ſententiis Cypriani conſentiant, nec a phraſi adeo procul abhorreant, licet leviſſima quædam adeſſe videantur, quæ a Cypriani vocibus diſſonent; nullus eſt, cui æquius quam Cypriano poſſit adſcribi cum (ut ſuo loco dicemus) idem auctor reperiatur in ſtylo non idem ſemper, ſed fuiſſe diverſus. Verum jam cætera, quæ eodem argumento idem ſcripſerit, videamus. His enim omnibus plane conſentientem ſcripſit epiſtolam Cyprianus una cum collegis ad Pomponium (*b*), qui eum conſuluerat, quid agendum de virginibus Deo dicatis, quæ detectæ eſſent dormiſſe cum maſculis, quorum unus diaconus eſſet, cum tamen ſe adhuc integras virgines perſeverare jactarent.

(*b*) *Cypr. epiſt.62. vide in ea Pamel. not. 9.*

XLVI. Voti ſimplicis diſpenſatio.

Ad hæc cum ipſe nomine omnium Epiſcoporum reſpondeat, deteſteturque vehementer infamem ejuſmodi conſuetudinem; demum relaxare magna ex cauſa votum ſimplex, quo illæ ſe Deo dicarant, conſultius exiſtimans, quam hiſce turpitudinibus Eccleſiam infamari, hæc ait: *Quod ſi ex fide ſe Chriſto dicaverunt, pudice & caſte ſine ulla fabula perſeverent; ita fortes & ſtabiles præmium virginitatis expectent. Si autem perſeverare nolunt, vel non poſſunt, melius eſt nubant, quam in ignem delictis ſuis cadant*: Hæc de his Cyprianus, qui excommunicationi eas ſubjiciendas eſſe declarat, quæ ſacerdotis conſilio non paruerint. Solutiſſimos in libidinem fuiſſe Afros, juſtoque Dei judicio barbaris ea de cauſa tradi meruiſſe, docet pluribus Salvianus (*c*) Maſſilienſis.

(*c*) *Salvian. de recto judicio, & provident. Dei lib.7.*

XLVII.

Sed ad ejuſdem Cypriani latebras revertamur. Illic dum eſſet, alias dedit literas ad Clerum & plebem de promerenda a Deo venia pro peccatis; cujus epiſtolæ meminit ſcribens ad Clerum Romanum (*d*), cum ait: *Nec univerſæ fraternitati ad deprecandam Dei miſericordiam allocutio & perſuaſio noſtra defuit, quantum ſecundum legem fidei & timorem Dei, Domino ſuggerente, noſtra mediocritas potuit eniti*: numeratur hæc quinta (*e*) ordine ex earum tredecim numero, quas tunc ibidem ſe ſcripſiſſe teſtatur. Hæc tunc Cyprianus, cum accepiſſet, perſecutionem in dies magis ſævientem depopulatam eſſe maxima ex parte gregem dominicum, nec ceſſare acrius debacchari; quamobrem, ut lacrymis, jejuniis, orationibus revocare nitantur, quod a Deo irato, peccatis exigentibus, ſit inflictum, pluribus admonet, revocans in memoriam ſolutam vitam ante flacceſcentium ac declinantium a recto diſciplinæ tramite Chriſtianorum. Sed & quod flagellis probati complures in deterius prolabantur, illud de lapſibus confeſſorum recolit, dicens: *Quas autem plagas, quæ verbera non meremur, quando nec Confeſſores, qui exemplo cæteris ad bonos mores eſſe debuerant, teneant diſciplinam? Itaque dum quoſdam inſolenter extollit confeſſionis ſuæ tumida, & inverecunda jactatio, tormenta venerunt, &c.* Ea enim ex cauſa perſecutionem acrius recruduiſſe teſtatur.

(*d*) *Cypr. epiſt.15.*

Indicuntur preces tempore perſecutionis.

(*e*) *Idem epiſt.8.*

XLVIII. Viſionibus admonitus Cyprianus.

Poſt recenſitas de perſecutione ventura viſiones a Deo antea demonſtratas, quod nuper per viſum itidem fuerat increpatum, hæc ſubdit: *Oremus inſtanter, & aſſiduis precibus ingemiſcamus; nam & hoc nobis non olim per viſionem, fratres cariſſimi, exprobratum ſciatis, quod dormitemus in precibus, nec vigilanter oremus.* Quid autem poſt hæc de ceſſatione impetus tempeſtatis ſibi fuerit divinitus revelatum, neceſſitate expoſcente, ne ipſorum animi tot tantiſque malis conſternati deficerent, cogitur propalare; quidnam vero id fuerit, his ſignificat verbis: *Denique ad minimum famulum ſuum, & in delictis licet plurimis conſtitutum, & dignatione ejus indignum, tamen ille pro ſua circa nos bonitate mandare dignatus eſt: Dic illi, inquit, ſecurus ſit, quia pax ventura eſt: ſed quod interim morula eſt, ſuperſunt adhuc aliqui, qui probentur.* Viſa hæc, & ſcripta ab eo eſſe hoc anno, Romana adhuc ſede vacante, ejuſdem citata ſuperius epiſtola ad Romanum (*f*) Clerum certam fidem facit. Quamobrem veriorem eſſe Decii regnantis temporis chronographiam Euſebii, & Caſſiodori, dicentium imperaſſe annum unum, ac menſes tres, quam & nos ſequimur, teſtificatione Cypriani, immo Dei futura prænunciantis, apparet. Hujus plane auctoritatem mendacium redarguitur dicentium, regnaſſe Decium annos tres; morulam namque illam, quam divinitus Cyprianus accepit intercedere uſque ad ejus perſecutionis exitum, nemo dixerit tam amplo, nempe triennii temporis ſpatio circumſcribi. Sed hæc

(*f*) *Idem epiſt.15.*

Decii Imperii tempus.

hæc de tempore obiter. Cætera proſequamur ex epiſtolis Cypriani, quibus hiſtoria certa dignaque contexitur.

XLIX. Sextam his omnibus Cyprianus e latebris adjecit epiſtolam, qua inquit: (*a*) *Poſteaquam vero, & tormenta venerunt, ſive jam tortis fratribus noſtris, ſive adhuc, ut torquerentur, incluſis, ad corroborandos, & confortandos eos noſter ſermo penetravit.* Extat ipſa ad Martyres, & Confeſſores inſcripta, (*b*) cujus hoc eſt exordium: *Exulto lætus, & gratulor, fortiſſimi ac beatiſſimi fratres, cognita fide ac virtute veſtra, in quibus mater Eccleſia gloriatur; gloriata & nuper quidem, cum confeſſione perſtante, ſuſcepta pœna eſt, quæ confeſſores Chriſti fecit extorres. Confeſſio tamen præſens, quanto in paſſione fortior, tanto clarior, & major in honore eſt. Crevit pugna, crevit & pugnantium gloria: nec retardati eſtis ab acie tormentorum metu, ſed ipſis tormentis magis eſtis ad aciem provocati: fortes & ſtabiles ad maximi certaminis prœlium, prompta devotione prodiſtis; ex quibus quoſdam jam comperi coronatos, quoſdam vero ad coronam victoriæ proximos, univerſos autem, quos agmine glorioſo carcer incluſit, pari ac ſimili calore virtutis ad gerendum certamen animatos, ſicut eſſe oportet in divinis caſtris milites Chriſti.*

(*a*) *Idem epiſt.* 15.
(*b*) *Idem epiſt.* 9.
Cyprianus hortatur Martyres.

L. Cum autem glorioſo laudum præconio ipſorum in ſubeundis tormentis conſtantiam prædicet, hæc de certamine unius ex illis Mappalici martyris ſubdit (*c*): *Vox plena Spiritu ſancto de martyris ore prorupit, cum Mappalicus beatiſſimus inter cruciatus ſuos Proconſuli diceret: Videbis cras agonem. Et quod ille cum virtutis ac fidei teſtimonio dixit; Dominus implevit. Agon cæleſtis exhibitus, & Dei ſervus in agonis promiſſi certamine coronatus eſt*: & inferius: *Mappalicus ſuo & collegarum ſuorum nomine Proconſuli repromiſit, nec fefellit in promiſſo ſuo vox fidelis; pugnam, quam ſpopondit, exhibuit; & palmam, quam meruit, accepit. Iſtum nunc beatiſſimum martyrem, & alios participes ejuſdem congreſſionis, & comites in fide ſtabiles, in dolore patientes, in quæſtione victores, ut cæteri quoque ſectemini, & opto pariter, & exhortor*: & in fine verba illa tanto Patre digniſſima: *O beatam Eccleſiam noſtram, quam ſic honos divinæ dignationis illuminat, quam temporibus noſtris glorioſus martyrum ſanguis illuſtrat. Erat ante in operibus fratrum candida, nunc facta eſt in martyrum cruore purpurea. Floribus ejus nec lilia nec roſæ deſunt. Certent nunc ſinguli ad utriuſque honoris ampliſſimam dignitatem ut accipiant coronas vel de opere candidas, vel de paſſione purpureas. In cæleſtibus caſtris & pax, & acies habent flores ſuos, quibus miles Chriſti ad gloriam coronetur.*

(*c*) *Idem epiſt.* 9.
De Mappalici confeſſione.

LI. Quænam autem ea eſſent tormentorum genera, quibus tunc in Africa martyres torqueri ſolerent, idem Cyprianus (*d*) alibi his verbis edocet: *Duriſſimi judicis recrudeſcente ſævitia, jam fatigatum, jam laſſum corpus nunc flagella ſcinderent, nunc contunderent fuſtes, nunc equuleus extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret: ſed de his plura in commentario de Laude martyrii.*

Cruciamentorum genera.
(*d*) *Cypr. de Lapſ.*

LII. Quinam vero illi fuerint martyres, quos una cum Mappalico inſignitos ait fuiſſe corona martyrii, ex epiſtola (*e*) Luciani, unius ex confeſſoribus eodem carcere pariter detenti, his verbis habetur expreſſum: *Martyrum nomina ſubjicio, Baſſi in pejerario, Mappalici in quæſtione, Fortunionis in carcere, Pauli a quæſtione, Fortunæ, Victorini, Victoris, Herenei, Credulæ, Herenæ, Donati, Firmi, Venti, Fructi, Juliæ, Martialis, & Ariſtonis, qui, Deo volente, in carcere fame necati ſunt: quorum & nos ſocios futuros intra dies, audietis: jam enim iterato recluſi ſumus, ſunt dies octo; in die quo tibi litteras ſcripſi; nam & ante dies octo per dies quinque medios modicum panis accepimus, & aquam ad menſuram*: Hæc Lucianus confeſſor de illis unus, ad quos Cyprianus eam ſcripſit epiſtolam. Cæterum memoratorum martyrum diverſis diebus in tabulis Eccleſiaſticis conſignata eſt memoria.

(*e*) *Apud Cyprian. epiſt.* 22.
Martyres in Africa paſſi.

LIII. Scripſit ex eodem receſſu tunc temporis Cyprianus eodem argumento epiſtolas (*f*) tres, ad Clerum Carthaginenſem primam; ad martyres & confeſſores ſecundam; tertiam vero ad plebem fidelem: quarum trium idem ad Clerum Romanum (*g*) ſcribens his verbis meminit: *Cum comperiſſem, eos qui ſacrilegis contactibus manus ſuas atque ora maculaſſent, vel nefandis libellis nihilominus conſcientiam polluiſſent, exambire ad martyres paſſim, confeſſores quoque importuna & gratioſa deprecatione corrumpere, ut ſine ullo diſcrimine atque examine ſingulorum darentur quotidie libellorum millia contra Evangelii legem: litteras feci, quibus martyres & confeſſores conſilio meo, quantum poſſem, ad Dominica præcepta revocarem. Item presbyteris, & diaconibus non defuit ſacerdotii vigor, ut quidam minus diſciplinæ memores, & temeraria feſtinatione præcipites, qui cum lapſis communicare jam cœperant, comprimerentur, intercedentibus nobis. Plebi quoque ipſi, quantum potuimus, animum compoſuimus; & ut Eccleſiaſtica diſciplina ſervaretur, inſtruximus*: Hæc ad Romanum Clerum.

(*f*) *Cypr. epiſt.* 10. 11. 12.
(*g*) *Idem epiſt.* 15.
Lapſorum importuna ſuggeſtio.

LIV. Porro quod tum hic, tum pleriſque aliis in locis Cyprianus martyres diſtinguit a confeſſoribus, cum nihilominus re ipſa eadem ſit nominis ſignificatio; conſtat loquendi uſu Confeſſores eſſe dictos,

Qui Confeſſores, & qui Martyres dicti.

qui

qui, licet confeſſi Chriſtum eſſent & carceri mancipati, nondum tamen ſuſcepiſſent in quæſtione tormenta; Martyres vero, qui tormentorum quoque ſævitiam conſtantia ſuperaſſent: hos quoque qui diros cruciatus pro Chriſto ſubiiſſent, Martyrio coronatos antiquitas nominabat, licet nondum morte occubuiſſent. Quod cum ex multis aliis locis, tum præſertim ex epiſtola Celerini confeſſoris ad Lucianum (*a*) facile perſpici poteſt, cum ait: *Quicumque prior veſtrum coronatus fuerit, iſtis ſororibus noſtris tale peccatum remittat*: intelligens nimirum ſic ipſis veniam dare, cum adhuc viventes libellum pro iiſdem ex more ad Epiſcopum ſcriberent: ſed de his vocibus in noſtris ad Romanum Martyrologium Notis uberius. Hic autem modo ſit ſatis ex S. Ambroſio recitare quomodo, cum harum vocum una ſit ſignificatio, uſu tamen poſtea inductum eſt, ut diverſo ſenſu accipi in Eccleſia conſueverint; ipſe enim in precatione poſteriori præparantis ad Miſſam ita perorat: *Martyrum preces depoſco, qui pro veritate non dubitarunt ſanguinem fundere, nec dilexerunt animas ſuas uſque ad mortem, ut mortis ſuperarent auctorem. Confeſſorum orationes expoſtulo, qui bella tentantis inimici, dum pie viverent in Catholica pace, vel etiam hæreticorum conflictationem diuturno certamine pertulerunt, atque (ut verum dicam) longioris occultique martyrii palmas acceperunt*: ſed revertamur ad lapſos. Cum igitur impio atque nefando ſcelere conſcientia ſauciata doleret, ac remedia vulneribus quæreret; cum eis reſiſteret ſeveritas Eccleſiaſticæ diſciplinæ, quæ vigebat in pœnitentiis infligendis, dum nonniſi illis perfunctis, in Fidelium conſortium admitteret delinquentem; conſueverunt primum illi detentos in carcere adire martyres, & confeſſores, ab eiſdemque pacem petere, rogare veniam, & ſupplices ab eiſdem ad Epiſcopos, & cæteros ſacerdotes accipere litteras, quibus in conſortium piorum admitti peterent.

(*a*) Cypr. epiſt. 21.

LV. Vigor Eccleſiaſticæ diſciplinæ.

Verum enimvero quoniam ex facili indulgentia enervari videretur vigor Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ſolvique fibula divinæ cenſuræ, ſi gregatim paſſimque nulla habita diſtinctione proprii cujuſque delicti, nec irrogata legibus Eccleſiaſticis ſtatuta pœna, præmature nimis in Eccleſiam admitterentur; ea de cauſa, quas diximus, tres tunc dedit epiſtolas, quæ ex tredecim illis decima, undecima, ac duodecima numerantur: tres enim eodem argumento (quod rei pondus exigeret) ſcripſit (*b*) epiſtolas. Quarum prima presbyteros Eccleſiæ Carthaginenſis admonitos reddidit, ne temere lapſis aperirent Eccleſiam, nondum pace reddita, nec Epiſcopo annuente. Sed & de presbyteris, qui id facere perperam præſumpſiſſent, vehementer expoſtulans, poſt alia illud addit: *Contumelias Epiſcopatus noſtri diſſimulare & ferre poſſem, ſicut diſſimulavi ſemper & pertuli. Sed diſſimulandi nunc locus non eſt, quando decipiatur fraternitas noſtra a quibuſdam veſtrum qui dum ſine ratione reſtituendæ ſalutis plauſibiles eſſe cupiunt, magis lapſis obſunt*: & inferius: *Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam juſto tempore, & ſecundum diſciplinæ ordinem ad exomologeſin veniant, & per manus impoſitionem Epiſcopi & Clericus communicationis accipiant; nunc crudo tempore, perſecutione adhuc perſeverante, nondum reſtituta Eccleſiæ ipſius pace, ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum; & nondum pœnitentia acta, nondum exomologeſi facta, nondum manu eis ab Epiſcopo & Clero impoſita, Euchariſtia illis datur, cum ſcriptum ſit* (*c*): *Qui ederit panem, vel biberit calicem Domini indigne, &c.*

(*b*) Cypr. epiſt. 10. 11. 12.

(*c*) 1. Cor. 11.

LVI. Comminatio ſuſpenſionis.

Poſt hæc autem, iis qui hæc præſumpſiſſent, nec deſinerent, Presbyteris Eccleſiaſticam ſuſpenſionis cenſuram minatur, ſic dicens: *Utar ea admonitione, qua me uti Dominus jubet, ut interim prohibeantur offerre; acturi apud nos, & apud confeſſores ipſos, & apud plebem univerſam cauſam ſuam; cum, Domino permittente, in ſinum matris Eccleſiæ recolligi cœperimus.* Quod autem ſe id divino conſilio facere teſtatur, ea occaſione, quonam modo divinis dignaretur reſponſis, narrat his verbis: *Caſtigare nos itaque divina cenſura nec noctibus deſinit, nec diebus. Præter nocturnas enim viſiones, per dies quoque impletur apud nos Spiritu ſancto puerorum innocens ætas, quæ in extaſi videt oculis, & audit, & loquitur ea quibus nos Dominus monere & inſtruere dignatur. Et audietis omnia, quando ad vos reducem me Dominus fecerit; qui, ut ſecederem, juſſit*: Hæc Cyprianus.

LVII. Diaconorum munus tempore perſecutionis.

Sed & eodem quoque argumento ſcripſit ad martyres & confeſſores litteras (*d*); quibus in primis conqueritur, quod erga ipſos conſuetam muneris functionem diaconi minus impleverint; unde factum ſit, ut propemodum neſcientibus regulam Eccleſiaſticam tranſgredi data ab illis videretur occaſio. Quodnam vero eſſet ejuſmodi diaconorum officium, docet his verbis: *In præteritum ſemper ſub anteceſſoribus noſtris factum eſt, ut diaconi ad carceres commeantes, martyrum deſideria conſiliis ſuis, & Scripturarum præceptis gubernarent.* Poſt hæc vero commendat eorum modeſtiam, qui ſupplices litteras pro lapſis ſcripſerint, ea adhibita cautione, ut pace in Eccleſia reſtituta, coeunte Epiſcopo una cum Clero, id maturo conſilio fieret.

(*d*) Cypr. epiſt. 11.

At

LVIII. *Libelli qui a martyribus concedi ſolerent.* At in eo illos emendari cupit, quod ait (*a*): *Sed & illud ad diligentiam veſtram redigere, & emendare debetis, ut nominatim deſignetis eos, quibus pacem dari deſideratis. Audio enim quibuſdam ſic libellos fieri, ut dicatur: Communicet ille cum ſuis. Quod numquam omnino a martyribus factum eſt, ut incerta & cæca petitio invidiam nobis poſtmodum cumulet. Late enim patet quando dicitur: Ille cum ſuis, & poſſunt nobis viceni, & triceni, & amplius offerri, qui propinqui, & affines, & liberti, & domeſtici eſſe aſſeverentur ejus qui accipit libellum. Et ideo peto, ut eos quos ipſi videtis, quos noſtis, quorum pœnitentiam ſatisfactioni proximam conſpicitis, deſignetis nominatim libello; & ſic ad nos fidei ac diſciplinæ congruentes litteras dirigatis:* Hæc Cyprianus. Tanta enim reverentia & honore non laici tantum, ſed & clerici, ac ipſorum præſertim Epiſcopus, martyres, & confeſſores in carcere detentos proſequi conſueverant, ut ab illorum rogatione deſciſcere, &, quos illi litteris commendaſſent, deſpicere, invidioſum nimis & aſperum cenſeretur. Quamobrem & populum, ne pro ejuſmodi lapſis litteras extorqueret, pro quibus feſtina communicatio rogaretur, ac invidia de pace negata in Epiſcopum conflaretur, aliis de ea re litteris datis admonuit.

(*a*) *Cypr. epiſt.* 12.

LIX. *Antiquus Libellorum uſus.* Cæterum haud recens eſt uſus, nec tempore Cypriani primum excogitatus, ut conſiſtentes in carcere martyres, & confeſſores, pro eorum, qui a fide perſecutionis tempore excidiſſent, reconciliatione cum Eccleſia ad Epiſcopos darent libellos; ſiquidem Tertullianus (*b*) eorumdem libellorum ſæpius meminit, ut cum ait: *Quam pacem quidam in Eccleſia non habentes, a martyribus in carcere exorare conſueverunt; & ideo etiam propterea in vobis habere, & fovere, & cuſtodire debetis, ut ſic forte & aliis præſtare poſſitis:* inſuper: *At tu jam ad martyres tuos effundis hanc poteſtatem; ut quiſque ex confeſſione vincula induit adhuc mollia, in novo cuſtodiæ nomine, ſtatim ambiunt mœchi, ſtatim adeunt fornicatores, jam preces circumſonant, jam lacrymæ circumſtagnant maculati cujuſque; nec ulli magis aditum carceris redimunt, quam qui Eccleſiam prodiderunt:* & inferius: *Alii* (nempe lapſi) *ad metalla confugiunt, & inde communicatores revertuntur:* Hæc omnia Tertullianus, jam labe Montani fœdatus, ut qui ægre ferret carnis crimine lapſos ad pœnitentiam recipi. Ex quibus intelligas, pro quolibet lapſorum genere a martyribus rogari libellos, nec carcere tantummodo detentos confeſſores id officii præſtare ſolitos, ſed & eos qui fidei cauſa ad metalla damnati eſſent. Quænam porro eſſet ejuſmodi forma libelli, quem pro lapſis martyres ad Epiſcopos ſcriberent; ex eo quem Lucianus (*c*) ad ipſum S. Cyprianum ſcripſit, licet improbato, poſſumus facile intelligere; quem paulo inferius recitabimus.

(*b*) *Tertul. de Pudicit. c.* 22.

(*c*) *Apud Cyprian. epiſt.* 17.

Fluxiſſe autem inde ea conſuetudo videtur; quod lapſi ad confeſſores ab Epiſcopis pro pace conſequenda, priuſquam reconciliarentur Eccleſiæ, mitterentur, ut ab illis primo veniam peterent, in quos inverecundius deliquiſſent, dum fortiter confitentibus illis, ipſi ignaviter pernegaſſent. Magna certe in primis hujuſcemodi pœna eſſe videbatur, ipſos turpi negatione fœdatos vel vultus eorum inſpexiſſe confeſſionis gloria fulgidos atque decoros. Conſulebatur hac via & confeſſorum dignitati, & lapſorum utilitati, qui ſic cogerentur, ut victi, ſe victoribus ſubjicere, eaque animi demiſſione eorum precibus veniam ab Eccleſia promereri. Sed quod in remedium olim fuerat introductum, humana nequitia cœpit convertere in delictum: dum lapſi, ſpreto Epiſcopo ac aliis ſacerdotibus, ſponte convolarent ad martyres, extortiſque ab eis ſupplicibus ad Epiſcopum de communicatione libellis, quaſi oppigneratam ac martyrum precibus debitam communicationem ab Eccleſia exigebant potius, quam petebant. Verum & illud certiſſimum eſt; quod ad hujuſmodi libellos pertinet, non ſatis fuiſſe lapſis a martyribus pacem obtinuiſſe, niſi per Epiſcopum reconciliarentur Eccleſiæ; id quidem Cyprianus in commentario de Lapſis in ſecus facientes his verbis declamat: *Contra Evangelii vigorem, contra Domini & Dei legem, temeritate quorumdam laxatur incautis communicatio; irrita & falſa pax, periculoſa dantibus, & nihil accipientibus profutura.* LX. *Unde origo Libellorum.*

Qui autem poſt hæc acciderit, idem Cyprianus in ſæpius memorata ad Romanum Clerum epiſtola narrat his verbis (*d*): *Poſtmodum vero cum quidam de lapſis, ſive ſua ſponte, ſive aliquo incitatore, audaci flagitatione proruerent, ut pacem ſibi a martyribus & confeſſoribus promiſſam extorquere violento impetu niterentur; de hoc etiam bis ad Clerum litteras feci, & legi ei mandavi; ut ad illorum violentiam interim quoquo genere mitigandam, ſi qui libello a martyribus excepto de ſæculo excederent, exomologeſi facta, & manu eis ad pœnitentiam impoſita, cum pace ſibi a martyribus promiſſa, ad Dominum remitterentur.* Extant eædem duæ epiſtolæ (*e*), & perbreves; de his igitur omnibus a ſe geſtis Cyprianus pro ſua excuſatione ſcribens ad Romanum Clerum, miſſiſque ad eum a ſe tunc ſcriptis epiſtolis, omnia ſe egiſſe ex præſcripto litterarum, quas per Clementium ille miſerat, conteſtatur. LXI. *De cohibenda lapſorum violentia.*

(*d*) *Cypr. epiſt.* 15.

(*e*) *Idem epiſt.* 13. & 14.

Sic igitur admoniti (ut demonſtratum eſt) LXII.

Lucianus concitat turbas.

eſt) a Cypriano de lapſis magna cautela recipiendis martyres & confeſſores, omnes æque magna animi ſubmiſſione (ut par erat) Epiſcopo monenti obtemperarunt; unus tantummodo Lucianus confeſſor repugnans & contradicens inventus eſt; cujus cauſa magnæ excitatæ ſunt turbæ; adeo ut quid in ea re agendum foret, viſum ſit Cypriano, ceu in re magni momenti, Apoſtolicam ſedem tametſi paſtore vacantem conſulere. Ad Clerum itaque ipſius ſcribens (*a*), quæ poſt priores datas ab ſe ad eum litteras contigerint, his verbis ſignificat: *Poſt factas ad vos litteras, fratres cariſſimi, quibus actus noſter expoſitus, & diſciplinæ ac diligentiæ quantulacumque ratio declarata eſt, aliud acceſſit, quod nec ipſum latere vos debuit. Nam frater noſter Lucianus, & ipſe unus de confeſſoribus, fide quidem calidus & virtute robuſtus, minus Dominica lectione fundatus, quædam conatus eſt, imperiti jam pridem ſe vulgi auctorem conſtituens, ut manu ejus ſcripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur; cum Mappalicus martyr cautus & verecundus, legis ac diſciplinæ memor, nullas contra Evangelium litteras fecerit, ſed tantum domeſtica pietate commotus, matri ſuæ & ſorori, quæ lapſæ fuerant, mandaverit pacem dari; Saturninus quoque poſt tormenta adhuc in carcere conſtitutus, nullas ejuſmodi litteras emiſerit. Lucianus vero non tantum Paulo adhuc in carcere poſito, nomine illius libellos manu ſua ſcriptos paſſim dedit, ſed & poſt ejus exceſſum eadem facere ſub ejus nomine perſeveravit; dicens hoc ſibi ab illo mandatum, neſciens Domino magis quam conſervo obtemperandum. Aurelii quoque adoleſcentis tormenta perpeſſi nomine, libelli multi dati ſunt, ejuſdem Luciani manu ſcripti, quod litteras ille non noſſet:* & paulo inferius:

(*a*) Apud Cyprian. epiſt. 23.

Luciani conatus.

LXIII. *Poſtquam vero ad eos litteras miſi, ut quaſi moderatius aliquid & temperantius fieret, univerſorum confeſſorum nomine idem Lucianus epiſtolam ſcripſit, qua pene omne vinculum fidei, & timor Dei, & mandatum Domini, & Evangelii ſanctitas & firmitas ſolveretur. Scripſit enim omnium nomine univerſis eos pacem dediſſe, & hanc formam per me aliis Epiſcopis innoteſcere velle; cujus epiſtolæ exemplum ad vos tranſmiſi;* quæ eſt hujuſmodi. (*b*)

(*b*) Apud Cyprian. epiſt. 17.

LXIV. Libellus Luciani.

Univerſi confeſſores Cypriano Papæ ſalutem. Scias nos univerſis, de quibus apud te ratio conſtiterit quid poſt commiſſum egerint, dediſſe pacem; & hanc formam per te & aliis Epiſcopis innoteſcere voluimus. Optamus te cum ſanctis martyribus pacem habere. Præſente de Clero & Exorciſta & Lectore, Lucianus ſcripſit: Hucuſque libellus, ſeu Luciani litteræ, quas adeo improbat Cyprianus, qui ſubdit (*c*): *Additum eſt plane, De quibus ratio conſtiterit quid poſt commiſſum egerint. Quæ res majorem nobis conflat invidiam; ut nos, cum ſingulorum cauſas audire & excutere cœperimus, videamur multis negare, quod ſe nunc omnes jactant a martyribus & confeſſoribus accepiſſe.*

(*c*) Cypri. epiſt. 23.

Quanta autem mala ex his oborta ſint, LXV.
idem (*d*) ſic narrat: *Denique hujus ſeditionis origo jam cœpit; nam in provincia noſtra per aliquot civitates in Præpoſitos impetus multitudinum factus eſt; & pacem, quam ſemel cunctis a martyribus & confeſſoribus datam clamitabant, confeſtim ſibi repræſentari coegerunt, territis & ſubactis Præpoſitis ſuis, qui ad reſiſtendum minus virtute animi & robore fidei prævalebant. Apud nos etiam quidam turbulenti, qui vix a nobis in præteritum regebantur, & in noſtram præſentiam diſferebantur, per hanc epiſtolam, veluti quibuſdam facibus accenſi, plus exardeſcere, & pacem ſibi datam extorquere cœperunt; de quibus quales ad Clerum noſtrum litteras fecerim, exemplum (e) vobis miſi. Sed & quid mihi Caldonius collega pro integritate & fide ſua ſcripſerit, quidve ego ei reſcripſerim (f); utrumque ad vos legendum tranſmiſi.* Extant omnes a Pamelio decentiori diſpoſitæ ordine, ex quibus perjucundam epiſtolarem hiſtoriam contexere valeamus.

(*d*) Cypr. ead. epiſt. 23.

Lapſorum procacia.

(*e*) Apud Cyprian. epiſt. 19.

(*f*) Cypr. epiſt. 20.

Quanta maturitate atque conſilio prudentiores Epiſcopi eſſe conſueverint in reſtituendis in Eccleſiam lapſis, Caldonius Epiſcopus manifeſtavit exemplo in ea quam ad Cyprianum dedit epiſtola, in qua quid geſtum ſit narrat, de illis agens qui poſt negationem iterum viderentur eſſe confeſſi, his verbis (*g*): *Neceſſitas temporum facit, ut non temere pacem demus; ſed oportebat vobis ſcribere, quoniam ii, qui poſteaquam ſacrificaverunt, iterato tentati, extorres ſunt facti. Videntur ergo mihi abluiſſe prius delictum, dum poſſeſſiones, & domos dimittunt; & pœnitentiam agentes, Chriſtum ſequuntur.* Quinam hi eſſent, & quid illis contigerit, ſubdit: *Ergo Felix, qui presbyterium ſubminiſtrabat ſub Decimo, proximus mihi vicinus (plenius cognovi eumdem Felicem) & Victoria conjux ejus & Lucius fideles, extorres facti, reliquerunt poſſeſſiones, quas nunc Fiſcus tenet. Sed & ſeu per ſe, ſeu per eoſdem, mulier nomine Bona, quæ tracta eſt a marito ad ſacrificandum; quæ conſcientia non commiſſi, ſed quia tenentes manus ejus ipſi ſacrificabant: ſic ipſa cœpit dicere contra: Non feci; vos feciſtis; ſic & ipſa extorris facta eſt. Cum ergo univerſi pacem peterent; dicentes, Recuperavimus fidem, quam amiſeramus; pœnitentiam agentes, & Chriſtum publice ſumus confeſſi; quamvis mihi videantur pacem debere accipere, tamen ad conſultum ve-*

LXVI.

(*g*) Apud Cyprian. epiſt. 19.

Maturitas in præſtanda lapſis indulgentia.

veſtrum eos dimiſi, ne videar aliquid temere præſumere: Hæc de lapſis poſtea factis extorribus Caldonius.

LXVII. Extorres cauſa fidei confeſſores dici.

Dicebantur extorres (ut diximus) qui, ne Chriſtum negare cogerentur, dimiſſis omnibus, ſe ſubtraherent; qui etiam inter confeſſores adnumerabantur. Nam etſi coram judice libera voce minus confiterentur, tamen facti potius, quam verborum, iſta confeſſio videbatur; dum, ut Chriſti fidem ſalvam cuſtodirent, neve religionis diſpendium paterentur, bona ſua Fiſco poſſidenda dimitterent, caroſque ſuos dulcemque patriam relinquerent, in externas regiones migrantes. Quamobrem hos jure in Eccleſiam recipiendos eſſe, ad eum reſcribens, ſtatuit Cyprianus (*a*).

(*a*) *Cypr. epiſt.* 20.

LXVIII. Cypriani obſervantia erga Rom. Eccleſiam.

Non has tantum ad Clerum Romanum idem Cyprianus una cum ſuis Caldonii litteras miſit, ſed & faſciculo alligavit Celerini ad Lucianum, & hujus ad illum redditas litteras; quippe qui Romanæ Eccleſiæ judicio cuncta probari cupiens, eamdem de omnibus, quæ accidiſſent, pleniſſime voluit fieri certiorem; ut tum de rebus a ſe geſtis exactam redderet rationem; tum vero de iis, quæ poſtea acturus eſſet, ab eadem ſede ſibi regula tradita, primariæ ſedis auctoritate ſuffultus, oblatrantium ora compeſceret. Sed hæc ipſe de citatis epiſtolis: (*b*) *Exemplar*, inquit, *quoque epiſtolæ Celerini boni, & robuſti confeſſoris, quam ad Lucianum eumdem confeſſorem ſcripſerit, item quid Lucianus ei reſcripſerit, miſi vobis; ut ſciretis, & laborem circa omnia, & diligentiam noſtram, & veritatem diſceretis, Celerinus confeſſor quam ſit moderatus, & cautus, & humilitate ac timore ſectæ noſtræ verecundus; Lucianus vero circa intelligentiam Dominicæ lectionis (ut dixi) minus peritus, & circa invidiam verecundiæ noſtræ relinquendam facilitate ſua moleſtus*, &c.

(*b*) *Cypr. epiſt.* 23.

LXIX.

Sed, & quæ Celerinus confeſſor de ſorore lapſa ſolicitus ſcribat, hic narraſſe utile erit: *In magna* (inquit *c*) *tribulatione me conſtitutum ſcias; &, ac ſi ſis mecum præſens, ſic charitatis priſtinæ reminiſcor die ac nocte; Deus ſolus ſcit. Et ideo peto, ut annuas deſiderio meo, & mecum doleas in morte ſororis meæ, quæ cecidit in hac vaſtatione Chriſto; ſacrificavit enim, & exacerbavit Dominum noſtrum; quod nobis manifeſtum videtur. Pro cujus factis ego in lætitia Paſchæ flens die ac nocte, in cilicio, & cinere lacrymabundus dies exegi, & exigo uſque in hodiernum:* Hæc, & alia ipſe de ea; ex quibus ſane conſpicitur (quod ad tempus ſpectat) jam ante tempus Paſchale ejuſmodi Decii perſecutionem cœpiſſe, ac proinde, (ut demonſtratum eſt) Philipporum necem, & Decii Imperium hujus ferme anni exordio contigiſſe. Extant, &

(*c*) *Apud Cyprian. epiſt.* 21.

De lapſu ſororis Celerini.

Luciani litteræ, (*d*) quibus Pauli martyris juſſu ſe pacis libellos dare lapſis profitetur.

(*d*) *Apud Cyprian. epiſt.* 22.

LXX. Litteræ Cleri Rom. ad Cyprianum.

Inter hæc autem paulo poſt primas quas diximus Cypriani litteras ad Clerum Romanum miſſas, cum nondum quas modo diximus, ad eumdem Clerum ſcriptas epiſtolas tabellario dediſſet; accepit ipſe Cyprianus ab eodem Clero Romano, & ab iis qui ex eis in carcere erant detenti epiſtolas duas; quæ cujuſnam argumenti eſſent, ipſe in fine, immo (ut verius putamus) appendice litterarum ad Clerum Romanum, his verbis indicat: *Opportune vero ſupervenerunt litteræ veſtræ, quas accepi ad Clerum factas; item quas beati confeſſores Moyſes, & Maximus, Nicoſtratus, & cæteri Saturnino, & Aurelio, & cæteris miſerunt, in quibus Evangelii plenus vigor, & diſciplina robuſta legis Dominicæ continentur. Laborantes hic nos, & contra invidiæ impetum totis fidei viribus reſiſtentes, multum ſermo veſter adjuvit, ut divinitus compendium fieret, & priuſquam venirent ad vos litteræ, quas vobis proxime miſi, declararetis nobis, quod ſecundum Evangelii legem ſtet nobiſcum fortiter atque unanimiter etiam veſtra ſententia.* Porro ejuſmodi Clericorum litteræ Romanorum confeſſorum excidiſſe videntur; nam priores illas, per Clementium ſcriptas, diverſas ab iis eſſe conſtat.

LXXI.

Verum his ad Clerum Romanum Cyprianus adjecit litteras a ſe redditas ad Moyſen, Maximum, (*e*) & alios item Romanos Clericos detentos in carcere confeſſores, quos pluribus laudibus proſecutus eſt; quippe qui, cum primi omnium confeſſi eſſent Chriſti nomen, nobile cæteris exhibuiſſent imitationis exemplum. Tanti ponderis erat Romanorum Clericorum quodcumque virtutis ſpecimen editum, ut alios quamlibet longe poſitos in tranſmarinis Provinciis ad imitandum alliceret.

(*e*) *Cypr. epiſt.* 23.

Quanti ponderis Rom. Clericorum exemplum.

LXXII. Ordinatio mature facta meritis præcedentibus.

Miſſurus porro ad Romanum Clerum litteras Cyprianus, quod nefas eſſet Eccleſiaſticos alio quopiam quam Eccleſiaſticis hominibus tabellariis uti, quod cæteri abeſſent Clerici, novos creare ad eam obeundam functionem opus habuit; quamobrem Saturum tum ordinavit lectorem, & Optatum confeſſorem Subdiaconum conſtituit; de quibus hæc ſcribit ad Clerum Carthaginenſem: (*f*) *Quoniam oportuit me per Clericos ſcribere (ſcio autem noſtros plurimos abſentes eſſe, paucos vero, qui illic ſunt, vix ad miniſterium quotidiani operis ſufficere) neceſſe fuit novos aliquos conſtituere, qui mitterentur; feciſſe me autem ſciatis lectorem Saturum, & hypodiaconum Optatum confeſſorem.* Fuerant jam ambo antea probati, ille in lectione, hic vero lector fuerat audientium catechumenorum doctor jampridem conſti-

(*f*) *Cypr. epiſt.* 24.

tu-

ſtutus; ambobus olim egregio morum exemplo collatorum ordinum candidatis. Quibus videas, nihil perſecutionis tempore eſſe remiſſum de exacta Eccleſiaſtica diſciplina, quæ mature admodum in novorum ordinum initiatione procedere conſuevit. Per hos itaque ad Romanum Clerum ſe tunc ſcripſiſſe, idem in poſterioribus ad eumdem redditis litteris (*a*) atteſtatur.

(*a*) *Cypr. epiſt.* 24.

LXXIII. Poſt hæc autem accidit, ut lapſi a Cypriano ardentius pacem peterent, idque tamquam Eccleſiæ nomine datis litteris. Horum temeritatem ille retundens; in Epiſcopis ac Fidelibus cæteris, non in lapſis Eccleſiam conſiſtere demonſtrans, hæc addit (*b*): *Abſit enim, nec Dei miſericordia, & poteſtas invicta patiatur, ut Eccleſia eſſe dicatur lapſorum numerus; cum ſcriptum ſit: Deus non eſt mortuorum, ſed vivorum*: & addit: *Si autem quidam lapſi Eccleſiam ſe volunt eſſe; & ſi apud illos, & in illis eſt Eccleſia; quid ſupereſt, quam ut ipſi rogentur a nobis, ut nos ad Eccleſiam dignentur admittere? Summiſſos ergo, & quietos, & verecundos eſſe oportet eos, qui delicti ſui memores ſatisfacere Deo debent, nec Eccleſiæ nomine litteras facere, cum ſe magis ſciant Eccleſiæ ſcribere*: Hæc ipſe. Qui & Presbyterum Gajum, quod communicaſſet cum lapſis, & pro eis oblationes obtuliſſet, voluit eſſe excommunicatum; ſed & id ipſum aliis comminatus hæc ait ad Clerum Carthaginenſem (*c*) ſcribens: *Interea ſi quis immoderatus, & præceps, ſive de noſtris Presbyteris, & Diaconibus, ſive de peregrinis auſus fuerit ante ſententiam noſtram communicare cum lapſis; a communione noſtra arceatur, apud nos cauſam dicturus temeritatis ſuæ, quando in unum, permittente Domino, convenerimus.*

(*b*) *Cypr. epiſt.* 27.

Lapſorum procaciam cohibet Cyprian.

(*c*) *Cypr. epiſt.* 28.

LXXIV. Illud etiam eſt obſervatione dignum (quod ad exactam diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectat) haud ſine aliqua pœna relinqui clericos illos voluiſſe, qui in perſecutione, ſua ſponte, abſque accepta licentia, Carthagine receſſiſſent; quos (quantumlibet Epiſcopi haberent exemplum qui ſe ſubtraxiſſet, & adhuc perſecutione durante iidem in certamen etiam rediiſſent) Cyprianus in diviſione menſurna, nempe a ſtipendio clericorum voluit abſtinere, donec eorum cauſa, ipſo redeunte Epiſcopo, plenius cognoſci poſſet; hæc pluribus ipſe dicta epiſtola ad Clerum Carthaginenſem (*d*). Porro de his omnibus quæ accidiſſent poſt miſſas litteras per Saturum & Optatum, & quid in eos procaciter pacem poſtulantes, & de iiſdem ad Clerum Carthaginenſem ſcripſiſſet, Romanum Clerum (*e*) reddit certiorem. Sed & alias eodem argumento adjunxit, quibus de cavendo veternoſo ſerpente Privato hæretico, de quo ſuperius dictum eſt, ſollicite admonuit; dedit has Cyprianus litteras Romam perferendas Fortunato hypodiacono, quod redditæ a Romano Clero ad eum litteræ (*f*) teſtantur.

Severa Cenſura in Clericos, qui perſecutionis tempore receſſiſſent.

(*d*) *Cypr. epiſt. ead.*

(*e*) *Cypr. epiſt.* 29.

(*f*) *Apud Cypr. epiſt.* 33.

LXXV. Acceptis prioribus tam ad Clerum, quam ad confeſſores in carcere detentos Cypriani litteris, viſiſque ab eo ſcriptis de lapſis recipiendis, deque convulſa ab aliquibus Eccleſiaſtica diſciplina; horum temeritatem damnare Romanam Eccleſiam, probareque per omnia in ea re Cypriani ſententiam, redditis ad Cyprianum litteris, Romanus Clerus gravibus quidem aſſertionibus, firmiſque decretis ſignificat. Extant ipſæ litteræ (*g*), quibus illi nequaquam ſe aliquid novi in re tanta decernere, ſed ſemper ſervatam in Eccleſia diſciplinam perſcribere profitentur. Ac primum illud, cum commendat Cypriani ſtudium, quo Romanæ Eccleſiæ judicio ſua exhibeat examinanda atque probanda; poſtea de Eccleſiaſtica diſciplina perſecutionis tempore etiam mordicus retinenda, hæc ſubdit: *Quid enim* (inquit) *magis aut in pace tam aptum, aut in bellis perſecutionis tam neceſſarium, quam debitam ſeveritatem divini vigoris tenere? quam qui remiſerit, inſtabili rerum curſu erret ſemper neceſſe eſt, & huc atque illuc variis atque incertis negotiorum tempeſtatibus diſſipetur, & quaſi extorto de manibus conſiliorum gubernaculo, navim Eccleſiaſticæ ſalutis illidat in ſcopulos. Ut appareat, non aliter ſaluti Eccleſiaſticæ conſuli poſſe, niſi ſi qui & contra ipſam faciunt quaſi quidam adverſi fluctus repellantur, & diſciplinæ ipſius ſemper cuſtodita ratio, quaſi ſalutare aliquod gubernaculum in tempeſtate ſervetur.*

(*g*) *Apud Cypr. epiſt.* 31.

Clerus Rom. tenaciſſimus diſciplinæ.

LXXVI. Videas ex iis plane Romanam Eccleſiam in omnibus domi foriſque, in pace belloque Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſervandæ vindicem præfuiſſe, nec paſſam eſſe eam ulla ex parte quavis occaſione convelli: nam addit: *Nec hoc nobis nunc nuper conſilium cogitatum eſt, nec hæc apud nos adverſus improbos modo ſupervenerunt repentina ſubſidia; ſed antiqua hæc apud nos ſeveritas, antiqua fides, diſciplina legitur antiqua. Quoniam nec tantas de nobis laudes Apoſtolus protuliſſet dicendo* (*h*), *Quia fides veſtra prædicatur in toto mundo: niſi jam exinde vigor iſte radices fidei temporibus illis mutuatus fuiſſet: quarum laudum & gloriæ degenerem fuiſſe, maximum crimen eſt.*: Hæc & alia Romanus Clerus; ex quibus apparet; tenaciſſimam ſemper fuiſſe Romanam Eccleſiam avitæ diſciplinæ, & paternarum traditionum vigilantiſſimam cuſtodem; unde & ſubdit: *Abſit enim ab Eccleſia Romana; vigorem ſuum tam profana facilitate dimittere, & nervos ſeveritatis everſa fidei majeſtate diſ-*

Antiqua diſciplina Rom. Eccleſiæ.

(*h*) *Rom.* 1.

diſſolvere ; ut cum adhuc non tantum jaceant , ſed & cadant everſorum fratrum ruinæ , properata nimis remedia communicationum utique non profutura præſtentur , & nova per miſericordiam falſam vulnera veteribus tranſgreſſionis vulneribus imprimantur , ut miſeris ad everſionem majorem eripiatur & pœnitentia. Multa denique id genus inculcat.

LXXVII. Cleri Romani eſſe, univerſæ Eccleſiæ, ſede vacante, proſpicere. Quod vero ipſorum eſſet muneris, vacante adhuc ſede, invigilare ſuper univerſum Dominicum gregem, eadem quoque ad alios ſe ſcripſiſſe teſtantur, cum ſubjiciunt iſta: *Quales litteras in Siciliam quoque miſerrimus ſubjectas habebis : quamquam nobis differendæ hujus rei neceſſitas major incumbat , quibus poſt exceſſum nobiliſſimæ memoriæ viri Fabiani nondum eſt Epiſcopus propter rerum & temporum difficultates conſtitutus , qui omnia iſta moderetur , & eorum , qui lapſi ſunt , poſſit cum auctoritate & conſilio habere rationem.* At hæc præcepta non ſe tantum Siculis & Afris, ſed & univerſo Chriſtiano Orbi præſcribere, quæ paulo inferius ab eiſdem poſita ſunt, manifeſte declarant, cum ajunt: *Aſpice totum Orbem pene vaſtatum , & ubique jacere dejectorum reliquias & ruinas , idcirco tam grande expeti conſilium , quam late propagatum videtur eſſe delictum. Non ſit minor medicina , quam vulnus eſt ; non ſint minora remedia , quam funera :* Hæc illi.

LXXVIII. Concilium Romæ in cauſa Lapſorum. Porro idem Clerus Romanus, ad evitandam invidiam odiumque lapſorum, ne ipſi tantum viderentur auctores atque pervulgatores ſeveritatis Eccleſiaſticæ diſciplinæ; hoc ipſo tempore, perſecutione adhuc inſtante, Romæ Synodum habuere, convocatis vicinis Epiſcopis præſentibus, & iis qui ex aliis regionibus extorres Epiſcopi Romam ad tutum portum fidei conveniſſent; in tanta enim gentium multitudine ex omnibus Orbis regionibus ibi degentibus, quemlibet, mutato præſertim habitu, potuiſſe deliteſcere, ex iis quæ nunc videmus in ea, facile inducimur ut credamus. At de habito ea de re Romæ Concilio Clerus Romanus, iiſdem litteris ad Cyprianum redditis, his verbis ſignificat, quæ primum hæc habent (*a*): *Perquam enim nobis & invidioſum & oneroſum videtur , non per multos examinare , quod per multos commiſſum videatur fuiſſe , & unum ſententiam dicere , cum tam grande crimen per multos diffuſum notetur exiſſe ; quoniam nec firmum decretum poteſt eſſe, quod non plurimorum videbitur habuiſſe conſenſum.* Et poſt alia, de Epiſcopis qui tunc Romam ad Synodum convenere, hæc habet:

(*a*) *Apud Cypr. epiſt.* 31.

LXXIX. Quid ſtatutum in cauſa Lapſorum. *Cujus temperamenti moderamen nos hic tenere quærentes , diu & quidem multi , & quidem cum quibuſdam Epiſcopis vicinis nobis , & appropinquantibus , & quos ex aliis Provinciis longe poſitis perſecutionis iſtius ardor ejecerat ; ante conſtitutionem Epiſcopi nihil innovandum putavimus ; ſed lapſorum curam mediocriter temperandam eſſe credimus ; ut interim , dum Epiſcopus dari a Deo nobis ſuſtinetur , in ſuſpenſo , eorum qui moras poſſunt dilationis ſuſtinere , cauſa teneatur. Eorum autem , quorum vitæ ſuæ finem urgens exitus dilationem non poteſt ferre , acta pœnitentia , & profeſſa frequenter ſuorum deteſtatione factorum , ſi lacrymis , ſi gemitibus , ſi fletibus dolentis ac vere pœnitentis animi ſigna prodiderint , cum ſpes vivendi ſecundum hominem nulla ſubſtiterit , ita demum caute , & ſolicite ſubveniri , Deo ipſo ſciente quid de talibus faciat , & qualiter judicii ſui examinet pondera ; nobis tamen anxie curantibus , ut nec pronam noſtram improbi homines laudent facilitatem ; nec vere pœnitentes accuſent noſtram quaſi duram crudelitatem.* Quam ergo parum tuta, quamque dubia ſit illa feſtinanter exhibita reconciliatio etiam petentibus eam cum lacrymis, dicta nuper ſententia declaravit.

Sed & quas leges præſcribant, & admonitionem ingerant Romani Clerici lapſis pœnitentibus in Eccleſiam redire conantibus, ut hic etiam intexamus, argumenti ratio poſtulat. *Pulſent* (inquiunt) *ſane fores , ſed non utique confringant ; adeant ad limen Eccleſiæ , ſed non utique tranſiliant ; caſtrorum cæleſtium excubent portis , ſed armati modeſtia , qua intelligant ſe deſertores fuiſſe ; reſumant precum ſuarum tubam , ſed qua non bellicum clangant ; arment ſe quidem modeſtiæ telis , & quem negando mortis metu fidei dimiſerant clypeum , reſumant ; ſed ut contra hoſtem Diabolum , vel nunc armati , non contra Eccleſiam , quæ illorum dolet caſus , armatos eſſe ſe credant. Multum illis proficiet petitio modeſta , poſtulatio verecunda , humilitas neceſſaria , patientia non otioſa. Mittant legatos pro ſuis doloribus lacrymas ; advocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus , dolorem probantes commiſſi criminis , & pudorem :* Hæc & alia de præſcriptis legibus pœnitentibus lapſis Romanus Clerus. LXXX. Leges præſcriptæ lapſis.

LXXXI. Eccleſia Romana præſcribit omnibus Eccleſiis leges. Quæ autem Romæ in hac ſunt Synodo de lapſis coercendis, vel recipiendis decreta, eadem univerſæ Eccleſiæ Catholicæ ſervanda præſcripta, ad ſingulas toto Orbe diffuſas Eccleſias miſſa ſunt. Tantam enim in ſede Petri ineſſe auctoritatem omnes intelligebant, ut univerſus longe lateque diffuſus Catholicus Orbis ſibi ſervandum eſſe indubitatum haberet, quod ſciret a Petri cathedra dimanare. De vulgatis autem per Orbem ſtatutis de lapſis Romæ decretis Cyprianus affirmat, dum ſcribens ad Antonianum, hæc ait in primis de Novatiano tunc Romanæ Eccle-

(a) Cypr. epiſt. 51. ſiæ Presbytero ſubſcribente: (a) *Additum eſt etiam ad alia decreta ſcripta, Novatiano tunc ſcribente, & quod ſcripſerat ſua voce recitante, & Presbytero Moyſe tunc adhuc confeſſore, nunc jam martyre ſubſcribente: Ut lapſis infirmis, & in exitu conſtitutis pax daretur: quæ litteræ per totum mundum miſſæ ſunt, & in notitiam Eccleſiis omnibus, & univerſis fratribus perlatæ ſunt.*

LXXXII. Porro eædem litteræ ad Cyprianum in Africam per Eccleſiaſticos tabellarios Saturum atque Optatum Clericos allatæ ſunt; quibus etiam tunc qui in carcere erant Romani Clerici confeſſores Moyſes, & alii ad eumdem Cyprianum litteras (b) dederunt, eaſdemque a cætero Clero libere agente ſcriptis litteris adjunxerunt. Nam earum illi in ſuis etiam meminerunt, quibus admirabilem quandam in perferendo diutino carcere præſeferunt alacritatem, non utique ex infirmæ naturæ viribus, ſed ex divinæ Scripturæ theſauro comparatam, ac majoribus in dies acceſſionibus cumulatam: quid prætere optent, his verbis declarant: *Hæc, & hujuſmodi cum de Evangelio collata perlegimus, & quaſi faces quaſdam ad inflammandam fidem Dominicis vocibus ſuppoſitas nobis ſentiamus: hoſtes veritatis non tantum non jam perhorreſcimus, ſed provocamus, & inimicos Dei jam hoc ipſo, quod non ceſſimus, vicimus; & nefarias contra veritatem leges ſubegimus, & ſi nondum noſtrum ſanguinem fudimus, ſed fudiſſe parati ſumus. Nemo hanc dilationis noſtræ moram clementiam judicet, quæ nobis officit; quæ impedimentum gloriæ facit; quæ cœlum differt, quæ glorioſum Dei conſpectum inhibet. In hujuſmodi enim certamine, & in hujuſmodi, ubi decertat fides prœlio, mora martyres non diſtuliſſe, vera clementia eſt. Pete ergo, Cypriane cariſſime, ut nos gratia ſua Dominus magis ac magis in dies ſingulos quoſque uberius atque propenſius & armet, & illuſtret, & viribus potentiæ firmet ac roboret:* Hæc ipſi, & alia id genus complura.

(b) Apud Cypr. epiſt. 26.

De litteris Cleri Rom. & Confeſſorum ad Cyprian.

LXXXIII. Quod inſuper de lapſorum reſtitutione comprobent, quæ ad eos idem Cyprianus nuper ſcripſerat, hujuſmodi ac dignam ſane afferunt cauſam: *Animadvertimus enim, te congruente cenſura, & eos digne objurgaſſe, qui immemores delictorum ſuorum pacem a Presbyteris per abſentiam tuam feſtinata, & præcipiti cupiditate extorſiſſent; & illos, qui ſine reſpectu Evangelii (c) ſanctum Domini canibus, & margaritas porcis profana facilitate donaſſent; cum grande delictum, & per totum pene Orbem incredibili vaſtatione graſſatum, non oporteat niſi, (ut ipſe ſcribis) caute moderateque tractari, conſultis omnibus Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, confeſſoribus, & ipſis ſtantibus Laicis, ut in tuis litteris, & ipſe teſtaris: ne, dum volumus importune ruinis ſubvenire, alias majores ruinas videamur parare. Ubi enim divinus metus relinquitur, ſi tam facile peccantibus venia præſtetur?* & inferius: *Cæterum, ubi erit, quod cuſtodia ſquallidi carceris includuntur, qui Chriſtum confitentur; ſi ſine periculo fidei ſunt qui negaverunt? Ubi quod in nomine de catenarum ambitu vinciuntur, ſi ſine communicatione non ſunt qui confeſſionem Dei non retinuerunt? Ubi quod detenti martyres glorioſas animas ſuas ponunt; ſi, qui dereliquerunt fidem, periculorum, & delictorum ſuorum non ſentiunt magnitudinem?* Hæc ipſi, atque alia plura in eamdem ſententiam.

(c) Mat. 7.

Confirmat Rom. clerus a S. Cypriano ſtatuta.

Poſt hæc autem haud multum temporis interceſſit, cum poſtremas ſcriptas a Cypriano litteras, redditas a Fortunato hypodiacono, (d) Romanus Clerus accepit; qui etiam alias dedit ad ipſum Cyprianum ejuſdem propemodum argumenti quo ſuperiores, (e) ſed præpoſtero ordine a Pamelio recitatas; cum, quæ longe ante has datæ erant, poſt has ponat numero trigeſimoprimo. Cæterum ejus induſtriam in diſponendis Cypriani epiſtolis cum magnopere commendemus, haud tamen poſſumus eidem in omnibus aſſentiri; nam ad exactam rationem temporum hiſtoriam contexentes, interdum a poſito ab eo ordine cogimur reſilire. Id enim ipſi viventi minime diſplicuit, acceptis hac de re meo nomine litteris a Reverendiſſimo Domino Lindano, tum Ruremundenſi, poſtea Gandavenſi Epiſcopo, ejus rei æquo arbitro, Romæ tum agente, & Notationes noſtras in Romanum Martyrologium cognoſcente. Quem talem ac tantum Catholicæ fidei profeſſorem, & defenſorem, ſtrenuumque pugilem, & ob immenſos pro veritate Orthodoxa exantlatos labores, & graviſſima ſuſcepta pericula, abſque ſanguine martyrem, gravi jactura totius Eccleſiæ, cito abreptum Catholicus orbis ingemuit. Sed jam cœpta proſequamur. LXXXIV.

(d) Cypr. epiſt. 30.

(e) Cypr. ead. epiſt. 30.

Quod igitur Cyprianus admonuiſſet Romanum Clerum, cavendum ſubdolum hominem Privatum hæreticum, Catholico nomine pervagantem, atque Romam advenientem, ut ab omnium principe Eccleſia communicationem Catholicam ſuffurari poſſet; qua obtenta, ejus prærogativa cum cæteris quoque communicare poſſet Eccleſiis; quid ad hæc Romanus Clerus (f) reſcripſerit, audiamus: *Quod autem pertinet ad Privatum Lambeſitanum, pro tuo amore feciſti, qui rem nobis ſollicite nunciare voluiſti; omnes enim nos decet pro corpore totius Eccleſiæ, cujus per varias quaſque provincias membra digeſta ſunt, excubare. Sed nos etiam ante litteras tuas fraus callidi hominis latere non po-* LXXXV.

De Privato Hæretico.

(f) Apud Cypr. epiſt. 30.

potuit: nam cum antehac quidam ex ipſius nequitiæ cohorte veniſſet vexillarius Privati, & furto & fraudulenter litteras a nobis elicere curaret; nec quis eſſet latuit; nec litteras, quas volebat, accepit: Hæc illi.

LXXXVI. Etiam Hæretici primatum Rom. Eccleſiæ intellexerunt.

Ex quibus plane intelligas, quanti facerent etiam hæretici Romanæ Eccleſiæ communicationem; quippe qui ſcirent ſe omni hæreſeos infamiæ aſperſa labe purgandos, Catholicoſque ab omnibus comprobandos, ſi ſe cum ea communicare ejus litteris demonſtrarent, ut ſane appareat, Romanæ ſolius Eccleſiæ cenſura hæreticos a Catholicis diſcriminari ſolitos; eos nimirum habendos eſſe Catholicos, quibus illa Catholicæ communicationis litteras impertiret; illos vero e contra ab omnibus hæreticos atque ſchiſmaticos eſſe cenſendos, quibus illa communicationem denegaſſet; quæ idcirco olim Catholica communicatio dicebatur, quod ab omnibus aliis pariter impertiretur Eccleſiis, quam ante quis a Romana Eccleſia percepiſſet. Sed quod de hac re exempla propemodum innumera ſuppetant, de his frequentiſſime ſuis locis agemus.

LXXXVII. Litteræ Cleri Rom. promulgantur in Africa.

His ab Apoſtolica ſede acceptis litteris, Cyprianus miſit eas ad Carthaginenſem Eccleſiam, monuitque litteris (a) presbyteros atque diaconos, ut darent operam, quo illæ cæteris innoteſcerent; peregriniſque etiam Epiſcopis atque preſbyteris eas exſcribere volentibus tribuerent facultatem; quod & Saturo lectori quoque dederat in mandatis. Sciebat enim apud quoſque, quantumlibet contumaces, maximi ponderis fore epiſtolas, de his quæ agenda eſſent, ab Apoſtolica ſede redditas. In his itaque litteris jam tertio ultro citroque datis annus prope interlapſus eſſe videtur.

(a) Cypr. epiſt. 32.

LXXXVIII. Cyprianus ordinat ſuos.

Cum interea menſe Decembri adveniente, more majorum, ſacris habendis ordinationibus præſtituto, Cyprianus, præter illos duos quos urgens neceſſitas ante omnes compulit ordinari, delegit præ cæteris duos alios ob anteactæ vitæ digna merita commendatos; quos hujus perſecutionis furore, velut aurum igne probatum, redditos clariores, lectoratus initiavit ordine. Iis enim non vitæ ſolum claritudo, confeſſio, atque martyrium, ſed & divina voluntas, Apoſtolico (b) more, præcedentibus prophetiis, fuerat ſuffragata. Fuerunt hi, quos recenſet, Aurelius confeſſor ac martyr lector ordinatus, & Celerinus ad eumdem gradum promotus, martyrio & ipſe multa paſſus, inſignis; hos ipſos dignis elogiis celebrat Cyprianus ſuis litteris, quas tunc dedit ad Eccleſiam Carthaginenſem; ac primum de ordinatione Aurelii (c) confeſſoris, his ſcilicet verbis:

(b) 1. Tim. 1. & 4.

(c) Cypr. epiſt. 33.

LXXXIX. Ordinatio Aurelii Confeſſoris.

In ordinandis clericis, fratres cariſſimi, ſolemus vos ante conſulere, & mores ac merita ſingulorum communi conſilio ponderare. Sed expectanda non ſunt teſtimonia humana, cum præcedunt divina ſuffragia. Aurelius frater noſter, illuſtris adoleſcens, a Domino jam probatus & a Deo vocatus, eſt in annis adhuc novellus, ſed in virtute ac fidei laude provectus; minor in ætatis ſuæ indole, ſed major in honore. Gemino hic agone certavit bis confeſſus, & bis confeſſionis ſuæ victoria glorioſus; & quando vicit in curſu factus extorris, & cum denuo certamine fortiore pugnavit, triumphator & victor in prælio paſſionis. Quoties adverſarius provocare ſervos Dei voluit, toties fortiſſimus ac promptiſſimus miles & pugnavit, & vicit. Parum fuerat ſub oculis ante paucorum, quando extorris fiebat, congreſſum fuiſſe; meruit & in foro congredi clariore virtute; ut poſt magiſtratus etiam Proconſulem vinceret, & poſt exilium tormenta ſuperaret. Nec invenio quid in eo prædicare plus debeam, gloriam vulnerum, an verecundiam morum; quod honore virtutis inſignis eſt, an quod pudoris admiratione laudabilis; ita & dignitate excelſus eſt, & humilitate ſublimis, ut appareat illum divinitus reſervatum qui ad Eccleſiaſticam diſciplinam cæteris eſſet exemplo, quomodo ſervi Dei in confeſſione virtutibus vincerent & poſt confeſſionem moribus eminerent. Merebatur talis clericæ ordinationis ulteriores gradus, incrementa majora, non de annis ſuis, ſed de meritis æſtimandus. Sed interim placuit, ut ab officio lectoris incipiat; quia & nihil magis congruit voci quæ Dominum glorioſa prædicatione confeſſa eſt, quam celebrandis divinis lectionibus perſonare; poſt verba ſublimia quæ Chriſti martyrium prolocuta ſunt, Evangelium Chriſti legere, unde martyres fiunt; ad pulpitum poſt cataſtam venire; illic fuiſſe conſpicuum Gentilium multitudini, hic a fratribus conſpici: illic auditum eſſe cum miraculo circumſtantis populi, hic cum gaudio fraternitatis audiri. Hunc igitur fratres dilectiſſimi, a me & a collegis, qui præſentes aderant, ordinatum ſciatis, &c.

XC. Ordinatio Celerini.

Sed & Celerinum æque cum illo ordinatum lectorem, ſcripta de eodem epiſtola ad Eccleſiam Carthaginenſem (d), mirificis præconiis extulit. At quæ ad hiſtoriam pertinent, hæc ſunt: *Referimus ad vos, Celerinum fratrem noſtrum, virtutibus pariter & moribus glorioſum, Clero noſtro non humana ſuffragatione, ſed divina dignatione conjunctum:* & paulo poſt: *Hic ad temporis noſtri prælium primus, hic inter Chriſti milites anteſignanus, hic inter perſecutionis initia ferventia cum ipſo infeſtationis principe, & auctore congreſſus, dum inexpugnabili firmitate cer-*

(d) Cypr. epiſt. 34.

certaminis ſui adverſarium vincit, vincendi cæteris viam fecit, non brevi compendio vulnerum victor, ſed adhærentibus diu, & permanentibus pœnis longæ colluctationis miraculo triumphator. Per decem & novem dies cuſtodia carceris ſeptus in nervo ac ferro fuit: & poſt alias laudes: *Lucent*, inquit, *in corpore glorioſo clara vulnerum ſigna; eminent, & apparent in nervis hominis, membris longa tabe conſumptis, expreſſa veſtigia. Sunt magna, ſunt mira, quæ de virtutibus ejus ac laudibus fraternitas audiat. Et ſi aliquis Thomæ ſimilis extiterit, qui minus auribus credat; nec oculorum fides deeſt, ut quis, quod audit, & videat; in ſervo Dei victoriam gloria vulnerum fecit, gloriam cicatricum memoria cuſtodit*: Hæc de Celerini glorioſa confeſſione.

XCI. De Celerina, & aliis Martyribus. Sed, & quod propinquos ſanguine habuerit martyres, eum ex hoc magis magiſque laudandi argumentum deducens, hæc addit: *Nec rudis iſte aut novus eſt in Celerino cariſſimo noſtro titulus gloriarum; per veſtigia cognationis ſuæ graditur, parentibus ac propinquis ſuis honore conſimili divinæ dignationis æquatur. Avia ejus Celerina jampridem martyrio coronata eſt, item patruus ejus, & avunculus, Laurentius, & Ignatius, in caſtris & ipſi quondam ſæcularibus militantes; ſed veri, & ſpiritales Dei milites, dum Diabolum, Chriſti confeſſione proſternunt, palmas a Domino, & coronas illuſtri paſſione meruerunt. Sacrificio pro eis ſemper, (ut meminiſtis) offerimus, quoties martyrum paſſiones, & dies anniverſaria commemoratione celebramus.* Mos iſte perantiquus in Eccleſia Dei eſt, ut incruento oblato ſacrificio natalitia martyrum anniverſaria die (ut nunc fit) religioſe celebrentur; ad quod ſpectat illud Tertulliani: (*a*) *Pro natalitiis annua die facimus*; nempe ſacrificamus; hoc importare hanc vocem, facimus, in noſtris Notis (*b*) pluribus demonſtravimus. Sed de celebritate ſanctorum martyrum ſatis fuſe superius locuti ſumus tomo primo, ubi de Apoſtolicis traditionibus inſtitutus eſt ſermo.

(*a*) Tertul. in Apol. c. 3.

(*b*) In Martyr. Rom. die 9. Aprilis.

XCII. At de ejuſdem Celerini ordinatione Cyprianus hæc ſubdit (*c*): *Hunc ad nos fratres dilectiſſimi, cum tanta Domini dignatione venientem, teſtimonio, & miraculo ejus ipſius, qui ſe perſecutus fuerat, illuſtrem, quid aliud quam ſuper pulpitum, id eſt, ſuper tribunal Eccleſiæ oportebat imponi? ut loci altioris celſitate ſubnixus, & plebi univerſæ pro honoris ſui claritate conſpicuus legat præcepta, & Evangelium Domini, qui fortiter ac fideliter ſequitur? vox Dominum confeſſa, in his quotidie, quæ Dominus locutus eſt, audiatur? Viderit, an ſit ulterior gradus, ad quem profici in Eccleſia poſſit. Nihil eſt in quo magis confeſſor fratribus proſit, quam ut, dum Evangelica lectio de ore ejus auditur, lectoris fidem, quiſquis audierit, imitetur. Jungendus in lectione Aurelio fuerat, cum quo & divini honoris ſocietate conjunctus eſt.* Sed ob meritorum excellentiam, quibuſnam prærogativis ambos præ cæteris lectoribus exornet, in fine his verbis ſignificat: *Cæterum presbyterii honorem deſignaſſe nos illis jam ſciatis; ut & ſportulis iiſdem cum presbyteris honorentur, & diviſiones menſurnas æquatis quantitatibus partiantur, ſeſſuri nobiſcum provectis & corroboratis annis ſuis; quamvis in nullo minor poſſit videri ætatis indole, qui conſummavit ætatem gloriæ dignitate.* Voluit Cyprianus ambos ea accipere ſtipendia inter clericos, quæ presbyteris dari ſolerent; de quibus Apoſtolus (*d*): *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt*: appellat ea Cyprianus menſurnas diviſiones, id eſt, menſtruas; qui vero ejuſmodi ſubſidia per quoſlibet menſes acciperent ab Eccleſia, Sportulantes dicebantur, quod ejuſmodi ſportulæ eis darentur ab Eccleſia.

(*c*) Ead. epiſt.34.

Clericalis diſtributio menſtrua.

(*d*) 1. Tim. 5.

XCIII. Lectorum munus. Quod autem hos huic lectorum muneri mancipatos, aſcenſuros fore pro functione muneris dicit in pulpitum, illicque toto ſpectante, & audiente populo Evangelium alta voce lecturos, diverſam in hoc Africanæ Eccleſiæ a cæteris Latinis fuiſſe conſuetudinem, poteſt intelligi; cum Romæ & in aliis Eccleſiis eam functionem ſolerent diaconi exercere, in Africa vero lectores, minorum ordinum clerici infra acoluthos poſiti. Nec quis exiſtimet ob Evangelii publicam lectionem hos lectores dictos, re vera diaconos fuiſſe; nam idem Cyprianus, quem lectorem ordinaſſe dixit (*e*) Saturum, ad acoluthatum ſe poſtea promoviſſe teſtatur (*f*). Maniſeſtiora quoque hæc redduntur ex Concilio (*g*) quarto Carthaginenſi, cum agitur de ordinatione diaconi, ubi nulla habetur mentio de munere Evangelicæ lectionis; ſed publice divina legere in Eccleſia, lectoris eſſe muneris traditur. Rurſum vero idem Cyprianus, eodem ferme tempore, de Numidico presbytero inter alios presbyteros Carthaginenſis Eccleſiæ cooptando, ad ſuos litteras (*h*) in hæc verba conſcripſit:

(*e*) Cypr. epiſt. 24. 32.

(*f*) Cypr. epiſt.55.

(*g*) Concil. 4.Carthag. cap.4.& 8.

(*h*) Cypr. epiſt.35.

XCIV. De Numidico Presbytero. *Nunciandum vobis fuit, fratres cariſſimi, quod pertineat & ad communem lætitiam, & ad Eccleſiæ noſtræ maximam gloriam. Nam admonitos nos & inſtructos ſciatis dignatione divina, ut Numidicus presbyter adſcribatur presbyterorum Carthaginenſium numero, & nobiſcum ſedeat in Clero, luce clariſſima confeſſionis illuſtris, & virtutis ac fidei honore ſublimis; qui hortatu ſuo copioſum martyrum numerum, lapidibus & flammis necatum, ante ſe miſit; quique uxorem adhærentem lateri ſuo*

ſuo concrematam ſimul cum cæteris, vel conſervatam magis dixerim, lætus aſpexit: Ipſe ſemiuſtulatus, & lapidibus obrutus, & pro mortuo derelictus, dum poſtmodum filia ſolicito pietatis obſequio cadaver patris inquireret, ſemianimis inventus, & extractus, & refocillatus a comitibus, quos ipſe præmiſerat, remanſit invitus. Sed remanendi (ut videmus) hæc fuit cauſa, ut eum Clero noſtro Dominus adjungeret, & deſolatam per lapſum quorumdam presbyteri noſtri copiam glorioſis ſacerdotibus adornaret. Et promovebitur quidem, cum Deus permiſerit, ad ampliorem locum religionis ſuæ, quando in præſentiam protegente Domino venerimus. Interim quod oſtenditur, fiat; ut cum gratiarum actione ſuſcipiamus hoc Dei munus, ſperantes de miſericordia Domini ejuſmodi ornamenta complura, ut redintegrato Eccleſiæ ſuo robore, tam mites, & humiles faciat in confeſſus noſtri honore florere.

XCV. Non ordinatus ſed allectus presbyter Card.

At non hunc modo a S. Cypriano ordinatum putamus eſſe presbyterum (quod alii tradunt) ſed cum jam alterius cujuſpiam Eccleſiæ presbyter eſſet, tam præclaro exantlato martyrio, eo honore Cyprianus ipſum eſſe dignum exiſtimarit, ut in primaria totius Africæ Eccleſia Carthaginenſi presbyterio fungeretur. Suadent enim id illa verba: *Ut Numidicus presbyter adſcribatur presbyterorum Carthaginenſium numero*: at de nova ordinatione ipſius ne verbum quidem, ut de lectoribus ordinatis nuper pluribus feciſſe vidimus; magnus quippe is cenſebatur honor, ut cum Epiſcopo in cathedrali Eccleſia inter presbyteros ſederet. Dicebantur hujuſmodi ſic allegendi, incardinari; atque jam adſciti, Cardinales, qua voce utitur ſæpe S. Gregorius; ſed de his ſuo loco pluribus.

XCVI. Scripta Martyrum magno prætio habita.

Hucuſque de rebus inter Romanum Clerum & S. Cyprianum hoc anno tranſactis, deque ejuſdem Cypriani in curanda Eccleſia Carthaginenſi vigilantiſſima cura. Excerpta hæc ſunt a nobis ex litteris ultro citroque datis, quibus epiſtolarem omnium fideliſſimam hiſtoriam contexuimus, brevitati, ut licuit, conſulentes; cum pro dignitate rerum atque ſcriptorum par fuiſſet integras hic deſcribere martyrum citatas epiſtolas. Nam quid S. Hieronymus (*a*) de Pamphili martyris ſcriptis ait? Si enim lætitia eſt unam epiſtolam habere martyris; quanto magis tot millia verſuum, per quæ mihi videtur ſui ſanguinis ſignaſſe veſtigia? Si hæc ipſe de illo, qui tamen non ſua ſcripſit, ſed ab Origene elucubrata deſcripſit; quid de martyrum & confeſſorum litteris dicendum eſt, in quibus ſua ipſorum ineſſe verba, etſi alia exſcripta manu, typiſve expreſſa, noſcuntur? Pluris namque facienda ſunt ea, quæ martyr mente concepit, & ore protulit, & ſtylo exaravit, licet aliena manu exſcripta vel cuſa legantur, quam quæ, cum alterius ſint, martyr ſuo chirographo exaravit.

(*a*) Hieron. de Script. Eccleſ. in Pamphilo.

XCVII. Quæ autem reliqua ſunt rerum Cypriani, ſequenti anno ſecundum exactum temporis ordinem, enarrabimus. Verum quod idem Cyprianus de aliis martyribus hac perſecutione paſſis in Africa dictis litteris mentionem habuerit; his jungenda putamus quæ idem ſcripſit in libro de Lapſis, de Caſto & Æmilio * poſt lapſum ad certamina revocatis, & martyrii victoria inſignitis, his nempe verbis: *Sic*, inquit, *ſic Caſto & Æmilio aliquando Dominus ignovit; ſic in prima congreſſione devictos, victores in ſecundo prælio reddidit, ut fortiores ignibus fierent, qui ignibus ante ceſſiſſent, & unde ſuperati eſſent, inde ſuperarent*: Hos poſtea martyrio conſummatos habent tabulæ Eccleſiaſticæ una cum aliis, adſcriptos certis diebus, quibus eorum memoria anniverſaria celebratur.

* al. Aemiliano

De Caſto & Æmilio.

XCVIII. Alii Martyres in Africa paſſi.

At de martyribus in Africa ſub Decio paſſis, præter illos, quos ex Cypriano recenſuimus, de aliis item mentio habetur in iiſdem tabulis Eccleſiaſticis, quibus ipſorum dies natalis reperitur adſcriptus; ſunt ii, Zeno, Alexander, Theodorus, & alii trigintatres ſub Fortunatiano Præſide; ſub quo etiam paſſi ſunt Terentius, Maximus, Pompeius, & Africanus; quorum omnium extant paſſionis Acta (*b*), in quibus etiam mentio habetur de lapſis Chriſtianis (de quo ſæpe queritur Cyprianus) qui ſolo aſpectu terribilium tormentorum, pavore concuſſi, defecerunt a fide; cum in eos qui animo alacri, fide prompta ſe ea contemnere præſeferrent, ad cæteros exterrendos omnis crudelitas Præſidis invigilaret, & carnifices deſudarent; ut de iis accidit, qui poſtquam cæſi ſunt virgis atque flagellis, fuſtibus quoque contuſi ſunt, ſuccenſi humeris ignibus, unguliſque lancinati, horribilibus traditi ſunt ſerpentibus devorandi; cum illi vindices pietatis, relictis illæſis martyribus, in Æthnicos inſilientes, ex illis complures interfecerunt; martyres vero capitis tandem ſubiere ſupplicium. Rurſus etiam in Africa paſſi habentur Quinctus, Simplicius, & alii plures ſocii (*c*). At de Africanis martyribus modo ſatis.

(*b*) Apud Sur. die 30. April. tom. 2.

(*c*) Martyr. Rom. die 18. Decemb.

XCIX. De Martyribus Alexandrinis.

Jam vero reliquum eſt, ut quæ paſſæ ſunt aliquæ nobiliores Eccleſiæ hoc ipſo perſecutionis Decii tempore, a certis fidiſque auctoribus ſcripta, hic itidem deſcribamus. Ac in primis ſeſe nobis offerunt, quæ S. Dionyſius, vir eruditione ac pietate inſignis, qui his ipſis diebus Alexandrinæ Eccleſiæ præerat Epiſcopus, de his, quæ tunc apud ſe geſta eſſent, ſcriptorum monumentis egregie commenda-

ctavit; quæ ab Euſebio recitata ad verbum habentur, ex ejuſdem Dionyſii ad Germanum tunc data epiſtola, cum de ſe ipſo agit, quonam pacto Deo omnia gubernante manus perſecutorum evaſerit. Sic igitur res geſtas exorditur Euſebius: (a) *Quæ autem, & quam turbulentæ procellæ Dionyſium perſecutionis tempore exagitarint, epiſtolæ ipſius ad Germanum ſcriptæ teſtimonio, hoc loco oſtendam, in qua ipſe de ſe narrat hoc modo:*

(a) Euſeb. lib. 6. cap. 33. 34.

C.

De Dionyſio Alexandrino.

Ego coram Deo loquor, & ipſe novit, quod vera loquor. Neque certe de fuga in præſentia mecum cogitavi, neque, quaſi Deo invito, ullam feci. Quin etiam alias, regnante Decio, antequam perſecutio palam contra Chriſtianos ediceretur, cum Sabinus id temporis Frumentarium ad me perquirendum miſiſſet, ego quatriduo in ædibus commoratus, ejus adventum aſſidue expectavi. Ille autem undique circumit; vias, fluvios, agros paſſim, ubi me latitare, aut quo me profectum eſſe ſuſpicaretur, ſedulo perveſtigat. Sed cæcitate, & quaſi caligine, ne ædes quæreret circumfuſus tenebatur, ſibi namque perſuaſerat, me perſecutione appetitum, domi nolle moram facere. Vix tandem poſt dies quatuor, Deo mihi, ut inde demigrarem præcipiente, & ſe mirandum in modum quaſi ducem itineris præbente, ipſe, liberi, & alii multi fratres ſimul domo egreſſi ſumus, quod plane divinæ providentiæ opus fuiſſe rerum eventa, quæ deinceps ſequebantur (unde non parum commodi fortaſſe quibuſdam, & utilitatis obtigit) ſatis perſpicue declararunt. Deinde paucis interpoſitis, ea quæ in fuga ſibi contingebant evidenter explanat, hæcque ſubnectit: *Ego una cum iis qui mecum erant, forte, Sole occidente, in ſatellitum manus incidens, ab illis ad Tapoſirim deducebat. Sed tamen (ſicut erat Dei providentia proſpectum) Timotheus, quia una non aderat, neutiquam prehenſus eſt. Profectus igitur poſt, offendit cum ædes noſtras, præterquam quod miniſtri eas cuſtodirent, omnino deſertas eſſe, tum nos inſtar mancipiorum abductos.*

CI. Deinde ſubjungit: *Quam admirabilis (dicam enim, quod verum eſt) & divinæ proviſionis ratio fuit iſta quidem; Indigena quidam forte fortuna Timotheo propere fugienti, & conturbato fit obviam; rogat feſtinationis cauſam. Iſte verum narrat. Ille cum audiviſſet (abierat enim ad nuptias laute epulatum; quippe mos eſt in hujuſmodi hominum conventibus totam noctem in hilaritate, & lætitia conſumere) ingreſſus in domum convivii, accumbentibus nunciat. Qui quidem omnes uno impetu, tamquam ſigno dato, conſurrexerunt, & maturo gradu properantes cœperunt quam celerrime ad nos contendere, qui cum in nos inciderent, ſummo gaudio exultare, atque ſatellitibus, qui nos obſervabant, fugam facientibus, nos ut eramus grabatis valde male ſtratis conquieſcentes, de improviſo occupare. Ego certe (Deus teſtis eſt) eos, ut fures primum reputans, qui ad ſpolia, & rapinam venirent, manſi in lecto nudus plane, ut eram, ſolo induſio coopertus; reliquum autem veſtitum prope me poſitum porrexi. At hi ſurgere jubent, & quam mox abire. Tandem animadvertens quamobrem adventaſſent, cœpi vociferari, ſupplex illos precatus, ut abirent, noſque illic manere paterentur. Quinetiam petebam ab eis, ut, ſi quo me beneficio afficere cuperent, ipſi caput meum cervicibus abſcindere dignarentur, ſicque ſatellitibus, qui me eſſent cruciatum abducturi, anteverterent. Illi, dum hæc clamore efferebam (ſicut conſortes mei, & omnium mearum calamitatum participes pro certo norunt, me invitum e lecto excitarunt. Tum ego humi me ſupinum proſternere. Iſti igitur manibus pedibuſque me abreptum (Caius quidem, Fauſtus, Petrus, & Paulus, qui me ſequebantur, iſtarum rerum omnium teſtes eſſe poterunt) educere, ac prehenſum prope invito animo ab oppidulo exportare, & nudo aſino impoſitum, ſecum inde avehere:* Hæc de ſe Dionyſius (b).

Dionyſius abripitur a ſatellitibus.

(b) Apud Euſeb. lib. 6. cap. 34.

CII. Et ad Fabium Antiochenum ſcribens, enarratis, quæ ſuperiori anno ante edicta Decii promulgata Alexandriæ acciderant; quæ ſuo loco a nobis poſita ſunt, hæc de initiis Decii perſecutionis habet: *Confeſtim animum Imperatoris qui clementior aliquanto, & humanior videbatur erga nos antea affectus, omnino commutatum eſſe, nobis nunciatum eſt. Quapropter minarum formido in nos jactatarum vehementer accreſcebat. Nam Decii edictum erat jam divulgatum; illudque tale profecto videbatur, quale Dominus (c) prædixerat futurum: in quo terribiliſſima illa ejus propemodum explebatur ſententia; nimirum, electos, ſi poſſibile eſſet, in errorem inducendos fore. Quin omnes certe metu perculſi obſtupuerunt; atque ex illis qui cum dignitate, tum divitiarum affluentia præſtare videbantur, qui quidem non pauci erant numero, nonnulli timore perterriti, Diis illorum colendis ſe ultro offerunt; alii ex privatis ædibus in publicum raptati, ad delubra ducuntur a magiſtratibus; multi vicinorum ſuaſu eo pelliciuntur, qui quidem nominatim evocati, ad impura, & profana eorum ſacrificia ſe conferunt.*

(c) Matt. 24. Marc. 13.

Lapſorum ingens numerus.

CIII. *Horum autem non pauci, quaſi minime eſſent ſacrificaturi, ſed illi ipſi potius victimæ & ſacrificia idolis futuri, pallore exalbeſcunt, & formidine attoniti ſtupent; adeo ut a frequenti populi turba quæ circumſiſtebat, dum ſe omnibus perſpicue patefaciebant, cum ad moriendum, tum ad ſacrificandum eadem timiditate eſſe affectos,* ri-

Lapſorum diverſa onera.

riſui & ludibrio haberentur. Alii paratius ad altaria procurrunt, duro ore & impudenti conſtanter aſſeverantes ſe numquam fuiſſe Chriſtianos; de quibus Domini ſententia veriſſime dici poteſt, (a) Divitem difficulter poſſe ſalvari. Ex reliquis, qui tenuiores erant & magis obſcuri, plerique utrumque iſtud hominum genus, quod poſtremo poſuimus, imitantur. Alii capeſſunt fugam, nonnulli prehenduntur, atque ex prehenſis multis in vincula & carcerem pergunt, & multis diebus ibi tenentur incluſi; poſtea tamen, antequam ad tribunal accedant, Chriſtum ejurant. Quidam tormenta diu fortiter ſuſtinent, ſed ad extremum ſuccumbentes, fidem pernegant.

(a) Matt. 19.

CIV. Martyres Alexandrini ſub Decio.

Cæterum qui Domini erant tamquam firmæ & beatæ columnæ ejus ope, & gratia roboratæ, fidei firmitati, quæ in eorum animis penitus inſidebat, vires ac tolerantiam apte & appoſite reſpondentem adepti, admirabiles & inſignes ejus regni martyres, & teſtes facti ſunt. Quorum primus erat Julianus, homo podagræ doloribus adeo oppreſſus, ut neque pedibus conſiſtere poſſet. Hic cum aliis duobus, qui eum geſtabant, ad judicem adducitur: quorum alter extemplo fidem denegat; alter nomine Chronion cognomento Eunus, & ſenex ipſe Julianus Dominum ingenue confitentur; qui per totam urbem, quæ certe (ut noſtis) ampliſſima eſt, camelis inſidentes deducti & ita ſublimes verberibus cæſi; tandem immenſo quodam rogo & ſupra modum exardeſcente, hominum multitudine undique circumfuſa, comburuntur. Ac dum adducebantur ad locum ſupplicii, miles quidam nomine Beſas illis inter eundum opem ferre, & iis, qui contumelia eos afficiebant, ex adverſo reſiſtere laborat. Qui, cum populus contra eum propterea vociferaretur, inde illico abripitur ad judicem, & in præclaro illo prœlio pro pietate ſuſcepto, tamquam fortiſſimus Dei bellator ſtrenue, & viriliter ſe gerens, ſecuri demum percutitur. Alius quidam genere Afer, qui & appellatione Macar, & ob vitam beatam, quam divinæ gratiæ ſubſidio degiſſet, vere Macar, id eſt beatus fuit, cum ad fidei negationem, judice eum ad eam rem magnopere cohortante adduci non poſſet, vivus crematus eſt.

CV. Epimachi & aliorum martyrium.

Epimachus etiam & Alexander non longo poſt tempore quam vincti tenebantur, poſt horum martyrium multos dolores perpeſſi, dilaniati, novaculis, & flagellis lacerati; ad extremum ardentiſſimis flammis circumjectis, abſumpti ſunt; quibus quatuor mulieres martyres adjungebantur; quarum prima ordine fuit Ammonarium ſancta virgo, quæ cum judex diu illam admodum torſiſſet, ut pote conſtanter aſſerentem ſe nihil eorum aliquando dicturam quæ ille juſſiſſet, eaque in ſententia firme perſtaret, ad ſupplicium abducitur. Mercuria ſecunda erat, anus in primis veneranda, tertia Dionyſia, quæ quamquam erat multorum liberorum parens; illos tamen Domino in amore minime prætulit. Quarta Ammonarium altera. Quæ tres, cum Præſes vereretur ne incaſſum tormenta illis infligeret, & quodammodo vinceretur a mulieribus, nullum cruciamentorum genus amplius ſubire cogebantur; ſed ſtatim, capite obtruncato, mortem oppetunt. Pro omnibus enim prior Ammonarium, tamquam in prima dimicationis acie locata, ſatis tormentorum exceperat.

CVI. Heronis & Sociorum martyrium.

Heron præterea, Ater, & Iſidorus Ægyptii, & Dioſcorus una cum illis, adoleſcens quindecim annos natus, judici traduntur; & primum judex adoleſcentem, tamquam facilem ad perſuadendum, blandis verbis in fraudem inducere, tum velut remiſſum & flexibilem, ad fidem negandam tormentis impellere tentat. Sed Dioſcorus neque perſuaſione quicquam commotus eſt, neque judicis omnino ceſſit ſententiæ. Cæteros acerbiſſime crudeliſſimeque verberibus dilacerat; quos cum tormenta magno, & fidenti animo pro fide tolerare cerneret, rogo cremandos tradit. Dioſcorum autem, cum propter ſingularem animi magnitudinem, quam palam oſtenderat, tum propter prudentiſſima reſponſa, quæ ad ſingula rogata dederat, judex magnopere admiratus dimiſit, affirmans ſe propter ætatem certos dies illi velle concedere, quibus reſipiſcendi haberet facultatem. Jam vero Dioſcorus ſumma pietate eximius nobiſcum eſt, expectans cum certamen prolixius graviuſque, tum amplius præmium & diuturnius. Porro Nemeſis quidam, & ille etiam Ægyptius, falſo in crimen vocabatur, quod cum latronibus ſocietatem iniiſſet: ſed iſtam calumniæ notam ab eo alieniſſimam quidem cum coram Centurione diluiſſet, iterum per indicem fuit delatus, quod Chriſtianus eſſet, vinculiſque conſtrictus ad Præſidem venit. Iſte injuſtiſſimus Præſes beatum martyrem, tormentis & verberibus duplo gravioribus quam latrones ipſos afflictans, exemplo Chriſti inter latrones interjectum, unde non parum honoris adeptus eſt, fervido ignis exurit incendio.

CVII. Ammonis & ſociorum martyrium.

Quædam vero militum turma derepente accedit, nimirum Ammon, Zeno, Ptolemæus, Ingenes, & pariter cum illis ſenex Theophilus; qui pro Tribunali ſe ipſi ſtiterunt. Cum igitur quidam, quod Chriſtianus eſſet, in quæſtione verſaretur, & jam ad fidei negationem propenderet; iſti aſſiſtentes, præ rei indignatione dentibus frendere, vultu nutare, manus extendere, toto denique corpore geſtus quoſdam agere cœperunt. In quos cum omnium ora eſſent

con-

converſa, priuſquam ulli alii in eos injecerunt manus, illi ipſi ad ſubſellia accurrere, ſe Chriſtianos profiteri; ſic ut cum Præfectus & aſſeſſores, qui aderant ei in concilio, timore obſtupeſcerent; tum Chriſtiani, in quos jam inquirebatur, ad ea tormenta, quæ poſt eſſent paſſuri, toleranter ſufferenda maxime confirmarentur; tum denique judices, qui eſſent contra eos ſententiam pronunciaturi, maximo metu exhorreſcerent. *Iſti vero e foro gloriantes abſcedere, & teſtimonio, quod Chriſto perhibuerant, ſummo gaudio exultare, per illos Deo glorioſos triumphos agente. Alii præterea complures in urbibus & pagis agentes diſtracti erant, & quaſi membratim diſcerpti; ex quibus unum exempli gratia commemorabo. Iſchyrion cujuſdam magiſtratus negotia mercede conductus procurat; is qui eum conduxerat, jubet idolis ſacrificare; quem, cum mandato minus obſequeretur, cœpit conviciis lacerare; at cum conſtanter fidei inhæreſceret, gravibus afficit contumeliis; atque ut vidit eum pacate atque tranquille omnia ſufferentem, arrepto fuſte præacuto, inteſtina ac viſcera illius transfodit, crudeliterque interimit.*

CVIII. Profugi & extorres Chriſtiani.

Quid attinet percenſere multitudinem eorum, qui in ſolitudine & montibus vagi erranteſque fame, ſiti, frigore, morbis, latronibus, beſtiis fuerunt extincti? quorum electionis beatæ & eximiæ victoriæ quamquam teſtes ſunt ii quibus adhuc in illo numero vita ſupereſt, tamen unum aliquod facinus proferam, quo res iſtæ ſint exploratius cognitæ perſpectæque. Chæremon Epiſcopus civitatis, quæ Nilopolis dicitur, cum jam plane grandis eſſet & ætate prope exacta, una cum uxore ſua ad montem Arabiæ confugiens, neque poſt reverſus eſt, neque uſquam eos quiſpiam videre potuit. Et licet fratres jam aliquoties eum cum uxore quærerent: tamen neque ipſos neque corpora eorum uſpiam reperire potuerunt. Permulti certe in eo Arabico monte erant a barbaris Saracenis facti captivi, quorum alii ægre quidem & vix ingenti pecuniæ ſumma redimi potuerunt, alii hactenus nullo modo. Atque iſta, mi frater, non fruſtra equidem dicendo proſecutus ſum; ſed ut cognoſcas, quantæ & quam acerbæ calamitates apud nos obtigerint; quas qui fuerint magis experti, plura de illis & ſciunt, & dicere poſſunt.

CIX. De lapſis pœnitentibus.

Hæc etiam paulo poſt attexit (*a*): *Illi igitur divini martyres, qui jam Chriſti tamquam aſſeſſores ſunt, & regni ejus conſortes, participes judicii, & illius in hominibus judicandis ſententiam approbantes ferunt; dum erant apud nos, nonnullos e fratribus, in quibus crimen ſacrificandi idolis inhærebat, quique a fide excidiſſent; cum converſionem ac pœnitentiam eorum perſpicerent, eamque poſſe acceptam fore ei, qui omnino non vult mortem peccatoris, ſatis exploratum haberent; ad ſe denuo admittunt, recipiunt in Eccleſiam, conventus cum illis celebrant, ineunt ſocietatem, precum, & epularum communione una utuntur. Quid igitur conſilii nobis, fratres, datis? quid cenſetis nobis agendum eſſe? illiſne ſuffragabimur? ejuſdem cum illis erimus ſententiæ? judicium eorum ſequemur? modum tenebimus benignitatis? his, quorum illi miſerti ſunt, benefici & clementes erimus? an contra eorum judicium irritum & inane faciemus? eorum ſententiæ nos ipſi conſtituemus animadverſores? clementiæ inhumanitus reſiſtemus? refringemus inſtitutum? Deum denique ad iram provocabimus?* At hæc poſtea a Dionyſio ſcripta eſſe ſub Cornelio, cum Novatianus ſchiſma feciſſet, teſtatur Euſebius; a nobis autem hic relata, quod de perſecutione ſub Decio narrationem contineant; quæ vero poſt hæc eadem epiſtola Dionyſius narrat, ſuo loco opportunius dicentur. Quod autem ea epiſtola Dionyſius viſus ſit titubare & anceps eſſe, an lapſis pax continuo reddenda foret; quæ recens poſt ſchiſma Novatianorum oborta fecerant Romanum Pontificem & Cyprianum a ſevera diſciplina ad tempus neceſſaria ex cauſa deflectere, ejuſmodi dubitationis tribuerunt occaſionem: Sed hæc inferius.

(*a*) *Apud Euſeb. ibid. lib.6. cap.34. in fin.*

CX. Martyres Thebaidis.

Paſſi tunc etiam in Thebaide Thimotheus & Maura conjuges, quorum natalis dies Eccleſiaſticis tabulis (*b*) habetur adſcriptus: In Menologio enim hæc de iiſdem breviter ſcripta leguntur: *Arianus in Thebaide Præſes, Timotheum & Mauram conjugem Chriſto addictiſſimos ſentiens, apprehendi juſſit; ac primum, ut perterrefaceret conjugem, virum ejus diriſſime cruciat ſuſpenſum deorſum capite, freno hori ejus appoſito: cujus rei aſpectu Maura majore fidei ardore ſuccenſa, læta ſe obtulit ſupplicio, a qua primo avulſi ſunt capilli, deinde digitorum extrema præciſa, ac ferventi aqua perfuſa. Demum ambo cruci affixi, novem poſt dies, Deo laudes canentes, in Domino obdormierunt:* Hæc ibi.

(*b*) *Rom. Martyrolog. die 3. Maii.*

CXI. De Paulo primo eremita.

Quod rurſus ſpectat ad eos, quos Dionyſius ait, relicta patria, montium ſolitudinem deſertaſque regiones petiiſſe, unus ex illorum numero Paulus fuit, qui ea bene uſus occaſione, quamprimum timore correptus petiit ſolitudinem, eam ut bonorum omnium ſibi conciliatricem lubentiſſimo animo coluit, permanſitque uſque ad ſextum Conſtantii filii Conſtantini Imperatoris annum. Hic ille Paulus, qui inter anachoretas principem locum tenet; cujus res geſtas S. Hieronymus diſerte admodum copioſeque eſt proſecutus: qui cum ſub Decio & Valeriano hunc ipſum dicat factum extorrem, ea de cauſa Valerianum appoſuit, quod Decio in Perſas pro-

proficiſcente (ut dicemus) Valerianus Romæ principis vicem ageret ; & Chriſtianos edictis exagitaret. Cæterum hoc ipſo initio Decianæ perſecutionis, Paulum eodem quo & alii, quos tradit Dionyſius, tempore, ſolitudinem profugum petiiſſe, quæ paulo poſt dicturi ſumus, facile demonſtrabunt.

CXII. Sævitia huius perſecutionis.

Sed quæ idem S. Hieronymus in ejus Vitæ exordio de ejuſmodi perſecutionis acerbitate præfatur, hic attexere operæpretium ducimus: *Multas*, inquit, *apud Ægyptum & Thebaida Eccleſias tempeſtas ſæva populata eſt. Voti enim tunc Chriſtianis erat, pro Chriſti nomine gladio percuti; verum hoſtis callidus tarda ad mortem ſupplicia conquirens, animas cupiebat jugulare, non corpora; &, ut ipſe, qui ab eo paſſus eſt, Cyprianus ait, Volentibus mori, non permittebatur occidi. Cujus ut crudelitas notior fiat, duo memoriæ cauſa exempla ſubjecimus. Perſeverantem igitur in fide martyrem, & inter equuleos laminaſque victorem, juſſit melle perungi, & ſub ardentiſſimo Sole ligatis manibus poſt tergum reſupinari; ſcilicet ut muſcarum aculeis cederet, qui ignitas ſartagines ante ſuperaſſet. Alium, juvenili ætate florentem, in amœniſſimos hortulos, præcepit abduci, ibique inter lilia candentia & rubentes roſas, cum leni juxta murmure aquarum ſerperet rivus, & molli ſibilo arborum folia ventus præſtringeret, ſuper extructum plumis lectum reſupinari; & ne ſe inde poſſet excutere, blandis ſerico nexibus irretitum relinqui. Quo cum recumbentibus cunctis, meretrix ſpecioſa veniſſet, cœpit delicatis ſtringere colla complexibus; &, quod dictu quoque ſcelus eſt, manibus attrectare virilia, ut corpore in libidinem concitato, ſe victrix impudica ſuperjaceret. Quid ageret miles Chriſti, & quo ſe verteret, neſciebat; quem tormenta non vicerant, ſuperabat voluptas. Tandem cælitus inſpiratus præciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem expuit, ac ſic libidinis ſenſum ſuccedens doloris magnitudo ſuperavit.*

CXIII. Pauli primi Æremitæ in eremum profectio.

Per idem ergo tempus, quo talia gerebantur apud inferiorem Thebaida, cum ſorore jam viro tradita, poſt mortem amborum parentum, in hæreditate locupleti Paulus relictus, annorum circiter quindecim, litteris tam Græcis, quam Ægyptiacis apprime eruditus, manſueti animi, Deum valde amans, & cum perſecutionis procella detonaret, in villam remotiorem & ſecretiorem ſeceſſit. Verum,

—— (Quid (a) *non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames ?

(a) Virgil. Aeneid. 3.

ſororis maritus cœpit prodere velle, quem celare debuerat. Non illum uxoris lacrymæ, non communio ſanguinis, non ſpectans cuncta ex alto Deus ab ſcelere revocavit. Ad hæc inſtabat crudelitas, quæ pietatem videbatur imitari. Quod ubi prudentiſſimus adoleſcens intellexit, ad montium deſerta confugiens, dum perſecutionis finem præſtolaretur, neceſſitatem in voluntatem vertit; ac paulatim progrediens, rurſuſque ſubſiſtens, atque hoc idem ſæpius faciens, tandem reperit ſaxeum montem, ad cujus radicem haud procul erat grandis ſpelunca, quæ lapide claudebatur: quo remoto, ut eſt cupiditas hominum occulta cognoſcere, avidius explorans, animadvertit intus grande veſtibulum, quod, aperto deſuper cælo, patulis diffuſa ramis vetus palma contexerat, fontem lucidiſſimum oſtendens, cujus rivum tantummodo foras erumpentem ſtatim modico foramine, eadem quæ genuerat aquas terra ſorbebat, &c. Hæc de fuga, & loco, quem ſibi Paulus ad habitandum delegerat, habet S. Hieronymus.

CXIV. Quo tempore petiit eremum Paulus.

Sed quod ait, tunc Paulum deſerta petiiſſe, cum Cornelius Romæ & Cyprianus Carthagine ſubiere martyrium; ſic intelligendum eſt, eadem perſecutione urgente, Paulum ſeceſſiſſe, qua Cornelius & Cyprianus martyrio ſublati ſunt; nam licet non ſimul regnarint Decius atque Valerianus; fueritque brevi aliquo pacis interſtitio ea perſecutio interrupta; tamen quod iiſdem edictis, quibus promulgata, etiam continuata ac iterum repetita fuerit, una eademque cenſetur, ac Decii pariter & Valeriani nomine dicta; quod alibi notavimus (b), & inferius etiam dicturi ſumus. Cæterum ex Hieronymi ſententia dicendum eſſe, hoc ipſo Decii perſecutionis exordio Paulum factum extorrem, ejus auctoritate perſpicue declarabimus. Cum enim dicat, Paulum centeſimum ac tertiumdecimum egiſſe ætatis annum, quo eum inviſente Antonio, ex hac vita deceſſit, cum Antonius tunc nonagenarius eſſet, quem vixiſſe idem tradit annum centeſimumquintum, cumque ejuſdem Hieronymi teſtimonio id affirman-

(b) In Roman. Martyrolog. die 10. Aug. b.

PAGIUS

V. D. Antonius Abbas naſcitur.

Ad num. CXIV. & ſeq. Quæ in Annalibus de Martyribus Alexandrinis recitantur, anno præcedenti acta, quo & D. Antonius Magnus natus eſt, ut ex iis, quæ in morte ejus dicemus, conſtabit. Nam recte Spondanus Baronium emendat, oſtenditque, S. Antonium Abbatem obiiſſe anno decimo nono Conſtantii, ætatis vero centeſimo quinto, ideoque anno Chriſti trecenteſimo quinquageſimo ſexto, dieque decima ſeptima Januarii, qua colitur. Euſebius enim in Chronico anno Abrahami 2267. qui Kalendis Octobribus anni Chriſti CCL. auſpicatur, accurate ſcribit: *Antonius Monachus in Ægypto naſcitur.* Ex annis D. Antonii recte conſtitutis ætatem S. Pauli primi Eremitæ, qui ſæviente Deciana perſecutione in ſolitudinem fugit, colligere facile eſt.

Baron. n. CXIV.

mantis in Chronico, habeatur, deceſſiſſe Antonium anno vigeſimoprimo Conſtantii, atque Paulo ſupervixiſſe annos quindecim; colligitur Paulum obiiſſe anno ſexto Conſtantii abſoluto, & ſeptimo inchoato, qui numeratur Chriſti annus trecenteſimus quadrageſimus tertius; qua ratione cum (ut dictum eſt) eo anno, quo Paulus obiit, eſſet centum & tredecim annos natus; neceſſe eſt affirmare, hoc ipſo anno ducenteſimo quinquageſimotertio ipſum fuiſſe ætatis annorum viginti trium.

CXV. *Pauli ætas.* Tantum igitur abeſt, ut poſt hæc Paulus ſub Valeriano ſolitudinem petierit, ut ſi quis affirmare velit eum quindecim annos natum (ut multi perperam S. Hieronymi ſententiam interpretantur) in eremum conceſſiſſe; dicere opus ſit, non ſub Decio & Valeriano, ſed ſub Gordiano, quo tempore pax ſumma in Eccleſia erat, factum hoc eſſe. Quamobrem ætas illa Pauli annorum quindecim non ad tempus, quo ſeceſſit in ſolitudinem, referenda eſt; ſed quod tot annos tunc natus erat, cum parentibus fuit orbatus; idque manifeſte ſignificare voluiſſe Hieronymum illis verbis: *Poſt mortem amborum parentum in hæreditate locupleti Paulus relictus eſt annorum circiter quindecim:* & quod proxime dixerat: *Per illud tempus, quo talia gerebantur:* ad ea eſſe referendum, quæ ſubdit: *Cum perſecutionis procella detonaret.* Quæ ſane verba ſi alio accipias ſenſu; Hieronymum ſibi ipſi repugnantem atque mendacem (quod nefas eſt dictu) de numero annorum Pauli in eremum ſecedentis efficies. Sic itaque ex ejuſdem S. Hieronymi ſententia præſtat dicere ipſum annum agentem decimumquintum parentibus eſſe orbatum; hocque anno ejus ætatis vigeſimotertio, ipſo primo perſecutionis impetu exturbatum, rus paternum prius, indeque confugiſſe in longe poſitos montes, nactumque opportunam ſibi ad inſtitutum paratam ſpeluncam, quod ſuperfuit vitæ uſque ad annum centeſimum decimum tertium, incognitum permanſiſſe.

CXVI. His de perſecutione in Ægypto ſub Decio facta narratis, reliquum eſt ut Origenis quoque attexamus certamen, quod Alexandriæ exhibitum eſſe Epiphanio (a) auctore, traditur; de quo hæc Euſebius (b): *Quot afflictionum genera, & quam gravia Origeni hac turbulenta perſecutionis tempeſtate contigerint, & quo pacto malevola diaboli invidia contra eum incenſa (qui omnibus copiis tamquam hoſtis infeſtus enixe aciem adverſus illum inſtruebat, omnibus machinis, omni virtute & potentia contra eum dimicabat, & præter cæteros omnes ab eo illo tempore impugnatos, in hunc potiſſimum impetum faciebat) magis magiſque augeretur: qualia etiam & quam acerba pro Chriſti verbo & doctrina perpeſſus ſit vincula, quæ corporis tormenta, quæ ſupplicia ex catena ferrea in interioris carceris deceſſu collo impacta; & quo modo permultis diebus pedes ad compedes ligneas intruſi, quatuor foraminum interſtitiis interpoſitis, diſtractione quadam diſtenti fuerint; quæ ignis & incendii oppoſitæ minæ; quas præterea ab inimicis inflictas carnificinas toleranter pertulerit; qualem exitum, dum judex omnibus viribus & toto corpore (ut dicitur) inſtaret, ut vita ejus ad doloris morſus amplificandos amplius protraheretur, ejus res habuerint: denique quas poſt illa & quam pias voces, eaſque plenas ſolatii, iis qui opis & auxilii in rebus adverſis indigent, ſcriptis reliquerit, permultæ ſunt illius epiſtolæ; quæ vere accurateque commemorant:* Hucuſque de Origenis certamine Euſebius.

Origenis certamen. (a) *Epiph. hæreſ.* 64. (b) *Euſeb. lib.* 6. *c.* 32.

CXVII. Origenis lapſus aſſertus. Verum quonam modo Origenes e vinculis elapſus ſit; an quod adveniente pace, ſicut alii plures, ſolutus vinculis fuerit; an vero quod (ut alii volunt) thus obtulerit, haud ſatis compertum habetur. Apud Epiphanium certe negationis ejus turpiſſima illa ac plane nefanda affertur cauſa, his verbis (c): *Multa ſunt fortia facta, quæ per traditionem referunt veteres de hoc viro. Sed non permanſerunt ipſi quæ ad præmium conſequendum pertinent, in finem; propter eminentiſſimam enim ſanctitatem ejus atque doctrinam, ad multam invidiam devenit; & per hæc magis irritabat eos qui illo tempore principalem poteſtatem adminiſtrabant. Per diabo-*

(c) *Epiph. hæreſ.* 64.

PAGIUS VI. *Origenis lapſus.* Baron. n. CXVII. & ſeq.

A num. CXVII. ad CXXXIX. Negat Baronius, Origenem in hac Decii perſecutione lapſum, ejuſque ſententiam Valeſius in Notis Euſebianis, aliique multi ſecuti ſunt. Præferenda tamen ſententia Petavii in Animadverſionibus ad Epiphanium hæreſi LXIV. cap. 2. & ad librum ejuſdem de Ponderibus & Menſuris cap. 18. atque Huetii lib. 1. Origenianorum cap. 4. ſancto Epiphanio id aſſerenti fidem adhibendam cenſentium. Hæc Epiphanii verba: *Ob eximiam ſanctitatem & eruditionem ſummam in invidiam eſt adductus: eaque res Magiſtratus ac Præfectos majorem in modum acuit. Tum illud vero Diaboli calliditate improbitatis artifices commenti ſunt, ut ad turpitudinis neceſſitatem hominem adigerent, atque ejuſmodi pœnam ſtatuerent, ut ad illius corpori ſtuprum inferendum, Æthiopem compararent: Ad hæc, Origenes fraudulentum illud Diaboli conſilium non ſuſtinens, vocem illam edidit, qua duobus illis propoſitis ſacrificare maluit. Quanquam non omnino ſponte illud ſua præſtitiſſe vulgo dicitur: ſed ubi ſimul hoc ſe eſſe facturum aſſenſus, thus in manum illius impoſitum, in ſubjectum aræ focum excuſſiſſe Gentiles aſſerunt.*

Hoc

bolicam vero malignitatem excogitaverunt malitiei operatores, quo modo turpitudinem viro impingerent, & plagam talem decernerent; itaut in abuſum corporis ipſius Æthiopem ipſi ſubornarent, aut ſacrificare juberent. Ipſe vero non ferens diabolicæ operationis verſutiam, proclamavit, utriſque rebus ſibi propoſitis, ſacrificare ſe potius velle; non tamen ſpontanea mente hoc potius perfecit, velut magna de hoc fama refert. Sed quandoquidem omnino confeſſus eſt ſe facturum hoc eſſe, injecto in manum ejus thure, ipſum ad aræ rogum adduxerunt; atque ſic a confeſſoribus ac martyribus tunc re cognita rejectus eſt. Verum in Alexandria hoc paſſus, & non potens ferre exprobrantium ſannas, diſceſſit; & Palæſtinam, hoc eſt, Judææ terram, inhabitare elegit. Cum itaque perveniſſet Hieroſolymam, velut talis enarrator, & eruditus vir, compellebatur a ſacerdotibus in Eccleſia docere. Et cum multum coegiſſent ipſum hi qui Hieroſolymis ſacerdotium ſanctæ Eccleſiæ adminiſtrabant; ſurrexit, & dictum Pſalmi quadrageſiminoni prolocutus, totam diſtinctionem præteriit; ſic enim dicit Pſalmus (a): Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Et complicatum librum depoſuit, & cum fletu ac lacrymis conſedit, omnibus ſimul cum ipſo plorantibus: Hæc apud Epiphanium de lapſu ejus.

(a) Pſal. 49.

CXVIII. Luctus Origenis. Ceterum in libro illo qui Lamentationes, ſeu Pœnitentia Origenis inſcribitur, quem tamen Gelaſius (b) adnumerat inter apocrypha, alia adumbratur potius quam deſcribitur cauſa lapſus illius, cum dicitur: *Tu noſti, Domine, quia invitus cecidi; volens alios illuminare, me ipſum obſcuravi; nitens alios de morte ad vitam reducere, me ipſum ad mortem perduxi; volens alios repræſentare Deo, me ipſum a Deo ſeparavi; volens enim pro pietate inveniri, contra pietatem inventus ſum; procedens enim contra iniquorum congregationes, & arguens, ibi peſſimum diaboli errorem inveni: neſciens certantium varias inſidias, ad Dei eos cognitionem provocabam. Igitur poſt multas ſcrutationes promiſerunt mihi aſtutias infelici. Poſtquam vero profectus ſum ab eis, diabolus eadem nocte transformatus in angelum lucis aſſerebat mihi: Diluculo exurgens perge, & perſuade eis, & adduc eos Deo, ſi tibi verbum propoſituri ſunt: quod ſi aſſenſerint, ſine ulla intermiſſione facito, nihil dubitans propter multorum ſalutem. Et rurſus diabolus antecedens acuit contra me miſerum conſilia maligna, vel hypocryſes, & dolos ſpargit in eis. Ego vero infelix valde diluculo de ſtratu exiliens, nec orationem quidem conſuetam implere potui; ſed deſiderans omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, me ipſum laqueis diaboli implicavi.*

(b) Gelaſ. in Concil. Rom. & in decret. de lib. apocryph.

CXIX. *Abii igitur ad iniquos, & petens ab eis petitiones heſternas, neſciens & ad baptiſma perveni. O cor obcæcatum, quomodo non recordaberis? O ſtulta mens, quomodo non recogitaſti? O indiſtincta diſcretio, quomodo non intelligebas? O ſenſus intelligentiæ, ubi dormiebas? ſed ad ſomnum te diabolus provocavit, & infelicem animam mortificavit; ligavit fortes meos (c), & abſtulit ſcientiam meam; ligavit fortes meos, & vulneravit me. Voce reſpondi, & maculatus ſum; ſine malo ſic collocutus, & maligna perpeſſus ſum. Conſilium circa me erexit diabolus, & iniquam vocem contra me dimiſit. Origenes (inquit) ſanctificavit. O diabole, quid feciſti mihi? O diabole, quo modo vulneraſti me? Flebam aliquando ſuper Sampſonem; ſed pejora perpeſſus ſum. Flebam ſuper Salomonem; & deterius cecidi. Flebam ſuper omnes qui peccaverunt; & in omnibus eis apparui. Sampſoni coma capitis deeſt; meo vero de capite corona gloriæ cecidit. Sampſonis oculi carnales obcæcati ſunt; mei vero perforati, & ſpirituales ſunt. Sed illum mulier ad inſidias perduxit; mea autem lingua ad ruinam peccati me traxit:* Hæc & alia Origenes amariſſime lugens, ſi tamen ejus Lamentationes eſſe dixerimus. Sed quodnam illud crimen fuerit, haud ex verbis ejus ſatis poteſt intelligi; nec quidem ſi ab hæreticis an gentilibus ſeductus ſit, ſatis hæc indicant; quæ & ab recitata nuper ex Epiphanio hiſtoria procul abhorrent.

(c) Judic. 16.

CXX. Origenis lapſus impugnatur. Atqui ſicut libellus iſte a Gelaſio (ut dictum eſt) velut adulterinus reſpuitur; ita etiam, an ea quæ ex Epiphanio recitavimus, vere ne ſint ab Epiphanio ſcripta,

PAGIUS *Hoc modo & a Martyrii gloria, Confeſſorumque Martyrumque, qui illis temporibus erant, judicio excidit, & ab Eccleſia dejectus eſt. Accidit hoc Alexandriæ, ubi cum exprobrantium ludibria ferre non poſſet, illinc abiit, & in Palæſtina ſive Judæa domicilium conſtituit. Forte contigit, ut Hieroſolymam profectus ad verba in Eccleſia facienda ſollicitaretur: cumque ab iis, qui tunc Sacerdotalem in Eccleſia dignitatem obtinebant, vi propemodum ad id agendum impelleretur, ille in pedes conſurgens reliquis verſibus prætermiſſis; poſtquam hunc unum e Pſalmo XLIX. locum attuliſſet:* Peccatori autem dixit Deus, Quare, tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? *complicatum librum reddidit, flenſque & lachrymans reſedit, flentibus cum eo, qui aderant, univerſis.* Quæ verba licet ab aliquo Originiani nominis hoſte in Epiphanii textum intruſa dicat Baronius, tamen vel ipſa ſtyli ſimilitudo, ut inquit Petavius, ſatis Epiphanio adjudicat. Facti illius etiam meminerunt Nemeſius cap.20. Leontius Byzantius, & Juſtinianus Imperator adverſus Origenis errores, qui a Synodo Quinta probatus eſt. Et profecto incre-

pta, vehementer dubito, quippe quod compertum habeam, Epiphanium alibi, dum agit de Origene, ab his plane diverſa affirmare videri, dum hæc ſcribit in libro de Menſuris atque Ponderibus: *Floruit Origenes a temporibus Decii uſque ad Gallum & Voluſianum.* Cum enim hi ſucceſſores Decii fuerint, quod dicit, floruit, haud debet intelligi (quod dici ſolet) vixit, ſed ſplendorem gloriæ ejus ex ſcientiis comparatum horum Imperatorum temporibus, eoque ſenſu uſus ea voce videtur Epiphanius; nam ſi tum lapſus eſſet, haud, *floruit*, ille dixiſſet. Sed confirmant hæc quæ ſequuntur ejuſdem Epiphanii verba, dicentis: *Cæterum in perſecutione a Decio facta & ipſe Origenes multa paſſus, ad finem martyrii non pervenit. Verum delatus eſt in Cæſaream Stratonis*, &c. Id namque & Euſebius tradit, nimirum eum multa paſſum, ſed ad martyrium tamen minime perveniſſe. Cæterum ad Epiphanium ea ab aliquo fuiſſe addita, non levem conjecturam ex S. Auguſtino ſumimus, qui de duplicibus Origenianis hæreticis verba faciens, ea omnia ſe ab Epiphanio mutuatum eſſe teſtatur, cumque eorum impia recenſeat dogmata, nihil prorſus de Origenis negatione habet; quam vel obiter attigiſſe, ſi eam apud Epiphanium reperiſſet, facile adducimur ut credamus.

CXXI. Commenticia ſcripta de lapſu Origenis.

Rurſum vero, ut commentum exiſtimemus ejuſmodi Origenis lapſum, ea quoque potiſſimum ratione ſuademur, quod qui pro eo ſcripſerunt Apologias, Pamphilius, ſeu potius Euſebius ejus nomine, atque Ruffinus, cum omnes æque intenti ſint illum ab hæreſi immunem reddere; de impietate vero, ſeu apoſtaſia nullus excuſat, quod ſcilicet nullum ab aliquo ea de re negotium exhibitum eſſet; quod ſi vel leviſſima qualibet conjectura adverſarii ejus, quos multos ſemper habuit, objectare potuiſſent, haud certe conticuiſent, ſed objeciſſent iſti, & illi diluiſſent. Videntur ſane hæc de lapſu Origenis ignoraſſe priſtina ſæcula, cum rem tantam, tantique viri non inter Chriſtianos ſolum, ſed ob inſignem eruditionem, quam & Gentiles philoſophi admirabantur, inter Ethnicos quoque notiſſimi, qui eidem adverſabantur, ſilentio præterierint. Nam Dionyſius, qui hoc ipſo vivebat tempore, & res Alexandrinas ſcriptis eſt proſecutus, & alii ejus gloriæ æmuli, quorum, teſte Euſebio, non exiguus numerus erat; ſed & ipſi veritatis amatores, & Origenis oppugnatores S. Hieronymus, Theophilus Alexandrinus, & alii eorumdem temporum Catholici tractatores, nequicquam ejuſmodi, quæ ad ſugillanda ejus quoque dogmata admodum opportuna viſa fuiſſent, vel nutu ſaltem locuti ſunt. Sed quod nec qui poſterioribus temporibus vixerunt, cum de Origenis ſcriptis controverſiæ fuerunt iterum ore omnium diffamatæ; & Juſtiniano Imperatore agente, omnes quotquot paterent, vel laterent in Origenis libris errores, in odium Origeniſtarum in Palæſtina iterum emergentium denuo refoſſi, Synodicis decretis & Imperatoriis litteris in Eccleſia oculis omnium fuerunt expoſiti: de ejuſmodi ſcelere, quod Epiphanii nomine, teſtimonio tanti viri, videretur innotuiſſe, moverint quæſtionem, vel propoſuerint aſſertionem. Certe quidem in ignominiam illum ſectantium, ac mordicus defendentium, tam inſignis infamiæ titulus erat præ cunctis foribus affigendus.

CXXII. Porphyrius laudator Origenis.

Et quo magis magiſque impellor, ut credam totum id, quod dictum eſt de ejuſmodi Origenis lapſu, patens eſſe commentum & affectatam calumniam, illud eſt, quod Porphyrius, Chriſtianorum hoſtis infenſiſſimus, & (ut ex Euſebio vidimus) Eccleſiæ gloriæ invidus, cum celeberrimum illum Ammonium Chriſtianum philoſophum a fide Chriſti ad Ethnicos deſciviſſe non erubuerit mendaciſſime litteris prodere; quid non de Origene, obſecro, dixiſſet, quem Plotino ſuo præfert, & mirifice laudat; ſi ea de Chriſto ab eo negato vere dicere ac firmiter aſſerere ei licuiſſet? Vivebat eodem plane tempore, nec fama ſolum, ſed vultu hominem probe noverat, quocum & ſe diu verſatum eſſe teſtatur (*a*) in ea quam poſt hæc tempora ſcripſit Plotini Vita, in qua virum egregiis laudum titulis cumulate ſatis ornat: nec auſus eſt Origeni notam inurere, ſicut Ammonio (*b*); quod Origenis memoria recentior eſſet, & ejus confeſſio omnibus adeo innotuiſſet, ut ne exiguus quidem locus videretur patere men-

(*a*) *Porphyr. in Vita Plotin. & Euſeb. lib. 6. cap. 19.*
(*b*) *Cedren. in Comp.*

PAGIUS

credibile videtur, hunc Imperatorem in encyclica epiſtola ad univerſos Epiſcopos deſtinata, quæ in Concilii Quinti Acta refertur, vel qui nomine ejus eandem ſcripſit, mendacium re nulla poſtulante confictum, Patribus in os objeciſſe viris non illiteratis, & rei inauditæ novitatem proculdubio miraturis, ejuſque falſitatem facile perſpecturis.

VII. *Rationes in contrarium ſolutæ.*

Sed, inquit Baronius, ſi res ita ſe haberet, uti expreſſa habetur apud Epiphanium, meminiſſent utique ejus, vel objiciendo Origenis adverſarii Theophilus & Hieronymus; vel refutando fautores ejus Euſebius, Pamphylius, & Rufinus; vel vetuſti Patres Auguſtinus, Vincentius Lirinenſis, aliique, qui de eo fuſe & explicate egerunt, & in controverſiis Juſtiniani ævo adverſus Origenem tanto ſtudio agitatis, aliqua tandem facinoris ejus fuiſſet injecta mentio; nec id quoque prætermiſiſſet Porphyrius, cum Ammonium a Chriſto ad Ethnicorum partes transfugiſſe commentus eſt: res hæc ab illis eſt ſilentio prætermiſſa; igitur ne vera quidem. Verum, ut Petavius & Huetius recte obſervarunt, Origeniani nominis oppugnatores ad ventilanda Ori-

ri-

mendacio, vel levis componendæ calumniæ occaſio eſſe ſibi relicta. Hæc ſunt quæ a ſententia de Origenis lapſu nos admodum diſtrahunt atque dimovent; cum alioqui in dogmatibus homini minime faveamus. Procul namque ab illis ſcriptoribus abhorremus, qui cum in quempiam hæreticum jure improbatum atque damnatum invehuntur, cætera quæcumque poſſunt in eumdem, nullo habito veritatis diligentiori examine facinora congerunt & amplificant; aguntque cum miſerrimo illo, perinde ac cum eo qui damnatus ac interdictus aqua & igni, omnium contumeliis ac cædibus paſſim videatur, expoſitus; acciditque interdum, ut zelus nimius pro veritate ſuſceptus, ſuo impetu tranſgredi faciat veritatem.

CXXIII. Majoribus incognitus Origenis lapſus.

Licet autem Euſebius (quod ſæpe diximus atque refellimus) Origenis laudes, qualibet captata occaſione, parum ſincere interdum fuerit proſecutus; tamen in iis, quæ de Origenis confeſſione ſcribit, haud exiſtimamus fuiſſe mentitum, cum antiquorum neminem habuerit repugnantem. Tanti enim viri lapſus, qui ſemel diffamatus præſtantia delinquentis omnibus innotuiſſet, haud ejus generis videbatur, qui potuiſſet celari, & quovis ſuperinducto colore ab Euſebio contegi, vel fuco oblini; quippe qui non in Orbis angulo, ſed Alexandriæ, in quam (ut alias diximus) velut in orbis theatrum ex quatuor Orbis partibus diverſis ex cauſis homines convenirent, admiſſus fuiſſet. Et quonam pacto, quæſo, unus Euſebius in totum Orbem hæc inclamantem valuiſſet obniti? Vel etſi id quoque adeo temere aggreſſus eſſet, quomodo (ut de cæteris in Origenem illatis criminibus facit) nihil penitus ad eum excuſandum, & calumniam refellendam in medium adduxiſſet, & adeo perfricta fronte confeſſorem laudaſſet, quem, toto Orbe teſte, negaſſe in confeſſo omnibus eſſet? Cæterum ſcimus, quæ Epiphanii nomine ſcripta inventa eſſent, a nonnullis ut vere Epiphanii credita citari; ut inter alios a Leontio (a) Scholaſtico, qui poſt ſexcenteſimum Chriſti annum vixit; iiſdemque Zonaras (b), Suidas (c), Nicephorus (d) annuerunt, & ſi qui alii recentiores, ſive Græci, ſive Latini auctores; non tamen S. Hieronymus, & alii ejus ſæculi viri eruditi & Orthodoxi, qui eum impugnabant; non S. Auguſtinus; non denique qui eodem claruit tempore Vincentius Lirinenſis, vel alii qui de eo pluribus egerunt, qui nec tale quippiam de Origene vel ſaltem ſe ſuſpicatos eſſe demonſtrant. Hæc de his ſatis; de Origenis vero obitu, qui paulo poſt contigit, ſuo loco dicemus.

(a) *Leontius de Sect. act. 10.*
(b) *Zonaras Annal. lib. 2.*
(c) *Suid. in verb. Origenes.*
(d) *Niceph. lib. 5. cap. 24.*

CXXIV. Perſecutio in Palæſtina.

At inſtitutam ſemel de perſecutione Decii orationem ordine proſequentes, narratis iis quæ geſta ſunt in Ægypto; quid in Palæſtina, ac præſertim adverſus Alexandrum illum fama celebrem Hieroſolymorum Epiſcopum factum eſſe tradat Euſebius (e) deſcribamus: *Alexander*, inquit, *Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, in Palæſtina rurſum, ubi Cæſareæ propter Chriſtum Præſidis tribunali ſtetiſſet, & magnam fuiſſet ex ſecunda ſuæ fidei confeſſione commendationem adeptus; jam extrema ſenectute & veneranda plane canicie eximius, carceris cruciatu denuo afflictatus eſt; quo quidem, poſt præclarum, & illuſtre teſtimonium fidei Chriſtianæ Præſidis tribunali datum, morte in carcere conſopito, Mazabenes ſucceſſor ejus in Epiſcopatu Hieroſolymitano declaratur:* Hæc Euſebius; qui etiam alibi (f) de eodem Alexandro in carcere defuncto citat epiſtolam Dionyſii Alexandrini.

(e) *Euſeb. lib. 6. cap. 32.*
(f) *Euſeb. lib. 6. cap. ultimo.*

CXXV. Martyres Palæſtinæ.

Ejuſdem quoque Euſebii (g) teſtimonio habetur expreſſum (quod & ſuperius diximus) inter cetera clariſſima monumenta ab eodem Alexandro collectam ac diligenter extructam fuiſſe Hieroſolymis nobilem bibliothecam, quæ nequaquam Diocletiani incendio conflagraſſe videtur: nam idem Euſebius integram ad ſua tempora perſeveraſſe, & complura ſe inde collegiſſe teſtatur. Cæſareæ quoque in Paleſtina nobile martyrium ſubiit Reparata virgo (h); quæ poſt alia tormenta, in crate ferrea ſemiuſtulata eſt, & ſic (horrendum viſu) deformata per civitatem ducta, præclamante præcone, Sic tractari fæminas Chriſtianas. Quæ cum, quacumque duceretur, ad fidem hortata eſſet Chriſtianos; aliis ſuperatis tormentis, capite truncata eſt; hæc ex Actis ipſius. Quo etiam tempore Emeſæ in Phœnicia paſſi habentur Galation & Epiſtemes inſignes

(g) *Euſeb. lib. 6. cap. 14.*
(h) *In Rom. Martyrolog. die 8. Octobr.*

PAGIUS rigenis dogmata attenti, admiſſum humanitus flagitium neglexere; vel emendatum pœnitentiæ crimen objicere, illiberale & iniquum eſſe duxerunt. Præterea id reticuerunt, quod licet ſacrificaturum ſe Origenes recepiſſet, non ipſe tamen, ſed qui eum circumſtabant, facinoris auctores & impulſores, manibus ejus apprehenſis & excuſſis, ipſi viderentur foco thus intuliſſe: quod licet capitalis ſit vel tenui admiſſæ idololatriæ ſubſpicio, & graviter peccaſſe Origenem fatendum ſit, minime tamen hoc nomine poſſet accuſari, quin ejus ingens pudicitiæ ſtudium una prædicaretur. Quod ergo nullus vitio dederat, quamobrem quiſquam excuſaret, ratio nulla fuit. Inde par apud multos ea de re ſilentium. Euſebium autem quod ſcribendo prætermitteret, eo fuiſſe impulſum, quod in Apologia pro Origene hoc & ejuſmodi plurima fuiſſet complexus, quæ ad Hiſtoriæ ſuæ propoſitum non omnino accommoda, quippe quæ res ad univerſam Eccleſiam ſpectantes exequeretur, repetere inſuper habuit.

VIII. Rem geſtam Decio Eccleſiam perſequente ſcribit Epiphanius, quo tempore eum floruiſſe ſub-

u n-

ſignes martyres (*a*) quorum omnium certus natalis dies Eccleſiaſticis tabulis conſignatur hoc elogio: *Hi in perſecutione Decii flagris cæſi, manibus pedibuſque & lingua mutilati, denique truncato capite, martyrium conſummarunt.*

(*a*) *Martyrolog. Rom. die 5. Novemb.*

CXXVI. De Babylæ martyrio.

Eodem quoque tempore (inquit Euſebius *b*) *Antiocheno Epiſcopo Babyla ad exemplum Alexandri poſt fidei confeſſionem, in vinculis vitam deferente, Fabius ibi Eccleſiæ præficitur:* Hæc ipſe, qui & in Chronico hoc eodem anno ejus martyrium ponit. Epiphanius (*c*) etiam ac Hieronymus (*d*), eum ſub Decio paſſum, æque conſentiunt. Quocirca tot antiquis teſtibus de eadem re fidem facientibus, hallucinari recentiores non dubitamus, qui ſub Numeriano eum martyrio coronatum affirmant, temporum ratione palam contradicente; cum non Babylas, ſed alius eo tempore Antiochiæ ſediſſe reperiatur Epiſcopus, quam quidem opinionem ut alii utcumque defenderent, recentem quempiam Babylam antiquioribus penitus ignotum excogitarunt; ſed de his pluribus in Notationibus (*e*) egimus, ut non ſit opus eamdem hic controverſiam refricare. Fortaſſe inde error irrepſit, quod tempore Decii erat Numerius exercitus dux, qui Chriſtianos ſæviſſime perſequebatur, de quo in Actis Iſidori militis ac martyris mentio habetur (*f*).

(*b*) *Euſeb. lib. 6. cap. 32.*
(*c*) *Epiph. lib. de menſur.*
(*d*) *Hieron. de Script. Eccleſ. in Alexand.*
(*e*) *Martyrol. Rom. die 24. Januarii b.*
(*f*) *Extat apud Sur. die 5. Febr. tom. 1.*

CXXVII. Tres pueri cum Babyla paſſi.

At de Babyla ac ſociis hæc in tabulis Eccleſiaſticis, natali die ipſorum: *Antiochiæ S. Babylæ Epiſcopi, qui in perſecutione Decii, poſtquam frequenter paſſionibus ſuis & cruciatibus glorificaverat Deum, glorioſæ vitæ finem ſortitus eſt in vinculis ferreis, cum quibus & ſuum corpus ſepeliri mandavit. Referuntur etiam paſſi cum eo Urbanus, Prilidianus, & Epolonius, quos ille in fide Chriſti inſtituerat:* Hæc ibi. Eadem quoque die agi ſolitam cum Babyla Trium puerorum celebritatem, Joannes Chryſoſtomus, (*g*) quoque teſtatur. Verum quod ad Babylæ martyrium ſpectat, diſcrepare ab Euſebio videtur Chryſoſtomus, qui eum non in carcere mortuum tradit, ſed foras ductum ad cædem. Qui quidem unum proferens Babylam, ut omnes Gentilium errores impugnet, de martyrio ejus, & cauſa quæ ante præceſſerat, hiſtoriam texit, quam ſummatim collectam hic ſubnectimus.

(*g*) *Jo. Chryſ. orat. in Juvent. & Max.*

CXXVIII. Acta Babylæ Martyrii.

Tradit enim, Imperatorem Antiochiæ agentem, Regis cujuſdam filium obſidem contra jus gentium crudeliter occidiſſe, indeque in Eccleſiam Chriſtianorum ut templo Dei inferret injuriam, contumelioſe veniſſe; ac reſiſtentem ſibi intrepide Babylam nactum, cum cæteris vinctum, in carcerem trudi, ac denique ad ſupplicium duci juſſiſſe; ipſum vero mandaſſe una ſimul ſe cum catenis, quibus vinctus eſſet, ſepulturæ dari. Ac demum de eo hæc ſubdit: *Extant etiam cum Babylæ cineribus compedes, Eccleſiarum Præfectos omnes commonefacientes, ut vinciri, ut jugulari, ut quidvis pati oporteat: certe omnia prompto atque alacri animo ac magna item cum voluptate ſuſtinenda, ut concreditæ nobis libertatis ne leviſſimam quidem partem prodamus, aut contaminemus:* cum enim ductum fuiſſe & jugulatum, ſignificare videtur, non autem in carcere obiiſſe. Regemque illum quem objurgavit, etſi non nominet, fuiſſe Decium, qui in Syriam profectus eſt adverſus Perſas bello decertaturus, poteſt intelligi; quod contigiſſe putamus circa finem præſentis anni, quo Decius illuc pervenit. Quæ vero tempore Juliani Apoſtatæ in oſſa S. Babylæ ad Daphnen ſepulta debacchantis acciderint immenſa prodigia, ſuo loco dicturi ſumus. At ad res geſtas in Ponto ſermonem convertamus.

CXXIX. Perſecutio in Ponto.

Hac itidem urgente perſecutione, non ſine divino conſilio Magnus ille Gregorius Thaumaturgus (perinde ac Cypriano contigit) furorem declinans Gentilium debacchantium, receſſit in ſolitudinem; qui & ſuis, ut idem facerent, perſuaſit. Id quidem Gregorius Nyſſenus (*h*), ubi perſecutionis acerbitatem deſcripſit, ſic ait: *Cum ergo tunc imbecillitatem naturæ vidiſſet vir ille Magnus, utpote quod multi non poſſent pro pietate uſque ad mortem decertare, conſuluit Eccleſiæ, ut parumper cederet terribili irruptioni; dicens, eſſe melius fugiendo ſuas conſervare animas, quam, ſi ſtaret in acie certaminum, eſſe ordinum fidei deſertores. Et ut maxime perſuaſum eſſet hominibus, nullum animæ afferre periculum, ſi fuga fidem ſervarent; ſuo exemplo eis conſuluit, ut ſecede-*

(*h*) *Gregor. Nyſſen. in Vita Gregorii Thaum.*

Gregorii fuga.

PAGIUS

Origenes Decio imperante lapſus.

jungit; quod ſe ſatis mirari non poſſe dicit Petavius in Animadverſionibus Epiphanianis pag. 257. quod a Severi temporibus deinceps ſumma in omnium admiratione fuerit Origenes, ideoque Decii tempore, quo ſexageſimum ſextum ætatis annum attigerat, celebris fuiſſe dici non poſſe videatur. Præterea Epiphanius in libro de Ponderibus & Menſuris ait: *In perſecutione Decii martyrium ſubiit Babylas, Antiochiæ; Fabianus, Romæ; Alexander Epiſcopus Hieroſolymorum, Cæſareæ. Quin & Origenes ipſe, quamvis multa ſit paſſus, martyrii exitum minime eſt adeptus. Qui Cæſaream Stratonis primum, inde Hieroſolyma ſeſe conferens, paululum iſtic moratus, Tyrum poſtea conceſſit*, &c. Quæ profectiones, cum diu ante Decium ab Origene ſuſceptæ fuerint, *videtur*, inquit Petavius, *Pro Severo imprudenti obrepſiſſe Decius*. At vanæ hæ conjecturæ, textuſque Epiphanii minime ſollicitandus. Hic enim non alio modo loquitur, ac illius ſeculi Scriptores. Hieronymus in Chronico anno decimo tertio Valentiniani ſenioris de Baſilio Magno ſcribit: *Baſilius Cæſarienſis Epiſcopus Cappadociæ clarus habetur*; & tamen Baſilius, qui

cederent; ipſe ante alios cedens vehementi periculo. Hæc quidem Gregorium, divino quodam inſtinctu doctum & alieno periculo, magna ſuorum utilitate feciſſe, certiſſimum eſt. Nam (ut vidimus) immenſus erat ubique lapſorum numerus, quos furor perſecutionis turpiter dejecerat, eorum ſcilicet quos non timor cautos fecerat, ſed præſumptio reddiderat fruſtra ſecuros. Hæc vero Gregorius ſuæ prudenter ſuadens Eccleſiæ, nullius lapſum ingemuit.

CXXX. Gregorius fruſtra quæritur. At hæc Dei conſilio ab eo facta eſſe, quæ ſubdit Nyſſenus facile monſtrant, dum ait: *Simul autem his quoque, penes quos erat poteſtas, hoc maximo erat ſtudio, ut illo tamquam duce exercitus expugnato, omnem fidei aciem frangerent & diſſolverent. Et ideo inimici magnopere ſtudebant, ut ille in eorum veniret poteſtatem. Ipſe autem cum deſertum quemdam collem occupaſſet, ſecum habens eum qui ex Æditu addactus fuerat ad fidem ab initio, jam modo diaconatus gratiæ inſervientem: cum qui perſequebantur, magna multitudine ſequerentur eorum veſtigia; a quopiam eis oſtenſo loco in quo abſcondebantur, alii quidem vallem colli ſubjectam circumſeptam cuſtodiebant, ut ei nulla ex parte liceret effugere, ſi ad hoc eſſet converſus, alii autem cum in montem acceſſiſſent, & per omnem partem ſcrutantes jam Magno illi viro conſpecti fuerant, recta ad ipſum currentes. Ille autem cum juſſiſſet ei qui erat cum ipſo, ut ſtaret certa & ſolida in Deum fiducia, & ei ſuam crederet ſalutem, manus tendens ad orationem, & nec, etiam ſi prope fuerint inimici, metu excutiatur fides. Præcepti autem exemplum ſe præbuit diacono, fixo & ſtabili oculo cœlum intuens, extenſis manibus recta figura. Et hi quidem in his erant.*

CXXXI. Gregorius factus inviſibilis hoſtibus. *Illi autem cum ad eos accurriſſent, & omnem locum diligenter inſpexiſſent, omnemque in rupe ſtationem, & omnem rupis acceſſum, & omnem a lacuna affectam concavitatem diligentiſſime ſcrutati eſſent; rurſum in vallem redeunt, quaſi metu eorum, qui ſcrutabantur, ipſe in fugam converſus incidiſſet in manus eorum qui circumſidebant. Poſtquam vero nec ab iis eſt inventus, nec erat apud illos qui locum aſpexerant, in quo Magnus ille degebat; ſignis deſcripſit eum: in quo affirmabant quæſitores, ſe neminem vidiſſe, niſi ſolas duas arbores a ſe invicem parum diſtantes. Cum autem receſſiſſent qui quærebant, relictus index cum illum Magnum offendiſſet in oratione, & eum qui cum ipſo erat, & divinum cognoviſſet præſidium, per quod illi eis viſi ſunt arbores; accidit ad pedes ejus, & verbo credit; & qui paulo ante fuerat perſecutor, fit unus ex fugientibus.*

Iis ergo longo tempore manentibus in ſolitudine (bellum enim invaleſcebat adverſus fidem) & graviter furente Præſide in eos qui ad verbum pietatis accedebant, & omnibus in fugam converſis; quoniam nulla ſpes erat relicta, fore ut Magnus Gregorius veniret in manus perſecutorum; tunc omni ſua rabie & acerbitate converſa in reliquos, ubique per gentem ſcrutabantur omnes ſimiliter viros, mulieres, & pueros, quibus Chriſti nomen erat venerabile; eoſque trahebant in civitatem, & replebant carceres, pro aliquo ſcelere intentantes in eos crimen pietatis; adeout nulli ex rebus publicis tunc vacarent judicia, niſi huic tantum; quod iis qui tunc Imperium obtinebant, erat curæ, ut omnes contumelias, & omnia tormenta quæ excogitari poterant, in eos inferrent, qui fidem retinebant. Quo quidem tempore fuit omnibus longe evidentiſſimum, Magnum illum virum nihil conſuluiſſe ſine Dei numine. Nam cum ſe per fugam populo conſervaſſet, erat commune auxilium omnibus qui pro fide certabant. Sicut enim de Moyſe (a) audivimus, quod ab Amalecitarum acie procul remotus, per orationem iis qui erant ſui generis dabat vires adverſus inimicos; eodem modo ille quoque animæ oculo intuens ea quæ videbantur, divinum invocabat auxilium iis qui decertabant pro fidei confeſſione. CXXXII. Perſecutio gravis. (a) Exod. 17.

Cumque aliquando una cum iis qui cum eo erant, pro more, Deum oraret; repente angore & animi perturbatione plenus, aperte præ ſe tulit iis qui aderant, a ſe ſpectaculum videri alienum, ſeque id ægre ferre, aureſque obſtruere, tamquam ſono aliquo ad eum perveniente. Et non exiguo interjecto intervallo, cum toto tempore, quod interceſſit, inflexibilis manſiſſet CXXXIII. Greg. abſens præſto eſt certantibus.

PAGIUS qui triennio poſt obiit, jam diu celeberrimus fuerat. Non mirum itaque, ſi Epiphanius in libro de Ponderibus, de Origene ſcripſerit: *Decii tempore illuſtris habitus eſt Origenes.* Ibi enim occaſione lapſus ejus de eo loquitur, indeque quæcumque de eo dicenda habebat, refert. Qui res præpoſtere narrandi modus ab Antiquis non ſemel uſurpatus. Petavii tamen conjecturam amplexus eſt Doctiſſimus Huetius lib. I. Origenianorum cap. 2. num. XIV. quod exiſtimet, Origenem, poſtquam Alexandria eliminatus fuit, Cæſaream Stratonis conceſſiſſe, ibi ſedem fixiſſe anno Chriſti CCXXXI. vel inſequenti; & poſtea Alexandriam regreſſum non eſſe. Verum, licet nullus ex Antiquis de illa Origenis profectione, ejuſque Alexandriam reditu mentionem fecerit; cum tamen ex urbe Cæſarea Stratonis Alexandriam trajectus brevis ſit, & Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus Origeni faveret, ad eumque, dum in tormentis eſſet, librum *de Martyrio* ſcripſerit, ipſo Viro Clariſſimo fatente, illud Antiquorum ſilentium hac in re in minimis ponendum. Quotidie enim experimur quam infirmum argumentum ſit a ſola

ſet & immobilis : tamquam propoſitum ſpectaculum bonum eſſet exitum aſſecutum, ad ſuam rediit conſuetudinem, & clara voce Deum laudavit, hymnum victoriæ & gratiis agendis appoſitum pronuncians, quem ſæpe audivimus David dicentem in Pſal-
(a) Pſal. 125. *modia (a): Benedictus Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.*

CXXXIV. *Iis autem admirantibus, & ut ex eo ſcirent rogantibus, quodnam fuerit hoc ſpectaculum, quod ejus oculis ſubiectum eſt; fertur dixiſſe, ſe illo tempore magnum vidiſſe caſum, proſtrato diabolo a quodam adoleſcente in certamine pro pietate. Iis autem quod dicebatur adhuc ignorantibus, narrat eis apertius, quod illa hora quidam nobilis adoleſcens, majori fretus auxilio, magnis ſudoribus pro ſide decertavit, a lictoribus productus ad Præſidem; nomen quoque adjecit, eum nominans Troadium: & quod poſt multa, quæ fortiter*
Certamen Troadii. *tulit, tormenta, fuit martyrii corona redimitus. Hæcque ita facta eſſe, ut ipſe dixerat, ab ejus diacono exploratum atque inventum eſt: qui & Crucis ſigno munitus, & Gregorii precibus adjutus, dæmonum præſtigias, atque feroces eorum inſultus in balneo ſuperavit.* Cum autem Gregorius Nyſſenus comitem hunc fugæ Gregorii diaconum illum fuiſſe dicat; quem ex Æditua ad Chriſti fidem converterat, atque in illud Eccleſiaſticum munus præ morum integritate & fide ſincera cooptaverat; opportunum videtur, conſcriptam ab eodem auctore de admiranda ejus ad Chriſtum converſione hiſtoriam hic reddere, quod ſit omni acceptione atque fide digniſſima, & magnopere Chriſti gloriam atque potentiam, idolorum vero patefaciat vanitatem. Sic igitur ait.

CXXXV. *Cum e remota illa ſolitudine viam urbem verſus conficeret, nos autem deprehendiſſet, & cum vehementior pluvia retardaret, ſubit quoddam templum cum ſuis comitibus. Erat autem illud templum inſigne; in quo qui colebantur dæmones, ad Æditos aperte ventitabant, ut qui illic divinarent, & reſponſa redderent. Cum autem ſubiiſſet templum cum ſuis comitibus, dæmones quidem confeſtim exterruit Chriſti nominis invocatione: figura autem Crucis aere expiato, qui erat inquinatus nidoribus, illic manſit pro more totam noctem in orationibus & hymnis decantandis vigi-*

Dæmon redditus mutus præſentia Gregorii.

lans; adeout eſſet in domum orationis transformatum templum, quod propter cruorem victimarum & ſimulacra erat abominandum. Cum hoc modo totam noctem peregiſſet, mane rurſus cœpit ultra progredi. Cum vero Ædituus mane conſuetum dæmonibus cultum exhibuiſſet; apparentes ei dæmones dicunt clamantes, non licere eis templum ingredi propter eum qui illic manſerat. Is autem quibuſdam piaculis utens, & quædam ſacrificia adhibens, per ea conabatur dæmones rurſum in templo collocare. Poſtquam vero, eo nihil non experiente, erat ei labor irritus, cum dæmones non amplius pro more exaudirent ejus vocationem: tunc ira percitus Ædituus, Magnum illum virum offendit, omnes in eum minas aperte intentans, ſe & eum ad magiſtratus delaturum, & manus illi allaturum, & audax ejus cœptum Imperatoribus ſignificaturum eſſe; quod cum eſſet Chriſtianus, & diis inimicus, auſus ſit templum ingredi; cujus ingreſſum eſſe adverſatam, quæ in ſacris operatur, poteſtatem; nec amplius in eis locis habitare, ut ſolebat, divinantem dæmonum operationem: Hæc ibi.

Haud ſane abſque divina providentia factum eſſe reperitur, ut, cum celebriora quæ erant in Orbe oracula (ut dictum eſt ſuperius) divina virtute ſint muta reddita, aliquo interdum in loco (ut hic accidit) permiſerit Deus idolum dare reſponſa: nam id non ob aliam cauſam contigiſſe vidimus, niſi ut ex horum ſilentio poſtea Chriſti potenti virtute iiſdem imperato, quinam vocalia illa famoſiſſima idola tacere feciſſet, recentiori innoteſceret experimento; ſimulque Chriſti adverſus dæmones vis atque potentia novis exemplis cunctis Gentilibus palam fieret: perduceretur que quodammodo dæmon ſæpius certaturus in campum, ut de hoſte devicto atque proſtrato Chriſtus ſæpe triumphans, Gentilitatem ſimul duceret ſub Crucis vexillo captivam: quod & feliciter accidit. Sed cœptam de Æditua narrationem ordine proſequamur. CXXXVI. Divina virtus in Idolum.

Cum magnus ille Gregorius temerariam & inſolentem Æditui iram eximia repreſſiſſet prudentia, & oppoſuiſſet omnibus ejus minis verum Dei auxilium; & diceret ſe in ejus qui pro eo pugnaret viribus tantam poſuiſſe fiduciam, ut poteſtatem habeat expellendi dæmones unde velit, & CXXXVII.

Greg. Dæmoni imperat.

PAGIUS a ſola negatione deductum. Imo ex libello *de Martyrio* ad Origenem a Dionyſio Alexandrino ſcripto, ut teſtatur Euſebius lib. 6. cap. 46. Epiphanii fides ſarta tectaque haberi videtur, cum Severi Imperatoris tempore Dionyſius anno CCLXIV. demortuus, adoleſcens eſſe debuit, libriſque componendis immaturus. Quare liber ille, qui periit, a Dionyſio poſt annum CCXLVII. quo Epiſcopus Alexandrinus creatus eſt, ſcriptus, & poſt eum annum Origenes perſecutioni expoſitus. Denique Euſebius in Deciana perſecutione Origenem graviſſimos cruciatus paſſum prodit lib. 6. cap. 9. ſed eum Severo imperante male habitum minime inſinuat, licet tunc illius frequentem mentionem fecerit.

eos collocandi in quibus velit locis; & polliceretur ſe ea, quæ diceret, jam eſſe demonſtraturum; admiratus Æditus, & magnitudine poteſtatis obſtupefactus, rogavit ut in his ipſis ſuam oſtenderet poteſtatem, & rurſum in templum reduceret dæmonia. Cum Magnus autem ille hæc audiſſet, rupit brevem quamdam libelli particulam, & eam dedit Æditituo, in ea impreſſa quadam voce imperante dæmonibus; hæc autem verba continebat ſcriptura: Gregorius ſatanæ, Ingredere. Cum autem accepiſſet Æditus libellum, altari impoſuit. Deinde cum ei ſolitos obtuliſſet nidores & inquinamenta, rurſus videt ea quæ prius viderat, antequam a templo eſſent exterminati dæmones.

CXXXVIII. Æditus credit. *Cum hæc autem facta eſſent, cœpit cogitare divinam quamdam virtutem eſſe in Gregorio, per quam viſus erat eſſe potentior dæmonibus. Cum ergo eum eſſet rurſus magno ſtudio conſecutus, priuſquam veniſſet in civitatem, rogavit ab eo ut diſceret myſterium, & quiſnam eſſet ille Deus qui ſibi ſubjectam haberet dæmonum naturam. Cum autem paucis ei dixiſſet Magnus ille myſterium pietatis; ita affectus fuit Æditus, ut veriſimile eſt eum affici qui rebus divinis initiatur; & opinatus eſt eſſe rem viliorem & abjectiorem, quam ut exiſtimaretur Deus per carnem humanam apparuiſſe. Cum is autem dixiſſet ejus rei fidem non confirmari verbis, ſed eorum quæ fiunt probari miraculis; Æditus ex eo adhuc quæſivit miraculum. Deinde per id quod factum eſt, adductus eſt ut fidei aſſentiretur:* Hæc Gregorius, qui & his addit narrationem immenſi illius miraculi, quo ingens ſaxum precibus loco movit, atque alio, ut libuit, tranſtulit; cujus etiam meminit Gregorius Papa in Dialogis (*a*). Inhærens poſthac ſemper Æditus lateri Gregorii, ab eoque diaconus ordinatus, quanta vis eſſet in Crucis ſigno, ſæpius didicit experimento; ſed hæc Nyſſenus pluribus. Qui etiam, quod ad perſecutionem in Ponto excitatam pertinet, his quæ dicta ſunt addit, paſſum quoque Comanæ civitatis Epiſcopum Alexandrum cognomento Carbonarium, de cujus admirabili electione actum eſt ſuperius; conſummaſſeque per ignem martyrium, tradit. At hæc de perſecutione in Ponto Neocæſareæ excitata ſatis; quæ autem ab eodem Gregorio fuerint inſtituta reddita Eccleſiæ pace, dicemus inferius.

(*a*) *Gregor. Dialog. l. 1. c. 7.*

CXXXIX. Decius proficiſcitur adverſus Perſas. Hoc item primo ſui Imperii anno Decius comparato exercitu bellum ſuſcepturus adverſus Perſas reliquit Romæ Valerianum, cui ex Senatuſconſulto (ut tradit Trebellius) ſummam contulit poteſtatem; ſic enim illi Cenſuram tribuit, ut addiderit & legum ſcribendarum facultatem; indeque accidit ut in edictis nomina inſcriberentur Decii atque Valeriani; quorum nominibus extat edictum de perſecutione adverſus Chriſtianos in Actis S. Mercurii martyris, licet & Auguſti nomen Valeriano legatur inditum; quod tamen potius additum poſtea, quam tunc inſcriptum, putamus. Urbanam vero præfecturam (ut idem auctor refert) commiſit Cornelio Sæculari, Prætoriam Marco Bæbio. Accidit autem, ut dum trajiceret exercitum in Orientem, appulſa una ex navibus in inſula Chio, Iſidorus Alexandrinus nobilis miles, quod Chriſtianus eſſet, nec diis ſacrificaret, reus conſtitutus impietatis, a Numerio tribuno ſententiam capitis acceperit. Extant ejus (*b*) Acta, & quidem ſincera.

(*b*) *Apud Sur. die 5. Febr to. 1.*

CXL. Cenſura Valeriani & ſumma poteſtas. Cæterum quod ad Valerianum pertinet, hoc eodem anno, vigeſima ſeptima die Octobris ex Senatuſconſulto atque decreto Decii Imperatoris decreta eſt ei ſumma cum poteſtate Cenſura. Quod quidem Senatuſconſultum a Trebellio Pollione in Valeriano deſcriptum, hic recitare, ad Eccleſiaſticæ hiſtoriæ elucidationem, operæpretium exiſtimavimus: *Duobus*, inquit, *Deciis Conſulibus ſexto Kalendas Novembris die, cum ob Imperatorias litteras in æde Caſtorum Senatus haberetur, ireturque per ſententias ſingulorum, cui deberet Cenſura deferri (nam id Decii poſuerant in Senatus ampliſſimi poteſtate) ubi primum prætor edixit, Quid vobis videtur, Patres conſcripti, de Cenſore deligendo? atque eum qui erat princeps, cum Senatus ſententiam rogaſſet abſente Valeriano (nam ille in procinctu ſuo cum Decio tunc agebat) omnes una voce dixerunt, interrupto more dicendæ ſententiæ: Valeriani vita Cenſura eſt. Ille*

PAGIUS IX. *Decius non adverſus Perſas, ſed adverſus Gothos movit.* Ad num. CXXXIX. & ſeqq. Decius hoc anno *VI. Kalendarum Novembrium die* adhuc in vivis erat, ut liquet ex Pollione in Valeriano cap. 1. ubi ait, *duobus Deciis Conſulibus*, Decium Valerianum Cenſorem delegiſſe, additque: *Jam ille in procinctu cum Decio tunc agebat*, id eſt, ad pugnam accinctus. Hoc itaque anno, dieque viceſima ſeptima menſis Octobris, Decius adhuc vivebat, Romæque Senatus congregatus eſt, ubi ex Senatuſconſulto atque decreto Decii Imperatoris collata eſt Valeriano, qui poſtea imperavit, ſumma cum poteſtate Cenſura. Bellum autem ſuſcepturus tunc erat Decius non adverſus Perſas, ut credidit Baronius, ſed adverſus Gothos, qui pleraque Thraciæ loca diripuerant, ut teſtatur Victor de Cæſaribus, confirmatque Zoſimus lib. 1. qui ait, Scythas Tanaim tranſgreſſos, *vicina Thraciæ loca prædis agendis* infeſtaſſe, eoſque Decium aggreſſum eſſe, & a Barbaris undique telis petitum periiſſe, ut mox videbimus. Quod vero Baronius ait ex Cenſura Valeriano conceſſa accidiſſe, ut

Baron. n. CXXXIX & ſeqq.

in

le de omnibus judicet, qui eſt omnibus melior. Ille de Senatu judicet, qui nullum habet crimen. Ille de vita noſtra ſententiam ferat, cui nihil poteſt objici. Valerianus a prima pueritia Cenſor fuit. Valerianus in tota vita ſua fuit Cenſor, prudens Senator, modeſtus Senator, gravis Senator, amicus bonorum, inimicus tyrannorum, hoſtis criminum, hoſtis vitiorum. Hunc Cenſorem omnes accipimus, hunc imitari omnes volumus. Primus genere, nobilis ſanguine, emendatus vita, doctrina clarus, moribus ſingularis, exemplum antiquitatis. Quæ cum eſſent ſæpius dicta addiderunt omnes, atque ita diſceſſum eſt.

CXLI. Summa poteſtas collata Valeriano.

Hoc. Senatuſconſultum ubi Decius accepit, omnes aulicos convocavit, ipſum etiam Valerianum præcepit rogari; atque in conventu ſummorum virorum recitato Senatuſconſulto, Felicem, te, inquit, Valeriane, Senatus ſententia; immo animis atque pectoribus. Totius Orbis humani ſuſcipe Cenſuram, quam tibi detulit Romana Reſpublica; quam ſolus mereris, judicaturus de moribus noſtris. Tu æſtimabis qui manere in curia debeant; Tu equeſtrem ordinem in antiquum ſtatum rediges; Tu cenſibus modum pones; Tu vectigalia firmabis; divides ſtatum; reſpublicas recenſebis; Tibi legum ſcribendarum auctoritas dabitur; Tibi de ordinibus militum judicandum eſt; Tu arma reſpicies; Tu de noſtro Palatio, tu de judicibus, tu de Præfectis eminentiſſimis judicabis. Excepto denique Præfecto Urbi Romæ, exceptis Conſulibus ordinariis, & ſacrorum Rege, & Maxima virgine Veſtalium (ſi tamen incorrupta permanebit) de omnibus ſententias feres. Laborabunt autem etiam illi, ut tibi placeant, de quibus non potes judicare: Hæc Decius.

CXLII. *Sed Valeriano ſententia hujuſmodi fuit: Quæſo, ſanctiſſime Imperator, ne ad hanc me neceſſitatem alliges, ut ego judicem de populo, de militibus, de Senatu, de omni penitus Orbe, judicibus, & tribunis, ac ducibus; hæc ſunt, propter quæ Auguſtum nomen tenetis: apud vos Cenſura deſedit, non poteſt hoc implere privatus. Veniam igitur ejus honoris peto, cui vita impar eſt confidentia; cui tempora ſic repugnant, ut cenſuram hominum natura non quærat:* Hucuſque Pollio ex ejuſmodi Senatuſconſulto laudes texens Valeriani; quo magiſtratum illum coactus accepit, ac ſtrenue exercuit, utinam pie atque juſte: quippe qui Gentiliciam patriam ſuperſtitionem, quam ab ineunte ætate excoluerat, reſtituere ex officio Cenſuræ laborans, in Chriſtianos illius deſertores ſe iniquiſſimum præbuit ac ſeveriſſimum. Quamobrem actum eſt, ut ſuo etiam nomine inſcriberentur leges, & in Chriſtianos promulgarentur edicta; adeout eadem perſecutio utriuſque nomine, nempe Decii & Valeriani, cenſeretur, eoque nomine perſeveraret in poſterum; quod eo ſemel eorum, qui juſtiſſimi atque ſanctiſſimi haberentur, perſecutio nobilitata nominum titulo, quo religioſior ac juſtior haberetur, eo licentius graſſaretur in Eccleſiam Chriſti. Ex his igitur complures tricæ atque ambages ſolvuntur, dum plerique martyres in perſecutione Decii & Valeriani una paſſi leguntur, quos conſtat non ſimul eodem, ſed diverſo tempore imperaſſe; & quod nonnulli, quos perſpicuum eſt paſſos eſſe ſub Decio, iidem ſub Valeriano martyrium pariter exegiſſe tradantur; & quos ſuſtulit Valeriani perſecutio, iidem ſub Decio & Valeriano paſſi legantur. Hæc qui non conſiderat, innumeris ſe ac plane inſolubilibus implicet erroribus neceſſe eſt, feraturque per devia, atque multiplicibus viarum anfractibus diſtineatur.

Valerianus ex officio ſævit in Chriſtianos.

PAGIUS

in Edictis nomina inſcriberentur Decii atque Valeriani, nullum fundamentum in veteri Hiſtoria habet, ubi edictorum Valeriani adverſus Chriſtianos nulla mentio ante quintum Imperii ejus annum. Acta S. Mercurii a Surio die XXV. Novembris ex Simeone Metaphraſte recitata, & a Baronio hanc in rem laudata ſubleſtæ fidei ſunt ac adulterina. In iis enim decretum adverſus Chriſtianos, ut ſupponitur, emiſſum, his verbis inchoatur: *Imperatores, Triumphatores, Victores, Auguſti, Pii, Decius & Valerianus ſimul cum Senatu hæc communi conſilio,* &c. Quæ prorſus fabuloſa, ſicut quod in iiſdem Actis deſcribitur, Decium ingenti in Perſide victoria potitum ſeveriſſime Chriſtianos Perſas exagitaſſe: is enim poſtquam Imperium adeptus eſt, nunquam in Perſide fuit.

X. *Annus commentitius abjicitur.*

Venio nunc ad annum a Baronio in Annales infartum, Conſulatuque tertio ordinario Decii & Grati ſecundo, qui nunquam geſtus fuit, ab eo inſignitum. Niſi enim hic reſecetur, illuſtrationem noſtram parum utilem fore neceſſe eſt.

JESU CHRISTI ANNUS 254.	SEDES VACAT	DECII IMP. ANNUS 2.

I. CHriſti Redemtoris anno ducenteſimo quinquageſimoquarto, qui numeratur Decii Imperatoris ſecundus, a diverſis diverſi Conſules ponuntur. Sed qui nobis magis probantur, illi ſunt, quibus legitima Acta Pionii (*a*) martyris, de quibus plura inferius, conſignantur; nimirum Meſſio Quincto Traiano Decio tertium, & Grato ſecundum Conſulibus. Elapſo Decii Imperii anno primo, & ſecundo jam inchoato, adhuc dira perſecutio vexabat Eccleſiam, tam in Oriente, ubi in expeditione Decius agebat, quam etiam in Occidente. Inter alios autem, qui hoc anno in Oriente paſſi ſunt, magnopere celebratur Pionius Smyrnenſis Eccleſiæ preſbyter; cujus tunc potiſſimum robur pectoris ſacerdotalis enituit, cum ejus Eccleſiæ Eudemon Epiſcopus turpiter lapſus eſt. Exſtant ſinceriſſima ejus Acta, a Chriſtiano homine, qui tunc aderat, fideliſſime ſcripta, atque illa ipſa, quæ in commentarium illum de Martyribus a ſe ſcriptum illata, Euſebius tradit. Eſſe enim eadem ipſa legitima, cum argumentum eorum ab eodem Euſebio (*b*) collectum atque recitatum demonſtrat, tum quamplurima alia, quæ iiſdem Actis contenta, ſimpliciſſimæ veritatis candore nitent, eruditus ac prudens lector intelliget. Quæ, deterſo illo tantum pulviſculo, quo (ut in antiquis pene omnibus accidit, ac iis præſertim quæ e Græco in Latinum tranſlata ſunt) leviter aſperſa, leviori quoque emendatione exufflari conceditur, ſunt omni acceptatione digniſſima. Contempſeram illa, fateor, cum primo intuitu in eis Pionium ſub Decio paſſum legerem, Euſebio (ut videbatur) refragante, qui ſub Marco Aurelio & Lucio Vero Imperatoribus ipſius certamen recenſet. Sicque (ut ingenue dicam) infenſo primum animo ea legi, & averſo vultu cognovi, atque Ariſtarchi ſtatera, quo ea improbarem potius quam probarem, expendi.

(*a*) *Apud Metaphr. die* 1. *Februarii.*

Acta Pionii.

(*b*) *Euſeb. lib.*4.*c.*14. *in fin.*

II. Sed cum inter legendum radii quidam ex eis ſimplicis & minime fucatæ veritatis elucerent; ad ea accuratius cognoſcenda omne ſtudium adhibui. At tantum abeſt, ut ea invenerim commenticia, ac proinde rejicienda putarim, ut eadem candida veritatis luce nitentia, & omni ex parte firma eſſe cognoverim, in eamque potius ſententiam adductus ſum, ut exiſtimem Euſebii ſcriptis errorem ineſſe potius, qua ea veritate periclitari. Sed undenam error illapſus ſit, facile perſpicere quiſque poterit. Cum enim (ut idem (*c*) ait Euſebius) in eodem libello Smyrnenſis Eccleſiæ poſt deſcriptum Polycarpi martyrium, cum aliorum martyrum, tum Pionii Acta attexta eſſent, quibus diceretur eodem quo Polycarpus tempore Pionius eſſe paſſus: exiſtimatum fuit (non puto ab Euſebio, qui eadem Acta ſatis habuit perſpecta, ſed ab aliis) ſub iiſdem Imperatoribus, quibus Polycarpus, Pionium quoque pro fide certantem fuiſſe martyrio coronatum. Verum quæ Acta habent de tempore certaminis Pionii communi cum Polycarpo, quo modo accipienda ſint, textus ipſe declarat, ſic habens: *Vigeſimatertia menſis Februarii die, cum ſabbatum magnum inſtaret, natalis ſcilicet beati martyris Polycarpi, urgente Decii Imperatoris perſecutione, Pionius presbyter, & Sabina veræ pietatis ſtudioſa, & Aſclepiades, & Macedonia, & Linus Eccleſiæ Catholicæ presbyter, comprehenſi ſunt:* Hæc ibi. Ex quibus videas, quod dicebatur in epiſtola illa, ſeu potius commentariolo Smyrnenſium martyrum, Polycarpi atque Pionii martyrium eodem contigiſſe tempore, longe aliter accipiendum fuiſſe, atque acceptum videtur; nimirum quod Pionius ibidem loci, eodem quoque anni tempore, quo gentilis ejus Polycarpus, martyrium ſubierit. Hoc etiam modo Græcos omnes accepiſſe verba illa Euſebii, iidem apertiſſimam atque certiſſimam fidem faciunt, dum in Menologio ex eorumdem Actorum teſtimonio abſque controverſia habent, Pionium ſub Decio martyrium ſubiiſſe. Sed cum teſtetur Euſebius (*d*) Acta Pionii ſcripta fuiſſe in commentariolo illo Smyrnenſium martyrum, rurſumque ſe eadem intexuiſſe in libro illo quem de Martyribus ſcripſit; jamque certum ſit excidiſſe illum a multis fruſtra diutius perquiſitum; non ab re fore exiſtimo, ſi quæ ex eodem libro citato ab eo Smyrnenſis Eccleſiæ, inſtar epiſtolæ, excepta ſunt Pionii Acta, hic referam; cum alioqui ſicut non a noſtro inſtituto, ita nec ab exemplo digrediamur Chriſtianorum hiſtoricorum, qui interdum certa martyrum Acta (quod ſæpe facit Euſebius) ſuis hiſtoriis attexuerunt; cum præſertim hoc unum ſit reperire certum fragmentum libri illius ab Euſebio de Martyribus ſcripti; id ipſumque ab eo acceptum a libello martyrum Smyrnenſis Eccle-

(*c*) *Euſeb. lib.*4.*c.*14.

De tempore martyrii Pionii.

(*d*) *Euſeb. lib.*4.*c.*14. *in fin.*

PAGIUS XI. *Martyrium S. Pionii.*

A num.I. ad XXVIII. In Aſianorum Martyrum Actis, quæ in unum Codicem redacta olim circumferebantur, ſimul conjunctæ legebantur binæ Smyrnenſis Eccleſiæ epiſtolæ; de Polycarpi Epiſcopi Smyrnenſis martyrio una; de Pionii altera: quæ propter omiſſam fortaſſe poſterioris epiſtolæ epigraphem, cum pro una continua eſſent acceptæ, erroris inde data eſt occaſio, ut eodem anno uterque Martyr Smyrnæ paſſus exiſtimaretur. Sed *Polycarpum*, imperante

Baron. an. 254. num.11. & ſeqq.

cleſiæ, prout ex eiſdem Actis hæc perſpicue demonſtrari contingit.

III. Lapſo Smyrnenſi Epiſcopo Pionius certamen inſtaurat. Cum autem miſerandum lapſum Eudæmonis Smyrnenſis Epiſcopi nonnullorum ejus civitatis Fidelium clades ſit conſecuta; ex adverſo Pionius, ejuſdem Eccleſiæ presbyter, una cum ſociis, glorioſa confeſſione fidem exulem reſtituere pro viribus conatus, tempore ſolemnis celebritatis anniverſariæ diei natalis S. Polycarpi, adverſus impios certaturus in arenam deſcendit (erat illa dies ex majorum inſtitutione ſolemnis, quæ ut ejuſdem Smyrnenſis Eccleſiæ teſtimonio vidimus (*a*), jam ab ipſo conſummati martyrii tempore fuerat illi decreta.) Sed ſpontanea catena velut teſſera militari, qua dignoſceretur a refugis qui ſcutum turpiter abjeciſſent, nobiliter inſignitus, Chriſtum prædicans, in medium prodiit. Sed hæc ipſa gratiora fient, ſi ex Actis ipſis ejus martyrii in medium adducantur, quæ ſic habent poſt alia enarrata a nobis ſuperius de tempore paſſionis:

(*a*) Apud Euſeb. lib. 4. c. 14. in fine.

IV. Acta Pionii ex epiſtola Smyrnenſium. *Pionius* (*b*) *igitur pridie natalis diei S. Polycarpi futurum prævidit, ut eo ipſo die caperentur. Itaque cum ſimul cum Sabina & Aſclepiade jejunans, ſe poſtridie comprehenſum iri proſpexiſſet, ſumptis tribus catenis connexis, colloque ſuo & Sabinæ & Aſclepiadis injectis, domi expectabat. Id autem fecit, tum ne ab amicis abducerentur; tum ne poſſet aliquis ſuſpicari, ſe (ut reliquos) ad ea quæ idolis eſſent immolata, comedenda deduci velle; & ut omnes intelligerent, ſe ſtatim in carcerem duci decreviſſe. Cum igitur precationibus incubuiſſent, & ſabbato ſanctum panem & aquam cœpiſſent* (appellat ſanctum panem hic, quem adhibita communi benedictione ſuſciperent) *ſupervenit Polemo Æditiuus cum ſatellitibus ſuis, ut homines Chriſtianos quæreret, eoſque ad immolandum idolis, & comedendum ex iis quæ fuiſſent immolata, perducerent. Et Æditiuus: Noſtis plane decretum Imperatoris, quo vobis jubetur, ut diis ſacrificetis? Cui Pionius: Novimus, inquit mandata Dei, quibus imperat, ut ipſum ſolum adoremus. In forum igitur* (*inquit Polemo*) *venite, & illic obtemperabitis. At Sabina & Aſclepiades dixerunt: Nos Deo viventi obtemperamus: Ducebat igitur eos, ſed ſine vi. Cum autem ire pergerent, viderunt omnes eos vincula geſtantes; quamobrem re nova commotus populus celeriter concurrebat, & præ multitudine multa premebantur.*

(*b*) Apud Metaph. die 1. Febr.

V. *Et cum in forum veniſſent, & in porticu ad Orientem ſita ad portam Duplicem conſtitiſſent, impletum eſt totum forum, & ſuperiores porticus tum viris Græcis atque Judæis, tum etiam mulieribus (nam cum magnum eſſet ſabbatum, feriabatur) quin etiam fundamenta arcuſque conſcenderant, ut ſpectarent. In medio igitur cum ſtetiſſent: Satius eſt, inquit Polemo, o Pioni, ut, quemadmodum omnes faciunt, vos quoque pareatis Imperatori, & ſimulacris immoletis, ne puniamini. At Pionius, extenſa manu, hilari vultu cauſam ſuam defendit: Viri, inquiens, Smyrnæi, qui & urbis pulchritudine & melle Homerico (ut dicitis) gloriamini, & ſi qui ſunt inter vos Judæi, audite me paucis perorantem. Audio vos riſu gaudioque eos qui transfugiunt* (nempe a Chriſti fide ad idola) *ſuſcipere; perinde quaſi ridiculum aliquid ac leve ſit id quod agunt, dum idolis ſponte ſacra faciunt. Atqui æquum erat, Græci, ut magiſtrum veſtrum Homerum audiretis, qui hominum interitu lætari, pium eſſe negat. Vobis autem, Judæi, Moyſes ita* (*c*) *jubet: Si videris jumentum inimici tui cecidiſſe, & ſub onere jacere; ne præterieris, ſed ipſum excitato. Æquum enim erat vos Salomonem audire, qui, ſi ceciderit, inquit* (*d*), *inimicus tuus, ne gaudeas, & calamitate ipſius ne extollaris. Ego enim magiſtrum meum audiens, mori malo, quam ab ejus præceptis diſcedere; & totis viribus enitor, ne recedam ab iis quæ primum didici, deinde etiam docui. Quid eſt igitur cur nos crudeliter irrideant Judæi? Quamvis* (*ut ipſi dicunt*) *hoſtes eis eſſemus, homines tamen ſumus. Præterea injuria affecti, ajunt de nobis eſſe liberam loquendi facultatem. Sed quos affecimus injuria? quos occidimus? quos perſecuti ſumus? quos coegimus, ut adorarent idola? Putant ne ſimilia eſſe peccata ſua peccatis eorum, qui nunc humano terrore adducti prævaricantur?* Hæc & alia plura Pionius, reprimens faſtum Judæorum Chriſtianis inſultantium; hæcque plane illa, quibus intexta eſſe ait Euſebius Acta Pionii (*e*), nempe ingenuam ſermonis libertatem, & apologias coram populo, & magiſtratibus recitatas, & conciones ad docendum accommodatas, cum benignitate erga eos qui ceciderant: quæ quiſque uberius legere poterit in Actis ejus, in quibus integra poſita ſunt; ubi & poſt Pionii ad populum concionem hæc habentur:

Pionius palam profitetur.

(*c*) Deuter. 22.

(*d*) Prov. 24.

(*e*) Euſeb. lib. 4. cap. 14. in fin.

VI. *Cum verba illa Pionius repeteret, Deos veſtros & auream ſtatuam nolumus adorare; duxerunt eos in medium ſub dio. Cir-*

PAGIUS te Marco Aurelio, martyrii gloria coronatum eſſe ſuo loco oſtendimus: Sanctum vero *Pionium* Smyrnenſis Eccleſiæ Presbyterum præſenti anno, Nonis Aprilis, die Sabbati, Decio imperante, morti traditum oſtendit Uſſerius in Diſſert. de Macedonum & Aſianorum Anno Solari cap. 3. Pionii Acta die prima Februarii a Bollando illuſtrata, & ex iis mendoſus ille Conſulatus Decii III. & Grati II. ad quem Eruditiſſimus Cardinalis offendit, rejectus.

Pionius perſiſtit in confeſſione.

Circumſteterunt autem quidam homines forenſes una cum Polemone orantes atque dicentes: Nobis obtempera, Pioni, moremque gere, qui te diligimus, vitaque dignum ducimus, propter morum probitatem atque modeſtiam tuam: Jucundum eſt vivere, & lucem intueri. Ego quoque, Pionius ait, vitam amabilem puto, ſed illud eſt longe amabilius, quod optamus nos Chriſtiani; lucem hanc jucundam & dulcem exiſtimo, ſed illam multo jucundiorem & dulciorem quæ vera eſt lux (a), quam nos cupimus contemplari; hæc quidem omnia pulchra ſunt, neque nos damnamus odiove proſequimur opera Dei; ſed illa longe pulchriora atque præſtantiora, quæ anteponimus: Hæc ſane conteſtatur Pionius, quo ſe longe abeſſe a Marcionitis, Deum creatorem & creaturam pariter blaſphemantibus, demonſtraret; nam & illi martyrium libenter ſubibant.

(a) *Eccl.* 11. *Joan.* 1. 3. 8. 1. *Joan.* 1. 1. *Tim.* 1.

VII. Circumforaneus autem quidam nomine Alexander, homo improbus, ait: *Audi nos, Pioni. Cui Pionius inquit: Tu potius audi me; quæ enim tu ſcis, ſunt mihi cognita; quæ vero ego ſcio, eorum tu es ignarus: ſic ipſe ſecundum illud (b): Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam. Volebat autem eum Alexander irridere; itaque cum ironia: Quid ſibi volunt, inquit, iſtæ catenæ? Cui Pionius reſpondit: Ne per urbem veſtram iter facientes, exiſtimemur ad immolandum idolis, aut ad edendum ea quæ ſunt illis immolata, proficiſci; atque adeo ut intelligatis, nos ne interrogari quidem velle, ſed decreviſſe, non in forum, ſed recta ad carcerem ire; & ne per vim nos comprehenſos dimittatis, ſed, cum vincula geſtemus, trahatis. Sic eum Alexander illudebat. Cumque rurſus illi multis verbis Pionium hortarentur, atque ipſe ſibi ita decretum & ſtatutum eſſe reſponderet, eoſque reprehenderet, & de his quæ ſunt ventura, diſſereret; Alexander dixit: Quid multis opus eſt verbis, cum vivere nequeatis? Sed cum populus vellet in theatro conventum fieri, ut plura illic audiret, quidam Ducis ſtudioſi ad Polemonem Æditum accedentes, ei perſuaſerunt, ne ſineret in theatro populum convenire, ne tumultus fieret, & panis flagitaretur.* Moris namque erat, populum in unum ſemel conventum, ſuas neceſſitates junctis vocibus conclamare, ac interdum in magiſtratus jactare convicia, ac turbas ciere.

(b) *Prov.* 16.

Alexander irriſor tentat Pionium.

VIII. *His auditis Polemo, Si non vis, inquit, Pioni, ſacrificare, ſaltem in templum ingredere. Hoc idolis, inquit, non expedit, ut illuc ingrediamur. Polemo vero: Perſuade, inquit, hoc nobis Pioni. At ille: Utinam, inquit, poſſem vobis perſuadere, ut fieretis Chriſtiani. Tunc illi riſu ſoluto, dixerunt: Tu vero ne id feceris, ne vivi comburamur. Gravius & acerbius eſt, inquit Pionius, poſt mortem igni comburi ſempiterno: Arridenteque Sabina, Æditus & ſatellites ejus dixerunt: Rides? Ita Deo placet, inquit illa; Chriſtiani enim ſumus, & fide qui ſunt in Chriſtum firma atque conſtanti, riſu ridebunt perpetuo. Tu, inquiunt illi, quod non vis, patieris; quæ enim diis nolunt ſacrificare, in proſtibulum conjiciuntur. At illa: Sancto, inquit, Deo id erit curæ.* Graviſſimum enim hoc omnium ſolitum Chriſtianis fœminis irrogari ſupplicium, quod caſtitatis eſſent tenaciſſimæ, ſuperius eſt ſæpius demonſtratum. At poſt hæc:

Hilaritas Chriſtianorum perpetua.

Pionium rurſus Polemo ſic allocutus eſt: IX.
Obtempera nobis, Pioni. Reſpondit Pionius: Juſſiſti ut vel obtemperarem, vel plecterer: Non obtemperabo; jube igitur plecti. Tunc Æditus Polemo: Sacrifica, inquit, Pioni. At ille: Chriſtianus ſum. Quem, inquit Polemo, Deum colis? Reſpondit Pionius; Deum illum omnipotentem, qui fecit cœlum & terram, & omnia quæ cœlo & terra continentur atque omnes nos; qui nobis abunde ſuppeditat omnia; quem per Verbum ipſius Chriſtum cognitum habemus. Sacrifica igitur, inquit Polemo, ſaltem Imperatori. Ego, inquit Pionius, homini non ſacrifico; Chriſtianus enim ſum. Deinde, cuncta ſcribente Notario: Quod, inquit, eſt tibi nomen? Ille reſpondit, Pionius. Tum Polemo: Chriſtianus, inquit, es? Reſpondit: Sum profecto. Cujus, inquit Polemo, es Eccleſiæ? Reſpondit Pionius: Catholicæ; nulla eſt enim alia apud Chriſtum: Hæ ſunt namque confeſſiones illæ ſigillatim magna cum celebritate habitæ, & aliæ ſequuntur, quas Actis Pionii intextas eſſe, Euſebius (c) tradit.

Jugis Pionii confeſſio.

(c) *Euſeb. ibid. lib. 4. cap. 14. in fine.*

Tum ad Sabinam acceſſit. Monuerat autem illam Pionius, & ab eo fuerat Theodota appellata; ne ex nomine cognita, in manus impiæ civis jam dominæ ſuæ rurſum incideret; quæ imperante Gordiano, cum vellet Sabinam a fide abducere; eam vinctam in montibus relegavit, ubi clam victui neceſſaria ei a fratribus ſubminiſtrabantur. Solitum in Aſia ejuſmodi irrogari ſupplicium, Theclæ & aliorum Acta demonſtrant; nam & illa hanc demum condemnationem accepit. Poſt autem ſtudioſe curatum fuit, ut a Dominæ ſervitute & a vinculis liberaretur. Primum autem cum Pionio verſabatur, quæ etiam in hac perſecutione capta fuit: *Dixit igitur huic quoque Polemo: Quo nomine vocaris? Eaque reſpondente, Theodota. Subjecit ille, Chriſtiana es? Inquit, Chriſtiana ſum. Cujus Eccleſiæ? inquit Polemo. Sabina reſpondit: Catholicæ. Tunc ait Polemo: Ecquem colis & veneraris? Deum, inquit illa, omnipotentem, qui fecit cœlum & terram, & omnes nos, quem novimus per Jeſum Chriſtum Verbum ipſius.* X.

X. Relegatio mulierum in montes.

Mox

Mox Aſclepiadem interrogavit: Quomodo (inquit) appellaris? Aſclepiades, inquit ille. Tum Polemo: Chriſtianus es? Reſpondit: Sum. Quem, inquit, veneraris? Eoque reſpondente: Chriſtum Jeſum. Eſt ne alius? Minime vero, inquit Aſclepiades, ſed idem ille, quem hi dixerunt:

XI. His dictis, in carcerem ducti ſunt, tam ingenti multitudine conſequente, ut forum impleretur. Et dicebant quidam de Pionio: Quomodo qui ſemper erat pallidus, nunc eſt facie ignea & rubicunda? Cum autem ipſum Sabina veſtimento propter multitudinis impetum teneret; quidam eam deridentes dicebant: Quam veretur ne ab ejus uberibus depellatur! Unus autem quidam clamavit, inquiens: Si nolunt parere, ſupplicio afficiantur. Cui Polemo reſpondit: Nobis non præcedunt faſces, neque ſecures, ut hanc habeamus poteſtatem. Alius dicebat: Ecce homunculum ſubducet ad immolandum (innuebat autem Aſclepiadem, qui nobiſcum erat.) Pionius dixit: Mendacium loqueris; neque enim id facit. Alii dicebant: Hic & illa diis immolarunt. Pionius autem: Pro ſuo quiſque, inquit, dicit arbitrio; quid igitur ad me? ego Pionius ſum. Dicebant alii: Quid prodeſt huic doctrina ſua, cum ita ſe habeat? Hanc, inquit Pionius, vos doctrinam didiciſtis, per quam & famem, & cædem, & alias calamitates experti eſtis. At ipſe quoque fame, quidam reſpondit, nobiſcum laboraſti. Sane, Pionius inquit, ſed tamen cum ſpe, quam in Deo poſitam habeo. Hæc illo dicente, ſic a turba vexati ſunt, ut parum abfuerit, quin opprimerentur.

Sabina inhæret Pionio.

XII. In carcerem igitur conjecti, & cuſtodibus traditi ſunt. Ingreſſi autem, Catholicæ Eccleſiæ presbyterum, & mulierem ex vico Carina nomine Macedoniam, & ex hæreſi Phrygum quemdam nomine Eutychianum illic incluſos offenderunt. Cum igitur eſſent eodem in loco, cuſtodes animadverterunt, ea quæ a Fidelibus afferebantur, a Pionio non recipi. Dicebat enim: Si, cum pluribus egeremus, nemini graves eramus, quanto minus accipere nunc debemus? Cuſtodes igitur, qui ab inviſentibus munera ſolebant accipere, eos in interiorem partem carceris conjecerunt, ne poſſent ullum ſolatium aut conſolationem recipere. At illi Deum collaudantes acquieverunt, & quæ dari ſolita erant, ipſis præbuerunt; adeout carceris præfectus admiraretur, & priſtinum eos in locum vellet reducere; Ipſi vero manſerunt dicentes: Gloria Domino; hoc enim nobis proſpere ſucceſſit, poſſumus namque libere philoſophari, & precibus incumbere die ac nocte. Multi autem ex Gentibus eos etiam in carcere viſebant, & conabantur eos a propoſito dimovere, ſed eorum reſponſa admirabantur. Introibant etiam illi qui per vim tracti fuerant ad immolandum, & magnum fletum excitabant; adeout in luctu & ſquallore ſingulis horis verſarentur, præſertim propter illos, quorum vitæ inſtitutio proba erat atque honeſta.

Pionius cum Sabina in carcere.

XIII. Itaque illis viſis, Pionius lugebat; Novo, inquiens, afficior ſupplicii genere, membratim concidor, dum video margaritas Eccleſiæ a porcis conculcari, & (a) cœli ſtellas a cauda draconis in terram detrahi: vineam (b), quam dextera Dei plantavit, a filio porci ſilveſtris vaſtatam; vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam. Filioli (c) mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis; Alumni mei; delicati mei ambulaverunt vias aſperas atque difficiles. Nunc impii ſeniores inſidias Suſannæ tetenderunt: nunc delicatam atque formoſam retegunt, ut ejus pulchritudine impleantur, & falſum in illam teſtimonium ferant. Nunc Aman inſultat. Et cætera plura Pionius, ſugillans Eudæmonem Epiſcopum lapſum, & aliorum ruinæ miniſtrum. Hæc plane ſunt illa quæ de ipſius benignitate erga lapſos iiſdem Actis contineri, ubi ſupra teſtatur Euſebius (d), & doctrina qua illos ipſos admonuit ea oratione, ne ſinerentur a Judæis in ſynagogas deduci, quidque illis reſpondere deberent, edocuit. Quæ omnia iiſdem Actis conſcripta habentur.

(a) Apocal. 12.
(b) Pſal. 79.
(c) Galat. 4.
Pionius luget lapſos.
(d) Euſeb. lib.6.c.14.

XIV. Cumque ea dixiſſet, & Pionius rogaret eos, ut e carcere egrederentur, Ædituus Polemo, & Theophilus magiſter equitum, cum ſatellitibus & multa turba ſupervenerunt, atque dixerunt: Ecce Eudæmon * Præſul veſter immolavit; vos item obtemperate. Interrogabunt vos in templo Lepidus & Eudæmon. Reſpondit Pionius: Eos qui in carcerem conjecti ſunt, æquum eſt adventum Proconſulis expectare; quid vobis partes ipſius arrogatis? Cum autem multa dixiſſent, diſceſſerunt. Sed rurſus cum ſatellitibus & turba regreſſi ſunt. Et Hipparchus cum dolo, Proconſul, inquit, miſit ut Epheſum adducamini. Veniat, reſpondit Pionius, is qui miſſus eſt, & accipiat nos. Atqui Princeps (inquit) ſum. Et arripiens illum, laqueumque collo ipſius injiciens, eum ita premebat, ut propemodum ſuffocaret. Tradidit igitur illum ſatellitibus, atque ita ſimul cum Sabina & reliquis ſociis in forum deductus eſt. Cumque magna voce ſe Chriſtianos eſſe omnes conteſtarentur, humique ſe ipſe proſterneret, ne in idolorum templum induceretur; ſex miniſtri Pionium rapuere ita reluctantem, ut ejus latera genibus comprimentes, manibuſque ac pedibus cædentes, vix potuerint illum impellere. Sublatum igitur, atque clamantem geſtarunt, humique ante aram depoſuerunt, ubi adhuc adſtabat Eudæmon, qui idolis ſacrificaverat:

* al. Anctemon.

Inducuntur inviti martyres ad delubrum.

XV. Tunc Lepidus: Cur, inquit, vos, o Pioni,

ni,

Deridetur Chriſtiana Religio.

ni, non immolatis? Reſpondit Pionius: Quia ſumus Chriſtiani. Lepidus ſubjecit: Quem Deum colitis? Eum, inquit Pionius, qui fecit cœlum, terram, mare, & quæ in eis ſunt. Quis igitur, inquit Lepidus, fuit crucifixus? Is, inquit Pionius, quem Deus Pater miſit ad ſalutem mundi. Principes hic valde clamantes riſerunt, & Lepidus ipſum deteſtabatur. Clamabat autem Pionius: Pietatem, inquiens, colite, juſtitiam obſervate, affectionis ſimilitudinem cognoſcite (nempe quod homines eſtis) legibus veſtris parete. Nos puniendos cenſetis, quia non obtemperavimus; & vos item a legum veſtrarum præſcripto receditis: jubent enim, non ut cogatis, ſed ut puniatis. Tum Ruffinus quidam excellens eloquentiæ fama: Deſine, inquit, Pioni, inanem gloriam aucupari: Ille autem reſpondit: Iſta eſt tua dicendi facultas? iſti tui ſunt libri? Nonne hæc ab Athenienſibus Socrates perpeſſus eſt? Nunc omnes ſunt imperfecti, & ceſſatores, & pigri, & tardi, & ignavi? Socrates igitur, & Ariſtides, & Anaxarchus, & cæteri horum ſimiles, ſententia tua, inanis gloriæ ſtudio ducebantur, quoniam, & philoſophiam & juſtitiam & fortitudinem excolebant? Ruffinus his auditis obticuit.

XVI. At quidam alius qui & mundi gloria præſtabat, & Lepidus: Noli, inquiunt, Pioni, vociferari. Reſpondit ille: Ignem accendite, & ingrediemur. Terentius autem quidam e turba voce magna: Videtis, inquit, quo modo hic aliis quoque ſuadet ut impii ſint, nec diis ſacrificent? Tunc illis coronas impoſuerunt, quas ipſi diſcerptas abjecere (ſic enim coronatos ſacrificare interdum Gentiles conſueviſſe, pluribus poſt alios docet Tertullianus *a*). At miniſter publicus idolis immolatum accepit; nec tamen ad quemquam ipſorum auſus eſt appropinquare, ſed illud in omnium conſpectu comedit. Verum cum illi rurſus clamarent, Chriſtiani ſumus; non reperientes quid illis facerent, eos in carcerem reduxerunt. Turba autem eos illudebat, & verberabat. Et Sabinæ neſcio quis dixit: Tu non potuiſti in patria mori? Cui illa reſpondit; quæ eſt patria mea? ego ſum Pionii ſoror. Terentius vero, qui tunc venationes curabat, ad Aſclepiadem: Te, inquit, accuſabo, ut beſtiis damnatum in munere gladiatorio filii mei. Cui Aſclepiades: Non ob id, inquit, me perterrefacies. Atque in carcerem ducti ſunt. Ingredienti autem Pionio quidam e ſatellitibus vehementer caput percuſſit, & vulneravit. At ipſe quidem patienti animo tulit; ſed percuſſoris manus & latera ſic inflammata ſunt & intumuerunt, ut reſpirare vix poſſet. Ingreſſi autem, Deum collaudabant, quod adverſus inimicum & ſimulatorem Eudemonem fortes conſtanteſque permanſiſſent; & pſalmis & precibus ſe confirmabant.

(a) Tertul. de Coron. milit.

Pionius cum ſociis iterum detruſi in carcerem.

XVII. Ultima actio in Martyres.

Poſt hæc autem Proconſul Smyrnam venit; & Pionius adductus in judicium, martyrio coronatus eſt. Quo modo autem res tranſacta ſit, commemorabimus. Ante quartum Idus Martii Quinctilianus Proconſul ſedens pro tribunali, ſic interrogavit: Quomodo vocaris? Reſpondit: Pionius. Proconſul ait: Diis immolas? Reſpondit: Non. Proconſul: Quam, inquit, religionem aut ſectam colis? Reſpondit; Catholicorum. Quorum (inquit ille) Catholicorum? Reſpondit: Eccleſiæ Catholicæ presbyter ſum. Proconſul: Tu ne, inquit, es doctor ipſorum? Reſpondit: Docui ſane. Interrogavit: Cujus partis magiſter es? Reſpondit: Pietatis. Cujus (inquit) pietatis? Reſpondit: In Deum Patrem, qui fecit omnia. Immola, inquit Proconſul. Reſpondit: Nolo: Deum enim oportet adorare. Omnes (inquit ille) adoramus cœlum & deos, qui ſunt in cælo. Cur aeri preces fundis? ipſi ſacrifica. Reſpondit: Non aeri preces fundo, ſed illi a quo factus eſt aer, & cælum, & quæ in eis ſunt omnia. Dic (inquit Proconſul) Quis hæc fecit? Reſpondit: Non expedit dicere, quod non audirent: ac mox: Deus (inquit Proconſul) omnino, id eſt, Jupiter, qui eſt in cælo; Rex enim eſt omnium deorum.

XVIII. Tacenti autem Pionio, atque ſuſpenſo, dictum eſt; immolas, an non? Reſpondit: Non. Et rurſus cum ungulis torqueretur, dictum eſt: Reſipiſce, cur inſanis? Reſpondit: Non inſanio, ſed Deum viventem timeo. Proconſul: Cæteri, inquit, immolarunt, & vivunt, & recte ſentiunt. Reſpondit: Non immolo. Proconſul: Te, inquit, collige, & conſilium muta. Reſpondit: Non faciam. Dictum eſt illi: Cur ad mortem properas? Non ad mortem (inquit) propero, ſed ad vitam. Quinctilianus Proconſul: Nihil, inquit, eximium facis ad mortem feſtinans; nam & qui nomen dant ac deſcribuntur, exigui lucelli gratia, morte contempta, cum beſtiis pugnant. Et tu ex eorum unus es numero. Quando igitur ad mortem curris, vivus combureris. Ex tabella autem hæc verbis Romanis ſcripta ſententia legebatur: PIONIUM SE CHRISTIANUM ESSE CONFITENTEM VIVUM IGNI COMBURENDUM JVDICAVIMUS. Conſueviſſe judices ex tabella in reos ſententiam recitare, eamque nonniſi Latinis litteris exaratam, ob Romani Imperii dignitatem alibi pluribus dictum eſt. Sed & de tabella illud Tertulliani adverſus (*b*) Gentes: Denique quod de tabella recitatis illum Chriſtianum, cur non & homicidam? Erat diverſa ab hac tabella, titulus damnationis, de quo in epiſtola martyrum Lugdunenſium hæc leguntur (*c*): Cumque undique per amphitheatrum circumduceretur tabula, in qua Latinis litteris

hæc

Sententia in Pionium lata.

(b) Tertul. Apolog. cap. 2.

(c) Apud Euſeb. lib. 5. cap. 1.

hæc inerat inſcriptio, HIC EST ATTALUS CHRISTIANUS, *illum præcedente:* Sed de ſententia ex tabella alias.

XIX. Sequuntur Acta paſſionis ejus, ſic deſcripta: *Cum igitur fidei ſtudio alacriter in ſtadium veniſſet, ultro ſe veſtimentis ſpoliavit. Deinde corporis ſui decus & caſtitatem recogitans, ingenti repletus eſt gaudio; & in cælum ſuſpiciens, ac Deo qui ſe talem conſervaſſet, gratias agens, ſuper lignum ſe ipſum extendit, militique tradidit, ut clavis configeret.* Poſſumus & ex his diſcere crucifixionem fieri conſueviſſe in terra deorſum, ac deinde ſtipitem ſimul cum cruci affixo deſuper elevari, ac in excavatum foramen erigi. Sed rurſum Acta: *Cumque confixus eſſet, ei rurſus miniſter ait: Reſipiſce, atque ſententiam muta, & auferentur clavi. At ille reſpondit; Eos ineſſe ſenſi. Et cum pauliſper cogitabundus manſiſſet: Idcirco, inquit, Domine, feſtino, ut celerius reſurgam; ſignificans e mortuis reſurrectionem. Eum igitur ligno fixum erexerunt, deinde etiam Metrodorum quemdam ex ſecta Marcioniſtarum.* Hujus ſectæ homines fuiſſe martyrii cupidiſſimos, quod a malo principio carnem dicerent, ob idque in eam ſæviendum, pluribus demonſtratum eſt ſuperius. Sed rurſum ad Acta:

Crucifigendi modus.

XX. *Erat autem Pionius a dextris, & Metrodorus a ſiniſtris collocatus: uterque tamen Orientem verſus ſpectabat. Cumque materiæ, lignorumque cumulus undique congeſtus eſſet, & Pionius oculos clauſiſſet; turba illum animam egiſſe ſuſpicabatur, ſed ipſe ſecreto precabatur. Cumque precandi finem feciſſet, oculos aperuit. Itaque flamma ſublimis aſcendebat; cum hilari vultu poſtremum, Amen, pronuncians, ac dicens: Domine ſuſcipe animam meam; tamquam eructans, quiete & ſine dolore expiravit, & Patri, qui omnem ſanguinem inique effuſum, atque omnem animam injuſte damnatam, ſe pollicitus eſt ſalvaturum, ſpiritum tradidit. Tali dignus effectus eſt exitu beatus Pionius; qui vitam ſuam ab omni crimine ac reprehenſione liberam integramque ſervavit, atque animum ſuum ad Deum omnipotentem, & mediatorem Dei atque hominum Jeſum Chriſtum ſemper propenſum ac erectum habuit; & magno in certamine victor exiſtens, per anguſtam portam in amplum magnumque lumen pervenit.*

Pionii martyrium conſummatum.

XXI. *At corona quidem ipſius in corpore eſt etiam comprobata. Etenim cum ignis extinctus eſſet, nos qui præſentes eramus, talem ipſum vidimus, quale vigentis ornatique pugilis corpus exiſtit. Siquidem & aures erant molles, & capilli in cute capitis inhærebant; & barba, ut juvenibus primum pubeſcentibus, decore florebat; & facies ejus gratia ſplendebat admirabili; ut & Chriſtiani magis confirmarentur in fide; & qui erant a fide alieni, conſcientiæ ſtimulis verberati conterritique diſcederent. Hæc acta ſunt Julio Proculo Quinctiliano Proconſule magiſtratum gerente, Conſule tertium Meſſio Quincto Trajano Decio & Grato ſecundum, Trajano Decio Auguſto, ante quartum Idus Martias, more Romano; Aſiæ autem more, Septimi menſis undecimo, die ſabbati, hora decima; ut nos autem loquimur, Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto; cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen:* Hactenus Acta, ab aliquo tunc Eccleſiæ Notario conſcripta, a Smyrnenſi vero Eccleſia in libello Smyrnenſium martyrum collocata, atque ab Euſebio in librum, quem de Martyribus ſcripſit, illata: ſed ex antiquioribus monumentis a Metaphraſte in lucem vindicata, ac demum Latinitate donata, a nobis denique diligenti ſtudio emendata ſunt. Utinam & cætera quæ habentur Geſta martyrum, ſic pura atque ſincera, nullius fucata eloquentiæ penicillo, extarent integra. Dum enim quidam ea paraphraſibus exornare curarunt; informia plane, ac veritate nutantia, fideque dubia magnopere reddiderunt. Quid autem de cæteris confeſſoribus actum ſit, qui cum Pionio vincti erant, remanet incompertum.

Tempus martyrii Pionii.

XXII. At quoniam perdifficile eſſet, omnes numerare martyres qui ſub Decio paſſi ſunt, cum non omnium memoria fuerit litteris conſignata; & quæ ſcriptis ſunt commendata, majori ex parte, Diocletiani incendio deperierint: paucorum tantum, quorum dies natalis tabulis Eccleſiaſticis reperitur adſcriptus, hic meminiſſe ſufficiat. Præter illos enim, quorum anno ſuperiori mentio facta eſt, paſſi ſunt eadem urgente perſecutione in Aſia Apollonia, Lucius, Thyrſus, & Callinicus; in Lycia Chriſtophorus; Pergæ Pamphiliæ Papias, Diodorus, Conon, & Claudianus, & ejuſdem civitatis Epiſcopus Neſtor, ſub Præſide Pollione, cui a Pergenſi Senatu adverſus eum ejuſmodi ſcriptæ ſunt litteræ:

Reliqui martyres in Aſia paſſi ſub Decio.

XXIII. *Eupator, & Socrates, totuſque Senatus Domino præſtantiſſimo præſidi ſalutem. Cum ad tuam celſitudinem allata eſſent ſcripta divina Domini Imperatoris noſtri, quibus jubetur, ut Chriſtiani omnes a ſententia male ipſis inita deducti, ad ſacrificia perducantur; humanitas tua nihil ſevere, & perturbate, ſed comiter, & ſedate omnia agere voluit. Verum hac lenitate parum effectum eſt; cum illi obſtinatis animis edictum Imperatoris contemnant. Nam & iſte rogatus a nobis, & a toto Senatu non ſolum ipſe non ceſſit, ſed etiam omnes qui illi parent, ejus tamquam principis ſui exemplis animati, morigeros ſe præbere edictis noluerunt. Et nos quidem iſti perſuadere non ceſſavimus, ut, quem-*

Litteræ Senatus Pergenſis.

quemadmodum juſtiſſimi Principis litteris jubetur, ad templum Jovis accederet. Ille vero deos immortales contumeliis, & conviciis proſcidit: ſed neque ab Imperatoris, licet abſentis, minime ferendis injuriis abſtinuit, & in te eadem procacitate uſus eſt. Quamobrem compulſus eſt Senatus eum tuæ exhibere celſitudini: Hæc ad Pollionem Senatus, quæ Actis (*a*) martyrii ejus continentur, & quidem legitimis. Neſtor autem falſo accuſatus de convitiis in Principem dictis, cruci affixus illuſtre martyrium obiit. Græca vero Acta fideliora habentur.

(*a*) *Apud Sur. die 16. Febr. tom.1.*

XXIV. Epheſi quoque Aſiæ civitate qui primus paſſus eſt, Maximus fuit, cujus quidem certamen ex Actis ejus a Notario tunc ſcriptis quam breviter atque fideliter verbis iis ſcriptum extat (*b*): *Comprehenſus igitur eſt, & oblatus Maximus (erat homo plebejus, negotii ſui curam gerens) & oblatus Optimo Proconſuli apud Aſiam. Dixit ei Proconſul: Qui vocaris? At ille: Maximus vocor, inquit. Proconſul dixit: Cujus conditionis es? Maximus reſpondit: Ingenuus quidem natus, ſervus vero Chriſti; mei autem negotii curam gero. Proconſul dixit: Chriſtianus es? Maximus reſpondit: Etſi peccator, tamen Chriſtianus ſum: Proconſul dixit: Cognoviſti decreta invictiſſimorum Principum, quæ nunc huc allata ſunt? Maximus reſpondit: Quænam illa? Proconſul dixit: Ut Chriſtiani omnes, relicta ſuperſtitione, cognoſcant verum Principem, cui omnia ſubjacent, & deos ejus adorent: Maximus reſpondit: Iniquam hujus Principis cognovi ſententiam, & ideo me palam oſtendi. Proconſul dixit: Sacrifica ergo diis. Maximus reſpondit: Ego non ſacrifico niſi ſoli Deo, cui me ab ineunte ætate ſacrificaſſe gratulor. Proconſul dixit: Sacrifica, ne te faciam variis tormentis affici. Maximus reſpondit: Hoc eſt quod ſemper optavi, ut carens hac temporali & miſera vita, perveniam ad ſempiternam. Tunc Proconſul juſſit eum fuſtibus cædi. Cumque cæderetur, ait Proconſul: Sacrifica, Maxime, ut ab his liber ſis tormentis. Maximus reſpondit: Hæc non ſunt tormenta, quæ pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti inferuntur: a quo ſi receſſero, vera & ſempiterna me tormenta manebunt. Tunc Proconſul juſſit eum in equuleo ſuſpendi atque torqueri, & dicebat ei: Jam cerne ſtultitiam tuam, & ſacrifica, ut vitam lucreris. Maximus dixit: Lucrabor plane vitam, ſi non ſacrificavero: nam ſi ſacrificavero, perdo eam; mihi vero nec fuſtes, nec ungulæ, nec ignes tui ullum afferunt dolorem, quia in me manet Chriſti gratia. Tunc Proconſul tulit in eum ſententiam, ita dicens: Maximum, qui legibus animum noluit accommodare, ut magnæ Dianæ ſacrificaret, in terrorem reliquorum Chriſtianorum obrui lapidibus præcipio:* Hucuſque ex Notario exceptore. Subdit qui ea exſcripſit: *Et raptus eſt confeſtim athleta Chriſti a miniſtris diaboli, gratias agens Deo, qui ipſum dignum judicaſſet certando ſuperare diabolum: perductuſque extra muros, lapidibus cæſus, tradidit animam Chriſto:* Hucuſque ibi.

(*b*) *Apud Sur. die 30. April. tom.2.*

Maximi certamen.

XXV. Peculiare Epheſiis fuiſſe, lapidibus in deos delinquentes obruere, illud Philoſtrati fidem facit: *Cædite hunc lapidibus deorum inimicum.* Nam Philoſtratus (*c*) meminit Apollonii Epheſi agentis, atque id adverſus eum, quem impoſtorem diceret proclamantis. Sed & Timotheus, ejuſdem civitatis Epiſcopus, ab Epheſiis Gentilibus lapidibus impetitus martyrium obiit, ut ejus martyrii Acta ſignificant. Sunt & alia de his exempla; qui enim apud eos habebantur ſacrilegi, ejuſmodi ſubjiceban-tur ſupplicio. Sub eodem quoque Decio Imperatore accidiſſe Epheſi traditur, ut (quod multis pariter eo tempore contigiſſe reperitur) ſæviente mirum in modum perſecutione, complures ſibi ipſis timentes, deſerta loca petierint; & inter alios ſeptem juvenes timore perculſi in antrum fugientes, occluſo a perſecutoribus oſtio, in Domino obdormierint; unde & nomen ſunt conſecuti, ut dicti ſint Septem dormientes; de quibus conſule quæ a nobis ſunt notata in Romano Martyrologio.

Epheſii ſoliti lapidare blaſphemos.

(*c*) *Philoſt. lib.4. in vita Apoll. Tyan.*

XXVI. In Lycia quoque illuſtre fuit Themiſtoclis martyrium (*d*), qui pro ſancto Dioſcoro, ad necem quæſito, ſe offerens, equuleo tortus, raptatus, & fuſtibus cæſus meruit coronari. Nicomediæ vero in Bithynia Quadratus eſt paſſus (*e*), Melitinæ in Armenia Polyeuctus, Nicææ Tryphon; in Creta Theodolus Saturninus, & ſocii; omnes decem numero, necnon etiam Gortynæ civitatis Cyrillus Epiſcopus, cujus Acta (*f*) quoque extant æque ſincera; in inſula Cypro Conon; in Achaia Miron; Corinthi ſex martyres paſſi ſunt Codratus & ſocii. Cæſareæ in Cappadocia inter alios inſignes martyres Mercurius pro fide Chriſti nobile certamen exegit; cum prius egregia navata opera in bello adverſus Perſas, ab eodem Imperatore fuiſſet honoribus auctus, ut ordinum ductor fieret. Hic natus patre Gordiano, Primicerio legionis Fretenſis (alias Martenſis) Chriſtiana fide imbutus, & angelica viſione roboratus, ingentem de Perſis victoriam conſecutus, delatus a Catulo Conſulari, quod Chriſtianus eſſet a Decio vocatus, cauſam dixit magna conſtantia; cujus rei occaſione multa paſſus, demum capite truncatus, corona martyrii inſignitus, de impietate & perfidia illiberalis Principis triumphavit. Hic ipſe ſequenti ſæculo, quo oſtenderetur ſanctos martyres in cælis vivere, & in neceſſitatibus

Alii martyres in Lycia & aliis locis.

(*d*) *Apud Sur. 30. April. tom. 2.*

(*e*) *Mart. Rom. diverſis dieb.*

(*f*) *Sur. tom.4. die 9. Iul.*

De Mercurio martyre.

tibus eos invocantibus præſto eſſe, pro Chriſtiana religione adverſus Apoſtatam Julianum pugnaſſe repertus eſt; ſed de his ſuo loco opportunius. Ibidem Cæſareæ quoque paſſi habentur Cæſarius, Germanus, Theophilus, & Vitalis, quorum memoria, ut aliorum nominatorum martyrum, habetur in Eccleſiaſticis tabulis adſcripta ſingulis diebus, quibus eorum natalitia celebrantur.

XXVII. De Chriſtianis militibus male meritus Decius.

Abuſus eſt Decius de Perſis quam eſt conſecutus Chriſtiani hominis ope victoriam; nam eam diis acceptam ferens, in eorum contemptores Chriſtianos acrius vindicavit, occiſis qui in ejus manus devenerant Perſis Chriſtianis, Polychronio Epiſcopo Babylonis, Parmenio, Elima, & Chryſotelo presbyteris, diaconis Luca & Mucio, viriſque nobiliſſimis Maximo & Olympiade; ac demum poſt longa vincula Abdone ac Sennen Subregulis. Extant horum Acta, ſed nonnihil corrupta. Ex eodem quoque Decii exercitu paſſi recenſentur Paramon miles; aliique ejus ſocii trecenti ſeptuaginta, quorum apud Græcos memoria celebris eſt. In ſuo enim Menologio ipſi, vigeſimanona Decembris eorum natalem diem agentes, hoc elogio eos celebrant: *Hi fuerunt ſub Decio Imperatore & Aquilio Præſide; quos ad templum Iſidis Præſes ingreſſus immolaturus, jubet eos hoc ipſum facere; quod cum illi renuerent, præcepit omnes occidi. Necati tunc ſunt quos ſecum duxerat trecenti ſeptuaginta viri. Cum autem id videret Paramon, magna exclamans voce dixit; Nefarium atque impium facinus video: ſceleſtum iſtum tot viros juſtos atque hoſpites, more pecudum, jugulare. Hoc audiens Præſes, ſtatim Paramonem jubet interfici. Quod cum neſciret ille; in eo ipſo loco in quo ambulabat, qui miſſi fuerant, eum opprimentes occiderunt:* Hæc ibi. Paſſus quoque ſub Decio reperitur Menignus fullo, cujus quoque natalis dies deſcriptus eſt in tabulis Eccleſiaſticis, & alii propemodum innumeri.

XXVIII. De martyribus in Occidente paſſis.

Orbis quoque Occidentalis iiſdem clariſſimis ſideribus inſtar cæli fuit egregie illuſtratus; nam præter illos quos Romæ, vel proximis locis, aut in Africa paſſos recenſuimus; in Sicilia præclariſſimum martyrium ſubiit Agatha celeberrima inter martyres, quæ ſub Quintiano Præſide Chriſtum animo virili confeſſa, poſt alapas, carcerem, equuleum, & contorſiones membrorum, poſt acerbiſſimam mamillarum abſciſſionem, ac volutationem in teſtulis & carbonibus, tandem in carcere, Deum precando, ſpiritum reddidit. Ignoſcat lector, ſi ingentia facta martyrum leviter tantum attigiſſe potius, quam narraſſe videamur; multoſque ex iis nomine tenus tantummodo recenſeamus, ſed & quamplurimos prætereamus; tum quod id alieni muneris eſſe ſciamus (longe enim diſtant inter ſe, Annales Eccleſiaſticos poſteris commendare, & ſingulorum Acta martyrum, Vitaſque ſanctorum conſcribere) tum etiam cum in iis recenſendis multæ interdum incidant difficultates, ſingulas enodare cum opus eſſet, longe longius ab inſtituto divertendum eſſet: quod puto pariturum fore lectori nauſeam. Cui tamen jucundius eſſe putamus, ſi iis tantum breviter recenſitis, atque calamo citato percurſis, in Actis quibuſdam martyrum a Notariis publicis publice commendatis ipſum interdum libuerit detinere; quo ex iis, quæ exploratiſſima ſunt, cætera etiam, quæ non norit, intelligat.

XXIX. Martyres diverſis in locis paſſi.

At ut ad eoſdem martyres tunc paſſos redeamus, quorum mentio viget in tabulis Eccleſiaſticis: leguntur ſub Decio pariter paſſi Formiis Albina; Anagniæ Magnus Epiſcopus & Secundina virgo: Camerini Venantius, Anaſtaſius ac ſocii; Fulgini Felicianus; Peruſiæ Florentius, Julianus, Cyriacus, Marcellinus, & Fauſtinus, & diverſa die Felinus, & Gratianus; Aretii in Tuſcia Pergentinus, & Laurentinus fratres; Florentiæ Minias; Ravennæ Fuſca virgo cum Maura nutrice, & apud Alpes Cottias Baſſus Epiſco-

PAGIUS

XII. *S. Agathæ martyrium.* Baron. an. 254. n.XXVIII.

Ad num.XXVIII. De Martyribus in perſecutione Deciana paſſis, præſertimque de S. Agatha, die V. Februarii morti tradita, legendus Bollandus in Actis Sanctorum; nobis enim ab inſtituto non divertendum.

XIII. *Epiſtolarum Cyprianicarum Chronologia.*

A num.XXIX. uſque ad ultimum, varia tractantur, quæ ſine Epiſtolis D. Cypriani ſuis temporibus redditis plerumque obſcura ſunt. Quare cum Pearſonius in Annalibus Cyprianicis Operum D. Cypriani Oxonii nuper editorum initio præfixis eaſdem epiſtolas accurate digeſſerit, ac non raro ordinem Pamelii, Baroniique immutarit, ut noſtræ Animadverſiones clariores evadant, ſtatutum a Pearſonio ordinem plerumque ſequar, & quæ hoc anno habet, in compendium redigam; cum alioqui ei, utpote Viro ex Proteſtantium ſecta, in dogmatibus minime favere intendam.

XIV.

Auctor anonymus Chronici Damaſi, Fabiani Romani Pontificis martyrio narrato, ait: *Poſt paſſionem ejus Moyſes & Maximus Presbyteri, & Nicoſtratus Diaconus comprehenſi ſunt, & in carcerem miſſi. Eo tempore ſupervenit Novatus ex Africa; & ſeparavit de Eccleſia Novatianum & quoſdam Confeſſores, poſtquam Moyſes in carcere defunctus eſt, qui fuit ibi menſes undecim, dies undecim.* Sub initio itaque Januarii Novatus, relicto in Africa Feliciſſimo, Romam venit & *ſeparavit ab Eccleſia Novatianum.* Quare Novatianum antea ſibi maxime familiarem Moyſes Presbyter & Confeſſor illuſtris, *adhuc ſuperſtes*, ſed paulo ante mortem a communione ſua ſeparavit, ut habet Cornelius epiſtola ad Fabium Antiochenſem Epiſcopum apud Euſebium lib.6. cap. 43. Moyſes autem paulo poſt moritur in carcere, hoc ipſo menſe exeunte, poſtquam ibi fuiſſet *menſes undecim, & dies undecim*, ut refert Chronicon laudatum. Tempus obitus hujus Confeſſo-

Obitus Moyſis & Maximi.

Baron an. 255. num. XXXVII. & ſeqq.

copus; Toloſæ in Gallia Saturninus ejuſdem civitatis Epiſcopus, qui glorioſo agone decertans ſacerdotalis vigoris egregium ſpecimen exhibuit. Extant ejus martyrii Acta; in quibus cum habeatur paſſus Decio & Grato Coſſ. hoc anno accidiſſe oportuit; nam prior Conſulatus Decii una cum Grato primum ante Philippi obitum contigit, quo nondum perſecutio aliqua in Occidente Chriſtianos vexabat. Hoc item tempore in Aquitania paſſus eſt Amaranthus. Sed quid moror ſingularum Provinciarum ac civitatum martyres recenſere; cum (ut uno verbo cuncta perſtringam) nulla regio fuerit, quæ ſubjecta Romano eſſet Imperio, cuique Chriſti fides affulſiſſet, in qua non eſſent martyres, qui edictis Decii parere recuſantes, ne fidem amitterent, præſentis temporis vitam prodegerunt libentiſſime? non cæteræ Galliarum partes, non Britanniæ, non Hiſpaniæ hiſce trophæis victoriæ caruere. Sed de inſignioribus quibuſdam martyribus in Hiſpania paſſis ſub perſecutione Decii, & Valeriani, agemus inferius opportuniore loco.

XXX. Quod ſi alicubi efferbuit Decii perſecutio; Romæ certe in primis ſæviſſe, certum ac patens eſt argumentum, quod Romana ſedes viduata paſtore perſeverabat: cujus quidem veritatis certam atque exploratam in omnibus fidem facit Cypriani epiſtola, cujus ante meminimus, ſed anni hujus exordio ſcripta ad confeſſores (*a*), qui jam annum in carcere Romæ peregerant, cum necdum Romanus Pontifex creatus eſſet: cujus electionis tempore ſchiſma etiam eoſdem tetigit confeſſores, quos dicta Cypriani epiſtola demonſtrat antea inter ſe unanimes fuiſſe atque concordes. Quo autem Cyprianus erga illos Romanæ Eccleſiæ presbyteros eſſet affectus animo, eadem epiſtola declarat his verbis: *Vobiſcum illic in carcere quodammodo, & nos ſumus. Divinæ dignationis hortamenta vobiſcum ſentire nos credimus, qui ſic veſtris cordibus inhæremus. Honori nos veſtro charitas veſtra individua connectit: ſeparari dilectionem Spiritus non ſinit. Vos illic confeſſio, me affectio includit. Et nos quidem veſtri diebus ac noctibus memores, & quando in ſacrificiis precem cum pluribus facimus, & cum in ſeceſſu privatis precibus oramus, coronis, & laudibus veſtris plenam a Domino faventiam poſtulamus:* Hæc Cyprianus.

(*a*) Cypr. epiſt. 16.

Vacat adhuc Sedes Romana.

XXXI. Porro elapſo (ut diximus) primo perſecutionis anno & ſecundo jam inchoato, ſicut confeſſores detinebantur in carcere, ita & Cyprianus ſe continebat in latebris, cum necdum Romanus Pontifex crearetur. Meminit hujus temporis Cyprianus ſcribens ad plebem de Feliciſſimo ſchiſmatico cum ſociis ab Eccleſia ſeparato, cum ait (*b*): *Non ſuffecerat exilium jam biennii, & a vultibus atque ab oculis veſtris lugubris ſeparatio, &c.* intelligens plane de inchoato biennio; nam paulo ſuperius ſatis indicat, nondum creatum fuiſſe Romanum Pontificem, cum ait: *Cumque ſemel placuerit tam nobis, quam confeſſoribus & Clericis Urbicis, item univerſis Epiſcopis, vel in noſtra provincia, vel trans mare conſtitutis, ut nihil innovetur circa lapſorum cauſam, niſi omnes in unum convenerimus*, &c. Quibus ſane verbis cum Cleri tantum, nulla de Romano Pontifice facta mentione, interponatur auctoritas; ſatis liquet, adhuc, cum illæ ſcriptæ ſunt litteræ, Romanam Eccleſiam fuiſſe abſque paſtore. Dicere autem ſedem vacaſſe toto biennio, pro monſtro habetur, cum nullus umquam id vel ſomniaverit; nec ut tam diu differretur, reddita hoc anno (ut demonſtrabimus) Eccleſiæ pace, ulla prorſus cauſa præceſſerit. Sic igitur biennium quod ſui exilii Cyprianus nominat, illud tantum inchoatum, non autem expletum, eſt neceſſario intelligendum: immo nec quod diu antea cœptum eſſet; quandoquidem ſe eas litteras ſcribere

Vacante adhuc Rom. Sede cum Clero agitur.

(*b*) Cypr. epiſt. 40.

PAGIUS

feſſoris anno ſecundo Galli & Voluſiani a Baronio conſignatum, licet Martyrologium Romanum, quod ipſemet Notis illuſtravit, teſtetur, Moyſem ſub Decio paſſum eſſe, & ipſe fateatur, Cornelium Romæ Epiſcopum factum eſſe ante mortem Decii, conſtetque, Moyſem ante electionem Cornelii defunctum. Præterea fatetur Baronius, Cornelium de morte Moyſis tanquam præterita ad Fabium Antiochiæ Epiſcopum ſcripſiſſe; & notiſſimum eſt ex literis Dionyſii Alexandrini ad Cornelium datis, Fabium illum ſub initio Imperii Galli & Voluſiani obiiſſe. Denique Cornelium & Moyſem eodem anno paſſos tradit, & quidem Cornelium decima quarta Septembris, quod verum eſt. Quod ſi Moyſes eodem anno, Novembris vigeſima quinta, ut Martyrologium Romanum habet, paſſus ſit, Moyſem poſt Cornelii mortem vixiſſe dicendum eſſet; quod omnem hujus Hiſtoriæ ſeriem penitus evertit.

XV. In hanc opinionem Cardinalem Doctiſſimum conjecit Tractatus quidam Cypriano adſcriptus, vel potius titulus hujus *de Laude Martyrii ad Moyſem & Maximum & ceteros Confeſſores*. Cum enim in illo Tractatu lues memoretur, quæ ſub Gallo & Voluſiano cœpit, ipſumque Tractatum a Cypriano ſcriptum, & ab eodem ad Moyſem miſſum putaret, inde aſſerere non dubitavit, Moyſem poſt illius peſtilentiæ ortum, ac *poſt ſtrages populatarum urbium* vixiſſe, & demum ſecundo Galli anno defunctum eſſe. Verumenimvero Tractatus ille a S. Cypriano ſcriptus non eſt, multo minus ad Moyſem miſſus, ſed a Declamatore aliquo compoſitus, ut vel hæc oſtendunt: *Etſi incongruens eſt, fratres chariſſimi, in hoc favore dicendi aliquid trepidationis afferre*; &, *Quæ vox, quæ latera, quæ vires inſtar tanti muneris capiant ſuſtinere?* ut alia quamplurima, quæ Cyprianus ad Moyſem & Confeſſores nunquam ſcripſiſſet. Quamobrem cum Veteri-

Liber de Laude Martyrii Cypriani non eſt. Baron. ibid.

bere teſtatur ante Paſchatis celebritatem. Qui autem biennium illud expletum putat, innumeris ſe tricis obvolvit, nec quo modo ſe illis expediat (ut ipſe teſtatur *a*) invenit. Nominat Cyprianus ſpontaneum ſuum receſſum exilium, ea fortaſſe ratione, quod (ut ait) proſcriptio illud fuerat ſubſecuta. Reliquos autem, qui de electionis Cornelii tempore ſolvendi ſuperſunt nodi, inferius, temporis & rerum geſtarum diſpoſito ordine, ſuo loco explicabimus.

(*a*) *Pamel. in vita Cypr.*

XXXII. Schiſma in Eccleſia Africana.

At quod de oborto ſchiſmate hoc tempore in Eccleſia Carthaginenſi & tota pene Africa, auctore Feliciſſimo eadem epiſtola Cyprianus teſtatur; ejus quoque verbis, ut res geſta eſt, enarremus. Erat hic (ut ſuperius dictum eſt) Feliciſſimus, qui magnopere ejuſdem Cypriani electioni fuerat adverſatus. Nam de eo hæc idem (*b*) Cyprianus ait: *Hoc enim quorumdam presbyterorum malignitas & perfidia perfecit, ne ad vos ante diem Paſchæ venire licuiſſet; dum conjurationis ſuæ memores, & antiqua illa contra Epiſcopatum meum, immo contra ſuffragium veſtrum & Dei judicium, venena retinentes, inſtaurant veterem contra nos impugnationem ſuam, & ſacrilegas machinationes inſidiis ſolitis denuo renovant*: Hæc ipſe.

(*b*) *Cypr. epiſt.*40.

XXXIII. De Feliciſſimo ſchiſmatis auctore.

Qui igitur ab ipſo S. Cypriani ſedis exordio eidem refragari cœperant, in omnibus poſtea adverſus eum obniti, cientes undique turbas, non deſtiterunt, quamlibet captantes occaſionem; nam cum (ut dictum eſt) confeſſores idem Cyprianus leviter corripuiſſet, quod ſe nimis faciles exhiberent adverſus Eccleſiaſticam diſciplinam, ante opportunum tempus lapſis pacem dandam eſſe contendentes; tunc ille cum ſuis omnem lapidem movit, ut ipſos confeſſores a Cypriano divelleret. Id quidem ipſe ad eoſdem ſcribens teſtatur, cum ait (*c*): *Nunc apparuit Feliciſſimi factio unde veniſſet, quibus radicibus & quibus viribus ſtaret. Hi fomenta olim quibuſdam confeſſoribus & hortamenta tribuebant, ne concordarent cum Epiſcopo ſuo, nec Eccleſiaſticam diſciplinam cum fide, & quiete juxta præcepta Dominica continerent, ne confeſſionis ſuæ gloriam incorrupta & immaculata converſatione ſervarent.* Addiderunt inſuper, ut lapſos in Cyprianum iidem provocarent, quos ille reconciliare diſtulerat uſque ad redditam Eccleſiæ pacem. Nam ſubdit: *Ac ne parum fuiſſet corrupiſſe quorumdam confeſſorum mentes, & contra ſacerdotium Dei portionem ruptæ fraternitatis armare voluiſſe; nunc ſe ad lapſorum perniciem venenata ſua deceptione verterunt, ut ægros, & ſaucios, & ad capienda fortia conſilia per calamitatem ruinæ ſuæ minus idoneos & minus ſolidos, a medela vulneris ſui avocent*: & paulo poſt:

(*c*) *Cypr. epiſt.*40.

XXXIV. Magna tentatio perſecutioni conjuncta.

Perſecutio hæc eſt alia & alia tentatio; & quinque iſti presbyteri nihil aliud ſunt, quam quinque primores illi, qui edicto nuper magiſtratibus fuerant copulati, ut fidem noſtram ſubruerent, ut gracilia fratrum corda ad lethales laqueos prævaricatione veritatis averterent. Eadem nunc ratio, eadem rurſus everſio per quinque presbyteros Feliciſſimo copulatos ad ruinam ſalutis adducitur, ut non rogetur Deus, nec qui negavit Chriſtum, eumdem Chriſtum, quem negaverat, deprecetur: poſt culpam criminis tollatur & pœnitentia, nec per Epiſcopos, & ſacerdotes Domino ſatisfiat. Hos ut caveant admonet Cyprianus tam ſtantes quam lapſos, cum ſubdit: *Nemo vos Chriſtianos ab Evangelio Chriſti rapiat; nemo filios Eccleſiæ de Eccleſia tollat. Pereant ſibi ſoli, qui perire voluerunt. Extra Eccleſiam ſoli remaneant, qui de Eccleſia receſſerunt:* ac demum: *Perſecutionis iſtius noviſſima hæc eſt, & extrema tentatio, quæ & ipſa cito Domino protegente, tranſibit, ut repræſenter vobis poſt Paſchæ diem cum collegis meis; quibus præſentibus, ſecundum arbi-*

PAGIUS

teribus ſtatuendum, Moyſem in carcere defunctum eſſe, & quidem hujus anni initio, ſed non die Novembris XXV. quo colitur. Martyrologia enim eum diem memoriæ ejus aſſignant, quod fieri ſolet, ubi dies paſſionis ignoratur.

XVI. *Quinque Presbyteri ſe ab Eccleſia Africana ſeparant.*

Menſe Februario jam affecto, poſtquam *Feliciſſimus & Augendus*, aliique fuerant abſtenti, & jam Romæ Novatus ſchiſma excitare totis viribus nitebatur; quinque Presbyteri Carthagine ſe ab Eccleſia Africana ſeparabant, & Feliciſſimo adjungebant. Id eorum malignitas & perfidia effecit; illi enim ipſi erant, qui ordinationi Cypriani cum Feliciſſimo ſe oppoſuerant, de quibus queſtus fuerat ante Cyprianus epiſtola XVII. quæ Pamelio eſt XII. Ita tandem apparebat *Feliciſſimi* factio, unde veniſſet, & quibus radicibus ſtaret. Horum quinque Presbyterorum defectione comperta maxime angebatur animi S. Cyprianus, quia ſtatuerat eo ipſo tempore Carthaginem redire. *Quas nunc pœnas patior*, inquit, *fratres chariſſimi, quod ipſe ad vos inpræſentiarum venire non poſſum.* Altera enim perſecutione jam ſedata, hanc defectionem quaſi novam perſecutionem aliamque tentationem interpretatus eſt. Quamobrem ad plebem ſuam poſtea ſcribit epiſtolam XLIII. Pamelio XL. vehementer urgens, ut Eccleſiæ adhærere pergerent, nec ætate vel auctoritate illorum Presbyterorum ſe divelli paterentur. Quinetiam promittit, ſe ad eos poſt Paſchæ diem cum Collegis ſuis venturum.

XVII. *Cyprianus adhuc in ſeceſſu verſatur.* Baron. ann. 254. n.XXXI.

Toto igitur menſe Martio in ſeceſſu ſuo ſe continuit Cyprianus, propter minas & inſidias factionis Feliciſſimi, prodire tutum ſibi & Eccleſiæ minime ratus. Et quamvis tempus Paſchatis jam appropinquaret, quod ſecundum Canonem Hippolyti hoc anno Cyclo Solis 8. littera Dominicali E. in viceſimum tertium Martii incidit, quodque cum ſuis Carthagine celebrare maxime in votis habuit, diſtulit tamen adventum ſuum ad ea tempora, quæ ſolennia pa-

arbitrium quoque veſtrum, & omnium noſtrum commune conſilium, ſicut ſemel placuit, ea quæ agenda ſunt, diſponere pariter & limare poterimus. Si quis autem pœnitentiam agere, & Deo ſatisfacere detrectans, ad Feliciſſimi & ſatellitum ejus partes conceſſerit, & ſe hæreticæ factioni conjunxerit; ſciat ſe poſtea ad Eccleſiam redire, & cum Epiſcopis & plebe Chriſti communicare non poſſe: Hæc Cyprianus ad ſuos de Feliciſſimi ſchiſmate.

XXXV. Cogit ſuos Feliciſſimus in Monte.

Inter hæc autem idem Feliciſſimus, quos ſuis addixerat partibus, & in dies magis adjiciebat, ſeorſum Eccleſiam ſtatuens, & altare erigens, colligebat in monte quodam. Cujus conatibus ut S. Cyprianus obviam iret, miſit in eas partes Caldonium & Herculanum Epiſcopos, Rogatianum atque Numidicum presbyteros, quos vicem ſuam acturos vicarios conſtituit (*a*); quibus in mandatis dedit, ut pauperum curam agerent, atque debita ſingulorum expungerent, quod eo factum puto conſilio, ne illos egentes Feliciſſimus ab Eccleſia in ſuam communicationem abriperet. Sed inter hæc addidit ad priſtina nova ſcelera Feliciſſimus, impediens in primis ejuſmodi debitorum expunctionem, ac ſingulorum deſcriptionem, idque magiſtratibus ſæcularibus ſecum adhibitis; adjecit his inſuper, ut a communicatione pronunciaret extorres omnes qui ſecum non communicarent in monte. His igitur & aliis nefandis ſceleribus ab homine perpetratis, S. Cyprianus provocatus (*b*), qui ſe hactenus patientia continuerat, excommunicationis ſententia eum perculit; de qua ad Epiſcopos Caldonium & Herculanum, necnon ad Rogatianum atque Numidicum presbyteros, his verbis agit:

(*a*) *Cypr. epiſt.* 38.

(*b*) *Cypr. epiſt.* 38.

XXXVI. Solvit debita pauperum Cyprianus.

Cumque ego vos pro me vicarios miſerim, ut expungeretis neceſſitates fratrum noſtrorum ſumptibus; ſi qui etiam vellent ſuas artes exercere, additamento, quantum ſatis eſſet, deſideria eorum juvaretis; ſimul etiam & ætates eorum & conditiones, & merita diſcerneretis; ut jam nunc ego, cui cura incumbit, omnes optime noſſem, & dignos quoque & humiles & mites ad Eccleſiaſticæ adminiſtrationis officia promoverem; ille interceſſerit, ne quis poſſet expungi; neve, ea quæ deſideraveram, poſſent diligenti examinatione diſcerni; comminatus ſit etiam fratribus noſtris, qui primi expungi acceſſerant, potentatu improbo, & terrore violento, quod ſecum in monte non communicarent, qui nobis obtemperare voluiſſent. Cumque poſt hæc omnia nec loci mei honore motus, nec veſtra auctoritate, & præſentia fractus, inſtinctu ſuo quietem fratrum turbans, proripuerit ſe cum pluribus, ducem ſe factionis & ſeditionis principem temerario furore conteſtans; in quo quidem gratulor plurimos fratres ab hac audacia receſſiſſe, & vobis acquieſcere maluiſſe, ut cum Eccleſia matre remanerent, & ſtipendia ejus, Epiſcopo diſpenſante, perciperent; quod quidem & cæteros pro certo ſcio cum pace facturos, & cito ab errore temerario receſſuros.

XXXVII. Sententia excommunicationis in Feliciſſimum & ſocios.

Interim cum Feliciſſimus comminatus ſit non communicaturos in monte ſecum, qui nobis obtemperaſſent, id eſt, qui nobis communicarent; accipiat ſententiam quam prior dixit, ut abſtentum ſe a nobis ſciat; quando ad fraudes ejus & rapinas, quas dilucida veritate cognovimus, adulterii etiam crimen accedit, quod fratres noſtri graves viri deprehendiſſe ſe nunciaverunt, & probaturos ſe aſſeverarunt. Quæ omnia tunc cognoſcemus, quando in unum cum collegis pluribus, permittente Deo, convenerimus. Sed & Augendus, qui nec Epiſcopum nec Eccleſiam cogitans, pariter ſe cum illius conſpiratione ſociavit; ſi ultra cum eo perſeveraverit, ſententiam ferat, quam ille in ſe factioſus & temerarius provocavit. Sed & quiſquis ſe inſpirationi & factioni ejus adjunxerit, ſciat ſe in Eccleſia nobiſcum non eſſe communicaturum, qui ſponte maluit ab Eccleſia ſepa-

PAGIUS

Paſchatis proxime ſecuta ſunt. Itaque epiſtola XLIII. ad plebem ſuam ſcripta hoc ipſo menſe ſignificat, quinque Presbyterorum malignitatem & perfidiam perfeciſſe, *ne* ad eos *ante diem Paſcha venire licuiſſet*. Hoc igitur menſe Martio hæc epiſtola ſcripta, qua Cyprianus ſatis exprimit, quamdiu ipſe, tunc cum ſcripſit, in ſeceſſu delituerat, his verbis: *Non ſuffecerat exilium jam biennii, & a vultibus atque ab oculis veſtris lugubris ſeparatio*. Hoc enim de biennio tantum inchoato, non autem expleto neceſſario eſt intelligendum, inquit Pearſonius cum Baronio.

XVIII. *Primum Concilium Carthaginenſe ſub S. Cypriano.*

Interea Epiſcopi Africani poſt Paſchatis ſolennia domi celebrata ſuas ſedes pro more relinquunt, & Carthaginem petunt. Quinetiam Cyprianus jam de factione *Feliciſſimi* ſecurus e ſeceſſu prodit, & Sedem ſuam occupat. Jamque Epiſcopos ex Provincia ſua convolantes ad Concilium rite ac pro more celebrandum præparavit, qui toties cauſam *Lapſorum* ad commune conſilium reſervaverat, ſeque cum Collegis ſuis de factione Feliciſſimi judicaturum promiſerat. Menſe Maio primum *Carthaginienſe* Concilium ſub Cypriano celebratum eſt, de quo ipſe literis ad Antonianum ante ſecundum Concilium datis: *Secundum quod tamen ante fuerat deſtinatum perſecutione ſopita, cum data eſſet facultas in unum conveniendi, copioſus Epiſcoporum numerus, quos integros & incolumes Fide ſua Domini tutela protexit, in unum convenimus*. Tempus conveniendi his verbis accurate deſcriptum eſt: deſtinatum enim fuit, quamprimum *Epiſcopis in unum convenire indulgentia Divina permitteret*, quod poſt hujus anni Paſcha contigiſſe multa convincunt. Factum eſt *perſecutione ſopita*, nondum penitus finita, hoc eſt, ante mortem Decii, qui hoc anno affecto periit; imo & ante electionem Cornelii, qui Decio adhuc imperante ordinatus eſt. *Diu* quidem continuatum eſt hoc Con-

Baron. n.LXXXV. & ſeqq.

ſeparari. Has litteras meas fratribus noſtris legite, & Carthaginem ad Clerum quoque tranſmittite, additis nominibus eorum, quicumque ſe Feliciſſimo junxerunt. Sententia autem promulgata, a Caldonio Epiſcopo ſcripta ad collegas Herculanum, Victorem, Rogatianum, atque Numidicum presbyteros, adverſus Feliciſſimum & ei communicantes, ſic ſe habet (a): *Abſtinuimus communicatione Feliciſſimum & Augendum, item Repoſtum de extorribus, & Irenem Rutilorum, & Paulam Sarcinatricem, quod ex annotatione mea ſcire debetis. Item abſtinuimus Sophronium & ipſum de extorribus Soliaſſum Budinarium.* Ita ipſe.

(a) *Apud Cypr. epiſt.* 39.

XXXVIII. Montenſium origo unde. Hinc cœpta omnium malorum origo; conflatum enim hoc tempore ſchiſma in Eccleſia Africana, tam altas fixit radices, ut nec multis ſæculis valuerit quovis ſtudio atque arte convelli; quin ſæpe ramis exciſis, ex veteri trunco novis germinibus pullulantibus, in dies magis magiſque infelicius fuerit propagatum. Vides hic Montenſium ſchiſmaticorum primam originem, ac nominis primum ortum, nempe a feliciſſimo qui colligere cæpit ſuos in montibus; ejuſque eſſe nominis prima hic elementa formata, quod & illi ſunt æmulati, qui poſtea ex Donati ſchiſmate, temporibus Conſtantini ac filiorum, Montenſes ſunt appellati; quod ſicut iſti, in montibus delegerint habitare; de quibus ſuo loco dicturi ſumus.

XXXIX. Novatus unde prodiit. Ex hac pariter Feliciſſimi infeliciſſima officina impius Novatus primus auctor malorum prodiit, qui eamdem diſſenſionis peſtem (ut demonſtrabimus) in Urbem invexit. Horum quoque germen, ſed & ampliſſimus propagator Donatus fuit. Unum ergo portentum tot genuit monſtra, & Feliciſſimus unus tot infelicium caſuum auctor extitit. Verum eorum quæ a Feliciſſimo gerebantur (licet ipſe ſe non palam proderet) incentor erat, & impulſor Novatus Epiſcopus, qui, Cypriano invito, Feliciſſimum (ut ait (b) diaconum ordinaverat, quem idem auctor appellat Novati ſatellitem: quamobrem cum opportunum ſibi viſum eſt tempus, Novatus qualis eſſet, cum ſe oſtenderet; accidit, ut Feliciſſimi nomen velut obſcurum exoleverit, & Novatus ſchiſmaticæ factionis (ut erat) anteſignanus ab omnibus nominaretur. ☞ At ne fallaris, quod audiſti Feliciſſimum creatum fuiſſe a Donato diaconum; alium plane diverſum a Feliciſſimo presbytero hunc eſſe cognoſce, nam iſte jam presbyter erat, cum S. Cyprianus eſt creatus Epiſcopus; hic autem Cypriano jam Epiſcopo a Donato diaconus electus eſt ☜. Quo modo autem Novatus pariter ac Feliciſſimus ſchiſmatis propagandi cauſa ſeſe in urbem intulerint, paulo poſt dicemus.

(b) *Cypr. epiſt.* 49.

XL. De pace reddita Eccleſiæ Africanæ. Inter hæc autem, vivente adhuc Decio, & aliis in locis ac Romæ potiſſimum Eccleſiam perſequente (quo modo, neſcimus) in Eccleſia Africana, ut a S. Cypriano fuerat prophetice ante prænunciatum, radius quidam pacis poſt atros perſecutionis nimbos affulſit. Multa quidem accidere potuerunt, ut de populo Africano Decius bene mereri videri vellet; & fortaſſe illud, quod, cum barbarorum ea Provincia pateret incurſibus, bellum quo Gentiles adverſus Chriſtianos hactenus dimicaſſent, neceſſitate compellente fuerit in barbaros convertendum. Quamplurimos ſane ex Africa populos fuiſſe his ferme temporibus captos a barbaris, atque captivos ductos, Cypriani epiſtolæ, de quibus inferius, fidem faciunt locupletiſſimam. Sive hac igitur, quam certiorem putamus; ſive alia qualibet de cauſa; certum illud eſt, hoc anno ante Paſchæ tempus, Africanæ Eccleſiæ redditam eſſe pacem. Quam tamen, vivente adhuc Principe, minus tutam & ſui ortu invidioſam exiſtimans Cyprianus, ſcripſit ad ſuos (quod diximus) poſt Paſcha ſuum reditum conſultius differendum: ejuſdemque ſuæ

PAGIUS Concilium, *ſcripturis ex utraque parte prolatis; diu multumque tractatu inter eos habito*, imo & *frequenter actum* eſt, & ſæpius prorogatum, ut inferius patebit.

XIX. *Cornelius fit Papa.* [1] Interim Romæ de eligendo Pontifice agebatur, quod quidem imperante adhuc Decio contigiſſe conſtat. *Sediſſe* enim Cornelium *intrepidum Romæ in Sacerdotali Cathedra, cum Tyrannus infeſtus Sacerdotibus Dei fanda atque infanda comminaretur*, teſtatur ipſe Cyprianus in epiſtola ad Antonianum, ubi de Decio intelligendus. Mox ſubjungit: *Cum multo patientius & tolerabilius audiret levari adverſus ſe æmulum Principem, quam conſtitui Romæ Dei Sacerdotem.* Princeps ille alius non videtur quam *Lucius Priſcus*, de quo Victor de Cæſaribus: *Per eos dies Lucio Priſco delata dominatio, Gothorum concurſu, poſtquam direptis Thraciæ pleriſque illo pervenerant. Qua cauſa Decio, quam potuit maturrime, Roma digreſſo*, &c. Poſt Decii itaque Roma diſceſſum novus Pontifex electus. Ordinatio autem Cornelii diu ante necem iſtius perſecutoris facta eſt, ut conſtat ex his Cypriani verbis de Cornelio: *qui tantum temporis ſedit exſpectans corporis ſui carnifices, & Tyranni ſui ultores*, ut legitur in Epiſtola LV. quæ Pamelio eſt LII. Decius autem ante menſem Novembrem hujus anni non periit. Non igitur opus eſt, ut Aprili Cornelium ſediſſe cum Baronio ſtatuamus, quod ante necem Decii factus ſit Epiſco-

Baron. n. XLII. & ſeqq.

NOTÆ [1] IN Codice Cuſpiniani de Cornelio non legitur ſediſſe menſes IIII. ſed genuina ejus lectio fert menſes III. Conſule Eccardum, de quo in nota ad A. 250. 7.

(a) Cypr. epiſt. 36.

ſuæ poſt pacem moræ, ad Clerum (a) ſcribens, eamdem affert rationem, ſic dicens: *Optans cito ad vos venire, ut deſiderio tam meo, quam veſtro, & omnium fratrum ſatisfiat: oportet nos tamen paci communi conſulere, & interdum, quamvis cum tædio animi noſtri, deeſſe vobis; ne præſentia noſtri invidiam & violentiam Gentilium provocet, & ſimus auctores rumpendæ pacis, qui magis quieti omnium conſulere debemus. Quando ergo vos ſcripſeritis, rebus compoſitis, me venire debere, aut ſi ante dignatus fuerit Dominus oſtendere, tunc ad vos veniam.* Poſt hæc autem, ut interea pauperum curam gerant, inculcat.

XLI. Novatus ſchiſmaticus inoteſcit.

Cum hæc in Africa agerentur, qui ſemel per ſuos cathedram contra cathedram Novatus diro ſchiſmate collocarat; quo infelicia germina in tranſmarinam quoque Eccleſiam propagaret, Romam ſe contulit; ut nactus occaſionem vacantis ſedis, eam Eccleſiam dolis atque inſidiis appetere aggrederetur; conaturus in primis aliquos ſibi communicatores conciliare, ſicque plurimos decipere, ac denique omni ſtudio eniti, ut aliquem ex iis quos ſibi conciliaſſet, & quem a ſuis partibus ſtare ſciret, in ſedem evehendum Pontificiam procuraret, ac proinde ſic conflatum ſchiſma conſolidaret; hacque arte ſedi Cypriani, tamquam hominis foris ſtantis, negotium faceſſeret, inſidiaretur que. Tanti igitur ſceleris ipſe primarius architectus, ad componendos dolos ac fallacias conſtruendas peritiſſimos ſecum duxit artifices. Sed præter ſententiam accidit, ut citius quam putaret, Cornelius Pontifex crearetur. Jam non ferenda amplius videbatur tanta non ſolum Romanæ, ſed totius Catholici Orbis Eccleſiæ importuna adeo atque moleſta viduitas: quod nimirum lapſorum ingens numerus præ foribus ſtaret, ac ſolicitius inſtaret, ut in Eccleſiam reciperetur.

XLII.

His igitur aliiſque exigentibus cauſis, quamtumlibet perſecutio adhuc vigeret, & Principem ſcirent ſuo ipſorum conatui obnitentem; tamen coeuntibus ſimul Romanis clericis, quorum id erat officii, ſumma animorum conſenſione eligunt in Chriſtianæ religionis Pontificem Cornelium Romanum civem ex patre Caſtino. Qualis autem hic fuerit, & quo modo in Romanum Pontificem electus, idem S. Cyprianus (b) ad Antonianum ſcribens narrat his verbis: *Venio jam nunc, frater cariſſime, ad perſonam Cornelii collegæ noſtri, ut Cornelium nobiſcum verius noveris, non de malignorum & detrahentium mendacio, ſed de Domini Dei judicio, qui Epiſcopum fecit; & Coepiſcoporum teſtimonio, quorum numerus univerſus per totum mundum concordi unanimitate conſenſit. Nam, quod Cornelium cariſſimum noſtrum Deo, & Chriſto, & Eccleſiæ ejus item conſacerdotibus cunctis laudabili prædicatione commendat, non iſte ad Epiſcopatum ſubito pervenit, ſed per omnia Eccleſiaſtica officia promotus, & in divinis adminiſtrationibus Dominum ſæpe promeritus, ad ſacerdotii ſublime faſtigium cunctis religionis gradibus aſcendit.*

(b) Cypr. epiſt. 52. Cornelii electio qualis.

XLIII. Cornelii modeſtia.

Tum deinde Epiſcopatum ipſum nec poſtulavit, nec voluit, nec ut cæteri, quos arrogantiæ & ſuperbiæ ſuæ tumor inflat, invaſit; ſed quietus & modeſtus, & quales eſſe conſueverunt, qui in hunc locum divinitus eliguntur, pro pudore virginalis conſcientiæ ſuæ, & pro humilitate ingenitæ ſibi & cuſtoditæ verecundiæ, non ut quidam vim fecit, ut Epiſcopus fieret, ſed ipſe vim paſſus eſt, ut Epiſcopatum coactus exciperet. Et factus eſt Epiſcopus a plurimis collegis noſtris, qui tunc in urbe Roma aderant; qui ad nos litteras honorificas & laudabiles & teſtimonio ſuæ prædicationis illuſtres de ejus ordinatione miſerunt. Factus eſt autem Cornelius Epiſcopus de Dei & Chriſti ejus judicio, de clericorum pene omnium teſtimonio, de plebis quæ tunc adfuit ſuffragio, & de ſacerdo-

PAGIUS

piſcopus, *& Tyrannum armis & bello poſtmodum victum prior Saeerdotio ſuo vieerit*, ut dicitur in eadem epiſtola; aut quod Concilium Carthaginenſe menſe Maio celebratum ſit: illud enim ante electionem Cornelii coactum. Quamobrem Cornelius menſe Junio ineunte Romæ Epiſcopus ordinatus, & quidem die ejus menſis quarto. In Chronico quidem Damaſi legitur: *Cornelius annos duos, menſes tres, dies decem. A Conſulibus Decio IV. & Deeio II. uſque Gallo & Voluſiano*. Sed locus corruptus eſt; legendum enim *Decio III. & Decio*, & loco *annos II.* legendum *annum I.* Exemplar, quo uſus Cuſpinianus, præter eoſdem errores alium habet, nempe *menſes IIII.* loco *menſes III.* Veterem lectionem conſervavit nobis auctius Chronicon veterum Pontificum, in quo legitur: *Sedit annum unum*. Quam emendationem neceſſario poſtulant ipſa Chronici Damaſi verba, quæ ſequuntur, *uſque Gallo & Voluſiano*, qui Conſulatus anno ſequenti geſtus. Qui enim creatus eſt utroque Decio Coſſ. & obiit Gallo & Voluſiano Coſſ. duobus annis & menſibus aliquot ſedere nullo modo potuit. Jam vero ab ejus deceſſu retro numerando colligitur initium Pontificatus ejuſdem. Cum enim obierit decimo quarto die menſis Septembris, ut Martyrologium Romanum, Hieronymianum, Uſuardi, Adonis, & aliorum tradunt; ſi annum unum, menſes tres, dies decem ſederit, eumdem quarto Junii die Cathedram occupaſſe pariter fatendum; præcipue cum hæc omnia ſcriptis Cornelii, Cypriani, & Dionyſii Alexandrini optime conſentiant.

XX. *Novatianus fit Epiſcopus.* Baron. n. XLIX. & ſeqq.

Novatianus contra Cornelii ordinationem aperte diſputavit, eamque ut illegitimam abrogare conatus eſt. Ita diſcordia gliſcente, Novatianus factione ſua jam corroboratus, magna parte plebis etiam ſeparata, duos deploratæ conditionis homines ſibi ſocios adjunxit, ut eos in exiguam & viliſſimam Italiæ partem mitteret,

ſlotum antiquorum & bonorum virorum collegio, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, id eſt, cum locus Petri & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret; quo occupato, de Dei voluntate atque omnium noſtrum conſenſione firmato, quiſquis jam Epiſcopus fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt, nec habeat Eccleſiaſticam ordinationem, qui Eccleſiæ non tenet unitatem: Hæc de electione Cornelii Cyprianus.

XLIV. Electio Rom. Pont. quomodo fieri ſolita. Ex quibus ſane, qualiter fieri ſoleret olim Romani Pontificis electio (cujus ritum, obortis ſæpe ſchiſmatibus, ſæpius mutari contigit, ut omnis temeritati aditus præcluſus undique foret) expreſſum ſatis habetur; nimirum, quod divinum præcedere ſoleret judicium atque ſuffragium, Deo, quem vellet eligi, ſigno aliquo admonente, Apoſtolico more: de quo pluribus tomo primo Annalium, cum de Eccleſiaſticis ordinationibus ex traditione Apoſtolica provenientibus actum eſt. Qui igitur videretur Dei judicio prælectus, coacto presbyterio (hoc enim nomine tunc ſacra illa comitia dicebantur) rogabantur ſingulorum ſententiæ; eorum itidem vota & teſtimonium explorabatur, qui plebis totius vicem repræſentarent. Admittebantur æque ad eadem comitia, ſi qui aderant tunc in Urbe Epiſcopi cum prærogativa ſuffragii. Quæ omnia acta eſſe in electione Cornelii, quæ ex Cypriano recitata ſunt, aperte declarant.

XLV. Aderant tunc in Urbe Epiſcopi ſexdecim (ut ipſe ſcribit ad Antonianum (*a*)), inter quos ex Africa erant duo tantum, Pompeius ac Stephanus, quorum ipſe (*b*) meminit; nam Caldonius, & Fortunatus poſtea a Cypriano Romam ſunt miſſi. Quod vero ad plebis in electione officium ſpectat; ſic aderat, ut de ordinandi anteacta vita teſtimonium ferret, non autem quod ferendi ſuffragii jus haberet; id enim Cyprianus alibi (*c*) docet his verbis: *Videmus de divina auctoritate deſcendere, ut ſacerdos, plebe præſente, ſub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico judicio ac teſtimonio comprobetur*: Hæc ipſe pluribus, ſuffragium ad Clerum, judicium vero, quod idem eſt quod teſtimonium, ad plebem referens, licet hoc ipſum alibi appellet quoque ſuffragium (*d*).

(*a*) Cypr. epiſt. 52.
(*b*) Cypr. epiſt. 41.
(*c*) Cypr. epiſt. 68.
(*d*) Cypr. epiſt. 52.

XLVI. Tempus electionis Cornelii. Antequam autem de oborto poſt Cornelii electionem ſchiſmate agamus, illud in primis pervidendum eſt, in quæ tempora Cornelii ſedes inciderit; idque ejuſdem Cypriani teſtificatione intelligamus. Ad Antonianum (*e*), ergo ſcribens, poſtquam ea, quæ de electione Cornelii dicta ſunt, enarravit, hæc addit: *Tum deinde poſt Epiſcopatum non exambitum, non extortum, ſed de Dei, qui ſacerdotes facit, voluntate ſuſceptum, quanta in ipſo ſuſcepto Epiſcopatu ſuo virtus? quantum robur animi? qualis firmitas fidei? quod nos ſimplici corde & perſpicere penitus, & laudare debemus: ſediſſe intrepidum Romæ in ſacerdotali cathedra eo tempore, cum tyrannus infeſtus ſacerdotibus Dei, fanda atque infanda comminaretur: cum multo patientius & tolerabilius audiret levari adverſus ſe æmulum Principem, quam conſtitui Romæ æmulum ſacerdotem. Nonne hic, frater cariſſime, ſummo virtutis & fidei teſtimonio prædicandus eſt? Nonne inter glorioſos confeſſores & martyres deputandus, qui tantum temporis ſedit expectans corporis ſui carnifices, & tyranni ferocientis ultores, qui Cornelium adverſus edicta feralia reſiſtentem, & minas & cruciatus & tormenta fidei vigore calcantem, ut gladio invaderent, vel crucifigerent, vel igne torrerent, vel quolibet inaudito genere pœnarum viſcera ejus & membra laniarent? Etiam ſi majeſtas Domini protegentis & bonitas, ſacerdotem quem fieri voluit, factum quoque protexit; tamen Cornelius, quantum ad ejus devotionem pertinet & timorem, paſſus eſt quicquid pati potuit, & tyrannum armis & bello poſtmodum victum prior ſacerdotio ſuo vi-*

(*e*) Cypr. epiſt. 52.

PAGIUS ret, atque illinc accitos tres Epiſcopos pelliceret, ſimulate quaſi Romæ ortam diſcordiam ſedaturos. Revera autem cum Romam tres illi Epiſcopi ex Italia veniſſent, *Novatianus* ab illis ſe ordinari procuravit, præcipue per Epiſtolam a Confeſſoribus miſſam. Unde Cornelius ipſe per tres Epiſcopos ordinatum eſſe Novatianum epiſtola ad Fabium fatetur; Pacianus autem eum ſine conſecratione legitima Epiſcopum factum, ideoque nec factum, tradit per epiſtolam eorum, qui ſe Confeſſores eſſe ſimularent. Non quod Confeſſores antea non fuiſſent, ſed quod tunc Schiſmatici eſſent, & confeſſionis gloriam perdidiſſent. Ipſi enim poſtea confeſſi ſunt, *circumductos commiſiſſe ſe quoque ſchiſmata, & hæreſis auctores fuiſſe, ut paterentur ei manus, quaſi in Epiſcopum, imponi*. Conſtat igitur, *Novatianum* a tribus Epiſcopis ordinatum eſſe, & quidem Italicis, quorum manus ei imponebantur, non autem *Novati*. Licet enim apud Chronicon Damaſi in Cornelio legatur: *Sub Epiſcopatu ejus Novatus extra Eccleſiam ordinavit Novatianum in urbe Roma, & Nicoſtratum in Africa*; id tamen non Novati manu factum, ſed factione ejus affectum eſſe jam diximus.

XXI. Concilium Carthaginienſe prorogatum. Baron. n. LXXXVI. Menſe Junio jam affecto Cyprianus in Concilio, acceptis Cornelii & Collegarum literis, quibus tum Cornelii electio, tum grave ſchiſma repræſentabatur, nondum audita *Novatiani* ordinatione, *Caldonium & Fortunatum* Epiſcopos Africanos e Concilio Legatos cum literis ad *Cornelium* & Coepiſcopos miſit. Per eoſdem etiam Epiſcopos duarum epiſtolarum exempla, quadrageſimæ primæ, Pamelio XXXVIII. de Feliciſſimo, & quadrageſimæ tertiæ, Pamelio XL. de Presbyterio ejus ad Cornelium tranſmiſit, ut toti fraternitati legerentur. Miſſis autem his Legatis, a Concilio ſtatutum eſt, ut omnia interim integra ſuſpenderentur, donec Legati redirent. Atque ita Concilium quaſi prorogatum eſt,

vicit: Hucuſque Cyprianus, plane ſignificans, vivente adhuc Decio, & perſecutione Romæ furente, Cornelium creatum fuiſſe Pontificem, &, ut puto, menſe Aprilis, nam nondum tempore electionis ejus celebratum fuerat Concilium in Africa, quod hoc anno menſe Maio collectum fuiſſe, idem Cyprianus affirmat, ad ipſum Cornelium (*a*) ſcribens.

(*a*) *Cypr. epiſt.* 55.

XLVII. Rurſum vero eum non fuiſſe creatum ante Paſchale tempus; ejuſdem Cypriani litteræ inſtante Paſchate ad ſuos datæ, quibus poſt Paſcha ſpondet adventum ſuum, ſatis demonſtrant; cum eo tempore adhuc ſedem Romanam vacare ſignificat, dum de iis, quæ in cauſa lapſorum ab eodem tunc Clero ſtatuta eſſent, in teſtimonium adducit; dicturus proculdubio de Romano Pontifice, ſi tunc creatus fuiſſet. Sic igitur eo tempore, quod a Paſchate uſque ad menſem Maium interlapſum eſt, creatum fuiſſe Cornelium, certum eſt. Ab electione vero Cornelii haud multum poſt temporis ſpatium, Decium Imperatorem bello victum extinctumque eſſe, idem Cyprianus ad Antonianum (*b*) ipſo Cornelii ſedis exordio poſt conflatum ſchiſma a Novatiano ſcribens, quæ nuper recitavimus, de interitu Principis ſatis expreſſe affirmare videtur illis verbis: *Tyrannum armis & bello poſtmodum victum prior ſacerdotio ſuo vicit*: qui & in libro, quem ſcripſit de Lapſis, plane teſtatur (*c*) divina ultione Decium fuiſſe extinctum.

Decii Imp. obitus.

(*b*) *Cypr. epiſt.* 5.

(*c*) *Cypr. lib. de Lapſ. in prin.*

XLVIII. Ex his itaque apparet, veriorem atque certiorem eſſe de annis Decii ſententiam dicentium ipſum regnaſſe annum unum, & ſecundum inchoaſſe per aliquot menſes. Id quidem Euſebius (*d*) in primis tradit in hiſtoria, affirmans Decium nequaquam regnaſſe biennium. Idem quoque in Chronico, ubi ſolet tempora diſtinctius enumerare, imperaſſe ipſum tradit anno uno & menſibus tribus; quippe qui regnare cœperit menſe Januario, & evoluto anni circulo, deſierit menſe Aprili, atque adeo annum unum & tres menſes exegerit in Imperio. Caſſiodorus etiam idem cum Euſebio ſentiens, eumdem anni unius ac trium menſium numerum in Chronico ponit. Qui autem ſecus ſenſerunt, decepti videntur, quod ſecundum numerum Decii Conſulatuum annos etiam Imperii numerarint; parum attendentes, in quod tempus primus, & in quod ſecundus ejus Conſulatus inciderint. Quod ſi Tribunitia poteſtas ejus in nummis vel aliis antiquis inſcriptionibus tertio una cum Conſulatu eodem numero aucto repetita habetur; id accidit, quod anno ante Philippi necem (ut dictum eſt) ab exercitu Imperator eſt appellatus, cum etiam Tribunitiam poteſtatem ex more conſecutus eſt. Videas & noſtræ huic chronologiæ annos Chriſti quoque optime reſpondere, dum Decii exitum, & Galli ac Voluſiani ingreſſum anno Chriſti ducenteſimo quinquageſimo quarto ſignamus; quod ipſum Euſebium quoque feciſſe, ejus Chronicon fidem facit.

Decii Imp. anni.

(*d*) *Euſeb. lib.* 7. *cap.* 1.

Quod vero ad Decii obitum ſpectat; quantumlibet optimi Principis ſpecimen edidiſſe viſus ſit, quippe qui eam ſibi apud ſuos æſtimationem comparaſſet, ut Traianus cognomento dici mereretur, atque ob eam cauſam de Republica optime meritus carus omnibus eſſet; Chriſtiani tamen ſanguinis effuſi reus, ulciſcente numine, haud diu in Imperio vivere meruit, ſed meritas pœnas dedit, dum adverſus Gothos Mœſiam & Thraciam infeſtantes decertans, a Treboniano Gallo Limitanei exercitus in Mœſia agentis duce proditus, extincto filio, ipſe equo ſalutem captans, in profundam paludem incidens, ab ea confeſtim abſorptus, nuſquam amplius viſus eſt. In quem jure Conſtantinus Imperator, in oratione quam habuit ad ſanctum Epiſcoporum cœtum, his verbis invehitur: *Abs te, Deci, jam ſciſcitari volo, qui aliquando juſtorum laborem* XLIX.

Divina ultione ſublatus eſt Decius.

PAGIUS eſt, ut etiam poſtea patebit. Neque aliter Cyprianus ipſe & *Liberalis* in Hadrumetinam coloniam, ſedente Concilio, proficiſci voluiſſent. Et quidem hoc Concilium non tantum diu habitum, ſed etiam *frequenter actum* eſſe legimus: quod de eo frequenti Epiſcoporum conventione per intervalla intelligendum videtur, ut non tantum diu continuatum, ſed & aliquoties prorogatum fuiſſe videatur. *Frequenter* enim hic accipiendum non pro magno numero, ſed pro multis vicibus, ut Sulpicius Severus de Ariminenſi Synodo: *Igitur frequentibus Conciliis nihil actum; noſtris in Fide permanentibus, illis de perfidia non cedentibus.* Qui aliter illa verba, *ut omnia interim integra ſuſpenderentur*, interpretantur ac ſi decretum eſſet, neque Cornelio, neque Novatiano communicandum, ſed literas ad Clerum Romanum dirigendas eſſe, hallucinari videntur; nondum quippe Novatianum Epiſcopum factum eſſe noverant: imo Baronius tradit, *Caldonium* & *Fortunatum* Legatos Romæ agentes, cum omnia in caſſum pertentaſſent, *vidiſſe ex improviſo velut ex portis inferorum Novatianum creatum Romanum Epiſcopum.*

Menſe Julio ineunte Legati a Novatiano miſſi Carthaginem veniunt, ex quorum ſermone & aſſeveratione, ut & ex literis, quas ſecum ferebant, Cyprianus & Collegæ *Novatianum* Epiſcopum factum eſſe didicerunt; qui illicitæ ordinationis pravitate commoti, Legatos a communione ſua ſtatim cohibendos eſſe cenſuerunt. Tum vero ſupervenerunt *Pompeius* & *Stephanus* Epiſcopi Africani, qui Cornelii ordinationi interfuerant, ſuaque teſtimonia protulerunt, unde Cyprianus & Collegæ Legatos *Novatiani* haud ultra audiendos eſſe ſtatuerunt. Quamobrem Legati a Novatiano miſſi, & a Concilio Carthaginienſi rejecti, oſtiatim per multorum domos, & oppidatim per aliquas civitates diſcurrentes quærebant ſibi comites. Quorum omnium *Corne-* XXII.

Feliciſſimus & quinque presbyteri excommunicati.

Baron. n. LXXXVII.

rem inſectatus es, qui Eccleſiam odio habuiſti, qui pœnam ſanctè pieque degentibus irrogaſti; quid crudelitatis jam poſt hanc vitam patras? immo vero quibus, & quam acerbis calamitatibus ipſe quaſi irretitus teneris? tuam porro miſeram & infelicem conditionem ſatis declaravit illud temporis intervallum, tamquam inter vitam & mortem interpoſitum, cum ipſe in agris Scythicis una cum omnibus copiis proſtratus, Imperium Romanum omnium ore celebratum, Getis ludibrio & deſpectui objeciſti: Hæc in Decium Conſtantinus.

L. Hic addere non prætermimus, in antiquioribus omnibus Martyrologiis die decimaoctava menſis Octobris inter ſanctos adſcriptam haberi Tryphoniam uxorem Decii Cæſaris, eamdemque ſepultam in cœmeterio apud S. Hippolytum. Decii junioris hanc fuiſſe conjugem, non autem Decii ſenioris, ejus patris, cujus uxor dicta reperitur Herennia Salluſtia, notavimus (*a*) in Rom. Martyrologio.

(*a*) *Martyrol. Rom. die* 18. *Octob. ſ.*

LI. *Quid S. Cyprianus cum lapſis.* Sed cum morte Decii plane reddita eſſet pax Eccleſiæ; & frequens lapſorum turba, quæ expectare juſſa erat pacis tempus, glomeratim, ut reciperetur in Eccleſiam, feſtinans accurreret: Cyprianus id abſque delectu fieri præter diſciplinam & dignitatem Eccleſiaſticam ratus; indecenſque exiſtimans pulſantibus indiſtincte oſtium aperire, quod nonniſi vere pœnitentibus patere ſoleat; præter id quod verbis, quos potuit, admonere non prætermiſit, ſcriptis quoque eorumdem ſaluti & Eccleſiaſticæ cenſuræ majeſtati conſulere non deſtitit. Elucubravit igitur tunc commentarium illum de Lapſis, cujus exordio de pace reddita, & gratiarum actione Deo agenda, ſic habet: *Pax ecce, dilectiſſimi fratres, Eccleſiæ reddita eſt; & quod difficile nuper incredulis, ac perfidis impoſſibile videbatur, ope atque ultione divina ſecuritas noſtra reparata eſt. In lætitiam mentes redeunt; & tempeſtate preſſuræ ac nube & caligine diſcuſſa, tranquillitas & ſerenitas refulſerunt. Dandæ laudes Deo, & beneficia ejus ac munera cum gratiarum actione celebranda: quamvis agere gratias noſtra vox nec in perſecutione ceſſaverit: neque enim tantum inimico licere poteſt, ut non, qui Dominum toto corde & anima & virtute diligimus, benedictiones ejus & laudes ſemper & ubique cum gloria prædicemus. Exoptatus votis omnium dies venit, & poſt longæ noctis horribilem tetramque caliginem, Domini luce radiatus mundus eluxit.*

LII. *Prodigia de lapſis viſa.* Poſt hæc autem recenſens martyrum glorioſos triumphos, & confeſſorum infractam animi virtutem atque conſtantiam; lapſorum miſerabilem ſtragem, ac triſtia funera deplorat; qua etiam narratione de admirandis prodigiis, quæ in nonnullos, qui prævaricati a pietate fuerant, perſecutionis illius tempore contigerunt, memorandam in hæc verba attexit hiſtoriam: *Si incredulis quibuſdam minor fides eſt futurorum, vel præſentibus terreantur. Ecce eorum, qui negaverunt, quæ ſupplicia conſpicimus? quos eorum triſtes exitus flemus? Nec hic eſſe ſine pœna poſſunt, quamvis necdum dies venerit pœnæ. Plectuntur interim quidam, quo cæteri corrigantur; exempla ſunt omnium, tormenta paucorum. Unus ex his, qui ſponte Capitolium negaturus aſcendit, poſtquam Chriſtum negavit, obmutuit. Pœna inde cœpit, unde cœpit, & crimen; ut nec rogare jam poſſet, qui verba ad precandam miſericordiam non haberet. Alia in balneis conſtituta (hoc enim crimini ejus & malis deerat, ut & ad balnea ſtatim pergeret, quæ lavacri vitalis gratiam perdidiſſet) illic ab immundo ſpiritu immunda correpta cecidit; laniavit dentibus linguam, qua fuerat vel paſta impie, vel locuta; poſtquam ſceleratus cibus ſumptus eſt, in perniciem ſuam rabies oris armata eſt; ipſa ſui carnifex extitit, nec diu ſupereſſe poſtmodum potuit, doloribus ventris & viſcerum cruciata defecit.*

PAGIUS *nelium* fratrem ſuum certiorem reddidit Cyprianus epiſtola XLIV. Pamelio XLI. hoc menſe jam affecto, per primitivum Presbyterum miſſa. Tum Cyprianus & Collegæ de legitima Cornelii ordinatione ſatis perſuaſi, ad negotia Eccleſiæ Africanæ pertractanda, diligentius acceſſerunt: ac primo in Concilio, *Feliciſſimum* & quinque Presbyteros nuper ab Eccleſia profugos audierunt, eoſque auditos abſtinuerunt. Et quoniam ex reditu & relatione *Caldonii* & *Fortunati* ordinationis Cornelii & ratio juſta & glorioſa innocentia apparuit, omnes Epiſcopi Carthagine coacti in totam Africæ Provinciam, in *Numidiam* etiam & *Mauritanias* literas ſcripſerunt, ut univerſi Collegæ *Cornelium*, & communicationem ejus firmiter tenerent. Quin etiam Synodicæ literæ ad Cornelium ſcriptæ, ut quid de *Feliciſſimo* & Presbyterio ejus actum eſſet, ſcire poſſet; quas Epiſcopi omnes manu ſua ſubſcriptas miſerunt; ſed hæ literæ deſiderantur.

XXIII. *Cyprianus ad Confeſſores de Novatiano ſcribit.* Menſe igitur Auguſto ineunte, Cyprianus ſcripſit epiſtolam XLV. Pamelio XLII. eamque cum literis Synodicis ad *Cornelium* miſit per *Mettium* Hypodiaconum, & *Nicephorum* Acoluthum, literarum ſuarum de *Feliciſſimo* & Presbyterio ejus exemplaria rurſus ſubjungens. Et quoniam Confeſſorum nomine per omnes Eccleſias literæ, calumniis & maledictis plenæ, frequentes miſſæ ſunt; ipſe ad eos dat epiſtolam XLVI. Pamelio XLIV. qua eos ut ad matrem Eccleſiam revertantur, breviter hortatur, quam arbitrio Cornelii permittit proxima ad eum per *Mettium* data. Circa idem tempus ſcripſit etiam ad eoſdem Confeſſores Dionyſius Alexandrinus, dum adhuc Novatiani ſententiæ favebant, ut obſervat Euſebius. Quo etiam tempore videtur, literas ad Novatianum dediſſe, breves certe, ſed præclaras, quæ apud Euſebium lib. 6. cap. 45. leguntur. (Baron. n. XLII.)

XXIV. *Finis Concilii Carthaginenſis.* Poſt Feliciſſimi & quinque Presbyterorum abſtenſionem, de cauſa Lapſorum ſynodice con- (Baron. n. LXXXVIII.)
clu-

LIII. *Præſente ac teſte me ipſo, accipite quid evenerit. Parentes forte fugientes, dum trepidi minus ſibi conſulunt, ſub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt, relictam nutrix detulit ad magiſtratus. Illi ei apud idolum, quo populus confluebat, quod carnem necdum poßet edere per ætatem, panem mero mixtum, quod tamen & ipſum de immolatione pereuntium ſupererat, tradiderunt. Recepit filiam poſtmodum mater. Sed facinus puella commiſſum tam loqui & indicare non potuit, quam nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoratione igitur obreptum eſt, ut ſacrificantibus nobis, eam ſecum mater inferret. Sed enim puella mixta cum Sanctis, precis noſtræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æſtu cœpit fluctuabunda jactari; & velut tortore cogente, quibus poterat indiciis conſcientiam facti in ſimplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Ubi vero, ſolemnibus adimpletis, calicem diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus ejus advenit, faciem ſuam parvula inſtinctu divinæ majeſtatis avertere, os labiis obturantibus premere, calicem recuſare. Perſtitit tamen diaconus, & reluctanti licet de ſacramento calicis infudit. Tunc ſequitur ſingultus & vomitus; in corpore atque ore violata Euchariſtia permanere non potuit; ſanctificatus in Domini ſanguine potus de pollutis viſceribus erupit; tanta eſt poteſtas Domini, tanta majeſtas; ſecreta tenebrarum ſub ejus luce detecta ſunt; ſacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem, quæ ad loquendum alienum circa ſe crimen necdum habuit ætatem.*

De parvula neſcia lapſus evomente Euchariſtiam.

LIV. *At vero ea quæ ætate provecta & in annis adultioribus conſtituta ſacrificantibus nobis latenter obrepſit; non cibum, ſed gladium ſibi ſumens, & velut quædam venena lethalia, inter fauces & pectus ſanguinem admittens, angi, & anima æſtuante concludi poſtmodum cœpit; & preſſuram non jam perſecutionis, ſed delicti ſui paſſa, palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit, nec occultum diſſimulatum conſcientiæ crimen: quæ fefellerat hominem, Deum ſenſit ultorem. Et cum quædam arcam ſuam, in qua Domini Sanctum fuit, manibus indignis tentaſſet aperire; igne inde ſurgente deterrita eſt, ne auderet attingere. Et alius, qui & ipſe maculatus, ſacrificio a Sacerdote celebrato, partem cum cæteris auſus eſt latenter accipere; Sanctum Domini edere & contrectare non potuit; cinerem ferre ſe apertis manibus invenit. Documento unius oſtenſum eſt, Dominum recedere, cum negatur; nec immerentibus ad ſalutem prodeſſe quod ſumitur, quando gratia ſalutaris in cinerem, ſanctitate fugiente, mutetur. Quam multi quotidie pœnitentiam non agentes, nec delicti ſui conſcientiam confitentes, immundis ſpiritibus adimplentur. Quam multi uſque ad inſaniam mentis excordes, dementiæ furore quatiuntur. Nec neceſſe eſt ire per exitus ſingulorum; cum per Orbis multiformes ruinas, tam delictorum pœna ſit varia, quam delinquentium multitudo numeroſa.*

Miraculum de Euchariſtia in arca recondita.

LV. Hucuſque de prodigiis Cyprianus; quibus admonere voluit lapſos, & ad pænitentiæ lacrymas invitare, atque irrationalem eorum impetum coercere. Ad quos inter multa hæc quoque: *Confiteantur ſinguli, quæſo vos, fratres dilectiſſimi, delictum ſuum, dum adhuc qui deliquit in ſæculo eſt, dum admitti confeſſio ejus poteſt, dum ſatisfactio & remiſſio facta per Sacerdotes apud Dominum grata eſt.* Et cum multis, ut pœnitentiam veram ac plenam agant, inculcet, qualis eſſe debeat, demum declarat his verbis: *Orare oportet impenſius & rogare; diem luctu tranſigere; vigiliis noctes ac fletibus ducere; tempus omne lacrymoſis lamentationibus occupare; ſtratos ſolo adhærere cineri, in cilicio & ſordibus volutari; poſt indumentum Chriſti perditum, nullum hic jam velle*

Lapſis conveniens pænitentia.

PAGIUS clauſum eſt: & Synodi Placita libello ſunt inſcripta, ut ſcribit Cyprianus ad Antonianum. Magno temperamento Placita hæc concepta ſunt, quæ omnia ad duo generalia capita a Cypriano redacta. Primo, ne in totum ſpes communicationis & pacis Lapſis denegaretur, contra Novatiani ſententiam. Secundo, ne cenſura Evangelica ſolveretur, ut ad communicationem temere proſilirent, contra Feliciſſimi factionem. Hic autem libellus Canonum, in quo ſingula Placitorum capita conſcripta ſunt, a Synodo ad Cornelium Collegam ſuum miſſus eſt, & ad alios etiam in Africa Epiſcopos. Hunc libellum non bene in duos diviſit Baronius, eoſque a Cypriano ad Confeſſores diu poſtea miſſos eſſe putavit. Interea *Primitivus* cum literis ad Cornelium priori menſe miſſus Carthaginem redierat cum literis Cornelii ad Cyprianum, quæ deſiderantur. Sed earum argumentum ex Cypriani reſponſo ſatis dignoſcitur. Significaverat enim, ſe motum fuiſſe, quod, cum *Polycarpus* Epiſcopus ad ipſum poſt electionem ſuam ſcripſiſſet, tanquam legitimum Romæ Epiſcopum, poſteaquam Cyprianus & Liberalis in Hadrumetinam cololoniam veniſſent, cœpiſſent illuc ad Presbyteros & Diaconos literæ dirigi, quaſi ſcilicet nondum Romæ legitimus Epiſcopus conſtitutus eſſet. Quocirca Cyprianus epiſtola XLVIII. Pamelio XLV. ei reſpondet. Cumque jam omnia Concilii auctoritate compoſita eſſent, Maximus & Longinus & Machæus Legati a Novatiano miſſi Africa expulſi ſunt.

XXV. Menſe Septembri Cornelius accepto a Synodo Carthaginienſi Canonum libello, ipſe Concilium convocare ſtatuit, & quidem numero quam potuit maxime copioſo, ut ipſe Cyprianus ad Antonianum indicat. Curavit igitur, ut ſexaginta Epiſcopi Romæ convenirent, quamprimum fieri potuit, ut ex Euſebio conſtat. Neque aſſentior Baronio, qui duo Concilia Romæ a Cornelio coacta

Unicum Concilium Romanum Cornelius celebravit.

le veſtitum; poſt diaboli cibum malle jejunium; juſtis operibus incumbere, quibus peccata purgantur; eleemoſynis frequenter inſiſtere, quibus a morte animæ liberentur: Hæc & alia de his plura Cyprianus, ſed generatim tantum. Quæ vero cuilibet lapſo pro qualitate delicti ſpecialis infligenda eſſet punitio, in proxima Synodo, Epiſcoporum omnium conſenſu, æqua lance librata, conſtituta eſt.

LVI. Natalitia martyrum.

Reſtitutus igitur (ut dictum eſt) Carthagini Cyprianus; quod jam ante litteris pollicitus fuerat, commemorationes ſanctorum martyrum oblatione ſacrificii incruenti una cum ſuis ſolemniter celebraſſe, alioſque ſacræ diſciplinæ ritus reſtituiſſe, qui perſecutionis furore videbantur intermiſſi, putandus. Nam id quidem olim ad ſuos ſcribens (*a*) ſæpe ſpoponderat, & de natalitiis martyrum celebrandis (quorum dies migrationis, ut exacte a ſuis notarentur, admonuit) illud addiderat: *Quæ cito vobiſcum, Domino protegente, celebrabimus*. At ut videas unius Eccleſiæ Catholicæ eamdem quæ in Occidente, in Oriente quoque conſuetudinem viguiſſe; quod Cyprianus in Africa, id ipſum erga ſanctos martyres præſtiterunt Epiſcopi in Oriente, & inter alios S. Gregorius Thaumaturgus Epiſcopus Neocæſarienſis in Ponto; qui & ipſe, perinde ac fecerat Cyprianus, hac urgente perſecutione, in ſolitudinem ſeceſſerat; redditaque ob Decii mortem Eccleſiæ pace, rediens Neocæſaream eadem de martyribus curavit, quæ Cyprianus Carthagine.

(*a*) Cyprian. ep. 37.

LVII.

Quænam autem ea fuerint pietatis officia, & erga ſanctorum martyrum celebritatem impenſa ſtudia, Gregorius Nyſſenus (*b*), qui res ab eo geſtas egregie proſecutus eſt, narrat his verbis: *Cæterum cum jam auxilio divino tyrannis illa diſſoluta eſſet, & pax rurſum humanam vitam excepiſſet; per quam expeditum erat, & liberum omnibus abunde propoſitum ſtudium erga numen divinum; Gregorius deſcendit rurſus in urbem, & omni circa regione undique peragrata & perluſtrata, additamentum & quaſi corollarium ſtudii erga numen divinum inſtituebat; apud omnes ubique populos ſanciens, ut nomine eorum, qui pro fide decertaſſent, dies feſti atque ſolemnes conventus celebrarentur. Cumque alii in alium locum corpora martyrum deduxiſſent, per anniverſarii circuli ambitum congregati lætabantur, in honorem martyrum ferias agentes. Addit ab eodem fuiſſe permiſſum in iiſdem martyrum ſolemnitatibus paulo indulgentius exhilarari, quo his detenti ex pietate inſtitutis officiis, a ſpectaculis Gentilium abſtinerent.*

(*b*) Nyſſenus in Vita Gregorii Thaum.

LVIII. Gallus & Voluſianus Impp.

Extincto jam Decio una cum filio, idem qui ſupra Caius Vibius Trebonianus Gallus invaſit Imperium, filiumque Voluſianum poſtea collegam ſibi adſciſcens, Auguſtum creavit. Qualis autem Eccleſiæ ſtatus ſub iiſdem Imperatoribus fuerit, Dionyſius (c) *Alexandrinus, qui hæc omnia præſens ſpectavit oculis, in epiſtola quam ſcripſit ad Hermammonem ſignificat; primo ſcilicet tempore horum Imperii Eccleſiam Dei a perſecutione quieviſſe; poſtea autem iterum fuiſſe vexatam. Certe quidem creatione Voluſiani quieviſſe etiam Romæ perſecutionem ſub Decio concitatam, illud argumento eſt, quod qui detinebantur in carcere confeſſores, vinculis ſoluti, liberi abire permiſſi ſunt. Qui tamen (o infortunium, & rerum humanarum in viris ſanctis etiam in conſtantiam!) a Novatiano decepti, conflato ſchiſmati vim maximam addidere; ut S. Cyprianus* (d), *ad eos redeuntes ad Eccleſiam ſcribens, teſtatur his verbis: Poſtquam vos de carcere prodeuntes ſchiſmaticus, & hæreticus error excepit, ſic res erat, quaſi veſtra gloria in carcere remanſiſſet. Illic enim reſediſſe veſtri nominis dignitas videbatur, quando milites Chriſti non ad Eccleſiam de carcere redirent, in quem prius cum Eccleſiæ laude &*

(*c*) Apud Euſeb. lib. 7. c. 1.

(*d*) Cypr. epiſt. 51.

Confeſſores facti ſchiſmatici.

PAGIUS

Baron. num. xc. & ſeqq. & an. 255. n. 11.

cta eſſe tradit; primum hoc tempore, cujus meminit Cyprianus; ſecundum anno ſequente, cujus mentionem fecit Euſebius. In quam opinationem incidit, quod putaret, epiſtolam ad Antonianum *ipſo Cornelii Sedis exordio* ſcriptam eſſe, in qua mentio Romani Concilii facta eſt; cum literæ illæ ſequenti ſcriptæ ſint, ut poſtea patebit. Labbeus, qui Baronium ſecutus eſt in diſtinguendis duobus Romanis Conciliis, ut primum ſit in quo decretum Carthaginienſis Concilii confirmatum; ſecundum, in quo Novatianus, ejuſque fautores excommunicatione percuſſi; ſtatim addit, *cum utrumque in uno forte potuerit perfici*; quod revera factum eſt.

XXVI. Novatianus in Concilio Romano excommunicatus.

Menſe itaque Octobri celebratum Concilium *Romanum*, quo Synodi Carthaginienſis decreta de *Lapſis* recipiendis corroborata, & *Novatianus* cum ſuis anathemate percuſſus. Erant in ea Synodo ſexaginta Epiſcopi & multo plures Presbyteri ac Diaconi. Concilio finito, *Cornelius* decreta ejus Eccleſiis longe diſſitis communicavit, & ad Fabium Antiochiæ Epiſcopum de iis ſcripſit. Et quia non pauci in Italia Epiſcopi Concilio minime interfuerant, eorum quoque ſententias ſeorſim poſtulavit; unde *Concilium Italicum* ex Hieronymo conflatum eſt. Interim *Novatianus*, cum videret, *Maximum* Presbyterum cum ſuis Africa expulſum, & in Concilio Carthaginienſi Cornelii electionem confirmatam, ſuam ſententiam *de Lapſis* condemnatam, & condemnationem eam a Synodo Romana roboratam, jamque omnes per Italiam Epiſcopos in ſuam excommunicationem conſenſuros prævideret; proſtratus denuo reſurrexit, & miſit in Africam *Evariſtum* ſuæ partis Epiſcopum, *Novatum* Carthaginienſis Eccleſiæ Presbyterum, *Nicoſtratum* Diaconum, unum ex Confeſſoribus cum *Primo* etiam & *Dionyſio*. Quare Cornelius literis per *Augendum* Confeſſorem miſſis de eorum diſceſſu Cyprianum admonuit; ſed literæ illæ deſiderantur.

Baron. an. 255. n. 11.

& gratulatione veniſſent. Jam enim Novatum ex Africa Romam veniſſe ad conflandum (ut in Africa fecerat) in Eccleſia Romana diſcordias, nuper attigimus. Verum quoniam ab eo, velut e fonte, malorum omnium fluxit origo; quiſnam hic eſſet, quibuſve compoſitus moribus, quos ſecum duxerit, & quid demum egerit diligentius eſt perquirendum.

LIX. Fuiſſe Novatum in Africa Epiſcopum ex eo certum deducitur argumentum, quod de eo S. Cyprianus (a) tradit, fuiſſe ab ipſo ordinatum diaconum Feliciſſimum; ad Cornelium enim de eo ſcribens, hæc ait: *Qui iſtic adverſus Eccleſiam diaconum fecerat, illic Romæ Epiſcopum fecit.* Cujus autem Eccleſiæ Epiſcopus fuerit, haud compertum habetur. Qualis porro hic eſſet, idem Cyprianus eadem quoque epiſtola ad Cornelium (b) egregie ſane deſcribit, his verbis: *De Novato nihil inde ad nos fuerat nunciandum, cum magis per nos vobis debeat Novatus oſtendi, rerum novarum ſemper cupidus, avaritiæ inexplebili rapacitate furibundus, arrogantia & ſtupore ſuperbi tumoris inflatus, ſemper iſtic Epiſcopis male cognitus; quaſi hæreticus ſemper, & perfidus, omnium ſacerdotum voce damnatus; curioſus ſemper, ut prodat; ad hoc adulator, ut fallat; numquam fidelis, ut diligat; fax & ignis ad conflanda ſeditionis incendia; turbo & tempeſtas ad fidei facienda naufragia; hoſtis quietis, tranquillitatis adverſarius, pacis inimicus:* & poſt multa, quæ ſuo loco dicemus, addit: *Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pecuniæ quoque Eccleſiæ denegatæ, has de illo exigunt pœnas, quas in ejus furore conſpicimus. Pater etiam ejus in vico fame mortuus, & ab eo in morte poſtmodum nec ſepultus; uterus uxoris calce percuſſus, & abortione properante in parricidium partus expreſſus.*

(a) Cypr. epiſt. 49.

De Novato in Africa Epiſcopo.

(b) Cypr. epiſt. 49.

LX. Novati ſchiſma.

Cur autem ab Eccleſia deſciverit, mox ſubdit, inquiens: *Hanc conſcientiam criminum jampridem timebat; propter hoc ſe non de presbyterio excitari tantum, ſed & communicatione prohiberi, pro certo tenebat; & urgentibus fratribus, imminebat cognitionis dies, quo apud nos cauſa ejus ageretur, niſi perſecutio anteveniſſet: quam iſte voto quodam evadendæ & lucrandæ damnationis excipiens, hæc omnia commiſit & miſcuit; ut qui ejici de Eccleſia & excludi habebat, judicium ſacerdotum voluntaria diſceſſione præcederet, quaſi evaſiſſe ſit pœnam, præveniſſe ſententiam:* & quod eadem epiſtola ſuperius dixerat, de ejus ex Africa in Urbem adventu, ſic ait: *Idem & Novatus, qui apud nos primum diſcordiæ, & ſchiſmatis incendium ſeminavit; qui quoſdam iſtic ex fratribus ab Epiſcopo ſegregavit; qui in ipſa perſecutione, ad evertendas fratrum mentes alia quædam perſecutio noſtris fuit. Iſte eſt qui Feliciſſimum ſatellitem ſuum, diaconum nec permittente me, nec ſciente, ſua factione, & ambitione conſtituit; & cum ſua tempeſtate Romam quoque ad evertendam Eccleſiam navigans, ſimilia illic & paria molitus eſt, a Clero portionem plebis avellens, fraternitatis bene ſibi cohærentis & ſe invicem diligentis concordiam ſcindens:* Hæc Cyprianus.

LXI. De Feliciſſimo Diacono.

Quod autem ad Feliciſſimum a Novato ordinatum diaconum ſpectat, diverſus (ut videtur) eſt hic ab illo Feliciſſimo, qui ſedi Cypriani adverſatus, ſchiſmatiſque auctor factus eſt; nam ille Cypriani (c) presbyter jam fuiſſe dicitur. Præterea cum duæ inter ſe contrariæ eſſent ſectæ ſchiſmaticorum; Feliciſſimus ille ſententiæ Novati adverſarius erat, quod diceret, lapſos omnes abſque pænitentiæ mora recipiendos. Romam cum Novatus veniſſet Novatianum presbyterum Romanum ob Cornelii electionem invidiæ ſtimulis agitatum, & animo averſatum inveniens, cæpit una cum illo adverſus Cornelium agere, atque alios quoque quoſcumque poſſet ab ejus communicatione retrahere,

multa

(c) Cypr. epiſt. 40.

Novatus & Novatianus.

PAGIUS

tur. Interea Confeſſores Romani, quos e carcere prodeuntes ſchiſmaticus & hæreticus error exceperat, & jamdiu palabundos populus viderat, *Cypriani* & *Dionyſii* literis primo molliti, & lecto, ut videtur, libello de *Unitate*, quem hoc tempore ſcripſit, & Romam miſit Cyprianus, bene inſtructi, de reditu ad Eccleſiam cogitaverant, idque fratribus nonnullis ſignificaverant, *Novato* jam cum reliquis tanquam procella & turbine recedente, Presbyteros Romanos adierunt, circumventos ſeſe affirmarunt, & ad Eccleſiam ſe redire cupere proteſtati ſunt.

XXVII. *Confeſſores ad pacem reverſi.*

Menſe Novembri, cum jam *Confeſſorum* animus ſatis eſſet perſpectus, Cornelio placuit contrahi Presbyterium, cui adfuerunt etiam Epiſcopi quinque; coram quibus & Confeſſores *Maximus*, *Urbanus*, *Sidonius*, & *Macarius*, (Nicoſtratus enim eorum in confeſſione ſocius, in ſchiſmate perſeveravit) & plerique fratres, qui ſe iis adjunxerant, ſummis precibus deſiderabant, ut quæ antea fuerant geſta, in oblivionem cederent. Qua de re Epiſcopi cum Presbyteris ſuas dixere ſententias. Et *actu* omni populo mox *inſinuato*, & magno fraternitatis concurſu facto, profeſſionem fecerunt, & ad communicationem & pacem Eccleſiæ admiſſi ſunt. Quinetiam eadem hora *Cornelius* horum omnium Cyprianum certiorem facit epiſtola XLIX. Pamelio XLVI. per *Nicephorum* Acoluthum miſſa. Qui etiam ſubjungendas curavit ſententias Epiſcoporum & Presbyterorum in eo negotio prolatas; quæ deſiderantur. Scripſit & feſtinanter breves literas, quibus Africanos docere voluit, quales eſſent qui a Novatiano jam miſſi ſunt, ac præcipue *Nicoſtratus* & *Evariſtus*.

Baron. n. XCVII. & ſeqq.

Decio Imperatore ſub hujus anni finem ſublato, ut mox dicemus, plena inde pax Eccleſiæ, finita prorſus perſecutione, a Deo indulta eſt, & paulo poſt Cyprianus edidit libellum *de Lapſis*, eumque Romam miſit, cujus initium hoc ipſum

in-

XXVIII. *Pax Eccleſiæ reddita.* Baron. n. CII.

multa de illo falſa jactare, cum confeſſoribus quoque in carcere adhuc detentis in illum obloqui; ac falſo quodam pietatis intuitu probos etiam illi infenſos reddere conatus eſt. Machinabantur hæc primum ſecreto Novatianus atque Novatus, ambo Novantes, & ad res optimas quaſque ſtatutas innovandas ac invertendas egregie comparati.

LXII. *Nomina Novati & Novatiani inter ſe confuſa.* Sed de iis illud in primis commonendum, ſimilitudine nominum factum, ut nonnulli antiqui ſcriptores alterum pro altero interdum uſurparint, & alii unum eumdemque Novatum cum Novatiano conflaverint; ſed interdum id errore librariorum factum putamus; nam cum apud Euſebii hiſtoriam reperiatur Novatianus cum Novato confuſus; in Chronico tamen ab eodem exacte diſtinctos invenies, cum ait: *Novatus presbyter Cypriani Romam veniens, Novatianum & cæteros confeſſores ſibi ſociat, eo quod Cornelius pœnitentes apoſtatas recepiſſet*: Hæc ipſe; qui diſtinguens ſingulorum nomina, confundit ordinem, dum Novatum presbyterum nominat, quem (ut dictum eſt) conſtat fuiſſe Epiſcopum; quod enim Novatiani erat, nempe presbyteratus, tribuit Novato, presbyterum eum (ut dictum eſt) nominans. Apud Gildam Sapientem Britanniæ excidium deplorantem, Novatus pro Novatiano ſcriptus habetur, cum ſic legitur: *Novatus Romæ Dominicæ conculcator margaritæ, porcus niger, patriæ ingerit violenter manus; non tam dignus venerabilibus aris, quam flammis inferni ultricibus*. Porro Novatianos a Novatiano ut principaliori denominatos, conſtat ex his quæ Cyprianus (*a*) ſcribit ad Fabianum, ubi eoſdem quos dicimus Novatianos, a Novatiano derivans, Novatianenſes appellat. Uſus tamen obtinuit ut ejuſdem ſchiſmatis & hæreſeos ſectatores, Novatiani æque ab omnibus dicerentur. His de nominum confuſione diſtinctis, de rebus ab eo in Cornelium geſtis narrationem ordine temporum diſponamus.

(*a*) *Cypr. epiſt.73.*

LXIII. Quænam autem calumniæ a Novatiano atque Novato adverſus Cornelium fuerint excogitatæ, ac jam propalatæ, atque ore prope ipſorum omnium diffamatæ, Cyprianus eas omnes falſitatis redarguens, ſcribit ad Antonianum his verbis (*b*): *Quod autem quædam de illo inhoneſta & maligna jactantur, nolo mireris; cum ſcias hoc eſſe opus ſemper diaboli, ut ſervos Dei mendacio laceret, & opinionibus falſis glorioſum nomen infamet, ut, qui conſcientiæ ſuæ luce clareſcunt, alienis rumoribus ſordidentur. Exploraſſe autem collegas noſtros ſcias, & veriſſime comperiſſe, nulla illum libelli (ut quidam jactant) labe maculatum eſſe; ſed neque cum Epiſcopis, qui ſacrificaverunt, communicationem ſacrilegam miſcuiſſe: ſed eos demum, quorum cauſa audita, & innocentia comprobata ſit, conjunxiſſe nobiſcum. Nam & de Trophimo, de quo tibi ſcribi deſideraſti, non ita res eſt, ut ad te pertulit rumor & mendacium malignorum. Nam, ſicut anteceſſores noſtri ſæpe fecerunt, colligendis fratribus noſtris cariſſimus frater noſter Cornelius neceſſitati ſuccubuit; & quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abſceſſerat, redeunte nunc ad Eccleſiam Trophimo, & ſatisfaciente, & pœnitentia deprecationis errorem priſtinum confitente, & fraternitatem, quam nuper abſtraxerat, cum plena humilitate & ſatisfactione revocante; auditæ ſunt ejus preces, & in Eccleſiam Domini non tam Trophimus, quam maximus fratrum numerus, qui cum Trophimo fuerat, admiſſus eſt; qui omnes regreſſuri ad Eccleſiam non eſſent, niſi cum Trophimo comitante veniſſent. Tractatu ergo illic cum collegis pluribus habito, ſuſceptus eſt Trophimus, pro quo ſatisfaciebat fratrum reditus, & reſtituta multorum ſalus. Sic tamen admiſſus eſt Trophimus, ut laicus communicet; non, ſecundum quod ad te malignorum litteræ pertule-*

(*b*) *Cypr. epiſt.52.*

Calumniæ Schiſmaticorum in Cornelium Papam.

PAGIUS indicat: *Pax ecce, dilectiſſimi fratres, Eccleſia reddita eſt: & quod difficile nuper incredulis, ac perfidis impoſſibile videbatur, ope atque ultione divina ſecuritas noſtra reparata eſt*. Ultio enim illa divina ad Deciorum interitum manifeſte refertur. Exeunte anno, Cyprianus acceptis literis a Cornelio per *Nicephorum* Acoluthum miſſis, reſpondet duabus epiſtolis, LI. quæ Pamelio XLVII. de reditu Confeſſorum congratulatoria, & LII. Pamelio XLIX. de *Novati* ſceleribus. Ita Cypriani literæ a Pearſonio in Annalibus Cyprianicis hoc anno ordinatæ, & ſic in Annalibus Eccleſiaſticis, ut videtur, ordinandæ: quod quiſque proprio marte præſtare poterit ope numerorum in margine notatorum. Hic ſolum monendum, recte cenſuiſſe Baronium, apud Epiphanium hæreſi LXV. Novati nomen irrepſiſſe, & Novatianos quoad Trinitatem attinet, nihil a Catholicis diſſenſiſſe.

XXIX. Hic itaque tantum agendum reſtat de Decii Imperatoris interitu. Decius Roma, ubi adhuc die viceſima ſeptima Octobris erat, ut ſupra diximus, adverſus Scythas Tanaim tranſgreſſos profectus, *Abruti* cum filio periit, ut habent Victor de Cæſaribus, & Dexippus horum temporum Scriptor apud Georgium Syncellum, quod confirmat Jornandes lib. de Rebus Geticis cap. 18. *Venienſque Adabritto Mœſiæ civitatem, circumſeptus a Gothis, & ipſe extinguitur*. Sed loco *Adabritto*, legendum, *Abruto*. Duos ex *Herennia Etruſcilla* uxore filios ſuſcepit, *Quintum Herennium Etruſcum* Meſſium Decium, & *Caium Valentem Hoſtilianum* Meſſium Quintum. *Etruſcillam* enim Decii conjugem fuiſſe oſtendit ejus Nummus a Seguino illuſtratus, in quo *Etruſcilla* ex averſa parte ſculpta reperitur. Præterea Mediobarbus in Numiſmatis Imperatorum Decii Nummum producit in poſtica inſcriptum: CONCORDIA AUGG. Viſuntur capita *Etruſcillæ* in dimidiata Luna, & *Meſſii Decii* & *Hoſti-*

Deciorum interitus.

Baron. an 254. n.XLVII. & ſeqq.

lerunt, quaſi locum ſacerdotis uſurpet. Sed & quod paſſim communicare Sacrificatis Cornelius tibi nunciatus eſt, hoc etiam de apoſtatarum fictis rumoribus naſcitur: Hæc Cyprianus de calumniis in Cornelium jam Papam confictis.

LXIV. Legatio Africanorum ad Romanam Eccleſiam.

Inter hæc autem accidit, ut audita Carthagine electione Cornelii, obortoque in eum ſchiſmate, quod ea de re anceps eſſet multorum ſententia, & a cujus partibus ſtarent, nutarent permulti: ad dimovendam omnem a trepidantium animis dubitationem, viſum eſt Cypriano, atque collegis ejus nonnullis in unum coeuntibus, Epiſcopos duos legatos Romam mittere, qui diſſidentes conciliarent, ſi poſſent; ſi non poſſent, cujuſnam eſſent potiora jura, in Africam ſcriberent, ut communicationem, quam interea ſuſpenderant, cuinam impertituri forent, cunctis liquido innoteſceret. Hæc itaque de miſſa legatione, idem Cyprianus (*a*) ad Cornelium ſcribens, teſtatur his verbis: *Cum ſtatuiſſemus collegæ complures, qui in unum convenerámus, ut legatis ad vos Coepiſcopis noſtris Caldonio & Fortunato miſſis, omnia interim integra ſuſpenderentur, donec ad nos iidem collegæ noſtri, rebus illic aut ad pacem redactis, aut pro veritate compertis, redirent.* Et inferius: *Placuit, ut per Epiſcopos, retenta nobis rei veritate, & ad comprobandam ordinationem tuam, facta auctoritate majore, tum demum ſcrupulo omni de ſingulorum pectoribus excuſſo, per omnes omnino iſtic poſitos litteræ fierent (ſicuti fiunt) ut te univerſi collegæ noſtri, & communicationem tuam, ideſt, Catholicæ Eccleſiæ unitatem, pariter & charitatem, probarent firmiter, ac retinerent. Quod divinitus eveniſſe, & conſilium noſtrum providenter proceſſiſſe gaudemus. Sic enim tunc Epiſcopatus tui & veritas pariter & dignitas apertiſſima luce & manifeſtiſſima & firmiſſima comprobatione fundata eſt, ut ex reſcriptis collegarum noſtrorum, qui ad nos litteras inde fecerunt, & ex relatione ac teſtimoniis Coepiſcoporum Pompeii, & Stephani, & Caldonii, ac Fortunati ordinationis tuæ & origo neceſſaria, & ratio juſta, & glorioſa quoque innocentia ab omnibus noſceretur.* Hæc Cyprianus de mittendæ Romam legationis conſilio.

(*a*) *Cypr. epiſt.* 45.

Verum licet ſchiſma in Cornelium fuiſſet obortum, non tamen eo progreſſa res erat, ut adverſus eum alium crearent Romanum Pontificem. Sed cum miſſi legati Romæ agentes incaſſum omnia pertentarent, viderunt ex improviſo velut ex portis inferorum prodire portentum, Novatianum creatum Romanum Epiſcopum. Teſtatur hæc idem Cyprianus (*b*), ad Cornelium ſcribens, his verbis: *Quod ſervis Dei, & maxime ſacerdotibus juſtis & pacificis congruebat, frater cariſſime, miſeramus nuper collegas noſtros Caldonium & Fortunatum, ut non tantum perſuaſione litterarum noſtrarum, ſed præſentia ſua & conſilio omnium veſtrum eniterentur quantum poſſent, & elaborarent, ut ad Catholicæ Eccleſiæ unitatem ſciſſi corporis membra componerent, & Chriſtianæ charitatis vinculum copularent. Sed quoniam diverſæ partis obſtinata, & inflexibilis pertinacia non tantum radicis & matris ſinum atque complexum recuſavit, ſed etiam gliſcente, & in pejus recrudeſcente diſcordia, Epiſcopum ſibi conſtituit, & contra ſacramentum ſemel traditum divinæ diſpoſitionis, & Catholicæ unitatis, adulterum & contrarium caput extra Eccleſiam fecit, &c.*

LXV. Quando creatus Novatianus Epiſc.

(*b*) *Cypr. epiſt.* 42.

Quo modo autem ſe habuerit Novatiani promotio, enarrandum eſt; ſed illud in primis de Novato ejuſque gregalibus præmittendum, quod peculiare omnium hæreticorum atque ſchiſmaticorum ſemper fuit, numquam perſtare in eadem ſententia; ſed pro loco, & tempore novas induere formas, & contraria ab iis quæ ante egiſſent, nova emergente occaſione, ſtatuere. Qui enim in Africa (ut vidimus) lapſos adverſus Cyprianum concitabant, quod

LXVI. Schiſmatici mutant faciem.

PAGIUS *ſtiliani* ſeſe reſpicientia: & Spanhemius lib. de Uſu & Præſtantia Numiſmatum pag. 595. alterius Nummi Decii poſticam exhibet, in qua legitur: Q. HER. ETR. DECIUS C. VALEN. HOSTIL. Cernuntur capita Etruſci & Hoſtiliani ſeſe reſpicientia; adeo ut indubitatum ſit, Etruſcillam uxorem Decii fuiſſe, matremque Etruſci & Hoſtiliani. Notabis obiter Caium Valentem Hoſtilianum ideo Caii prænomen tuliſſe, quia mos erat ut prænomen patris unus ex filiis ejus ferret, indeque confirmari quod in mox memoranda inſcriptione Vencienſi legitur Traianum Decium patrem appellatum fuiſſe Caium, non vero Gneium, ut a tot Criticis perperam ſcriptum fuit. Baronius *Herenniam Salluſtiam*, aliqui Antiquarii *Saluſtiam Barbiam Orbianam* uxorem Decii faciunt. Verum prior fictitia; poſterior vero Alexandri Severi Imperatoris conjux, ut in ejus Nummis apud Mediobarbum videre eſt. Decius non multo poſtquam Imperium invaſit, *Etruſcum* majorem natu filium Cæſarem dixit, & Tribunitia Poteſtate exornavit. Extat enim Nummus apud Erizzum pag. 546. in quo legitur: Q. HER ETR. MES. DECIUS NOB. C. in poſtica: ΔΗΜΑΡΚ ΕΞΟΥϹΙΑϹ. & infra, S. C. id eſt, *Quintus Herennius Etruſcus Meſſius Decius Nobiliſſimus Cæſar Tribunitiæ Poteſtatis, Senatuſconſulto.* Præterea Patinus in Theſauro Mauroceniano pag. 140. ejuſdem Herennii Cæſaris Nummum profert, in quo legitur, L. B. id eſt, *anno ſecundo.* Decius pater cum ad bellum Gothicum profectus eſt, eum Auguſtum nuncupavit; eo enim nomine in Nummis apud Mediobarbum appellatur.

Sed uterque in ea expeditione interiit, *exacto Regni biennio*, ut habet Victor de Cæſaribus, vel, ut alter Victor, poſtquam imperaſſet *menſes triginta*, utroque ſc. extremo menſe incompleto pro integro numerato. Nam, ut ejus Imperii initio oſtendi, die decima ſeptima Junii anni

XXX. *Imperii ejus duratio.*

quod non reciperentur in Eccleſiam, ſed ex decretis Eccleſiaſticis promulgatis juberentur pacis tempora expectare, ac interim admiſſa deflere; hacque eadem de cauſa eoſdem lapſos ſchiſmate ab ea ſeparare conati eſſent; modo mutata facie negotium faceſſunt Cornelio, qui fratrum ſuorum conſilio pœnitentes lapſos reciperet in Eccleſiam. Sicque qui olim duræ nimis auſteritatis redarguebant Epiſcopos, modo facilitatis nimiæ incuſant Cornelium Romanum Pontificem, calumnias addentes, eumdemque ejuſdem cum illis apoſtaſiæ criminis participem mentientes. Porro tantum valuit horum improbitas, ut Romanos clericos in carcere adhuc poſitos, Maximum, Nicoſtratum, Urbanum, Sydonium, Macarium, Celerinum, & alios, uno excepto Moyſe presbytero, in eam ſententiam proclives, ut non facile lapſis impertiretur indulgentia, in ſuam ſententiam pellexerint, & in contrariam partem adverſus Cornelium adunarint.

LXVII. Quid plura? eo omnis factio ſeditioſorum provenit, ut, abrogata ac nulla reddita Pontificia ordinatione Cornelii, novum crearent Pontificem Novatianum; idque clandeſtine atque ſeorſum ab aliis factum, idem (*a*) Cornelius Papa, ſcribens ad Fabium Epiſcopum Antiochenum, narrat his verbis: *Ut vero intelligas hunc admirabilem virum* (Novatianum ſcilicet) *jampridem in Epiſcopatum petendo ambitione incenſum eſſe, & eam temerariam & effrenatam cupiditatem occultaſſe intra ſe, & ſimulatione, ac tamquam involucro, quo arrogantiam tegeret, ipſo initio confeſſores Chriſti, viros ſane probos, ſecum habuiſſe, tibi volo aperte oſtendere. Presbyter nomine Maximus, & Urbanus e noſtris, qui bis ex conſtanti fidei confeſſione ſummam gloriæ amplitudinem collegerant; Sidonius item, & Celerinus (vir qui Dei clementia adjutus omnia tormentorum genera maxima cum tolerantia pertulerat, & corporis imbecillitate vi ac robore fidei ſuæ confirmata, ſtrenue ac viriliter ab adverſario victoriam reportaverat) cum Novatianum attentius conſideraſſent, & callidam ejus fraudem, verſutiam, perjuria, mendacia, agreſtem inhumanitatem ab omni vitæ communione alienam, veteratoriam denique inſtar lupi amicitiam deprehendiſſent; eo relicto, ad S. Eccleſiam reverterunt; atque omnes ejus fallacias & maleficia, quæ longo tempore intimo pectore obtexiſſet, multis præſentibus, tum Epiſcopis, tum presbyteris, tum laicis quamplurimis palam oſtendere; & cum lacrymis ac querela, cum dolore & pœnitentia ſuam vicem deplorare cœperunt, quod ſubdolæ illius, & efferatæ beſtiæ conſilio adducti, ab Eccleſia etiam, vel ad exiguum temporis ſpatium, deſciviſſent.*

(*a*) Apud Euſeb. lib. 6. c. 35.

Creatio Novatiani qualis.

Seductis ſemel confeſſoribus, quid Novatianus præſumpſerit, idem ſubdit, ſic dicens: *Vix credibile eſt, cariſſime frater, quantam in moribus varietatem, quantam mutationem exiguo momento in illo factam conſpexerimus. Nam ſplendidiſſimus iſte ſcilicet, qui, inuſitato ac terribili jurejurando adjecto, fidem ſuis fecerat ſe non aliquando Epiſcopatum appetiviſſe, tamquam ex fallaci quadam præſtigiarum impoſtura in medium projectus, derepente Epiſcopus apparuit. Etenim iſte novæ ſectæ inventor, & doctrinæ Eccleſiaſticæ propugnator, quando Epiſcopatum a Deo certe minime ei donatum ſibi vi arripere, & ex hominum manibus quodammodo extorquere nitebatur; duos ſibi ſocios de ſua ipſorum ſalute prope deſperatos adſcivit, ut eos in exiguam aliquam partem, & minimum quaſi Italiæ angulum mitteret; indeque Epiſcopos tres, homines agreſtes, rudes, ac ſimplices, ſimulatione quadam veteratoria in fraudem inductos abduceret; aſſerens, & conſtanter affirmans eos quam celerrime debere Romam venire, ut videlicet omnis lis & diſcordia per ſententiam illorum aliorumque Epiſcoporum interpoſitam dirimeretur.* LXVIII. Novatiani conatus.

PAGIUS. ni ducenteſimi quadrageſimi noni adhuc *Philippus* ejus deceſſor vivebat; certumque, Gallum & Voluſianum ſub hujus anni finem imperandi initium feciſſe, non quidem ante ſextum Kalendarum Novembrium diem; eo enim Decius adhuc Romæ erat, ſeque ad expeditionem adverſus Scythas, in qua periit, parabat, ut diximus ex Pollione in Valeriano cap. I. Quare cum anno ſequenti *Gallus* & *Voluſianus* de more novorum Principum trabeam ſumſerint, Decius exeunte Novembri, aut Decembri ineunte, cum filio Decio interfectus eſt poſt Imperium triginta menſium, quod ex morte Gallieni Imperatoris magis ſuo loco confirmabitur.

XXXI. *Chronologia Deciana reſtituitur.* Porro qui annum unum & aliquot menſes *Decio* aſſignant, quos Baronius ſecutus eſt, valde hallucinati ſunt. Nam, ut monſtravi in priori parte Diſſert. Hypaticæ cap. 7. n. 3. tam ex Nummis, quam ex Inſcriptionibus conſtat, Decium tertium Imperii annum inchoaſſe. Extat in urbe Vencienſi ſub Archiepiſcopo Ebredunenſi Decii Inſcriptio, quæ ibidem parum correcte a Typographo edita, hic prout jacet exhibetur:

IMP. CÆS.
C. MESSIO QUIN
TO TRAIANO DE
CIO PIO FEL. INVIC
TO AUG. P. M. TRIB
POT. III. COS. II.
PROC
CIVIT. VINT.

Hujus Inſcriptionis beneficio errores duo in Imperio Deciano a Baronio aliiſque multis commiſſi certo emendantur, & Chronologia per hæc tempora in integrum reſtituitur. Ex ea enim certum fit primo, *Decium* tertiam Tribunitiam poteſtatem, ſeu tertium Imperii annum exorſum eſſe; ideoque Philippum ſeptimum Imperii annum

LXIX. *Epiſcopi igitur, quoniam (ut ſupra diximus) homines ſimpliciores erant, & in perditorum fallaciis doliſque diſcernendis minus perſpicaces, Romam adventant. Iſte tum per quoſdam ſui ſimiles, ad eam rem comparatos, eos in unum locum concludendos curavit. Ac cum circiter horam decimam ebrios & crapula oppreſſos cerneret, vi coegit, imaginata quadam, & vana manuum impoſitione Epiſcopatum ipſi tribuere; quem dignitatis gradum parum ſibi accommodatum ad hunc modum per fraudem & aſtutiam acquiſivit. Ex quibus Epiſcopis unus non longe poſt peccatum flebiliter lamentatus, & idem aperte confeſſus, ad Eccleſiam revenit; quem, populo univerſo pro eo rogante, tandem ut laicum in communionem recepimus; atque alios, qui in reliquorum duorum Epiſcoporum loca, qui eum creaſſent, ſuccederent, miſimus.*

LXX. *Iſtum igitur lepidum Evangelii patronum Novatianum* omnino præteriit, ſcilicet unum ſolum Epiſcopum oportere eſſe in hac Eccleſia Catholica, in qua tamen non ignorabat (quomodo enim poterat?) presbyteros eſſe quadragintaſex, diaconos ſeptem, ſubdiaconos ſeptem, acoluthos quadragintaduos, exorciſtas & lectores una cum oſtiariis quinquagintaduos, viduas & alios morbo atque egeſtate afflictatos mille, & quingentos, quos omnes Domini gratia & benignitas abunde ſuſtentat. Sed tamen nemo ex tanta miniſtrorum multitudine, tamque in Eccleſia neceſſaria; nemo ex tanto egentium numero Dei providentia locupletato, & rerum abundantia circumfluente, nemo denique ex maxima illa & innumerabili populi frequentia iſtum, quem dico, Novatianum ab ea deſperata mentis cæcitate, & contumacia avertere, & ad Eccleſiam denuo revocare potuit.* Ac paulo poſt ſubdit:

* *al.* Novatum Clerus Romanus.

LXXI. Vita Novatiani qualis olim. *Deinceps dicamus, quibus actis, quibuſque vitæ inſtitutis cum tanta confidentia Epiſcopatum prenſarit. Num quod a primo ætatis tempore in Eccleſia verſatus fuit? Num quod multa certamina pro ejus defenſione ſubiit? Num quod multis magniſque periculis pro pietate ſe objecit? Non certe ejus generis ille quidem; cui ex ſatana, qui ingreſſus in illum, diu eſt intimo pectore commoratus, primum data fuit credendi occaſio. Qui quidem, ubi exorciſtarum præſidio, ſpiritu illo malo eſſet liberatus, & poſt in tam gravem morbum, ut ferme mori putaretur, incidiſſet; in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfuſus, baptiſmum accepit; ſi modo talem hominem baptiſmum accepiſſe dicendum ſit:* Hæc idcirco Cornelius, quod compertum haberet hominem iſtum ſimulate omnia facere ſolitum. At ſubdit:

Verum morbo tandem elapſus; neque cætera, quibus poſt baptiſmum, ſecundum Eccleſiæ canonem, imbui oportuerat, acquiſivit, neque Domini ſigillo ab Epiſcopo obſignatus fuit; quo quidem neutiquam potitus, quo modo, quæſo, Spiritum ſanctum adeptus eſt? De ſacro enim chriſmate loquitur, quo & ſigno Crucis adhibito, baptizati ab Epiſcopis ex Apoſtolica traditione (ut dictum eſt) conſignabantur. Sed & addit: *Iſte perſecutionis tempore metu debilitatus, & nimia vitæ cupiditate adductus, ſe presbyterum eſſe negavit. Nam cum a diaconis rogatus oratuſque eſſet, ut domo, qua ſe concluſum occuluerat, egreſſus (quantum presbytero liceret, quantumque in ejus ſitum eſſet poteſtate) fratres in periculo conſtitutos, opiſque & auxilii indigentes juvaret; tantum abfuit ut diaconis eum obſecrantibus obtemperaret, ut etiam non ſine ſtomacho & bile ab illis abiret diſcederetque; nam ſe nolle amplius eſſe presbyterum, ſed alteri vitæ generi ſe dicaturum, aſſeruit.* LXXII.

Novatiani ignavia.

Subdit rurſum: *Iſte præclarus & inſignis Novatianus Dei penitus dereliquit Eccleſiam, in qua poſt fidem receptam presbyteri munere donatus fuit; idque propter amorem & benevolentiam, qua Epiſcopus, qui illi manus impoſuerat, eum comple-* LXXIII.

Canon de baptizatis in lecto.

PAGIUS num nullo modo attingere potuiſſe, & qui annum tantum unum & aliquot menſes Decio tribuerunt, ejus Imperii durationem mutilaſſe. Nam ſuppoſito, quod nunc in dubium revocari non poteſt, *Gallum* & *Voluſianum*, exeunte hoc anno, Decio ſucceſſiſſe, quomodo *Philippus*, qui anno CCXLIV. regnare cœpit, ad ſeptimum Imperii annum pervenire potuit, cum Decius tertium Imperii annum auſpicatus fuerit. Neque dicit poteſt, eam Inſcriptionem mendoſam eſſe, cum etiamnum in civitate Vencienſi extet, & Gruterus pag. CCLXXIII. aliam Decii proferat, in qua hic etiam dicitur TRIB. POT. III. COS. II. P.P. PR. COS. id eſt, *Proconſul*, idemque in Nummis apud Goltzium legatur.

XXXII. *Conſulatus Decii I. in Faſtos infartus magis exploditur.* Certum fit ſecundo, priorem Decii Conſulatum, quem ordinarium Baronius credidit, ſuffectum tantum fuiſſe, ideoque & annum unum ei reſpondentem in Annales perperam infartum eſſe. Nam, ut in Diſſert. Hypat. demonſtravi, paſſimque in hoc Opere inſinuavi, Conſulatus ſuffecti in Nummis & Inſcriptionibus ſæpe neglecti. Quare cum Decius Conſul II. dicatur, quando gerit Tribunitiam Poteſtatem tertiam, tres Conſulatus ordinarios non ſuſcepit; alioqui in laudatis Inſcriptionibus diceretur Conſul III. non vero Conſul II. cum Conſulatus quidem ſuffecti quandoque prætermittantur; Conſulatus vero ordinarii, vel omnes enuntientur, vel omnes omittantur, vel denique Imperator ſimpliciter & ſine numerali nota dicatur *Conſul*. Dubitari itaque non poteſt, quin Baronius Conſulatum unum in Faſtos intruſerit, & quin jam non biennio, ut antea, ſed triennio ab Era Dionyſiana diſtet. Quo factum, ut annus emortualis Decii, qui cum anno Chriſti CCLI. illigari debet, in Annalibus Baronii cum anno Chriſti CCLIV. copuletur. Quo ex errore alius enatus. Anni enim Urbis, Olympiadum, ceterarumque Erarum, qui hucuſque in Annalibus recte

plexus eſt. Qui quidem Epiſcopus non modo ab univerſo Clero, ſed etiam a multis laicis vetitus, quoniam minime licebat quemquam in lecto propter morbum baptizatum (ſicut huic contigerat) in Clerum aſſumi; magnopere poſtulabat ſibi poteſtatem dari, huic ſoli manus in ſortem presbyterii imponendi. Videas in his plane plura conſideratione digna, ac in primis, a presbyterorum Romanæ Eccleſiæ collegio quoſlibet licet leviſſima nota aſperſos repelli: vi enim quadam adactus Novatianus Chriſtianus factus videri poterat; quippe qui non cum valeret, ſed in lecto decumbens, mortis timore percitus, initiatus eſſet ſacro baptiſmate. In Eccleſia Orientali id ipſum de baptizatis in ægritudine ſervatum fuiſſe, canon (a) Concilii Neocæſarienſis, Conſtantini tempore celebrati, declarat his verbis: *Siquis in ægritudine conſtitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, ſed ex neceſſitate dependet; niſi forte poſtea ipſius ſtudium & fides probabilis fuerit, aut raritas hominum cogat.* Ita canon, licet poſt hæc editus, ex antiquo tamen Eccleſiæ uſu ſancitus.

(a) *Concil. Neocæſ. c.* 12.

LXXIV. Rurſus vero modeſtia admiranda eſt ſummi Pontificis; cujus cum auctoritas in Eccleſia ſumma eſſet; tamen non pro animi arbitrio, ſed fratrum conſenſu ſolitus cuncta facere, quos ſibi renitentes videret, non vi ulla aut poteſtate cogeret, ſed ſubmiſſo animo exoraret. Quiſnam autem fuerit, qui Novatianum presbyterum ordinaverat, Fabianus ne, an alius ex iis qui eum præceſſerunt Romani Pontifices, haud liquet. At plane ex facto Novatiani apparet, quanto periculo quæratur per diſpenſationem, quod eſt alias Eccleſiaſticis legibus inconceſſum. Sceleſtiſſimus iſte primus omnium auſus eſt ſanctam Romanam Eccleſiam turpi ſcindere ſchiſmate, quæ antea ſemper unita permanſerat, juncta capiti firma compaginatione membrorum; non veritus tanta eam afficere ignominia, ut cathedram contra cathedram in medio ejus erigeret, primuſque erumperet Antipapa, & ex ea impius hæreſiarcha prodiret, tantamque Chriſtiano orbi cladem inferret, quæ per multa deinde ſæcula vix valuerit reſarciri.

Primum ſchiſma in Rom. Eccleſia.

LXXV. Novatiani artes in ſchiſmate fulciendo.

At ad hæc Cornelius aliud mox hominis ſcelus recenſens, hæc addit: *Cum feciſſet oblationes, & ſingulis partem ſacramenti diſtribuiſſet, porrexiſſetque, miſeros homines & infelices pro benedictione & gratiarum actione jusjurandum dare coegit; atque ſuis utriſque manibus manus accipientis prehendens, non prius dimiſit, quam hoc jurejurando eum obſtrinxiſſet (illius enim verbis utar): Jura mihi per corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, te numquam nec me deſerturum, nec ad Cornelium reverſurum. Atque miſer homo non ante deguſtavit, quam ita illi ſe devoviſſet: & qui illum acceperat, pro Amen (quod dicere debuerat) hoc dixit: Non deinceps ad Cornelium revertar. Et poſt alia quædam: Scias velim, propterea quod in dies ſingulos jam fratres eum deſerunt, & ad Eccleſiam redeunt, jam illum omnium fere ſocietate denudatum deſtitutumque eſſe. Cujus amentem audaciam & inſolentiam etiam Moyſes beatus martyr, qui nuper apud nos fuit eximio, & admirabili martyrio decoratus, dum adhuc in vita manebat, perſpicue animadvertens, tum illi, tum aliis quinque presbyteris, qui una cum illo ſeſe ab Eccleſia ſegregaſſent, Fidelium ſocietate, & communione interdixit. Porro in extrema epiſtola Epiſcopos qui Romam profecti, Novatiani dementiam condemnabant, enumerat; & non ſolum nomina cujuſque, ſed Eccleſias etiam, quibus ſinguli præerant, recenſet. Quin etiam Epiſcoporum, qui minime Romam ſe contulerant quidem, ſed per litteras decreto eorum, quos diximus, aſſentiebantur, nomina pariter, & civitates, unde quiſque ſcripſit epiſtolam, commemorat.*

PAGIUS

recte conſignati erant, impoſterum in iiſdem nonniſi extra proprium locum eſſe poſſunt, ut infra demonſtrabo.

XXXIII. *Gallus, Hoſtilianus, & Voluſianus Decio ſuccedunt.* Baron. n. XLVIII.

Sublato Decio cum filio natu majori alii Imperatores nuncupati. Victor de Cæſaribus, utriuſque Decii interitu narrato, ait: *Hæc ubi Patres comperere, Gallo, Hoſtilianoque Auguſta Imperia: Voluſianum Gallo editum Cæſarem decernunt. Dein peſtilentia oritur: qua atrocius ſæviente, Hoſtilianus interiit.* Zoſimus tamen lib. I. ſcribit, Gallum alterum ex filiis Decii ſuperſtitem adoptaſſe, & progreſſu temporis veritum ne Romani ei ſummam rerum traderent, occidi curaſſe. Magis tamen Victori de Cæſaribus credendum. Quod ſi peſte periit Hoſtilianus, mors ejus ante autumnum anni inſequentis non contigit. Unde quamplurima ejus ſuperſunt Numiſmata, in quorum aliquibus *Cæſar*, in aliis vero *Auguſtus* appellatur, ut videre eſt apud Mediobarbum. Baronius deceptus ab Aurelio Victore in Epitome *Hoſtilianum* cum *Perpenna* confundit. Mediobarbus enim *Perpennæ* Nummum exhibet inſcriptum: IMP. CAES. M. AUG. PERPENNA LICINIAN. AUG. in poſtica: P. M. TR. P. P. P. Sed loco *M. Aug.* legendum, *M. Auf.* ut in Indice errorum monet idem Auctor, & ut videre eſt apud Occonem & Goltzium, qui eundem numero Nummum referunt. Neque enim alium extare credo.

XXXIV. *Hoſtilianus & Aufidius a Gallo diverſi.*

Marcus itaque Aufidius Perpenna longe diverſus ab Hoſtiliano, & Tyrannus, non vero Imperator a Senatu creatus, ſaltem quantum conjectura aſſequi poſſumus. Eutropius, interitu Decii recitato, ait: *Mox Imperatores creati ſunt, Gallus, Hoſtilianus, & Galli filius Voluſianus.* Ita enim legendum, non ut in editionibus vulgaribus, *Gallus Hoſtilianus*, cujus interpunctionis defectu factum, ut Eutropium, Gallum cum Hoſtiliano confudiſſe ſibi perſuaſerit Baronius. Voluſianus cum nomine Cæſareo Tribuni-

Hucuſque Euſebius de Cornelii epiſtola ad Fabium Epiſcopum Antiochenum, tamquam ſummarium rerum geſtarum, non earum tantum quæ actæ eſſent a Novatiano uſque ad ſchiſma ab eo conflatum, ſed quæ etiam geſtæ eſſent uſque ad Romanum Concilium ea de cauſa Romæ convocatum.

LXXVI. Verum hæc ipſa & alia permulta ex epiſtolis S. Cypriani, & aliis diffuſius enarrata & exactius explicata, eo quo geſta ſunt ordine, hic intexere, ad exactam ejus rei hiſtoriam clarius explicandam neceſſarium exiſtimamus. At in primis quod ad ipſius Novatiani ſpectat exordia, hæc de eo S. Pacianus (*a*) ad Sympronianum Novatianum ſcribens: *Novatianum mihi ingeris? Philoſophum ſæculi fuiſſe audio; nec ſatis miror ab Eccleſia Dei vivi degeneraſſe; cognoſco radicem legis antiquæ fontem veteris populi reliquiſſe, Cornelio invidentem, Novati inſaniæ* * *commodatum, ſine conſecratione legitima Epiſcopum factum, ideoque nec factum, per epiſtolam eorum qui ſe confeſſores eſſe ſimularent, qui matris unius membra divellerent.* Et poſt multa hæc ſubdit: *Novatianus his melior, nempe Moyſe ac Paulo? emendator Prophetarum? doctor Apoſtolorum? jam cum Chriſto videtur ut idem Moyſes? jam ut Paulus in tertium Cœlum ſublimis evehitur? jam neglectis omnibus ſolus auditur?*

(*a*) *Pacian. ad Sympr. ep.* 2.

Novatianus quis qualiſve fuerit.

* *al.* accommodatum.

LXXVII. De faſtu vero Novatiani ex philoſophia & dicendi peritia ſibi comparato, hæc Cyprianus ad Antonianum (*b*): *Jactet ſcilicet philoſophiam, & eloquentiam ſuam ſuperbis vocibus prædicet; qui nec fraternam charitatem, nec Eccleſiaſticam unitatem tenuit, etiam quod prius fuerat, amiſit.* Fuiſſe autem Novatianum Philoſophum ſecta Stoicum, ex iis quæ idem S. Cyprianus in ea ad Antonianum epiſtola ſuperius dixit, poteſt intelligi. Sed de iis ſuo loco opportunius, cum de ejus dogmate dicemus. Quod igitur ex Philoſopho inſigni, remiſſo philoſophiæ nuncio, ſeſe Chriſto ſubdidiſſe videretur: ne in Eccleſia inglorius haberetur, qui inter Ethnicos magnam fuerat gloriam conſecutus, Romanus Pontifex (ut dictum eſt) voluit eum inter Romanæ Eccleſiæ presbyteros cooptare. Sed qui ſemel fuerat ambitionis ſtimulis agitatus, eo infelix adductus eſt, ut, quod jure non licuiſſet, malis ſibi artibus Pontificiam dignitatem procaciter arrogaret.

(*b*) *Cypr. ep.* 52.

LXXVIII. Factus igitur eo modo, quo dictum eſt, Pontifex, eveſtigio legatos de ſua electione ad diverſas Eccleſias miſit, addiditque litteras, quibus narrata ſuperius in Cornelium Papam crimina ſcripta erant. Magna ſane fuit hæc tentatio in Eccleſia Dei, cum non ſolum ab ipſis auctoribus Novatiano atque Novato, ſcriptis litteris per univerſum Orbem calumniæ in Cornelium ſpargerentur, ſed teſtatæ eædem redderentur confeſſorum epiſtolis, quorum ob annuum ac diuturniorem carcerem gloria erat apud omnes inſignis. Qui quidem nec id ſegniter curarunt: nam (ut ipſe Cornelius teſtatur (*c*) ad Cyprianum ſcribens) cum ad omnes Eccleſias eorum nomine litteræ calumniis & maledictis plenæ, eædemque frequentes, miſſæ eſſent; ea ex cauſa, ut ait, omnes pene perturbatæ ſunt Eccleſiæ: & complures ex eis errore deceptæ, cogitantes ſe errare non poſſe, ſi eorum affectarentur veſtigia, qui Chriſtum toties magna gloria confeſſi eſſent; eædem ipſæ (ut dicemus) in errore manſerunt; donec iidem qui ſic lapſi fuerant confeſſores, facti pœnitentes, ad Eccleſiam redierunt.

Legationes a Novatiano.

(*c*) *Apud Cypr. epiſt.* 46.

LXXIX. Cæterum plures atque diverſi argumenti in eadem cauſa a Novatiano ſcriptas fuiſſe litteras ad Eccleſias, conſtat; quarum illas datas eſſe putamus omnium primas, quibus de ſua electione eaſdem reddidit certiores; prætexens nimirum ſe invitum ac renitentem creatum fuiſſe Epiſcopum; ea ratione execrandum excuſans ſchiſmatis facinus, ſicque doloſe illarum, ad quas ſcribebat, Eccleſiarum communicationem ſubriperet. Cum igitur Novatianus id genus litterarum in primis ad Eccleſiam Alexandrinam, quam primam omnium poſt Romanam eſſe ſciret, dediſſet; atque callide conteſtatus eſſet, ſe invitum electum fuiſſe; Dionyſius Epiſcopus

Diverſæ litteræ Novatiani ad diverſos.

PAGIUS XXXV. bunitiam Poteſtatem accepit, cum in variis Nummis dicatur, TR. P. II. COS. II. quam Tribunitiam Poteſtatem ſecundam ſuſcipere non potuiſſet, ſi hoc anno, vel ſequentis initio ea decoratus non fuiſſet.

Hoſtilianus a Perpenna, Valens a Liciniano diſtinguendi, & Perpenna Licinianus in duos non dividendus.

Aurelius Victor in Epitome non ſolum Hoſtilianum cum Perpenna, ſed etiam Valentem cum Liciniano confundit; & ex uno Perpenna Liciniano duos Imperatores facit. Hæc ejus verba, cum de Decio Imp. loquitur: *Hujus temporibus Valens Licinianus Imperator effectus eſt.* Tum de Gallo & Voluſiano Impp. differens, ſcribit: *Horum temporibus Hoſtilianus Perpenna a Senatu Imperator creatus, nec multo poſt peſtilentia conſumtus* eſt. Valens ille numeratur a Trebellio Pollione in lib. de triginta Tyrannis, qui ſub Gallieno imperium arripuere, quod avunculus eſſet alterius Valentis, qui ſub eodem Gallieno Auguſtus dictus eſt. De illo priori Valente prodit Vopiſcus: *Cum paucis diebus Illyrico imperaſſet, occiſus eſt.* Is Decio Imperium Romanum regente purpuram ſumſit, ut docet Victor de Cæſaribus, qui poſtquam narravit Lucium Priſcum, qui Macedonas præſidatu regebat, dominationem invaſiſſe, ſubdit: *Qua cauſa Decio, quam potuit maturrime Roma digreſſo, Julius Valens cupientiſſimo vulgo imperium capit: verum utrique* (ſcilicet Lucius Priſcus & Julius Valens) *mox caſi: cum Priſcum nobilitas hoſtem patriæ cenſuiſſet.* Julii Valentis hic Nummus extat apud Oc-

(a) Edit. Colon. & alia verſione apud Euſeb. lib. 7. cap. 37.

pus Alexandrinus quid ad eum ſcite reſcripſerit, audiamus. Recitat eam epiſtolam S. Hieronymus, de Dionyſio agens, in commentario de Scriptoribus Eccleſiaſticis (*a*):

LXXX. Dionyſii Epiſtola ad Novatianum.

Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus Novatiano fratri Salutem. Nolenſne ad ſacerdotium fueris inductus, ita demum oſtendes, ſi volens ceſſeris. Nam oportuit quidvis etiam hac gratia perpeti, ne diſcinderetur Eccleſia Dei. Neque minus præclarum ex hoc contigiſſet teſtimonium, quod noluiſſes diſſidium inducere, quam proficiſci ſolet ex eo, ſi quis recuſet ſimulacris immolare; atque adeo præclarius etiam, mea quidem ſententia. Siquidem illuc uni proprieque conſulitur animæ: hic totius Eccleſiæ negotium agitur. Tametſi nunc quoque ſi perſuaſeris, ſi compuleris fratres in concordiam redire; plus egeris officio, quam peccaveris errato. Atque hoc quidem haud imputabitur; illud vero laudibus feretur. Cæterum ſi non obtemperantibus illis, minus aſſequeris quod vis, tamen fac modis omnibus tuam ipſius ſerves animam: Hæc ad Novatianum Dionyſius.

LXXXI. (b) Socrat. lib. 4. cap. 23. Aliæ litteræ Novatiani.

Auctor eſt Socrates (*b*) ab eodem Novatiano (qui perperam Novatus ab eo dicitur) litteras ſcriptas ad diverſas Eccleſias, quarum meminit his verbis: *Deinde (* cum ſcilicet factus eſſet Epiſcopus*) omnibus ubique Eccleſiis ſcripſit litteras, uti eos qui ſimulacris immolaſſent, minime ad myſteria admitterent: ſed hortarentur ad pœnitentiam, remiſſionemque permitterent Deo, qui poteſt & habet auctoritatem dimittendi peccata. Quibus litteris ad provincias perlatis, ſinguli pro ſuopte ingenio de rebus in illis ſignificatis judicium fecerunt. Nam quia erat a Novatiano ſignificatum, eos, qui poſt baptiſmum peccatum ad mortem commiſerant ad myſteria non eſſe recipiendos: ejuſdem canonis promulgatio quibuſdam acerba & ſevera nimis viſa eſt; a nonnullis probata, utpote æqua, & ad vitam recte inſtituendam multum afferens adjumenti. Dum hæc inter eos agitatur controverſia, litteræ Cornelii Epiſcopi allatæ ſunt; quæ ſignificabant, ſpem veniæ etiam illis eſſe reliquam, qui poſt baptiſmum deliquiſſent. Ab utroque igitur litteræ contrariæ miſſæ fuerunt:* Hæc de datis ab eis ad Eccleſias litteris Socrates, & ipſe ſecta Novatianus.

LXXXII. Legatio a Novatiano ad Africanos.

Sicut vero ad Alexandrinam & ad Orientis Eccleſias Novatianus litteras ſcripſit; ita pariter apud Occidentales id ipſum præſtare non neglexiſſe, certum eſt. Conſtat quidem (ut demonſtratum eſt) eumdem Novatianum ad Cyprianum legatos una cum litteris in Africam direxiſſe Pervenit ea in Africam ad Cyprianum a Novatiano miſſa legatio, cum (quod diu ante ipſe mente conceperat) ex diverſis Eccleſiis Carthagine Epiſcoporum Concilium collegiſſet: quod hoc anno a ſe factum Idibus Maii, ad Cornelium (*c*) ſcribens, affirmat. Quid autem idem Cyprianus egerit, cum a Novatiani legatis conventus eſſet, idem ipſe litteris (*d*) ad Cornelium datis narrat his verbis:

(c) Cypr. ep. 55.

(d) Cypr. ep. 1.

LXXXIII. Quid Cyprianus cum Novatiani legatis.

Venerunt ad nos, frater cariſſime miſſi a Novatiano Maximus presbyter, & Augendus Diaconus, & Machæus quidam, & Longinus. Sed enim cum ex litteris, quas ſecum ferebant, & ex eorum ſermone atque aſſeveratione, Novatianum Epiſcopum factum comperiſſemus; illicite & contra Eccleſiam Catholicam factæ ordinationis pravitate commoti, a communicatione eos noſtra ſtatim cohibendos eſſe cenſuimus, refutatis interim ac retuſis quæ obſtinate ac pertinaciter aſſerere tentabant. Nam & ego, & collegæ plurimi, qui ad me convenerant, expectavimus adventum collegarum noſtrorum Caldonii & Fortunati, quos ad te nuper & Coepiſcopos noſtros, qui ordinationi tuæ adfuerant, legatos miſeramus; ut eis adventantibus, & rei geſtæ veritatem reportantibus majore auctoritate, & elucidata per eos probatione, partis adverſæ improbitas frangeretur. Supervenerunt vero Pompeius & Stephanus collegæ noſtri, qui & ipſi quoque ad inſtruendos iſtic nos manifeſta ſecundum gravitatem ac fidem ſuam indicia ac teſtimonia protulerunt; ut nec neceſſe fuerit audiri ultra eos qui a Novatiano venerant miſſi.

Qui

PAGIUS

Occonem pag. 528. ΑΥ. ΚΑΙ. Γ. ΙΟΥΛ. ΟΥΑΛΕΝΣ. ΕΥ. ΣΕΒ. L. A. id eſt, *Imperator Cæſar Caius Julius Valens Pius Auguſtus anno I.* Diſtinguendi itaque quatuor Valentes, *Julius Valens* Decii tempore tyrannus, *Valens* Gallieno imperante tyrannus, *Valerius Valens*, qui Maximino Imp. a Licinio Imp. devicto anno CCCXIII. Imperium ſumſit, & denique *Valens* anno CCCXIV. a Licinio Cæſar appellatus, & poſtea de imperio dejectus. De his duobus ultimis agam ſuis locis. Ex his, iiſque quæ num. ſuperiori jam in medium adduxi, liquet Victorem citatum in paucis verbis ter lapſum eſſe.

XXXVI. Sed ad Perpennam redeo, ut regionem in qua regnavit magnis tenebris ſepultam detegere coner. Mox diximus Priſcum in Macedonia, & Julium Valentem in Illyrio imperium ſumſiſſe; Eutropius vero ubi de Decio ſermonem inſtituit, ait: *Bellum civile, quod in Gallia motum fuerat, oppreſſit.* Quare cum duo alii Tyranni, nempe Priſcus & Valens longe a Galliis imperaverint, nihil illis cum Gallis commune, ideoque Galliarum Tyrannus regnante Decio, alius eſſe non poteſt quam M. Auf. Perpenna Licinianus, cujus etiam tantum Latini Nummi extant, conſtatque eum in prælio cæſum fuiſſe. Poſtquam Decius Perpennæ factionem oppreſſit e Gallia adverſus Priſcum, & ex Illyrio Orientali adverſus Scythas movit, qua in expeditione interiit, ut mox diximus.

M. Auf. Perpenna in Galliis regnavit.

LXXXIV. Tuetur cauſam Cornelii Cyprianus. *Qui cum in ſtatione invidioſis quoque convitiis & clamoribus turbulentis proruerent, & flagitarent, ut crimina, quæ ſe afferre ac probare dicebant, publice a nobis & a plebe cognoſcerentur: gravitati noſtræ negavimus convenire, ut collegæ noſtri jam delecti & ordinati, & laudabili multorum ſententia comprobati, ventilari ultra famam ore maledico & æmulantium voce pateremur. Et quia quibus refutati & compreſſi ſunt, & illicitis conatibus hæreſim feciſſe nudati ſunt, in epiſtolam congerere longum fuit; ex Primitivo compresbytero noſtro pleniſſime ſingula, quando ad vos venerit, audietis. At ne eorum furens audacia umquam deſiſteret; hic quoque in ſchiſmatis partes membra diſtrahere, & Catholicæ Eccleſiæ corpus unum ſcindere ac laniare nituntur: ut oſtiatim per multorum domos, vel oppidatim per quaſdam civitates diſcurrentes, obſtinationis ſuæ, & erroris ſciſſi ſibi quærant comites. Quibus ſemel reſponſum dedimus, nec mandare deſiſtimus, ut, pernicioſa diſſenſione & concertatione depoſita, impietatem eſſe ſciant, matrem deserere; & agnoſcant atque intelligant, Epiſcopo ſemel facto, & collegarum ac plebis teſtimonio & judicio comprobato alium conſtitui nullo modo poſſe. Proinde ſi pacifice ſibi ac fideliter conſuluiſſe, ſi ſe aſſertores Evangelii Chriſti eſſe confitentur, prius ad Eccleſiam revertantur.* Hæc de legatione Novatiani & Cypriani reſponſione ſatis.

LXXXV. Accepit tunc item S. Cyprianus litteras a Cornelio Papa per dictos Epiſcopos redeuntes in Africam miſſas. Quid autem egerint qui ad Synodum convenerunt Epiſcopi, cum ab utraque parte litteras accepiſſent, idem (*a*) declarat his verbis: *Honoris etiam communis memores, & gravitatis ſacerdotalis ac ſanctitatis reſpectum tenentes, ea quæ ex diverſo in librum ad nos tranſmiſſum congeſta fuerant acerbationibus criminoſis, reſpuimus: conſiderantes pariter & ponderantes, quod in tanto fratrum religioſoque conventu conſidentibus Dei ſacerdotibus, & altari poſito, nec legi debeant, nec audiri.* Quid porro in ea Synodo a Cypriano collecta actum ſit, quantum fas eſt colligere enarremus. Videtur in primis mentio haberi hujus Synodi in epiſtola (*b*) Cypriani ad Fidum, qua conqueritur, a Theraplo collega decreta hujus Synodi eſſe violata: quibus ſtatutum erat, ne lapſi abſque alia urgente neceſſitate reciperentur, niſi impleto tempore ſatisfactionis. Quod vero ibi ſubdit ſtatutum in Synodo, infantes ſtatim natos baptizari poſſe; in alio potius conventu ſexaginta ſex Epiſcoporum, cujus illic meminit decretum fuiſſe videtur.

(*a*) Cypr. epiſt. 42. De Synodo Africana.

(*b*) Cypr. epiſt. 59.

LXXXVI. Sed de quo agimus hic ipſe Epiſcoporum conventus eſt, quem ad ſedandas turbas & diſſenſiones per Feliciſſimum ac ſocios excitatas, S. Cyprianus (*c*) ſcribens ad ſuos, mox cum Carthaginem rediiſſet, poſt Paſcha ſe collecturum ſpoponderat. Cum igitur rediiſſet, atque Epiſcopos collegiſſet; abſque mora venerunt in eam Synodum Feliciſſimus ſchiſmaticus, & quinque illi qui ipſi adhæſerant presbyteri, de quibus ſuperius plura. *Venerunt*, inquam, *hi acturi cauſam ſuam in Epiſcoporum conventu; qui & auditi ſunt.* Quid autem cum illis actum ſit, litteræ Synodicæ ad Cornelium tunc datæ ſignificabant, quæ non extant: ſed illarum meminit idem S. Cyprianus in epiſtola ad ipſum Cornelium tunc ſcripta, cum ait (*d*): *Quantum vero hic ad presbyterium quorumdam, & Feliciſſimi cauſam pertinet; quid hic actum ſit, ut ſcire poſſes, litteras ad te collegæ noſtri manu ſua ſubſcriptas miſerunt; qui auditis eis quid ſenſerint, & quid pronunciaverint, ex eorum litteris diſces.*

(*c*) Cypr. epiſt. 40.

Auditus Feliciſſimus ſchiſmaticus.

(*d*) Cypr. epiſt. 42.

LXXXVII. At licet litteræ illæ a Synodo ad Cornelium miſſæ non extent, tamen ex aliis ejuſdem (*e*) S. Cypriani ad eum anno ſequenti datis, quid in ea Synodo actum ſit, poteſt intelligi; nimirum illos fuiſſe excommunicatos. Meminerunt enim Patres eadem ex cauſa ſequenti anno coeuntes harum litterarum, quæ ab hac de qua agimus Synodo datæ ſunt, hæc dicentes de quinque illis presbyteris ab Eccleſia profugis: *Eſt unus ex quinque presbyteris jampridem de Eccleſia profugis, & ſententia Coepiſcoporum noſtrorum & multorum graviſſimorum virorum nuper abſtentis, qui ſuper hac re priore anno ad te litteras fecerunt. Item Feliciſſimum ſigniferum ſeditionis recognoſceres, qui & ipſe in eiſdem Coepiſcoporum noſtrorum factis ad te pridem litteris continetur:* & poſt alia de iiſdem loquens: *Et iterato quoque, inquit, a pluribus nobis in Concilio anno priore abſtenti.* Ex his videas, Feliciſſimum cum quinque illis presbyteris ſchiſmaticis primo fuiſſe damnatum (ut vidimus) a Cypriano, dum adhuc ageret in receſſu: deinde eadem excommunicationis ſententia perculſum a Caldonio, Herculano, & Victore Epiſcopis, Rogatiano & Numidico (*f*) presbyteris præſentibus: tertio, hoc ipſo anno in Concilio (ut diximus) Carthagine celebrato: quarto, ſequenti anno in alio item Concilio celebrato Carthagine Idibus Majis (*g*). Rurſum vero ipſum adverſus Cyprianum Romam ad Cornelium properantem, ab eodem fuiſſe ab Eccleſia pulſum idem Cyprianus (*h*) affirmat. Ex quibus intelligas antiquam conſuetudinem, non ſemel tantum perditiſſimum aliquem excommunicari conſueviſſe, ſed ſæpius, vel potius excommunicatum frequentius declarari.

(*e*) Cypr. epiſt. 55. Feliciſſimus & ſocii excommunicati.

(*f*) Apud Cypr. epiſt. 39.

(*g*) Cypr. epiſt. 55.

(*h*) Ead. epiſt. 55.

LXXXVIII. In hoc quoque Concilio lapſorum cauſa (quod diu ante pollicitum fuerat, reddita Eccleſiæ pace, eſſe tractandum) fuit Epiſcoporum ſententiis agitata. Quid demum in eo ſtatutum fuerit, idem Cyprianus (*a*) ſcribens ad Antonianum his verbis ſignificat: *Secundum quod tamen antea fuerat deſtinatum, perſecutione ſopita, cum data eſſet facultas in unum conveniendi; copioſus Epiſcoporum numerus, quos integros & incolumes fides ſua & Domini tutela protexit, in unum convenimus: & ſcripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum ſalubri moderatione libravimus, ut nec in totum ſpes communicationis & pacis lapſis denegaretur, ne plus deſperatione deficerent, & eo quod ſibi Eccleſia cluderetur, ſecuti ſæculum, gentiliter viverent: nec tamen rurſus cenſura Evangelica ſolveretur, ut ad communicationem temere proſilirent; ſed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur cauſæ & voluntates & neceſſitates ſingulorum, ſecundum quod libello continetur, quem ad te perveniſſe confido, ubi ſingula placitorum capita conſcripta ſunt*: Hæc de ſtatutis in Synodo Cyprianus.

(*a*) *Cypr. epiſt.* 52.

De Lapſis quid ſtatutum.

Videtur namque libellus iſte a Synodo ſcriptus, quo ſingula (ut ait) capitula placitorum continebantur, ſingulos lapſorum expreſſiſſe caſus (erat enim, ut inferius docet, lapſorum plurima differentia) & tempus ac modum pœnitentiæ ſingulis delinquentibus itidem præſcriptos habuiſſe; eademque plane ea fuiſſe capita, quæ etiam alio nomine, Pœnitentiales canones antiquitas nominavit. Meminit ejuſdem Synodi idem S. Cyprianus in ea quam ad confeſſores ſchiſmaticos jam ad Eccleſiam reſtitutos ſcribit epiſtola, in qua hæc habet (*b*): *Propter quod & nos temperamentum tenentes, & libram Domini contemplantes, & Dei Patris pietatem ac miſericordiam cogitantes, diu multumque tractatu inter nos habito, juſta moderatione agenda libravimus: quæ omnia penitus poteſtis inſpicere, lectis libellis, quos hic nuper legeram, & ad vos quoque legendos pro communi dilectione tranſmiſeram; ubi lapſis nec cenſura deeſt, quæ increpet, nec medicina, quæ ſanet*: Hæc Cyprianus. Ubi cum modo plures, modo unum libellum ex Synodo ſcriptos dicat; par eſt credere, unum ſui generalitate eſſe intelligendum, qui plures caſus complecteretur, eoſdemque fuſius ſcriptos atque diſtinctos: ut puta, caput illud de iis qui immolaſſent, cum ſponte, vel vi id adducti feciſſent: rurſum de Libellaticis aliud formatum caput, & alia deinceps multa, quæ omnia attextam haberent ſtatutam pœnitentiam. Hallucinari itaque arbitramur eos qui putant his libellis comprehendi librum de Lapſis a Cypriano conſcriptum.

LXXXIX. Libellus Poenitentiarius.

(*b*) *Cypr. epiſt.* 51.

Quo modo autem poſt hæc, imminente perſecutione, rurſus eadem ex cauſa coactus ſit a Cypriano Epiſcoporum conventus, & ſumma indulgentia lapſis fere omnibus aperta fuerit Eccleſia, ejuſdem Cypriani teſtificatione (*c*) ſuo loco dicemus.

(*c*) *Cypr. epiſt.* 54.

XC. Concilium Romæ habitum.

At quod in Africa hac Synodo ab Epiſcopis ſtatutum fuit, Romæ itidem habita a Cornelio Papa Synodo, eſt firmius ſtabilitum. Id quidem eadem ad Antonianum epiſtola Cyprianus (*d*) tradit his verbis: *Ac ſi minus ſufficiens Epiſcoporum in Africa numerus videbatur, etiam Romam ſuper hac re ſcripſimus ad Cornelium collegam noſtrum; qui & ipſe cum plurimis Coepiſcopis, habito Concilio, in eamdem nobiſcum ſententiam pari gravitate & ſalubri moderatione conſenſit; de quo tibi neceſſe nunc fuit ſcribere, ut ſcias me nihil leviter egiſſe, ſed ſecundum quod litteris meis fueram ante complexus, omnia ad commune Concilii noſtri conſilium diſtuliſſe*: Hæc ipſe. Porro Concilium hoc de reſtitutione lapſorum Romæ ſub Cornelio habitum, diverſum plane ab illo eſt, cujus Euſebius (*e*) meminit, in quo dicit excommunicatum fuiſſe Novatianum, cujus mentionem facit ipſe Cornelius ad Fabianum Antiochenum ſcribens. Nam in priore hoc nihil actum fuit contra Novatianum; ſed de eo in poſteriori tractatum eſt. Apparet autem errore labi, qui hoc cum illo confundunt; de quo ſuo tempore dicturi ſumus. In hoc item Romano Concilio, ubi de reſtituendis lapſis habita tractatio eſt, illud conſtat fuiſſe ſtatutum, ut lapſi pœnitentia functi ad communicationem admitterentur; quod decretum Cornelius ſuis litteris, quarum Cyprianus (*f*) meminit, promulgavit.

(*d*) *Cypr. epiſt.* 52.

(*e*) *Euſeb. lib.* 6. *cap.* 35.

(*f*) *Cypr. epiſt.* 67. *in fine.*

XCI. De Sacerdotibus lapſis quid ſtatutum.

Sed & illud quoque in hac Synodo ſtatutum ab eodem Cornelio, Cyprianus teſtatur; nimirum ſic ſacerdotes lapſos pœnitentes ad Eccleſiam admittendos eſſe, ut tamen a ſacerdotali functione abſtineant, & tantum laica communicatione communicent. Sic fecerat ipſe Cornelius, admittens Trophimum Epiſcopum lapſum, ut S. Cyprianus (*g*) ſcribit ad Antonianum. Quod non ſervatum fuiſſe a Fortunatiano Epiſcopo Aſſuritano lapſo, idem Cyprianus (*h*) exclamat; qui & ſcribens (*i*) ad Hiſpanos, ejuſmodi a Cornelio ſanciti decreti meminit, dicens de Baſilide & Martiale: *Fruſtra tales Epiſcopatum ſibi uſurpare conantur; cum manifeſtum ſit, ejuſmodi homines nec Eccleſiæ Chriſti poſſe præeſſe, nec Deo ſacrificia offerre debere: maxime cum jampridem nobiſcum, & cum omnibus omnino Epiſcopis in toto mundo conſtitutis, etiam Cornelius collega noſter, ſacerdos pacificus ac juſtus, & martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreverit hujuſmodi homines ad pœnitentiam*

quidem

(*g*) *Cypr. epiſt.* 52.

(*h*) *Cypr. epiſt.* 64.

(*i*) *Cypr. epiſt.* 68.

quidem agendam poſſe admitti, ab ordinatione autem Cleri atque ſacerdotali honore probiberi: Hæc ipſe. Quænam autem fuerit laica communicatio, ad quam ejuſmodi admittebantur, alibi opportuniori loco fuſius dicturi ſumus.

XCII. Cyprianus ad Cornelium & Confeſſores ſcripſit. (*a*) *Apud Cypr. epiſt.* 42.

Celebrata (ut dictum eſt) in Africa Synodo, ſcriptæ ſunt ab ea Synodicæ litteræ ad Cornelium Papam; ſed illæ deſiderantur. Addidit & ſuas privatas (*a*) ad eumdem S. Cyprianus, quarum nuper facta eſt mentio, Mettio ſubdiacono & Nicephoro acolutho datas; quibus etiam adjecit litteras ad confeſſores in ſchiſma lapſos & Novatiano conſentientes, quas a Cornelio Papa prius inſpici voluit; ea nimirum cautela, ne, ad ſchiſmaticos ſcribendo, falſo iidem ſe illis communicare jactarent; extant (*b*) ambæ. Hortatus eſt eos Cyprianus, ut a ſchiſmaticis ſe divellerent, & ad Catholicam Eccleſiam, unde diſceſſerant, nulla interpoſita mora, redirent.

(*b*) *Cypr. epiſt.* 43. & 44.

XCIII. Eodem ferme tempore quo hæc tum Romæ, tum in Africa gerebantur, S. Cyprianus conſulere ſtuduit iis, qui dictorum confeſſorum exemplo & litteris ab eis ſcriptis plurimum commoti in ruinam inducebantur; qui & a Catholica unitate divulſi, in ſchiſmatis ſcelus veluti quibuſdam vinculis trahebantur. Quod enim tantæ Eccleſiæ tanti viri feciſſent, iidem ſibi jure faciendum putarent; ſicque non tantum debiles ac ſimplices, ſed & qui firmiter in Catholica communicatione ſtare videbantur, & pollerent doctrina atque prudentia (ut dictum eſt de Antoniano Epiſcopo in Numidia) nutabant, atque vehementer commovebantur. Tam ancipiti prœlio dimicantibus Fidelibus Cyprianus ſtudens ferre ſuppetias, librum illum meditatus eſt, quem de Unitate Eccleſiæ Catholicæ titulo prænotavit; qui ad invadendos ſchiſmaticos cuneus fortiſſimus, & ad incurſus illorum vitandos turris inſtar munitiſſimæ haberetur: atque adeo comparatus, ut non ad Novatianos tantum exarmandos, ſed ad omnes quotquot umquam fuiſſent, vel futuri eſſent, hæreticos proſternendos, ſolus ſufficiens atque idoneus omnino foret. Quippe qui, oſtenſa ſemel ac demonſtrata una tantum Eccleſia, eaque in Petri cathedra cognoſcenda, cæteras autem eidem ut membra capiti eſſe connexas; plane declaret, atque aperte ſignificet, omnes ab Eccleſia Catholica eſſe diviſos ac prorſus extorres, eoſdemque ſchiſmaticos vel hæreticos judicandos, qui uni Eccleſiæ, ipſi (ut ait) cathedræ Petri, non eſſent compage communicationis uniti, & firma conſolidatione connexi.

Cyprianus de unitate Eccleſiæ ſcribit.

XCIV. Meminit idem S. Cyprianus ejuſdem a ſe ſcripti libelli in ea epiſtola (*c*), quam ſed confeſſores in Eccleſiam reſtitutos, nuper ſcriptam fuiſſe diximus, ubi ait: *Sed & Catholicæ Eccleſiæ unitatem, quantum potuit, expreſſit noſtra mediocritas; quem libellum magis ac magis nunc vobis placere confido, quando eum jam ſic legitis, ut & probetis, & ametis; ſiquidem quod nos verbis conſcripſimus, vos factis impletis, quando ad Eccleſiam charitatis ac pacis unitate remeatis*. Scriptum namque eum fuiſſe libellum antequam confeſſores (*d*) ſchiſmati faventes ad unitatem Eccleſiæ redirent, ejuſdem Cypriani in eo poſita verba declarant, cum ait (*e*): *Nec quiſquam miretur, dilectiſſimi fratres, etiam de confeſſoribus quoſdam ad iſta procedere, inde quoque aliquos tam nefanda, quam gravia peccare; neque enim confeſſio immunem facit ab inſidiis diaboli*. Et poſt multa, ne putarent, cum audirent confeſſores inhæſiſſe ſchiſmaticis, omnes qui Romæ eſſent eo titulo clari, pariter lapſos eſſe, hæc ſubdit de reliquis cultoribus recte fidei confeſſoribus: *Stat* (inquit) *confeſſorum pars major & melior in fidei robore, & in legis ac diſciplinæ Dominicæ veritate; nec ab Eccleſiæ pace diſcedunt qui ſe in Eccleſia gratiam conſecutos de Dei dignatione meminerunt; atque hoc ipſo ampliorem conſequuntur fidei ſuæ laudem, quod ab eorum perfidia ſegregati, qui juncti confeſſionis conſortio fuerunt, a contagio criminis receſſerunt*.

(*c*) *Cypr. epiſt.* 51.

Quando libellus ſcriptus.

(*d*) *Cypr. epiſt.* 51.
(*e*) *Cypr. de unit. Eccleſ. prope finem*.

Sed & de una Eccleſia, & ejus certitudine ubi ſit, pauca hæc ſatis ſit hic deſcribere: ac primum de ſchiſmatum atque hæreſum omnium cauſa: *Hoc eo fit* (inquit *f*) *fratres dilectiſſimi, dum ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec magiſtri cæleſtis doctrina ſervatur, quæ ſi quis conſideret & examinet, tractatu longo & argumentis opus non eſt; probatio eſt ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum: Ecce dico tibi, inquit, quia tu es Petrus, & ſuper iſtam petram ædificabo Eccleſiam meam:* & poſt multa de primatu Petri ex divinis Scripturis petita, addit: *Primatus Petro datur, ut una Chriſti Eccleſia & cathedra una monſtretur. Et paſtores ſunt omnes, ſed grex unus oſtenditur, qui ab Apoſtolis omnibus unanimi conſenſione paſcatur*: & paulo poſt: *Hanc Eccleſiæ unitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit? Qui Eccleſiæ renititur & reſiſtit; qui cathedram Petri ſuper quam fundata eſt Eccleſia, deſerit; in Eccleſia ſe eſſe confidit?* Porro ſedem Cornelii eſſe Petri cathedram, idem alias ſæpe demonſtrat. Sed de his primo Annalium tomo fuſius.

XCV. Unde ſchiſmata & hæreſes.

(*f*) *Cypr. de unit. Eccleſ. circa princ.*

Interea dum hæc agerentur, contigit Novatum una cum Evariſto, Nicoſtrato, Primo, ac Dionyſio ſchiſmaticis in Africam ad evertendam illam Eccleſiam legationem ſuſcepiſſe; quod ſcilicet, qui an-

XCVI. Novati legatio in Africam.

antea cum litteris de electione Novatiani, & calumniis in Cornelium miſſi fuerant, tandem a Catholicis inde fuiſſent expulſi. Hos ut caverent omnes, Cornelius ſcriptis continuo litteris per Nicephorum acoluthum a Cypriano antea miſſum, eumdem his verbis reddidit certiorem (*a*): *Ne quid minus ad pœnam futuram hujus ſcelerati hominis deeſſet; proſtratus virtutibus Dei, cum Maximus & Longinus & Machæus inde fuiſſent expulſi, denuo reſurrexit: &, ſicuti prioribus litteris tibi, quas per Augendum confeſſorem miſi, ſignificavi, puto Nicoſtratum & Novatum, & Evariſtum, & Primum & Dionyſium illo jam perveniſſe. Invigiletur ergo, ut omnibus Coepiſcopis noſtris & fratribus innoteſcat, Nicoſtratum multorum criminum reum, & non ſolum patronæ ſuæ carnali, cujus rationes geſſit, fraudes, & rapinas feciſſe; verum etiam quod eſt illi ad perpetuam pœnam reſervatum, Eccleſiæ depoſita non modica abſtuliſſe; Evariſtum vero auctorem ſchiſmatis fuiſſe; & ſucceſſorem plebi, cui ante præfuerat; Zetum in locum ejus Epiſcopum eſſe conſtitutum; majora vero, & graviora hic deſignavit malitia, & inexplebili pravitate ſua, quam quæ illic apud ſuos ſemper exercuit; ut ſcias quales duces, & protectores ſchiſmaticus, & hæreticus iſte lateri ſuo ſemper junctos habeat*: Hæc Cornelius ad Cyprianum: qui has a Nicephoro perlatas accepit litteras poſtridie quam dicta factio ſchiſmaticorum in Africam appuliſſet. Quibus lectis admonitus, alios mox admonere non deſtitit, ut ſacrilegos caverent homines, quorum crimina publicis voluit litteris innoteſcere. Extant ejuſdem Cypriani de navata egregie hac in re a ſe diligentia litteræ (*b*) ad Cornelium.

(*a*) Apud Cypr. epiſt. 48.

(*b*) Cypr. epiſt. 49.

XCVII. Confeſſorum reſipiſcentia.

Magnæ ſane fuit utilitatis, Novati ac ſociorum ab Urbe diſceſſio. Nam qui ab eo, Romæ dum eſſet, detinebantur in errore, illo recedente, confeſtim ad Eccleſiam ſunt reverſi. Erant hi nobiles illi tot Cypriani olim præconiis commendati Confeſſores, qui ſeducti aliquandiu Novatiano faventes, tot laboribus partam gloriam denigrarant. De tempore horum reditus Cyprianus his verbis ad Cornelium (*c*): *Denique Novato illinc a vobis recedente, id eſt, procella & turbine recedente ex parte illic quies facta eſt, & glorioſi ac boni confeſſores, qui de Eccleſia, illo incitante diſceſſerant, poſteaquam ab Urbe ille diſceſſit, ad Eccleſiam reverterunt*. Hæc ipſe. Quomodo autem hi recepti fuerint in Eccleſiam, ſcriptæ a S. Cornelio de ea re litteræ (*d*) ad Cyprianum, eo die quo ſunt regreſſi, diſtincte declarant; rei enim geſtæ hiſtoria ab eo concinne admodum contexta narratur his verbis:

(*c*) Ead. ep. 49.

(*d*) Cypr. ep. 46.

XCVIII. Quomodo lapſi confeſſores recepti.

Quantam ſolicitudinem & anxietatem ſuſtinuimus de iis confeſſoribus, qui dolo, & malitia hominis callidi, & veteratoris fuerant circumventi, & pene decepti & ab Eccleſia alienati; tanta lætitia affecti ſumus, & Deo omnipotenti, & Chriſto Domino noſtro gratias egimus, cum ii, cognito ſuo errore, & intellecta hominis maligni velut ſerpentis aſtutia venenata, ad Eccleſiam, unde exierant, ſicuti ipſi ex ſuo corde profitentur, ſimplici voluntate venerunt. Ex primo quidem fratres noſtri probatæ fidei, amantes pacem, unitatem optantes, tumorem illum horum mollitum jam annuntiabant; fides tamen non idonea, ut facile nobis credere daretur, illos penitus eſſe mutatos. Poſtea vero Urbanus & Sidonius confeſſores ad presbyteros noſtros venerunt, affirmantes Maximum confeſſorem & presbyterum ſecum pariter cupere in Eccleſiam redire. Sed quoniam multa præceſſerant ab eis deſignata, quæ tu quoque a Coepiſcopis noſtris & litteris meis cognoviſti, ut non temere eis fides haberetur; ex ipſorum ore, & confeſſione iſta, quæ per legationem damnaverant, placuit audiri. Qui cum veniſſent, & a presbyteris, quæ geſſerant, exigerentur, noviſſime quod per omnes Eccleſias litteræ calumniis, & maledictis plenæ eorum nomine frequentes miſſæ fuiſſent, & pene omnes Eccleſias perturbaſſent; circumventos ſe eſſe affirmaverunt; nec quid in iſtis litteris ineſſet ſciſſe; tantummodo circumductos; commiſiſſe ſe quoque ſchiſmata, & hæreſis auctores fuiſſe, ut paterentur ei (Novatiano ſcilicet) *manus quaſi in Epiſcopum imponi. Qui, cum hæc, & cætera fuiſſent exprobrata, ut abolerentur, & de memoria tollerentur, deprecati ſunt.*

XCIX.

Omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi Presbyterium. Adfuerunt etiam Epiſcopi quinque, qui, & hodie præſentes fuerunt; ut firmato conſilio, quid circa perſonam eorum obſervari deberet, conſenſu omnium ſtatueretur. Et ut motum omnium & conſilium ſingulorum dignoſceres, etiam ſententias noſtras placuit in notitiam veſtri perferri, quas & ſubjectas leges. His ita geſtis, in Presbyterium (hoc nomine appellat Conſiſtorium) *venerunt Maximus, Urbanus, Sidonius, & Macarius, & plerique fratres, qui ſe eis adjunxerant; ſummis precibus deſiderantes, ut ea, quæ ante fuerant geſta, in oblivionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur; proinde atque ſi nihil eſſet vel commiſſum vel dictum, invicem omnibus remiſſis, cor mundum, & purum jam Deo exhiberent, ſequentes Evangelicam vocem dicentem* (*e*), *Beatos eſſe puros corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Quod erat conſequens, omnis hic actus populo fuerat inſinuandus, ut & ipſos*

Lapſi redeunt ad Eccleſiam deteſtantes errorem.

(*e*) Matt. 5.

ipſos viderent in Eccleſia conſtitutos, quos errantes & palabundos jam diu viderant, & dolebant. Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concurſus factus eſt. Una vox erat omnium gratias Deo agentium; gaudium pectoris lacrymis exprimentes, complectentes eos, quaſi hodie pœna carceris fuiſſent liberati: Hæc Cornelius de ipſorum reditu; qui & libellum ab eis ſcriptum in eadem epiſtola poſuit, ſic dicens:

C. Confeſſorum ſeductorum profeſſio. *Et ut ipſorum verba deſignem: Nos (inquiunt) Cornelium Epiſcopum ſanctiſſimæ Catholicæ Eccleſiæ electum a Deo omnipotente & Chriſto Domino noſtro ſcimus. Nos errorem noſtrum confitemur; nos impoſturam paſſi ſumus; circumventi ſumus perfidia & loquacitate captioſa. Nam etſi videbamur quaſi quamdam communicationem cum ſchiſmatico, & hæretico homine habuiſſe, ſincera tamen mens noſtra ſemper in Eccleſia fuit. Nec enim ignoramus verum Deum eſſe, unum Chriſtum eſſe Dominum, quem confeſſi ſumus, unum Spiritum ſanctum, unum Epiſcopum in Catholica Eccleſia eſſe debere:* Hic eorum libellus; quo videas in primis Romani Epiſcopi titulum, nempe nominatum Cornelium Sanctiſſimæ Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopum, & quod ſubdit: *Rectæ fidei confeſſione æque aſſerendum, unum Epiſcopum in Eccleſia Catholica eſſe debere; quem agnoſcunt eſſe Cornelium. Hinc illa a Cypriano ſæpius dictio uſurpata, ut dividi a Romano Pontifice, idem ſit, quod ab univerſa Eccleſia ſchiſmate ſeparari; rurſum illi communicare, id ipſum eſſe, quod Catholicæ Eccleſiæ unitate conjungi. Quid autem poſt acceptum ac recitatum confeſſorum libellum Cornelius egerit, ipſe ea epiſtola narrat in hæc verba: Iſta eorum profeſſione non moveremur? ut quod apud poteſtatem ſæculi erant confeſſi, in Eccleſiam conſtituti comprobarent?*

CI. Confeſſores reſtituti. *Quapropter Maximum presbyterum locum ſuum agnoſcere juſſimus; cæteros cum ingenti populi ſuffragio recepimus. Omnia autem remiſimus Deo omnipotenti, in cujus poteſtate ſunt omnia reſervata. Hæc igitur, frater cariſſime, eadem hora, eodem momento ad te ſcripta tranſmiſimus; & Nicephorum acoluthum deſcendere ad navigandum feſtinantem de ſtatione ad vos ſtatim dimiſi; ut nulla procraſtinatione habita, velut præſens in iſto Clero & in iſto populi cœtu, Deo omnipotenti & Chriſto Domino noſtro gratias ageres. Credimus autem fore, quinimmo pro certo jam confidimus, cæteros quoque, qui in errore hoc ſunt conſtituti, in Eccleſiam brevi reverſuros, cum auctores ſuos viderint nobiſcum agere. Has litteras puto te debere, frater cariſſime, & ad cæteras Eccleſias mittere; ut omnes ſciant, ſchiſmatici hujus & hæretici dolum & prævaricationem de die in diem evacuari. Bene vale, frater cariſſime:* Hucuſque Cornelius; qui & in epiſtola, quam (a) ſcripſit ad Fabium Epiſcopum Antiochenum, adnumerat inter eos qui ex ſchiſmate reverſi ſunt ad Eccleſiam, Celerinum nobiliſſimum confeſſorem, de quibus omnibus cum dicat, ad exigui temporis ſpatium ab Eccleſia deſciviſſe, ſatis ſignificare videtur, hoc ipſo anno, quo lapſi ſunt, eſſe ad Eccleſiam revocatos.

(a) *Apud Euſeb. lib. 6. c. 35.*

CII. Vulgatæ litteræ de reſtitutione confeſſorum. Perlatis in Africam, & in alias Provincias Cornelii Papæ litteris de recantatione lapſorum confeſſorum, tum boni omnes vehementer adgaviſi, tum etiam qui illorum lapſu æque proſtrati fuerant, illis reſurgentibus, pariter elevati ſunt, de quibus Cyprianus Cornelio gratulatus ad eumdem reſcribens (b) hæc ait: *Hic enim quoſdam fratres noſtros error induxerat, quod ſibi communicationem confeſſorum ſequi viderentur; quo errore ſublato, lux omnium pectoribus infuſa eſt; & Eccleſia Catholica una eſſe nec ſcindi nec dividi poſſe, monſtrata eſt. Nec quiſquam jam facile poterit ſchiſmatici furentis verbis loquacibus decipi; quando probatum ſit, bonos & glorioſos Chriſti milites non potuiſſe diu aliena fallacia & perfidia extra Eccleſiam detineri:* Hæc Cyprianus. Sed & ipſi quoque qui reſipuerunt confeſſores, de ſua ipſorum pœnitentia ad Cyprianum litteras dedere ſic ſcriptas (c): *Certi ſumus, frater cariſſime, te quoque nobiſcum pari voto congaudere. Nos habito conſilio, utilitatibus Eccleſiæ & paci magis conſulentes, omnibus rebus prætermiſſis, & judicio Dei ſervatis, cum Cornelio Epiſcopo noſtro pariter & cum univerſo Clero pacem fuiſſe, cum gaudio etiam univerſæ Eccleſiæ, prona etiam omnium charitate hoc factum, his litteris noſtris ſcire certiſſime debuiſti. Oramus te, frater cariſſime, multis annis bene valere.* Hæc ipſi; ad quos etiam eodem argumento reſcriptæ extant Cypriani (d) litteræ, quibus cum eiſdem congratulatur, tum etiam quid communi conſenſu de lapſis recipiendis actum ſit, reddit certiores.

(b) *Cypr. ep. 47.*
(c) *Apud Cypr. ep. 50.*
(d) *Cypr. epiſt. 51.*

CIII. De Antoniano Epiſcopo in Numidia titubante. Cum autem Novatus ac ſocii (ut dictum eſt) a Novatiano Pſeudopapa datis litteris ad Africanos Epiſcopos, quos poſſent, a Catholica communicatione divellerent; inter alios Antonianus in Numidia Epiſcopus, qui antea a Cornelii partibus ſteterat, Novatiani litteris permotus, nutare nonnihil incipiens, Quincto presbytero litteras (e) ad Cyprianum dedit, quo ab eo de rebus geſtis certior redderetur. Cyprianus vero, ſcriptis ad eum litteris, officio ac conſilio non deſtitit, ut hominem vacillantem, ac propemodum collabentem ſtatueret ac firmaret. Scriptam vero fuiſſe hanc a Cypriano epiſtolam poſt reſtitutionem lapſorum confeſſorum

(e) *Cypr. epiſt. 52.*

rum, illis verbis ſignificat, quibus dicit: *Quod etiam Romam ad Clerum tunc adhuc ſine Epiſcopo agentem, & ad confeſſores Maximum presbyterum & cæteros in cuſtodia conſtitutos, nunc in Eccleſia cum Cornelio junctos, pleniſſime ſcripſi.* Sed quod Cyprianum quoque Antonianus ex iiſdem Novatiani litteris cœperat habere ſuſpectum; non defuit ille, eadem ad ipſum ſcripta epiſtola, ſe purgare, exactamque de rebus a ſe geſtis rationem reddere.

CIV. Novatiani hæreſis. At quoniam tum Cornelii, tum Cypriani, de Novatiano ea frequens erat aſſertio, ut dicerent, ipſum non ſolum fuiſſe ſchiſmaticum, ſed hæreticum; auctoremque ſchiſmatis atque hæreſis ab eiſdem ſæpe taxatum; idem Antonianus a Cypriano ſignificari petiit, quam hæreſim Novatianus introduxiſſet. Obſecutus eidem Cyprianus, pluribus docet Novatianum ejus fuiſſe ſententiæ, ut negaret ſemel lapſos amplius in Eccleſiam admittendos, ſed eſſe Dei judicio relinquendos, nec ullum lapſorum habendum eſſe diſcrimen, criminumve diſtinctionem. Hæc autem ipſum ex Stoica philoſophia, quam profeſſus erat, conatum eſſe in Dei Eccleſiam introducere, idem Cyprianus demonſtrat, his verbis ipſum Novatianum ſugillans: *Alia eſt philoſophorum & Stoicorum ratio, frater cariſſime, qui dicunt omnia peccata paria eſſe, & virum gravem non facile flecti oportere. Inter Chriſtianos autem & philoſophos plurimum diſtat. Et cum Apoſtolus (a) dicat: Videte ne quis vos deprædetur per philoſophiam & inanem fallaciam; vitanda quæ non de Dei clementia veniunt, ſed de philoſophiæ durioris præſumptione deſcendunt:* Hæc ipſe.

(a) Coloſſ. 2.

CV. Novatianus ex Montano. Sed contra Novatiani dogmata recte ſentire Dei Eccleſiam, quæ lapſos pœnitentes admittat; & diſtinctione adhibita cujuſque criminum, vel ſero, vel mature eos recipere, pluribus docet. Licet autem ex Stoica ſecta, quod Stoicus eſſet, hæc impie mutuatus eſſe videri potuiſſet; tamen videas ejuſmodi perverſi dogmatis in Montani hæreſi eſſe impreſſa veſtigia; ex Montani enim Paracleto illud quoque vendicavit ſibi Tertullianus (b), ut in mœchiam lapſos in Eccleſiam recipiendos eſſe negaret. Quod vero Novatianus falſo jactaret defecturos in Eccleſia martyres, ſi lapſis tam ampla pateret via; Cyprianus id confutans, Eccleſiæ robur in bonis viris demonſtrat, ſic inquiens: *Nec putes, frater cariſſime, hinc aut virtutem fratrum minui, aut martyria deficere, quod lapſis laxata ſit pœnitentia, & quod pœnitentibus ſpes pacis oblata; manet vere fidentium robur immobile, & apud timentes ac diligentes corde toto Deum ſtabilis & fortis perſeverat integritas. Nam & mœchis a nobis pœnitentiæ tempus conceditur, & pax datur; non tamen idcirco virginitas in Eccleſia deficit, aut continentiæ propoſitum glorioſum per aliena peccata langueſcit. Floret Eccleſia tot virginibus coronata, & caſtitas ac pudicitia tenorem gloriæ ſuæ ſervat; nec quia adultero pœnitentia & venia laxatur, continentiæ vigor frangitur.* Ex eadem Montani, quæ dicitur Cataphrygum hæreſis, Novatianum mutuatum eſſe venena, Pacianus (c) æque nobiſcum ſentit, cum ait: *Scriptis tuis Pœnitentiam uſquequaque damnantibus, ſecundum Phrygas te ſenſiſſe pronuncias.* Ac rurſum alibi (d), Novatianum ſuoſque ſecutos eſſe Tertullianum, demonſtrat.

(b) Tertul. de Pudicit. per totum.

(c) Pacianus ad Sympr. ep. 1.

(d) Pacian. ad Sympr. ep. 3. prope finem.

CVI. Alia prava dogmata Novatianorum. Fuerunt hæc a Novatiano prima excogitata impietatis dogmata, quæ (ut de aliis quoque hæreſibus accidit) a ſucceſſoribus aucta ſunt, ac turpius deformata. Eos non admittere ſecundas nuptias, & hoc ipſum ex ſecta Montani; abnegaſſe quoque Novatianum baptiſmum, & quæ præcedunt baptiſmum, fidem ſcilicet & confeſſionem, ſcribit Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus. Hoc puto eſſe quod Theodoretus (e) affirmat, baptizatos in Eccleſia Catholica iterum ab eo baptizari conſueviſſe; ſed de hoc ſuo loco dicemus. Rurſus vero Novatiani ſectatorem quemdam negaſſe Petrum Apoſtolum fuiſſe baptizatum, ſanctus Auguſtinus (f) affirmat. Quod præterea ſe mundos dicerent, nec vel aliquando lapſos, ac neque conſortium vellent habere cum lapſis, pulchro nomine (an potius dicam Phariſaico) Καθαροὺς ſe dici voluiſſe, affirmat Euſebius (g). Eoſdem pariter decoros candidis veſtimentis incedere ſolitos, auctor eſt Socrates (h).

(e) Theod. hær. fab. lib. 3.

(f) Aug. epiſt. 108.

(g) Euſeb. lib. 6. cap. 35.

(h) Socr. lib. 6. cap. 20.

CVII. Porro quod Novatianus, de cujus hæreſi ſermo eſt, negaret lapſos pœnitentes in Eccleſiam recipiendos; eo vecordiæ, atque temeritatis prolapſus infelix eſt, ut negaret quod eſt in Apoſtolico Symbolo, Remiſſionem peccatorum, in Eccleſia reperiri. Sed & ex neceſſaria quoque aſſumptione hæreſis hujuſmodi deduci concluſio videbatur, ut a Chriſto Eccleſiæ claves datas eſſe tam procaciter quam turpiter negaretur tum ab ipſo, tum illis qui ab eo denominati ſunt Novatiani; in quos hæc S. Auguſtinus (i): *Nec audiamus eos, qui negant Eccleſiam Dei omnia peccata poſſe dimittere. Itaque miſeri dum in Petro petram non intelligunt, & nolunt credere datas Eccleſiæ claves regni cœlorum, ipſi eas de manibus amiſerunt. Iſti ſunt qui viduas, ſi nupſerint, tamquam adulteras damnant, & ſuper doctrinam Apoſtolicam ſe prædicant eſſe mundiores? qui nomen ſuum ſi vellent agnoſcere, mundanos ſe potius, quam mundos, vocarent:* Hæc & alia Auguſtinus.

(i) Aug. de Agon. Chriſti cap. 31.

CVIII. Reddita (ut vidimus) Eccleſiæ pace, accidiſſe putatur ut de redemptione eorum ac-

aċtum ſit, qui dira illa barbarorum incurſione in Numidia Chriſtiani captivi abducti ſunt; quando Numidiæ Epiſcopi ad S. Cyprianum ſcripſerunt, rogantes ut pro redimendis captivis pecuniam colligere dignaretur. Qui collecta ex more Chriſtianis indicta, pecuniæ ſummam ex Fidelium liberali collatione coactam mittens, ad eoſdem Numidiæ Epiſcopos ſcripſit (*a*) epiſtolam, cujus illud exordium: *Cum maximo animi noſtri gemitu & non ſine lacrymis legimus litteras veſtras, fratres cariſſimi, quas ad nos pro dilectionis veſtræ ſolicitudine, de fratrum noſtrorum & ſororum captivitate feciſtis. Quis enim non doleat in ejuſmodi caſibus? aut quis non dolorem fratris ſui ſuum proprium computet?* Et poſt multa: *Quis enim non humanitatis memor, & mutuæ dilectionis admonitus; ſi pater eſt, illic eſſe nunc filios ſuos computet? ſi maritus eſt, uxorem ſuam illic captivam teneri cum dolore pariter ac pudore vinculi maritalis exiſtimet? Quantus vero communis omnibus nobis mæror eſt & cruciatus de periculo virginum quæ illic tenentur; pro quibus non tantum libertatis, ſed & pudoris jactura plangenda eſt; nec tam vincula barbarorum, quam lenonum & lupanarium ſtupra deflenda ſunt: ne membra Chriſto dicata, & in æternum continentiæ honore pudica virtute devota, inſultantium libidine & contagione fœdentur?* Sacratas Deo (quas Moniales dicimus) eas fuiſſe virgines, aperte ſignificat.

De Fidelibus a barbaris abductis redimendis.

(*a*) Cypr. ep.60.

CIX. Quanta vero tunc S. Cypriani exhortatione liberalitas Carthaginenſis Eccleſiæ enituerit, ſequens ejuſdem ſermo declarat, cum ait: *Quæ omnia iſtic ſecundum litteras veſtras, fraternitas noſtra cogitans, & dolenter examinans, prompte omnes & libenter ac largiter ſubſidia nummaria fratribus contulerunt; ſemper quidem ſecundum fidei ſuæ firmitatem ad opus Dei proni, nunc tamen magis ad opera ſalutaria contemplatione tanti doloris accenſi.* Ac paulo poſt: *Denique maximas vobis gratias agimus, quod nos veſtræ ſollicitudinis & tam bonæ ac neceſſariæ operationis participes eſſe voluiſtis, ut offerretis nobis agros uberes, in quibus ſpei noſtræ ſemina mitteremus, expectaturi meſſem de ampliſſimis fructibus, qui de hac cæleſti, & ſalutari operatione proveniunt. Miſimus autem ſeſtertia, centum millia nummum, quæ iſtic in Eccleſia, cui de Domini indulgentia præſumus, Cleri & plebis apud nos conſiſtentis collatione collecta ſunt: quæ vos illic pro veſtra diligentia diſpenſabitis. Et optamus quidem nihil tale de cætero fieri, & fratres noſtros Domini majeſtate protectos ab ejuſmodi periculis incolumes reſervari. Si tamen ad explorandam animi noſtri charitatem, & ad examinandam pectoris noſtri fidem, tale aliquid acciderit; nolite cunctari nunciare hæc litteris veſtris; pro certo habentes, Eccleſiam noſtram & fraternitatem iſtic univerſam, ne hæc fiant, precibus orare; ſi facta fuerint libenter & largiter ſubſidia præſtare:* Hæc & alia Cyprianus, quibus tamquam in viva tabula expreſſa elucet pulcherrima in dilectione fratrum illorum temporum Eccleſiæ facies.

Collecta pecunia fideles captivi redempti.

CX. Quota autem hæc eſſet ad eos miſſa nummorum quantitas, ex confuſa lectione abſque aliqua * interpunctione reddi poſſet ambigua, niſi nimia numeri excreſcentia cogeret interpoſita virgula disjungere dictiones. Nam ſi legas, ut Pamelii habet editio: *Miſimus ſeſtertia centum millia:* Cum ſingula ſeſtertia valeant mille ſeſtertios, & mille ſeſtertii vigintiquinque aureorum numerum contineant; dicere opus eſſet, a Cypriano myriadas duas & ſemis aureorum miſſas, nimirum vicies centena & quingenta millia aureorum. Sed plane excedit humanum captum, ut tam ingens pecuniarum vis ex Chriſtianis Carthaginenſibus colligi a Cypriano potuerit. Quamobrem alterutro modo legendum, nimirum ut ſit lectio: *Miſimus ſeſtertia, centum millia nummum:* Ut ſit Cypriani verborum ſenſus ſe litteris illis ſeſtertia mittere; ſed quot mittat ſeſtertia, verbis illis, quæ addit, declarare voluiſſe, nempe centum millia nummum, quæ efficiunt ſeſtertia centum: Vel loco ſeſtertia, legendum ſit, ſeſtertium nummum, quod idem eſt atque ſeſtertii. Verum neutram harum puto fuiſſe germanam Cypriani lectionem; ſed quod ipſe in epiſtola ſic ſcripſerit more majorum. HS. CM. N. librarius, qui excripſerit ejuſmodi numeri notas vocibus illis quæ leguntur expreſſerit. Sed diverſarum harum lectionum una tamen concors ſumma colligitur, nimirum ut cum ſinguli mille HS. ſint aurei nummi vigintiquinque, tota ſumma HS. CM. N. fiet duorum millium & quingentorum aureorum, vel monetæ nunc Romanæ (ut numerat Panvinus *b*) tria millia aureorum. Certe quidem haud exigua hæc ſumma æſtimari debet, quæ ex collectitia pecunia Chriſtianorum tantummodo Carthaginenſium, ingenti præſertim perſecutione mirum in modum vexatorum, a Cypriano miſſa eſt pro redimendis captivis ad Numidas Epiſcopos.

Quota ſumma pecuniarum collecta.

* al. alia.

(*b*) Panvin. in Rom. Imp. pag.872.

Mu-

Mutata vel adjecta a BARONIO priore & ſecundo Tomo hoc ſigno ☞ notantur: rejecta hic vides.

TOm. I. *Anno Chriſti* I. §. L. *Poſt ea verba*: Melius eſt Herodis porcum eſſe, quam filium *Baronius delevit*: His ſane conſentientia ſcribuntur apud (*a*) Philonem Judæum (quamvis non ejus credatur a multis liber, qui inſcribitur de Temporibus) his verbis: *Anno vero trigeſimo principatus ſui tyrannici Zanedrin de domo David delevit, & Annanelum quemdam atque Zanedrin ex proſelytis ſuffecit, qui nimirum videbantur in lege eruditi: tum & Salomen ſororem ſuam, & virum ejus de tribu Juda, itemque proprium filium, quem & uxore ejuſdem tribus ſuſceperat, interfecit, quod diceretur in lege promiſſus Chriſtus natus*: Hactenus ibi: quæ tamen ſcimus a nonnullis impugnari, quaſi non ſit vere Philo ejus Chronici auctor, ſed qui illud edidit, Annius. Sane quidem hæc non poſuiſſem, niſi Euſebium eadem fere in ſuo Chronico firmiter aſſerere reperiſſem, eadem Olympiade qua natus eſt Chriſtus, anno primo; ubi hæc ait: *Herodes ad ea quæ ſupra crudeliter geſſerat, etiam hoc addidit: virum ſororis ſuæ Salomes interfecit, & cum eam alii tradidiſſet uxorem, etiam hunc necat: Scribas quoque & interpretes divinæ legis pariter necat*: Hæc ille. Quæ quidem cum apud Joſephum non reperiantur (ſunt enim multa ab eo prætermiſſa) non aliunde quam ab aliquo digno auctore Euſebius mutuatus videtur, qui eadem breviori ſumma contraxit. Quod vero idem qui inſcribitur Philo, ibi diſtinguat Herodis principatum tyrannicum a legitimo; ea ratione feciſſe conſtat, quod licet ab Auguſto ex S. C. legitime Rex inſtitutus fuiſſet; tamen, ut qui erat alienigena, a Judæis minus legitimus habebatur: legitimum vero tunc reputatum a Judæis eſſe, cum illi in ejus regnum juraſſent; quod tandem extortum ab eodem fuiſſe dicemus.

(*a*) *Phil. lib. 2. de temporibus.*

Herodis ſævitia in ſuos & ſcribas.

Immo & Joſephus his (*b*) conſentientia ſcribit, dum his utitur verbis: *Ad ſex millia Phariſæorum noluiſſe jurare Herodi, nec Cæſari, cum tota gens Judæorum fidem ſuam eidem Regi jurejurando obligaſſet; ac eadem de cauſa ab eodem Herode male exceptos eſſe*. Sic etiam, quod idem qui ſupra auctor dicit, Synedrin ab Herode deletum, etiam Euſebius ait, Scribas quoque & interpretes divinæ legis ab Herode ſimili ſcelere occiſos. Hæc igitur nomine Philonis ſcripta in hunc modum teſtata firmiter poſuimus, quod (ut diximus) liber ille commenticius habeatur. Sane quidem non imus inficias, multos in eo reperiri errores: quos cum potius tribuendos aliqui putent ſcriptoribus; cetera quæ aliunde etiam ſibi fidem vendicant, cur non recipere debeamus, nullam invenimus cauſam. Hæc modo de eo Chronico ſatis. Interfecit Herodes & tres alios filios, ſed aliis temporibus, aliiſque de cauſis: videlicet Antipatrum, qui venenum patri paraverat: ſed id factum eſt (ut narrat Joſephus *c*) quinto die ante ejuſdem Herodis obitum. Juſſi ſunt item ab eo occidi alii duo, ſed longe ante hæc tempora: fuerunt hi Ariſtobulus & Alexander; qui non furore Herodis de medio ſublati ſunt, ſed ipſo Auguſto permittente, & Concilio centumquinquaginta virorum Beryti ad hoc coram Syriæ Præſidibus convocato, mature id jureque decernente; prout idem Joſephus (*d*), qui rei geſtæ ſeriem pluribus ſcripſit, teſtatur: quod & ante Chriſtum natum contigiſſe, ex eodem auctore facile percipi poteſt: *Pro quibus legendum cenſuit*: Quod ſcilicet, qui filios occideret, *uſque ad* §. Quod pertinet ad necatos infantes.

(*b*) *Joſeph. antiq. lib. 17. c. 3.*

Phariſæi occiſi ab Herode.

(*c*) *Joſeph. antiq. lib. 17. c. 9.*

(*d*) *Joſeph. antiq. lib. 16. in fin. & 17.*

Tom. I. Anno Chriſti 8. §. Tum Herodes: *Poſt ea verba*: Eumdem auctorem conſulat, *delevit*: Quem etſi in ceteris probemus, in his quæ de Salome Herodis ſorore ejuſque viro narrat, ſecundum ea quæ nuper diximus, & auctoritate Euſebii mendacii redarguitur: *Uſque ad illud* · Contigit vero.

Tom. I. Anno Chriſti 20. *in fine addebat*: Tunc temporis, idem Tiberius, Chriſtiano quidem nedum philoſopho Principe dignum, de Hiſtrionibus urbe pellendis promulgavit edictum, iiſdemque ea arte interdixit, ut Dio (*e*) teſtatur: Tacitus autem id poſt quinquennium factum, ſub Conſulatu Aſinii & Antiſtii tradit. Præterea hoc anno, ſcribit Dio, (*f*), iiſdem Coſſ. ex Senatus conſulto ſtatuiſſe Tiberium, ne ſententia mortis damnatus intra decimum diem duceretur: quod quidem edictum latioribus ſpatiis Theodoſius (*g*) Aug. Chriſtianus Imp. ampliavit, nimirum ut triginta etiam diebus executio capitalis ſententiæ differretur. Ex his corrigendus eſt Sidonius (*h*) Apollinaris, qui ejuſmodi dilationem triginta dierum tribuit Senatusconſulto Tiberiano: nam decem tantum dies ab illo ſunt dati, ceteri autem viginti a Theodoſio Imperatore ſunt additi. *Hæc ſecundum Baronii monitum retulimus in annum* 23. §. I. *poſt illa verba*: Secundum ineuntes Conſulatum.

(*e*) *Dio hiſt. lib. 57. ſub iiſdem Coſſ. Tib. Imp. leges.*

(*f*) *Dio ibidem. Et Suet. in vit. Tib. c. 75.*

(*g*) *l. ſi vindicari c. de pœnis Ruffin. l. 2. c. 18. & Soz. lib. 7. c. 24.*

(*h*) *Sidon. lib. 1. epiſt. 8. in fin.*

Tom.

Tom. I. anno Chriſti 33. §. Poſt hæc convocata turba, *Ubi nunc legitur* Nazareth vero contra Legionem, *uſque ad ea verba*: Auctor eſt Beda, *legebatur* Nazareth vero contra Orientalem plagam ab eo diſtare quindecim milliariis.

Tom. I. anno Chriſti 34. §. Quid autem actum ſit ſequenti die, *Poſt ea verba*: Libera ſeu ſalva quæſo, *Legebatur*: Hæc autem quantumlibet vera eſſe dixerimus; minime tamen convenire videtur, quod turbæ clamantes, Hoſanna, adderent, Filio David. Nam, Salva quæſo filio David, vitioſa eſſet locutio, quæ nullum congruentem refert ſenſum orationis. Niſi dicere velimus eſſe Hebraiſmum, idemque ſonare, ac ſi diceretur, ſalus noſtra a filio David, ut notat Joannes Druſus (*a*). Sed magis placent cum quæ ipſe ex Helia narrat, tum etiam quod Caninius (*b*) rerum Hebraicarum peritiſſimus, ea refellens, ex Hebraicis fontibus tradit, Hoſanna; non duas ſed unam tantum eſſe dictionem, eamdemque ſignificare proprie ramos ſalicum; verum uſurpari conſueviſſe pro ramis etiam aliarum arborum, atque adeo in Scenophegia moris fuiſſe portare Hoſanna, ac circuire cum Hoſanna, hoc eſt, cum arboris ramo. Sicque optime convenire quod hic dicitur ab Evangeliſtis, turbam conclamaſſe. Hoſanna filio David, hoc eſt, Rami filio David, quod quidem honoris genus nonniſi Deo impartiri conſueviſſe, inde facile eſt cognoſcere, quod ea Sacerdotum & Scribarum objectio (*c*) Chriſto tunc temporis facta eſt in hunc modum: *Audis quid iſti dicunt?* quaſi ipſum arguerent, quod honor Deo exhiberi ſolitus, ipſi videretur attributus. Sed hæc pluribus auctor, cui non inviti adſtipulamur.

(*a*) *De Voc. Hebr. novi Teſt. c.* 19.
(*b*) *Canin. de locis novi Teſtam.*
(*c*) *Matth.* 21.

Tom. I. eodem anno 34. *poſt* §. Ex his manifeſti erroris arguuntur, *ſequentia delevit*: Sed quænam re vera eſſet myrrha, & ex ea confecta vaſa myrrhina, & quod in eis conditur vinum myrrhinum ſeu myrrhatum, dilucidius intelligere ut valeremus, diu multumque perveſtigavimus. Sed feliciter occurrit nobis Michael Mercatus Miniatenſis Protonotarius Apoſtolicus, S. D. N. intimus familiaris, celebris ætate noſtra Philoſophus, rerum naturalium eruditiſſimus: qui haud aſſentitur Plinio (*d*) dicenti, naturam vi caloris humorem ſub terra denſare, ac glebam ex eo procreare, ex qua myrrhina cavari poſſint: quin potius ipſam materiam ex myrrhæ arbore inciſa fluentem in maſſam coagmentari tradit; coloribuſque ad ſpeciem inductis artem inde potoria fingere, quæ in ſummis populi Romani deliciis eſſent. Confirmabat hæc ille rationibus, quas quidem explicat in opere quod omnium rerum foſſilium naturam complectitur: ubi & demonſtrat myrrham eſſe (nam opinio recentiorum in hac re varia eſt) quam Indi hac noſtra tempeſtate, Benzui vocant: idemque talem phialam ex India per Luſitanos advectam donoque ſibi datam promebat ex ſua Metallotheca Vaticana, quam omni naturæ varietate inſtruxerat. Certe quidem idem eſt color benzui, qui myrrhæ deſcribitur, nempe maculoſus: nam Martialis (*e*) ait:

> *Plorat Eros, quoties maculoſæ pocula myrrhæ*
> *Inſpicit.*

Sapor quoque idem videtur: vinum enim in ea phiala (quod nos experiri voluimus) magnam haurienti cum odore ſimul gratiam ſaporis exhibet.

(*d*) *Plin. nat. hiſt. lib.* 37. *c.* 2.
(*e*) *Martial. lib.* 10. *epigram. de Erote.*

Iſtud de myrrhinis judicium in prioribus hujus tomi editionibus quidam reprehendit, opinionem aſſerens Georgii Agricolæ (*f*), qui materiam myrrhinorum gemmam eſſe onychem exiſtimavit. Sed ille non videtur animadvertiſſe, myrrhina & onychina vaſa, ſimul utraque commemorari ab auctoribus, tamquam diverſa; ut a Julio Capitolino, (*g*) qui Imperatoris Heliogabali luxuriam deſcribens, in myrrhinis eum & onychinis lotium reddidiſſe tradit. Quæ onychina non fiebant ex onychæ gemma, ſed (veluti Plinius (*h*) oſtendit) ex marmore, quod alabaſtritis ſpeciem eſſe Dioſcoridi (*i*) viſum eſt. Hujus marmoris onychini, quibuſdam in locis reperti, fuit tanta pulchritudo, ut pocula ex eo facta æſtimationi gemmarum accederent, quemadmodum & myrrhina, quamvis fictilia, & quæ noſtra ætate vocant porcellana. Plurimum tamen onyx marmor ab onychis gemmæ natura diſtat, quæ ſardonychi & ſardæ cognata eſt; nam marmoris ea teneritudo invenitur, ut ex ipſo pocula & alabaſtri torno perficiantur: quod nulla ratione onyx gemma patiatur ob duritiem, quæ longa attritione infringi debet, adhibita ſcobe ſmyridis & adamantis ad rotas æneas & verticillos. Quamobrem Plinius (*k*), onychis gemmæ naturam perſequens, non tradit fuiſſe uſum ſculpendi ex ea pocula, quemadmodum neque ex achate, neque ex jaſpide, neque praſio, quæ ſunt gemmæ ejuſdem fere duritiei: ſed noſtra ætate quædam ſculpta ex iis vaſcula in Principum deliciis conſpiciuntur; ita ut eorum cælatura, Plinii ævo recentius appareat fuiſſe inventa.

(*f*) *Georg. agric. de natur. foſſilium lib.* 6.
(*g*) *Jul. Capit. in vita Heliogab.*
(*h*) *Plin. lib.* 36. *cap.* 7.
(*i*) *Dioſc. lib.* 5. *c.* 110.
(*k*) *Plin. lib.* 37. *c.* 6.

Verum ne diutius alienæ materiæ inhæreamus: ſatis erit indicare, hanc opinionem de onyche, & plures alias a diverſis ſcriptoribus circa myrrhinorum materiam excitatas, confutari latius a Michaele Mercato, qui ex notis omnibus, quæ myrrhinis tribuuntur, nullam oſtendit convenire onychi, præter unam, quod a (*l*) Plinio traditur in Carmania naſci, ubi myrrhina quoque proveniunt; hinc tamen ne veriſimile quidem argumentum duci poteſt; nam eodem auctore, etiam alabaſtrites, callais, aſteria, & aliæ complures gemmæ in Carmania reperiuntur: & in Parthico regno, in quo etiam myrrhina fiunt, nullum onychem recenſuit: ſed e contrario in aliis regioni-

(*l*) *Plin. eod. cap.*

nibus gigni prodit onychem, in quibus myrrhina provenire, nec ipſe Plinius, nec alius quiſpiam meminit.

Nunc rationes aliquot adſcribendæ ſunt, quibus Michael jam dictus myrrhina ex myrrhæ arboris lacryma olim fuiſſe conflata demonſtrat. Nulla jaſpidis vel achatis, vel onychis, vel alterius gemmæ variegatæ ſpecies exiſtit, ſive ea antiqua eſt a Romanis quondam poſſeſſa, & hactenus intra limites Europæ conſervata, ſive recens a Meridie atque Oriente nobis advecta, cui temperamentum ſubſtantiæ & coloris peculiariter competat, quod myrrhinis Plinius (*a*) attribuit. Deinde ſplendor ſine viribus nitorque verius quam ſplendor, qui myrrhinis ineſſe dicitur, gemmæ naturæ non convenit, quæ multo acrius quam marmor effulget. Illud vero quod aliqua myrrhinorum in odore commendatio eſt, ne lapideæ quidem naturæ convenit. Multo minus etiam ſapor; quem addit Martialis (*b*), ſcribens calidum vinum ex myrrhino calice jucundius ſapere (*c*): nam lapis ab Ariſtotele ponitur inter exempla corporum, quæ odore & ſapore carent: & præcipue gemma talis eſſe exiſtimari debet, quæ corpus maxime ſolidum habet, ut alieno etiam odore imbui nequeat, preſertim expolita.

(*a*) *Plin. lib.* 37. *cap.* 2.
(*b*) *Mart. lib.* 14.
(*c*) *Ariſt. de ſenſu & ſen. c.* 5.

Cum igitur indicia myrrhinorum ab antiquis præſcripta ſint ejuſmodi, ut nullus lapis ſuapte natura proveniens iis queat eſſe præditus; neceſſario judicandum eſt, myrrhina fuiſſe olim fictilia. Et quamquam huic judicio auctoritas Plinii (*d*) opponitur dicentis myrrhinum exiſtimari humorem ſub terra calore denſatum: non deſunt tamen ex altera parte auctores, qui Plinio objiciantur, ejuſque ſententiam refellant, ſicut Propertius, (*e*), qui myrrhina eſſe fictilia aperte docet hoc verſu:

Myrrheaque in Parthis pocula cocta focis.

(*d*) *Plin. lib.* 37. *c.* 2.
(*e*) *Propert. lib.* 4. *elegia* 5.

Et Arrianus (*f*) ex navigatione maris Rubri compertum eſſe ſcribit, in Moſcophagorum regionem cum alias merces venales comportari, tum etiam lapidea vaſa diverſi generis, & vaſa myrrhina, quæ fiunt Dioſpoli. Itaque ratione naturæ, & auctorum teſtimoniis conſtat, myrrhina fuiſſe conformata opere figlino: quorum materia odora, ſapida & remiſſi nitoris, quænam alia exiſtimari debet, quam illa quæ nomine ipſorum exprimitur, nempe myrrha? Quod etiam antiqui poetæ indicant, qui numeris aſtricti nomen hujus materiæ uſurpant vice operis, myrrham pro vaſe myrrhino dicentes, ut Lucanus (*g*), Papinius (*h*), Martialis (*i*). Nec mirum videtur, myrrham, quæ tantum placuit vinis condiendis, tranſlatam aliquando fuiſſe ad pocula; quod etiam Græci aliquando tentarunt, ut de Rhodiacis ollulis dictum eſt. Addimus nos his, quæ Fulgentius Mythologiarum libro tertio, octavo capite, dum agit de fabula Myrrhæ atque Adonis, habet; quibus manifeſte demonſtretur, myrrham genus eſſe arboris; ex qua incenſa lacrymæ quæ deſudant, myrrham itidem eſſe dictam, inde vero fingendæ fabulæ argumentum eſſe ſuppeditatum.

(*f*) *Arrianus de navigat. maris rubr.*
(*g*) *Lucan. lib.* 4.
(*h*) *Statius Pap. ſilvar. lib.* 3.
(*i*) *Mart. lib.* 4. & 14.

Tom. I. anno Chriſti 34. §. Et quod ad vitem auream, *ubi legitur*: teſtatur Strabo Cappadox, ex quo Joſephus accepit, *legebatur*, Idem Joſephus teſtatur.

Tomo I. anno Chriſti 41. §. Porro quod primum omnium, *pro illis verbis*: ex Hebraico fonte ſe deſcripſiſſe, *legebatur*: in Latinum ſermonem ſe tranſtuliſſe.

Tom. I. anno Chriſti 45. §. Rurſus vero cum in ipſa, *ubi legitur*: Verum etſi ſuperius *uſque ad illa verba*: & quod ſoliti ſint, *legebatur*: Verum non hoc ſenſu accipiendum puto quod ſcripta ſit a Petro illa epiſtola ad fratres diſperſionis, quaſi illi aliqua diſperſione diſperſi fuerint, ſed.

Tom. I. anno 58. *prope finem* §. Sed jam ut ad Paulum redeamus, *ubi legitur*: Hoc anno extremo Autumni tempore, *uſque ad illa verba*, ut autem judicatum eſt &c. *legebatur*: Hoc anno æſtivo tempore, prope menſem Auguſti, ut tam ex his quæ ſuperius dicta ſunt quam his quæ de Pauli navigatione dicturi ſumus, patebit, quam ſic Lucas deſcribit.

Tom. I. anno Chriſti 81. *verſ.* 6. *Ubi legitur*: Sed & nonus hic eſt Veſpaſiani, ſi anno ſeptuageſimo quinto (ut factum eſt) loco Conſulatus Domitiani ponatur Conſulatus quartus Veſpaſiani, ut diximus ex Dione, exque publico monumento dedicationis templi Pacis, ejus ſexto Conſulatu ſignatæ, *legebatur*: Sed nonus erit Domitiani. ſi ille primus pariter annumeretur, quem ſuffectus geſſit tempore Claudii.

Tom. II. anno 103. §. Difficillimi belli, *ubi nunc legis*: Traianus ille, *legebatur*: Traianus ipſe.

Tom. II. anno III. *Poſt ea verba*: Traiani vero duodecimus, *ubi nunc legitur*: Contigit nos in prima, *uſque ad finem legebatur*: Meſſala & Pedone Coſſ. civitas Antiochena, cum in ea eſſet Imperator in hibernis, diro terræmotu concutitur atque proſternitur. Sed antequam chronographiæ a nobis poſitæ, quæ ab aliis diſcrepat, rationem reddamus, rem geſtam, prout ſe habuit, enarremus, quam Dio (*k*) his verbis præclare admodum deſcribit: *Dum vero Antiochiæ Traianus ageret, atrox & funeſtus motus terræ accidit, vicinis urbibus atque populis cladem etiam afferens*: quam-

(*k*) *Dio in Traiano.* Terræmotus ingens Antiochiæ.

quamquam ipſa Antiochia inſigni & publica clade vaſtata fuit. Hiemabat in ea forte Traianus atque illuc milites frequenter & privati complures convenerant, alii præterea ut jura acciperent: quoſdam legationis officium, merces, & privata compendia traxerant: quamplurimi videndi Imperatoris, & ſpectandorum ludorum gratia, confluxerant. Ita vix ulla natio aut civitas a detrimento & clade immunis extitit: ut plane univerſus terrarum orbis, & populi qui Romano parebant Imperio, calamitatem ingentem acceperint. Motum terræ fulmina primum anteceſſerunt, tum venti inſoliti & peregrini vehementius ſpiravere: quibus monſtris atque prodigiis, quæ gravia & horrenda videbantur, nemo tamen quæ mala ſecuta ſunt extimuit. Tum magno & repentino oborto fragore, maria ferveſcere, fluctus intumeſcere, adhuc æſtus vehementius & violentius inſurgere, terra omnis ſuccuti, domus, ædificia contrario ictu quaſſari, diſſilire alia, & ſuperne aſſultantia tecta concidere: crepitus audiebatur ingens & horribilis. Mœnia contrario pulſu, modo huc, modo illuc nutantia, confringi & ruere: mare ipſum turbine contorquebatur: terra autem, ubi ædificia non erant maxima, compulſa motu aſſultabat.

Dira clade afflicti Antiocheni.

Tetra omnia erant, ſimul contrita ligna, colliſa vaſa fictilia, & ſaxa acervatim magno cum ſtridore proruebant. Pulvis denſus atque concretus excitari: tantaque obducta caligo cunctos oppreſſerat, ut, alterum videre, alloqui, & audire minime cuiquam, immo ne ſpirare quidem, ingruente vento ac pulvere, liceret. Multi mortales extra domum vitæ periculum adiere, præcipites tectis erumpebant, & velut agmine fugientes in acervos cogebantur: qui omnes ceu e præcipiti loco dejecti, colliſi ſunt: non pauci adhuc mutilato corpore abiere. Arbores radicitus convulſæ procubuerunt. Ingentem turbam proſtrata tecta & ſubverſi muri obruere: primo impetu denſi alius ſuper alium incidentes, extinguebantur. Si qui vero lacero corpore, vel lapide, vel ligno converberati ceſſiſſent; hi profecto omnium miſerrimi erant, utpote quibus aut vivere, aut ſubito mori negaretur. Non ſimplex fuit clades: ſiquidem de tantorum mortalium numero vix ſine noxa unus vel alter evaſit. Videre erat hunc confracto humero, illum amiſſis brachiis fugere: complures capite adempto jacebant: quidam eliſo pectore ſanguinem evomebant, inter quos Pedo Conſul, qui tamen haud multo poſt animam emiſit. Atque ut ſemel omnia complectar, nullum non calamitatis & miſeriæ genus mortales illi ſuſtinuere. Sed diutius noctu & interdiu, id agente fato, terra contremuit. Tunc vitæ dubii & pavore conſternati miſeri, tanto malo remedium & effugium invenire non poterant: oblæſi tectorum caſu paſſim moriebantur: & quamquam fornices, & concamerata atque vacua loca prout caſus adegerat, tum peryſtilia penſileſque horti intercedente ligno, a morte quoſdam ſervaſſent: hi tamen omnes durante motu, fame & inedia, priuſquam opem quis ferre poſſet, confecti fuere.

Spectaculum lugubre.

Deſinente tremore, quidam ruinas aſcenderunt. Tunc mulieris vox, & infantis vagitus auditus eſt: matrem & filium ruinæ oppreſſerant: mirandumque fuit quo pacto alendo puero lac ſufficere potuerit. Sed & mater & filius e terra incolumes educti ſunt. Dum vero accuratius per trita cadavera & collapſas domos rimarentur, alter infans inventus eſt, qui matris mortuæ ubera adhuc ſugeret. Omnibus autem, qui ab excidio & a clade ſuperfuerant, ſalus ingrata & vita moleſta extitit, cum luctuoſum ubique caſum totque obrutos mortales cernerent. Hac communi ac miſeranda populorum ſtrage miſerrima & infeliciſſima tunc Antiochia afflicta fuit. Traianus vero a tam fœdo diroque periculo per feneſtram domus, quam habitabat, vix ablatus eſt: accedens enim forte quidem humana major effigie, illum inter exiguos tectorum lapſus incolumem ſubtraxit. Sed tanta deinceps Cæſarem formido tenuit, ut cum jam aliquot dies tremor quieviſſet, in hyppodromo ſub divo, & in publicis tabernaculis vitam ageret. Mons Caſius ita concuſſus eſt, ut nutante cacumine, quaſi convulſus in ſubiectas urbes labi exiſtimaretur: ſubſedere & alii montes, quin etiam aquarum fontes non ante viſi emicuere, fluvii quoque defecerunt: Hucuſque Dio, licet cauſam immaniſſimæ cladis, nempe necem Ignatii, non intellexerit, vel fortaſſe diſſimulaverit.

Cauſa cladis Antiochenæ.

Avulſa enim ab ea ſemel ingenti illa & animata columna, cujus virtuti, inviſibili quodam modo, innitebatur urbs illa, ipſam in terram proſterni, omnique ex parte corruere neceſſe fuit: hiſce namque cladibus Deum ulciſci ſolitum neces ſanctorum complura exempla declarant, de quibus agitur ſuis locis. Quod vero ad Chriſtianos Eccleſiæ Antiochenæ ſpectat, nequaquam putamus iiſdem cum Gentilibus affectos malis eſſe. Etenim ſi ex his quæ poſt multa ſæcula ſub Leone Imp. eidem civitati terræmotu iterum proſtratæ horribilia contigerunt, argumentum ſumendum eſt; hæc obventura mala Chriſtianos minime latuiſſe putandum. Sed ſicut ea tunc fuerunt antea divinitus revelata; ita etiam, ne cum impiis perirent pariter juſti (quod non eſſe Dei voluntatis, conteſtatus eſt Abraham *a*) jam ante, ut alias fecit Deus, ſuos præmonuiſſe Fideles credendum eſt. Nam ſi Traiano, ne periret, occulto Dei judicio, quomodocumque acciderit, conſultum fuit; ſane quidem metuentibus ſe (quod eſt (*b*) in Pſalmis) dediſſe ſignificationem, ut fugerent a facie arcus, & liberarentur dilecti ſui, æquum eſt exiſtimare. Certe magnum illum Heronem, ejus civitatis Epiſcopum, his malis ſupervixiſſe, & multis annis eam Eccleſiam

(*a*) *Geneſ.* 18.

(*b*) *Pſal.* 59.

ſiam adminiſtraſſe, certiſſimum eſt, licet quæ tum ab eo, vel aliis Chriſtianis geſta ſint ſcriptorum inopia vel potius ſcripturarum naufragio, remanſerint ſilentio conſepulta.

Quonam autem potiſſimum anno hæc contigerint, ex Conſulatu Pedonis, qui eodem terræmotu interiit, liceret facile demonſtrare, ſi ſedes Conſulatus ejus certa ſubſiſteret, & non (quod his Traiani temporibus potiſſimum accidit) Faſti Conſulares haberentur inverſi ac plane corrupti: nam quo pacto, quæſo, ab aliis (*a*) ponitur ejus Conſulatus ultimis Traiani temporibus, nempe decimooctavo anno ejus Imperii, cum ipſe Dio teſtetur, hæc Antiochiæ accidiſſe antequam ipſe Imperator trans Euphratem poſitas regiones bello tentaret? Dio enim poſt cladem illam narratam hæc mox ſubdit: *Ceterum Traianus, apparente jam vere, hoſtilem terram aggreditur; ſed regio quæ Euphratem attingit, &c.* Quare Caſſiodori Chronicon rectius Pedonis Conſulatum ponit anno decimoquarto ejuſdem Imperatoris, licet nec ipſum veritatis ſcopum attigerit.

(*a*) *Panvin. in Faſt.*

Corriguntur de conſulatu Pedonis errores.

Verum ex his quæ ſcribit Evagrius, (*b*) Scholaſticus, dum agit de alio terræmotu, qui eamdem civitatem afflixit anno ſecundo Leonis Imperatoris, hæc noſtra certiora redduntur. Etenim cum exacte numeret annos interlapſos ab hoc terræmotu qui contigit ſub Traiano, uſque ad illum ſub Leone, dicatque inter utrumque tercentum quadragintaſeptem annos intercurriſſe; cumque annus ille ſecundus Leonis Imperatoris ponatur annus Domini quadringenteſimus quinquageſimus octavus, hic vero numeretur centeſimus undecimus; hac habita numeri ratione, Conſulatum Pedonis, & cladem Antiochenam ponendam eſſe hoc Domini centeſimo undecimo, & Traiani duodecimo, nemo non videt. Ex his & Euſebii Chronicon erroris arguitur, quo ponitur ejuſmodi terræmotus Antiochenus anno decimoſexto Traiani: ſicut & certo certius erraſſe convincitur, dum anno quinto ejuſdem ab eodem Traiano expugnatas ponit inter alias barbaras civitates Cteſiphontem: nam nonniſi poſt terræmotum Antiochenum, trans Euphratem ipſum duxiſſe exercitum, Dio, (*c*) aperte teſtatur. At hæc de his ſatis.

(*b*) *Evagr. lib. 2. c. 12.*

Certus annus terræmotus ex Evagrio.

(*c*) *Dio in Traiano.*

Tom. II. annum Chriſti 117. uſque ad §. Adverſus quos, *Baronius immutavit, ſupplevit, caſtigavit. Legebatur prius*: Anno Chriſti centeſimodecimoſeptimo, Hadriano & Salinatore Coſſ. (hi enim a Caſſiodoro ponuntur in Faſtis) Judæis in Meſopotamia rebellantibus, præcepit (inquit Euſebius *d*) Imperator Traianus Lucio Quieto, ut eos provincia exterminaret: adverſus quos Quietus aciem inſtruens, infinita millia eorum interfecit, & ob hoc Procurator Judææ ab Imperatore decernitur. Hæc ibi: idemque ea de Judæis fuſius proſecutus, hæc alibi (*e*): Quemadmodum Salvatoris noſtri doctrina, & Eccleſiæ ſtatus magnopere jam tum florebat, & in dies majores ampliorefque faciebat progreſſus: ſic Judæorum calamitates, malis alio poſt aliud importatis, magis magiſque accreſcebant. Nam cum Imperator ad annum decimum octavum regni ſui perveniſſet, ingens Judæorum multitudo, novo tumultu de integro concitato, e medio ſublata eſt. Siquidem non Alexandriæ ſolum, & in reliquis Ægypti partibus, verum apud Cyrenen etiam complures, veluti crudeli aliquo & ſeditioſo ſpiritu exagitati, contra Gentes quæ una cum illis habitabant, ſeditionem conflare cœperunt. Atque ſeditione mirum in modum exardeſcente, ſequenti anno (Lupo id temporis univerſæ Ægypti præfecturam gerente) bellum non exiguum illud quidem & leve moverunt. At in prima dimicatione illi a Gentibus victoriam forte conſecuti ſunt. Ac propterea Gentes Alexandriam propere confugientes, Judæos, qui in ea civitate commorabantur, ſubito captos oppreſſoſque interfecerunt. Judæi ergo, qui tum incolebant Cyrenen, ſociorum auxilio, qui habitabant Alexandriæ, penitus jam deſtituti, duce Lucua Ægyptum depopulari, prædas agere, agros illius vaſtare aggreſſi ſunt.

(*d*) *Euſebius in Chron. ann. 18. Traiani.*

Judæorum clades immenſæ.

(*e*) *Euſeb. hiſtor. lib. 4. c. 2.*

Tom. II. anno Chriſti 119. §. I. *Pro his verbis*: vel ut tradit Spartianus, *uſque ad ea verba*: Et ſtatim adoptatus, *legebatur*: vel (ut tradit Spartianus in Hadriano) ipſe Hadrianus favore Plotinæ ſecundo factus eſt conſul.

Eodem anno §. II. *Poſt ea verba*: Capeſſit Imperium, *delevit*: Hæc omnia pluribus Spartianus (*f*): licet Dio numquam eum a Traiano adoptatum fuiſſe tradat, ſed ea omnia commentam eſſe Plotinam Auguſtam, quod filia ſororis Traiani illi nupſiſſet: addatque Hadrianum non ex Hadria, ſed ex Africa genus duxiſſe, *ſequitur*: Certe quidem &c.

(*f*) *Spartian. in Hadrian.*

Eodem anno ultimo verſu verba illa, ſimul collata, *delevit*.

Tom. II. anno 120. *Pro his quæ leguntur a principio hujus anni uſque ad Numiſmata ſequentia, legebatur*: Sequens annus a Caſſiodoro notatur Coſſ. Vero & Augure: in aliis vero Faſtis, Hadriano tertium & Salinatore; licet mendoſe alii legerint: Hadriano ſecundum: nam (ut ex Spartiano diximus) vivente adhuc Traiano, Hadrianus ſecundum geſſit Conſulatum, tertium vero hoc anno, quo reverſus eſt in Urbem, cum antea res Orientales ſummo ſtudio ac diligentia compoſuiſſet; ſub tertio namque ſuo Conſulatu ipſum hoc anno veniſſe Romam, deſcriptio in antiquis nummis declarat, quæ eſt hujuſmodi:

Eodem anno: *poſt numiſmata*: ſecundum conſule, *legebatur*: tertium conſule. *Et ſequen-*

quenti verſu *ibid. Ubi nunc legitur*, ſecundum conſulatum *uſque ad ea verba*: Vigintiduas myriadas, *legebatur:* tertium Conſulatum geſſiſſe una cum tertia Tribunitia poteſtate, ut habetur expreſſum in nummo ſuperius demonſtrato, e cujus averſa parte legis abdita ab eo ſeſtertia novies millia.

Tom.II. anno Chriſti 121. *In principio ubi nunc legitur:* Chriſti Redemptoris anno centeſimo &c. *Uſque ad ea verba:* Hoc igitur anno Evariſtus, *legebatur*: Chriſti Redemptoris annus centeſimus vigeſimus primus, qui eſt ſecundus Hadriani Imp. a Caſſiodoro notatur Coſſ. Aviola & Panſa: in aliis vero Faſtis (*a*) tertius Hadriani ponitur Conſulatus cum Ruſtico. Sed repugnant hæc Spartiano, qui ſecundum Conſulatum Hadriani (ut anno ſuperiori diximus) adhuc Traiano vivente contigiſſe tradit: tertius vero ponitur (ut vidimus) anno primo ejus Imperii.

(*a*) *Panvin. in Faſtis.*

Tom.II. anno Chriſti 122. *Ab exordio uſque ad ea verba:* Meminit hujus &c. *legebatur*: Anno Chriſti centeſimo vigeſimoſecundo Paternus (ut habet Caſſiodorus & Torquatus creati ſunt Coſſ. vel (ut ex aliis faſtis poſuerunt) Catilius Severus, & Aurelius Antoninus, qui poſtea dictus eſt Pius.

Anno Chriſti 163. §. Ante igitur quam Lucius, *ubi nunc legitur:* De frumentaria Marci largitione, *uſque ad finem legebatur:* De frumentaria largitione erga pueros & puellas novorum hominum, quos nam per novos homines ſignificaſſe voluit, haud captu facilis eſt ſententia.

Eodem anno §. Ad hæc autem elucidanda, *in fine*, *ubi nunc legitur:* ſub Alexandro, *legebatur:* ſub Severo.

Eodem anno §. Quod ergo ad rem propoſitam ſpectat, *pro his quæ ſequuntur uſque ad ea verba:* Eo quo ſunt geſta &c. *legebatur*: Quos Julius Capitolinus novos homines appellat, quorum pueris & puellis frumentum dividi juſſit, haud alios opinor intelligere per novos homines voluiſſe, quam novæ religionis, nempe Chriſtianæ cultores, quibus ob præclaram ab uno ipſorum, Abercio nomine, rem geſtam, ter mille modios frumenti in perpetuum præſtandos eſſe reſcripſit. Hæc autem quomodo ſe habuerint eo quo ſunt &c.

Tom.II. anno 164. §. Rurſum vero quod Chriſtiani: *ubi nunc legitur:* Hæc ſane ſi &c. *Uſque ad illa verba*: Marcus Aurelius, *legebatur*: Hæc quidem non de aliis quam de Chriſtianis dicta ab eo eſſe putamus, quippe qui ſanctitudine morum veram ſectari philoſophiam præſeferebant. Certe quidem de his qui Romæ inanem philoſophiam eo tempore oſtentabant, haud potuit intellexiſſe & vera dixiſſe: nam eſt Marcus &c.

Tom.II. anno 175. §. Hoc ipſo anno Anicetus, *ubi nunc legitur:* cum ſediſſet annos octo, *legebatur*: cum ſediſſet annos novem. *Et paulo poſt ibidem*, *ubi nunc legitur*: octo tantum annos, *legebatur:* novem tantum annos.

Tom. II. anno Chriſti 182. prope principium, *ubi legitur:* Die decima ſeptima menſis Martii, *legebatur*: Die decima ſeptima Aprilis. *Et paulo poſt ibidem*, *ubi nunc legitur*: die decima octava menſis Martii, *legebatur*: die decima octava menſis Aprilis, *& paulo inferius ibidem*, *ubi nunc legitur*: menſibus tribus & diebus tredecim, *legebatur*: minus menſibus quatuor.

Tom. II. Anno Chriſti 189. Quod autem idem Apollonius, *ubi nunc legitur*: Et licet ex his quæ Epiphanius *uſque ad ea*, & Chriſtianæ religionis adverſarium, *legebatur*: Et licet ex his quæ ſcripſit ad Bardeſanem Syrum eo tempore Ethnicum.

Tom. II. anno Chriſti 199. §. Ponitur ab Euſebio, *ubi nunc legitur*: Samariticum, *legebatur:* Sarmaticum.

Tom. II. anno Chriſti 205. §. Interim vero, *ubi nunc legitur*: domi exceptum fuiſſe *legebatur*: adoptatum fuiſſe.

Tom.II. anno Chriſti 211. §. His temporibus, *ubi nunc legitur*: Rhetorem, qui apud Minutium *uſque ad ea verba:* Ab Octavio perſuaſus, *legebatur*: ipſum, qui apud eum interloquitur, Chriſtianam religionem vehementer impugnans, illum puto ſignatum eſſe, qui natione Afer, profeſſione Rhetor, his temporibus Romæ claruit, datuſque eſt poſtea Diadumeno magiſter: licet alii codices legant Cæcilianum, alii depravati nimis Cælianum, cujus & credita eſt epiſtola illa, ad Macrinum Auguſtum ipſius parentem ſcripta, prout Lampridius in Diadumeno teſtatur. Rurſum vero quod hic.

Tom. II. anno Chriſti 219 *ubi nunc legitur*: Variant enim, *uſque ad ea verba:* Hic tamen, *legebatur:* ſed mendum irrepſiſſe in codicem, niſi mendacem dicere velimus auctorem, opus eſt affirmare.

Tom. II. anno Chriſti 237. §. Occiſo, ut dictum eſt, Alexandro, *ubi nunc legitur:* tenuit annos tres, *legebatur:* tenuit annos duos.

Tom. II. anno Chriſti 246. §. Non imus inficias, *poſt ea verba*: diceretur Philippus Auguſtus *delevit* Loco σεβάσμιος legeretur σεβαςὸς: immo niſi lectio ſit corrupta apud Herodianum libro ſecundo in Pertinace Auguſtus vocatus reperitur non tantum σεβαςὸς, ſed etiam, σεβάσμιος. *ſequitur* de Nobili Præfectura &c.

Tom. II. anno Chriſti 248. §. De adventu autem, *poſt verbum*: Porphyrius, *delevit:* qui aderat.

Tom. II. Anno Chriſti 249. *in fine* §. At nec prætermittendum, *ubi legitur:* ante Sabellii, *legebatur*: poſt Sabellii.

INDEX
IN TOMUM SECUNDUM ANNALIUM ECCLESIASTICORUM BARONII.

Nota numeralis communis Annum Chriſti; *Romana vero* Numerum Marginalem *ſignificat.*

A

ABagarus Rex Edeſſæ quid ſub Traiano Imp. 107. I.
Abagarus Rex Edeſſæ alius ab illo qui Chriſti vixit temporibus Traiano munera miſit, 107. I.
Abagarus Rex auditor Bardeſanis, 175. XX.
Abagarus Rex quando Romam venit, 198. XXI.
Abagarus Rex venit ad Severum, 202. VII.
Abagarus Rex tenetur dolo ab Antonino Caracallo & expoliatur, 218. I.
Abel & alii juſti omnes a Caianis Hæreticis damnantur, 145. XVII.
Abelis genus unde ex ſententia Sethianorum, 145. XVIII.
Abericus Epiſcopus Hierapolitanus, 163. IX. Venit Romam vocatus a Marco Imp. 163. XII. Curat Lucillam filiam arreptitiam, 163. XIV. Donatur a Marco Imp. frumento annuo in paup. erogando, 163. IX. & XIV. Ejus epiſtola ad Marcum Imp. 163. XV.
Abilius Epiſcopus Alexandrinus; moritur, 100. XIX.
Abimelech Rex ſucceſſor Melchiſedech, 196. XIV.
Abſtinentia ab animatis ſuperſtitioſa ex Saturnino hæreſiarcha, 120. XXIII.
Abſtinentia ſuſpecta reddita, quæ, 179. XXXIII.
Acclamationes fieri ſolitæ in theatro, 169. IV.
Acclamationes in theatro fieri ſolitæ in Chriſtianos, 170. IV.
Acclamationes factæ in Commodum Imp. 182. II.
Accuſationes contra Origenem, 232. X.
Accuſandi miniſtri Dei non ſunt, 112. X.
Achillei Eunuchi & ſociorum martyrium, 100. XII.
Acta Clementis Papæ ſub Traiano, 100. XI. 102. II. & *ſeq.*
Acta Concilii Palæſtini de celebratione diei Paſchatis, 198. II.
Acta Martyrum quæ, & quomodo a Notariis excepta, 238. II.
Acta Martyrum quæ Proconſularia dicta ſunt, *ibid.*
Acta Martyrum quæ publice in Eccleſia recitarentur, 169. XVII.
Acta Maximi martyris Epheſi ſub Decio, 254. XXIV.
Acta Nerei & Archillei Romæ ſub Traiano, 100. XII.
Acta Paramonis militis mart. cum ſociis ſub Decio, 254. XXVII.
Acta Perpetuæ & Felicitatis mart. Tuburbi in Mauritania ſub Severo, 205. XXI.
Acta Pionii martyris Smyrnæ ſub Decio, 169. XXI. & *ſeqq.* 254. I. & *ſeqq.*
Acta Praxedis ſub Marco, 164. XXIV.
Acta Proconſularia quæ, 238. II.
Acta Sciſlitanorum Martyrum, 202. I.
Acta Senatus de Cenſura Valeriani, 253. CXL.
Actius Clemens Philoſophus Platonicus ſub Traiano, 109. LIII.
Actori Cauſam agenti certum dicendi ſpatium temporis præſtitutum, 238. IV.
Aciſllinus mart. Sciſllitanus ſub Severo, 202. IV.
Adamitæ Hæretici ex Gnoſticis prodiere, 120. XLI.
Adamitæ quando cogniti, 175. XXXIII.
Addon & Sennen Perſæ martyres ſub Decio, 254. XXVII.
Adelphius hæreſiarcha, 247. III.
Adoleſcens Chriſtianus caſtitatis amore petiit licentiam ſe caſtrandi, 120. XXXIII.
Adonidis templum ab Hadriano erectum in Bethlehem, 137. V.
Ado Viennenſis corrigitur de martyrio S. Ignatii, 110. III.
Adonis de Dionyſio ſententia, 109. XL.
Adoptio una cum Conſulatu & Tribunitia poteſtate Hadriani numiſmate expreſſa, 119. II.
Adrias mart. cum ſociis Romæ cum Valeriano, 259. VIII.
Advenæ Syri hoſpitari ſoliti Romæ in Viminali, vel Exquilino, 159. VIII.
Advocatus Fiſci quando cœpit, 134. II.
Ædituus idoli factus Chriſtianus a Gregorio Thaumaturgo, 253. CXXXIV. Idem factus Diaconus Eccleſiæ Neocæſarienſis, comeſque Gregorii in fuga, 253. CXXXVIII. Operatur ſigno Crucis miracula, *ibid.*
Ægypti Præfectura inſtar regni, 204. III.
Ægyptia ſacra a Romanis ſæpe rejecta, demum accepta, 148. II.
Ægyptii ob inventum Apim altercantur, 123. I.
Ægyptii omnes operoſi, 132. XIII.
Ægyptii religionibus diverſis mixti, 132. XIV.
Ægyptii proni ad rixas, 252. VI.
Ægyptii prægnantem feminam morte eximunt, 205. XXV.

Ægyptii occiſi a Caracallo, 217. IX.
Ægyptii in Senatores allecti ab Antonino Caracallo, 204. V.
Ægyptii liberant Dionyſium Epiſcopum Alexandrinum, cum duceretur in exilium, 253. CI.
Ægyptiorum vitia, 132. XIV.
Ægyptius magus excitat Alexandrinos in Chriſtianos, 252. II.
Ægyptius magus quid Romæ cum Plotino, 234. XIV.
Ælia ædificatur ab Hadriano ex Jeroſolyma, 130. I. 137. I.
Æliæ conſtructio demandata Aquilæ Pontico, 137. VIII.
Æliæ portæ porcus inſculptus, 137. III.
Ælius Publius Epiſcopus in Thracia, 173. XVIII.
Ælius Epiſcopus Jeroſolymorum, 186. I.
Ælius Gordianus jureconſultus, 225. I.
Ælius Serenianus conſiliarius Alexandri, 237. VII.
Ælius Spartianus quando vixit, 163. X.
Æmilia mart. Lugduni ſub Marco, 179. XXXV.
Æmilianus mart. Carthagine cum Caſto ſub Decio, 253. XCVII.
Æona Valentini, 145. II.
Æſchines Montani ſectator, ex quo Sabelliana hæreſis, 173. XXXVI. 201. X.
Æſculapii conficta miracula, 139. IV.
Æſculapius in ſerpente fingitur apparuiſſe, 145. XIV.
Ætas longa quorumdam diſcipulorum Domini, 109. I.
Ætas initiandorum ſacerdotio ex lege Moyſi, 101. IX.
Afra mar. cum ſociis Brixiæ ſub Hadriano, 122. II.
Africa ab Hadriano multa eſt conſecuta, 126.
Africana Eccleſia gravia paſſa ſub Decio, reddita illi pax citius, 254. XL.
Africani V. C. legatio pro reſtituenda Nicopoli, 221. I.
Africani inſignis eruditio, & monumenta, 222. II.
Africani jure conſulti mentio, 225. I.
Africani martyres. *Vide infra* Martyres.
Africani martyrii cupidiſſimi, 123. III.
Africani in libidinem ſolutiſſimi, 253. XLVI.
Africanum Concilium contra Privatum hæreticum, 242. II.
Africanum ſchiſma a Feliciſſimo conflatum. *Vide infra* Feliciſſimus.
Africanum ſchiſma a Novato excitatum. *Vide infra* Novatus.
Africanum ſchiſma a privato hæretico excitatum. *Vide infra* Privatus.
Africanum ſchiſma Montenſium, quando ejus prima origo, 254. XXXVIII.
Agapen Chriſtiani frequentabant, 104. IV.
Agatha martyr Cataneæ in Sicilia ſub Decio, 254. XXVIII.
Agathodorus martyr ſub Antonino, 154. III.
Agathonice martyr ſub Antonino, *ibid.*
Agathonice mart. Pergæ ſub Marco cum ſociis, 169. XXIII.
Agathopos Comes S. Ignatii, 109. VIII.
Agnus apparens fontem monſtrat, 100. XI.
Agonalia Capitolina, ex quibus ſtatuta chronologia, 240. I.
Agrippa creatur Epiſcopus Alexandrinus, 165. XV.
Agrippinus Epiſcopus Alexandrinus, 181. I.
Agrippinus Epiſcopus Carthaginenſis auctor rebaptizationis in Africa, 217. IV. Quomodo prædeceſſor dictus eſt Cypriani, 217. III.
Albina mart. Formiis ſub Decio, 254. XXIX.
Albinus Cæſar, 195. II. 197. I. Occiditur a Severo, 199. I.
Albinus martyr Lugduni ſub Marco, 179. XXXV.
Alcibiades unus ex martyribus Lugdunenſibus ſub Marco Imp. 179. XXXV.
Alcibiades ſectator Montani, 173. II.
Alcibiadis abſtinentia ſuſpecta, 179. XXXII.
Alexander epiſcopus mart. Romæ ſub Pio, 154. III.
Alexander martyr Apamææ ſub Pio, 154. III.
Alexander Carbonarius factus Epiſcopus & martyr, 233. XXV. Ejus ſimplex ditio Deo grata ex viſione divinitus facta oſtenditur, 233. XXVIII.
Alexander Eumeniæ martyr ſub Marco, 173. XXIII.
Alexander filius S. Felicitatis martyr Romæ ſub Marco, 175. IV.
Alexander martyr cum ſociis Lugduni ſub Marco, 179. XXXV.
Alexander Epiſcopus Jeroſolym. loco Narciſſi ordinatur, 213. XII. Ejus litteræ ad Antinoitas, 199. IX. Confeſſio, 205. III. Carcer, martyrium, 253. CXXIII. Ejus bibliotheca, 253. CXXV. Quæ ſervata eſt incolumis ab incendio Dioclet. *ibid.* Idem de ordinatione Origenis accuſatur, 230. IV. Excuſatur, *ibid.*
Alexander Epiſcopus Hierapolytanus ſub Severo, 209. III.
Alexander martyr in Ægypto ſub Decio, 253. CV.
Alexander Papa, 121. II. Ejus ſedis tempus, 132. I. Res geſtæ, 132. III. Concitat invidiam Senatorum, convertens nobiles Romanos ad fidem, 132. II. Ejus martyrium, ordinationes, & ſepultura, 132. III.
Alexander Montani ſectator pſeudomartyr, 173. XIV.
Alexander impoſtor prætextu Æſculapii apparentis multos decipit, 145. XIV.
Alexander impoſtor decipit Severianum ducem exercitus, 163. VIII.
Alexander impoſtor iterum Romanum exercitum ſub Marco in diſcrimen adducit, 171. V. Ejuſdem obitus miſerandus, 145. XV.
Alexander illuſor Pionii Martyris, 254. VII.
Alexander Libs ſcriptor, 247. III.
Alexander Valentinianus hæreticus, 209. III.
Alexander Mammeæ filius creatur Cæſar, 223. I. Occiſo Elagabalo imperat, 224. I. Coluit Chriſtum cum diis, 224. II. Ejus lararium, *ibid.*
Alexander imitatur Chriſtianos in eligendis magiſtratibus, 224. III.
Alexander adjudicat cauſam Chriſtianis adverſus popinarios, 224. IV.
Alexander favet Judæis vehementer, 224. IX.
Alexander conceſſit Judæis judicium erga ſuos, *ibid.*
Alexander dictus eſt Archiſynagogus, *ibid.*
Alexander præfecit Juriſconſultiſſimos Reipubl. 225. I.
Alexandri Imperium dictum, ſine ſanguine: ſed quo modo hoc, 225. V.
Alexandri conjux a Mammea matre relegata in Africam, 225. V.
Alexander ſuperſtitione ſuperat omnes augures, 227. II.
Alexander optimas leges ſtatuit, 227. I.
Alexander exoletos voluit prohibere, *ibid.*
Alexander vectigal lenonum & meretricum in ærarium inferri vetuit, *ibid.*
Alexander expugnat Artaxerxem Regem, 236. II.
Alexander cultorem legis naturæ ſe exhibuit, 236. III.
Alexander ſeverus erga milites, *ibid.*
Alexander mittit in exilium Pontianum Papam, 237. I.

Ale-

Alexander occiditur a militibus, 237. I.
Alexander relatus inter divos, 237. II.
Alexandri gloria longe ampliorem obtinent ſervi Dei, 237. III.
Alexandri familia referta hominibus Chriſtianis, 237. IV.
Alexandri domeſtici occiſi a Maximino Imp. 237. IV.
Alexandrina ſchola florentiſſima ex Chriſtianis doctoribus, 233. VIII.
Alexandrini Epiſcopi quo modo eligantur, 249. V.
Alexandrini Epiſcopi ſibi invicem ſuccedentes, 100. XIX. 110. XII. 133. I. 151. I. 165. XV. 190. 234. I. 248. I.
Alexandrini martyres ſub Decio, 253. CIV.
Alexandrini occiſi ab Anton. Caracallo dante pœnas de effuſo ſanguine Chriſtiano, 217. IX.
Alexandrini vexant Chriſtianos, 252. II. Excitantur a Mago in Chriſtianos, *ibid.*
Alexandrini proni ad rixas, 252. VI.
Alexandrini profeſſores Chriſtiani fugiunt tempore perſecutionis, 205. IV. *& ſeq.*
Alexandrinum incendium 231. XXXIII.
Allogonus ſcriptor, 247. III.
Almachius Præfectus urbis, 232. XI.
Alogi hæretici, 196. IX.
Alphenus Jureconſultus, 225. I.
Amaranthus martyr in Aquitania ſub Decio, 254. XXIX.
Ambroſius Epiſcopus Mediolanen. in lucubrationibus ſuis non uſus notariis, 220. XI.
Ambroſius Epiſc. tenaciſſimus ſimplicis dictionis divinæ ſcripturæ, 220. XII.
Ambroſius Marcionita ſive Valentinianus, converſus ab Origene, 220. X.
Ambroſius ſuppeditat Origeni ſeptem notarios & impenſas, 220. X.
Ambroſius vir frugi & doctus, 220. XII.
Ambroſius impellit Origenem, ut ſcribat contra Celſum, 243. III.
Ambroſius ſtudet ſummopere Origeni, 220. VIII.
Amen. Gratia, ſignum Epiſtolarum Apoſtolico more, 109. XXXIII.
Ammia prophetiſſa in Eccleſia, 173. XVII.
Ammon martyr Alexandriæ ſub Decio, 253. CVII.
Ammonariæ duæ martyres Alexandriæ ſub Decio, 253. CV.
Ammonii Harmonia Evangelica, 174. VI.
Ammonii philoſophiæ ſecreta non omnibus communicanda, 247. I.
Ammonii ſcripta, 234. V.
Ammonius philoſophus Chriſtianus magiſter Plotini, 234. II.
Ammonius laudatus a Longino philoſopho, atque Porphyrio, 234. III.
Ammonius ſemper vixit atque obiit Chriſtianus, contra aſſertionem Porphyrii, 234. V.
Amnes Martyr in Gallia cum ſociis, ſub Marco, 179. XXXV.
Anabaptiſmus Marcionis, 146. XII.
Anacletus Papa creatur, 103. II.
Anacletus Papa erexit memoriam Sancti Petri Apoſtoli, 111. I.
Anacleti martyrium, & aliæ ab eo res geſtæ, *ibid.*
Anachoretarum princeps Paulus Thebæus, 253. CXI.
Anaſtaſius Bibliothecarius tranſtulit vitam Dionyſii Areopagitæ, 109. XLIII.
Anaſtaſius & ſocii martyres Camerini ſub Decio, 254. XXIX.
Anatholia martyr apud Lacum Velinum ſub Decio, 253. XXIX.
Ancilia tranſlata in Palatium, 220. IV.
Andeolus martyr in Gallia ſub Severo, 203 XXVII.
Andochius martyr in Gallia ſub Marco, 169. XX.
Andreas dux Judæorum ſæviſſimus, 116. I.
Angelorum cum hominibus permixtiones, 145. XVII.
Angelorum connubia finxit Valentinus, 145. IV.
Angelorum hierarchia ab Ignatio primum expreſſa, 109. XXXV.
Angelos creaſſe animas nugabatur Hermogenes, 170. XII.
Angelum eſſe Deum Judæorum aiebat impius Saturninus, 120. XXIII.
Angelum revelaſſe myſterium de die Paſchatis, 159. IV.
Anicetus Papa poſt Pium, 158. III.
Anicetus creatur Rom. Pontifex, 167. IV.
Anicetus digne excipit Polycarpum Romam venientem, 167. VIII.
Aniceti Papæ tempore Marcio venit Romam, 146. VI.
Anicetus Papa martyr, 175. II. Tempus ſedis, decreta, ordinationes, ſepultura, 175. II. *& ſeq.*
Animale genus hominum quodnam ponebat Valentinus, 145. III.
Animam adnatam corpori, libro ſcripto docuit Iſidorus hæreticus, 120. XX.
Animas corporales habere qualitates ex Montano profluxit, 173. XXXI.
Animas defunctorum juvari patrocinio martyrum, 226. XII.
Animarum pravos affectus ex inhabitantibus in nobis malis ſpiritibus, ex Baſilide, 120. XVIII.
Animarum præexiſtentiam & peccatum, ante quam conjicerentur in vincula corporum ex Baſilide, *ibid.*
Animarum tranſmigrationem docebat Carpocras, 120. XXIV.
Anni Chriſti a Juſtino numerati, 142. XIII.
Annorum exacta computatio, 194. IV. *Vide*, Chronologia,
Anterus Papa creatur, 237. XI.
Anterus Papa quæſivit acta martyrum, 238. I.
Anterus martyrium patitur, 238. I. Tempus ſedis, *ibid.* Ordinationes, 238. VI.
Anthia martyr in Illyrico ſub Hadriano, 140. V.
Antichriſti tempus adeſſe creditum ſub Severo, 203. IX. 204. II.
Antidotum adverſus omnes hæreſes, 146. XXI.
Antinopolis civitas in Ægypto in honorem Antinoi erecta ab Hadriano, 132. VIII.
Antinopolis facta carnificina martyrum, 132. XV.
Antinopolitani martyres, *ibid.*
Antinous puer conſecratus deus ab Hadriano, 132. VIII. Numiſma de eo, 132. IX. Deridetur a cunctis, 132. XI. XII.
Antinoum præcinuerunt carmina Sibyllina, 132. IX.
Antiochia immenſo terræmotu concuſſa atque proſtrata, 117. II.
Antiochia alio terræmotu concuſſa ſub Leone Imperatore, 117. V.
Antiochia capta a Perſis, 243. I.
Antiochenis infenſus Hadrianus, 131. I.
Antiochena Eccleſia quo modo conſecuta eſt pacem ſub Traiano, 109. VI.
Antiocheni Chriſtiani liberi a clade terræmotus, 117. V.
Antiocheni Epiſcopi, 110. IX. 131. I. 143. I. 170. VII. 182. VI. 219. IV. 230. I.
Antiochenum Concilium Apoſtolorum, 101. X. IX.

An-

Antitactæ hæretici, 120. XLII.
Antiſtius Epiſcopus Dyrrachii martyr, 110. XI.
Antitheſes Marcionis, 146. IX.
Antonia martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXV.
Antonianus Epiſcopus in Numidia, quid ad Cyprianum, 254. CIII.
Antoninus Epiſcopus Hieroſolymitanus, 186. I.
Antoninus Caracallus lacte Chriſtiano nutritus, 195. V.
Antonini Caracalli pueritia bene inſtituta ſub nutrice Chriſtiana, 213. II. Ejus clementia prædicata, collactaneum habuit Chriſtianum, 213. III.
Antonini, & Severi numiſmata de indulgentia Carthagin. 210. III.
Antoninus Caracallus in ſæviſſimum mutatus, patrem Severum occidere tentavit, 212. I.
Antoninus unde cognominatus eſt Caracallus, 213. X.
Antoninus Caracallus quando Cæſar eſt dictus, 197. I.
Antoninus Caracallus Plautianum occidit, 206. II.
Antoninus Caracallus ex Baſſiano dictus eſt Antoninus, cum creatus eſt Cæſar, 199. I.
Antoninus Caracallus creatus a patre imperator, 201. I.
Antoninus Caracallus una cum Geta imperat, 213. I.
Antoninus Caracallus occidit omnes amicos Severi patris., 213. I.
Antoninus Caracallus ex Britannia Romam rediit, 213. IV.
Antoninus Caracallus occidit fratrem Getam, 214. I.
Antoninus Caracallus acriter ſævit in Romanos, 214. II.
Antoninus Caracallus vita turpiſſimus, 214. I. & *ſeq.*
Antoninus Caracallus ultor ſanguinis Chriſtiani, 214. III.
Antoninus Caracallus nihil mali molitus in Chriſtianos, 214. III. Quod prope miraculum fuit exiſtimatum, *ibid.*
Antoninus Caracallus quid contulit Ægyptiis, 204. V.
Antonini Caracalli Decennalia, 210. I.
Antoninus Caracallus crudeliſſime occidit Alexandrinos, 217. IX.
Antoninus Caracallus quid in Abagarum, 218. I.
Antoninus Caracallus totus in magiis, 218. II.
Antoninus Caracallus coluit Tyanæum, 218. II.
Antoninus Caracallus occiditur, 219. I.
Antoninus Caracallus relatus inter Deos, 219. I.
Antoninus Elagabalus. *Vide* Elagabalus.
Antoninus Pius, dictus antea Arrius Antoninus, idemque Proconſul in Aſia quid de Chriſtianis admirans exclamavit, 123. III.
Antoninus Pius, & Verus adoptati ad Hadriano, 138. III. Antoninus cur dictus Pius, 139. II. Ejus genus, ætas, 140. VI.
Antoninus Pius quando accepit Tribunitiam poteſtatem, 138. III.
Antoninus Pius Hadriano templa erigit, 140. VI.
Antoninus Pius clementiſſimus prædicatus, 140. VI. 161. I.
Antoninus Pius quando cœpit imperare, 160.
Antoninus Pius Judæos rebellantes compreſſit, 141. I.
Antoninus Pius diverſas gentes coercuit, *ibid.*
Antoninus Pius ſacrificus, diis deditus, 142. II.
Antonini Pii tempore Chriſtiani invidiam paſſi, 142. XIV.
Antoninus Pius quando aggreſſus eſt perſequi Chriſtianos, 145. I. Quibus permotus id egerit, *ibid.*
Antoninus Pius damnat lectionem librorum Prophetarum, 143. I.
Antoninus Pius quando pro Chriſtianis reſcripſit, 150. VI. 154. V.
Antoninus Pius reſcripſit pro Chriſtianis, 154. V. VI. Statuit pœnam perſecutoribus, 154. V.
Antoninus Pius redarguit ſegnitiem Gentilium in cultu deorum, 154. V.
Antoninus Pius ampliavit legem Juliam de adulteriis, 161. II.
Antonino ſponte dediti populi, 161. I.
Antonini Pii obitus, ætas, tempus regni, relatio inter divos, ſepultura, 163. I. & *ſeq.*
Antoninus Pius honoratus columna a Marco, 176. XXVIII.
Antoninus, Marcus cognominatus. *Vide* Marcus.
Antoninus, Verus dictus. *Vide* Lucius Verus.
Antonius Carafa Cardinalis reſtituit editionem Septuaginta, 231. L.
Antonius Carafa Cardinalis præfuit emendationi impreſſionis Vulgatæ, 231. L.
Annulis ſignatoriis utebantur Epiſcopi, 142. XI.
Apelles diſcipulus Marcionis, 146. XVII.
Apelles hæreſiarcha, ejuſque hæreſes, *ibid.*
Apio Alexandrinus calumniatur Hebræos, 201. XXII.
Apiones duo, 102. VIII.
Apis Deus Ægyptiorum, 123. I.
Apis inventio, cauſa magnæ rixæ apud Alexandrinos, *ibid.*
Apis femur percuſſit Cambyſes Rex, *ibid.*
Apocalypſeos liber non recte ex Canone excluditur, 102. XV.
Apollinis templum peſtem emiſit, 170. II.
Apollinis templum terræmotu collapſum, 228. I.
Apocrypha quomodo permittenda, 191. II.
Apollinaris Epiſcopus Hierapolitanus, 172. VII.
Apollinaris Epiſcopus adverſus Montanum agit, 173. X. Ejus epiſtola, 173. IX. Quando ſcripſit, 173. XIX.
Apollinaris inſignis in ſcribendo modeſtia, 173. IX.
Apollinaris in Gallia martyr ſub Marco, 179. XXXV.
Apollonia virgo Alexandrina martyr ante Decium, 252. IV.
Apollonius Chalcedonius magiſter M. Aurelii, 164. IX. Creditur fuiſſe poſtea Chriſtianus, 189. II.
Apollonius Magneſianus legatus ad Ignatium, 109. X.
Apollonius Theologus Cataphrygas impugnat, 189. II.
Apollonius Senator Chriſtianus ſcribit Apologiam pro Chriſtiana religione, 189. I.
Apollonius Senator cauſam dicit coram Perennio, & martyrio coronatur, *ibid.*
Apollonii duo, 189. II.
Apollonii ſervus, accuſator ejus, crurifragio mulctatur, *ibid.*
Apollonii necem multis ſignis ultus eſt Deus, 189. 190. V.
Apollonii ſectatores depravant divinam Scripturam, 207. VI.
Apollonius impugnatur a Tertulliano, 213. XIII.
Apollonius Tyanæus una cum Chriſto colitur ab Alexandro, 224. II.
Apollonius Tyanæus colitur a Caracallo Imp. 218. II.
Apollonius Tyanæus a ſuis quoque præſtigiator creditus, 218. II.

Apo-

Apologia pro integritate morum Chriſtianorum, 110. XXXIII.
Apologia Apollinaris Epiſcopi Hierapolitani pro Chriſtianis, 170. VII.
Apologia Ariſtidis oblata Hadriano, 128. I.
Apologia Apollonii Senatoris pro Chriſtianis, 189. I.
Apologia Athenagoræ pro Chriſtianis, 179. XXXIX. Quando ea ſcripta, *ibid.*
Apologia Juſtini quando ſcripta, 142. XVI.
Apologia Melitonis pro Chriſtianis, 172. I.
Apologia Minutii Felicis. *Vide infra*, Minutius.
Apologia Quadrati Epiſcopi Athenienſis, 128. I.
Apologia Theophili Epiſcopi Antiocheni adverſus Autholicum, 170. VII.
Apologia Tertulliani, idemque Apologeticus, quando ſcriptus, 200. VII.
Apoſtatæ a fide in perſecutione. *Vide* Lapſi.
Apoſtatæ quantum ſemper nocuerunt Eccleſiæ, 172. I.
Apoſtoli permiſerunt, Fideles interdum judaizare in tempore Paſchatis, 167. X.
Apoſtoli ſtatuerunt tempus Paſchæ, *ibid.*
Apoſtoli uſi ſunt tranſlatione Septuaginta, 231. XXXIX.
Apoſtolicæ Eccleſiæ ſana doctrina, 146. XXII. *Vide*, Eccleſia Catholica.
Apoſtolicæ litteræ quæ, 142. X.
Apoſtolicæ Traditiones illibatæ ſervatæ, 167. XII. *Vide*. Traditiones.
Apoſtolos celebraſſe Concilia, & Canones ſtatuiſſe, 102. XVII.
Apoſtolorum canones quot, quando, cujus fidei habeantur, 102. XIV.
Apoſtolorum conſtitutiones, 101. IX.
Apoſtolorum canones quomodo apocryphi, 102. XI.
Apoſtolorum Antiochiæ Synodus, 102. XIX.
Apoſtolorum nomina imponi ſolita filiis Chriſtianorum, 109. LVI.
Apoſtolorum Petri & Pauli trophæa Romæ, 106. II. 215. XI.
Apoſtolorum Petri & Pauli corpora tranſlata in Catacumbas, 221. III.
Aqua benedictione ſanctificata in Eccleſia, 132. III.
de Aqua benedicta refelluntur calumniæ Novantium, 132. IV.
Aqua benedicta proficua adverſus magicas præſtigias, 132. IV.
Aqua luſtralis Gentilium qualis, 132. V.
Aquarii hæretici qui aqua tantum utebantur in myſterio, 174. III.
Aquarum inundationes calumnioſe adſcriptæ Chriſtianis, 202. VI.
Aquarum penuria itidem Chriſtianis adſcripta. *Vide*, Calumniæ.
Aquila Ponticus proſelyta quando vixit, 137. VIII.
Aquila Ponticus præfectus ab Hadriano conſtruendæ Æliæ, *ibid.*
Aquila Ponticus fit Chriſtianus, 137. IX.
Aquila Ponticus matheſi intentus, ob idque ab Eccleſia ejectus, *ibid.*
Aquila Ponticus depravavit tranſlationem Septuaginta, 137. X.
Aquila Præfectus Alexandriæ, 205. IV.
Aquilæ tranſlationes divinæ Scripturæ duæ, quales, 137. X.
Aquilæ volatu creditum animas Imperatorum in Cælum ferri, 213. IX.
Aquileia dicta Romana Civitas, 240. III.
Aquileienſium virtus declarata, cum obſeſſa eſt eorum civitas a Maximino Imp. *ibid.*
Aquilius Præſes ſub Decio, 254. XXVII.
Arabiæ montes perfugium Chriſtianorum in perſecutione, 253. CVIII.
Archelaus Oſtiæ martyr ſub Alexandro, 229. VII.
Archilleus & Nereus martyres Romæ ſub Traiano, 100. XII.
Archontici hæretici, 175. XXXI.
Arcus Traiani, 114. I.
Ardabam vicus in Phrygia, 173. XI.
Areæ, idem quod ſepulcra, a Gentilibus diſſipatæ, 203. X.
Arenariæ cryptæ ſepulchra martyrum, 130. II.
Ariadna martyr in Phrygia ſub Hadriano, 140. V.
Ariſteas ſcripſit commentarium de ſeptuaginta interpretibus, 231. XIV.
Ariſtæus martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXV.
Ariſtides philoſophus Chriſtianus obtulit Hadriano Apologiam, 128. II.
Ariſtio diſcipulus Domini, 118. III.
Ariſton martyr in Africa ſub Decio, 253. LII.
Ariſtotelem colebant Carpocratiani, 120. XXXVII.
Ariſtoteles colitur ab Hæreticis Theodotianis, 207. IV.
Armonius. *Vide* Harmonius.
Arnuphis magus hoſtis Chriſtianorum, 176. IV.
Arreptitiorum Gentilium Romæ ingens numerus, 163. XIII.
Arreptitia fœmina vatem agit, 137. VIII.
Arreptitiorum multitudo curata a Chriſtianis, 163. XIII. 177. V.
Arreptitiorum occaſione Gentiles complures converſi ad fidem, 163. XIII.
Arriani depravant ſcripta Clementis, 196. XXVI.
Arrianus Præfectus Thebaidis, 255. CX.
Arrii Antonini tres, 123. III.
Arrius Antoninus Proconſul in Aſia perſequitur Chriſtianos, 105. IX. 123. III. Quid in Chriſtianos dixerit, eorum admiratus amorem martyrii, *ibid.*
Artaxerxes Rex Perſarum incurſat Romanum Imperium, 263. I.
Artaxerxes vincitur ab Alexandro. *ibid.*
Artemion dux Judæorum quid in Cyprum inſulam habitantes, 116. II.
Artemonis hæreſis, 196. IV.
Artotyritæ hæretici, 173. XI.
Aſclepiades Epiſcopus Antiochenus obiit, 219. IV.
Aſclepiades ſocius Pionii martyris, 254. I.
Aſclepiades Epiſcopus Antiochenus, 213. XI.
Aſclepiades Epiſcopus Antiochenus detruſus in carcerem ob fidem Chriſti, *ibid.*
Aſclepiodotus hæreticus ſeducit Natalium confeſſorem, 207. II.
Aſcodritæ hæretici, 175. XXXI.
Aſiani amicitia juncti cum Gallis, & unde id acciderit, 169. XVIII.
Aſiani Chriſtiani martyrii cupidiſſimi, 123. IV.
Aſiani Chriſtiani etiam pacis tempore exagitati ſunt a Proconſulibus, 164. IV.
Aſiani Epiſcopi celebrantes Paſcha luna decimaquarta quid prætexerint, 198. XVI.
Aſiani Gentiles deluſi inſigniter ab impoſtore, 145. XIV.
Aſini imagine deluditur a Gentilibus Chriſtus Romæ, 201. XXII.
Aſini apud Judæos majoris erant æſtimationis, 201. XXV.
Aſini apud Judæos, & Arabes equis velociores, *ibid.*
Aſini formam impie tribuebant Gentiles Deo Judæorum, 201. XXII.
Aſini caput Judæos venerari ſolitos, objectabant Gentiles, 201. XXIII.

Aſinum adorare Chriſtianos Gentiles calumniabantur, 201. XXII.
Aſtaroth dicta mater Melchiſedech, 196. XIV.
Aſterius Urbanus antiquus Theologus, 173. XXI.
Ather martyr Alexandriæ ſub Decio, 253. CVI.
Athanaſii Epiſcopi Alexandrini duo, 109. LV.
Athenacenſes martyres in Galliis ſub Marco, 179. XXXV.
Athenagoræ Apologia falſo credita Juſtini, 179. XXXIX.
Athenagoræ libertas in dicendo, *ibid.*
Athenæ ab Hadriano mirifice illuſtratæ, 125. I.
Athenienſis Eccleſiæ Præfectus, 175. XIII.
Athenis ponitur ab Hadriano draco colendus, 145. XV.
Athenis dicatum ab Hadriano templum Jovis Olympii, 128. I.
Athenienſis Eccleſia illuſtrata a Dionyſio Areopagita, 109. XLII.
Athenienſis Eccleſia pallio donata ob Dionyſium Areopagitam, 109. XLV.
Athenienſis Eccleſia longe præſtantior collegio Areopagitarum, 125. I.
Athenienſis Eccleſia ab Hadriano vexata, 125. II.
Athenodorus cum fratre Theodoro venit ad Origenem docentem in Palæſtina, 233. VI.
Athenogenes antiquus Theologus martyr, 196. VII.
Atlas mons motus, 249. V.
Attalus cognitus Pio Papæ, & Gallicanis Chriſtianis, 166. IV.
Attalus Pergamenus martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Attheius Sanctus magiſter Commodi Imp. 179. VI.
Atticus Conſularis Præfectus in Palæſtina ſub Trajano, 109. I.
Atticus, licet laicus, docebat tamen in Eccleſia, 230. III.
Avaritia index pſeudoprophetarum, 173. XII.
Augarus, idemque Abagarus. *Vide* Abagarus.
Auguſtales Præfecti in Ægypto inſtar Regum, olim ex equitibus creari ſoliti, 204. II.
Auguſtini locus corruptus, 175. XIX.
Auguſtorum trium antiqui nummi, 210. III.
Avircius Marcellus, ad quem ſcripſit Apollinaris Epiſcopus Hierapol 178. IX.
Aure dextera perforari, ſymbolum Carpocratianorum, 120. XXXVII.
Aurelii cognomen unde, 163. V.
Aurelius Antoninus, *Vide*, Marcus.
Aurelius Cyrenius Epiſcopus in Aſia, 173. XVIII.
Aurelii Victoris error de patria Traiani, 100. I.
Aurelii Victoris error de Lucii obitu, 171. II.
Auſonia martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXV.
Autolicus Gentilis homo hoſtis Chriſtianorum, confutatur a Theophilo Epiſcopo Antiocheno, 170. X.
Axionicus hæreticus diſcipulus Valentini, 145. VIII.

B

BAbyla creatur Epiſcopus Antiochenus, 241. I.
Babyla unus tantum, & non duo, *ibid.*
Babyla ſub Decio martyrium illuſtre conſummavit, 253. CXXVI.
Babyla cum ſuis catenis voluit ſepeliri, 253. CXXVII.
Babylæ oſſa ſub Juliano Apoſtata tranſlata, 253. CXXVIII.
Babylonia a Traiano expugnata, 114. I.
Bacchanalia, ſeu potius aliæ Gentilium rituum reliquiæ penes Fideles diſciplina ſolutos unde prodiere, 183. XI.
Bachillus Epiſcopus Corinthiorum, 101. IV.
Balaham vaticinium ſibi Judæus nititur applicare, 130. III.
Balbina filia Hermetis Præfecti Urbis ſanata ab Alexandro Papa, 131. II.
Balbinæ cœmeterium. *Vide infra*, Cœmeteria.
Balbinus Imperator creatur, & necatur, 240. IV.
Balnea Antiochena Dœmonum paſſa infeſtationem ob reliquias Virginum Chriſtianarum, 118. I.
Baptiſmus hæreticorum quando ab Eccleſia ratus habeatur, 167. II.
Baptiſmus hæreticorum recipiendus ne ſit, cœpta quæſtio in Eccleſia ſub Agrippino Epiſcopo Carthaginenſi, 217. V.
Baptiſmus hæreticorum rejectus a Tertulliano, licet Catholico, *ibid.*
Baptizatus in lecto non fiat clericus, 254. LXXIII.
Baptizatus non ſecundum formam Eccleſiæ ab hæreticis, qui ex Judæorum ſecta proveniunt, iterum baptizandus, 167. II.
Baptizatur Judæus penuria aquæ, arena, 181. II.
Baptizabant iterum Marcionitæ, 146. XII.
Baptizant mortuos Marcionitæ, *ibid.* ac etiam Cataphrygæ, 173. XXXIV.
Barbari complures ſe dant Pio Imp. 161. I.
Barbari incurſant Numidiam, & captivos ducunt Chriſtianos, 254. CVIII.
Barbari incurſant Aſiam, & alias provincias. *Vide*, Scythæ.
Barbariſmos in divina Scriptura emendare contempſerunt Patres ſanctiſſimi atque doctiſſimi, 231. LIV.
Barbaræ gentes factæ Chriſtianæ, 140. IX.
Barbea martyr Edeſſæ ſub Traiano, 107. II.
Barbelitæ Gnoſtici hæretici, 120. XLI.
Barchochebas dux Judæorum ſæviſſimus, 130. III. Perſequitur Chriſtianos, 130. IV.
Barchoph numen Baſilidis, 120. IX.
Bardeſanes Syrus, celebris ſcriptor Eccleſiaſticus, 175. XVI.
Bardeſanes lapſus in hæreſin, *ibid.*
Bardeſanes ſuaſus ab Apollonio a fide Chriſtiana deſciſcere, 175. XVIII.
Bardeſanis diſputatio contra fatum, 175. XX.
Barrabas numen Baſilidis, 120. IX.
Barſimæus Edeſſæ Epiſcopus martyr ſub Traiano, 107. II.
Baſilides carnifex per viſum admonitus fit Chriſtianus, 205. X.
Baſilides carnifex martyr Alexandriæ ſub Severo, 205. IX.
Baſilides hæreſiarcha, atque ejus ſchola Alexandriæ, 120. IX.
Baſilides in aliquibus magiſter extitit Origenis, 120. XIX.
Baſilides hæreſiarcha quando, & quæ docuit, 120. X.
Baſilidis hæreſes ſingulæ, 120. XVIII.
Baſilidis ſcripta nefanda, 120. XX.
Baſilidis filius æque impius, *ibid.*
Baſilidiani Gnoſtici, 120. XXV.
Baſilidianorum imagines, quæ, 120. XII.
Baſilidianorum gemma & ejus inſcriptio, 120. XVI.
Baſſianus filius Severi poſtea dictus Antoninus, 199. I.
Baſſus presbyter Magneſianus cum Ignatio, 109. IX.
Baſſus Epiſcopus alpium Cottiarum ſub Decio martyr, 254. XXIX.
Baſſus martyr in Africa ſub Decio, 253. LII.

Baſſus hæreticus, 175. XXXI.
Baſiliſcus Marcionis diſcipulus, 146. XVI.
Bedæ de ætate Joannis Evangeliſtæ opinio refellitur, 101. VIII.
Bedæ de Dionyſio ſententia, 109. XL.
Bedæ modeſtia commendatur in non mutando verbum in divina Scriptura, 231. LXI.
Bellum Albinianum a Severo confectum, 199. I.
Bellum Byzantinum ſub Severo, 198. XX.
Bellum Judaicum ſub Hadriano, 130. I.
Belli Judaici finis ſub Hadriano, 137. I.
Bellum Judaicum renovatum ſub Severo, 199. II.
Bellum Marcomannicum, ſub Marco Aurelio, 171. I. 176. I. IV.
Bellum Marcomannicum, ſub eodem Marco renovatur, 171. I. 176. I.
Bellum Parthicum ſub Severo, 203. IV.
Bellum Samariticum ſub Severo, 199. II.
Beniamin epiſcopus Hieroſolymitanus, 113. I.
Benignus diſcipulus Polycarpi martyr in Gallia ſub Marco, 169. XX.
Beryllus arabs ſcriptor Eccleſiaſticus, 229. I.
Beryllus lapſus in hæreſin revocatur ab Origene, 229. II.
Beſas martyr in Ægypto ſub Decio, 253. IV.
Bethlehem ab Hadriano profanatur, erecto ibi templo Adonidis, 137. VI.
Bethlehem, licet profanata, tamen a Fidelibus cultu celebri frequentata, 137. VII.
Bibliotheca Hieroſolymitana ab Alexandro Epiſcopo erecta, 229. I.
Bibliotheca Hieroſolymitana illibata ſervata in incendio Diocletiani, 253. CXXV.
Bibliotheca Philadelphia Alexandriæ quando incenſa, 231. XXXIII.
Bibliotheca Philadelphia in Serapo poſita, *ibid.*
Biblis martyr Lugduni ſub Marco, 179. XI.
Bigamiæ hoſtes Montaniſtæ, 173. XXVI.
Biothanati cur dicti Chriſtiani, 138. V.
Birrhus legatus ab Epheſina Eccleſia ad Ignatium, 109. IX.
Bitus Philippis cum Ignatio, 109. XVI.
Blandina martyr Lugduni ſub Marco, 179. IX.
Blaſtus diſcipulus Marcionis, 146. XX.
Blaſtus Romanus presbyter hereticus evaſit, 180. II.
Blaſtus defenſor Quartadecimanorum, 198. XVI.
Bona fœmina compulſa invita, & reclamans ad thurificandum, 253. LXVI.
Bona mobilia ſemper poſſedit Eccleſia, 167. III.
Bonum alterum ex duobus Principiis ab hæreticis inductum, 146. IX.
Borboriani Gnoſtici hæretici, 120. XLI.
Bos æneus paratur ad ſupplicium Chriſtianorum, 120. VI.
Brachmanis prædicat Pantænus, 185. II.
Breve idem quod Inventarium, 142. X.
Breves litteræ quæ, *ibid.*
Britannia ſæpe muro diviſa a Romanis, 183. V.
Britanniæ Chriſto ſubjectæ, 140. IX.
Britanni non omnes a Romanis ſubacti, 183. V.
Britanni ſemper habuerunt Reges, 183. VI.
Britannicarum rerum ſtatus ſub Commodo, 183. V.
Britanni, ut plurimum Quartadecimani, 198. VI.
Buri conſpirant cum aliis vicinis gentibus, 176. III.
Byzantii Chriſtiani lætati, 198. XX.
Byzantium obſidetur diu, & expugnatur a Severo Imperatore, *ibid.*

C

Cæcilia martyr Romæ ſub Alexandro, 232. XII.
Cæcilius presbyter Catechiſta S. Cypriani, 250. VI.
Cæcilius Capella perſecutor in Africa, 198. XX. 203. X.
Cælibatus frequens in primitiva Eccleſia, & magnæ gloriæ, 109. XXX.
Cæſarienſis bibliotheca. *Vide*, Bibliotheca.
Cæſarius martyr ſub Decio in Cappadocia, 254. XXXVI.
Caiani hæretici ex Valentino, 145. XVI.
Caiani invertunt ordinem, dicentes peccatum bonum, virtutem malum, 145. XVII.
Caianorum dogmata, *ibid.*
Cain laudatus, & Abel infamatus a Caianis, *ibid.*
Cain ſemen immiſſum in Arcam Noe, 145. XVIII.
Caii antiqui Theologi cum Proclo diſputatio, 215. I.
Caius Epiſcopus Hieroſolymitanus, 157. I.
Caius martyr Apameæ, ſub Marco, 173. XIII.
Caius presbyter excommunicatur a S. Cypriano, & quare, 253. LXXIII.
Caldonii conſilium maturum in recipiendis lapſis, 253. LXV.
Caldonius legatus a S. Cypriano iterum, 254. XXXV. LXXIV.
Calepodius martyr Romæ ſub Alexandro, 226. III.
Calices & alia vaſa in uſu ſacrificii ornata ſacris myſticiſque imaginibus, 216. XIV.
Calicis communicatio olim in uſu, 254. LIII.
Calimerus Epiſcopus Mediolanenſis, 122. II.
Callinicus martyr in Aſia cum aliis ſub Decio, 254. XXII.
Calliſtus Papa creatur, 221. II. Ejus acta, 226. VI.
Calliſti domus converſa in Eccleſiam, 226. III.
Calliſti Papæ decreta, 226. V.
Calliſti Eccleſia, Cœmeterium, & Sepulcrum, 226. VI.
Calliſtratus Jure conſultus ſub Alexandro, 225. I.
Calvariæ locus turpiſſime profanatus ab Hadriano, 137. VII.
Calocerus martyr cum ſociis Brixiæ ſub Hadriano, 122. II.
Calocerus martyr, cum Parthenio Romæ ſub Decio, 253. XXIX.
Calumniæ a Gentilibus ſparſæ in Chriſtianos de eſu humanarum carnium, & aliæ, 120. XXI. Diluuntur omnino, *ibid.* 150. III.
Calumniæ eorumdem de adoratione genitalium ſacerdotum, 211. III.
Calumnia eorumdem, dum obſtinationi tribuerunt, quod erat virtutis conſtantiæ, 179. XVII.
Calumniæ aliæ in Chriſtianos inferri ſolitæ, 143. IV.
Calumniæ de ingruentibus cladibus, 170. V.
Calumniæ eædem in Chriſtianos pariter reſtaurantur, 146. XXXII. 201. XXVI.
Calumnia in Victorem Papam, 196. IV.
Calumniæ conſuetæ hæreticorum, *ibid.*
Calumniæ illatæ olim in Judæos, converſæ poſtea in Chriſtianos, 201. XXVI.
Calumniæ ſparſæ in Cornelium Papam, 254. LXIII. LXXVIII.
Calumniatores divinitus percuſſi, 199. VII.
Cambyſes Rex occidit Apin deum Ægyptiorum, 123. I.

Candidus ſcriptor Eccleſiaſticus, 196. IV.
Canis everſor luminum, & cœna impudicitiæ, 120. XXXVI.
Canones Apoſtolici per Clementem collecti ac ſcripti, 102. XI.
Canones Apoſtolici quomodo apocryphi, *ibid.*
Canonum Apoſtolicorum numerus, & uſus, 102. XIV.
Canones qui nomine Apoſtolorum falſo irrepſerunt, 102. XV.
Canonum Apoſtolorum qui ſint authentici, 102. XV.
Canones ſolitos conſtitui ab Apoſtolis, 102. XVIII.
Canonicæ litteræ quæ ſint, 142. VII.
Canonizandi martyres antiquus uſus, 166. III. *Vide* Martyres.
Cantandi ter, Sanctus, antiquus in Eccleſia uſus, 142. XII.
Capella cognomento Cæcilius, 198. XX.
Capella Antiſtius magiſter Commodi Imp. 179. LVI.
Capellianus Præſes in Numidia, 238. VII.
Capita bubula, locus ſic dictus in Urbe, 121. II.
Capito Epiſcopus Hieroſolymorum, 157. I.
Capitolina Agonalia, nova Romæ inſtituta chronologia, 240. II.
Captivorum redemptio ſolicite procurata a Cypriano, 254. CIX.
Caput Tauri, regio in Urbe ſic dicta, 121. II.
Caracallus Imp. *Vide*, Antoninus Caracallus.
Carcere detenti Fideles ob confeſſionem fidei alebantur Agape Chriſtianorum, 201. XIV. Viſitabantur magna frequentia, 254. XII. Sacerdotes clandeſtina apud illos offerebant ſacrificia, 253. XXXIX.
Cardinales qui dicti, & unde nomen, 253. XCV.
Cardinales diaconi ſeptem in Eccleſia Romana, 112. IX.
Carnis peccata licita penes Baſilidianos, 120. XVIII.
Carnem fœturam mali principii dicebant hæretici, 146. X.
Carnis propagationem vetuit Marcion, 146. XI.
Carnium humanarum eſus apud Carpocratianos, 120. XVIII.
Carnium humanarum eſum objectare ſolebant Gentiles in Chriſtianos, 179. VIII. *Vide*, Calumniæ.
Carnale genus hominum, ex Valentino, 145. III.
Carnificina Martyrum Lugduni ſub Marco, 179. III.
Carpocras hæreſiarcha quando prodiit, 120. XXIV.
Carpocras ſordidiſſimus omnium hæreticorum, 120. VII.
Carpocratis hæreſes, 120. XXIV.
Carpocratianorum ſynaxes infamiſſimæ, 120. XXVI.
Carpocratiani magno detrimento Chriſtianæ religionis ſe Chriſtianos nominabant, 120. XXXV.
Carpocratianorum ſymbolum, 120. XXXVII.
Carpocratianorum cultus imaginum qualis, 120. XXXVIII.
Carpocratianorum propago, *ibid.*
Carpocratis filius habitus Deus a Cephaleniis, 12. XXXIX.
Carpus martyr Pergami ſub Pio Imp. 154. III. 169. XXIII.
Carthaginenſes deriſores monachorum male mulctati, 197. X.
Carthaginenſes a Severo Imp. multa ſunt conſecuti, 210. III.
Carthaginenſis Eccleſiæ ſplendor, 254. CIX.
Carthaginenſis Eccleſiæ presbyteri quinque Cypriano infenſiſſimi, 253. XXXI.
Caſſianus Epiſcopus Hieroſolymorum, 157. I.
Caſſianus Encratita hæreticus, 174. XII.
Caſſianus auctor hæreticorum Docitarum, 191. III.
Caſſiodori error de tempore Apologiæ Juſtini, 142. XIII.
Caſſiodori error de Conſulatu Antonini, 160. I.
Caſſius Epiſcopus Tyri, 198. XIV.
Caſſius tyrannus inſurgit in Marcum Aurelium, 164. III.
Caſſius crudelis in milites, 177. VI.
Caſſius excogitavit horrenda mortis genera, *ibid.*
Caſſius occiditur, 177. I.
Caſtellum ligneum in funere Imperatorum, 213. VIII.
Caſtitas vera reperta tantum in Chriſtianis, 234. XIII. Longeque præſtantior quam continentia philoſophorum, *ibid.*
Caſtitati omnia poſthabent Chriſtiani, 201. XXXII.
Caſtitas vera quæ, 120. XVIII.
Caſtitas peculiaris virtus Chriſtianorum, 179. XLVI.
Caſtitas a Chriſtianis egregie culta, 120. XXXIV.
Caſtor Agrippa ſcriptor Eccleſiaſticus, 120. IX.
Caſtrari rogat adoleſcens Chriſtianus Præſidem Alexandriæ, 120. XXXIII.
Caſtratio vetita divino humanoque jure, 230. IV.
Caſtrans ſe excommunicatur, 230. V.
Caſtratio Origenis facta non ferro, ſed pharmaco, 230. IV.
Caſtratio Leontii vitioſa. *Vide*, Leontius.
Caſtratio. *Vide*, Eunuchus.
Cataphrygarum hæreſis quando exorta, 173. I.
Cataphrygæ omnes a Zephyrino Papa excommunicati, 215. IV.
Cataphrygæ. *Vide*, Montanus, Montaniſtæ.
Cathalogum antiquorum Scriptorum qui ſcripſerint, 109. LVI.
Catenæ Alexandri Papæ curant ægrotos, 132. II.
Catenæ Babylæ cum ipſo ſepultæ, 253. CXVIII.
Catenæ Ignatii nobiles, 109. XIV.
Catenis Pionius ac ſocii ſponte ſe vinciunt, ne viderentur negaſſe, 254. III.
Cathari, *Vide* infra, Novatiani.
Catholica Eccleſia ubi, 146. XXXIII.
Catholica Eccleſia veritatis ſchola, 146. XXII.
Catholica communicatio ex Formatis literis dignoſcitur, 142. VII.
Catholica Eccleſia illibata. *Vide*, Eccleſia Catholica.
Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, titulus vetus eſt Rom. Pontificis, 142. IV. *Vide*, Titulus, Pontifex, Papa, & Romana Eccleſia.
Catholicæ litteræ, quæ dicebantur, 142. VII.
Catholici dicti ſimplices a Valentino, 145. V.
Catholici quo ſigno diſcriminentur ab hæreticis, 146. XXI.
Catholicum nomen unde, 146. XXV.
Catholicum nomen nonniſi ex communicatione Romanæ Eccleſiæ conſequi aliquem poſſe, ratum firmumque apud antiquos omnes, 155. V. Ex ejus participatione quis Catholicus dicitur; eſt hæreticus qui cum illa non communicat, 167. V. *Vide infra*, Pontifex Romanus & Romana Eccleſia.
Catilius Severus vir doctiſſimus, 225. I.
Catulus Conſularis perſequitur Chriſtianos, 254. XXVI.

Cau-

Cauſam orandi certum tempus ad dicendum præfixum reo, & accuſatori, 138. IV.
Cedreni error arguitur de Philippo Imp. 246. VII.
Celadion Epiſcopus Alexandrinus creatur, 151. I. Obiit, 165. XV.
Celebratio natalitiorum ſanctorum martyrum, 169. XVI. *Vide*, Martyrum cultus.
Celerina Senior martyr in Africa, 253. XCI.
Celerinus confeſſor multa paſſus ordinatur a Cypriano 253. XC.
Celerinus alius confeſſor ſeductus a Novatiano, 254. LXVII. Reſtituitur ad Eccleſiam Catholicam, 254. CI.
Celerinus alius confeſſor ſolicitus pro ſorore lapſa, 253. LXIX.
Cellulæ ſeptuagintaduorum interpretum, 231. XXII.
Celſi, iidemque Gentiles, plures, 132. XVI.
Celſus Epicureus quis qualiſve, *ibid.*
Celſus exprobrat imperitiam Chriſtianorum, ſed refellitur ab Origene, 130. IX.
Celſus Epicureus procaciter inſultat in Chriſtianam religionem, 132. XVI. Ejus criminationes, objectiones, & calumniæ nullius momenti habitæ a Fidelibus, 132. XVIII.
Celſus in Judæos quoque oblatrat, 132. XVII. Quid de Judæis & Chriſtianis, *ibid.*
Celſus egregie confutatur ab Origene, 132. XVIII.
Celſi objectio de multitudine hæreſum in Eccleſia confutatur ab Origene, 146. XXVI.
Celſi calumnia de terræmotibus, quod evenirent culpa Chriſtianorum, 243. II.
Celſus Chriſtianus homo, licet laicus, docet in Eccleſia, 230. III.
Celſus Jure conſultus ſub Alexandro, 225. I.
Celtæ populi jam Chriſtiani antiquitus, 140. VII.
Cenones Montaniſtarum qui, 173. XXXII.
Cenſuræ diverſæ in Eccleſia. *Vide* Pœnitentia, Excommunicatio, Eccleſiaſtica diſciplina.
Cenſura Valeriano collata cum ampliſſima poteſtate, 253. CXL.
Cephalenii colunt Epiphanem hæreticum, ut Deum, 120. XL.
Cerdo Epiſcopus Alexandrinus, 100. XIX. 110. XX.
Cerdones duo, 100. XIX.
Cerdo hæreſiarcha, ejuſque hæreſis, 146. II. Ex qua ſchola prodierit, 146. III.
Cerdo quando venit Romam, *ibid.*
Cerdo Romæ recantat palinodiam, *ibid.* Ejus inconſtantia, *ibid.*
Cerdo iterum venit Romam, 155. II.
Cerdo reveritus eſt majeſtatem Romanæ Eccleſiæ, *ibid.*
Cerdo iterum exomologeſim Romæ facit, 155. III.
Cerdo agit Romæ ſub Aniceto, 167. V.
Cerealis familia Romæ nobilis, 138. IV.
Cerealis martyr Romæ ſub Hadriano, *ibid.*
Ceremoniæ Eccleſiaſticæ a temporibus Apoſtolorum, 109. LII.
Ceremoniæ recipiendorum pœnitentium, 216. XVII. *Vide*, Pœnitentes.
Ceremoniæ quibus Imperatores referebantur inter Deos, 213. IV.
Ceremoniæ. *Vide*, Eccleſiæ ritus.
Cerinthus docuit Poſt Carpocratem, 166. II. Ejus longa ætas, *ibid.*
Cervi in prœlio, & in pace leones, qui, 201. VI.
Chæremon Epiſcopus in Ægypto fuga lapſus amplius non inventus, 253. CVIII.
Chaldæi nominati interdum a Gentilibus Chriſtiani, 143. II.
Chariſmata in Eccleſia ſemper conſervata, 180. VIII.
Charitas Chriſtianorum. *Vide* Chriſtiani.
Charitina martyr Romæ ſub Marco, 165. I.
Chariton martyr Romæ ſub Marco, 165. I.
Chartæ uſus frequentior quam membranæ, 142. XI.
Cherſona civitas trans Pontum, 100. X.
Chiones contubernalis Plotini Romæ, 134. XV.
Chochibus dux Judæorum, 120. XIX.
Chorebus Præfectus martyr ſub Pio, 140. V.
Chronida commentarienſis martyr ſub Pio, *ibid.*
Chryſotelus martyr in Perſia ſub Decio, 254. XXV.
Chryſophora alumna Dionyſii Epiſcopi Corinthiorum, 175. XV.
Chriſtiana religio longe lateque mirifice propagata, locaque omnia Orbis implevit, 138. IV. 253. X.
Chriſtiana religio miraculis demonſtrata, & ſtabilita, 132. XVIII.
Chriſtiana religio ex perſecutione magis propagata, 104. IX. 203. XIII.
Chriſtiana religio exemplo invictæ conſtantiæ martyrum aucta, 203. XIV.
Chriſtiana religio attulit adiumentum collabenti Romano Imperio, 172. II.
Chriſtiana religio condimentum totius orbis, 179. XLVI.
Chriſtiana religio quas exſiccavit lacunas turpitudinum, 132. XI.
Chriſtiana religio longe locupletior factis egregiis, quam Gentilitas, 234. IV.
Chriſtiana religio cur abundet hæreticis, 146. XXVIII.
Chriſtiana religio cum magis infamatur, tum amplius nitet, 120. XXXVII.
Chriſtiana religio occaſione ſcelerum hæreticorum vehementer infamata, 120. XXIX.
Chriſtiana religio obmuteſcere fecit idola, 100. III.
Chriſtiana religio turpi imagine deriſioni expoſita, 201. XXIV.
Chriſtianæ religionis excellentia, 130. VIII.
Chriſtianæ fœminæ damnari ſolitæ ad lenones, 201. XXXIII.
Chriſtianorum perſecutio.
Chriſtiani e numero bonorum a Gentilibus rejecti, 100. IX.
Chriſtiani cur ab Imperatoribus qui probi viſi ſunt, perſecutionem paſſi, 100. XVIII.
Chriſtiani in Aſia a Plinio Proconſule vexati, 104. I.
Chriſtiani cives Romani Romam ad ſupplicium mittebantur, 104. II.
Chriſtiani ſponte ſe offerentes martyrio, 104. IX. 123. IV. 164. XX.
Chriſtiani injuria mendaces habiti, 114. III.
Chriſtiani qui ex Judæis prognati erant, gravius ſunt vexati, 120. V.
Chriſtiani infamati ex factis hæreticorum, 167. IV.
Chriſtianos cum ſe dicerent Gnoſtici, horribilia ſcelera perpetrabant, 120. XXIX.
Chriſtiani a Judæis gravia paſſi, 130. IV.
Chriſtiani ubique terrarum quæruntur ad necem, 137. IV.
Chriſtiani dicti Biothanati, 138. V.
Chriſtiani ſub Traiano vexati, 100. VI. IX.
Chriſtiani ſub Hadriano vexati, 120 V.
Chriſtiani ſub Antonino Pio vexati, 140. VI. 143. I.
Chriſtiani ſub Marco vexati, 179. I. XLIV.
Chriſtiani vexati ſub Severo, 200. VIII. 201. XXXIX.

Chriſtiani ſub Alexandro vexati, 126. III.
Chriſtiani ſub Julio Maximino vexati, XII.
Chriſtiani ſub Decio afflictati, 253. VII. XV.
Chriſtiani exagitati calumniis a Gentilibus, 143. IV. 154. VII. 164. II. 170. V. 179. II. 200. VIII. 234. XII.
Chriſtiani nominati perturbatores Reipublicæ, 164. IX.
Chriſtiani ſimplices nominati, 145. V.
Chriſtiani dicti novi homines, 163. X.
Chriſtiani dicti inertes a Gentilibus, 201. XXXIV.
Chriſtiani, ut foras pellerentur, acclamabatur in ſacris Gentilium, 145. XV.
Chriſtianis objici ſolita mala cuncta, quæ evenirent, 170. IV.
Chriſtiani in Aſia, edictis Proconſulis vexati, 254. XXIV.
Chriſtiani abſque novo edicto jure antiquo Romanorum neci dabantur, 104. IV.
Chriſtiani rei conſtituti criminis immaniſſimi, 154. VI.
Chriſtiani petebantur ad leonem, 143. III.
Chriſtiani ſpoliati bonis, 171. III.
Chriſtiani cum benefacerent, nullæ illis gratiæ, ſed ea ſunt tributa diis Gentium, 176. XXVI.
Chriſtiani deterioris conditionis, quam rei majeſtatis, 177. IV.
Chriſtiani mirifice aucti numero, 177. V.
Chriſtiani Prophetarum vetiti lectione a Marco Imperatore, 178. V.
Chriſtiani locis publicis interdicti, 170. IV.
Chriſtiani obſtinati, non conſtantes, habiti a Gentilibus, 104. II. 179. XXIX.
Chriſtiani ceteris hominibus deteriores habiti, 170. XL.
Chriſtiani rei majeſtatis habiti, 200. VI. Dicti hoſtes Imperatoris, *ibid.* 203. V.
Chriſtiani deriſi imagine Aſini a Gentilibus, 201. XXII.
Chriſtianis obiici ſolita, quæ erant Judæorum, 201. XXXIV.
Chriſtianis ſolita irrogari ſupplicia, 201. XXXII.
Chriſtianis detrahere ſolitas turpes perſonas, cur ita, 201. XXXV.
Chriſtiani cum occiduntur, magnum affertur detrimentum Reipub. *ibid.*
Chriſtiani cogebantur jurare per Genium Imperatoris, 202. V.
Chriſtiani in ſepulcris patiuntur injuriam, 203. X.
Chriſtiani cum inquiruntur, quamplurimi deteguntur, 203. XIII.
Chriſtiani augentur numero, cum perſecutionem patiuntur, *ibid.*
Chriſtiani non derelinquuntur a Deo, cum tentantur, 204. XI.
Chriſtiani redimebant, cum liceret, pacem pecunia, 205. XVII.
Chriſtiani occiſi numquam relicti inulti, 214. IV.
Chriſtiani coguntur ab Elagabalo, ut colerent deum ſuum, 220. IV. 221. I.
Chriſtiani erunt omnes, reſpondit Oraculum, 224. II.
Chriſtiani Romæ litigant cum Popinariis pro loco Tabernæ meritoriæ, 224. IV.
Chriſtianorum cauſa fieri terræmotus, obiectabant in eos Gentiles, 243. II.
Chriſtiani a Gentilibus habiti infames, 201. XXVI.
Chriſtiani populari tumultu exagitati, 252. II.
Chriſtiani extorres perire in deſerto, 253. CVIII.
Chriſtiani a perſecutoribus tentati deliciarum illecebris atque libidine, 253. CXII.
Chriſtianorum conſtantiam in tormentis Dæmones admirati, 179. XXVIII.
Chriſtianum nomen ubi primum inventum, 102. XIX.
Chriſtianum nomen crimini vertebatur, 100. XVIII. 170. XLI. 204. XI. Abolevit Hadrianus nominis injuriam, ſtatuens non ob nomen, ſed ob delictum accuſari licere Chriſtianos, 128. IV.
Chriſtianum nomen potentiſſimum, 175. XXVII.
Chriſtianum nomen ob hæreticos infame redditum apud Gentiles, 167. IV. 175. XXVII 201. XXVI.

Chriſtianorum mores.

Chriſtiana quævis Eccleſia longe præſtantior moribus quovis Senatu, & conventu philoſophorum, 125. I.
Chriſtiani qui qualeſve futuri eſſent, a Sibylla deſcripti, 143. II.
Chriſtiani agunt conventus antelucanos, 104. IV.
Chriſtiani juramento ſe obligabant vitæ innoxiæ, *ibid.*
Chriſtiani caſtitatis amantiſſimi, 120. XVIII. XXXIII.
Chriſtiani numquam mentiri, ſed vera prædicere ſoliti, 114. III.
Chriſtiani exhorrebant ſpectacula, *præcipue ſanguinis*, 120. XXXIV. 206. IV.
Chriſtiani vitam ducebant ex inſtitutione divinæ ſapientiæ, 120. XXXIV.
Chriſtiani longe moribus præſtantiores philoſophis, 125. III. 130. VIII.
Chriſtiani effecti eruditiſſimi viri ob illorum vitam incomparabilem, 130. VIII.
Chriſtiani in patiendo hilares, 150. VII.
Chriſtiani pravos mores Orbis ubique corrigunt, 175. XXI.
Chriſtiani numquam fuerunt tyranni, vel ſocii tyrannorum, 177. IV.
Chriſtiani conſtantiſſimi, & optimis moribus imbuti, 179. XXIX. In quo etiam longe ſuperabant Gentiles, 179. XLVI.
Chriſtiani detenti in carcere alebantur Agape Chriſtianorum, 201. XIV. Magna cura de illis haberi ſolita, 253. XL.
Chriſtiani probati caſtiſſimi etiam teſtimonio Ethnicorum, 201. XXXIII.
Chriſtiani ſpernebant unguenta, niſi ad mortuorum unctionem, 201. XXXIV.
Chriſtiani utiliſſimi Reipublicæ, 201. XXXIV.
Chriſtiani libentiſſime pendebant vectigalia atque tributa, 201. XXXIV.
Chriſtiani reſpuebant Gentilium pravos mores & ſuperſtitiones, cætera vero ſectabantur, 201. XXXIV.
Chriſtiani innocentiſſimi, 201. XXXV.
Chriſtiani ſoliti detrudi in carcerem ob nomen tantum, non autem ob crimen aliquod, 179. XLIII.
Chriſtianorum ſingulorum mores exquiri ſoliti in conventu publico, 224. VI.
Chriſtiani Imperatores primi purgaverunt Urbem fæce pravorum morum, 227. I.
Chriſtiani rudes moribus præſtant philoſophis, 234. XII.
Chriſtiani cum aliis virtutibus, tum præcipue pollent caſtitate, 234. XIII.
Chriſtiani propenſiori cura ſunt erga carceratos fratres, 253. XXXIX.
Chriſtiani adoleſcentis conſtantia præcidentis ſibi linguam, & projicientis in ſcortum, 253. CXIII.

Chri-

Chriſtianos ritus male imitari Gentiles in ſacris Iſidis, 183. VII.

Chriſtianorum mores corrupti.

Chriſtiani non omnes iiſdem imbuti moribus: ob vitæ diſciplinam corruptam lapſi quamplurimi; 104. III.
Chriſtiani complures, more Gentilium, exornabant poſtes, & accendebant lucernas: ex eis unus punitus divinitus, 200. V.
Chriſtiani adeuntes ſpectacula a Deo puniti, 201. XXXVI.
Chriſtiani mores relaxati tempore pacis Eccleſiæ, qui qualesve eſſent, 253. VIII.
Chriſtiani apoſtatæ a fide tempore perſecutionis, 253. XVI. Eorumque mores. *Vide*, Lapſi, Apoſtata.
Chriſtiani confeſſores lapſi in fornicationem. *Vide*, Confeſſores.
Chriſtiani confeſſores lapſi in ſchiſma. *Vide*, Confeſſores.
Chriſtiani lapſi in apoſtaſiam, ſchiſma, vel hæreſin, & qualibus eſſent moribus teterrimis comparati. *Vide*, Apoſtata, Schiſmatici, Hæretici.
Chriſtianus ex conſule factus Apoſtata, quam turpis effectus, 183. VII.

Chriſtianorum ordines, officia, & exercitia.

Chriſtiani diverſi ordinis atque ſtatus in Eccleſia, 170. VIII.
Chriſtiani quamplurimi militabant, 108. II.
Chriſtiani milites in expeditione Marcomannica precibus liberant exercitum periclitantem, 171. VI. 175. I. 176. VI.
Chriſtiani milites quale præſtarent juramentum militiæ. *Vide*, Juramentum.
Chriſtiani obtinere poterant magiſtratus, 177. VII.
Chriſtiani jurabant Principibus fidelitatem, 169. IX.
Chriſtiani frequenter orare ſolent pro Imperatoribus, 177. IV. 179. XLVIII. 200. VI.
Chriſtiani eadem exercitia, & opificia exercere ſoliti, quæ Gentiles, abſtinentes a ſuperſtitione & pravis eorum moribus, 201. XXXIV.
Chriſtiani Gentiles obſeſſos a Dæmone liberabant, 201. XXXV.
Chriſtiani inter loquendum ſoliti incutere timorem Gentilibus de futuro judicio, 178. VI.
Chriſtiani eruditi publice profitebantur philoſophiam, audientibus Gentilibus, 234. VI.
Chriſtiani utiliter addiſcebant ſæculares ſcientias, & alios eas docebant, 234. VIII. 234. IX.
Chriſtiani miniſtrabant in Palatio Imperatoribus, 237. IV.

Chriſtiani ritus, & cultus.

Chriſtiani non habuerunt ad ſacra facienda templa more Gentium, ſed Eccleſias; differentia inter has voces, 211. V.
Chriſtiani extra Urbem ſepeliri ſoliti, 226. VII. Quando cœpti ſepeliri intra Urbem, 226. XII.
Chriſtiani quolibet die Dominico convenire ſoliti ad Synaxes. *Vide* Dominicum.
Chriſtiani ornare ſoliti Eccleſias frondibus atque lucernis, 200. V.
Chriſtiani corpora defunctorum unguentis condire ſoliti, 201. XXXIV.
Chriſtiani qui pallio utebantur. *Vide infra*, Pallium, Veſtis.
Chriſtiani induebantur veſtibus ſimilibus reliquis hominibus, 197. VIII.
Chriſtophorus martyr in Lycia ſub Decio, 254. XXII.
Chriſtiani. *Vide*, Chronologia, & Anni.
Chriſtum hæretici ſic prædicant, ut deſtruant, 120. X.
Chriſtum crucem paſſum negabant Baſilides, & alii hæretici, *ibid.*
Chriſtum adverſarium Deo Judæorum eſſe, blaſphemabant Saturninus, & qui ab eo deſcenderunt, hæretici, 120. XXIII.
Chriſtum divinitate Carpocras exuebat, 120. XIV.
Chriſtum paſſum memoria recolendum in ſacrificio Miſſæ, 132. II.
Chriſtum ubique in Eccleſia regnantem admiratus eſt orbis, 140. IX.
Chriſtum vera carne Marcion, & Manichæi privabant, 146. X. *Vide*, Marcion.
Chriſtum duxiſſe carnem e cælo, dixit Apelles, 146. XVII.
Chriſtum aſini effigie pinxerunt Gentiles in ignominiam Chriſtianæ religionis, 101. XXII.
Chriſtum negans arripitur a Dæmone, & linguam ſibi dilaniat, 254. LII.
Chriſtum negantes. *Vide* Lapſi.
Chronidas commentarienſis cum ſociis martyr in Oriente ſub Antonino Pio, 140. V.
Chronion cognomento Eunus, martyr Alexand. ſub Decio, 253. CIV.
Chronologia Agonalium Capitolinorum, 240. II.
Chronologia annorum Chriſti ex Irenæo, 146. II.
Chronologia annorum Chriſti ex Juſtino martyre, 142. XIII.
Chronologia annorum Chriſti ex Tertulliano, 146. I.
Chronologia annorum Rom. Pontificum per Conſules mendax, 158. I.
Chronologia annorum Imperatorum certior reddita, 126. I.
Chronologia auctoris certior reddita ex Clemente Alexandrino, 194. IV.
Chronologia auctoris plurimis teſtificationibus comprobata, 253. II.
Chronologia Cenſorini, 240. I.
Chronologia per Olympiades, *ibid.*
Chronologia ab Urbe condita, *ibid.*
Ciborum delectus ſacrilegus ex Marcione, 146. XII.
Ciborum delectus qui ſuſpectus, 187. I.
Ciceronis libros adverſus deorum cultum comburendos eſſe dictitabant Gentiles, 143. III.
Cicuta adhibita ad conſequendam caſtitatem, 234. XII.
Cincius Severus Præſes conſuluit Chriſtianis, 108. XI.
Cineres ſanctorum martyrum projecti in flumen, 179. XXV.
Circuitus Petri, liber qualis, 102. XXI.
Circulares litteræ quæ, 142. VIII. Scriptæ a Clero Romano, ſede vacante, 253. XXXIV.
Cittinus martyr cum ſociis Carthagine ſub Severo, 202. II.
Clades divinitus immiſſæ ob necem Chriſtianorum, 154. III.
Clades quæcumque adſcribi ſolitæ Chriſtianis, quod Deos non colerent. *Vide*, Calumniæ.
Clades Romani Imp. ſub Gallieno. *Vide* Rom. Imp.
Clarus Epiſcopus Ptolemaidis, 198. XIV.
Claudia conjux Philippi Præfecti Auguſtalis, 204. VI.
Claudianus martyr in Lycia cum ſociis ſub Decio, 254. XXII.
Claudius gener Marci Aurelii Imp. 175. I.
Claudius latro inſignis in Palæſtina, 199. III.
Claudius Venatus inſignis orator ſub Alexandro, 225. I.
Claudius Proconſul in Cappadocia, 203. X. A vermibus conſumptus, *ibid.*
Claves Eccleſiæ Novatianus hæreticus negabat, 254. CVI.

Clear-

Clearchus juſſu Commodi occidit Perennem, 189. 190. IV.
Clemens Papa exultat ſub Traiano, 100. XI.
Clemens Papa cognatus Imperatoris, 102. XXI. Ejus doctrina excellens, *ibid. Vide*, Clementis.
Clemens Alexandrinus Athenis natus, 196. XXIII.
Clemens Alexandrinus epitomen ſcripſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, 196. XXVII.
Clemens Alexandrinus fidelis cuſtos traditionum 185. IV.
Clemens Alexandrinus quid ſenſerit de fuga tempore perſecutionis, 205. XII.
Clemens Alexandrinus quando claruit, 196. XXII. ejus præconia, *ibid.*
Clemens Alexandrinus in ſchola Origenem habuit ſucceſſorem, 196. XXV.
Clemens hiſtoricus, 196. XXIV.
Clemens philoſophus Platonicus Gentilis, 109. LIII.
Clementis Alexandrini ſcripta apocrypha, 196. XXVI.
Clementis Alexandrini ſcripta depravata ab hæreticis, *ibid.*
Clemens Papa in exilium mittitur, 100. XI.
Clementis Papæ Acta, 100. XI. Ejus miraculum, *ibid.*
Clemen is Papæ opera Ibæri credunt, *ibid.*
Clementis Papæ martyrium, 102. I.
Clementis Papæ miracula poſt mortem, 102. IV.
Clementis Canones Apoſtolorum, 102. X. Cujus fidei, 102. XI. Quot ſint, 102. XIV.
Clementis Conſtitutiones Apoſtolorum, 102. IX.
Clementis Papæ decreta, 102. V.
Clementis doctrina Apoſtolorum, 102. VIII.
Clementis Papæ ſcripiæ epiſtolæ, 102. VI.
Clementis Papæ Epitome, 102. XXII.
Clementis Itinerarium, 102. XXI.
Clementis Miſſa, 102. XXIII.
Clementis nomine multa ſuppoſita, 102. VIII.
Clementis Recognitiones, 102. XXI.
Clementis ſedis vacatio, 102. XXIV.
Clericæ litteræ quæ, 142. X.
Clerici collegæ dicti Epiſcoporum, 253. XXVII.
Clerici habitare non debent cum fœminis, 253. XLIII.
Clerici indumentum erat Caracalla, 213. X.
Clerici recedentes ab Eccleſia ſine licentia Epiſcopi, etiam tempore perſecutionis, Eccleſiaſtica cenſura plectendi, 253. LXXIV.
Clerici Romanæ Eccleſiæ injuſte calumniam paſſi de Tertulliano, & a Tertulliano, 201. VII.
Clerici Romanæ Eccleſiæ, ſede vacante, univerſalis Eccleſiæ curam ſuſcipiunt ex munere, 253. XXV. XXVI. XXXI.
Clerici Romanæ Eccleſiæ de obitu Fabiani Papæ ſcribunt litteras ad omnes Eccleſias, 253. XVII.
Clerici Romanæ Eccleſiæ docent verbis, & exemplo univerſam Eccleſiam, 253. XXVIII.
Clerici Romanæ Eccleſiæ dant litteras ad Africanam Eccleſiam, eædemque ubique promulgatæ, 53. LXXXVII.
Clerici Romanæ Eccleſiæ quantum tribuat Cyprianus, 253. LXVIII. LXXI.
Clerici Romanæ Eccleſiæ ſcribunt ad Cyprianum, 253. LXX.
Clerici Romanæ Eccleſiæ tenaciſſimi antiquæ diſciplinæ, 255. LXXVI.
Clerici Romanæ Eccleſiæ, vacante ſede, dant litteras ad omnes Eccleſias, 253. LXXVII.
Clerici Romanæ Eccleſiæ, ſede vacante, præſcribunt leges univerſæ Catholicæ Eccleſiæ, *ibid.*
Clericorum Romanæ Eccleſiæ conſtantia in deligendo Pontificem tempore majoris perſecutionis, 254. XLII.
Clericorum Romanæ Eccleſiæ modeſtia in non deligendo Pontificem abſque fratribus, 253. XXV.
Clericorum Romanæ Eccleſiæ numerus, 254. LXX.
Clodius Balbinus Imperator, 195. VI.
Clodius Balbinus Imperator occiditur a militibus, *ibid.*
Coddiani Gnoſtici hæretici, 110 XLI.
Codratus martyr Corinthi ſub Decio, 254. XXVI.
Cœmeteria, nomen unde, 226. VII.
Cœmeteria Urbis quot, ubi, & eorum nomina, *ibid.*
Cœmeteria cujus eſſent ſtructuræ, 130. II. Deſcripta quoque a S. Hieronymo, & Prudentio, 226. X.
Cœmeteria frequentare ſolebant precum cauſa Chriſtiani, 226. XII.
Cœmeteria inviſebat quolibet die Dominico S. Hieronymus, 226. X.
Cœmeterium Priſcillæ deſcribitur, 130. II.
Cœnæ Thyeſteæ calumnioſe tributæ Chriſtianis, 120. XXXIV. *Vide*, Calumniæ.
Colarbaſius hæreticus, 175. XXIII. XXXIII.
Collecta pecuniarum a Cypriano indicta pro redemptione captivorum, 254. CIX.
Collega, nomen quid ſignificet, & quo modo uſurpari ſolitum Eccleſiaſtice, 253. XXVII.
Columna cochlis erecta a Traiano, 106. I. Super eam ſtatua S. Petri, 106. II.
Columna Antoniana conſervat memoriam victoriæ Marcomannicæ opera Chriſtianorum obtentæ, ſuperque eam ſtatua S. Pauli, 176. XXVIII.
Comanæ Civitati in Ponto datus Epiſcopus Alexander Carbonarius, 233. XXV.
Comes officiorum, magiſtratus, 100. XI.
Commodus Cæſar filius Hadriani moritur, 138. III.
Commodus filius M. Aurelii Conſul ſimul, & Imperator creatus, 178. I.
Commodus moribus depravatus, 179. LVI.
Commodus quos habuit magiſtros, *ibid.*
Commodus poſt patrem imperat, 182. I.
Commodus deterior Nerone, & Caio, 182. II.
Commodus a Deo regnare permiſſus ultor ſanguinis Chriſtiani, 182. III.
Commodus bene habuit Chriſtianos, 182. IV.
Commodus expilat templa deorum, 182. V.
Commodus Iſidis cultor, 183. VII.
Commodus initiatur ſacris Iſidis, 183. VIII.
Commodus ſtrangulatur, 194. III.
Commodus relatus inter deos, *ibid.*
Commodo dicatum templum & inſtitutum eſt ſacerdotium, 194. III.
Compedum foramina ad cruciandum parata, 253. CXVI.
Communicatio Catholica per litteras formatas exhiberi ſolita, 142. VII.
Communicatio etiam impartiri abſentibus ex miſſione Euchariſtiæ, 198. XIII.
Communicatio tantum laica danda lapſis clericis, 254. XCI.
Communicatoriæ litteræ, quæ eſſent, 142. VII.
Communicatione cum Romana Eccleſia quis oſtenditur eſſe Catholicus, 253. LXXXVI.
Communicatione excludi Romanæ Eccleſiæ eſt hæreticum conſtituere, 253. LXXXVI. *Vide*, Eccleſia Romana,
Communis, ſeu Vulgata editio, quæ olim, 231. XXXIX.
Communis editio antiqua quo modo exolevit, 231. XLVI.
Communis editio diverſi generis, 231. XLI.
Communis editio noſtra ex Veteri Novaque conflata, 231. XLVIII.
Communis editio noſtra ex quibus conſtet, *ibid.*

Com-

Communis editio Novi Teſtamenti monſtratur eſſe S. Hieronymi. *Vide*, Editio.
Concilia in Aſia, & Græcia tempore Commodi Imperatoris multa celebrata, 173. XIX.
Concilia cogi arbitrio Romani Pontificis, 198. VII.
Concilia abſque auctoritate Romani Pontificis nihil ſolita definire, 173. XIX.
Concilia diverſarum Eccleſiarum occaſione temporis Paſchatis, 198. II. VI.
Concilia Africana celebrata ſub Agrippino Epiſcopo Carthaginenſi, 217. IV.
Concilium Africanum adverſus Privatum hæreticum, 242. II.
Concilium Africanum ſub Cypriano tempore Cornelii Papæ, 254. LXXXII.
Concilium Africanum ſcribit ad Cornelium Papam, 254. XCII.
Concilium Antiochenum Apoſtolorum, 102. XIX.
Concilium in Arabia adverſus Beryllum Boſtrorum Epiſcopum ſub Gordiano Imp. 229. II.
Concilium in Arabia adverſus negantes immortalitatem animæ, 249. VI.
Concilium in Aſia celebratum in cauſa Paſchatis, 198. VIII.
Concilium in Gallia in cauſa Paſchatis, 198. VIII.
Concilium in Palæſtina de tempore Paſchatis, 199. V.
Concilium in Palæſtina ſub Theophilo Epiſcopo Cæſarienſi, jubente Victore Papa, 198. I.
Concilium in Ponto, 198. VII.
Concilium Romanum ſub Victore Papa, 198. VI.
Concilium Romanum celebratum vacante ſede, 253. LXXVIII.
Concordius Presbyter mart. Spoleti ſub Marco, 175. VII.
Confeſſores ſuperbi lapſi in fornicationem, 253. XLI.
Confeſſores Romani clerici decepti a Novatiano lapſi in ſchiſma, 254. LVIII. LXVI.
Confeſſores ſchiſmatici reſipiſcunt, & pœnitentes a Cornelio recipiuntur, 254. XCVII.
Confeſſores ſchiſmatici quid profitentur ante Cornelium, 254. C.
Confeſſorum littera de ſua reſipiſcentia, 254. CII.
Confeſſores ſoliti ſcribere litteras de lapſis ad epiſcopos, 253. LIV.
Confeſſoriæ litteræ quæ, 142. IX.
Confeſſores quidam incauti in danda pace lapſis, *Vide*, Lapſi.
Confiteri peccata ſua Philippus Imperator jubetur, 246. IV.
Conjugium reſpuit Marcion, 146. XI.
Conon martyr Pergæ Pamphiliæ ſub Decio, 254. XXII.
Conſecrandi aliquem in Deum ritus, 142. I.
Conſiſtorium idem quod presbyterium, 254. XCIX.
Conſtantiam Chriſtianorum, obſtinationem eſſe dixerunt Gentiles ſapientes, 179. XXVII.
Conſtantiam Chriſtianorum in tormentis Dæmones admirati, 179. XXVIII.
Conſtantini in Decium invectiva, 254. XLIX.
Conſtantius Peruſiæ Epiſcopus martyr ſub Marco, 175. VII.
Conſularis apoſtata, 183. VII.
Conſulatus ſuffecti, ut numerarentur cum ordinariis, Severus Imp. inſtituit, 205. I.
Conſulatus inverſi in Faſtis reperiuntur, 112. I. 117. V. 126. I.
Conſules ordinarii aperiunt annum, & adſcribuntur Faſtis, 101. I.
Conſules ſuffecti, & allecti qui, 240. II.
Conſulum iterum creatorum prærogativa, 175. I.
Conteſtatio Irenæi ſuis ſcriptis ab ipſo appoſita, 175. XXXIV.
Continentia vera in quo ſita, 120. XVIII.
Conventus Chriſtianorum habiti ſunt a Gentilibus conjurationes, 104. III.
Conventus Chriſtianorum vetiti a Traiano, 100. VIII.
Cornelius Antiochenus Epiſcopus creatur, 131. I. Moritur, 143. I.
Cornelius Clementis diſcipulus, 102. III.
Cornelius martyr Lugduni ſub Marco, 179. XXXV.
Cornelius Papa electus in Pontificem, 254. XLI. Quo modo fieri contigit, 254. XLII.
Cornelius Papa virtutibus ornatus, 254. XLVI.
Cornelius Papa quando electus, *ibid.*
Cornelius Papa ſcripſiſſe dicitur epiſtolam de tranſlatione corporum Apoſtolorum, 222. VI.
Cornelius Papa urgetur calumniis, 254. LXIII.
Cornelius Papa quo modo reſtituit in Eccleſiam Trophimum Epiſcopum lapſum, *ibid.*
Cornelius Papa ſcribit ad Cyprianum de Novato redeunte in Africam, 254. XCVI.
Cornelius Papa accipit litteras a Concilio Africano, 254. XCII.
Cornelius Papa reſtituit lapſos confeſſores ſchiſmaticos pœnitentes, 254. XCI.
Cornelius Papa ſcribit litteras de reſtitutione lapſorum, *ibid.* 254. CI.
Cornelius Tacitus arguitur mendaciſſimus, 202. XXII.
Corona martyr Damaſci ſub Pio, 154. III.
Coronam geſtare noluit miles Chriſtianus, 201. II.
Coronam militi Chriſtiano an geſtare licuerit, 201. XVI.
Coronati martyrio dicebantur, qui aliquid in corpore paſſi eſſent, licet nondum martyrium conſummaſſent, 253. LIV.
Coronare portas more Gentilium, vetitum eſſe Chriſtianis, 200. V.
Cortinæ regiæ pro titulo, 112. V.
Cornutus collega Plinii in Conſulatu ſuffecto, 103. I.
Creatorem, & creaturam Marcion execratur, 146. XI.
Creaturæ benedictione ſanctificandæ, 131. III.
Credula martyr in Africa cum ſociis ſub Decio, 253. LII.
Creſcens Cynicus oblatrat in Chriſtianam religionem, 164. X.
Creſcens Cynicus qualis moribus, 164. XI.
Creſcens Cynicus confutatur a Juſtino, *ibid.*
Creſcens Cynicus indignus nomine philoſophi, 164. XII.
Creſcens Cynicus machinatur necem Juſtino, 164. XIII.
Creſcens filius Symphoroſæ martyr Tiburi ſub Hadriano, 138. IV.
Creſcens epiſcopus martyr in Gallia ſub Traiano, 118. VII.
Crimina obiici ſolita a Gentilibus in Chriſtianos. *Vide*, Calumniæ.
Crocus comes ſancti Ignatii, 109. IX.
Cruciamentorum genera diriſſima. *Vide infra*, Tormenta, Martyres.
Crucifixio ſolita fieri in terra deorſum, 254. XIX.
Crucifixorum decem millia martyrum ſub Traiano, 108. I.
Crucis titulo res Deo dicantur, 112. VI.
Crucis ſigno Gregorius Thaumaturgus expugnat templum idolorum, 253. CXXXV.
Crucis ſigno mira ſunt perpetrata, 253. CXXV.
Crux, & quæ ex cruce ſunt, eſſe impedimento magiæ, 218. III.

Crux, clavi, ſparta adhibita pro remedio quartanæ febris, *ibid.*
Cryptæ delectæ ad ſepulturam Fidelium: unde mos iſte, 226. VIII.
Cultus reliquiarum ſanctorum martyrum. *Vide*, Martyres, Reliquiæ,
Cultus SS. Martyrum, *ibid. Vide*, Martyres.
Cuſtodes milites Ignatium male habent, 109. VII. XIV.
Cybalis ſimulacrum tranſlatum in Palatium, 220. IV.
Cynicorum mores quales, 164. XI.
Cynici philoſophi infenſiſſimi Chriſtianis, 164. X.
Cyprianus orator celebris, adhuc Gentilis uxorem, & filios habuit, 250. XI.
Cyprianus laicus, & Gentilis orabat cauſas, 250. VII.
Cyprianus Carthagine florentiſſime docuit, 250. V.
Cyprianus antequam Chriſtianus efficeretur, qualis, 250. VII.
Cyprianus cum baptizatur, mutatur in virum alterum, 250. IX.
Cyprianus baptizatus renunciat omnibus, 250. X.
Cyprianus habuit catechiſtam Cæcilium, ex quo & cognomen accepit, 250. VI.
Cyprianus renunciat eloquentiæ, 250. XII.
Cyprianus interdum priſtinæ eloquentiæ ſigna quædam demonſtrat, *ibid.*
Cypriani eloquentia qualis, *ibid.*
Cyprianus ordinatur Epiſcopus Carthaginenſis, 250. I.
Cyprianus quo anno fuit electus, 250. I. Cui ſucceſſit, 250. II.
Cyprianus quo modo dicatur prædeceſſorem habuiſſe Agrippinum, 250. III.
Cyprianus deriſus a Gentilibus, & ab illis Coprianus appellatus, 250. V.
Cyprianus quo modo repente Theologus inſignis evaſit, 250. XI.
Cyprianus aſſueverat lectioni Tertulliani, 216. XI.
Cyprianus tempore perſecutionis ad leonem petitus, 253. XXX.
Cyprianus tempore perſecutionis, ſe ſubduxit, *ibid.*
Cyprianus abſens proſcriptus eſt, *ibid.*
Cyprianus e latebris ſæpe ſcribit ad ſuos, 253. XXXVI.
Cypriani fuga ex divino conſilio, & juſſu, *ibid.*
Cyprianus accuſatus quod fugiſſet, purgat ſe apud Clerum Romanum ſcriptis litteris, 253. XXXVII.
Cyprianus e latebris diligenter curat Eccleſiam Carthaginenſem, *ibid.*
Cyprianus ſolicitus pro pauperibus, ne quid illis deſit, 253. XXXVIII.
Cyprianus ſolicitus de ſepultura martyrum, 253. XL.
Cyprianus auctor libri de Singularitate clericorum, 253. XLV.
Cyprianus diſpenſat votum ſimplex caſtitatis, 253. XLVI.
Cyprianus perſecutionis tempore hortatur ſuos ad jejunia, & orationes, 253. XLVII.
Cyprianus divinitus admonitus prædicit pacem, 253. XLVIII.
Cyprianus hortatur litteris confeſſores in carcere poſitos, 253. XLVII.
Cyprianus adverſatur libellis a martyribus inconſulto datis, 253. LVIII.
Cyprianus conſulit Clerum Romanum, cujus arbitrio omnia facit, *ibid.* 253. LXVIII.
Cyprianus in latebris ordinat Clericos, 253. LXXII.
Cyprianus ordinat Aurelium & Celerinum confeſſores, 253. LXXXVIII.
Cyprianus poſt vacationem ſedis Romanæ ſcribit ad confeſſores in carcere poſitos, 254. XXX.
Cyprianus latet biennio, 254. XXXI.
Cyprianus ſcribit litteras de Feliciſſimo ſchiſmatico, *ibid.*
Cyprianus a quinque presbyteris, & Feliciſſimo exagitatur, 254. XXXII.
Cyprianus ſolicite curat diſſolvere æs alienum pauperum, ne adhæreant ſchiſmaticis, 254. XXXV.
Cyprianus quando ſcripſit libellum de Lapſis, 254. LI.
Cyprianus e latebris redit Carthaginem, 254. LVI.
Cyprianus rediens Carthaginem curat martyres & natalitia illorum celebrat, 254 LVI.
Cyprianus mittit legatos Romam ad explorandam electionem Cornelii Papæ, 254. LXIV.
Cyprianus ſcribit epiſtolam ad Cornelium de ejus electione, *ibid.*
Cyprianus tuetur partes Cornelii adverſus Novatianum, 254. LXXXIV.
Cyprianus quando, & qua de cauſa ſcribit de unitate Eccleſiæ, 254. XCIII.
Cyprianus libro de Unitate Eccleſiæ parat antidotum contra omnes hæreſes, 254. XCIII.
Cyprianus ſolicitus in redimendis captivis, 354. CIX.
Cyprianus quam ſummam collegit pro redimendis captivis, 254. CX.
Cyriacus martyr in Cappadocia ſub Hadriano, 140. V.
Cyriacus, & ſocii martyres Perufiæ ſub Decio, 254. XXIX.

D

DAci ſuperati a Traiano, 103. III.
Daci Chriſtiani, 140. IX.
Dæmones prædicunt ſæpe quæ ipſi facturi ſunt, 237. VIII.
Dæmones in oraculis habitare, 100. V.
Damaſcenus corrigitur, 102 X.
Davidis ſtirpe genitos Traianus jubet inquiri, 109. I.
Decebalus Rex Dacorum victus a Traiano, 109. I.
Decebalus rebellat, 105. I.
Decebalus iterum victus, *ibid.*
Decennalia Severi Imp. 205. II.
Decennalia Caracalli, 210. I.
Decius Imperator creatur, 253. I.
Decius perſequitur Chriſtianos, 253. VII.
Decius ſuſtulit ab Eccleſiis Epiſcopos magni nominis, *ibid.*
Decius acerbiſſime perſequitur Eccleſiam, 253. XIV. CXII.
Decius quo anno aggreſſus eſt perſequi Chriſtianos, 253. V.
Decius quale promulgavit in Chriſtianos edictum, 213. CII.
Decius immaniter ſævit in filium Regis, 253. CXXVIII.
Decius in Antiochenam Eccleſiam irrumpit, *ibid.*
Decius proficiſcitur in Perſas, 253. CXXXIX.
Decius creat Valerianum Cenſorem cum ampliſſima poteſtate, 253. CXL. Utriuſque nomine perſecutio nominata, 253. CXXXIX.
Decius Imperator erga Chriſtianos Africanos indulgentior, 254. XL.
Decius ingratus in Mercurium militem, 254. XX.
Decius brevi tempore regnavit, 253. XLVIII.
Decius quo modo a palude abſorptus interiit, 254. XLVII. Quid de ejus obitu Conſtantinus, 254. XLIX.
Decius cognominatus eſt Traianus, a ſuis plurimum laudatus, *ibid.* De-

Decreta a Romano Clero ſede vacante, 253. LXXXI.
Decreta Romanæ Synodi toto Orbi præſcripta, *ibid.*
Dedicatio fieri ſolita per illationem Crucis, 112. VI.
Defenſiones pro Chriſtianorum integritate, *Vide*, Apologiæ.
Defunctorum Chriſtianorum corpora non cremabantur, ſed ungebantur, ſicque ſepeliebantur, 226. VIII.
Defunctorum animas juvari ex reliquiis martyrum, 226. XII.
Defunctorum corporum tranſlatio jure prohibita, 110. X.
Demetrius Epiſcopus Alexand. creatur, 190. I.
Demetrius Epiſcopus Alexandrinus adverſatur Origeni, ejuſque facinus promulgat, 230. I.
Demetrius excommunicat Origenem, 232. VII.
Demetrius defenditur de rebus geſtis adverſus Origenem, 230. IV.
Demetrius iterum contra Origenem agit, 232. VI.
Demetrius quæ attulerit contra Origenem, *ibid.*
Demetrius Epiſcopus Alexand. obiit, 234. I.
Democritus hiſtoricus quid de Hebræis colentibus aſinum, 201. XXIV.
Demonſtratus ſcriptor, 247. III.
Deſiderius Epiſc. Viennenſis accipit literas a Victore Papa de Paſchate celebrando, 198. XVIII.
Deus favet recte operantibus etiam Gentilibus, 236. III.
Deus Chriſtianorum imagine aſini illuſus à Gentilibus, 201. XXII.
Deus ſumma providentia evertit ſuperſtitionem Gentilium, 220. V.
Deus Hebræorum Angelus ponitur a Saturnino, 120. XXIII.
Dei & Apoſtoli Pauli in παιδεράστας comminatio, 100. XV.
Deorum Gentilium origo, 141. II.
Deorum Gentilium ludibria in Antonino ſunt patefacta, *ibid.*
Deorum templa, & aræ jam ſub Traiano pene deſtitutæ, 104. IV.
Deorum templa expoliantur auro, & argento, 233. III.
Deorum cultus collapſus a Marco Imp. erigitur, 169. I.
Deorum oracula ſiluerunt, 100. III.
Deos omnes Elagabalo ſuo deo ſubiicere conatus eſt Antoninus Elagab. 220. IV.
Deos tres adorandos propoſuit Marcion hæreſiarcha, 146. IX.
Dexteræ, & ſiniſtræ partis ratio, 213. VI.
Diaboli bellum adverſus Crucem Chriſti, 120. XI.
Diaboli conſilium in diſſeminandis hæreſibus, 146. XXXI.
Diaboli conſilium in Magis excitandis Chriſtiano nomine vagantibus, 120. VIII.
Diaboli conſilium in perſuadendo martyrium, 173. XXX.
Diaboli conſilium in Religione Chriſtiana infamanda, 120. XXIX.
Diabolus ſemel victus, iterum induit formam ſerpentis, ut pugnet, 145. XIII.
Diabolus impugnat Eccleſiam contrariis certaminibus, 173. VII.
Diabolus non valens turpitudine, continentia conatur impugnare Eccleſiam, *ibid.*
Diaconi Cardinales, 112. IX.
Diaconi Epiſcoporum teſtes, *ibid.*
Diaconi magnæ ſunt æſtimationis, *ibid.*
Diaconi Regionarii, *ibid.*
Diaconi ſeptem in Urbe, *ibid.*
Diaconi typum exprimunt Angeli Deo adſtantes, 112. VIII.

Diaconorum munus viſitare Chriſtianos in carcere poſitos, eoſque hortari, 253. LVII.
Diaconiſſæ quæ ſint prohibita, 159. LI.
Diaconorum munus, cuſtodire Epiſcopum, 112. VIII.
Diadumenus Cæſar cum patre imperat, 219. II.
Diadumenus occiditur, *ibid.*
Diateſſaron Tatiani, 174. V.
Didius Julianus imperat, 195. II.
Dies Dominica: ratio ejus, 159. I. Ejuſdem diei benedictiones, 198. IV.
Dies natalis ſanctorum martyrum celebrari ſolita, 253. XL. XCI.
Dies natalis ſolita adſcribi tabulis Eccleſiaſticis, anniverſaria memoria repetenda, 253. XCI.
Digitus hieroglyphicum dimenſionis, 173. XL.
Dimiſſoriæ litteræ quæ, 141. VIII.
Dynamis Baſilidis, 120. X.
Dio hiſtoricus de Chriſtianis multa tacuit, 163. X. Mendax: quid illi accidit ſub Commodo, 191. I.
Diodorus martyr Pergæ ſub Decio, 254. XXII.
Diognetus monitor Marci Aurelii Imp. 163. XIV.
Dionyſia martyr Alexandriæ ſub Decio, 253. CV.
Dionyſius Alexand. epiſcopus olim auditor Origenis, 233. XXI.
Dionyſius Alexand. docet Alexandriæ poſt Heraclam, *ibid.*
Dionyſius Alexand. Epiſcopus creatur, 245. I.
Dionyſius Alexand. moleſtus Origeni, *ibid.*
Dionyſius Alexand. quid in perſecutione Decii, 253. C.
Dionyſius Alexand. divina protectione munitus, *ibid.*
Dionyſius Alexand. cum ducitur in exilium, liberatur a ſuis, 253. CI.
Dionyſius Alexand. agit contra Novatianum, 255. XXXI.
Dionyſius Alexandrinus præſto eſt Fabio Epiſcopo Antiocheno labenti in ſchima, *ibid.*
Dionyſius Areopagita an idem ſit qui Pariſiorum Epiſcopus, 109. XLI. XLIX.
Dionyſii Areopagitæ martyrium quo tempore extitit, 109. L.
Dionyſii Areopagitæ ſcripta in controverſiam deducta, 109. LI.
Dionyſii Areopagitæ mentio de Joanne, 109. XXXIX.
Dionyſii Areopagitæ Acta tam Græca quam Latina conſentiunt, 109. XLII.
Dionyſii Areopagitæ ſcripta miſſa Pariſios ſunt miraculis illuſtrata, 109. XLIII.
Dionyſii Areopagitæ Vita a Methodio ſcripta, *ibid.* Ab Anaſtaſio Bibliothecario tranſlata, *ibid.*
Dionyſii Areopagitæ Acta a Michaele Syngello ſcripta, 109. XLIV. Athenis eadem conſervata, & a Taraſio explorata, 109. XLV.
Dionyſii ſcripta vere eſſe Areopagitæ, 109. L.
Dionyſii Areopagitæ mentio de Clemente philoſopho, 109. LIII.
Dionyſii Areopagitæ mentio de S. Ignatio, 109. LV.
Dionyſii Areopag. epiſtola ad Timotheum, *ibid.*
Dionyſii Areopag. nomini nulla impoſtura acceſſit, 109. LVIII.
Dionyſii Areopag. mentio apud Patres, 109. LIX.
Dionyſii Areopagitæ ſcripta Arianis adverſantia, *ibid.*
Dionyſii Areopagitæ opera quando prodierunt in lucem, 109. LX.
Dionyſii Areopagitæ ſcripta defendit Theodorus presbyter, 109. LXIV.
Dionyſii Areopagitæ ſcripta illuſtravit Georgius Pachimerius, 109. LXV.

Dionyſius Epiſcopus Corinthiorum quid de munificentia Romanæ Eccleſiæ, 175. VIII.
Dionyſius Corinthiorum quid de baptiſmo collato cum arena, 181. II.
Dionyſius Corinthiorum quæ ſcripſerit, 175. XIII. Eadem ipſo adhuc vivente ſunt ab hæreticis depravata, 175. XIV.
Dionyſius Exiguus quid ad Stephanum Salonitanum Epiſcopum, 102. X.
Dioſcorus martyr Alexandriæ ſub Decio, 253. CVI.
Diſciplina Chriſtiana corrupta ſub Decio, 253. VIII.
Diſciplina Eccleſiaſtica in infligendis pœnitentiis, 253. LV.
Diſciplina Eccleſiaſtica inviolabiliter cuſtodita, 253. LXXV.
Diſcipulorum Domini nonnullorum longa ætas, 101. X.
Diſpenſatio in ordinibus Eccleſiaſticis percipiendis magno damno aliquando facta, 254. LXXIV.
Diſputatio Caii cum Proclo, ubi, quando, 215. I.
Divorum creandorum ritus, 213. IV.
Docitæ hæretici, 174. XII. 191. III.
Doctores Alexandrini in perſecutione fugam arripiunt, 205. XI.
Doctrina vera a falſa quomodo dignoſcatur, 46. XXIII. 146. XXXIII.
Doctrinæ veritas non metienda ex vitæ auſteritate, 201 VIII.
Dominica dies, ejus celebrandæ diei ratio, 159. I. Ejuſdem benedictiones, 108. IV. *& ſeq.*
Domitius Ulpianus J. C. perſecutor Chriſtianorum, 225. II.
Donata martyr Carthagine ſub Severo, 202. IV.
Donatus epiſc. Carthaginenſis ante Cyprianum, 217. I. Damnat Privatum hæreticum, 242. II. Quando obiit, 250. I.
Donatus martyr in Africa ſub Decio, 253. LII.
Donatus ſchiſmaticus in Africa prodiit ex Feliciſſimo, 254. XXXIX.
Dormientes ſeptem martyres Epheſi ſub Decio, 254. XXV.
Draco ex India allatus ponitur ab Hadriano Athenis adorandus, 145. XV.
Draconis, & Solonis leges ab Hadriano reſtitutæ, 125. I.
Droſorius hæreticus converſus ab Origene, 220. VIII.

E

Eccleſia bona.

Eccleſia bona ſtabilia poſſedit, 167. III.
Eccleſia bonis abundabat, & prædives erat ex oblationibus Chriſtianorum, 167. VII.
Eccleſiæ Romanæ divitiæ. *Vide infra*, Eccleſia Romana.
Eccleſia poſſidebat vaſa aurea, & argentea etiam tempore perſecutionis, 233. II.
Eccleſia confert menſtruam ſtipem clericis miniſtrantibus, 253. LXXIV.
Eccleſiæ bona Epiſcopus pro gradus conditione dividit clericis quolibet menſe, *ibid.*
Eccleſia bonis ſuis titulos non imponit, 112. V.

Eccleſia Catholica.

Eccleſia Catholica una tantum, 120. VII.
Eccleſia Catholica abundat veris certiſque teſtificationibus, 102. VII.
Eccleſia Catholica ex adverſantibus ſibi hæreſibus redditur pulchrior, 105. IV.
Eccleſia Catholica pura, ejuſque exemplar, 109. XXIX.
Eccleſia Catholica trophæa erigit contra hæreſes, 120. XXI.
Eccleſia Catholica quo modo dignoſcatur a Synagoga Satanæ ipſis conventiculis hæreticorum, 120. XXI.
Eccleſia Catholica ex Apoſtolicarum antiquarum tuta doctrina cognoſcitur, 146. XXII.
Eccleſiæ catholicæ unitas ab Ignatio Martyre aſſerta, 109. XXIX. Item a Cypriano, 254. XCIV.
Eccleſiæ Catholicæ ſancta ſimplicitas, 145. V.
Eccleſiæ Catholicæ conſtantia, & robur, 146. XXI.
Eccleſia Catholica norma credentium, 146. XXIV.
Eccleſia Catholica quo noſcitur ſigno, 146. XXIII.
Eccleſia Catholica ubi, *ibid.*
Eccleſiæ Catholicæ arbitrio recipiendi, vel rejiciendi libri, 159. VI.
Eccleſia Catholica eadem cum Romana, 167. VI. 254. XCIV.
Eccleſiæ Catholicæ connexus dicitur qui communicat Romanæ Eccleſiæ, 159. VI.
Eccleſia Cacholica quo modo comparata inſulæ fructiferæ, 170. IX.
Eccleſia Catholica vexata ab hæreticis, tunc magis viris eruditis abundavit, 172. IX.
Eccleſiæ Catholicæ ex Montani hæreſi magna tentatio, 173. IV.
Eccleſia Catholica ſemper donum prophetiæ penes ſe habuit, 173. VI.
Eccleſiæ Catholicæ ſtabilitas, & fortitudo, 174. XIV.
Eccleſia Catholica ſemper gratia miraculorum illuſtris, 180. VIII.
Eccleſiæ univerſalis quo modo aliqui Epiſcopi dicti præter Romanos Pontifices, 187. III.
Eccleſia Catholica in legibus martyrii mediam tenet viam, 205. XIX.
Eccleſia Catholica pœnitentes omnes recipit, 216. III.
Eccleſia Catholica nec hoſtium reſpuit leges quæ conſentaneæ ſunt rationi, 226. V.
Eccleſia Catholica habet pro coronis certantium roſas, & lilia, 253. L.
Eccleſia Catholica ſolita lapſis vere pœnitentibus facile impertiri indulgentiam, 253. LV.
Eccleſia Catholica diſciplinæ vigorem ſervat infractum, *ibid.*
Eccleſia Catholica comprobatur ex unitate cum Romana Eccleſia, 254. LXIV. XCV.
Eccleſia Catholica dicenda illa tantum, quæ Romanæ conjungitur, 167. VI.
Eccleſiæ Catholicæ hierarchia ab Ignatio demonſtrata, 109. XXVIII.

Eccleſia primitiva.

Eccleſia primitiva quam diu integra, 109. IV.
Eccleſiæ primitivæ integritas, 120. VIII.
Eccleſiæ primitivæ tuta doctrina, 146. XXII.
Eccleſiæ primitivæ integritas ad tempora Hegeſippi, 170. IX.

Eccleſiæ propagatio.

Eccleſia ad tempora Traiani magnopere propagata, 100. II.
Eccleſia propagatur adverſis, ac illuſtratur, *ibid.* 150. VII.
Eccleſia temporibus Commodi admodum propagata, 183. I. II.

Eccleſiæ ritus.

Eccleſiæ ritus, & cœremoniæ a temporibus Apoſtolorum cœperunt, 109. LII. *Vide*, Cœremoniæ.
Eccleſias fronde ornare unde, 200. V.
Eccleſiæ ritus in pœnitentiis infligendis, 253. LV.

Eccleſiæ ſtatus.

Eccleſia inſtar navis in mari, pag. 1.
Eccleſia quo ſtatu ſub Traiano, 100. II.
Eccleſia cum eadem ſemper ſit, tamen inſtar Solis

lis nube interdum obtegitur, 120. VII.
Eccleſia quo ſtatu ſub Hadriano, 120. VIII.
Eccleſia duplici perſecutione exagitari ſolet, *ibid.*
Eccleſia ſub Commodo Imp. pacem habuit, 182. V.
Eccleſiæ perſecutio. *Vide infra*, Perſecutio.
Eccleſiæ pax reddita ab Antonino Pio, 154. V.
Eccleſiæ ſtatus uſque ad tempora Hegeſippi, 170. IX.
Eccleſiæ magna tentatio ex hæreſi Montani, 173. III.
Eccleſiæ ſtatus florentiſſimus ſub Severo Imp. 195. IV.
Eccleſiæ pro pace tributa perſolvebant, 205. XVI.
Eccleſiæ pax redempta pecunia ſub Severo, 205. XVI.
Eccleſiæ pax longa poſt Severum Imp. 213. XII.
Eccleſiæ ſplendor auctus, & ſuperſtitio obſcurata, 233. III.
Eccleſiæ ſtatus ſub Decio, 253. VIII.
Eccleſiæ ſtatus ſub Gallo, & Voluſ. Impp. 254. LVIII.
Eccleſiæ ſtatus ſub Gordiano, 242. II.
Eccleſiæ ſtatus ſub Julio Maximino, 237. IV.
Eccleſiæ ſtatus ſub Philippo Imp. 253. VIII.

Eccleſia ipſa domus Deo dicata.

Eccleſia, & Titulus idem, cur ſic dicta, 112. V.
Eccleſia non tuenda more caſtrorum, 112. VIII.
Eccleſias ſemper habuerunt Chriſtiani ad publicos celebrandos conventus, 211. V.
Eccleſia a templo in quo differat, 211. VI.
Eccleſia Romæ Partui Virginis quando erecta, 224. V.
Eccleſia Sancti Gregorii Thaumaturgi a terræmotu illæſa, 245. III.
Eccleſiæ ædificatæ ſub Gordiano, 245. II.
Eccleſiæ a Gentilibus incenſæ ob ingruentes terræmotus, 237. VI.

Eccleſia Romana.

Eccleſia Romana norma credentium, 140. XXII.
Eccleſia Romana ab hæreticis impugnata, 155. II.
Eccleſia Romana ſola reconciliat hæreſiarchas pœnitentes, 155. V.
Eccleſia Romana immunis ab hæreticorum ſordibus, 155. IV.
Eccleſia Romana a Gnoſticis perturbatur, 167. IV.
Eccleſia Romana ſemper prædives, 175. IX.
Eccleſia Romana ſubreptionibus hæreticorum, & ſchiſmaticorum mendacia proponentium decepta, 173. III.
Eccleſia Romana conſuli a majoribus conſuevit in rebus ambiguis, 179. LIII.
Eccleſia Romana illibate traditiones cuſtodit, 179. LIV.
Eccleſiæ Romanæ etiam ipſi hæreſiarchæ deferunt, 155. V.
Eccleſiæ Romanæ fides ſincera ac illibata, 165. XI.
Eccleſiæ Romanæ qui communicat, Catholicus comprobatur, 167. VI. 253. LXXXVI. 254. XCV.
Eccleſiæ Romanæ firmitas & ſinceritas, 167. V.
Super Eccleſiam Romanam, ne decipiatur, peculiaris Dei providentia invigilat, 173. IV.
Eccleſiæ Romanæ munificentia erga pauperes etiam longe poſitos, 175. VIII. X.
Eccleſia Romana antiquæ diſciplinæ tenaciſſima, 253. LXXVIII.
Eccleſiæ Romanæ præconia ex Ignatio, 109. XIII.
Edeſſæ Epiſcopus Barſimæus martyr ſub Traiano, 107. II.
Edeſſeni martyres ſub Traiano, *ibid.*
Edicta Decii Imp. atrociſſima, 253. XII.
Edicta Decii ſolita promulgari addito Valeriani nomine, 253. CXXXIX.

Edicta Prætoria temporalia, 134. II.
Edicta Romani Pontificis præſcr. i univerſæ Eccleſiæ, 216. III. 134. II.
Edicta Traiani diverſa, 100. VII.
Edictum Antonini pro Chriſtianis, 154. V.
Edictum Hadriani perpetuum, 134. II.
Edictum Hadriani pro Chriſtianis. *Vide*, Hadrianus.
Edictum Marci de ſacrificando diis, 164. V.
Edictum Marci pro Chriſtianis, 176. XXII. Diu viguit, *ibid.*
Edictum Severi contra Chriſtianos, 204. I.
Edictum Severi contra eoſdem Romæ promulgatum, 205. III.
Edictum Traiani de tollendis Collegiis, 100. VIII. Idem contra Chriſtianos promulgatum, *ibid.*
Editio Communis prior, 231. XXXV.
Editio Communis poſterior, 231. XLV.
Editiones Communes duæ, Vetus, & Nova, 231. XLVI.
Editio Communis Luciani dicta, 231. XLI.
Editio Communis Eſychii, *ibid.*
Editio Communis quo modo paulatim exolevit 231. XLII.
Editio Communis S. Hieronymi introducta in Eccleſiam, reliquis non exploſis, 231. XLV.
Editio Communis, qua utimur, eſt mixta ex nova, & veteri, 231. XLVIII.
Editio Communis novi Teſtamenti eadem ſemper fuit, ſed a S. Hieronymo emendata, 131. LIV.
Editio Communis Romæ emendata nuper opera Illuſtr. ac Rever. Dom. Antonii Carafæ Cardinalis, & aliorum, 231. L.
Editio Romana præſtat cæteris Editionibus, 231. XLIV.
Editio Quinta quando inventa, 219. III.
Editio prima omnium fuit Septuaginta, ante illam nulla, 231. XIV.
Editio Septuaginta nequaquam ab Origene corrupta, ut quidam putavit, 231. V.
Editio Septuaginta quanto tempore ante Chriſtum facta, 231. XVII.
Editio Septuaginta ab Origene obelis notata, atque ab aliis Editionibus diſtincta, 231. V.
Editio Septuaginta divino elaborata conſilio, 231. XXI.
Editio Septuaginta an, & quando perierit, 231. XXXIV.
Editio Septuaginta a Judæis, frequentiori uſu recepta, 231. XXXV.
Editio Septuaginta quando depravari cœpta, 231. XXXVI.
Editio Septuaginta a quibus fuerit emendata, 231. XXXIX.
Editio Septuaginta Communis, & Vulgata, ſed non eadem apud omnes, 231. XLI.
Editio Septuaginta quo modo oblivione ſepulta, ac denuo in lucem reddita, 231. L.
Editione Septuaginta uſi ſunt Apoſtoli, 231. XXXIX.
Editio Sexta ab Origene inventa, 230. VII.
Editio Symmachi quando reperta, quotuplex, & qualis, 203. XV. cur dicta Tertia, cum ſit quarta, 184. III.
Editio Theodotionis quando inventa; cur Quarta dicta, cum ſit tertia, 184. II.
Editiones quo ordine ab Origine ſint diſpoſitæ, 231. III.
Editiones Vulgatæ eædem, & communes. *Vide*, Vulgata.
Editionibus nullis acquieſcunt hæretici, ſed novas ſemper conſueverunt elaborare, 207. V.
Elagabali numiſma, 220. IV.
Elagabalus, non Elagabalis dictus, & cur, 220. III.

Elagabalus-Deus, Sol dictus, *ibid.*
Elagabalus Sacerdos Solis, *ibid.*
Elagabalus Imperator, & ejus genus, *ibid.*
Elagabalus dictus Sardanapalus, Tractitius, & Tiberinus, *ibid.* 220. III. Quando Romam venit, 220. IV.
Elagabalus Deum ſuum Romam perduxit, *ibid.* Quo cultu eum celebravit, *ibid.*
Elagabalus Deus collocatus in Palatino, *ibid.* Subjicit Imper. cæteros deos, *ibid.*
Elagabalus Imperator ſtudet Chriſtianos, & Judæos cultores reddere Dei ſui, *ibid.*
Elagabalus Imp. demolitur ſepulcra Vaticana, 221. III.
Elagabalus occiditur, & in Tiberim projicitur, 224. I.
Electio Epiſcoporum qualiter olim fieri ſolita, 224. VI.
Electio Romani Pontificis qualiter olim fieri ſolita, 254. XLIV.
Electus ſemel rite Romanus Pontifex, non amplius judicandus, 254. LXXXIV.
Eleemoſynæ erogari ſolitæ a Romana Eccleſia in Chriſtianos diverſarum provinciarum, 175. VIII.
Eleuſinia ſacra Athenis, 125. III.
Eleuſiniis initiatur Hadrianus, *ibid.*
Eleuſippus cum ſociis martyr Lingonis in Gallia ſub Marco, 179. XXXVII.
Eleutherus Epiſcopus martyr ſub Hadriano, 140. V. Ejuſdem tempore quid Marcion, 146. VII.
Eleutherus Papa quando creatus, 179. LII.
Eleutherus Papa recipit litteras a martyribus Lugdunenſibus, *ibid.*
Eleutherus Papa conſulitur de Montani dogmate, 179. LIV.
Eleutherus Papa legationem accipit a Lucio Rege Britanniæ, 183. III. *Ejuſdem* epiſtola de ciborum delectu, 187. I. Quæ additamentum accepit ex Codice Theodoſiano, 187. II.
Eleutherus Papa diem obiit: ſedis ejus tempus, & ordinationes, 194. I.
Elima martyr cum ſociis in Perſia ſub Decio, 254. XXVII.
Elpiſtus Epiſcopus in Ponto, 175. XIV.
Elxai pſeudopropheta quando prodierit, 105. II. Quænam ejus hæreſis, *ibid.*
Emben propheta Gentilis, 148. III.
Encratitæ hæretici quando cogniti, 165. XIV.
Encyclicæ litteræ quæ, 142. VIII. 174. X.
Epagathus martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Epaphus idem quod Apis, 123. I.
Epheſi martyres ſoliti lapidari, 254. XXV.
Epheſina Eccleſia florentiſſima, 101. XI.
Epheſini legati ad Ignatium, 109. IX.
Ephrem Epiſcopus Hieroſolymitanus, 127. I.
Epictetus martyr in Portu Romano cum ſociis ſub Alex. Imp. 229. VII.
Epimachus cum Alexandro martyr Alexandriæ ſub Decio, 253. CVI.
Epiphanes filius Carpocratis pro Deo habitus, 120. XXXIX.
Epiphanius corrigitur de tempore cladis Judæorum ſub Claudio, 121. III.
Epipodius cum ſociis martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Epiſcopi, ac presbyteri, nomen diſtinctum, 105. XXVII.
Epiſcopi expulſi a ſuis Eccleſiis ſub Traiano, 110. X.
Epiſcopi licet vitæ remiſſioris, præſtant quibuſcumque Præfectis Gentilium, 224. VIII.
Epiſcopi Hieroſolym. ex circumciſione quando deſierunt, 127. I.
Epiſcopi apud Montaniſtas quo gradu habiti, 173. XXXII.
Epiſcopi ex cauſa indicunt jejunia, 173. XXIX.
Epiſcopi Eccleſiæ univerſalis quo modo præter Romanum Pontificem aliqui dicti reperiuntur, 187. II.
Epiſcopi omnes dicti Pontifices, & Summi ſacerdotes, 216. IX.
Epiſcopi pallium quid myſtice, 216. XV.
Epiſcopi electio qualiter olim fieri ſolita, 224. VI.
Epiſcopi omnes a Maximino jubentur occidi, 237. IV.
Epiſcopi plures tempore perſecutionis Romæ latitabant, 253. LXXVIII.
Epiſcopi omnes qui reperiebantur Romæ tempore ſedis vacantis, admittebantur ad electionem Romani Pontificis, 254. XLII.
Epiſcopis ſubjiciunt ut Imperatores, 109. XXVII.
Epiſcoporum munus lapſos recipere in Eccleſiam, 253. LX.
Epiſcoporum tabellarii nonniſi clerici, 253. LXXIII.
Epiſcoporum vita corrupta tempore Decii, 253. IX.
Epiſcopos geſtare ſolitos annulos ſignatorios, 142. XI.
Epiſcopos mittere ad diverſas provincias, munus eſſe Romani Pontificis, 154. II.
Epiſcopus prædicans vallatur ſeptem diaconis, 112. VII.
Epiſcopus Epiſcoporum Romanus Pontifex dictus, 142. IV. 216. IV.
Epiſcopus Catholicæ Eccleſiæ dictus Pontif. Roman. *Vide*, Titulus, & Pontifex Romanus.
Epiſcopus non ſuſcipiendus abſque Formata, 142. VI.
Epiſtemes martyr cum *Galatione in Phœnicia ſub Decio*, 253. CXXV.
Epiſtola Alexandri Jeroſolymitani Epiſcopi ad Antiochenos, 213. XI.
Epiſtola Apollinaris Synodica, 173. XVIII.
Epiſtola Decretalis quæ, 142. IX.
Epiſtolæ Decretales impugnatæ, 102. V.
Epiſtola Eccleſiæ Smyrnenſis, 169. III.
Epiſtola Encyclica quæ, 142. VIII.
Epiſtolæ Ignatii quot, quæ, collectæ a S. Polycarpo, & a Philippenſibus: earum fides ſincera, 109. XIX. Dignæ ſunt ut ab omnibus legantur, 109. XIV. Magnum quod integræ extent beneficium, 109. XX. Promptuarium ſunt traditionum, 109. XXV.
Epiſtola Lugdunenſium, & Viennenſium ad Aſianos, 179. III.
Epiſtola Marci Imp. ad Senatum pro Chriſtianis, 176. XXI.
Epiſtola Marci Imp. ad Fauſtinam Auguſtam, 177. II.
Epiſtola Melitonis ad Oneſimum, 172. V.
Epiſtolæ Pii Papæ legitimæ, 166. I.
Epiſtola Victoris Papæ ad Deſiderium Epiſc. Viennenſem, 198. XVIII.
Epiſtola Victoris Papæ ad Paracodam Epiſcopum, 198. XIX.
Epiſtola Plinii ad Traianum, 104. II.
Epiſtolæ diverſorum. *Vide*, Litteræ.
Epolonius martyr Antiochiæ ſub Decio, 253. CXXVII.
Eremi cultor primus Paulus Thebæus, 253. CXIII.
Error de Joannis Evangeliſtæ immortalitate refellitur, 101. III.
Eſdræ bibliotheca, 180. XVIII.
Eſdras quando, & quo modo reſtituit Divinam Script. 180. X.
Eſdras quas litteras mutavit, 180. XIII.
Eſquilinus, & Viminalis, colles Urbis, hoſpitium Chriſtianorum, 159. VIII.
Ἐτάιρε quid, 100. VIII.
Evagrius corrigitur de Conſulatu Meſſalæ, atque Pedonis, 111. I.
Evangelica concordia Tatiani, & Ammonii, 174. VI. Evan-

Evangelica Conſonantia, ſeu Harmonia ab Ammonio elaborata, 134. V.
Evangelium Petri nomine a quibuſdam vulgatum, cujus occaſione obortæ ſunt contentiones, 191. II.
Evangelium execrandum editum a Baſilide, 120. XIX.
Evangelium depravat, & detruncat Marcion, 146. X.
Evangelium ſecundum Ægyptios, 174. XII.
Evangelium geſtare in pectore conſueverunt Chriſtiani, 232. XIII.
Evariſtus Papa creatur, 112. IV.
Evariſtus Papa diviſit Titulos, *ibid.*
Evariſtus martyr obiit, 121. I.
Evariſtus quantum ſedit, ejus res geſtæ, & ſepultura, 121. II.
Evariſtus legatus a Novatiano, 254. XCVI.
Euchariſtia frequenti uſu percipi ſolita a Chriſtianis, 109. XXV.
Euchariſtia a Polycarpo conficitur Romæ, concedente Pontifice, 167. IX.
Euchariſtia mitti ſolita ad abſentes, pro Catholica communicatione, 198. XIII.
Euchariſtia ignem emiſit in ſumpturam eam indigne, 254. LIV.
Euchariſtia converſa in cinerem, ne ab indigno ſumeretur, *ibid.*
Euchariſtiam execrandam conficiebat Carpocras, 120. XXV.
Euchariſtiam magice conficiebat Marcus hæreſiarcha, 175. XXV.
uchariſtiam illi tantum negabant hæretici, qui Chriſti carnem non credebant, 120. XIX.
Euchariſtiam exhorruit infans, qui guſtarat libamina idolorum, 254. LIII.
Euchariſtiam indigne ſumentes arrepti a dæmone, & alia gravia paſſi, 254. LIV.
Eudæmon Epiſcopus Smyrnenſis apoſtata, 254. I.
Evelpis martyr Larandis ſub Alexandro, 230. III.
Evelpiſtus martyr Romæ ſub Marco Imp. 165. I.
Eventius presbyter martyr Romæ ſub Hadriano, 132. I.
Eugenia filia Philippi Præfecti Auguſtalis deſpondetur Acilio, 188. I.
Eugenia habitu virili delituit, 188. II. Quando cum matre Romam rediit, 204. VI.
Eugeniæ Acta martyrii ab antiquis cognita, 188. II.
Eumenes Epiſc. Alex. creatur, 133. I. Moritur, 144. I.
Eunuchorum ſeipſos caſtrantium pœna, 230. V.
Eunuchorum ſecta, *ibid.*
Eunuchi facti pharmaco. *Vide*, Caſtratio.
Evode, vel Evodi quid apud Tertullianum, 195. V.
Evodus educator Antonini, *ibid.*
Evodus machinator necis Plautiani, 206. II.
Euphroſina martyr cum Flavia Domitilla Tarracinæ ſub Traiano, 100. XII.
Euploes legatus ab Epheſiis ad Ignatium, 109. IX.
Euprepiæ Titulus Romæ, 166. I.
Eupſichius martyr ſub Antonino, 140. V.
Euploes legatus ab Epheſis ad Ignatium, 109. IX.
Euſebii Cæſarienſis error de tempore perſecutionis Traiani, 100. VI.
Euſebii error de tempore Epiſtolæ Plinii, 104. VII.
Euſebii error in Chronico, 115. I.
Euſebii error de tempore adventus Polycarpi Romam, 167. X.
Euſebii error de tempore Apologiæ Juſtini ad Antoninum Imp. 142. XIII.
Euſebii error de tempore Marcomannici belli, 170. XXXVIII.
Euſebii hiſtoria in quibus potiſſimum fide vacillet, 109. LIX. Ejus libri de Martyribus fragmentum recognitum, 254. II.
Euſebii dolus malus in recenſendis ſcriptoribus Eccleſiaſticis, 109. LX.
Euſebii locus depravatus de tempore martyrii Pionii emendatus, 169. XXIII. 254. I.
Euſebius ſuppreſſit ſcriptores Eccleſiaſticos Arium redarguentes, 109. LX.
Euſebium reprehendit Maximus monachus, *ibid.*
Euſebius, & ſocii paſſi Romæ ſub Commodo, 192. II.
Euſebius patronus Arianorum, 109. LIX.
Euſebius a Maximo jure reprehenſus, 109. LX.
Euſebius parum æquus erga Hippolytum Portuenſem, 229. III.
Euſebius interdum encomiaſtes potius quam hiſtoricus, 230. VI. Parum fidelis in rebus geſtis ab Origene, 248. II.
Euſtachius idem, & Placidus, 103. IV. 120. VI.
Euſtachius cum filiis, & uxore in bovem æneum miſſus conſummavit martyrium, 120. VI.
Euſtachius dictus Job Chriſtianus, *ibid.*
Euſtathius Sebaſtenus hæreticus ſurripit litteras a Liberio Papa, 173. V.
Eutropius judex inter Origenem, & hæreticos, 220. VIII.
Eutyches martyr ſub Traiano, 100. XII.
Euthychianus Phryga hæreticus in carcere cum confeſſoribus, 254. XII.
Exapla. *Vide*, Hexapla.
Excommunicantur a victore Papa Aſiani Quartadecimani, 198. X.
Excommunicantur a Zephyrino Papa Tertullianus, & Proclus Montaniſtæ, 215. IV.
Excommunicatur Origenes a Demetrio Epiſcopo Alexandrino, 232. VII.
Excommunicantur a S. Cypriano ſchiſmatici, Feliciſſimus ac alii, 254. XXXI.
Excommunicatur a S. Cypriano una eademque perſona ſæpius, 254. LXXXVII.
Exemplar divinæ Scripturæ non apud unum tantum Eſdram remanſit, 180. XVII.
Exhortatio S. Cypriani ad martyres, 253. XLIX.
Exoletos cur non abſtulit Alexander Imp. 227. I.
Exoleti a Philippo Chriſtiano Imp. ſublati, 249. II.
Exomologeſin fecere Romæ hæreſiarchæ, 155. III.
Exomologeſin faciunt fœminæ deceptæ a Marco, 175. XXVIII.
Exomologeſin jubetur facere Philippus Chriſtianus Imp. 246. IV. *& ſeqq.*
Exorciſmorum magna vis. *Vide* Arreptitii.
Extorres iidem & confeſſores erant, licet fugerent perſecutorem, 253. LXVII.
Extorres Chriſtiani non amplius inventi, 253. CVIII.
Exuperius martyr in Phrygia ſub Antonino, 140. V.

F

FAbianus Papa creatur ſigno columbæ divinitus apparentis, 238. VI.
Fabianus Papa creatus tempore difficillimo, 238. VII.
Fabianus Papa damnat Privatum hæreticum, 242. II.
Fabianus Papa ædificat in cœmeteriis, 245. I.
Fabianus Papa baptizat Philippos Cæſſ. 246. IX.
Fabianus Papa Jovis ſimulacrum deſtruxit, *ibid.*
Fabianus Papa dividit regiones Urbis diaconis, 112. IX.
Fabianus Papa judicat cauſam Origenis, 248. I.
Fabianus Papa audit Romæ Origenem ſuam cauſam defendentem, *ibid.* Nomine ejuſdem epiſtola ſpuria, 238. IX. Ejus tempore nec No-

Novatus nec Novatianus ſchiſmatici innotuere, 238. IX. Ejus locus idem locus Petri, 254. XLIII.
Fabianus Papa martyrium ſubiit, 253. V. Anni ſedis & ejus ordinationes, *ibid.* Tempus Fabiani Papæ ſedis vacantis, 253. VI.
Fabius Epiſcopus Antiochenus creatur, 253. CXXVI.
Fabula de Joannis Evangeliſtæ ſepulcro, 101. IV.
Fabulæ Valentini, 145. II.
Faces accenſæ præcedebant Imperatores, 162. V.
Faſti Græci corriguntur de tertio Conſulatu Hadriani, 121. I.
Fati aſſertor Aquila Ponticus, rejiciturque ab Eccleſia, 137. IX.
Fatum adſtruentes impugnat Bardeſanes Syrus, 175. XVI.
Fauſtina Auguſta uxor Ant. Pii moritur, & conſecratur, 141. I.
Fauſtina Aug. uxor Marci Aurelii moritur, conſecratur, & templo donatur, 178. III.
Fauſtinus martyr in Campania ſub Decio, 254. XXIX.
Fauſtinus martyr cum Jovita Brixiæ ſub Hadriano, 122. II.
Febribus tertianis, & quartanis medendis uſus crucis clavorum, & ſparti, 218. III.
Felicianus Epiſcopus Fulginas, 103. II. Martyr ſub Decio, 254. XXIX.
Felicitas martyr in Africa cum Perpetua ſub Severo, 205. XXI.
Felicitas martyr Romæ cum ſeptem filiis paſſa, an eadem ſit cum Symphoroſa, 175. V.
Felicitatis, & Perpetuæ corpora tranſlata Carthaginem, 205. XXVI.
Feliciſſimus presbyter adverſatur electioni S. Cypriani, 250. II.
Feliciſſimus ſchiſmaticus in Africa, 254. XXXIII. Confeſſores a Cypriano divellit, & provocat lapſos in Cyprianum, *ibid.* Quinque presbyteros armat in Cyprianum, iidemque jungunt ſe ſæcularibus magiſtratibus, 254. XXXIV.
Feliciſſimus colligit ſuos in monte, 254. XXXV. Nova addens ſcelera excommunicatur a Cypriano, *ibid.* Iterum excommunicatur ab eodem, 254. LXXXVII.
Feliciſſimus patriarcha Novatianorum ac Donatiſtarum, 254. XXXIX.
Feliciſſimus diaconus ordinatus a Novato, *ibid.*
Feliciſſimus quando cœpit innoteſcere, 254. XLI.
Feliciſſimi duo, alter presbyter, diaconus alter, 254. LXI.
Feliciſſimus presbyter Novato adverſarius, *ibid.*
Feliciſſimus auditur in Synodo, 254. LXXXVI.
Felix diſcipulus S. Polycarpi, martyr in Gallia ſub Marco Imp. 169. XX.
Felix extorris, 253. LXVI.
Felix filius S. Felicitatis, martyr Romæ ſub Marco, 175. IV.
Felix martyr Romæ cum Blanda ſub Alexandro, 226. III.
Felix martyr in Portu Romano cum ſociis ſub Alexandro, 229. VII.
Felix Præfectus Auguſtalis Alexandriæ non aſſentitur caſtrationi adoleſcentis Chriſtiani, 120. XXXIII.
Fœmina arreptitia agit propheтam, 237. VIII. Baptizare, & Euchariſtiam facere præſumit: vaticinia ejus unde, 237. IX.
Fœmina fatidica necatur a Dæmone, 100. V.
Fœmina Gentilis impudiciſſima, facta Chriſtiana, mox evaſit caſtiſſima, 164. XVI.
Fœminæ Gentiles in albis veſtibus Romæ funus celebrabant, 213. V.
Fœminæ Gentiles Romæ conſidebant a dextris, viri a ſiniſtris, 213. VI.
Fœminæ ſemper hæreſum protectrices, 146. XX.
Fœminæ in hæreſim abductæ a Marco hæreſiarcha, & impoſtore, 175. XXIV. Recantant palinodiam agentes exomologeſin, 175. XXVIII.
Fœminæ Montani ſacra agebant, 179. LI.
Feſta anniverſaria fieri ſolita Alexandriæ ob tranſlationem divinæ Scripturæ, 231. XX.
Feſta anniverſaria Sanctorum martyrum. *Vide*, Martyrum cultus.
Feſtivitates Eccleſiæ ex traditione Apoſtolorum, 109. XXXI.
Feſtivitates. *Vide ſupra*, Dies.
Fides Catholica, *Vide*, Eccleſia Catholica.
Fides Chriſtiana magis perſuadetur, cum perſecutionem patitur.
Fidei Chriſtianæ veritas non ex vitæ auſteritate judicanda, 201. X.
Fidei Chriſtianæ ſublimiora myſteria divinitus revelata Gregorio Thaumaturgo, 233. XVI.
Fidei Chriſtianæ myſteria miraculis declarata, 253. CXXXVIII.
Firmilianus Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, Origenis diſcipulus, 237. VII.
Firmus martyr ſub Decio in Africa, 253. LII.
Fiſcales Tituli, 112. V.
Fiſci Advocatus quando cœpit, 134. II.
Flaviæ Domitillæ, & ſociarum martyrium, 100. XII.
Floccellus martyr in Gallia ſub Pio Imp. 154. III.
Florentinus Juriſconſultus ſub Alexandro, 225. I.
Florentius martyr Peruſiæ ſub Decio, 254. XXIX.
Flores, roſæ, & lilia Eccleſiæ quæ ſint, 253. L.
Floriani hæretici, 180. IV.
Florinus presbyter Rom. hæreticus, *ibid.* Olim auditor Polycarpi, 169. XIX.
Fons olei in Tranſtiberina regione illuſtratus Eccleſia, 224. IV.
Fons ſcaturiens precibus ſancti Clementis, 100. XI.
Foramina in quæ diſtendebantur pedes martyrum in compedibus, 253. CXVI.
Forenſes conventus, in quibus cognoſcebantur etiam cauſæ martyrum, 202. V.
Formatæ litteræ quæ, 142. VI.
Formatis impertiebatur Catholica communicatio, *ibid.*
Fornicatores, licet pœnitentes, reſpuunt Montaniſtæ, 216. IV.
Fornicatores pœnitentes recipit Eccleſia Catholica, *ibid.*
Fortuna martyr in Africa ſub Decio, 253. LII.
Fortunatus Epiſc. in Africa legatus miſſus ad Cornelium Papam, 254. LXV.
Fortunio martyr ſub Decio in Africa, 253. LII.
Fratres Domini Simeon, & Judas ſuperſtites ad Traiani tempora, 109. II.
Frontinus Proconſul in Aſia, 173. XV.
Fronto legatus ab Epheſiis ad Ignatium, 109. IX.
Fructus martyr in Africa ſub Decio, 253. LII.
Frumentarii inquiſitores martyrum, 253. C.
Frumentum largitur Marcus Imp. Chriſtianis Hierapolitanis, 163. XIV.
Fuga in tempore perſecutionis commendata, 205. XI.
Fuga Fideles deſerta petierunt, 253. CXIII.
Fuga Fidelium in perſecutione Decii, 253. CXI.
Fuga Cypriani. *Vide*, Cyprianus.
Fuga Gregorii Thaumaturgi, 253. CXXIX.
Fugam ſuadet ſuis Gregorius Thaumaturgus, *ibid.*
Fuga in perſecutione deteſtati ſunt Marcionitæ, & Montaniſtæ, 205. XIV.
Ful-

Fulmina in hoſtes precibus Chriſtianorum impetrata, 176. III. VI. XIV.
Fulminatrix legio quæ dicta, 176. VI. XIII. XVIII.
Fulvius Urſinus illuſtrator Arnobii, 211. IV.
Funera a Romanis fœminis Gentilibus in albis veſtibus celebrari ſolita, 213. V.
Funera. *Vide*, Defuncti.
Fuſca martyr cum Maura Ravennæ ſub Decio, 254. XXIX.

G

GAianus Epiſcopus Jeroſolymitanus, 157. I.
Gaius. *Vide*, Caius.
Galation martyr cum Epiſteme Emeſæ ſub Decio, 253. CXXV.
Galeni locus reſtitutus, & emendatus, 163. IV.
Galenus medicus quid de peſte ſub Marco, 170. II.
Galenus accerſitur a Marco Imp. 171. III.
Galenus recuſat ire ad bellum Marcomannicum, *ibid.*
Galenus carpit Chriſtianos atque Judæos, 179. XXVII.
Galenus damnat conſtantiam Chriſtianorum, 179. XXVIII.
Galli amicitia juncti cum Aſianis & unde id acciderit, 169. XVIII.
Gallicani martyres ſub Marco, 179. IX. XXXVIII.
Gallicani martyres ſub Diocletiano. *Vide*, Martyres.
Gallorum cum Aſianis amicitia vetus, 179. XVII.
Gallus proditor Decii, 254. XLIX. Sumit ſibi Imperium cum Voluſiano, 254. LVIII.
Gavia comes in itinere S. Ignatii, 100. VIII.
Geminæ contubernales Plotini, 234. XV.
Gemininus martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Geminus ſcriptor Eccleſiaſticus, 225. I.
Gemma Baſilidianorum & ejus inſcriptio, 120. XVI.
Gemmarum redundantia Romæ ſub Severo ex triumpho Perſico, 198. XXI.
Generoſa martyr in Africa ſub Severo, 202. IV.
Genethliaci a Bardeſane confutantur, 175. XXI.
Genii deſeruere oracula: cur hoc, 100. V.
Genios ex ſententia Plutarchi poſſe mori, 100. IV. Per Genium Cæſaris jurare compellebantur Chriſtiani, 202. V. *Vide*, Chriſtiani, & Juramentum.
Gentiles quid in Chriſtianos Traiani tempore, 100. XIII.
Gentiles qui prudentiores erant, facti ſunt Chriſtiani, 142. II.
Gentiles decepti ab Alexandro impoſtore, 145. XIV.
Gentiles calumniis compluribus exagitabant Chriſtianos. *Vide*, Calumniæ.
Gentiles nullum delectum habebant inter Chriſtianos Catholicos, & hæreticos, 145. XII.
Gentiles Romani in dies ſuperſtitioſiores, 148. II.
Gentiles jactitabant, Chriſtianorum cauſa omnia mala obvenire, 154. VII.
Gentiles hiſtorici fallaciſſimi, & in rebus Chriſtianorum parum fideles, 163. X.
Gentiles admirati conſtantiam Chriſtianorum, 164. XIX.
Gentiles magiſtratus in Chriſtianos ſæviſſimi, 164. XXI.
Gentiles timore conſternabantur audientes Chriſtianos loqui de extremo judicio, 178. VI.
Gentiles Alexandrini quid in Chriſtianos obloqui ſoliti, 204. XI.
Gentiles accuſant Chriſtianos criminis majeſtatis, 200. IV.
Gentiles exprobrant Chriſtianis inertiam, 201. XXXIX.
Gentiles ingentem conſequi ex Chriſtianis militatem, *ibid.*
Gentiles arreptitii curabantur a Chriſtianis, 201. XXXV.
Gentiles complures per viſum admoniti, facti ſunt Chriſtiani, & martyres, 205. X.
Gentiles occiſi a Caracallo in ultionem ſanguinis Chriſtiani, 214. III.
Gentiles deriſerunt ſimplicitatem divinæ Scripturæ, 211. XXXVIII.
Gentiles philoſophi delecti judices in cauſa fidei, 220. VIII.
Gentiles qui videbantur religioſiores, & pii, iidem ſæviores hoſtes erant Chriſtianorum, 237. IV.
Gentilis homo illuſor quid de fine mundi in Campo Martio, 178. VI.
Gentilitia ſacra Romæ profanata, 220. IV.
Gentilitia ſuperſtitio, apparente veritate Chriſtianæ religionis, evaneſcit, 100. II.
Gentilitia ſuperſtitio collapſa, 164. VI.
Gentilitia ſuperſtitio a Marco Imp. aucta, 169. I.
Gentilitia ſuperſtitio decreſcit, cum augetur Chriſtiana religio, 182. IV.
Gentilitiæ ſuperſtitionis pertæſi multi, facti ſunt Chriſtiani, 143. II.
Gentilium ſepulcra abominanda Chriſtianis, 203. X.
Georgius Pachimerius quando vixit, 109. LXV.
Germanica Eccleſia antiqua, 140. VII.
Germanicus martyr Smyrnæ ſub Marco, 169. IV.
Germanio Epiſcopus Hieroſolymitanus, 186. I.
Germanus martyr cum ſociis Cæſareæ in Cappad. ſub Decio, 254. XXVI.
Geta a fratre tentatur inſidiis, 213. I.
Geta ex Britannia redit Romam, 213. IV.
Geta occidi jubetur ab Antonino fratre, 214. I.
Getæ nomen factum piaculum, *ibid.*
Getæ familiares omnes occiſi, 214. II.
Geta quando Cæſar dictus, & quando Auguſtus, 197. V. 201. I.
Geta imperat, 213. I.
Getuli Chriſto ſubditi, 140. IX.
Getulius martyr ſub Hadriano, 138. IV.
Gladio percuti, vel ſecuri, quæ differentia, 226. III.
Gladius Prætorum inſigne, *ibid.*
Glaucias interpres Petri, 110. VII.
Gloria in excelſis, hymnus Angelicus quando dicendus, 154. II.
Glycerium martyr Heracleæ ſub Marco, 175. VII.
Gneus Sidius Geta, dux exercitus in Africa, 176. VII.
Gnoſtici auctores Adamitarum, 120. XL.
Gnoſtici Baſilidiani, 120. XXV.
Gnoſtici Carpocratiani, *ibid.*
Gnoſtici Nicolaitæ, *ibid.*
Gnoſtici ſub nomine Chriſtiano nefanda perpetrabant, 120. XXVI.
Gnoſtici confutati a Plotino, 112. XL.
Gnoſtici revelationum Zoroaſtis auctores, *ibid.*
Gnoſtici negabant martyrium eſſe ſubeundum, 205. XIX.
Gnoſtici ſe intrudunt in Urbem, 167. IV.
Gnoſticorum ſoboles, 120. XL.
Gnoſticis juncti Valentiniani, 145. III.
Gordianus Senior in Africa acclamatur Imperator, itemque Junior, 238. VII. Iidem extincti, *ibid.*
Gordianus puer Cæſar dictus, *ibid.* Acclamatur Auguſtus, 240. IV.
Gordianus aperuit Janum ob bellum Perſicum, 244. I.

Gor-

Gordianus compreſſit Sabinianum tyrannum, 242. I.
Gordianus uxorem quam duxerit, 243. I.
Gordianus a Philippo duce exagitatur, 244. II. Occidi jubetur, 246. I.
Gordianus relatus inter divos, 246. X. Ejus ſepulcrum, & epitaphium, *ibid.* Ejus occiſores omnes periere, *ibid.*
Gordius Epiſcopus Hieroſolymitanus, 186. I.
Græci propriæ gloriæ tenaciſſimi, 109. XLVI.
Græci auctores qui meminerunt Dionyſii Areopagitæ, 109. XLV.
Græci ante tranſlationem Septuaginta, an aliam habuerint divinæ Scripturæ editionem, 231. X.
Græci peregrinati ſunt in Ægyptum, 231. XIII.
Græci ſemper pueri, & ipſorum ſcientia junior, 231. X.
Græcis gratior quam Latinis editio ſancti Hieronymi, 231. XLIII.
Gratianus Proconſul in Aſia agit pro Chriſtianis, 128. III.
Grata martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Gratianus martyr Peruſiæ ſub Decio, 254. XXIX.
Gratus Proconſul in Aſia, ſub quo prodiit Montanus hæreſiarcha, 173. XI.
Gregorius Nazian. ex habitudine corporis vaticinatur de Juliano, 182. IV.
Gregorius Papa quid de tranſlatione corporum Apoſtolorum, 221. IV.
Gregorius Nyſſenus quid de legione Fulminatrice, 176. XLV.
Gregorius Nonus legatos miſit in Orientem, 233. XIX.
Gregorius Decimus tertius munificentiſſimus erga pauperes totius Eccleſiæ Catholicæ, 175. X.
Gregorius Thaumaturgus, ante dictus Theodorus ſe contulit ad Origenem, 233. VII. Ejus primordia, *ibid.*
Gregorius Thaumaturgus calumniam patitur a meretrice, 233. IX.
Gregorius Thaumat. creatur Epiſcopus Neocæſarienſis in Ponto, 233. XIII.
Gregorius Thaumat. accepit divinam revelationem de fide Catholica, 233. XV.
Gregorius Thaumatur. ordinat Epiſcopum Alexandrum Carbonarium, 233. XXII.
Gregorius Thaumat. Eccleſiam erigit, 245. III. Quæ numquam læſa a terræmotu, *ibid.*
Gregorius Thaumat. fugit tempore perſecutionis Decii, 253. CXXX. Fugamque ſuis ſuadet, *ibid.*
Gregorius Thaumat. nullum ſuorum audivit lapſum eſſe tempore perſecutionis, *ibid.*
Gregorius Thaumat. inviſibilis factus hoſtibus, 253. CXXXI.
Gregorius Thaumat. licet abſens, adſtitit tamen Troadio pugnanti, 253. CXXXIV.
Gregorius Thaumat. æditiuum fecit diaconum, quem habuit fugæ comitem, & ſigno crucis miraculorum operatorem, 253. CXXXIV.
Gregorius Thaumat. obmuteſcere fecit idolum, ac iterum vocale reddidit, 253. CXXXVI.
Gregorius Thaumat. pernoctat canens hymnos, 253. XXXV.
Gregorius Thaumat. Crucis ſigno expugnat templum idolorum, 253. CXXXVI.
Gregorius Thaumat. ſaxum ingens precibus loco movit, 253. CXXXVIII.
Gregorius Thaumat. poſt perſecutionem rediens celebrat natales dies Sanctorum martyrum, 254. LVI.
Gregorius Thaumat. exhilaravit populum feſtis ſolemnibus ſanctorum martyrum, 254. LVI. Ludoſque ſolitos exhiberi diis convertit in honorem martyrum, *ibid.*
Gregorius Turonenſis in iis quæ de Dionyſio Areopagita ſcribit, refellitur, 109. XLIX.
Gundenis virgo paſſa in Africa ſub Severo, 205. XX.

H

HAdriani tempore quæ hæreſes, 120. VII.
Hadriani numiſmata, 119. II. 120. III.
Hadrianus nepos Traiani, cui fuit in deliciis, 100. XIV.
Hadrianus a Traiano adoptatus, 119. I. Ejuſdem genus, & dies natalis, 119. II.
Hadrianus quando Conſul creatus, 119. I.
Hadrianus quando rediit Romam, ſolvit populi debita, 120. III.
Hadrianus perſequitur Chriſtianos abſque edicto, 120. IV. Ejus reſcripta, *ibid.* Inſtar Phalaris ſævit Romæ in Chriſtianos, 120. VI. Ejus perſecutio inſtaurata, 127. I.
Hadrianus a Quadrato Epiſcopo Athenienſi & aliis admonitus ceſſat a perſecutione, 128. II.
Hadrianus ad Fundanum Proconſulem, & alios Præſides reſcripſit pro Chriſtianis, 128. III.
Hadrianus dictus a ſuis Locupletator Orbis, 122. I.
Hadrianus animadvertit in magiſtratus, 129. I.
Hadrianus muro diviſit Britanniam, 123. I.
Hadrianus abiit in Hiſpanias, 124. I.
Hadrianus Athenas petit, Eleuſiniis ſacris initiatur, 125. III. Reſtituit leges Solonis Athenienſibus, 125. I. Dedicavit ædem Jovis Olympii, 128. I. Draconem ex India poſuit ibi pro numine, 145. XV.
Hadrianus inviſit Africam, multaque contulit Africanis, 126. I.
Hadrianus peregrinatur in Aſiam, atque in Ægyptum, 128. VI.
Hadrianus conſecrat ubique templa, 129. I.
Hadrianus Antiochenis infenſus, 130. I. 131. I.
Hadrianus ex Hieroſolyma Æliam ædificat, 130. I. Cum ſculpſit in porta civitatis, 137. II.
Hadrianus venit in Ægyptum, 131. I.
Hadrianus conſecrat Antinoum in Deum, 132. VIII.
Hadrianus in Ægypto Pompeii tumulum reſtituit, *ibid.*
Hadrianus infenſus in Ægyptios, quid de illis, 132. XIII.
Hadrianus edictum perpetuum promulgavit, 134. II. A quo ſublatum, *ibid.*
Hadrianus agit iterum in Judæos, 135. II.
Hadrianus erigit templum Jovi ex adverſo templi Hieroſolymitani, 137. V.
Hadrianus erigit templum Veneris ſive Adonidis in Bethlehem, profanatque omnia loca ſancta, 137. VI.
Hadrianus quando Romam rediit, 138. III.
Hadrianus adoptat filios, *ibid.*
Hadrianus illuſtrat villam Tiburtinam, 138. VI.
Hadrianus ægrotat, *ibid.*
Hadrianus ſævit in Servianum virum inſignem & alios, *ibid.*
Hadrianus necat uxorem, *ibid.*
Hadrianus mutat magiſtratus, & alios novos creat, novaque nomina indidit, 140. IV.
Hadrianus malæ valetudinis pertæſus mortem ſibi cupit inferre, 139. I.
Hadrianus detinetur in vita effictis quibuſdam miraculis, 139. II. IV. Qualia illa eſſent, 139. II.
Hadrianus ob cædem Chriſtianorum dira patitur, 139. III.
Hadrianus diem obiit: ejus morientis verſus, 140. II. Sepultura, ætas, tempus regni, *ibid.*
Hadrianus quid in medicos, 140. IV.
Hadrianus ſcripſit res a ſe geſtas, 140. III.

Ha-

Hadrianus deditus magiæ, 140. IV.
Hadrianus relatus inter deos, 140. III.
Hadrianus Papa quo modo dicatur probaſſe canones Apoſtolorum, 102. XIII.
Hæreſiarchæ Romam ſe conferunt, ut arcem Catholicæ fidei expugnarent, 155. II. 167. IV.
Hæreſiarchæ damnantur ab Eccleſia Romana, 196. I.
Hæreſiarchæ magna fide coluntur a ſuis ſectariis, 105. IV.
Hæreſiarchæ pœnitentes nonniſi Romæ agunt exomologeſin, & recantant palinodiam, 155. IV. 167. IV.
Hæreſiarchæ, & eorum hæreſis. *Vide*, Hæreſis.

Hæreſum Certa nomina.

Hæreſis Acyllinorum, 247. III.
Hæreſis Adamitarum, 175. XXXIII.
Hæreſis Adelphiorum, 247. III.
Hæreſis Alogorum, 196. IX.
Hæreſis Apellianorum, 146. XVII.
Hæreſis Aquariorum, 174. III.
Hæreſis Archonticorum, 175. XXXI.
Hæreſis Artemonis, & Theodoti, 196. I.
Hæreſis Artotyritarum, 173. XL.
Hæreſis Aſcodritarum, 175. XXXI.
Hæreſis Bardeſanis, 196. XVI.
Hæreſis Baſilidianorum, 120. IX.
Hæreſis Blaſti, 180. III.
Hæreſis Caianorum, 145. XVI.
Hæreſis Carpocratianorum, 120. XXIV.
Hæreſis Cerdonianorum, 146. II.
Hæreſis Colarbaſianorum, 175. XXIII.
Hæreſis Docitarum, 191. III.
Hæreſis Elxai, 105. II.
Hæreſis Encratitarum, 174. X.
Hæreſis Florini, 110. III.
Hæreſis Helceſæorum, 105. IV. 249. VII.
Hæreſis Heracleonis, 145. VIII. 175. XXIII.
Hæreſis Hermiæ, 170. XII.
Hæreſis Hermogenis, *ibid.*
Hæreſis Marcionitarum, 146. II.
Hæreſis Materiariorum, 170. XII.
Hæreſis Melchiſedechianorum, 196. XII.
Hæreſis Millenariorum, 118. II.
Hæreſis Montaniſtarum, 173. I.
Hæreſis Novatiana, 254. CIV.
Hæreſis Ophitarum, 145. XIII.
Hæreſis Opinantium, 191. II.
Hæreſis Patriciana, 203. XXVI.
Hæreſis Pattalorincitarum, 173. XL.
Hæreſis Perticonaſatorum, *ibid.*
Hæreſis Praxeana, 196. XVII.
Hæreſis Quartadecimanorum, 173. XXXIX.
Hæreſis Quintillianorum, *ibid.*
Hæreſis Sabelliana ex Praxea, 196. XXI. Quando cognita, 196. XX.
Hæreſis Saturnini, 120. XXII.
Hæreſis Seleuciana, 170. XII.
Hæreſis Sethiana, 145. XVIII.
Hæreſis Severianorum, 174. XI.
Hæreſis Symmachiana, 203. XXVI.
Hæreſis Tatiana, 174. I.
Hæreſis Tertulliana, 216. XVIII.
Hæreſis Theodoti, 196. I.
Hæreſis Theodotianorum, *ibid.*
Hæreſis Traſcodrygitarum, 173. XL.
Hæreſis Valentinianorum, 145. I.

Hæreſes in communi.

Hæreſes unde progreſſæ, 146. XXXII.
Hæreſes ex ambitione progreſſæ, *ibid.*
Hæreſes multiplicatæ a diabolo, poſtquam ceſſavit idololatria, 146 XXIX.
Hæreſes progreſſæ a philoſophis, 120. XL. 130. IX.
Hæreſes cur in Chriſtiana religione frequentes, 146. XXVI.
Hæreſes in omnibus ſcientiis eſſe, 146. XXVII.
Hæreſes omnes habuerunt fœminas adjutrices, 146. XX.
Hæreſes omnes cur ab Auctore recitentur in Annalibus, 120. XVII.
Hæreſes demonſtraſſe, confutaſſe eſt, 173. XXXIII.
Hæreſes demonſtrant veram Eccleſiam, 120. XXI.
Hæreſes proſtratæ ſunt trophæa Eccleſiæ, *ibid.*
Hæreſes omnes ad profectum Eccleſiæ a Deo permiſſæ, 146. XXX.
Hæreſes comparatæ ſerpentibus, 100. II.
Hæreſes comparatæ inſulis ſterilibus, 170. IX.
Hæreſes omnes quomodo confutentur, 146. XXII.
Hæreſeon utilitas, 146. XXX.

Hæretici.

Hæretici corrumpunt ſcripta ſanctorum Patrum, 175. XII.
Hæretici Decretales epiſtolas fruſtra impugnant, 102. VII.
Hæretici divinas Scripturas ſæpe transferunt, nulli acquieſcentes verſioni, 207. IV. 231. LVII.
Hæretici ſoliti ſe jactare ac mentiri communicationem virorum illuſtrium, 196. VIII.
Hæretici natura inſtabiles, 173. XXXVI.
Hæretici poſt obitum Apoſtolorum facti procaciores, 109. III.
Hæretici nihil præter Scripturam admittere volentes olim damnati, 109. XXIV.
Hæretici voluptuoſiſſimi, 120. XL.
Hæretici a majoribus provocantur ad traditiones Romanæ Eccleſiæ, 145. XI.
Hæretici omnes quo argumento convincendi, 146. XXII.
Hæretici quibus notis manifeſte arguantur, 167. XII.
Hæretici diſcriminantur a Catholicis atque cognoſcuntur ex communicatione cum Romana Eccleſia. *Vide*, Romana Eccleſia.
Hæretici pœnitentes qua recipiendi ſint cum ſatisfactione, 167. VII.
Hæretici pœnitentis oblatio redditur eidem, cum ad hæreſin revertitur, 167. VI.
Hæretici admittentes cultum ſimulacrorum, 105. II.
Hæretici tempore Ignatii qui, 109. XXII.
Hæretici damnati a Gentilibus arbitris ad hoc ex conſenſu delectis, 216. VIII.
Hæreticis nec leviter communicandum, 167. VIII.
Hæreticorum portenta qualia, 105. III.
Hæreticorum patriarchæ philoſophi, 120. XL.
Hæreticorum turpitudines monſtruoſæ, 120. XIX.
Hæreticorum ſecreta, 120. XVIII.
Hæreticorum Synaxes, & myſteria clanculo fieri ſolita, 145. V.
Hæreticorum immania ſcelera redundant in Catholicos apud Gentiles. *Vide*, Calumniæ.
Hæreticorum baptiſmus quando ratus habendus. *Vide*, Baptiſmus.
Hæreticorum errores propalaſſe, confutaſſe eſt, 173. XXXIV.
Hamaxobii populi Chriſto credunt, 140. VII.
Harmonius Bardeſanis filius, 175. XIX.
Hecathæus Abderita, 231. XVI.
Hegeſippi tempore integer ſtatus Eccleſiarum, 167. XII.
Hegeſippus quid de Simeone, 109. I.
Hegeſippus venit Corinthum, 167. XI.
Hegeſippus congreditur cum Primo Epiſcopo Corinthiorum, *ibid.*
Hegeſippus ſcripſit ſacram hiſtoriam ſimplici ſtylo,

lo, 167. XIII. Alia ab eo ſcripta, *ibid.*
Hegeſippus imitandus in ſcribenda hiſtoria, 167. XV.
Hegeſippus Junior, *ibid.*
Helceſæi hæretici ab Elxai pſeudo-propheta ſe ortos gloriantur, 105. IV. Eorumdem portentoſa commenta, *ibid.*
Helceſaitarum liber fingitur de cælo lapſus, 249. VII.
Helenus Epiſcopus Heliopoleos, in Ægypto, 188. II.
Heliogabalus. *Vide*, Elagabalus.
Helpis martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Heracla Alexandrinus pallio uſus, 197. XVI. Præficitur Scholæ Alexandrinæ, 222. III. Creatur Epiſcopus Alexandrinus, *ibid.* Moritur, 248. V. Anni ejus ſedis, *ibid.*
Heraclam pater Melchiſedech, 196. XIV.
Heracleon hæreticus Valentini diſcipulus, 175. XXIII.
Heraclides martyr diſcipulus Origenis, 205. VII.
Heraclitus ſcriptor Eccleſiaſticus ſub Severo, 196. IV.
Herculaneus Commodianus Flamen, 194. III.
Herculanus Epiſcopus in Africa, idem legatus S. Cypriani, 254. XXXV.
Herena martyr in Africa ſub Decio, 253. LII.
Herenæus martyr in Africa ſub Decio, *ibid.*
Herma auctor libri Paſtoris, 159. IV. Cujus liber ille ſit fidei, *ibid.* An Pauli diſcipulus, *ibid.*
Herma cur Paſtor dictus, 159. VIII.
Herma ſcripſit Acta S. Praxedis, *ibid.*
Herma idem quod Hermes, 159. VI.
Herma Paſtor moritur, 164. XXIV.
Hermes præfectus Urbis factus Chriſtianus, & martyr ſub Hadriano, 132. II.
Hermias hæreticus, 170. XII.
Hermogenes hæreſiarcha quando prodiit, 170. XI. Ex philoſopho Stoico factus Chriſtianus, & hæreticus, *ibid.* Ejus diſcipuli, 170. XII.
Hermogenes Jureconſultus ſub Alexandro, 225.I.
Hermophilus depravator divinæ Scripturæ, 207. V.
Hero diaconus Antiochenus ſucceſſor Ignatii, 109. XVI. Eum hortatur Ignatius, 109. XIX. Creatur Epiſcopus Antiochenus, 160. VIII. Ejus precatio ad Ignatium, 110. IX. Superſtes poſt terræmotum Antiochenum, 117. V. Martyrio coronatur, 131. I.
Hero Junior Epiſcopus Antiochenus, 143. I. Moritur, 170. VII. Heron Martyr Alexandriæ ſub Decio, 253. CVI.
Herodes Atticus celebris orator, 169. VII.
Heron diſcipulus Origenis martyr ſub Severo, 205. VII.
Heſychius Alexandrinus emendat editionem Septuaginta, 231. XLI.
Heſychius martyr ſub Alexandro, 228. II.
Heteriæ quid, 100.VIII. Prohibet eas Traianus, eoque prætextu vexat Chriſtianos, *ibid.*
Hexapla Origenis quæ ſint, 231. II.
Hierapolitani donantur frumento a Marco Imp. *Vide*, Marcus Imp.
Hierarchia cæleſtis ab Ignatio deſcripta, 109. XXV.
Hierarchia Eccleſiaſtica ab Ignatio expreſſa, 109. XXVIII.
Hierarchia Eccleſiaſtica cæleſti perſimilis, 112.VIII.
Hierarchia Montani, 173. XXXII.
Hieronymi conſilium in recenſendo Scriptores Eccleſiaſticos, 100. LX.
Hieronymi juſta querela de receptis tranſlationibus hæreticorum, 184. IV.
Hieronymi labor in editione ſeptuaginta, 231. XXXIX.
Hieronymi labor Græcis magis quam Latinis acceptus, 231. XLIII.
Hieronymi editio divinæ Scripturæ a Latinis parvipenſa a Græcis tranſlata, *ibid.*
Hieronymi editio cognita, & in Latinam Eccleſiam introducta, veteri exoleſcente, 231. XLVI.
Hieronymus imitatur Origenem in emendatione Septuaginta, 231. XXXVII.
Hieronymus ſolitus Romæ inviſere frequenter cœmeteria, 226. X.
Hieronymus patitur invidiam ob tranſlationem divinæ Scripturæ, 231.XLII.
Hieronymus novum Teſtamentum non tranſtulit, ſed tantum emendavit, 231.LIII.
Hieronymus vocum antiquarum tenaciſſimus, 231. LIV.
Hilarianus Proconſul in Africa, 203. X.
Hilduinus ſcriptor Areopagiticorum, 109. XLIII. XLV.
Hincmarus Epiſcopus Rhemenſis accurate de Dionyſio Areopagita, 109. XLII. XLIX.
Hippolytus celeberrimus inter ſcriptores Eccleſiaſticos quando abſolvit canonem temporum, 224. X. Ejus ſtatua cum canone temporis inventa, *ibid.*
Hippolytus quæ ſcripſit, 229. III. X.
Hippolytus invidiam patitur ab Origenis ſtudioſis, 229. III.
Hippolytus cujus Eccleſiæ Epiſcopus fuerit, *ibid.*
Hippolytus dictus Nonnus, 229. IV.
Hippolytus ſe Romam confert, ibique a Pontifice Romano retinetur, *ibid.*
Hyppolytus Epiſcopus olim in Arabia, factus eſt Epiſcopus Portuenſis, 229. V.
Hippolytus patitur ſub Alexandro, *ibid.* Ejus Martyrii Acta, 229. VI.
Hippolytus exceptus a Calliſto Papa, 229. IV. Ejus memoria in Portu Romano, *ibid.*
Hippolyti Portuenſis error circa D. Joannis Evangeliſtæ immortalitatem, 101. III.
Hiſpania Chriſto ſubjecta, 140. IX.
Hiſtoria ab Hegeſippo conſcripta, 167. XIV.
Hiſtoria a fuco dicendi aliena, *ibid.*
Hiſtoriæ ſcribendæ recta ratio, *ibid.*
Hiſtoriæ congruit ſimplicitas, ſimplexque genus dicendi, *ibid.*
Hiſtoriæ finis utilitas, *ibid.*
Hiſtoriæ peculiaria quæ ſint, *ibid.*
Hiſtorici Gentiles in Chriſtianos infenſi haud fideles inventi, 163. X. Mendaciſſimi interdum in recenſendis rebus Chriſtianorum, 176.II. Suppreſſerunt res geſtas a Philippo Chriſtiano Imperatore, 249. III.
Hominem creatum ab Angelis impie dicebat Saturninus, 120. XXII.
Homines omnes inhabitantes habere malos ſpiritus, dicebat Valentinus, 145. VI.
Homines omnes peſſimi a Caianis habiti ſancti, 145. XVI.
Homines non urgeri fato, ſed propria voluntate, 175. XIX.
Homines ſceleſtos, & infames ſolitos conqueri de Chriſtianis, 201. XXXV.
Hominum triplex differentia a Valentino conſtituta, 145. III.
Hominum duo genera a Saturnino poſita, 120. XXIII.
Honorius Imperator celebravit ludos ſæculares 249. V.
Horto frugifero Eccleſia comparata, 170. IX.
Hyacinthus martyr Romæ ſub Traiano, 106. XII.
Hyacinthus Traiano a cubiculo martyr, Cæſareæ, 108. II.
Hygini Papæ tempore hæreſiarchæ in Urbe, 155. I.
Hyginus Papa creatur, 154. II.
Hyginus Papa martyrio coronatur, 158. I. Ejus decreta, & anni ſedis, 158. II.
Hymnus Angelicus quando dicendus, 154. II.

Ja-

I

JAcobus Davis de Perronio Epiſcopus Ebraicenſis laudatur, 109. XLI.
Jannica martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Januaria martyr in Africa cum ſociis ſub Severo, 202. IV.
Januarius filius S. Felicitatis martyr Romæ una cum ſociis, 175. IV.
Janus clauſus aperitur a Gordiano ad bellum Perſicum, 244. I.
Iberi ad fidem converſi a Clemente Papa, 100. XI.
Iberos credere in Chriſtum teſtatur Irenæus, 140. VII.
Idola quæ erant celeberrima, obmutuerunt, 100. III. Unde id acciderit, 100. V.
Idola aliqua relicta vocalia permiſſu Dei, ut contra ſe loquerentur, 253. CXXXVI.
Idola obmuteſcunt præſentia Cregorii Taumaturgi, 253. CXXXV.
Idola habitatio malorum geniorum, 100. V.
Idola aliqua a Chriſtianis ſub Philippo Imperatore confracta, 253. VII. XIII.
Idolorum reſponſa de fide Chriſtiana propaganda, 224. II.
Idolorum oracula. *Vide*, Oracula.
Idololatræ. *Vide*, Gentilitas,
Idolothytorum ſcrupuloſa obſervatio, 201. XVI.
Jejunia ex traditione Apoſtolica, 109. XXXI.
Jejunia nova indicere præſumebat Montanus univerſæ Eccleſiæ, 173. XXVIII.
Jejunia religioſorum regularium longe diverſa a Montani jejuniis, *ibid.*
Jejunia nova Montani, *ibid.*
Jejunia deteſtabantur Carpocratiani, 120. XXVIII.
Jejunia Cyprianus indicit ſuis tempore perſecutionis, 253. XLVII.
Jejunia nova ex nova cauſa indicere ſolebant Epiſcopis in ſuis Eccleſiis, 173. XXIX.
Jejunium Quadrageſimæ, 136. I.
Jejunium ſabbati Marcion quam ob cauſam indixit ſuis, 146. XII.
Jeroſolyma an fuerit Patria Melchiſedech, 196. XV.
Jeroſolyma acriter vexata, 113. I.
Jeroſolyma mutatur in Æliam: ab Hadriano templis profanata. *Vide*, Ælia, & Hadrianus.
Jeroſolymitana perigrinatio antiquiſſima, 199. X.
Jeroſolymitani Epiſcopi ſibi invicem ſuccedentes, 113. 127. I. 138. I. 157. I. 186. I. Eorum ſedis tempus plane incertum, *ibid.*
Jeroſolymitani Epiſcopi recenſiti ab Epiphanio, 138. II.
Jeroſolymitani Epiſcopi ex circumciſione deficiunt, 138. I.
Jeroſolymitani Epiſcopi ex Gentibus, eorumque primus Marcus, *ibid.*
Jeroſolymitani templi ſpolia incenſa cum templo Pacis Romæ, 193. II.
Jexeus frater Elxai pſeudo-prophetæ, 105. II.
Ignatius amandatur Antiochia Romam, 109. V.
Ignatius qualis eſſet, ejus declarant epiſtolæ, *ibid.*
Ignatius cuſtoditur a ſævis militibus, 109. VII.
Ignatius quando venit Smyrnam, 109. VIII.
Ignatius quos habuit comites in itinere, *ibid.* Ejus magnanimitas, 109. XI.
Ignatius licet vinctus, ubique tamen glorioſus, *ibid.*
Ignatius legatos diverſarum Eccleſiarum ſuſcipit, 109. IX. XVIII.
Ignatius ſcribit ad diverſas Eccleſias, 109. X. XV.
Ignatius vaticinatur de Herone futuro epiſcopo, 109. XVI.
Ignatius quando ſcripſit ad Romanos, 109. XIII.
Ignatius magno animi ardore exoptat martyrium, 109. XII. Ejus inſignis humilitas, 109. XI.
Ignatius gloriatur vinculis, *ibid.*
Ignatius mirifice laudat Romanam Eccleſiam, 109. XIII.
Ignatius advenit Troadem, 109. XIV.
Ignatius quando ſcripſit ad Polycarpum, 109. XV. Smyrnenſes, *ibid.*
Ignatius perducitur Philippos, 109. XVI.
Ignatius quando ſcripſit ad Antiochenos, *ibid.* & ad Heronem ejuſdem Eccleſiæ diaconum, *ibid.*
Ignatius quando ſcripſit ad Tarſenſes, 109. XVII.
Ignatius plures ſcripſit epiſtolas quam duodecim editas, 109. XIX. Ejus epiſtolæ collectæ a Polycarpo, & a Philippenſibus, 109. XVIII. Numerus earum, & ſinceritas, 109. XIX. Quanti ponderis ſint in Eccleſia Dei, 109. XX. Puriſſimi fontes traditionum, 109. XXI. XXV. Signum epiſtolarum ejus, 109. XXXII.
Ignatius quodnam habuit ſcribendi genus, 109. XXXV.
Ignatius ſuis epiſtolis repræſentat puriſſimam faciem primitivæ Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ, 109. XXXI.
Ignatius eadem omnino docuit, quæ Apoſtoli, 109. XXI.
Ignatius vehementer inſectatur hæreticos, 109. XXII.
Ignatius primus omnium exacte expreſſit hierarchiam cæleſtem, 109. XXXV.
Ignatius quo anno martyrium conſummavit, & quo modo, 110. I.
Ignatius, ut Romæ pateretur, Dei conſilium fuit, 110. IV.
Ignatius citatur a Dionyſio Areopagita, 109. LIII. & ab Irenæo, 109. XII.
Ignatii reliquiæ tranſlatæ in Syriam, 110. V. Eædem illuſtratæ miraculis, 110. XI.
Ignatii aſſertio de tempore celebrandi Paſchatis, 159. II.
Ignatii Epiſtolæ dignæ, ut ab omnibus legantur, 109. XI.
Ignatius cum ſublatus eſt ab Eccleſia Antiochena, Civitas terræmotu corruit, 117. II.
Ignatius martyr in Africa ſub Decio, 253. XCI.
Ignotum Deum qui adorabant, 114. II.
Imagines quas habebant Baſilidiani, 120. XVII.
Imaginum cultus apud Carpocratem qualis, 120. XXXVIII.
Imaginum cultus quis legitimus, *ibid.*
Imago Jovis Pluvii, & declaratio ejus, 176. XXV.
Imago aſini expoſita in deriſionem Chriſtianæ religionis, 201. XXII.
Imaginum antiquus uſus, 216. XIV.
Imagines paſtoris ovem humeris geſtantis in ſacris vaſis poſitæ, 216. XIII.
Imaginum hæreticorum occaſione, calumniæ Novantium, 120. XII.
Immolatio infantium Chriſtianis objecta. *Vide*, Calumniæ.
Imperatores conſecrati dii, & qua impoſtura, & ſuperſtitione, 213. V.
Imperatores Gentiles in ſua familia habuiſſe Chriſtianos, 237. IV.
Imperatores Chriſtiani purgarunt ſordes Urbis, 227. I.
Imperatores ſubditi ſint epiſcopis, 109. XXVII.
Imperatori venienti in Urbem, quo modo occurri ſolitum, & quid tunc agi Romæ, 200. I.
Imperium Romanum dire afflictatum cladibus multiplicibus ob necem Chriſtianorum, 154. IV.
Impietas maximum omnium ſcelus, ob idque Chriſtiani

ſtiani diriſſimas pœnas ſubierunt, quod impii crederentur, 164. VI.
Incendium Alexandrinum, 231. XXXIII.
Incendium Romæ ſub Commodo Imp. 193. I.
Incenſum non ponat diaconiſſa, 179. LI.
Index Romanorum Pontif. ab Honorio Papa collectus, 121. I.
Indis prædicat Evangelium Pantænus, 185. II.
Indorum legationes ad Traianum, 106. I.
Indulgentiam non aufert Eccleſiaſtica diſciplina, 254. CV.
Indulgentia non conceditur abſque aliqua prævia ſatisfactione, 253. LV.
Indulgentiæ ſigno numiſmata expreſſa, 210. III.
Indumenta Chriſtianorum cujus coloris eſſe ſolerent, 197. VIII. XIII.
Infames perſonæ ſolitæ conqueri de Chriſtianis, 201. XXXV.
Infamia gravi laborabant Chriſtiani ex Gnoſticorum turpitudinibus. *Vide*, Calumniæ.
Ingenes martyr Alexandriæ ſub Decio, 253. CVII.
Initiatio ab impoſtore excogitata, 146. II.
Inquiri vetiti Chriſtiani a Traiano, 104. V.
Inquiri juſſi Chriſtiani ſub Severo, 203. X. Quam periculoſe id tentarit, 209. XIII.
Inſcriptio Hadriani Imp. ob beneficia collata Romanis & debita dimiſſa, 120. III.
Inſcriptio gemmæ Baſilidianorum, 120. XVI.
Inſcriptiones teſtantes legionem Fulminatricem antiquitus ſic dictam, 176. XIX.
Inſtrumenta tortoria, 253. XV. *Vide*, Tormenta.
Inſulæ fertili comparata Eccleſia, 170. IX.
Inſulæ ſterili hæreſis ſimilis, *ibid.*
Interpretatio Theodotionis quando innotuit, 184. I. Quarta dicta, cum ſit tertia, 184. III.
Interpretatio Quinta dicta quando apparuit, 219. III.
Interpretatio Sexta ab Origene reperta, 230. VII.
Interpretatio Septuaginta quando facta, an prima omnium, 231. XI. Quantum temporis ante Chriſtum, 231. XVII. Divino conſilio elaborata, 231. XVIII. Divinoque afflata Spiritu, eodemque prophetico tranſlata, 231. XXI.
Interpretatio Septuaginta an perierit incendio Alexandrino, 231. XXXIII.
Interpretatio Septuaginta reſtituta modo opera R. D. Antonii Carafæ S. R. E. Cardinalis, 231. LXII.
Interpretatione Septuaginta utebantur Judæi communiori uſu, 231. XXXV.
Interpretatio Septuaginta a quibus fuerit emendata, 231. XXXVII.
Interpretatio Septuaginta quo modo a Judæis cœpta depravari, 231. XXXV.
Interpretatione Septuaginta uſi ſunt Apoſtoli, 231. XXXIX.
Interpretatio Septuaginta dicta Vulgata, & Communis, 231. XLI.
Interpretatio Septuaginta non eadem apud omnes, *ibid.*
Interpretationes Vetus, & Nova quæ dictæ ſint, 231. XLVI.
Interpretationes diverſæ ab Origene collectæ atque ordine diſpoſitæ, 231. I. V. VIII.
Interpretes Novantes damnantur, 231. LVII.
Interpretari ſæpe divinas Scripturas, nec majoribus acquieſcere, hæreticorum eſt, 207. V.
Interceſſio ſanctorum nobis proficua. *Vide*, Martyres.
Inventarium dictum Breve, atque Commemoratorium, 142. X.
Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ obitus, 101. III.
Joannis Apoſtoli obitus quando & ut contigit, 101. II.
Joannes Apoſtolus pie creditur ad Deum cum carne aſſumptus, 101. VII.
Joannis Apoſtoli immortalitas redarguitur, 101. V.
Joannis Apoſtoli reliquiæ in honore habitæ, 101. III.
Joannis Apoſtoli ſepulcrum Epheſi, *ibid.*
Joannis Apoſtoli ſepulcrum terram vomit, 191. IV.
Joannis Apoſtoli proxime morituri ultima verba ad ſuos, 101. VI.
Joannis Apoſtoli ætas, 101. VIII. Ejus ſacerdotium quoto anno ſuæ ætatis incidit, 101. IX. Ultimus Apoſtolorum manſit in vita, 101. X.
Joannis Apoſtoli martyrium quale, *ibid.*
Joannis Apoſtoli ſcripta in Elxai hæreſim, 105. II.
Joannis Apoſtoli apparitio cum Dei Genitrice facta Gregorio Thaumaturgo, 233. XVII.
Joannis Apoſtoli tolerantia Judaici moris, celebrandi Paſchatis Luna decima quarta, 159. I. 198. IX. Ipſe autem diei Dominicæ prædicator, 159. II.
Joannis Apoſtoli ſcripta commendata Platonicis, 234. VII.
Joannis Damaſceni error corrigitur, 102. X.
Joannis diſcipuli Domini auditor Papias, 118. III. Interdum acceptus pro auditore Joannis Apoſtoli, 118. IV.
Joannes Philopomus redarguit Proclum agentem adverſus Chriſtianos, 173. XXXVII.
Job Chriſtianus dictus Euſtachius martyr, 120. VI.
Jonathæ Paraphraſis exiſtimata Theodotionis, 184. V.
Joſephus Judæus hiſtoricus refellit commentum de cultu capitis aſini, 201. XXIII.
Jovilla martyr inſignis in Gallia ſub Marco, 179. XXXVII.
Jovis Olympii templum Athenis ab Hadriano dicatum, 128. I.
Jovis Pluvii ſimulacrum in columna Antonini exculptum, 176. XXV.
Jovis diverſa nomina ex diverſis cauſis, *ibid.*
Jovis ſtatua in loco reſurrectionis Domini collocata ab Hadriano, 137. VI.
Jovis templum Hieroſolymis ab Hadriano erectum, 137. V.
Jovita martyr cum Fauſtino Brixiæ ſub Hadriano, 122. II.
Iraides martyr Antinopoli in Ægypto ſub Hadriano, 132. XV.
Irenæus adoleſcens audivit Polycarpum, 169. XIX. Itemque Papiam, 180. I. Miſſus in Gallias a Polycarpo, *ibid.*
Irenæus conteſtationem ſuis ſcriptis appoſuit, 175. XXXIV.
Irenæus quando ſcripſit, *ibid.*
Irenæus miſſus legatus ad Eleutherum Papam, 179. LIII.
Irenæus quid Romæ egit, 179. LIV.
Irenæus provocat ſemper hæreticos ad traditiones Romanæ Eccleſiæ, *ibid.*
Irenæus an ſit profectus in Aſiam, *ibid.*
Irenæus quando creatus Epiſcopus Lugdunenſis, 180. I.
Irenæus quando ſcripſit adverſus Valentinianos, 180. II.
Irenæus quid adverſus Florinum, & Blaſtum, 180. III. 205. XXX.
Irenæus reverſus in Gallias, 180. V.
Irenæus accuſat nimiam ſeveritatem Victoris Papæ, ſed an jure, 198. XII.
Irenæus conciliator pacis inter Catholicos, 198. XIV.
Irenæus quæ ſcripſit, 180. II. Quando ſcripſit, 180. V. Græce ſcripſit, *ibid.* Græciſque notiora olim ea fuere, quam Latinis, 205. X. XX. Scriptor dictus eſt Apoſtolicorum temporum, *ibid.*

Ire.

Irenæus quando martyrio coronatus eſt, 205. XXVIII.
Iſchyrion martyr Alexandriæ ſub Decio, 253. CVII.
Iſidis cultus a Romanis ſæpe rejectus, ac tandem mira celebritate acceptus, 148. II.
Iſidis feſta ludibriis plena repræſentari ab indiſciplinatis Chriſtianis ante tempora Quadrageſimæ, 183. XI.
Iſidis ſacra magno pretio in Urbe, 183. X.
Iſidis ſacris ex Conſule apoſtata initiatur, 183. VII.
Iſidori duo confuſi ſæpe reperiuntur, 102. XI.
Iſidori ſententia de Canonibus Apoſtolorum, *ibid.*
Iſidorus hæreticus, Baſilidis filius, & ejus ſcripta, 120. XX.
Iſidorus martyr cum ſociis in Ægypto ſub Decio, 253. CVI.
ex Italia Gentiles in Pontum confluunt ad Æſculapium apparentem, 145. XIV.
Italica Civitas in Hiſpania, ex qua Traianus oriundus, 100. I.
Italicus Præſes in Gallia perſecutor ſub Hadriano, 122. II.
Itinerarium Clementis, 102. XXI.
Judæi in Ægypto rebellant ſub Traiano, 116. I. Eorum immanitas in Romanos, & Græcos, *ibid.*
Judæi rebellantes devaſtant Cyprum, 116. II. Lege vetiti adire Cyprum, *ibid.*
Judæi in Meſopotamia rebellant, *ibid.*
Judæi adverſus Gentes aliquando victores, 117. VI.
Judæi ſæpe a Romanis defecere diverſis temporibus, 121. III.
Judæi rebellant tempore Hadriani, 130. I.
Judæi collocant præſidia in cuniculis excavatis, *ibid.* Eorum latebræ inſtar cœmeteriorum, 130. II.
Judæi rebellantes concutiunt orbem, 130. III.
Judæi perſecuti ſunt Chriſtianos ſub Hadriano, 130. IV.
Judæi iterum ſub Hadriano rebellant, 135. II.
Judæi iterum rebellant ſub Antonino Pio, 141. I.
Judæi iterum rebellant ſub Severo Imp. 199. II.
Judæi a Quieto compreſſi, auctæque eorum clades majores in dies, 117. VI.
Judæi Alexandriæ occiſi omnes, *ibid.*
Judæi dira paſſi ſub Hadriano, 135. II. 137. IV.
Judæi vetiti accedere in Palæſtinam, 137. I. Iterum hac lege coerciti, 199. IV.
Judæi nec glebam quidem terræ in Orbe poſſidebant, 137. IV.
Judæi ab Antonino Pio iterum compreſſi, 141. I.
Judæi compreſſi ſub Severo, 199. II. Ab eodem iterum victi, 203. IV.
Judæi a Peſcennio Nigro dire afflicti, 199. II.
Judæi falſæ pacis oraculo decepti, *ibid.*
Judæi a Claudio latrone gravia paſſi, 199. III.
Judæi vetiti a Severo circumcidi, 204. I.
Judæi a Severo quoque vetiti accedere in Palæſtinam, 199. IV.
Judæi deteriores omnibus barbaris, 178. IV.
Judæi ubique ſaltem verbis ſoliti exagitare Chriſtianos, 210. VI. 254. V.
Judæi ſtuduerunt corrumpere editionem Septuaginta, 231. XXXVI.
Judæi plurimi profecti in Ægyptum, 231. XIII.
Judæi in deſerto coluerunt Apim, 123. II.
Judæi cum Chriſtiano diſputatio, 210. VI.
Judæorum calumniæ redundantes in Chriſtianos, 120. XXX.
Judæos affligentes magna a Deo ſunt conſecuti beneficia, 100. I.
Judæorum portæ inſculptus porcus, 137. II.
Judæis tributus cultus Bacchi, & Adonidis a Plutarcho, 201. XXVI. Ab illo, & aliis item cultus aſini, 201. XXIV. Nec non cultus porci, 201. XXVI.
Judæus baptizatus arena fictitie, 181. II.
Judaicum bellum ſub Traiano, 116. I.
Judaicum bellum ſub Hadriano, 135. I.
Judaicum bellum ſub Antonino Pio, 141. I.
Judaicum bellum ſub Severo, 199. II. 203. IV.
Judas ſcriptor Eccleſiaſticus ſub Severo, 204. II.
Judas Iſchariothes laudatur a Caianis, 145. XVI.
Judas Epiſcopus Hieroſolymitanus, 127. I.
Judices Ethnici adhibiti in controverſiis cum hæreticis, 220. VIII.
Judicia capitalia in Chriſtianos iniquiſſima 150. III. 164. XIV. *Vide*, Perſecutio.
Judicii extremi prædicatione perterrefacti Gentiles, 178. VI.
Julia martyr in Africa ſub Decio, 253. LII.
Julia Martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Juliana virgo dedit Origeni Symmachi interpretationem, 205. VI.
Juliana virgo hoſpes Origenis tempore perſecutionis, 205. VI.
Julianus Apameæ Epiſcopus, 173. XXI.
Julianus Apoſtata quid de Traiano, 100. XVII.
Julianus Apoſtata aufert frumentum donatum Chriſtianis, 163. XIV.
Julianus Imp. poſt Pertinacem, 195. I. Tempus ejus Imperii, *ibid.* Spoliatur Imperio ab exercitu Romano, *ibid.*
Julianus Epiſcopus Hieroſolymorum 157. I.
Julianus Junior Epiſcopus Hieroſolym. *ibid.*
Julianus Epiſcopus Alexand. 181. I. Obitus ejus, 190. I.
Julianus magus, 176. VII.
Julianus filius Symphoroſæ, martyr cum fratribus ſub Hadriano, 138. IV.
Julianus martyr Soræ ſub Marco, 175. VII.
Julianus martyr cum Euno Alexandriæ ſub Decio, 253. CIV.
Julius Africanus Conſul, & Præfectus, 114. IV.
Julius Africanus legatus pro reſtituenda Nicopoli, 222. I.
Julius Africanus ſcriptor Eccleſiaſticus, *ibid.*
Julius Capitolinus in Chriſtianos infenſus, 163. X.
Julius Capitolinus errat in annis Lucii Imp. 171. II.
Julius Capitolinus quando floruit, 163. X.
Julius Caſſianus auctor Docitarum hæreticorum, 191. III.
Julius Celſus Jureconſultus, 225. I.
Julius martyr in Gallia cum ſociis ſub Marco, 179. XXXV.
Julius martyr Romæ Senator ſub Commodo, 192. III.
Julius martyr miles in Myſia ſub Alexandro, 228. II.
Julius Maximinus Imp. perſecutor. *Vide*, Maximinus.
Julius Paulus J. C. ſub Alexandro, 225. I.
Julius Proculus Senator an fuerit Chriſtianus, 192. VI.
Julius Severus contra Judæos miſſus, 121. III.
Jurabant Chriſtiani Imperatoribus fidem, 169. IX.
Juramentum per Genium Imperatoris præſtare recuſabant Chriſtiani, 202. II. V.
Juramentum per corpus, & ſanguinem Chriſti a Novatiano exactum a ſuis, 254. LXXV.
Jure antiquo Romanorum Chriſtiani, ut qui peregrinam inveherent in Urbem religionem, plectendi, 164. V.
Jureconſulti Chriſtianis infenſi atque moleſti, 225. II. 226. V.

Jureconſultorum reſponſa, & leges Imperatorum hoſtium Chriſtianorum non reſpuit Eccleſia, 226. V.
Juſta martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Juſtinus martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXV.
Juſtinus philoſophus Platonicus Samarita quo tempore receſſit a patria, 130. IV.
Juſtinus philoſophus quo impulſu Chriſtianam religionem profeſſus eſt, 130. V.
Juſtinus philoſophus ſcrutatus omnes ſcholas philoſophorum, *ibid.*
Juſtinus philoſophus acquievit magis Platonicis, 130. VI.
Juſtinus philoſophus ab incerto homine fidem Chriſtianam didicit, 130. VII.
Juſtinus philoſophus quando ſcripſit Apologiam ad Antoninum Imp. 142. XIII. 150. II.
Juſtinus philoſophus numerat tempus ab annis Chriſti, 142. XIII.
Juſtinus philoſophus contempſit edicta Imp. de legendis libris Propheticis, 143. I.
Juſtinus philoſophus impugnat Valentinum hæreſiarcham, 145. IX.
Juſtinus philoſophus uſus eſt magna libertate in dicendo, 150. III. 164. XXIII.
Juſtinus philoſophus cur Marco Imp. Philoſopho odioſus, 164. X.
Juſtinus philoſophus redarguit Creſcentem Cynicum, *ibid.*
Juſtinus philoſophus patitur perſecutionem a Creſcente Cynico, 164. XI.
Juſtinus philoſophus ſcripſit Apologiam ſecundam ad Senatum tantum, 164. XIV.
Juſtinus philoſophus rogat ſuam legi Apologiam, 164. XXIII.
Juſtinus philoſophus coronatur martyrio una cum ſociis, 165. I. Eorum martyrii Acta, 165. II.
Juſtinus philoſophus ubi hoſpitatus in Urbe, 165. III.
Juſtinus philoſophus ſtabilis in fide Chriſti, 165. V.
Juſtinus philoſophus quo die martyrio coronatus, 165. I.
Juſtinus philoſophus quot annos vixit, *ibid.*
Juſtinus philoſophus quæ ſcripſit, 165. VII. De ejus epiſtola ſcripta ad Papam, 165. IX.
Juſtinus cur in Apologia tam manifeſte evulgat ſacra Chriſtianorum myſteria, 150. IV.
Juſtinus Epiſcopus Alexand. creatur, 122. I. Moritur, 133. I.
Juſtus Epiſcopus Hieroſolymitanus, 113. I.
Juſtus Epiſcopus Viennenſis, 166. I. Ad eum ſcripſit Pius Papa, *ibid.* Paſſus eſt martyrium ſub Marco, 166. IV.

K

KAtaphrygæ hæretici, 173. XXXVI. XXXVIII. *& ſeq. Vide*, Cataphrygæ, Montanus, Montaniſtæ.
Kata Æſchinem dicti hæretici, 173. XXXVI.
Καθαροὶ volebant, dici Novatiani, 254. CVI.
Κεραυνοβόλος, ſic dicta legio Chriſtianorum militum, 176. VI.

L

LActantius juſte conqueſtus de Jureconſultis in Chriſtianos iniquiſſimis, 225. II.
Lætantius martyr cum ſociis in Africa ſub Severo, 202. IV.
Lætus Præfectus ſucceſſit Philippo Chriſtiano in præfectura Auguſtali Ægypti, 204. VI.
Laica communio tantum datur lapſis clericis pœnitentibus, idque etiam ſervatur in lapſis Epiſcopis, 254. XCI.
Laica communio. *Vide*, Communicatio.
Laici probatæ vitæ, & ſcientiæ docuerunt aliquando publice in Eccleſia, 230. III.
Laicos homines e tabernis fabrilibus pulpitum conſcendere apud Novatores, 196. XI.
Lampades ardentes geſtabant Quintiliani hæretici, 173. XXXIX.
Lampridius hiſtoricus quando vixit, 220. IV.
Lanarii vici duo in Urbe, 192. II.
Laodicius martyr Heracleæ ſub Marco, 175. VII.
Lapidari ſoliti Chriſtiani Epheſi, 254. XXV.
Lapſi tempore perſecutionis ſub Marco, 179. VII.
Lapſi quamplurimi tempore perſecutionis ſub Decio, 253. XVII. XCIX.
Lapſi a Præſidibus afflictati, 179. XIV.
Lapſi recipiuntur a martyribus, 179. XXXI.
Lapſi reſipiſcentes martyrium conſequuntur, 179. XVIII.
Lapſi reſtituti a martyribus, 179. XXXI.
Lapſi pœnitentes rejiciuntur a Tertulliano, 216. III.
Lapſi diverſi generis, 253. XVIII.
Lapſi ſoliti adire martyres pro pace, & communione poſtea conſequenda, 253. LV.
Lapſi importunitate nimia agebant, *ibid.*
Lapſi mitti ſoliti ad martyres, ut magis erubeſcerent, 253. LVIII.
Lapſi nonniſi per Epiſcopos reconciliari ſolebant, 253. LX.
Lapſi a martyribus tantum libellum ſupplicem accipiebant, non autem reconciliationem, *ibid.*
Lapſi cur interdum magna temeritate irrumpebant in Eccleſiam, 253. LXV. Eos acriter redarguit Cyprianus, 253. LXXIII.
Lapſi non feſtine; ſed magna maturitate, & conſilio recipiendi, 253. LXVI.
Lapſi procaces, & in Epiſcopos contumelioſi, 253. LXV.
Lapſi communicantes ſine conſenſu Epiſcopi excommunicantur, 253. LXXVI.
Lapſi recipiendi, qui tamen manſueti eſſent, humileſque, & non procaces, 253. LXXIII. LXXXI.
Lapſi qualiter recipiendi eſſent, ſancitum Romæ decretum in Concilio, 253. LXXXI.
Lapſi revocati ad pœnitentiam, receptique a martyribus in Ægypto, 253. CIX.
Lapſi ex temeritate redditi ſecuri, 253. CXXVIII.
Lapſi viſitabant martyres in carcere poſitos, 254. XII.
Lapſi, reddita pace, magno impetu obtrudunt ſe in Eccleſiam, 254. LI.
Lapſi non indiſtincte omnes ſimul, ſed habito cujuſque ſatisfactionis delectu reſtituendi, *ibid.* Habendus de lapſis delectus, 254. LXXXVIII.
Lapſi admonentur a Cypriano, ſcripto commentario, 254. LI.
Lapſi a Deo puniti, & prodigiis perterrefacti, 254. LII.
Lapſi, ut ſatisfaciant Eccleſiæ, admonentur, 254. LV.
Lapſi qui, & quo modo reſtituendi, in Concilio Africano actum eſt, 254. LXXXVIII.
Lapſi Epiſcopi, ſic recipiendi pœnitentes, ut tantum communicent inter laicos, 254. LXIII.
Lapſi pœnitentes admiſſi a Concilio Romano, 254. XC.
Lapſi confeſſores reſtituti a Cornelio Papa, 254. CI.
Lapſis non inconſulte danda pax a martyribus, 253. LVIII.
Lararium, 224. II.
Latrones a Marco ſcripti milites, 170. III.
Lauream geſtare ſoliti milites, cum acciperent donativum, 201. II.
Laureati milites etiam Chriſtiani, *ibid.*
Laureati poſtes Chriſtianorum, 200. V.
Laureatus Senatus occurrit Severo Imp. 200. I.

Lau-

Laurentius martyr in Tuſcia ſub Decio, 254. XXIX.
Laurentius martyr in Africa ſub Decio, 253. XCI.
Lauri foliis cohibent riſum Senatores, 192. I.
Lectores in Eccleſia Africana qui dicebantur, 253. XCIII.
Lectorum munus legere Evangelium, *ibid.*
Legationes diverſarum Eccleſiarum ad Ignatium, 109. IX.
Legatio Epheſiorum ad Ignatium, *ibid.*
Legatio Fortunati, & Caldonii contra Feliciſſimum a Cypriano miſſa, 254. XXXV.
Legatio Trallianorum ad Ignatium, 109. IX.
Legatio Irenæi ad Eleutherum Papam, 179. LIII.
Legatio a Lucio Rege Britannorum miſſa ad Eleutherum Papam, 183. III.
Legatio Michaelis Imp. ad Ludovicum Pium Imp. cum ſcriptis Dionyſii Areopagitæ, 109. XLIV.
Legatio eorumdem miſſa Romam ad explorandam electionem Cornelii, 254. LXIV.
Legatio a Novatiano miſſa in Africam, 254. LXXXII.
Legatio Novati in Africam, 254. XCVI. Scelera Legatorum, *ibid.*
Legalium uſus differentia, 138. II.
Leges Solonis, & Draconis ab Hadriano reſtitutæ, 125. I.
Leges Marci de ſepulcris, 170. I.
Leges veritati conſentaneas, licet ab hoſtibus, & impiis latas, non rejecit Eccleſia, 226. V.
Leges Ulpianus collegit, quæ adverſus Chriſtianos promulgatæ a diverſis erant, 225. III. Earumdem fragmenta, *ibid.*
Legis Severi, & Antonini mendoſa inſcriptio, 197. I.
Legis Moyſi libri ſemper iidem, & nunquam perditi, 180. XV.
Legibus Romanorum omnes vivere juſſit Hadrianus, 135. II.
Legum inſcriptiones mendoſæ, 197. I.
Lex de muliere prægnante, ne puniatur donec pariat, 205. XXV.
Lex & Prophetæ legi ſoliti in ſynagoga, 180. XI.
Lex Julia de adulteriis ad viros adulteros propagata, 161. II.
Legalium ſcrupuloſa obſervatio ab idolothytis taxatur, 201. XVI.
Legio Fulminatrix dicta, 176. VI. XX. XXI. Dicta eadem Duodecima, 176. XVIII.
Legio Fulminatrix non recens exorta, ſed antiqua, 176. XVIII. XIX.
Legio Melitina in Cappadocia, 176. XIV.
Legiones ſolitæ ex novis militibus ſuffici, 176. XXI.
Legionum numerus, & nomina, 176. XVIII. 210. IV.
Legionum numerus auctus a Severo, 197. VI. 210. IV.
Lenonibus dari ſolitæ a Gentilibus fœminæ Chriſtianæ. *Vide*, Fœmina Chriſtiana.
Leones in pace, & in prœlio cervi qui dicti, 201. VI.
Leonides pater Origenis martyr, idemque Epiſcopus, 204. VIII.
ad Leones Chriſtiani, acclamari ſolitum in theatris, *Vide*, Acclamatio,
Leonilla martyr in Gallia ſub Marco, 179. X. XXVII.
Leontius Arianus cur ſe caſtravit, 230. V.
Libellatici qui proprie dicti ſint, 253. XIX. Error aliorum de iis confutatur, 253. XX.
Libellatici ubique damnati, 253. XXIV.
Libellatici fidem Chriſti negabant, 253. XXI.
Libelli ſine auctore nullius ſunt momenti, 104. VI.
Libelli qui a Chriſtum negantibus recipiebantur qui & quales eſſent, 253. XXI.
Libelli diverſi in cauſa lapſorum, 254. LXXX. IX.
Libelli conceſſionis, & indulgentiæ dari ſoliti a Præſidibus, 253. XXI.
Libelli dari ſoliti a Martyribus in carcere poſitis de pace lapſorum, 243. XLIX. Quales ii eſſent, 253. LVIII. Aliquando indiſcreti, *ibid.*
Libelli etiam dari ſoliti a damnatis ad metalla, *ibid.*
Libellorum martyrum conſuetudo unde manarit, 253. LX.
Libellorum diverſa genera, 253. XXIII.
Libellos ſcribere, eſſe martyrum tantum, 253. LVIII.
Libellus Luciani confeſſoris, 253. LXIV.
Liberius Papa revocat litteras datas Euſtathio, 173. V.
Libertas Gnoſticorum qualis, 120. XLI.
Libidines monſtruoſæ hæreticorum, 120. XVIII.
Libri canonici ſecundum Hebræorum canonem a Melitone recenſiti, 172. V.
Libri veteris Teſtamenti, an & quo modo ab Eſdra reſtituti, 180. XI.
Libri veteris Teſtamenti in omnibus ſynagogis aſſervati, 180. XV.
Libris apponi ſolita conteſtatio, 175. XXXIV.
Librorum legis appellatione etiam Prophetas totamque divinam Scripturam ſignificari, 231. XXVI.
Librorum cognoſcendorum cauſa agitari ſolita in Conciliis, 159. VI.
Libya exhauſta bello Judaico, 124. I. Novis repletur coloniis, *ibid.*
Lindanus Epiſcopus Gandavenſis egregie commendatus, 253. LXXXIV.
Litteræ Apoſtolicæ quæ dicerentur, 142. X.
Litteræ Apoſtolicæ exſcribi ſolitæ ab omnibus Eccleſiis, & ad alias mitti, 253. LXXXVII.
Litteræ Breves quæ, 142. X.
Litteræ Canonicæ quæ, 142. VII.
Litteræ Catholicæ quæ, 142. VIII.
Litteræ Circulares quæ, *ibid.*
Litteræ Clericæ quæ, 142. X.
Litteræ Cleri Romani, ſede vacante, ſcriptæ ad omnes Eccleſias, 253. XXXIV.
Litteræ Cleri Romani promulgatæ in Africa, 253. LXXXVII.
Litteræ Commonitoriæ quæ, 142. VIII.
Litteræ Communicatoriæ quæ, 142. VII.
Litteræ Confeſſoriæ quæ, 142. IX.
Litteræ confeſſorum ſchiſmaticorum in Cornelium Papam ſcriptæ, calumniis plenæ, 254. XCVIII.
Litteræ confeſſorum ſchiſmaticorum reſipiſcentium, 254. C.
Litteræ Cornelii Papæ de reſtitutione ſchiſmaticorum, 254. XCVII.
Litteræ Decretales quæ, 142. IX.
Litteræ Dimiſſoriæ quæ, 142. VIII.
Litteræ Encyclicæ quæ, *ibid.*
Litteræ Epiſcoporum nonniſi per clericos mitti ſolebant, 253. LXXII.
Litteræ Formatæ dictæ quæ, 142. VII. *Vide*, Formata.
Litteræ Hadriani ad Fundanum Proconſulem, 128. IV.
Litteræ Hadriani Imp. ad Senatum de Judæis debellatis, 135. II.
Litteræ Luciani de martyribus, 253. LXII.
Litteræ Marci Aurel. Imp. de victoria Marcomannica, & miraculo Chriſtianorum, 176. XXI.
Litteræ Marci ad Fauſtinam, 177. II.

Lit-

Litteræ martyrum Lugdunenſium, & Viennenſium ad Aſianos, 179. III.
Litteræ martyrum plurimi æſtimandæ, 253. XCVI.
Litteræ Memoriales quæ, 142. VII.
Litteræ Pacificæ quæ, 142. VII.
Litteræ Paſtorales quæ, 142. IX.
Litteræ Privatæ hæreticis ſcribi ſolitæ, 142. XI.
Litteræ Rom. Pontificis datæ ad Montanum, revocatæ, 173. IV.
Litteræ ſcribi ſolitæ, in tabulis, chartis, atque membranis, 142. XI.
Litteræ Severi Imp. ad Philippum Præfectum Auguſtalem, 204. III.
Litteræ Synodales quæ, 142. VIII.
Litteræ Tractoriæ quæ, 142. VII.
Locus Romæ dictus Petra ſcelerata, 192. IV.
Locus in Urbe Capita bubula dictus, 121. II.
Locus in urbe caput tauri dictus, 121. II.
Logos Baſilidis, 120. X.
Longinus Philoſophus Platonicus laudat Ammonium & Origenem Chriſtianos philoſophos, 234. III.
Longinus legatus a Novatiano, 254. LXXXIII.
Lucanus hæreticus, 146. XVI.
Lucianus confeſſor infeſtus Cypriano, 253. LXII.
Lucianus confeſſor diſciplinæ Eccleſiaſticæ minus cuſtos, *ibid.*
Lucianus confeſſor ſcribit de martyribus, 253. LIX.
Luciani Editio purgata, 231. XLI.
Lucianus Samoſatenus Epicureus quando diem obiit, & quomodo, 171. VII.
Lucianus Samoſatenus Apoſtata a fide Chriſtiana, *ibid.*
Lucilla filia Marci Imp. deſponſata Lucio Vero, 163. IX.
Lucillæ nuptiæ Epheſi, 163. XI.
Lucilla a Dæmone arrepta, *ibid.* Curatur, *ibid.*
Lucii Commodi plures, 164. XIV.
Lucius dux adverſus Judæos bellum gerit, 117. VII.
Lucius lapſus, poſtea factus extorris, 253. LXVI.
Lucius martyr cum Ptolemæo, 164. XIX.
Lucius martyr cum Thyrſo in Aſia ſub Decio, 254. XXII.
Lucius Antoninus nominari ſolitus, 164. II.
Lucius Verus Imp. 163. III. Unde Veri cognomen illi adhæſit, *ibid.* Deligitur a Marco collega Imperii, 163. IV.
Lucius Verus accepit conjugem Lucillam filiam Marci, 163. IX.
Lucius Verus proficiſcitur ad bellum Parthicum, 63. VIII. Rediens ab Oriente, ſecum peſtem vexit, 170. II.
Lucius Verus proficiſcitur ad bellum Marcomannicum, 171. I. Ejus obitus, & ſepultura, annique Imperii, 171. II.
Lucius Rex Britanniæ mittit legatos ad Eleutherum Papam, 183. III.
Lucuas dux Judæorum, 117. VII.
Ludere teſſeris, abhorrere a moribus Chriſtianorum, 173. XVI.
Ludi ſæculares ſub Severo, 206. IV. Sub Philippo, 249. V.
Ludovicus Pius Imp. accepit legationem ab Oriente, & libros Dionyſii Areopagitæ, 109. XLII.
Lugdunenſes martyres, eorumque litteræ ad Aſianos, 179. III.
Lugdunenſes martyres ſub Severo, 205. XXVII.
Lugduni exhibita carnificina ſanctorum martyrum, 179. III.
Lugdunenſes martyres Eleutherum Papam conſuluerunt, 179. LII.
Luminum everſores canes, lenones libidinis, 120. XXXV.
Luminum extinctiones in Synaxibus Carpocratis, 120. XXVI.
Lupulus ſacerdos Jovis Capitolini Chriſto credit, 192. IV.
Lupus Præfectus Ægypti ſub Traiano, 117. VI.
Luxurius Judex, & perſecutor Fidelium, 100. XII.
Lycus Ponticus hæreticus, 146. XVI.
Lydia martyr ſub Pio, 140. V.

M

MAcar martyr in Ægypto ſub Decio, 253. CIV.
Macarius cum ſociis martyr in Gallia ſub Marco, 179 XXXV.
Macedonia cum Eutychiano hæretico detruſa in carcerem, 254. XII.
Macedonius martyr ſub Hadriano, 140. V.
Machæus legatus a Novatiano, 254. LXXXIII.
Macrina ſenior avia S. Baſilii, inſtituta doctrina Gregorii Thaumaturgi in Eccleſia Neocæſarienſi, 253. XV.
Macrinus imperat cum Diadumeno, 219. II. Ejus exquiſita ſævitia, *ibid.* Occiditur, 220. I.
Magi invocant Mercurium, 176. IV.
Magia in pretio apud hæreticos, 130. XXIV.
Magiæ tributa ab aliquibus miracula Chriſtianorum, 176. VIII.
Magiæ valde ſtudioſus Antoninus Caracalla, 218. II.
Magiæ ſtudioſi perſequuntur Chriſtianos, 218. IV.
Magiam ſectati philoſophi, 234. VII.
Magicos conatus diſſipat Aqua benedicta, 132. IV.
Magiſteriani qui, 163. XIII.
Magiſter Officiorum, 163. XIII.
Magus Alexandrinus excitat populum in Chriſtianos, 252. II. VII.
Magiſtratus Palatinos innovat Hadrianus Imperator, & auget, 140. IV.
Magus Ægyptius quid Romæ cum Plotino, 234. XIV.
Magus Alexandrinus excitat populum in Chriſtianos, 252. II. VII.
Magneſiani legatos mittunt ad Ignatium, 109. IX.
Magnus Epiſcopus martyr Anagniæ ſub Decio, 254. XXIX.
Maieſtatis crimen minus habitum delicto impietatis, 164. VI.
Maieſtatis rei deferuntur Chriſtiani, 200. I. *Vide*, Calumniæ.
Mala omnia obvenire cauſa Chriſtianorum dicebant Gentiles, 170. IV.
Mamæa Mater Alexandri Imperatoris Romam quando venit, 220. VI. Ejus virtutes, *ibid.*
Mamæa Origene uſa eſt familiariſſime, *ibid.*
Mamæa deficit ab optima morum inſtitutione, 225. VI.
Mamertinus Urbis Præfectus, 100. X.
Mappalicus Carthagine illuſtris confeſſor, 253. L. Ejus prudentia atque modeſtia, 253. LXII.
Maprilis martyr in Portu Romano ſub Alexandro, 229. VII.
Marcella martyr Alexandriæ ſub Severo, 205. VIII.
Marcella uxor Ambroſii, 220. XII.
Marcellina Gnoſticorum famoſiſſima, 167. IV.
Marcellinus cum ſociis paſſus Romæ ſub Decio, 253. XXIX.
Marcellinus cum ſociis Peruſiæ paſſus ſub Diocletiano, 254. XXIX.
Marcellus martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXVI.
Marcia concubina Commodi favet Chriſtianis, 182. V.

Mar-

Marcianus Jureconſultus ſub Alexandro, 225. I.
Marcianus & Martiades pſeudoprophetæ, 175. XXXII.
Marcion hæreſiarcha quando prodiit, 146. I. Cerdonis fuit diſcipulus, 146 II. Ejus genus, 146. V.
Marcion ex philoſopho Stoico factus Chriſtianus evaſit hæreſiarcha, 146. IV.
Marcion intulit ſtuprum virgini, & a patre Epiſcopo excommunicatus Romam venit, 146. V. 155. I.
Marcion ab Eccleſia Romana ejectus, 146. VI. 155. I.
Marcion quas hæreſes adinvenit, 146. VIII.
Marcion plures deos induxit, 146. IX. Ponit materiam Deum, Malum principium, *ibid.*
Marcion reſpuit vetus Teſtamentum, & mutilat novum, 146. X.
Marcion ſuper Apoſtolos ſe erexit, *ibid.*
Marcion rejiciebat conjugatos, & execrabatur creaturas, 146. XI.
Marcion iterum baptizabat, *ibid.*
Marcion Romam iterum venit, depoſuitque ſua ſeſtertia apud Romanam Eccleſiam, 167. VI. Quanto tempore Romæ manſit, 167. V.
Marcion Romæ agens exomologeſin, qua conditione ſuſceptus ab Eccleſia Romana, 167. VII.
Marcion relapſus recipit ſua ſeſtertia, 167. VI.
Marcion gratus Marco Imp. qui erat Stoicus, 180. VI.
Marcion Romæ occurrit Polycarpo, 167. VIII.
Marcion plurimum obfuit Eccleſiæ, 146. XIV.
Marcion quæ ſcripſit, 146. XIII.
Marcion omnium hæreticorum deterrimus, *ibid.*
Marcionis diſcipuli, 146. XVI.
Marcionis hæreſis non cito extincta, 146. XIV.
Marcionis hæreſin Patres oppugnavere, 146. XV.
Marcionitæ ob odium Creatoris, & creaturæ cupidi erant martyrii, 205. XIII.
Marcionita pſeudomartyr, 169. XXI.
Marcionita nomine Metrodorus pſeudomartyr, 254. XX.
Marcionitæ pſeudomartyres plures, 146. XXII.
Marcionitæ cur jejunabant ſabbato, *ibid.*
Marcionitæ ſenis hiſtoria, 146. X.
Marcius Tubero bellum agit adverſus Judæos, 117. VII.
Marcomanni in Romanos inſurgunt, 171. I. 179. LV.
Marcomannica expeditio & ejus apparatus, 168. II. Ad eam armati gladiatores, ſervi, latrones, & alii, 170. III.
Marcomannico bello periclitatur exercitus Romanus opera Alexandri impoſtoris, 163. VIII. 171. V.
Marcomannico bello periclitans ſiti & multitudine hoſtium exercitus Romanus, precibus Chriſtianorum militum liberatur, 176. I. IV.
Marcus Junior Epiſcopus Alexandrinus creatur, 144. I. Moritur, 151. I.
Marcus Aurelius unde nomen & cognomen accepit, 163. III. IV. Philoſophus Stoicus, 164. VIII.
Marcus Aurelius Imp. allegit Imperii collegam Lucium, 163. IV.
Marcus Aurelius litteris accerſit Abercium Epiſcopum, 163. XII.
Marcus Aurelius dat frumentum annuum Abercio Epiſcopo pauperibus Hierapolitanis erogandum, 163. XI. XIV.
Marcus Aurelius cogitur auxilium petere a Chriſtianis adverſus dæmones, 163. XIV.
Marcus Aurelius deſponſat filiam Lucidam Lucio Vero, 163. IX. XI.
Marcus Aurelius prædicatus clementiſſimus, 164. III. 177. II.
Marcus Aurelius edictum promulgat, ut omnes diis ſacra faciant, 164. V.
Marcus Aurelius reſcripſit adverſus Chriſtianos, 164. IV. Qua occaſione ſæviit in eos, 164. V. VIII.
Marcus Aurelius laborat pro reſtituenda ſuperſtitione collapſa, 169. I. Ipſe ſuperſtitioſiſſimus, 164. VII.
Marcus Aurel. affectat gloriam, *ibid.* Parcit Caſſio tyranno, *ibid.*
Marcus Aurelius in magno pretio habuit philoſophos, 164. IX. Magiſtros magnopere coluit, *ibid.*
Marcus Aurelius cur infenſus fuit Juſtino philoſopho, 164. X.
Marcus Aurelius triumphat de Parthis, 168. II.
Marcus Aurelius parat expeditionem in Marcomannos, 169. I. 170. III. Profectus rediit Romam, 171. III.
Marcus Aurelius acrius perſequitur Chriſtianos, 169. I.
Marcus Aurelius in Marcomannos agens, deceptus ab Alexandro impoſtore, amittit magnam partem exercitus, 171. V.
Marcus Aurelius divino miraculo ſubactis Marcomannis, quid de ope Chriſtianorum ad Senatum, 176. XXI.
Marcus Aurelius confunditur ſæpe cum Lucio, 163. IV. 164. I.
Marcus Aurelius aliquam fidem præſtat expulſoribus dæmonum, 163. XI.
Marcus Aurelius edictum promulgat pro Chriſtianis, 176. XXIII. Diu viguit, *ibid.*
Marcus Aurelius quid ad Fauſtinam ſcribat, 177. II.
Marcus Aurelius ampliavit legem majeſtatis, *ibid.*
Marcus Aurelius conceſſit Chriſtianis, frui honoribus, 177. VII.
Marcus Aurel. Commodum aſſumit ad Imperium, 178. I.
Marcus Aurelius proficiſcitur in Orientem, 178. II. Rediit in Italiam, 178. III.
Marcus Aurelius quid de Judæis, 178. IV.
Marcus Aurelius prohibuit libros fatidicos, 178. V.
Marcus Aurelius in fine Imperii vexavit Chriſtianos, 179. II.
Marcus Aurelius calumniatus conſtantiam Chriſtianorum, 179. XXVII.
Marcus Aurelius iterum parat bellum Marcomannicum, 179. LV.
Marcus Aurelius quando diem obiit, & quot annis imperavit, 182. I.
Marcus Epiſcopus Hieroſolym. 138. I.
Marcus hæreſiarcha diſcipulus Valentini, 175. XXIV. XXXI.
Marcus hæreticus affectat miraculum in Euchariſtia ex magia, 175. XXV.
Marcus hæreticus decipit fœminas multas, 175. XXIV.
Marcus alius hæreticus convertitur ab Origene, 229. VIII.
Maria Virgo Dei Genitrix apparet Gregorio Thaumaturgo. *Vide*, Virgo Maria.
Mariæ Virginis partui dicata Eccleſia a Calliſto Papa, 224. V.
Maria ancilla martyr ſub Pio, 140. V.
Maris refluxus ad ſepulcrum Clementis, 102. IV.
Maritum æque ac uxorem teneri lege Julia de adulterio, 161. III.
Marius Maximus hiſtoricus, 163. X.
Maro cum Eutyche martyr ſub Traiano, 100. XII.
Marſilius Columna Archiepiſcopus Salernitanus, 132. V.
Marſilius Ficinus quid de Plotino, 247. IV.
Marthus, & Marthana fœminæ hæreticæ, 105. IV.
Martialis martyr in Portu Romano ſub Alexandro, 225. VII.
Martialis martyr in Africa ſub Decio, 253. LII.
Martialis martyr ſub Marco, 175. IV.

Martina virgo martyr Romæ ſub Alex. 228. I.

Martyres diverſarum Provinciarum & temporum.

Martyres Ægyptii ſub Severo, 204. VIII.
Martyres Ægyptii a concivibus necati ſub Philippo, 252. II. Sub Decio, 253. CIV.
Martyres Armeni undecim mille ſub Traiano, 108. II.
Martyres Aſiani ſub Pio Imp. 154. III. Sub Marco, 172. VI. Sub Decio, 253. CXLII.
Martyres Africani ſub Severo, 205. XX. Sub Decio, 253. XCVIII.
Martyres Athanacenſes ſub Marco, 179. XXXV.
Martyres Brixiani ſub Hadriano, 122. II.
Martyres Edeſſeni ſub Traiano, 107. II.
Martyres Galliarum ſub Marco Imp. 169. XX.
Martyres Itali ſub Traiano, 118. VII. Sub Hadriano, 140. V.
Martyres Lugdunenſes ſub Marco, 179. XXXV.
Martyres Palæſtini ſub Decio, 253. CXXIV. & ſeq.
Martyres Pergameni ſub Marco, 169. XXIII.
Martyres Philadelpheni ſub Marco, 169. XVII.
Martyres Philippenſes ſub Traiano, 109. XXXVII.
Martyres paſſi Romæ ſub Traiano, 100. XII. 104. VIII.
Martyres cives Romani Romam ad martyrium amandabantur, 104. VIII.
Martyres Romæ ſub Hadriano, 120. VI.
Martyres Romæ paſſi ſub Marco Imp. 175. IV. Sub Alexandro, 206. II. Sub Decio, 253. XXIX. Sub Commodo, 192. II.
Martyres Scyllitani ſub Severo, 201. I.
Martyres Smyrnenſes, 169. III. Sub Decio, 254. II.

Martyrum Acta.

Martyrum Acta ſcribi ſolita uſque ad verbum unum, 238. V.
Martyrum Acta perdita, atque eorum nomina, 105. IX.
Martyrum Actis colligendis qui laborarint, 238. II.
Martyrum diverſorum Acta. *Vide* Acta.
Martyrum Acta in Eccleſia publice legi ſolita, 169. XVII.

Martyrum agones, & numerus.

Martyrum numerus præter ſpem Gentilium auctus, 164. XIX. & ſeqq.

Martyrum cultus.

Martyrum cineres, ne eos collectos venerarentur Chriſtiani, projecti ſunt a perſecutoribus in Rhodanum, 179. XXV.
Martyrum preces ad Deum pro nobis eos interpellantibus, 202. IV.
Martyrum ſepultura diligenter curari ſolita, 253. XL. Prope eos ſepeliri optaſſe Fideles, ut eorum precibus juvarentur, 226. XII.
Martyres morientes in carcere, eodem honore habiti ac illi qui gladio necati eſſent, 253. XL.
Martyrum dies natalis in tabulis Eccleſiaſticis adſcribendus, 169. XVI.
Martyrum dies natalis celebratus, 169. XVI.
Martyrum dies natalis anniverſaria oblatione celebrandus, 253. XL. XCI.
Martyrum litteræ quanti faciendæ, 253. XCVI.
Martyrum natalitia Cyprianus celebrat, reddita pace Eccleſiæ, 254. LVI.
Martyrum natalitia celebrat Gregorius Thaumaturgus, reddita pace Eccleſiæ, *ibid.* Eadem feſtive celebrari ſuis permiſit, *ibid.*
Martyrum cultus in univerſa Eccleſia Catholica ſemper idem, 254. LVII.

Martyris nomen.

Martyres qui vere ſint, ab Epiſcopis probandi, 166. III. Eorumdem antiqua canonizatio, 166. III.
Martyres quibus diſtincti ſint a confeſſoribus, 253. LIV.
Martyres coronati martyrio dicebantur interdum etiam viventes, *ibid.*

Martyribus obſequia exhiberi ſolita.

Martyres cibari conſueviſſe in carcere Agape Chriſtianorum, 201. XIV.
Martyrum propenſiorem curam gerendam tempore perſecutionis, Clerus Romanus datis litteris monet Fideles, 253. XXXIV.
Martyres in carcere poſiti, magna frequentia a Fidelibus viſitari ſoliti, 253. XXXVIII.
Martyres cohortantes, facti & ipſi martyres, 253. CVII.
Martyres poſiti in carcere frequentabantur a lapſis, 253. LV.
Martyres in carcere magno honore colebantur ab Epiſcopis, 253. LVIII.
Martyribus in carcere conſtitutis a ſacerdotibus celebrari conſueviſſe clandeſtine ſacrificium Miſſæ, 253. XXXIX.

Martyrum virtus.

Martyrum charitas erga lapſos, 179. XVIII. XXXI.
Martyrum vera humilitas, 179. XXX.
Martyrum reverentia erga Romanum Pontificem, 179. LII.
Martyres commiſerantes lapſis, pro pace ipſorum ſcribebant libellos ad Epiſcopos, 179. XXXI.
Martyres Commodi ſtultitiam irrident, 192. II.
Martyrii deſiderio flagrabant Chriſtiani, 109. XII. 123. IV.
Martyrio coronati dicebantur, aliquid paſſi fidei cauſa, 253. LIV.
Martyrium improbabant Baſilides, & ejus ſectatores, 120. XII. Itidem Gnoſtici, 120. XLI. Aliique hæretici, 145. III.
Martyrium appetebant Marcionitæ, 146. XII.
Martyrium fugere, vel redimere licere, 205. XVII.
Martyrium affectabant Marcionitæ, 205. XIII.
Martyrium affectantes, ſeque offerentes peccant, niſi Deus juſſerit, 205. XII.
Martyrium ſuadebant Montaniſtæ, ut nec fugere licere, nec ſe redimere, dicerent, 173. XXX. 205. XIV. XV.
Maſtor ſervus Hadriani Imp. 139. I.
Materna martyr ſub Marco, 179. XXXV.
Maternianus Urbis Præfectus ſub Caracal. 218. IV.
Mathematici publice Romæ profitebantur ſub Alexandro, 227. II.
Matheſi intendens Aquila, ab Eccleſia pellitur, 137. IX.
Matthæi Evangelium repertum in India a Pantæno, 185. II.
Matthias Epiſcopus Hieroſolymitanus, 113. I.
Maturus mart. Lugduni ſub Marco, 179. IX. XXV.
Mavilus Adrumeticus martyr ſub Severo, 203. VII.
Maura cum Timotheo marito martyr in Thebaide ſub Decio, 253. CX.
Maura nutrix martyr Ravennæ ſub Decio, 254. XXIX.
Mauritaniæ Eccleſiæ ſub Severo dire vexantur, 203. XIV.
Maurus Epiſcopus martyr in Apulia ſub Traiano, 118. VII.
Maximilla pſeudoprophetiſſa Montani, 173. I. Relinquens virum Montano adhæſit, 173. XIII. Obſeſſa a Dæmone, 173. XX. Laqueo ſe ſuſpendit, *ibid.* Ejus obitus tempus, 173. XXII.
Maximinus Antiochenus Epiſcopus, 182. VI. Ejus obitus, 191. I.
Maximini duo interdum confuſi, 237. XIV.
Maximinus ſenior Imperator; ejus genus, & mores, 237. XII.
Maximinus perſequitur Chriſtianos, *ibid.* Occidi

di jubet Pontianum Papam, 237. X.
Maximinus immenſa crudelitate præditus, 237. XII. Quibus nominibus ea de cauſa fuerit appellatus, *ibid.*
Maximinus ſævit in Romanos, *ibid.*
Maximinus allegit filium collegam Imperii, 237. XIV.
Maximinus a Senatu declaratur hoſtis Reip. 238. VII.
Maximinus ob civile bellum ceſſat a perſecutione Fidelium, 238. VIII.
Maximinus quando diem obiit, 239. I. Quot annis imperavit, *ibid.*
Maximus Hieroſolym. Epiſcopus, 157. I. Alius Maximus junior ejuſdem ſedis Epiſcopus, 186. I.
Maximus legatus in Africa, 250. LXXXIII.
Maximus martyr Epheſi, ſub Decio, 254. XIV.
Maximus presbyter martyr Oſtiæ ſub Alexandro, 229. VII.
Maximus Præfectus cubiculi Imp. martyr Romæ ſub Alexandro, 232. XI.
Maximus presbyter Romanus confeſſor cum ſociis, 253. XXV.
Maximus presbyter Romanus, & alii confeſſores ſcribunt e carcere ad Cyprinum, 253. LXX. Iidem ſeducti a Novatiano in ſchiſma prolapſi, 254. LXVI. Poſtea pœnitentes reſtituti a Cornelio Papa, 254. XCIX.
Maximus Monachus invehitur in Euſebium, 109. LX.
Maximus Pupienus Imperator, 240. IV. Occiditur cum Clodio Balbino a militibus, *ibid.*
Maximus perſecutor Chriſtianorum in Myſia, 228. II.
Maximus ſcriptor Eccleſiaſticus ſub Severo, 196. IV.
Mazabanes Epiſcopus Hieroſolymitanus creatur, 253. CXXIV.
Megethius hæreticus ad fidem converſus, 220. VIII.
Melchiſedech quoſnam parentes habuit, 196. XIV.
Melchiſedech diverſimode creditus, 196. XIII.
Melchiſedechiani hæretici, 196. XII.
Melitina martyr Marcianopoli ſub Pio, 154. III.
Melito Eunuchus Epiſcopus in Aſia, 172. V. 198. IX.
Melito epiſcopus ſcripſit defenſionem pro Chriſtianis, 172. II. Cetera ejus ſcripta, 172. IV.
Melitonis nomine apocryphum de Aſſumptione Virginis, 172. V.
Melitonis laudes, & ſepultura, 172. VI.
Membranarum uſus, 142. XI.
Memoria idem quod Eccleſia, 106. III.
Memoria differt a templo, *ibid.*
Memoriales litteræ quæ, 142. VIII.
Memoriæ Apoſtolorum ſemper illibatæ ſervatæ, 215. II.
Menignus fullo martyr ſub Decio, 254. XXVII.
Menſurnæ ſportulæ quæ, 253. LXXIV.
Mercuria martyr Alexandriæ ſub Decio, 253. CV.
Mercurius auctor Magiæ, 176. IV.
Mercurius martyr ſub Decio quid in Perſas, 254. XXVI.
Meretricum ac lenonum vectigal in ſacrum ærarium inferri vetuit Alexander, 227. I.
Meretrix calumniata Gregorium, arripitur a Dæmone, 233. X. Curatur precibus Gregorii, *ibid.*
Metamorphoſes Valentini, 145. II.
Methodius Epiſcopus Conſtantinop. ſcriptor Vitæ Dionyſii Areopag. 109. XLIII.
Metianus Jureconſultus ſub Alexandro, 225. I.
Metra Martyr Alexandriæ tempore Philippi Imperatoris, 252. III.
Metrodorus Marcionita pſeudomartyr, 254. XX.
Mezentii ſævitiam imitatur Macrinus, 220. II.
Michael Imp. perveſtigavit Acta Dionyſii Areopagitæ, 109. XLIV.
Michael Syngellus qualis, *ibid.* Scripſit Areopagitica, 109. XL. XLIV.
Militare non licere Chriſtiano, affirmabat Tertullianus, 201. XVII.
Miles Chriſtianus ſine corona procedens ad donativum, concitat turbas, 201. II. Graviter punitus, *ibid.* Ejus cauſa exacte diſcuſſa, *ibid.*
Milites Chriſtiani precibus pugnant in bello Marcomannico, 176. I. IV. XII.
Milites undecim mille ſub Traiano in exilium miſſi, 108. I. Tandem interempti, 108. II.
Milites cuſtodes Ignatii quales, 109. VII.
Milites hortantes Chriſtianos, facti ſunt ipſi martyres, 253. CVII.
Milites laureati ſuſcipiunt donativum, 201. II.
Milites Volonii, Voluntarii, & Obſequentes, 170. III.
Militibus aræ erectæ a Traiano, divino ſic honore affectis, 103. III.
Militis Chriſtiani occaſione cæpta eſt perſecutio ſub Severo, 201. III.
Millenariorum error quando cœptus, 118. II. qui eamdem ſunt ſectati ſententiam, *ibid.*
Milleſimus annus Urbis quando contigit, & quo modo celebratus, 249. IV.
Miltiades ſcriptor Eccleſiaſticus impugnator Montani dogmatis, 173. XVII. Ejus ſcripta, *ibid.*
Minius Martyr Florentiæ ſub Decio, 254. XXIX.
Minutii Felicis locus elucidatus, 211. VI.
Minutius Felix agit cauſam Chriſtianæ religionis, 211. III.
Minutius Fundanus Proconſul in Aſia, 128. III. Ad eum ſcribit Hadrianus Imp. pro Chriſtianis, 128. IV.
Miracula ex aqua benedicta, 132. IV.
Miracula falſa tributa Hadriano, 139. II.
Miracula falſa tributa Æſculapio, 139. V.
Miracula falſa affectant Gentiles, ut ſuperſtitionem collabentem inſtaurent, 139. IV. VI.
Miracula ſacræ Euchariſtiæ, tempore perſecutionis Decii, 254. LIV.
Miraculorum gratia jugis in Eccleſia, 180. VIII.
Miraculum Clementis de aquæ fonte ſcaturiente, 100. XI.
Miraculum Narciſſi Epiſcopi Hieroſolym. 199. VI.
Miraculum in ſepulcro S. Clementis, 102. IV.
Miraculum in ſepulcro S. Joannis, 101. IV.
Miraculum de pluvia, & fulmine in bello Marcomannico, 176. V. VI.
Miron martyr in Achaia ſub Decio, 254. XXVI.
Miſithæus ſoceri Gordiani Imp. Præfectus Præt. 243. I. Philippi arte ſublatus, 244. II. Ejus conſilio multa ſalubria a Gordiano facta atque ſtatuta, *ibid.*
Miſſa eſt memoria Chriſti paſſionis, 132. III.
Miſſa Clementis Pap. 102. XXIII.
Miſſæ agebantur in carcere, 253. XXXIX.
Miſſæ non dicebantur ante horam tertiam matutinam, & cur, 154. III.
Miſſæ dicebantur etiam noctu, ex decreto Teleſphori Papæ, *ibid.*
Miſſæ in Euprepiæ Titulo Romæ, 166. I.
Modeſtia ſanctorum Patrum in tractandis divinis Scripturis, 173. IX.
Modeſtinus J. C. ſub Alexandro, 225. I.

Modeſtus ſcriptor Eccleſiaſticus, 172. VIII.
Mœchiæ crimen apud Montaniſtas ſine pœnitentia, 216. IV.
Mœchis pœnitentia functis parcit Eccleſia Catholica, 216. IV.
Moles Hadriani, 140. II.
Monachi qui ſe caſtrarunt excommunicati, & ab omnibus Eccleſiis rejecti, 130. V.
Monachorum pallium, 197. XI.
Monadicæ cognitionis auctor, 120. XXXIX.
Montani ætas, 173. II.
Montani hæreſis magna tentatio in Eccleſia, 173. III. Quæ ab eo diſſeminata, 173. XXIV. XXV.
Montani hæreſes a Patribus impugnatæ. *Vide*, Hæreſes.
Montani larva fides Catholica, 173. XI.
Montani leges de martyrio non fugiendo, 173. XXX.
Montani jejunia nova, 173. XXVIII.
Montani jejunia longe diſſimilia a jejuniis Monachorum, *ibid.*
Montani jejunia quaſi a Paracleto imperata univerſæ Eccleſiæ, *ibid.*
Montani jejunia reſpuit Eccleſia, 173. XXIX.
Montani fœminæ agebant ſacra, 179. LI.
Montani fœminæ quid de animæ qualitate, 173. XXXI.
Montani fœminis intendebat Tertullianus, *ibid.*
Montani ordo hierarchicus, 173. XXXII.
Montani origo, & ſtudia, 173. XI.
Montani prophetiæ ex conjectura tantum, ſed fallaces inventæ, 182. IV.
Montani propheriſſæ arreptitiæ, 173. VIII. Eædemque meretrices, 173. XII.
Montani ſectatores arreptitii, *ibid.*
Montani ſectatores pugnabant pro ſpiritu nequam, 173. X.
Montani ſectatores nullam a Gentilibus perſecutionem paſſi, 173. XX.
Montani ſectatorum ſeveritas, 173. XXXII.
Montaniſtæ affectabant martyrium, 205. XIV.
Montaniſtarum monſtra, 173. XXXVIII.
Montaniſtarum myſteria execranda, 173. XXXIII.
Montaniſtæ patriarchæ Novatianorum, 254. CVI.
Montaniſtarum ſecta latius propagata, 173. XL.
Montaniſtarum ſectæ diverſæ, 173. XXXVI. XL.
Montaniſtas Zephyrinus Papa excommunicat, 215. IV.
Montano quando abſque culpa potuit quiſque communicare, 173. VI.
Montanus eunuchus fuit, VIII.
Montanus primatus ambitione excidit ab Eccleſia, 173. XIII.
Montanus quando progreſſus, 173. I.
Montanus aliquatenus recte ſenſit de fide Catholica, 173. VII.
Montanus quibus artibus ſuos decepit, *ibid.* 173. XIII.
Montanus quid ſenſerit de Trinitate, 173. XXIV.
Montanus quo modo appellatus eſt Paracletus, 173. XXV. XXVI. Quo modo dicebat ſe Deum Patrem, 173. XXIV.
Montanus Romanæ Eccleſiæ communionem tentavit ſubripere, 173. V. XIX.
Montanus Sabellii erroris auctor, 173. XXIV.
Montanus ſuſpendit ſe laqueo, 173. XX.
Montenſium prima origo, 254. XXXVIII.
Montes exilium confeſſorum, 254. X.
Montes deligunt ſibi ſchiſmatici, 254. XXXV.
Mores corruptiſſimi omnium Gentium a Chriſtianis emendati, 175. XXI.
Mores bene inſtitutos plurimum conferre etiam Gentilibus ad acquirenda rerum dominia, 236. IV.
Mortis diverſa genera excogitata contra Chriſtianos. *Vide*, Cruciamentorum genera.
Mortuus revocatus ad vitam temporibus Irenæi, 180. VII.
Moyſes presbyter Romanus confeſſor, diu in carcere, 253. XXVIII. Ejus litteræ ad Cyprianum, 253. LXXI. LXXXII. Adverſatur Novatiano ſchiſmatico, 254. LXXV. Favet Cornelio, Papæ, 254. LXVI. Martyrium egregie conſummavit, 254. LXXV.
Mulier Pythias ſuffocata a Dæmone, 100. V.
Mulieres pſeudoprophetiſſæ. *Vide*, Montani prophetiſſæ.
Mulieres ſeductæ a Marco. *Vide*, Marcus hæreſiarcha.
Mulieres hæreſum fautrices, 146. XX.
Mulieres. *Vide*, Fœminæ.
Mundi finem minatus impoſtor Romæ, 178. VI.
Mundum creatum ab Angelis, hæretici qui dixerint, 120. XXIII.
Mundum hunc eſſe infernum, dicebat Hermogenes, 170. XII.
Muro Britannia ſæpe diviſa, 183. V. 211. I. *Vide*, Britannia.
Muſanus ſcriptor Eccleſiaſticus, 172. VIII.
Muſcæ infeſtæ exercitui Romanorum, 174. III.
Muſcarum aculeis expoſiti Chriſtiani, 253. CXII.
Myſteria Carpocratianorum nefanda, 120. XXIV.
Myſteria clanculo ab hæreticis fieri ſolita, 111. VI.
Myſteria nefanda Montaniſtarum, 173. XXXIII.
Myſteria ab impoſtore inventa, 145. XIV.
Myſteria ſacra cur a Juſtino Gentibus propalata, 150. III.
Myſteria ſacra Romæ cur patentia cunctis, 145. V.

N

NAaſiani Gnoſtici, 120. XLI.
Narciſſus athleta ſtrangulat Commodum Imperatorem, 194. III.
Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymitanus quando, 199. V.
Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymitanus calumniam paſſus recedit, 199. V. Ejus perſecutores quæ paſſi ſint, 199. VI. VII.
Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymitanus convertit aquam in oleum, 199. V.
Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymitanus in deſertum locum ſe ſubduxit, 199. VIII.
Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymitanus quando rediit, & quantum vixit, 199. IX.
Narzalis martyr Carthagine ſub Severo, 202. II.
Naſus hieroglyphicum judicii, 173. XXXVIII.
Natali Domini Miſſam noctu dici, 154. II.
Natalius confeſſor lapſus in hæreſin, converſus agit exomologeſin Romæ ſub Zephyrino Papa, 206. II.
Natalius admonitus viſione divina atque plagis reſipiſcit, 206. III.
Natalis dies martyrum celebrari ſolitus in Eccleſia. *Vide*, Mart. cultus, Dies.
Natura quod eſt inſitum homini, peccatum non eſſe, dixerunt Baſilidiani, 120. XVIII.
Negans Chriſtum obmutuit, 254. LII.
Negantes Chriſtum dira paſſi. *Vide*, Lapſi.
Nemeſis martyr Alexandriæ ſub Decio, 253. CVI.
Nemeſius martyr Romæ ſub Hadriano, 138. IV.
Neon laicus homo docuit in Eccleſia, 230. III.
Neon ſcriptor Actorum martyrum, & ipſe martyr, 179. XXXVII.
Neratius Priſcus J. C. ſub Hadriano, 122. I.
Nereus martyr cum Archilleo ſub Traiano, 100. XII.
Nerva Imp. diem obiit, 100. I.
Neſtor Epiſcopus Pergenſis martyr ſub Decio, 254. XXII.

Ni-

Nicephori Calliſti error de tempore martyrii Oneſimi, 110. X. Item de Apollonio, 189. II.
Nichorei libri, 247. III.
Nicolaitæ Gnoſtici, 120. XXV.
Nicopolis in Palæſtina reſtituta, 222. I.
Nicopoli apud Actium inventa editio Sexta, 230. VII.
Nicoſtratus confeſſor Romæ in carcere, 253. XXVIII. LXX.
Nicoſtratus legatus Novatiani, homo ſceleſtiſſimus, 254. XCVI.
Niger tyrannus invadit Imperium, 195. II.
Nigidius diſcipulus Hermogenis, 170. XII.
Nomades populi facti Chriſtiani, 140. VII.
Nomen Chriſtianum in culpa abſque alio delicto. *Vide*, Chriſtianum nomen.
Nomina portentoſa ab hæreticis excogitata, 120. IX.
Nomina Apoſtolorum ſoliti imponere Fideles ſuis filiis, 109. LVII.
Nominis mutatio apud Chriſtianos, 254. IX.
Nonnus idem quod monachus, 229. VII.
Nonnus dictus Hippolytus Epiſcopus Portuenſis, VIII.
Notarum inventores, 238. III.
Notarii ſcribentes Acta Conciliorum, & Collationum quales, 238. II.
Notarii ſeptem a Clemente Papa delecti ad ſcribendas res geſtas martyrum, *ibid.* Non tantum res geſtas, ſed & verba illorum ſcripſerunt, *ibid.*
Notarii ſeptem Origeni ſuppeditati, 220. X.
Notariorum in ſcribendo pernicitas admiranda, 238. IV.
Notariorum alii Eccleſiæ, alii Proconſulum, 238. II.
Notario libenter carebat Ambroſius, ſuo utens chirographo, 220. XII.
Notarium ſuum erubeſcebat aliquando Hieronymus, 220. XI.
Notarius unus plus ſatis ſingulis ſanctis Patribus, *ibid.*
Novas editiones Scripturæ divinæ edere, & antiquis non acquieſcere, hæreticorum eſt, 231. LVII.
Novatiani, ſive Novatianenſes non ex Novato, ſed ex Novatiano ſchiſmatico, 254. LXII.
Novatiani atque Novati penes Græcos confuſa ſunt nomina, *ibid.*
Novatiani hæreſes quæ, 254. CIV.
Novatiani perjurium, 254. LXVIII. Ejuſdem verſutia, & malæ artes, 254. LXVII. Ejus ignavia tempore perſecutionis, 254. LXXII.
Novatiani vita, mores, & inſtitutio, 254. LXXI. Ejus faſtus atque ſuperbia, 254. LXXVII.
Novatiani ſectator quidam negabat Petrum Apoſtolum baptizatum, 254. CVI.
Novatiani ſe Catharos dicebant, 254. CVI.
Novatiani negabant claves Eccleſiæ, 254. CVII.
Novatianum ſchiſma magna tentatio in Eccleſia, 254. LXXVIII.
Novatianus & Novatus quando ſchiſma conflarunt, 238. IX.
Novatianus a Novato ſeducitur, 254. LXI.
Novatianus quid adverſus Cornelium molitur, *ibid.*
Novatianus ex improviſo apparuit Epiſcopus, 254. LXX.
Novatianus baptizatus in lecto, 254. LXXI.
Novatianus ex philoſopho Stoico factus presbyter, diſpenſante Pontifice, 254. LXXIII.
Novatianus ſuos ſibi adſtringit juramento, 254. LXXV.
Novatianus legatos mittit ad diverſas Eccleſias, 254. LXXIX.
Novatianus ſcribit ad Eccleſiam Alexandrinam, *ibid.*
Novatianus a Dionyſio Epiſcopo Alexandrino corripitur, *ibid.*
Novatianus legatos mittit ad Cyprianum, 254. LXXXII.
Novatianus Stoicam philoſophiam conatus in Eccleſiam introducere de æqualitate peccatorum, 254. CIV.
Novatianus montanizat, 254. CV.
Novatianus Symbolum Apoſtolicum adulterat in illis verbis, *Remiſſionem peccatorum*, 254. CVII.
Novati fratris Pudentianæ obitus, 162. II.
Novati Pudentis Senatoris filii domus hoſpitium erat Chriſtianorum, 165. III.
Novatus filius Pudentis, & ejus ſorores, ſe ſuaque omnia officiis pietatis manciparunt, 165. III.
Novatus, & Novatianus quando ſchiſma fecerunt, 238. IX.
Novatus cur deſcivit ab Eccleſia, 254. LX.
Novatus a Feliciſſimo ſchiſmatico ducit originem, 254. XXXIX.
Novatus Novatianum ſeducit in ſchiſma, 254. LXI.
Novatus ordinator Feliciſſimi, 254. XXXIX. LIX.
Novatus cur Romam venit, 254. XLI.
Novatus ſceleſtiſſimus omnium hominum, 254. XXXIX.
Novatus cum ſuis legatus mittitur in Africam, 254. XCVI.
Novatus quæ Romæ eſt operatus, 254. LIII. LXI.
Novatus Urbem deſerit: facta tunc quies in Eccleſia, 254. XCVII.
Novatus ab Urbe cum diſceſſiſſet, ſchiſmatici reſipiſcunt, *ibid.*
Numerianus pro Numerio, 253. CXXVI.
Numerius Dux exercitus, perſecutor ſub Decio, *ibid.*
Numidiam incurſant barbari, & captivos ducunt Chriſtianos, 254. CVIII.
Numidicus confeſſor ordinatur a S. Cypriano, 253. XCV. Ejus martyrium, *ibid.*
Numiſma cum Græcis Latiniſque litteris, & aliis diverſis ſignis teſtantibus Antinoum Deum conſecratum; 132. X.
Numiſma Hadriani porcam continens cum porculis ſugentibus ubera, 137. III.
Numiſma Antonini Pii, 140. I.
Numiſma ab una parte continens Severum cum conjuge, ab altera Antoninum, & Getam, 210. II.
Numiſma Antonini filii Severi, 210. IV.
Numiſmata Traiani varia, 105. I. 106. I. 114. II.
Numiſmata Hadriani, in quibus Africa eſt expreſſa, 126. I.
Numiſmata alia Hadriani, 119. II. 120. I.
Numiſmata Hadriani inſigni notata inſcriptione, 121. III.
Numiſmata Severi Imp. 201. II. 206. IV. 210. III.
Numiſmata Elagabali, 220. III.
Numiſmata Philipp. Augg. milleſimo anno urbis cuſa, 249. IV.
Nun Baſilidis, 120. X.
Nuptias damnat Saturninus, 120. XXIII. Item alii. *Vide*, Marcion.

O

OBlationes hæreticorum reſpuit Eccleſia, 167. VI.
Oblationibus Fidelium ditatæ Eccleſiæ, 167. VII.
Obſequentes milites qui dicti erant, 170. III.
Octavius dictus liber Minutii Felicis, 211. V.
Octopla ab Origene compoſita, 231. II.
Oedipodis concubitu infamati Chriſtiani. *Vide*, Calumniæ.
Officia Palatina ab Hadriano mutata, 140. V. 316. XIII.

Olei fons in Taberna meritoria illuſtratus Eccleſia, 224. IV. Viget miraculum, *ibid.*
Oleum ex aqua factum a Narciſſo Epiſcopo Hieroſolymitano, 199. V.
Oneſimus in locum ſancti Joannis Evangeliſtæ ſubſtituitur, 101. XI.
Oneſimus Epiſcopus Epheſinus, legatus ad Ignatium, 109. IX.
Oneſimus Epiſcopus Epheſinus, martyr Romæ, 110. X. Ejus reliquiarum tranſlatio, *ibid.*
Oneſicritus magiſter Commodi, 179. LVI.
Ononychites depictus a Gentilibus Deus Chriſtianorum, 201. XXI.
Onufrii error de patria Trajani Imperatoris. *Vide*, Panvinus.
Ophiani, ſive Ophitæ hæretici, 145. XII.
Ophiani prodiere ex ſchola Valentini, *ibid.*
Ophiani quando emerſere, *ibid.*
Ophiani dicebantur etiam Gnoſtici, 145. XII.
Ophiani cito extincti, *ibid.*
Ophianorum præſtigiæ, *ibid.*
Ophianorum hæreſes, *ibid.*
Opilius Macrinus Imperator. *Vide*, Macrinus.
Opinantes, ſic dicti hæretici, 191. II.
Optatus ordinatur ſubdiaconus a Cypriano ex certa cauſa, 253. LXXII.
Optimus Proconſul in Aſia ſub Decio, 254. XXIV.
Oracula edi ab Idolis deſierunt, 100. IV.
Oracula Chriſtianorum vera, 114. III.
Oracula Gentilium ex malo Dæmone proveniſſe, 100. IV.
Oraculum Jovis Ammonis quando conticuit, 100. IV.
Oraculum novum ex commentitio Æſculapio, 145. XIV.
Oraculum Ponticum quid reſpondit in Chriſtianos, 145. XIV.
Oraculum Ponticum eluſit Severianum de promiſſa victoria, *ibid.* 163. VII.
Oraculum Ponticum poſuit iterum in diſcrimen Romanum exercitum, 171. V.
Oraculum de fide Chriſtiana propaganda, 224. II.
Orandum non eſſe, dicebant Gnoſtici, 120. XLI.
Oratio, & dictio ſimplex ſemper placuit ſanctis Patribus, quod & divino oraculo eſt comprobatum, 231. LIX.
Ordinandi nonniſi digniſſimi, 253. LXXXVIII. & *ſeqq.*
Ordinatio clericorum mature admodum, & magna ex cauſa facienda, 253. LXXII.
Ordinationes a Cypriano quanta circumſpectione celebratæ, 253. LXXXVIII.
Ordinationes factæ a Romanis Pontificibus cur recenſeantur, 154. II.
Ordinatio Numidici facta a S. Cypriano, 253. XCIII.
Ordinatio Optati facta a S. Cypriano, 253. LXXII.
Ordinatio Saturi facta a S. Cypriano, 253. XCIII.
Ordines ſacri in Eccleſia a temporibus Apoſtolorum, 109. III.
Ordines Eccleſiaſticos ex diſpenſatione conferre quam periculoſum, 254. LXXIV.

Origenis ætas, & vitæ inſtitutio.

Origenes puer, 204. IX. Ejus recta vitæ inſtitutio, & flagrans ardor martyrii, *ibid.*
Origenes ſcribit ad patrem epiſtolam hortatoriam, 204. VIII. Ejus eminentiſſimum ingenium, 204. X.
Origenes æqualis Ammonii, 234. IV.
Origenes an fuerit auditor Ammonii, *ibid.*
Origenes a patre reprimitur, 204. X.
Origenes qua ætate parente orbatus, *ibid.*
Origenes quando docere cœpit Alexandriæ, 196. XXVII. 205. III.
Origenes quo modo a virgine locuplete adjuvatur, 205. VI.
Origenes linguam Hebraicam didicit, 220. VII.
Origenes excellit in omnibus ſcientiis, 220. IX.
Origenes ab Ambroſio adjuvatur, 220. X. Septem ei Notarii ſuppeditantur, & alia, *ibid.*
Origenes ordinatur presbyter, 230. I.
Origenes impugnatur a Demetrio Epiſcopo Alexandrino, *ibid.* In quibus ab eo juſte accuſatus, 230. IV.
Origenes a Demetrio rurſus exagitatus, 232. I.
Origenis diſcipuli martyres, 205. VII.

Origenis caſtratio, & vita mollis.

Origenes quando ſeipſum caſtravit, 208. I.
Origenes perperam interpretatus Evangelium de Eunuchis, *ibid.*
Origenes ſemper in gynæceo cum puellis, 253. XLIV.
Origeni inſerviunt puellæ in ſcribendo, 220. X.
Origenis caſtratio a Demetrio Epiſc. Alexand. divulgatur, 208. I. 230.
Origenis caſtratio facta pharmaco, 220. LV.
Origenis caſtratio occaſionem dedit ſectæ dictæ Eunuchorum, 230. V.

Origenis confeſſio.

Origenes quid tempore perſecutionis, 205. V.
Origenes ſæpe lapidibus impetitus a Gentilibus & quæſitus ad necem, *ibid.*
Origenes ſubducens ſe a periculis quærit latebras, 205. VI. Delituit apud Julianam virginem, *ibid.*
Origenes, fugiendum tempore perſecutionis, diſertis verbis docet, 205. XI.
Origenes quæ paſſus Alexandriæ ab Ethnicis, 232. IV.
Origenes vindicatur a calumnia de thurificatione, 253. CXVII.
Origeni falſo adſcriptus turpis lapſus, 253. CXX. Confutatur fabula de Æthiope, CXVII.
Origenis glorioſa confeſſio, 232. III.
Origenis confeſſio ſub Decio, 253. CXVI.

Origenis labores in divina Scriptura.

Origenes quando interpretatus eſt Cantica Canticorum, 208. III.
Origenes quando ſcripſit Commentarios in Joannem, 232. I.
Origenes quæ ſcripſit Alexandriæ ſub Alexandro Imp. *ibid.*
Origenes æmulatione Longini philoſophi ſcripſit Periarchon, 232. III.
Origenes epiſtolas circulares ſcripſit pro ſua defenſione, 232. VII. Ejus nomine multa fuiſſe vulgata, 232. VIII. Falſo ei adſcribitur liber de Singularitate clericorum, 253. XLIV. Ejus ſcripta corrupta ab hæreticis, 232. IX.
Origenes quando de Martyribus ſcripſit, 237. XIII.
Origenes quando & quo impellente ſcripſit contra Celſum, 243. III.
Origenes ſcripſit ad Philippum Imp. & ad Severam Auguſtam, 246. VIII.
Origenes ſcripſit profeſſionem ſuæ fidei ad Fabianum Papam, 248. I.
Origenes cogitat de editionibus divinæ ſcripturæ colligendis, 207. VI.
Origenes quærit editiones divinæ ſcripturæ, 219. III. 220. VII.
Origenes invenit Sextam editionem, 230. VII.
Origenes componit Hexapla, & Octopla, 231. II. IX.
Origenes quo ordine diſpoſuit editiones, 231. IX.
Origenes optime meritus de editione Septuaginta, 231. VII.
Origenis editiones duæ communes, 231. XLI.
Origenis dialogus cum quinque hæreticis, quos vicit, 220. IX.

Origenis Pœnitentia, liber inſcriptus, falſo illi tribuitur, 253. CXVII.
Origenis immenſum ſtudium collatum in cognoſcendis, & diſponendis editionibus commendatum a Patribus, 231. III. IV.

Origenis labores contra hæreticos.

Origenes convertit Ambroſium Marcionitam, 220. VIII. Alios quoque hæreticos plures convertit, *ibid.*
Origenes revocat Beryllum ab hæreſi, 229. II.
Origenes quid paſſus Epheſi ab hæreticis, 232. IX. Ejus ſcripta corrupta ab hæreticis, *ibid.* Ejus nomine multa vulgata ab hæreticis, *ibid.*
Origenes ſuperat quinque hæreticos, 220. VIII.
Origenes diſputat cum hæreticis, arbitro Gentili philoſopho, 220. IX.

Origenis fama celebris.

Origenem magnopere reveritus eſt Plotinus, 248. III.
Origenes a Mamæa Alexandri Matre accerſitur, 220. VI.
Origenes laudatus a Longino atque Porphyrio, aliiſque philoſophis Gentilibus, 234. III.
Origenis excellentia in omnibus ſcientiis, 220. IX.

Origenes hæreticus habitus.

Origenes excuſatur fruſtra, 232. X. Aperte convinci poteſt hæreticus, *ibid.*
Origenes excommunicatus a Demetrio Epiſcopo Alexandrino, 232. VII.
Origenes vivens conteſtatur ſe fidem Catholicam ſemper ſectaturum, 232. III.
Origenis defenſiones temere recens a multis ſunt ſcriptæ, 256. XL.
Origenis Apologia ſcripta a Ruffino. *Vide* Ruffinus.

Origenis peregrinatio.

Origenes vocatur in Arabiam, 230. III.
Origenes proficiſcitur in Palæſtinam, inde reverſus Alexandriam, 231. LXV.
Origenis peregrinationes diverſæ in unum collectæ, *ibid.*
Origenes rurſus proficiſcitur in Palæſtinam, 233. V.
Origenes ſecedit Tyrum, *ibid.*
Origenes fugit Cæſaream, *ibid.*
Origenes cupidiſſimus inviſendæ Romanæ Eccleſiæ, 220. VII.
Origenes ſub Zephyrino Papa venit Romam, *ibid.*
Origenes iterum venit Romam ſub Fabiano Papa, 248. II.
Origenes venit Romam dicturus cauſam coram Fabiano Papa, *ibid.*
Origenes Romæ dum eſſet, adiit Plotinum publice profitentem, 248. III.
Oroſius hiſtoricus erroris arguitur, 212. I.
Oſculari ſoliti Fideles pedes Romani Pontificis, 216. XVI.
Oſtienſis Eccleſia ſub Alexandro vexata, 229. V.
Ovinius Camillus occiſus ſub Alexandro, 225. V.

P

Pacificæ litteræ quæ eſſent, 142. VII.
Pacis templum incenſum ſub Commodo, 193 I.
Παιδεραστίας vitio obnoxius Traianus, 100. XIII. Ejus vitii turpitudo, & D. Pauli in illud ſententia, 100. XV.
Palatini magiſtratus ab Hadriano renovati, & aucti, 140. IV.
Palatium Romæ pertingit incendium, 193. II.
Palinodiam recantant Romæ hæreſiarchæ, & non alibi, 155. I.
Palladium rejectum ſub Commodo, 193. I.
Pallam ſacratam non tangat diaconiſſa, 179. LI.
Palliati deriſi, 197. XI
Pallii Epiſcopalis myſterium, 216. XV.
Pallium indumentum religioſorum tantummodo, non omnium Chriſtianorum, 197. XI.
Pallium induit Heraclas Chriſtianus philoſophus, poſtea Epiſcopus Alexandrinus, 197. XVI.
Pallium induit Porphyrius martyr, 197. XVII.
Palma Epiſcopus in Aſia, 175. XIV.
Palmatius Conſularis martyr ſub Alexandro, 226. III.
Pamelii error de tempore converſionis Tertulliani, 197. IV. Ejus diſpoſitio epiſtolarum Cypriani qualis, 253. LXXXIV.
Pantheon ictum fulmine, 112. XI.
Pantheon a Severo reſarcitum, 205. II.
Pantænus philoſophus Chriſtianus proficiſcitur ad Indos, 185. I. Omnium eruditiſſimus, *ibid.*
Pantænus reperit apud Indos Evangelium Matthæi, 185. II.
Pantænus docuit Brachmanas, *ibid.*
Panvini error de patria Traiani, 100. I.
Panvinus parum fidelis in Chronico, 253. II.
Papæ electio qualiter olim fieri ſolita, 254. XLIV.
Papæ titulus, Pontifex Max. Epiſcopus Epiſcoporum, ambo ſimul, 142. IV. 216. IV.
Papæ ſumma auctoritas. *Vide*, Pontifex Romanus.
Papæ nomen Romani Pontificis, 142. IV.
Papæ commune nomen cæteris Epiſcopis, 165. X.
Papæ nomine aucupantur calumnias hæretici, 142. IV. *ibid.*
Papa nomen proprium viri, 165. X.
Papa Romanus calumniam paſſus occaſione Montani. *Vide* Calumniæ.
Papias Theologus antiquus, auctor Millenariorum opinionis, 118. II. Ejus laudes, & ſcripta, 118. III. Quos habuit ſectatores, *ibid.* Traditionum explorator, 118. II.
Papias martyr Pergæ ſub Decio, 254. XXII.
Papinianus Jureconſultus perſecutus Chriſtianos occiditur, 214. III. Ejus diſcipuli, 225. I.
Papylus martyr Pergami cum ſociis ſub Marco Imperatore, 169. XXIII.
Papyrius antiquus Theologus in Aſia claruit, 198. IX Obſervavit Paſcha ex præſcripto Evangelii decimoquarto die Lunæ, 198. IX.
Parabolæ Evangelii a Marcione perperam explicatæ, 146. VIII.
Paracletum ſe eſſe Montanus dicebat, quo modo, 173. XXIV.
Paracodas Epiſcopus accipit litteras a Victore Papa de Paſchate celebrando, 198. XIX.
Paradiſum viſibilem ex Platone Hermogenes docuit, 170. XII.
Paramon, & ſocii martyres ſub Decio, 254. XXVII.
Paraphraſes Jonatæ creditæ Theodotionis, 184. V.
Parmenas diaconus martyr Philippis ſub Traiano, 100. XXXVII.
Parmenio martyr Perſa ſub Decio, 254. XXVII.
Parthenius martyr cum Calocero Romæ ſub Decio, 253. XXIX.
Parthicum bellum abſolutum, 168. II.
Paſchæ temporis occaſione obortæ in Eccleſia controverſiæ, 167. VIII.
Paſchæ temporis occaſione obortas controverſias, ut componeret, Polycarpus venit Romam, *ibid.*
Paſchæ tempus legitimum quando a Petro ſtabilitum, 159. I.
Paſchæ tempus definitum traditum a Marco Eccleſiæ Alexandrinæ, 159. II.

Pa-

Paſchæ tempus etiam a Joanne Apoſt. ſtatutum die Dominico. *Vide*, Joannes.
Paſſionis Chriſti memoria agenda in Miſſa, 131. III.
Paſtor cognomen Romanæ familiæ, 160. VIII.
Paſtor presbyter Roman. Titulum erexit in Viminali, 166. III. Quando, 162. I.
Paſtor Senator in Urbe, 160. VIII.
Paſtoris presbyteri Romani ſub Pio Papa obitus, 164. XXIV. Ejus Acta, 159. VII.
Paſtoris epiſtola ad Timotheum, 162. II.
Paſtoris Evangelici ſuper humeros ovem portantis imago expreſſa egregie in vaſis ſacris, 216. XIII.
Paſtoris libri diverſi tituli, 159. VI.
Paſtoris ſcripta diverſa, 159. VI.
Paſtorales litteræ quæ, *ibid.*
Patriarchæ nomen antiquum, 112. II.
Patriarchæ nomen diſplicet Novatoribus, *ibid.*
Patriarchales ſedes tres, 112. III.
Patriciniani hæretici, 203. XXVI.
Patropaſſiani hæretici ex Praxea ducunt originem, 196. XXI.
Patrum modeſtia in tractandis rebus Eccleſiaſticis, 173. IX.
Pattalor inchitæ hæretici, 173. XL.
Pauli trophæa Romæ integra. *Vide*, Apoſtolorum trophæa.
Pauli epiſtolæ a Marcione decurtatæ, 146. X.
Pauli ſtatua ſupra columnam Antoninam ſita, 176. XXVIII.
Paulinus Epiſcopus Iconii, 230. III.
Paulus Concordiæ quid accepit a Notario S. Cypriani, 216. XIX.
Paulus Jureconſultus ſub Alexandro, 225. I.
Paulus martyr in Africa ſub Decio, 253. LXII.
Paulus Thebæus primus eremita ſub Decio cœpit, 253. CXI. Quo anno ſolitudinem ingreſſus, 253. CXIII. Ejus ætas, 253. CXV.
Pauli Apoſtoli in παιδεράστας ſententia, 100. XV.
Pauperum æs alienum Cyprianus diſſolvit, 254. XXXVI.
Pauperum cura adhibenda, præcipue tempore perſecutionis, 153. XL.
Pauperum captivorum redemptio. *Vide*, Cyprianus.
Pauſilippus martyr ſub Hadriano, 140. V.
Pax Eccleſiæ diuturna occaſione militis profligata, 201. II.
Pax Eccleſiæ reddita ab Antonino Pio, 154. V. A Marco pariter. *Vide*, Marcus.
Pax Eccleſiæ Africanæ reddita citius tempore Decii, 254. XL.
Pax Eccleſiæ reddita a Commodo Imp. & ex qua cauſa, 182. V.
Pax Eccleſiæ poſt obitum Severi Imp. diuturna contra prophetias Montani, 213. XII.
Peccata laudata a Carpocrate, 120. XXIV.
Peccata omnia ab hominibus conſummanda, ut ſalutem aſſequerentur homines, Carpocrates impie ajebat, 120. XXV.
Peccatorum remiſſio falſa ab Helceſaitis promiſſa, 249. VII.
Peccatorum remiſſio in Eccleſia non ſine ſatisfactione. *Vide*, Satisfactio.
Peccatorum remiſſionem ab Eccleſia aufert Novatianus, 254. CVII.
Peccatorum æqualitatem ex Stoica diſciplina Novatianus prædicat, 254. CIV.
Peccatum unde ex Baſilidis ſententia, 120. XVIII.
Pedes Pontificis, & aliorum ſacerdotum pœnitentes Fideles oſculabantur. *Vide*, Oſculari.
Pedibus Pontificis ſe ſternebant Fideles, 216. XVI.
Pedo conſul terræmotu obtritus, 111. I. 117. III.
Pedonis conſulatus quando contigit, 111. I. 117. V.
Peon martyr Romæ cum ſociis ſub Marco, 165. I.
Pepuza vicus in Phrygia, ubi Montanus docebat, 173. XIII.
Peregrina religio vetita antiquitus in Urbe, 164. V.
Peregrinatio Hieroſolymitana, 199. X.
Peregrini Syri Romæ hoſpitari ſoliti in Eſquiliis in Viminali, 159. VIII.
Peregrinus Epiſcopus Antiſiodorenſis, 142. XII. Miſſus in Gallias a Sixto Papa martyrium patitur, *ibid.*
Peregrinus martyr Romæ cum ſociis ſub Commodo, 192. II.
Perennius ſive Perennis Præfectus ſub Commodo, 189. I. Summam rerum adminiſtrat, 189. III.
Perennius damnat Apollonium Senatorem Chriſtianum, 189. II. IV. Ejus nequitia, 189. III. V.
Perennius a Commodo jubetur occidi, *ibid.* Dat pœnas de fuſo ſanguine Chriſtiano, *ibid.*
Perennius alius ſub Gordiano perſecutor Chriſtianorum, 243. IV.
Pergenſis Senatus litteræ, 254. XXIII.
Pergentinus martyr Aretii ſub Decio, 254. XXIX.
Perpetua, & Felicitas martyres in Africa ſub Severo, 205. XXI. Earum corpora tranſlata Carthaginem, 205. XXVI.
Perſæ domiti a Traiano, 114. I.
Perſæ quando primum ſervierunt Romanis, 236. I.
Perſæ a Gordiano ſuperati, 244. I.
Perſecutio ſub Antonino Pio gravis admodum, 142. XIV. 154. IV.
Perſecutio ſub Alexandro ex populi furore. *Vide*, Alexander.
Perſecutio ſub Decio, quando cœpta, 252. VII. Quibus præmonſtrata eſt viſionibus, 253. XI. Ejus ingens ſævitia, 253. XV. Acriter ſævit Alexandriæ, 253. XCIX. Credita hæc perſecutio omnium ſæviſſima, 253. CXII. Exagitavit Eccleſias Ponticas, 253. CXXIX.
Perſecutio ſub Hadriano, 120. IV. 123. III. An ex ejus edicto prodierit, & quo modo, 120. V. Eadem poſtea aucta magis, 125. III. Qua occaſione ſedata fuerit, 128. III.
Perſecutio ſub Marco Aurelio ex populi tumultu concitata, 164. II. Quando cœpta, 164. XXIV. Acrior ſævit, 169. I. 172. I. Rurſus inſtauratur, 179. I. Duravit uſque ad finem Imperii ejuſdem, 179. XLIX.
Perſecutio ſub Maximino, 237. IV. Eadem ſexta numerata, *ibid.* Acrius ſævit, 237. X. Quievit 238. VIII.
Perſecutio ſub Severo qua occaſione cœpta, 201. II. Eadem a Plautiano excitata, & aucta, 201. XXXIX. Africam quando invaſit, 203. V. VI. Quid in Ægypti Eccleſiam, 204. VIII.
Perſecutio ſub Traiano qua occaſione cœpta, 109. VI. IX. Eadem acrius ſævit, & duravit etiam poſt ejus reſcriptum, 104. VII.
Perſecutiones tres uſque ad Traianum, 100. VI.
Perſecutionem redimere licere contra Montani, & Tertulliani, & aliorum ſententiam, 205. XIV. XVI.
Perſecutiones ſine edicto ſæpe excitatæ, 120. V.
Perſecutionibus Eccleſia magis creſcit, 130. VII.
Perſecutionis ſigno dignoſci Catholicos ab hæreticis, 253. XXX.
Perſecutionis tempore jubentur Fideles vacare orationi atque jejuniis, 253. XLVII.
Perſonarum diſtinctio in Trinitate & confuſio. *Vide*, Patropaſſiani, Praxeas.
Perſonatos quo tempore Romanis licebat incedere, 183. XI.
Pertinax Imp. 195. I. Occiditur, *ibid.*
Peſcennius Niger initiatus ſacris Iſidis, 183. VII.

Pe-

Peſtis ſub Mario unde exorta, & quam dira, 170. I. Unde egreſſa *ibid.*
Petra ſcelerata, & alia loca ſic dicta, 191. IV.
Petri Alexandrini Epiſcopi ſententia de redemptione martyrii, 205. XVII.
Phalaridis ſupplicium, 120. VI.
Pharus apud Alexandriam locus ubi editio Septuaginta elaborata eſt, 231. XX.
Phædimus Epiſcopus Amaſenus in Ponto, 233. XIII. Creat Gregorium Thaumaturgum Epiſcopum Neocæſareæ, *ibid.*
Phœbus Clementis diſcipulus, 102. III.
Phibionitæ Gnoſtici hæretici, 110. XLI.
Philadelphenſium legatio ad Ignatium, 109. XIV.
Philadelphenſes martyres duodecim ſub Marco, 169. XVII.
Philænidiæ cantilenæ, 164. XXIII.
Philetus Epiſcopus Antiochenus creatur, 219. IV. Moritur, 230. I.
Philetus cum ſociis martyr ſub Hadriano, 140. V.
Philippa cum ſociis martyr Pergæ ſub Pio, 154. III.
Philippenſes excipiunt Ignatium, 109. XVI. Curantque ejus epiſtolas. *Vide* ſupra, Epiſtolæ, Ignatius.
Philippopolis Civitas a Philippo Imperatore ædificata, 249. V.
Philippus Auguſtalis Præfectus in Ægypto Chriſtianus, 188. I. Perſequitur Magos, & Judæos, *ibid.* Quæ paſſus eſt, 204. VI.
Philippus diaconus unus ex ſeptem, quo tempore celebrabat Paſcha, 198. VIII.
Philippus Epiſcopus Gortynæ in Creta, antiquus Theologus, 171. VIII. Scripſit contra Marcionem, *ibid.*
Philippus Imperator, genere Arabs, Miſitheum ſuſtulit, 244. II. Quando creatus Præfectus Prætorio, *ibid.* Ejus ambitio, ſævitia, & ingratitudo, 245. I. Affectat Imperium, *ibid.* Gordianum Imp. occidi jubet, 246. I.
Philippus Imp. nondum Chriſtianus immaniſſima ſcelera perpetrat, *ibid.*
Philippus Imp. quando factus eſt Chriſtianus, 246. VI. VII. 249. III.
Philippus quando cœpit imperare, 246. I.
Philippus Imp. agit exomologeſin, 246. V.
Philippus Imperator cum Philippo Auguſtali confuſus, 246. VI.
Philippus Imp. quando Romam venit, 246. X.
Philippus Junior Auguſtus creatus, 247. IV. Ejus vita ac mores, 249. I. Patrem redarguit cachinnantem, *ibid.* A matre Severa ad ſeveritatem compoſitus, 249. I. ἀγέλαστος dictus & quare, *ibid.*
Philippus Imperator pias ſanctaſque leges Chriſtiano dignas Imperatore tulit, 249. III. Claſſes exoletorum vetuit, 249. II. Poetas ſprevit, 249. III.
Philippus Imp. celebravit ludos Sæculares, 249. IV.
Philippus Imperator ædificat Philippopolim civitatem, 249. V.
Philippus Imp. una cum filio occiſus, 253. II. Anni ejus Imperii, 251. I. Amborum Philipporum monumentum, 253. III.
Philippus Imperator relatus inter divos, *ibid.*
Philippus martyr Romæ cum ſociis ſub Marco, 175. IV.
Philo diaconus, comes Ignatii, 109. VIII.
Philocomi hæretici, 247. III.
Philominus martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Philoſophi de Deo diſputant, & lapides colunt, 234. X.
Philoſophi Cynici, & Epicurei infeſtiſſimi Chriſtianis, 164. X.

Philoſophi Chriſtiani facti, nec deſerentes philoſophiam, evaſerunt hæreſiarchæ, 120. XL.
Philoſophi complures facti Chriſtiani, 130. IX. Itemque hæretici, *ibid.* 247. II.
Philoſophi amore puerorum infames, 131. XI.
Philoſophi Platonici, vel ad Chriſtianam fidem converſi, vel magiæ addicti, 234. VI. XIV.
Philoſophi minores, quam rudes ac ſimplices Chriſtiani, 234. XII.
Philoſophi indigent cicuta, ut ad paucas horas caſti ſint, *ibid.*
Philoſophi Romæ a Marco Imperatore ſtipem accipiunt, 164. IX.
Philoſophia hæreſum officina, 146. IV.
Philoſophia quomodo utilis Chriſtianis, 234. VI.
Philoſophia Platonis eſt veluti introductio ad fidem Chriſtianam, 234. X.
Philoſophia quomodo ſe habeat ad Theologiam, 234. XII.
Philoſophia qui abutuntur, declinant in magiam, 234. VI. XIV.
Philoſophiam cur diſcant, & alios doceant Chriſtiani, 234. VI.
Philoſophiam addiſcendo plerique facti ſunt Chriſtiani, 234. IV.
Philoſophiam qui conati ſunt introducere in Eccleſiam, quomodo facti ſunt hæretici, 120. XL.
Philoſophus incognitus exclamat in theatro adverſus Perennium, 189. 190. IV.
Philumena Apellis hæreſiarchæ ſcortum, & hæreſis adminiſtra, 146. XIX. Ejus immunditia atque præſtigiæ, *ibid.* 174. XI.
Phlegon chronographus quando, & quæ ſcripſit, 138. VII.
Phlegontis Annales, 140. III.
Phlegontis nomine Vita Hadriani, *ibid.*
Phocas Epiſcopus in Ponto martyr ſub Traiano, 114. IV.
Photinus Epiſcopus Lugdunenſis, martyr ſub Marco, 179. XXXV.
Pictura ex muſivo de Conſulibus initiatis Iſidis ſacris, 183. VII.
Picturæ ſacræ in vaſis ſacris quid myſtice, 179. XXXVI.
Picturæ. *Vide*, Imagines.
Pinytus ſcriptor Eccleſiaſticus, 171. VIII.
Pinytus Epiſcopus, 175. XIV. Ejus ſtudium erga ſuos, *ibid.*
Pionius presbyter Smyrnenſis quo tempore paſſus ſit, 169. XXII. 254. II. De eo Euſebii locus corruptus reſtituitur, 254. I. Perperam ponitur ſub Marco, ponendus ſub Decio, 254. II. Ejus martyrii Acta germana, *ibid.*
Pionii ejuſdem ſocii in certamine, *ibid.* Catenis cur ſe nectunt, 254. IV.
Pionius concionatur Smyrnenſibus, 254. III. Damnatus a Proconſule, vivus comburitur, de caſtitate ſervata ultimum elogium, 254. XIX. Ejus capilli ab igne illæſi, 254. XXI. Dies natalis, 254. II. XXI.
Pithon diſcipulus Marcionis, 146. XX.
Pius Imperator quid pro Chriſtianis reſcripſit. *Vide*, Antoninus.
Pius Papa creatur, 158. II. Præceſſit Anicetum, 158. III.
Pius Papa de Paſchatis tempore decretum facit, 159. I.
Pius Papa inviſit Novatum fratrem S. Praxedis ægrotum, 162. II.
Pius Papa ſcribit epiſtolam ad Juſtum Epiſcopum Viennenſem, 166. I.
Pius Papa prædicit ſuum martyrium, 166. III. Quando paſſus eſt, 167. I. Ejus ſedis anni, decreta, & ordinationes, *ibid.*
Pius Papa quid de baptiſmo hæreticorum, 167. II.

Placidas, ſive Placidus magiſter equitum ſub Traiano, 103. IV. Idem martyr ſub Hadriano cum ſuis, 120. VI.
Platonis imago apud Carpocratem, 120. XXXVIII.
Platonicæ philoſophiæ ſuavitas, 130. V.
Platonici philoſophi converſi ad Chriſtum, 234. VI. Alii qui reluctati ſunt, evaſerunt magi, 234. VII.
Plautianus relictus Romæ Præfectus a Severo, 201. XX. Sæviit in Romanos, *ibid.*
Plautianus, quid in Chriſtianos, 201. XXI.
Plautianus perſequitur Chriſtianos in Africa, 203. XIV. Expilator bonorum Chriſtianorum, 206. I. Occiditur, 205. I. Ejus faſtus, & potentia, 206. II. III.
Plautianus vere humanæ miſeriæ exemplum, 206. II.
Plautiani Chriſtianorum hoſtis nomen abolitum, & abraſum, *ibid.* III.
Plautilla filia Plautiani relegata in inſulam, 206. III.
Plautus filius Plautiani relegatus, *ibid.*
Plebs Romana quid in electione Romani Pontificis, 254. XLIV.
Pleroma Valentini, 145. II.
Plinii Conſulatus ſuffectus quando, 103. I.
Plinii epiſtola ad Traianum de Chriſtianis, 104. II.
Plinius olim Augur, 104. I.
Plinius Proconſul. in Bithynia, *ibid.*
Plinius quid contra Chriſtianos, 104. II.
Plinius in quo Chriſtianos excuſet, 104. IV.
Plotini ætas, 234. II.
Plotinus auditor Ammonii, *ibid.* Fidelis cuſtos ſecretorum ejus, 247. I.
Plotinus quando Romam venit, 244. III. 247. II. 248. IV.
Plotinus magiæ auſcultat, 234 XIV. In eum acclamatio Ægyptii cujuſdam, *ibid.*
Plotinus contubernalis fæminarum, *ibid.*
Plotinus cogitat in Perſidem proficiſci, 244. III.
Plotinus diſcipulos habuit alios Chriſtianos, magos vero alios, 247. II.
Plotinus ſcripſit contra Gnoſticos, 247. III.
Plotinus non abhorruit a Chriſtiana religione, *ibid.*
Plotinus docebat Romæ, cum eum Origenes convenit, 248. IV.
Plutarchi teſtimonium de oraculis mutis redditis, 100. III. Mira habet de Pythiade, 100. V.
Plutarchus de Judæis ſcribens multa mentitur, 201. XXVI.
Plutarchus diſcipulus Origenis, ſub Severo, 205. III.
Pluvia precibus Fidelium procurata in Africa, 176. V.
Pluvia ſolita a Deo impertiri precibus Chriſtianorum, tributa diis Gentium, 176. VIII. & *ſeqq.*
Pluvia obtenta precibus Chriſtianorum in Germania, 176. XXII.
Pluvius Juppiter dictus, 176. XXV.
Pluvii Jovis imago, 176. XXIV.
Pœnitentia agi ſolita in Eccleſia etiam pro levioribus peccatis, 253. LV.
Pœnitentia præſcribitur lapſis ab Eccleſia, *ibid.*
Pœnitentibus omnibus Eccleſia indulget, 216. III.
Pœnitentium recipiendorum ritus, 216. XII.
Poetæ ex numero bonarum artium profeſſorum excluſi, 249. III.
Polemo Smyrnenſis æditnus, hoſtis Chriſtianorum, 254. V. VII.
Polybius Epiſcopus Trallianus tempore Traiani, 109. IX. Miſſus legatus a ſuis ad Ignatium, *ibid.*
Polycarpus Epiſcopus Smyrnæ, 109. X. Collegit epiſtolas Ignatii, 109. XV. Ejus epiſtola ad Philippenſes, 109. XXXV. Expectat avide ſcire finem Ignatii, 110. VI.
Polycarpus quid in Marcionem ſibi occurrentem, 167. VIII.
Polycarpus Romam veniens plurimum profuit Eccleſiæ, *ibid.*
Polycarpus ſuſceptus ab Aniceto Papa, 167. IX. Romæ rogatus ſacrificare, *ibid.*
Polycarpus quæritur ad necem, 169. II. Ejus fuga, 169. V. Viſio in latebris illi oſtenſa, *ibid.*
Polycarpus captus a militibus ducitur Smyrnam, 169. VII. Ejus martyrii Acta, *ibid.*
Polycarpus quot annos vixit Chriſtianus, 169. VIII.
Polycarpus quid ad Proconſulem, *ibid.* Miracula in ejus martyrio, 169. XIV. Ejuſdem oratio, 169. XIII.
Polycarpus per ignem martyrium conſummat, 169. XII. Ejus reliquiæ aſſervatæ, 169. XVI. Conſtitutus dies natalis celebratione anniverſaria recolendus, *ibid.* Ejus ſcripta, 169. XVIII.
Polycarpus quid cum Eccleſia Gallicana, *ibid.*
Polycarpus quid in hæreticos, 169. XIX.
Polycarpus magiſter Irenæi, & Florini, *ibid.* Alii ejus diſcipuli, 169. XX.
Polycrates Epiſcopus Epheſinus, 191. IV. Quid de tempore Paſchatis, 198. VIII.
Polycronius Epiſcopus Babylonis, 254. XVII. Martyr ſub Decio, *ibid.*
Polyeuctus martyr Melitinæ in Armenia ſub Decio, 254. XXVI.
Pompeia martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Pompeianus dux exercitus ſub Marco, 176. XXII. Idem Conſul, 177. III.
Pompeii tumulus ab Hadriano inſtauratur, 132. VIII.
Pompeius Epiſcopus in Africa interfuit Romæ electioni Cornelii Papæ, 254. XLV. Ejus reditus in Africam, 254. LXXXV.
Pompeius martyr in Africa cum ſociis ſub Decio, 253. XCVIII.
Pomponius J. C. ſub Alexandro, 225. I.
Pontianus Papa creatur, 233. IV. Mittitur in exilium 237. I. Martyrium ſubiit, 237. X. Ejus tranſlatio, *ibid.* Decreta ipſius, ordinationes, & alia, *ibid.*
Pontianus Martyr Spoleti ſub Marco, 175. VII.
Pontianus martyr Romæ cum ſociis ſub Commodo, 192. VI.
Ponti Eccleſia florens, 104. I. A Decio exagitata, 253. CXXIX.
Ponti populos ſeducit impoſtor, 145. XIV.
Ponticus martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Pontifex Max. & Epiſcopus Epiſcoporum dictus Papa antiquitus, 142. IV. 216. IV. *Vide*, Papa.
Pontifex Romanus tantum damnat hæreſiarchas, 196. I. 207. III.
Pontifex Romanus calumniam patitur a Tertulliano jam hæretico Cataphryga, 201. V. 205. XV. Sed ab invito laudatur, 205 XV.
Pontifex Romanus Concilia indicit, 198. VII. X.
Pontifex Romanus Antiſtes primarius totius Catholicæ religionis, 207. III.
Pontifex Romanus revocat datas a ſe litteras ad Montanum errore ſurreptas, 173. IV.
Pontifex Romanus decipi poteſt ex falſis relationibus rei geſtæ, *ibid.*
Pontificis Romani auctoritas ſuper omnes Epiſcopos, 198. X.
Pontifices Romani noverunt ſcripta Dionyſii Areopag. 109 LXIII.
Pontifices Romani ditiſſimi, etiam tempore perſecutionum, 175. IX.
Pontifices Gentiliciæ ſuperſtitionis plures ſimul diverſi ordinis, eorumque nomina, 216. X.

Pontificis Romani eſſe, creare Epiſcopos, & mittere in diverſas provincias, 154. II.
Pontificis Romani electio qualiter olim fieri ſolita, 154. XLIV.
Pontificis Romani cura ſuper omnes Epiſcopos, 198. X.
Pontificis Romani pedes Fideles oſculantur. *Vide*, Oſculari pedes.
Pontificis Romani collegas dici ſolere alios Epiſcopos, quo modo id accipiendum, 153. XXVII.
Pontificum Romanorum ſeries Euſebii vitioſa, 154. I.
Pontificum Romanorum Chronologia per Conſules qualis, 158. I.
Pontificum Romanorum effuſa largitas erga pauperes omnium provinciarum, 175. VIII.
Pontificum Romanorum litteræ publice legi ſolere in Eccleſiis, 175. XI.
Pontificum Romanorum conſtantia in diſciplina ſervanda, 201. VI.
Pontificum Romanorum decreta indici ſolita univerſæ Eccleſiæ, 216. IV.
Pontificum Romanorum modeſtia in rogandis fratrum ſententiis, nec ſine illorum conſenſu quicquam audere, cum poſſent, 254. LXXIV.
Pontius martyr in Gallia, qui convertit Philippum Imp. & filium ejus, 246. IX.
Popinarii Romæ litigant cum Chriſtianis de loco Tabernæ meritoriæ, 224. IV.
Populi furore ſæpe exagitati Chriſtiani. *Vide*, Gentiles.
Porca cum porcellis in Hadriani numiſmate effigiata, 137. III.
Porcos a Judæis coli, opinatus eſt falſo Plutarchus, 201. XXV.
Porcus Judæis abominandus, 137. III.
Porcus inſculptus portæ Hieruſalem, 137. II.
Porcus quid in hieroglyphicis, *ibid.*
Porcus inſigne Romanorum, *ibid.*
Porphyrius verſatus cum Ammonio, & Origene, 234. III. 253. CXXI. CXXII.
Porphyrius erroris redarguitur, dum ait Ammonium a fide Chriſtiana deſciviſſe, 234. V.
Portuenſes martyres ſub Alexandro, 229. V.
Poſtes coronare fronde, vetitum Chriſtianis, 200. V.
Potamia martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Potamiena martyr Alexandriæ ſub Severo, 205. VIII.
Potinus Marcionis diſcipulus, 146. XVI.
Potitus martyr in Sardinia ſub Pio, 154. III.
Præconis voce interloqui Judices, 169. XI.
Præfationibus facris recenſeri ſolita Acta martyrum, 109. XLVII.
Præfectura univerſalis Eccleſiæ duplex, 187. II.
Præpon diſcipulus Marcionis, 146. XX.
Prærogativa dexteræ, vel ſiniſtræ, 213. VI.
Præſcriptio nulla adverſus veritatem, 109. LI.
Præſides ſævientes in Chriſtianos qui nominentur, 203. X.
Præſides qui modeſtius ſe habuerunt, recenſentur, 203. XI. Quæ male paſſi, *ibid.* Quæ fecerunt in favorem Chriſtianorum, 203. XII.
Prætoriani milites Romæ turbas concitant, 238. VII.
Praxeas veniens Romam, detexit Montani fallacias, 173. IV. 196. XVIII.
Praxeas confeſſor aliquando, 196. XVIII.
Praxeas hæreticus, 196. XIX. Ejus origo atque progreſſus, *ibid.* Defecit a Montano, *ibid.*
Praxeas damnatus Romæ a Zephirino Papa, 196. XX.
Praxedes occultat martyres, 164. XXIV. Ejus Acta ſcripta a Paſtore, 159. VIII. 164. XXIV.
Praxedis obitus, & ſepultura, 164. XXIV.
Precantur Sancti pro nobis in cœlo. *Vide*, Martyrum cultus, Interceſſio.
Presbyteri interdum nominati Romani Pontifices, 198. XIII.
Presbyterium idem quod Conſiſtorium, 254. XCIX.
Prilidianus puer martyr Antiochiæ ſub Decio, 253. CXXVII.
Primitivus martyr, filius Symphoroſæ, cum fratribus Tibure ſub Hadriano, 138. IV.
Primus Epiſcopus Alexandrinus ſuccedit Cerdoni, 110. XII. Ejus obitus, 122. I.
Primus Epiſcopus Corinthiorum, 167. XI.
Principia duo ex Cerdone, 146. II. Eadem ex Marcione, 146. XIII.
Principes ſine juſtitia idem quod latrones in ſaltu, 150. V.
Priſca ſeu Priſcilla uxor Pudentis Senatoris, 166. II.
Priſca, ſeu Priſcilla pſeudoprophetiſſa Montani, 166. II. 173. VIII.
Priſca & Maximilla opulentæ fœminæ ſeductæ, & ſeducentes, 173. VIII.
Priſcilla mentiebatur ſe virginem, 173. XIII.
Priſcilliani hæretici a Priſcilla dicti, 173. XXXIX.
Priſtinus deſertor a Tertulliano deriſus, 201. XV.
Privatæ litteræ quæ dicebantur, 142. XI.
Privatus hæreticus in Africa damnatus in Concilio Africano, 242. III. Eum eſſe cavendum Cyprianus monet, 153. LXXIV.
Privatus ad Chriſtum converſus a Calliſto Papa, 226. III. Ulceribus plenus ſanatur ab eodem, *ibid.* Martyr Romæ ſub Alexandro, *ibid.*
Proclus. *Vide*, Proculus.
Proconſules abſque edicto Imperatorum ſæviebant in Chriſtianos, 164. IV.
Proconſules in provincia idem jus habent, quod Pontifices Romæ, *ibid.*
Proconſules ipſo ingreſſu in provinciam viſitant res ſacras, & curant eas, 104. I.
Proculus ſive Proclus Montaniſta, 173. XXXVII. 175. XXXIII.
Proculus, ſive Proclus Siccenſis, 173. XXXVII. Ejus ſcripta, 175. XXXIII.
Proculus idem Proclus Platonicus confutatur a Joanne Philopomo, 173. XXXVII.
Proculus ſuperatur a Caio Theologo, *ibid.* 215. II.
Proculus procurator Evodeæ Chriſtianus, 195. IV. Curat Severum Imp. ægrotum oleo, *ibid.*
Proculus Cataphryga Tertullianum impulit in ruinam, 201. X.
Proculus idem & Proclus excommunicatur a Zephyrino Papa, 215. IV.
Prodicus Adamitarum auctor, 175. XXXIII.
Prodigia ſub Severo, 203. VIII.
Prodigia ſub Traiano, 114. III.
Prodigia vehementia ob perſecutionem illatam Chriſtianis, 203. VIII.
Prodigiis multa præcognita. *Vide*, Miraculum, Viſiones.
Profeſſio ſchiſmaticorum coram Cornelio Papa, 254 C.
Profeſſores Chriſtiani perſecutionis tempore deſerunt ſcholas, fugam captantes, 204. IX.
Profeſſores ſcientiarum, licet ſemel probati, poſſunt adhuc rejici, 244. II. Excluduntur a profeſſorum privilegiis poetæ, 240. III.
Propheta amans aurum, falſus convincitur, 173. XIII.
Propheta affectans cultum corporis, falſus conjicitur, 173. XVI.
Propheta falſus Marcus, 175. XXIV *Vide*, Marcus.
Propheta falſus Montanus. *Vide*, Montanus.
Propheta falſus Marcianus, 175. XXXII.
Prophetæ falſi & veri ſigna, 173. XV. XVI.
Prophetæ non ſunt locuti in ecſtaſi, 173. XXX.

Prophetæ Eccleſiæ qui & quales, 173. XVI.
Prophetæ apud Gentiles qui dicebantur, 146. XIX.
Prophetas negabat Marcion. *Vide*, Marcion.
Prophetiæ aliæ ab Angelis, aliæ a Satana, ex ſententia Saturnini, 120. XXIII.
Prophetiæ donum ſemper in Eccleſia, 173. VI.
Prophetiæ falſæ Montaniſtarum, 173. XX.
Prophetiæ ſpiritum dare Marcus hæreſiarcha magia affectabat, 175. XXVI.
Prophetiarum lectio vetita ab Antonino Pio, 143. I.
Prophetiſſam agit fœmina arreptitia, & multos decipit, 237. VIII.
Prophetiſſæ Gentilium arreptitiæ, 100. V.
Prophetiſſæ Montani, 173. VIII. XIII. Fuco & ſtibio illitæ, 173. XVI. Falſa prædicunt, 173. XX.
Protaſius martyr cum Gervaſio ſub Marco, 171. IV.
Provocandi ſunt hæretici ad Apoſtolicas antiquas ſedes, 146. XXI. *& ſeq. Vide*, Hæretici.
Pſalmorum editione Septuaginta utitur Romana Eccleſia, 146. XXI. *& ſeq.*
Pſeudo propheta. *Vide*, Propheta falſus.
Pſychici qui ſint appellati, & unde nomen deductum, 201. VII.
Pſychici a Montaniſtis appellati ſunt omnes qui non receperunt eorum Paracletum, 201. XIV.
Pſychici nominati ſunt homines animales, 216. II.
Ptolemæus catechiſta Romæ martyr cum Lucio, 164. XVIII.
Ptolemæus martyr Alexandriæ cum ſociis ſub Decio, 253. LVII.
Ptolemæi Philadelphi bibliotheca incenſa, 231. XXXIII.
Ptolemæus Philadelphus divinam Scripturam transferendam curavit, 231. XVII.
Ptolemæus Valentini diſcipulus, 145. VIII.
Publius Epiſcopus Hieroſolymorum, 157. I.
Pudens Præfectus bene habuit Chriſtianos, 203. XI.
Pudens Senator Chriſtianus, ejuſque domus in Viminali, 159. VIII.
Pudentiana & Praxedes ſe ſuaque omnia pietatis officiis manciparunt, 165. III.
Puellæ Origenis amanuenſes, 220. IX.
Pueri in ecſtaſim rapti viſiones vident, 253. LVI.
Pulpitus in Eccleſia locus, ubi legitur Evangelium, 253. XCII.
Pupienus Imperator, 240. IV. Occiditur a militibus, *ibid.*
Pythagoræ imaginem venerantur Carpocratiani, 120. XXXVII.
Pythagoræ ſilentium affectant Baſilidiani hæretici, 120. IX.
Pythiæ afflatæ a malo dæmone, 100. V.
Pythiadis interitus ex dæmone, *ibid.*

Q

QUadrageſimale jejunium ab Apoſtolis traditum Eccleſiæ, 136. I.
Quadrageſimas plures excogitarunt Montaniſtæ, 173. XXVIII.
Quadrageſimæ Regularium diverſæ ab eis, *ibid.*
Quadratus Epiſcopus Athenienſis ſuccedit Publio, 125. I. Dedit Apologiam Hadriano pro Chriſtianis, 125. III. 128. I. Perſecutionem cohibuit, *ibid.* Ejus ætas, *ibid.*
Quadratus martyr Nicomediæ ſub Decio, 254. XXVI.
Quadratus propheta, 173. XVII.
Quarta martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Quartodecimani hæretici, 173. XL. Tenaciſſimi ſuæ ipſorum ſententiæ, 198. XVI. A Victore Papa damnati, 198. I. Non amplius tolerandi, 198. XVI.
Quartodecimanorum defenſor Blaſtus, *ibid.*
Quinque presbyteri conjurant in Cyprianum, 153. XXXI.
Quinta editio divinæ Scripturæ quando inventa, 219. III.
Quintilianus Proconſul in Aſia ſub Decio, 254. XVII.
Quintilius Marcellus, vir optimus, 225. I.
Quintilla pſeudoprophetiſſa, 173. XXXIX.
Quintus Serenus Samonicus antiquus medicus Baſilidis ſectator, 120. XVII.
Quintus martyr in Africa cum ſociis ſub Decio, 253. XCVIII.
Quiriacus Epiſcopus Oſtienſis martyr ſub Alexandro, 226. IV.
Quirinus Tribunus militum fit Chriſtianus & martyr, 132. II. Ejus filia Balbina itidem, *ibid.*

R

RAcematio Severi quæ, 200. III. 201. XX.
Radere caput fœminis magna ignominia, *Vide*, Fœmina.
Recognitiones Clementis quales, 102. XXI. Duplicia earum volumina, 102. XXII.
Redemptio captivorum ſolicite a Cypriano curata, 254. CIX.
Redemptio martyrii a Montaniſtis improbata, 253. XX.
Reges ſubjecti Epiſcopis eſſe debent, 109. XXVII.
Regio Urbis dicta Caput tauri, 121. II.
Relatio hominum in deos quo modo fieri ſolita, 142. II. 146. II.
Relegari ſolitos Chriſtianos in montes, 254. X.
Religio Chriſtiana magno fuit adjumento Romano Imperio collabenti, 171. VI.
Religio Chriſtiana tempore Traiani jam repleverat Orbem, 100. II. Quam latiſſime propagata poſtea. *Vide*, Chriſtiana religio.
Religio Chriſtiana obmuteſcere fecit idola, 100. III.
Religio Chriſtiana infamata ſceleribus hæreticorum, 120 XXIX.
Religio Chriſtiana quo magis atteritur, eo magis creſcit, 120. XXXVII.
Religio Chriſtiana ſtabilis & inconcuſſa, 132. XIX.
Religio peregrina Romæ antiquitus vetita, 102. XXV. 164. IV.
Reliquiæ Ignatii tranſlatæ Antiochiam, 110. V.
Reliquiæ Oneſimi tranſlatæ, 110. X.
Reliquiæ Polycarpi aſſervatæ diligenter ab Eccleſia Smyrnenſi, 169. XVI.
Reliquiæ S. Joannis Evangeliſtæ, 101. III.
Reliquiæ martyrum ab hoſtibus in flumen projectæ, 179. XXV.
Reliquiæ martyrum in honore habitæ, ac etiam inſtrumenta ipſa carnificum, quibus cruciati ſunt, 192. V.
Reliquiarum martyrum cultus ex traditione Apoſtolorum, 169. XIV.
Reliquiarum martyrum cultus ſemper in Eccleſia, 169. XVI.
Reliquiæ ſanctorum inferri ſolitæ in loca Deo dicanda, 112. VI.
Remedium contra omnes hæreſes, 146. XXI.
Remedium adhiberi ſolitum febribus vetitum a Caracallo, 218. III.
Reo dicenti cauſam tempus certum præfixum, 238. IV.
Reparata martyr Cæſareæ in Palæſtina ſub Decio, 253. CXXV.
Reſcriptum Antonini Pii pro Chriſtianis, 154. V.
Reſurrectionem negantes hæretici, 120. XXIV. XXV.

Re-

Revelatio facta Cypriano de fuga ſua. *Vide*, Cyprianus.
Revelatio facta Cypriano de pace ventura, 253. XLVIII.
Revelationes quæ præceſſerunt perſecutionem Decii, 253. XXX.
Revelationes. *Vide*, Viſiones.
Revocatus martyr in Africa ſub Severo, 205. XXIV.
Rhais diſcipula Origenis, Martyr ſub Severo, 205. VIII.
Rhodani martyr ſub Marco in Gallia, 179. XXV.
Rhodanenſes fœminæ ſeductæ a Marco, 175. XIX.
Rhodon Aſianus venit Romam, ut audiret Tatianum, 174. II. XIII. Ejus ſcripta, *ibid.*
Riſus effuſus Senatorum de amentia Commodi, 192. I.
Ritus quibus Imperatores referebantur inter deos, 213. V.
Ritus recipiendi pœnitentes. *Vide*, Pœnitentes.
Rogata martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXV.
Rogatianus presbyter legatus S. Cypriani, 254. XXXV.
Roma afflictata cladibus ob necem martyrum, 170. II.
Romæ patiebantur omnes civitate donati, licet eſſent peregrini, 104. VIII.
Romam mittebantur inſigniores ad pœnas, *ibid*, 109. V.
Romæ milleſimus annus quando, 240. I.
Romæ habita diſputatio inter Caium antiquum Theologum, & Proculum Montani ſectatorem, 215. I.
Romæ incendium ſub Commodo, 193. I.
Romana Concilia. *Vide*, Concilium.
Romana Eccleſia prima omnium experiri ſolita perſecutiones Gentilium, 100. IX.
Romana Eccleſia mirifice laudatur ab Ignatio, 109. XIII.
Romana Eccleſia quid ſenſerit de Dionyſio Areopagita, & ejuſdem ſcriptis, 109. LI.
Romana Eccleſia palam ſolita ſacra conficere; ratio hujus rei, 145. V.
Romana Eccleſia impolluta ſemper ab omni ſorde hæreticorum, 145. XI. 155. IV. 167. V.
Romana Eccleſia omnes damnat hæreſes & hæreſiarchas, 145. V. Ipſa tantum reconciliat hæreſiarchas pœnitentes, 158. I. 167. V.
Romana Eccleſia norma credentium, cujus ſola auctoritate hæreſes omnes confutantur, 146. XXIV. Ejus eſſe, hæreſes diſquirere atque improbare, 155. IV.
Romana Eccleſia vexata ab hæreticis, 155. I.
Romana Eccleſia apud Gentiles infamata ob ſcelera Gnoſticorum, 167. IV.
Romana Eccleſia ſtabilis & inconcuſſa, *ibid.*
Romana Eccleſia cui communicat, monſtrat eſſe Catholicum, *ibid.* VI. Hinc multi hæreſiarchæ ſuſfurari conati ſunt ab ea communicationem, 167. VI.
Romana Eccleſia interdum decepta falſis rerum geſtarum relationibus, 173. IV.
Romana Eccleſia inconſulta, nihil definiri ſolitum in Conciliis, 173. XIX.
Romana Eccleſia ditiſſima, & munificentiſſima erga pauperes etiam longe poſitos, 175. VIII. IX.
Romana Eccleſia conſuli ſolita in ambiguis, 179. LIII.
Romana Eccleſia traditiones illibatas cuſtodivit, 179. LIV.
Romana Eccleſia citatur a Catholicis adverſus hæreticos, 215. II.
Romana Eccleſia indicit leges univerſæ Eccleſiæ, 253. LXXVIII.
Romana Eccleſia tenaciſſima antiquæ diſciplinæ, 253. LXXV.
Romana Eccleſia a Novato ſchiſmate ſciſſa, 254. XLI. LXXIV.
Romana Eccleſia quem morem ſervavit in eligendo Pontifice, 254. XLIV.
Romana Eccleſia vere Catholica, ſine cujus communione nemo Catholicus, 253. LXXXIV. 254. LXIV.
Romana Eccleſia quibus miniſtrorum ordinibus conſtaret, 254. LXX.
Romanam Eccleſiam a Deo non ſini in errorem labi, 173. IV.
Romanam Eccleſiam reveritus eſt Cerdo, & alii hæreſiarchæ, 155. II.
Romana editio divinæ Scripturæ excellens, quæ præfertur aliis omnibus Latinis, 231. XLIV.
Romanæ ſedis vacatio ultra annum poſt obitum Fabiani, 253. VI. 254. XXX.
Romani cives Chriſtiani ex provinciis Romam plectendi mittebantur, 104. II.
Romani nobiles complures facti ſunt Chriſtiani tempore Commodi, 183. I.

Romani Gentiles.

Romani dii ſubjiciuntur deo Elagabalo, 220. IV.
Romani Gentiles colunt ſacra Ægyptiorum ſæpe rejecta, 148. II.
Romani Gentiles Porco uti ſoliti in ſignis militaribus, 137. II.
Romani Gentiles decepti ab Alexandro impoſtore, 145. XIV.
Romani graviter vexati a Commodo ob fuſum ſanguinem Chriſtianum, 182. III.
Romani male habiti a Maximino, 237. XII.
Romani quo tempore incedebant perſonati, 183. XI.
Romani complures occiſi ob necatos ab illis Chriſtianos, 214. III.
Romanis legibus vivendum omnibus ex edicto perpetuo Salvii Juliani, 134. II.
Romanis legibus antiquis exagitati ſunt Chriſtiani, 164. V.
Romanum Imperium ſub Marco triplici clade affectum ob fuſum ſanguinem Chriſtianum, 179. LV.
Romanum Imperium a barbaris devaſtatum. *Vide*, Clades.
Romanus Clerus, Senatus pauperum a Pio dictus, 166. III.
Romanus Clerus neqnaquam fuit in culpa, ut Tertullianus recederet ab Eccleſia, 201. VII.
Romanus Clerus curat univerſam Eccleſiam Catholicam ſede vacante, ſcribit litteras Circulares, præſcribit leges, audit Eccleſiarum controverſias, cogit Concilia, & alia, 253. XXVI. XXXII. XXXVII.
Romanus exercitus ex falſo oraculo impoſtoris in diſcrimen adductus, 171. V.
Romanus exercitus obſeſſus a barbaris, & ſiti enectus liberatur precibus militum Chriſtianorum, 176. VII.
Romanus Pontifex. *Vide*, Pontifex Romanus, Papa.
Romulus Præfectus domus Traiani martyr ſub eodem, 108. I.
Ruffini Aquileienſis impoſtura de Sixti Papæ & martyris libris, 142. V. Omnibus ſuis ſcriptis præfationem appoſuit, 102. VI. VII.
Ruffinus Proconſul in Africa ſub Severo perſecutor, 205. XX.
Ruffinus Rhetor Smyrnæ quid in Pionium martyrem, 254. XV.
Rufus Judææ Præfectus Judæos exagitat, 130. IV.
Rufus martyr cum Zoſimo Philippis ſub Traiano, 130. IV.

Ru-

Ruſticus Præfectus Urbis damnat Juſtinum philoſophum Chriſtianum, 165. II.
Rutilianus dux exercitus decipitur falſo oraculo impoſtoris, 145. XIV.
Rutilius martyr ſub Severo, 205. XV.

S

SAbbati jejunium Marcionis, 146. XII.
Sabbati Magni mentio, 254. II. V.
Sabelliana hæreſis ex Hermogene, 170. XII.
Sabellii error reperitur in Montano, 173. XXIV. In Praxea, 196. XXI. In Æſchine, 201. X.
Sabina martyr Romæ ſub Hadriano, 122. II.
Sabina uxor Hadriani Imperatoris ab ipſo occiditur, 138. VI.
Sabina dicta Theodota, paſſa ſub Gordiano Smyrnæ, iterum confeſſa ſub Decio, 254. IV.
Sabinianus tyrannus compreſſus, 242. I.
Sabinus Auguſtalis Præfectus in Ægypto ſub Decio perſecutor, 253. C.
Sabinus Præfectus Urbis ſub Maximino, 237. XIV. Occiditur, 238. VII.
Sacerdotio initiandorum ætas ex lege veteri, 101. VIII.
Sacramenta negantes hæretici quinam fuerint, 175. XXXI.
Sacramentarii hæretici ab Aſcodrytis, & Archonticis prodiere, *ibid.*
Sacramentum Euchariſtiæ. *Vide*, Euchariſtia.
Sacrificium miſſæ adjuncta memoria paſſionis Chriſti, 132. III.
Sacrificium miſſæ, omnibus ſpectantibus, Romæ offerri ſolitum, 145. V.
Sacrificium Miſſæ offerri ſolitum in carcere, in quo confeſſores detinerentur, 253. XXXIX.
Sacrificium Euchariſtiæ. *Vide*, Miſſa.
Sacrificium Gnoſticorum obſcœnum. *Vide*, Gnoſtici.
Sacrificium Montaniſtarum quale, 173. XXXI.
Sacrificia Gentilium intermiſſa pene exoleverunt ſub Traiano, 104. IV.
Sacrilegium immanius ſcelus quam crimen majeſtatis: idcirco Chriſtiani ſævius habiti, 164. VI.
Sæcula Valentini phantaſtica, 145. II.
Sæculares ludi ſub Severo, 206. IV. Sub Philippo, 249. V.
Sagaris Epiſcopus in Aſia, martyr ſub Marco, 172. VI.
Salem duæ in Palæſtina, 196. XV.
Salomonis Sepulcrum quando concidit, 135. II.
Salvianum edictum perpetuum, 134. II.
Salvius Julianus Jureconſultus, 122. I.
Sampſœi hæretici, 249. VIII.
Sanctorum pro nobis apud Deum interceſſio. *Vide*, Cultus.
Sanctorum martyrum Acta. *Vide*, Acta Martyrum.
Sanctis non templa, ſed memorias excitamus, 106. III.
Sanctorum memoria quam celebris in Eccleſia, 237. III.
Sanctus Diaconus martyr Lugduni ſub Marco, 179. X.
Sanctus, tertio iteratum repeti in ſacrificio Miſſæ, 142. XII.
Sanedrin, ipſum Concilium ſeniorum interpretatum eſt divinam Scripturam, 231. XVIII.
Sapores Rex Perſarum adverſus Gordianum copias ducit, 243. I.
Sapores occupat Syriam, & capit Antiochiam; *ibid.*
Sapores vincitur a Gordiano, 244. I.
Saraceni captivos ducunt Chriſtianos, 253. LVIII.
Sarbelius martyr Edeſſæ ſub Traiano 107. II.
Sarmaticum bellum ſub Severo, 199. II.
Satisfactio quæ injungenda hæreticis pœnitentibus ut recipiantur, 167. VII.
Satisfaciendum Eccleſiæ pro quolibet peccato, quod ſemper in uſu fuit, 253. LV. 254. LV.
Satisfactio neceſſaria unicuique pœnitenti. *Vide*, Lapſi.
Saturnillus idem cum Saturnino hæreſiarcha, 120. XXII.
Saturninus hæreſiarcha quando prodiit, *ibid.* Genere Antiochenus, *ibid.*
Saturnini hæreſes quæ, *ibid.*
Saturninus ſeu Saturus Confeſſor, cujus modeſtia commendatur a Cypriano, 253. LXII. Lector ordinatus, 253. LXXII. XCIII.
Saturninus martyr cum ſociis in Africa ſub Severo, 205. XXIV.
Saturninus martyr in Portu Romano cum ſociis ſub Alexandro, 229. VII.
Saturninus martyr cum ſociis Toloſæ ſub Decio, 254. XXIX.
Saturninus Proconſul in Africa, 202. I. Pœnas dedit de fuſo ſanguine Chriſtiano, 202. VI.
Satyrus martyr cum ſociis, in Africa ſub Severo, 205. XXIV.
Scantinia lex, 100. XIV.
Scapula Proconſul in Africa *ſævit* in Chriſtianos, 203. V. Sævitiam ejus conatur Tertullianus retundere ad eum ſcribens, *ibid.*
Schiſma in Africa, auctore Feliciſſimo, 254. XXXII.
Schiſma primum in Romana Eccleſia, Auctore Novatiano, 254. XLI. LXII. LXXIV.
Schiſmata unde exoriri ſolita, 254. XLV.
Schiſmatici confeſſores lapſi, pœnitentes reſtituti, 254. XCVII. CII.
Schiſmaticorum Montenſium prima veſtigia, 254. XXXVIII.
Scientiæ ſæculares utiliter addiſcuntur, 234. VII.
Scientiæ ſæculares quo modo ſe habeant ad Theologiam, 234. IX.
Scorpiacum Tertulliani unde ejuſmodi nomen accepit, 205. XIX.
Scriptores Eccleſiaſtici celebriores exorti ſunt tempore perſecutionis, 172. VIII.
Scriptorum antiquorum qui texuere catalogum, 109. LIII.
Scripturæ divinæ exemplar non unum tantum apud Eſdram remanſit, 180. XVII.
Scripturæ divinæ prima interpretatio quænam fuerit, 184. I.
Scripturæ divinæ interpretatio prima fuit Septuaginta Interpretum, 231. X.
Scripturæ divinæ interpretatio facta a Symmacho, quarta cur dicta, cum fuerit tertia, 184. III.
Scripturæ divinæ interpretatio facta a Theodotione quando innotuit, 184. I. Tertia cur dicta, cum ſit quarta, 184. III.
Scripturæ divinæ interpretationes ab Origene diſpoſitæ, 231. I. & *ſeqq.* *Vide*, Editio.
Scripturæ divinæ ſimplicitatem venerati ſunt Patres, 231. LIV. Ejuſmodi ſimplicem dictionem contempſerunt Gentiles & hæretici, 231. LVII. Ejus humile dicendi genus eſt ex Spiritu ſancto, 231. LVIII. LIX.
Scripturæ divinæ interpretationes novæ improbantur, 231. LVII.
Scripturæ divinæ interpretatio quanto tempore ante Chriſti adventum facta, 231. XVII. Divinum in ea re conſilium, 243. I. & *ſeqq.*
Scripturæ divinæ editiones diverſæ. *Vide*, Editio.

Scri-

Scriptura divina ex Hebraico ſæpe tranſlata, & depravata ab hæreticis, 231. LV.
Scriptura divina quo modo, & quando per Eſdram dicatur reſtituta, 180. X.
Scriptura divina omnis Legis nomine continetur, 231. XXVI.
Scriptura divina utiliter a S. Hieronymo tranſlata, 231. XLII.
Scripturam divinam adulterarunt hæretici, *Vide* Hæretici.
Scripturam divinam ad libitum interpretari, magna temeritas, 207. V.
Scripturam divinam reveriti ſunt etiam Gentiles, 231. XII. Qui ea abuſi ſunt, divinam mox ultionem ſenſere, *ibid.*
Scyllitani martyres, paſſi in Africa ſub Severo, eorumque Acta, 202. I.
Scythæ jam Chriſtiani eſſe cœpti ſub Pio Imperatore, 140. LX.
Secreta myſteria Baſilidianorum, 120. XVIII.
Secunda martyr cum aliis in Africa ſub Severo, 202. II.
Secundiani Gnoſtici hæretici, 120. XLII.
Secundianus, Aſſeſſor martyr Romæ cum ſociis ſub Decio, 253. XXIX.
Secundiaa martyr Anagniæ ſub Decio, 254. XXIX.
Secundolus martyr cum ſociis in Africa ſub Severo, 205. XXIV.
Secundus Valentini diſcipulus, ex quo Secundiani, 145. VIII. 175. XXII.
Secures Conſulum & Proconſulum inſignia, 226. LII.
Securis & gladii uſus in nece hominum quo modo ſe habuerit, *ibid.*
Sede Petri univerſa compaginatur Eccleſia, 254. XCV.
Sede vacante ſummum jus Eccleſiæ Catholicæ reſidet penes Romanum Clerum, 253. XXVI. *Vide.* Clerus Romanus.
Sedes Patriarchales tres, omneſque Petri, 112. III.
Sedis vacatio poſt Fabianum anno uno, & amplius, 253. VI.
Seleuchus hæreſiarcha, 170. XII.
Senatores omnes probitate antecellunt Eccleſiarum Epiſcopi, 125. II. 224. VIII.
Senatores plures facti ſunt Chriſtiani, 183. I.
Senatorum Chriſtianorum qualis cauſa erat, 189. I.
Senatus Acta de Cenſura Valeriani, 253. CXL.
Senatus Commodo turpiter adulatur, 192. I. Ridet occulte ejus inſaniam, *ibid.*
Senatus cogendi ritus & locus, 192. III.
Senatus pauperum dictum collegium clericorum Romanæ Eccleſiæ, 166. III.
Seneca Epiſcopus Hieroſolymitanus, 127. I.
Sennen cum Abdone martyr Romæ ſub Decio, 254. XXVII.
Sententia ex Tabella recitari ſolita, 202. IV.
Sepeliri juxta martyres, Fidelibus optatiſſimum, 226. XII.
Sepeliri nefas intra Urbem antiquitus, 226. VII.
Sepulcra Chriſtianorum a Gentilibus diſſipata, 203. X.
Sepulcra Chriſtianorum fieri ſolita in cryptis atque ſpeluncis ex antiquo inſtituto, 226. VII.
Sepulcra ſanctorum quam præclara in Eccleſia, 237. III.
Sepulcrum S. Joannis Evangeliſtæ ubi, 101. III.
Sepulcrum Salomonis quando cecidit, 135. II.
Sepultura martyrum ſolicite a Cypriano curatur, 253. XL.
Septem dormientes martyres, 254. XXV.
Septuaginta interpretes, idem ſeniorum Concilium Sanedrin nominatum, 231. XVIII.
Septuaginta interpretes multa ex traditione a Moyſe accepta verterunt, 231. XIX. In Pharo poſiti ſunt interpretati divinam Scripturam, 231. XX. An in ſingulis cellulis, 232. XXII. Afflatos eſſe divino numine, 231. XXI. Multa prophetice, 231. XXIX. An integram divinam Scripturam tranſtulerint, 231. XXV. Ejus rei geſtæ narratio, 231. VIII.
Septuaginta interpretum tranſlatio ab Aquila Pontico depravata, 237 IX. Ab Origene diſpoſita, non corrupta, ſed notata obelis, & aſteriſcis, 231. V. Ejus uſus ſemper viguit in Eccleſia, 231. VIII. Ea uſi ſunt Apoſtoli, 231. XXVII. XXXIX. Judæi antiquiores itidem, eademque legi ſolita in ſynagogis, 231. XXX. XXXV.
Septuaginta tranſlatio originalis repoſita in Serapio, 231. XXX. An ea perierit omnino, 231. XXXVIII. Quot annis ante Chriſtum facta, 231. XVII. Præſtantior cæteris ex ſententia Origenis, 231. XIX. Quo modo cœpta eſt depravari, 231. XXXVI. A quibus emendata diverſis temporibus, 231. XXXVII. Eadem dicta Communis, 231. XI. A S. Hieronymo in Latinum converſa, 231. XLII. Ab Antonio Carafa Cardinali Bibliothecario reſtituta, & in lucem edita. *Vide*, Editio.
Seraphia martyr ſub Hadriano, 122. II.
Serapidis cultus a Romanis ſæpe rejectus, & acceptus, 148. II.
Serapidis rami oblati Origeni, 232. IV.
Serapidis templum quando combuſtum, 231. XXXII.
Serapion Epiſcopus Antiochenus, 213. XI.
Serapion martyr Alexandriæ ſub Philippo, 252. V.
Serapion martyr in Ægypto ſub Severo, 205. XXVII.
Serapion ſcriptor Eccleſiaſticus celebris, 173. XVIII.
Serapionis ſcripta, 101. I. Ejus ſententia de Apocryphis, 191. II.
Serenianus vir Conſularis laudatus, 225. I.
Serenianus Præſes in Cappadocia dirus perſecutor, 237. VII.
Serenius Granianus Proconſul in Aſia quid pro Chriſtianis, 128. III.
Serenus martyr diſcipulus Origenis, 205. VII.
Serpentem colunt Ophitæ hæretici, 145. XIII.
Serpentes colunt Gentiles pariter, & hæretici, 145 XIV. Iterum Diabolus in ſerpente coli quærit, *ibid.*
Servi militiæ adſcripti, a Marco Imp. 170. III.
Servi torti contra Chriſtianos, 120. XXXV. 179. VIII.
Servianus Præfectus Auguſtalis in Ægypto, 132. XII. Occiditur ab Hadriano, 138. VI.
Servilianus & Sulpitius martyres Romæ ſub Traiano, 100. XII.
Seſtertium, vel ſeſtertium nummum, vel ſeſtertii, 254. CX.
Sethiani hæretici, 145. XVIII. Eorum dogmata, & ſcripta, *ibid.*
Severa Auguſta, uxor Philippi Imperatoris, chriſtiana, 249. I.
Severa Auguſta Philippum filium qualiter educavit, *ibid.*
Severiani hæretici a Severo quodam denominati, 174. XI.
Severianus dux exercitus decipitur ab impoſtore, 145. XIV. 163. VIII.
Severi Pii numiſmata, 201. II. 206. IV.
Severus Dux ex Britannia in Palæſtinam adverſus Judæos vocatus, 135. II.
Severus hæreticus Encratita, ex quo Severiani, 174. XI.

Severus imperat, 195. II. Dictus Pertinax, 200. II. Ejus genus antiquum, 195. III. Olim legatus in Galliis, 205. XXVII.
Severus Imperator ægrotans a Chriſtiano curatur, 195. IV. Erga Chriſtianos propenſior, *ibid.* Abſtinuit a perſecutione Chriſtianorum, 201. XXXIX. 203. V.
Severus Imp. erga Albinum ſtudia ſimulat, 195. VI.
Severus Imp. expugnat Byzantium, 197. I. Debellat populos Orientis, & ſolus imperat ſine collega, *ibid.* Quando ſibi filios collegas adſcivit, 197. I.
Severus Imp. creavit Albinum Cæſarem, 197. I.
Severus Imp. tranquillum ac floridum reddit Imperium, 197. X. Quot barbarorum nationes devicit, 197. VI. 198. XX.
Severus Imp. auxit legionum numerum, 197. VI. 210. IV.
Severus Imp. triumphat de barbaris Orientalibus, 198. XXI.
Severus Imp. Judæos exagitat, 199. II. De illis triumphat, 199. III. Solo omnes expulit, 199. IV. Vetuit Judæos circumcidi, 204. I.
Severus Imp. rediens ex Gallia Romam, victo Albino ſævit in cives, *ibid.* Dictus Sylla Punicus, 200. II. Ejus racematio a Plautiano curata, 200. VII.
Severus Imp. retulit Commodum inter Deos, 200. II.
Severus Imp. dat donativum militibus, 201. II. Proficiſcitur in Orientem, relinquens Romæ Plautianum, 201. XX.
Severus Imp. de caſtitate ſervanda leges ſeveras tulit, 201. XXVIII. Necat mœchos, *ibid.*
Severus Imp. conficit bellum Parthicum, 199. II.
Severus Imp. perſequitur Chriſtianos, 203. V. Prodigia quæ tunc acciderunt, 203. VIII. Ejus edictum contra Chriſtianos, 204. I. Quid in Philippum Præfectum Auguſtalem in Ægypto Chriſtianum, 204. II. Rurſus Romam ſcripſit adverſus Chriſtianos, 204. XII.
Severus Imp. Præfecturam Auguſtalem Equitibus conferri ſolitam Senatoribus confert, 204. V.
Severus Imp. inſtituit Conſulatus ſuffectos cum ordinariis adnumerari, 205. I.
Severus Imp. triumphat de Parthis, 205. II. Decennalia: arcus illi erectus, *ibid.*
Severus Imp. reſtauravit Pantheon, 205. II.
Severus Imp. occidi jubet Plautianum, 206. I.
Severus Imp. coercet Britannos, 211. I. Muro dividit, *ibid.* Propagavit Imperium, 210. IV.
Severus Imp. a filio ſæpe petitus ad necem, 211. I. Ejus ſtatus infeliciſſimus poſt perſecutionem illatam Chriſtianis, *ibid.*
Severus Imp. multa largitur Tripolitanis, & aliis Africanis, 210. III.
Severus Imp. obiit in Britannia, 213. I.
Severus Imp. filium Antoninum a recta inſtitutione morum detraxit, 213. II. Ob id meritas pœnas dedit, 213. III.
Severus relatus inter divos, 213. IV.
Severus hiſtoricus erroris arguitur de martyribus Gallicanis, 179. XXXVIII.
Sexta editio ab Origene inventa, 230. VII.
Sextus ſcriptor Eccleſiaſticus, 196. IV.
Sibyllina oracula de Antinoo, 132. IX.
Sibyllina oracula de Chriſtianis, 143. II.
Sibyllina oracula legi vetita ab Ant. Pio Imp. 143. I.
Signa Romanorum porco effigiata, 137. II.
Signum cognoſcendi Catholicos ab hæreticis, 146. XXI. *Vide*, Eccleſia Catholica.
Sila propheta laudatur, 173. XVII.
Silentium quorumdam hæreticorum affectatum, 173. XL.
Silvanus mart. cum fratribus Romæ ſub Marco, 175. IV.
Silvinus martyr cum ſociis in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Simeonis fratris Domini Epiſcopi Hieroſolymitani martyrium, 109. I. Ætas, 109. II.
Simeonis accuſatores male habiti, *ibid.*
Simonem Cyrenæum crucifixum pro Chriſto, blaſphemabat Baſilides, 120. X.
Simplicitas ſancta Chriſtianorum, 145. V.
Simplicius mart. cum aliis in Africa ſub Decio 253. XCVIII.
Simplicius Senator martyr Romæ cum ſociis ſub Alexandro, 226. II
Simulacra quinque virginum martyrum conflata cum cineribus earum, 118. I.
Siniſtra dignior dextera in rebus ſacris, 213. VI.
Sixtus Papa primus creatur, 132. VII. Ejus martyrium, 142. III. Anni ſedis, *ibid.* Et alia ab eo geſta, 142. V. Eidem falſo adſcripti a Ruffino libri Sixti Pythagorici, *ibid.* Quid idem ſtatuit de Formatis, 142. VI. Alia ab eo ſtatuta, 142. XI. Ubi ſepultus, 142. XII.
Sixtus Papa quintus ſuper columnas cochlides Traiani poſuit ſtatuas Apoſtolorum Petri, & Pauli, 106. I. 176. XXVIII.
Smyrnenſes exceperunt Ignatium, 109. VIII.
Smyrnenſis Eccleſiæ litteræ de martyribus ibi paſſis, 160. III. Idem libellus de martyribus, 169. XXIII.
Smyrnenſium clades ſub Marco Aurelio Imp. 163. XII.
Sodalitia a Traiano prohibita, 100. VIII.
Sodomiticum ſcelus ante Chriſti adventum longe lateque diffuſum, 132. XI
Solis defectus prodigioſus ſub Severo, 203. VIII.
Solonis, & Draconis leges reſtitutæ per Hadrianum Imp. 125. I.
Sophia cum filiabus martyr Romæ ſub Hadriano, 122. II.
Sotadia cantilena, 164. XXIII.
Sotas Epiſcopus quid in Montanum, 173. XVIII.
Soter Papa creatus, 175. III. Pauperum ubique agentium curam ſuſcipit, 175. VIII. Laudatur a Dionyſio Epiſcopo Corinthiorum, *ibid.* Martyrio coronatur ſub Marco Imp. 179. L. Ordinationes ab eo factæ, anni ſedis, & ſepultura, *ibid.*
Sotio diaconus contubernalis S. Ignatii, 109. IX.
Spartianus erroris arguitur, 163. IV.
Spartianus hiſtoricus in Chriſtianos parum æquus, 163. X.
Spectacula Chriſtianis illicita, 120. XXXIV. 179. XLVII. 201. XXXIV. 206. IV. *Vide*, Chriſtiani.
Specus ſubterranei a Judæis excavati ob munitionem, 130. I.
Speratus martyr cum ſociis in Africa ſub Severo, 202. II.
Speuſippus martyr cum ſociis, 179. XXXVII.
Spiridion Epiſcopus quid redarguit in Triphillio, 231. LXI.
Spiritum nequam inhabitare ſemper in homine quo modo dicebat Valentinus, 145. V.
Spiritus nequam in Montano ac ſociis, 173. XI.
Spiritum Paracletum quo modo Montanum eſſe dicebant Montaniſtæ. *Vide*, Montanus.
Spiritus Sanctus a Patre Filioque procedens aſſeritur in confeſſione fidei revelata Gregorio Thaumat. 233. XVIII.
Spiritus Sanctus negabatur a Baſilide, 120. X.
Spiritus Sanctus exiſtimatus Melchiſedech, 196. XVI.

Spor

Sportulæ clericorum ab Epiſcopo dari ſolitæ quolibet menſe, 253. XCII.
Sportulantes clerici dicti qui eas accipiebant, ibid.
Stacteus martyr cum ſociis Tibure ſub Hadriano, 138. IV.
Statius Poeta quid de Septimio Severo, 195. III.
Stephanus Epiſcopus Salonitanus, 101. X.
Stephanus Epiſcopus Africanus, Romæ cum eſſet, interfuit electioni Cornelii Papæ, 254. X-LV.
Stephanus Papa quintus ſub Ludovico Imp. transfert reliquias Dionyſii Romam, 109. XLVIII.
Stipendia clericorum menſurna quæ, 253. X-CII.
Stoicæ philoſophiæ ſectator Novatianus, quam in Eccleſiam introducere conatus eſt, 254. C-IV.
Stratonici hæretici Gnoſtici, 120. XLI.
Styli ſimplicitas in hiſtoria commendatur, 167. XIII.
Suidas temporum ignorans, 138. VII.
Suis imago inſculpta portis Hieruſalem, 137. II. In militaribus ſignis Romanorum, ibid.
Sulpitius & Servilianus martyres ſub Traiano, 100. XII.
Supplicia diverſa in Chriſtianos ſolita irrogari, 201. XXX. Vide, Cruciamenta, Tormenta, Martyres,
Suſa a Traiano expugnatur, 114. II.
Suſpenſionis cenſuram Cyprianus comminatur, 253. LVI.
Syllogiſmis Ariſtotelicis utebantur Theodoſiani hæretici, 207. IV.
Symbola Carpocratianorum ſecreta, 120. XX-IV.
Symitrius cum ſociis martyr Romæ ſub Marco, 164. XXII.
Symmachi editio quando prodiit in lucem, 203. XXV.
Symmachiani hæretici qui, 203. XXVI.
Symmachus hæreticus Ebionita, ibid.
Symphoroſa martyres ſepeliit, 138. IV.
Symphoroſa longe diverſa a S. Felicitate, 175. V. Ejus nomen, ibid. Ejus ac filiorum martyrium, 138. IV.
Synagoga omnes libros divinæ Scripturæ habebat, 180. XV. Eoſdemque editionis Septuaginta, 231. XXXI.
Synaxis Montaniſtarum, 173. XXXIII.
Synaxis Gnoſticorum, Vide, Gnoſtici.
Synodus. Vide, Concilium.
Synodicæ litteræ quæ. Vide Litteræ.
Synodicæ litteræ ex Concilio Africano ad Cornelium Papam, 254. XCII.

T

TAbella, titulus damnatorum, 254. XVIII. Tabella in qua ſcribebatur ſententia damnatorum, & recitabatur publice, 254. X-VIII.
Tabellarii Epiſcoporum clerici, 253. LXXII.
Tabellarum in ſcribendo uſus frequentior, 142. XI.
Taberna meritoria adjudicatur Chriſtianis, 224. IV. Converſa eſt in Eccleſiam, 224. V.
Tabulis ludere, non eſſe Chriſtianorum, 144. XVI.
Taraſius Patriarcha Conſtantin. exploravit res Dionyſii Areopagitæ, 109. XLV.
Tarſenſis Eccleſia a S. Ignatio roboratur, 109. XVII.
Tatiana martyr Romæ ſub Alexandro, 226. IV.
Tatianus quo modo factus Chriſtianus, 165. XIII.
Tatianus diſcipulus Juſtini martyris, 165. XII. Ejus lucubrationes, ibid. 174. I.
Tatianus quid in Creſcentem Cynicum, 164. XI. Ejus peregrinatio, 174. II. Quantæ fuit æſtimationis, ibid.
Tatianus quando & quo modo lapſus in hæreſin, 165. XIV. Quibus adhæſit, ibid.
Tatianus reveritus eſt majeſtatem Romanæ Eccleſiæ, ibid.
Tatianus quas hæreſes diſſeminavit, 174. II. III. Ejus Diateſſaron. 174. V. Falſo adſcriptum Ammonio, 174. VI.
Tatianus quos habuit ſectatores, 174. X. A quibus eſt confutatus, 174. XIII.
Taurica Cherſoneſus trans Pontum, 100. X.
Teleſphorus Papa creatur, 142. XII.
Teleſphorus Papa confirmat jejunium Quadrageſimæ, 136. I. 154. II.
Teleſphorus Papa martyrio coronatur, 154. I. Ejus ſedis tempus, decreta, & ordinationes ab eo factæ, ibid.
Templa quæ proprie dicta eſſent, & quandiu Chriſtiani caruere templis, 211. V.
Templa ab Hadriano erecta Hieroſolymis, 137. V.
Templum idoli ingreſſus Gregorius, illud conticere fecit, 253. CXXXV.
Templum Serapidis quando combuſtum, 231. XXXII.
Templum Veſtæ incenſum ſub Commodo, 193. I.
Tempus feliciſſimum quod a Tertulliano appellatum, 210. III.
Tentatio gravis in Eccleſia lapſus Origenis & Tertulliani, 216. XVII.
Tentatio magna in Eccleſia fuit Traiani felicitas, 114. II.
Tergemini martyres in Galliis ſub Marco, 179. XXXVII.
Terentianus Epiſcopus martyr Tuderti ſub Pio, 140. V.
Terentius martyr cum ſociis in Africa ſub Decio, 253. XCVIII.
Terentius præfectus Auguſtalis in Ægypto poſt Philippum hominem Chriſtianum, 204. VI.
Tergemini martyres in Galliis ſub Marco, 179. XXXVII.
Terræmotus adſcripti Chriſtianis, quod non colerent Deos, 243. II.
Terræmotus Antiochenus ſub Traiano, 117. II.
Terræmotus Antiochenus ſub Leone Imp. 117. V.
Terræmotus in Aſia ſub Pio Imp. 154. IV.
Terræmotus Romæ ſub Alexandro, 228. I.
Terræmotus graviſſimi ſub Gordiano, 243. II.
Terræmotus in Oriente ſub Maximino, 237. VI.
Tertullianus quando ad fidem converſus, 197. III. Cauſa ejus converſionis allerta, 197. XIX.
Tertullianus quo tempore pallium ſuſcepit, 197. III. XV. Locus ejuſdem Tertulliani difficillimus explicatur, 197. IV.
Tertullianus apprime eruditus, 197. XIV. Ejuſdem primordia, 197. XIX.
Tertullianus aliquando Catholicus, & hoſtis Montani, 173. III.
Tertullianus a muliercula ſeductus, 173. XXXI. Ejus lapſus cauſa, 201. VII.
Tertullianus invehitur in Conſularem virum Apoſtatam, 183. VII.
Tertullianus quando ſcripſit de Moleſtiis nuptiarum, 197. XX.

Tertullianus quando ſcripſit de Præſcriptione, 197. XXI.
Tertullianus Romæ agebat tempore Severi, 198. XXI.
Tertull. Romæ ſcripſit Apologeticum, 200. VII. 201. XXXVII.
Tertullianus Romæ agens ſuſcepit patrocinium militis coronam abjicientis, 201. II. Librum ibi ſcripſit de corona militis, *ibid.*
Tertullianus Montanizare cœpit, 201. V.
Tertullianus carpere incipit Romanam Eccleſiam, ejuſque Pontifices, *ibid.*
Tertullianus cur, & quando ab Eccleſia Romana excommunicatur, 201. VII. 215. IV.
Tertullianus quantum alias detulerit Romanæ Eccleſiæ, 201. VIII.
Tertullianus agebat Cenſorem Eccleſiæ, 201. XIV.
Tertullianus ambitione abducitur, 201. IX. Æmulus Victoris Papæ, *ibid.*
Tertulliani lapſus quando contigit, 201. VII. Seducitur a Proclo, 201. X.
Tertullianus nimia auſteritate corruit, *ibid.*
Tertullianus facilis in credendo, & tenax in retinendo, *ibid.*
Tertullianus intentus muliercularum viſionibus, 201. XIII.
Tertullianus invehitur in Agapen Catholicorum, 201. XIV.
Tertullianus traditionibus nititur, 201. XVIII.
Tertullianus Romam recedens rediit Carthaginem, 203. VI. Tunc ad Scapulam libellum ſcripſit, *ibid.*
Tertullianus ex ſchola Montani negat fugiendum in perſecutione, 205. XV. Quando ſcripſit Scorpiacum, 205. XIX.
Tertullianus quando & qua occaſione ſcripſit lib. de Spectaculis, 206. IV. Quando ſcripſit contra Marcionem, 209. I. Et de Reſurrectione carnis, 209. II. Et quando adverſus Judæos ſcripſit, 210. IV.
Tertullianus omne evomuit virus contra Romanam Eccleſiam, 216. V.
Tertullianus impugnator bigamiæ, & novorum jejuniorum promulgator, 216. II.
Tertullianus rejicit lapſos, quantumlibet pœnitentes, 216. III.
Tertullianus qua occaſione ſcripſit de Pudicitia, *ibid.*
Tertullianus in quibus lapſus eſt, ejus errores omnes collegit Pamelius, 216. XVI.
Tertullianus a fide Catholica excidens magnum intulit Eccleſiæ ſcandalum, 216. XVII. Ejus laudes recenſet Vincentius Lirinenſis, *ibid.*
Tertullianus, ut recederet a Catholica Eccleſia, nulla fuit culpa Romani cleri, 201. VI.
Tertullianus multa ſcripſit, eademque magno pretio apud Catholicos ſunt, 216. XVII. Legebat aſſidue ea Cyprianus, 216. XIX.
Tertullianus conſpiravit in ſententiam Agrippini de baptiſmo hæreticorum, 217. V. Quando de Baptiſmo ſcripſit, *ibid.*
Tertullianus a traditionibus declinans, pariter a fide Catholica excidit, 217. VII.
Tertullianiſtæ ex Tertulliano hæretici quamdiu perduraruut, 216. XVIII.
Tertullus clericus Eccleſiæ Carthaginenſis, 253. XL.
Tertullus Scapula Proconſul in Africa perſecutor Chriſtianorum, 203. V. Ejus ſævitiam conatur Tertullianus retundere, *ibid.*
Teſſaredecatitæ hæretici, 173. XXXIX.
Teſtamenti Novi editiones. *Vide*, Editio.
Teſtamentum, an & quando fuerit reſtitutum per Eſdram, 180. XII.
Teſtamentum Vetus a Septuaginta interpretibus in Græcum vertitur, atque id factitatum a multis. *Vide*, Editio.
Teſtes Epiſcopo aſſiſtant diaconi, 112. VII.
Teſtimonia de Deo, juxta illud: Tres ſunt qui teſtimonium dant in Cælo, & in Terra, 105. II.
Tetrapla Origenis, 231. IX.
Thamelus martyr ſub Pio, 140. V.
Thamua lucus, 137. VI.
Thaumaturgus cognomentum Gregorii. *Vide*, Gregorius Thaumaturgus.
Tebulis hæreticus factus ob repulſam Epiſcopatus, 109. IV.
Themiſon ſectator Montani, 173. XIII. XXI. Ejus avaritia & procacia, 173. XIII.
Themiſtocles martyr in Lycia ſub Decio, 254. XXVI.
Theoctiſtus Epiſcopus Cæſareæ, 230. III.
Theodatus Pauli Apoſtoli auditor, 120. VII.
Theodectus poeta abuſus divina Scriptura a Deo percutitur, 231. XII.
Theodolus martyr in Creta ſub Decio, 254. XXVI.
Theodorus martyr ſub Pio, 140. V.
Theodora martyr cum Flavia Domitilla ſub Trajano, 100. XII.
Theodora dicta Sabina Smyrnæi Chriſtum confitetur ſub Decio, 254. X.
Theodorus Epiſcopus Synadorum, 230. III.
Theodorus dictus poſtea Gregorius Thaumaturgus venit ad Origenem, 233. VI.
Theodorus martyr in Africa ſub Decio, 253. XCVIII.
Theodorus martyr ſub Pio, 140. V.
Theodorus presbyter ſcripſit defenſionem pro libris Dionyſii Areopagitæ, 109. LXIV.
Theodotiani hæretici, 195. II. Eorum calumniæ in Victorem Papam, 196. IV. Depravant divinam Scripturam, 107. V. Uſi ſyllogiſmis Ariſtotelicis, 207. IV.
Theodotion divinam Scripturam in Græcum vertit: Quando ejus editio innotuit, 184. I. Dicta Tertia editio, *ibid.* Secta fuit Marcionita, 184. II. Sive Ebionita, genere Epheſius, vel Ponticus, *ibid.*
Theodotionis editio recepta ab Orientalibus, 184. IV. Tranſlata in linguam Syriacam, 184. V. Credita eſſe paraphraſis Jonatæ, *ibid.*
Theodotus Coriarius hæreſiarcha, ejuſque genus, 196. III. Hæreſes, 196. II.
Theodotus ſectator Montani, 173. II. XX.
Theodotus Melchiſedechianus, 196. XI.
Theodotus ſeducit Natalium confeſſorem, 207. II.
Theodulus martyr cum Eventio ſub Hadriano, 132. II.
Theognoſtus antiquus Theologus ab Euſebio doloſe prætermiſſus, 109. LIX. Idem aſſertor Conſubſtantialitatis Filii Dei, *ibid.*
Theologorum antiquorum aſſertiones de divinitate Filii Dei, 196. VII.
Theophilus Epiſcopus Antiochenus eligitur, 170. VII. Ejus lucubrationes, *ibid.* Quotus ordine, 170. VIII. Anni ſedis ejus, 182. VI.
Theophilus Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ, 191. IV. Legatus a Victore Papa adverſus Quartodecimanos, 198. I. Præſidet Concilio Palæſtino loco Victoris Papæ, 198. II.
Theophilus Imp. Iconoclaſta, 109. XLIV.
Theophilus Alexandrinus martyr ſub Decio, 253. CVII.
Theopiſta Traiani uxor Placidi, 120. VI.
Theopompus abuſus divina Scriptura divinitus percutitur amentia, 231. XII.
Theoprepidus dux martyr ſub Pio, 140. V.
Thermæ Novati, vel Timothinæ, 162. II.
Thomæ Apoſt. corpus tranſlatum ex Indis, 236. V.
Thra-

Thraſea martyr in Aſia ſub Marco, 173. X-VI.

Thyeſteæ cœnæ tributæ calumnioſe Chriſtianis, 120. XXX. 179. VIII. *Vide*, Calumniæ.

Tiberianus ad Traianum de Chriſtianis ſcribit, 118. I.

Thyrſus diaconus *diſcipulus* Polycar. martyr in Gallia ſub Marco, 169. XX.

Thyrſus martyr in Aſia ſub Decio, 254. XXII.

Tiberis inundatio ſub Pio, 154. IV.

Tiburtina *villa* Hadriani, 138. VI.

Tiburtini martyres ſub Hadriano, 138. IV.

Tiburtius a Cæcilia ad fidem convertitur, 232. XI.

Timorem inſerebant Chriſtiani Gentilibus inculcando Dei judicium, & pænas æternas, 178. VI.

Timothei plures diſcipuli Apoſtolorum, 109. L-VI.

Timothei epiſtola ad Paſtorem, 162. III. Ejus martyrium ſub Marco, 166. II.

Timotheus natus ex Pudente Senatore, 109. L-VI. Se ſuaque omnia pietatis officiis mancipavit, 165. IV.

Timotheus diſcipulus Pauli quando martyrio coronatus eſt, 109. LV.

Timotheus martyr in Thebaide ſub Decio, 253. CX.

Tinius Rufus in Judæa Præſes, 135. I.

Tituli unde & quales, 112. IV. V.

Tituli Romæ aucti, 112. IV.

Tituli Romanorum Pontificum quinam antiquitus fuerint, 142. IV. 216. IV. *Vide*, Pontifex Romanus.

Titulos diviſit Evariſtus, 112. IV.

Titulus cortinæ regiæ, 112. V.

Titulus Euprepiæ Romæ, 112. IV.

Titulus Fiſcalis qui qualiſve, 112. V.

Titulus inſcriptio, *ibid.*

Titulus Paſtoris, 112. IV.

Titulus crucis ſignum, 112. VI.

Titulus non imponendus rebus Eccleſiaſticis, 112. V.

Titus martyr in Gallia cum ſociis ſub Marco, 179. XXXV.

Tobias Epiſcopus Hieroſolymorum, 115. I.

Toparcion Chriſtianus oleo ſanavit Severum Imp. 195. IV.

Tormenta ſæviſſima martyrum, 225. II.

Tortoria inſtrumenta, 253. LI. CXII.

Traditio Apoſtolica de ritibus, & cærimoniis Eccleſiæ, 109. LII.

Traditio Apoſtolica de cultu reliquiarum martyrum, 106. II.

Traditio de SS. Euchariſtia, 109. XXV.

Traditiones Apoſtolicæ ex epiſtolis ſancti Ignatii recte eliciuntur, 109. XXI. Eædemque appellatæ promptuarium traditionum, 109. X-XV.

Traditiones Apoſtolicæ Romæ optime conſervatæ, 179. LIV.

Traditiones Eccleſiæ a Tertulliano recenſitæ, 201. XIX.

Traditioni ſtandum eſſe monet Ignatius, 109. XXIV.

Traditionis antiquæ quanta vis ſit, *ibid.*

Traditionum promptuarium Epiſtolæ Ignatii, 109. XXV.

Traditionum contemptores hæretici qui, 109. X-XII.

Traditionum utilitas & excellentia, 118. III.

Traditionum Papias explorator, *ibid.*

Tractoriæ, & Tractatoriæ litteræ quæ, 142. XI.

Traianus imperat, 100. I. Ejus ætas & patria, *ibid.*

Traianus Turditanus, non Tudertinus, *ibid.* Im-

perii ejus tempus, *ibid.* Cur illi a Deo collatum Imperium, 100. II. Olim in bello Judaico inſignis, *ibid.* Ejus clementia affectata, 100. VII.

Traianus aggreſſus eſt perſequi Chriſtianos, 100. VI. Ubi ſuſceperit Imperium, 100. VII. Ejus prima edicta, 100. VIII. Quod tulit adverſus Chriſtianos quale, *ibid.*

Traianus diis addictiſſimus, *ibid.*

Traianus vetat conventus, *ibid.*

Traianus quid reſcripſerit in Clementem Papam, 100. X.

Traianus dictus optimus, re vera turpiſſimus, 100. VII. XIII. Domitiano aliqua parte deterior, 100. XIV.

Traianus ſinit Gentiles ſponte ſævire in Chriſtianos, 100. XII.

Traianus vinoſus & παιδεραστία infamiſſimus, 100. XIII.

Traianus laudis cupidiſſimus divinitatem affectat, 100. XVI.

Traianus in Cœlo etiam ſuſpectus vitii nefandi: quid de eo fingit Julianus Apoſtata, 100. X-VII. De ejus Anima in Cœlum recepta commentum exploditur, *ibid.*

Traianus ſuperſtitioſiſſimus, 100. XVI.

Traianus quando in Urbem rediit ex Dacia, 101. I. Conſulatum adiit: Ejus modeſtia in eo ſuſcipiendo commendatur, 102. XXV.

Traianus quæ fecit laude digna, 101. II.

Traianus puerorum pauperum curam ſuſcepit, 101. I.

Traianus agens adverſus Chriſtianos pie ſancteque ſibi agere viſus eſt, 102. XXV. Commendatur ejus æquitas, *ibid.*

Traianus iterum adverſus Decebalum proficiſcitur, 103. III. 105. I. Ejus ſtudia erga milites, 103. I. Pontem fabricat ſuper Iſtrum, 105. I.

Traianus ad Plinium quid de Chriſtianis reſcripſit, 104. V.

Traianus ſuperato Decebalo rediit in Urbem, 106. I. Legati ex India ipſum conveniunt, *ibid.* Ejus forum, & columna cochles in eo poſita, *ibid.*

Traianus Armenos ac Parthos ſubjicit Imperio, 107. I.

Traianus amice excipit Abagarum Regem Edeſſæ, *ibid.* Aliaſque plures gentes in fidem recipit, 108. I. Ejus victoriæ 114. I. Ejus felicitas, magna Fidelium tentatio, *ibid.*

Traianus luſtrans exercitum, Chriſtianos milites ut ſacrilegos relegatos, tandem neci tradi juſſit, 108. II.

Traianus in magnum diſcrimen poſitus ex terræmotu Antiocheno, 117. II.

Traianus perſequens Eccleſiam, Epiſcopos a ſuis ſedibus expulit, 110. X.

Traianus triumphum agit devictis compluribus gentibus, 114. I. Ejus arcus triumphalis, *ibid.* Quando dictus Parthicus, *ibid.*

Traianus inſtaurat perſecutionem in Chriſtianos, 118. I. Quid Antiochiæ in virgines Chriſtianas, *ibid.* Ejus felicitas in contrarium mutata, 114. III.

Traianus tandem pro Chriſtianis reſcripſit, 118. I. Qui martyres tunc paſſi, 118. VII.

Traianus quando obiit: Ejus ætas, ſepultura, 119. I. Relatus inter divos, 119. I. Refellitur commentum de retento viduæ filio obſide, & alia fabuloſa, 119. II.

Traiana cognomen Theopiſtæ uxoris Euſtachii martyris, 120. VI.

Tranſlatio divinæ Scripturæ. *Vide*, Editio.

Tranſlatio reliquiarum ſancti Ignatii Roma Antiochiam, 110. V.

Tranſlatio reliquiarum S. Oneſimi Roma Epheſum, 110. X.

Tranſlatio corporum Defunctorum lege Romanorum vetita, 110. X. XI.
Traſcodrugitæ hæretici, 173. XXXVIII.
Trebonianus Gallus proditor Decii, 254. XLIX. Imperium accepit, 254. LVIII. *Vide*, Gallus.
Tribunitia poteſtas, ratio optima ad numerandos annos Imperatorum, 150. VI. 171. II.
Tributa libentiſſime pendebant Chriſtiani, 202. XXXV.
Triephon defertor contemptæ fidei, 114. II.
Trinitatem contrahebat in unam perſonam Baſilides, 120. VIII. *Vide*, Hæretici Patropaſſiani.
Trinitatis myſterium ab ipſo Apoſtolorum exordio explanari conſueviſſe accedentibus ad fidem, 132. VI.
Trinitatis myſterium revelatum Gregorio Thaumaturgo, 233. XVIII.
Triphillius Ledrenſis Epiſcopus orator redarguitur a Spiridione, 231. LXI.
Tripolitani a Severo Imp. donati pacis, & abundantiæ bonis, 210. III.
Triſagium cantus, 141. XII.
Triumphus Severi, 198. XXI.
Troade exceptus Ignatius, 109. XIV. Inde ſcripſit ad Philadelphos, *ibid.*
Troadius martyr in Ponto ſub Decio, 253. CXXXIV.
Trophæa Apoſtolorum Romæ conſpicua, 215. II.
Trophima martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Trophimus Epiſcopus lapſus reſtitutus in Eccleſiam cum ſuis ad laicam communionem, 254. LXIII.
Tryphon martyr Nicææ ſub Decio, 254. XXVI.
Tryphon Origenis auditor, 233. XXI. Ejus ſcripta, *ibid.*
Tryphon Philoſophus Platonicus, *ibid.*
Tuburbi in Africa qui paſſi ſint martyres, 205. XXI.
Tudertina cum Turditana Civitate confuſa, 100. I.
Turditana Civitas patria Trajani, *ibid.*
Turris lignea adhiberi ſolita in funere Imperatorum, 213. VIII.
Tymium vicus in Phrygia, ubi Montanus docebat, 173. XIII.
Tyri Origenis conſedit ad lucubrationem editionum, 231. I.

V

VAlentiniani hæretici Gnoſticis affines, 120. XLII. Eiſdem conjuncti, 145. IV. Eorumdem turpitudo, ac arcana ſacra execranda, *ibid.* Veſcebantur idolotithytis, *ibid.*
Valentinianorum procacitas, & obſtinatio, 145. X. Qui, & ſe præferunt Chriſto, *ibid.* Quibus armis ſint expugnati, 145. XI. Qui ſcriptores adverſus eos egerint, 145. IX.
Valentinus philoſophus Platonicus, factus hæreſiarcha, 145. I.
Valentinus factus hæreticus, quia rejectus eſt in petitione Epiſcopatus, *ibid.* Ejus fabulæ ſuperant omnes alias, 145. II. Ejuſdem ſcripta, 145. VII. Ejuſdem aſſertio de tribus generibus hominum, 145. III. Quo tempore idem, 145. I.
Valentini Romam adventus, 155. I. Itidem ſub Aniceto Papa, 167. V. Ac etiam ſub Eleuthero, 180. VI. Ejuſdem Valentini diſcipuli, 113. XII.
Valerianus Cenſor cum ampliſſima poteſtate, 253. CXL. Ejus prædicatæ laudes in Senatu, *ibid.*
Valerianus Cenſor leges promulgat adverſus Chriſtianos, 253. CXLII.
Valerianus avitæ ſuperſtitionis tenaciſſimus perſequitur Chriſtianos, *ibid.*
Valerianus ſponſus S. Cæciliæ ab eadem convertitur ad Chriſtum, & baptizatur ab Urbano Papa 232. XI.
Vaſa aurea, & argentea in Eccleſiis etiam tempore perſecutionis erant, 233. II.
Vaſa ſacra non tangenda ab aliis quam a Sacris miniſtris, 141. VI.
Vaticana ſepulcra demolita ab Elagabalo, 221. III.
Vaticinia Chriſtianorum vetita ab Imp. Marco Aurelio, 178. V.
Vaticinia falſa Montaniſtarum, 173. XXII.
Vaticinia. *Vide*, Prophetia, Viſiones.
Vectigal lenonum, & meretricum, vetuit Alexander inferri in ſacrum ærarium, 227. I.
Vectigalia libenter perſolvebant Chriſtiani, 237. IV.
Vela, Titulus, 112. V.
Venantius martyr Camerini ſub Decio, 254. XXIX.
Venerarium templum Hieroſolymis, 137. VII.
Veneris ſimulacrum in Golgotha ab Hadriano poſitum, *ibid.*
Ventus martyr in Africa ſub Decio, 253. LII.
Verborum ornatum dedita opera contempſerunt Patres, 231. LIV.
Verianus martyr Romæ ſub Decio, 253. XXIX.
Veriſſimus Imp. qui dictus eſt, 163. III.
Veritas nullo umquam præſcribitur tempore, 109. LI.
Veritas gaudet teſtibus, 112. VIII.
Veritatis Catholicæ norma, 146. XXI. XXXIII.
Verus Imp. quinam eo nomine intelligatur, 163. III. 164. I.
Verus pro Severo interdum, 164. I.
Verus Viennenſis Epiſcopus, 166. IV. Apoſtolorum diſcipulus, ejuſdem ad Deum tranſitus, *ibid.*
Veſpronius Candidus Proconſul bene habuit Chriſtianos, 203. XI.
Veſtæ templum incenſum ſub Commodo, 193. I.
Veſtæ ſacra profanata ab Elagabalo, 220. IV.
Veſtes Chriſtianorum eædem cum Gentilibus eſſe ſolitæ, 197. VIII.
Veſtes Chriſtianorum arctiorem vitam profitentium. *Vide*, Pallium.
Veſtes pullæ religioſorum tantum, 197. XI.
Veſtina martyr Carthagine cum ſociis ſub Severo, 202. III.
Vetius Epagathus martyr cum ſociis Lugduni ſub Marco Imp. 179. III.
Victor Epiſcopus Capuanus errat de Harmonia Ammonii, 174. V.
Victor hiſtoricus hallucinatur de patria Trajani, 100. I.
Victor martyr in Africa ſub Decio, 253. LII.
Victor Papa creatur, 194. II
Victor Papa damnat Theodotum Coriarium hæreſiarcham, 196. I.
Victor Papa defenditur a Calumniis adverſariorum, 196. IV.
Victor Papa quæſtionem de tempore Paſchatis terminat, 198. II.
Victor Papa ſcribit ad Theophilum Epiſcopum Cæſarienſem de cogendo Concilio in Palæſtina, *ibid.*
Victor Papa excommunicat Quartodecimanos Aſianos, 198. X. Perperam ejus ſeveritas redarguitur, 198. XV.
Victor Papa ſcribit ad Deſiderium epiſcopum

Viennenſem de Paſchate celebrando, 198. XVIII. & ad Paracodam epiſcopum, 198. XIX.
Victor Papa tentatio Tertulliani, 201. IX.
Victor Papa ordinat Felicianum Epiſcopum Fulginatem, 203. II. Ejuſdem Victoris Papæ martyrium, *ibid.* Anni ſedis ejus, decreta, & ordinationes, 203. I.
Victoria martyr cum Anatolia apud Lacum Velinum ſub Decio, 253. XXIX.
Victoria negans, repetito certamine fit extorris, 253. LXVI.
Victoria de Marcomannis, precibus Chriſtianorum obtenta, 176. I. IV.
Victorinus hæreticus Praxeanus, 196. XVII.
Victorinus martyr Romæ ſub Traiano, 100. XII.
Victorinus martyr in Africa ſub Decio, 253. LII.
Viduitas in Eccleſia habita magno pretio, 109. XXX.
Viennenſis Civitas Senatoria dicta, 166. I.
Viennenſium, & Lugdunenſium martyrum epiſtola, 179. II.
Vigellius Saturninus Proconſul in Africa perſecutor quid paſſus, 202. VI.
Viminalis collis hoſpitium Chriſtianorum, 159. VIII.
Vincentius martyr cum ſociis Romæ ſub Commodo 192. II.
Vincula Ignatii glorioſa, 109. XIV.
Vincula. *Vide*, Catenæ.
Vindicta de ſanguine Chriſtiano qua lance penſata, 154. III. 182. III. 214. III.
Vinum conditum propinari ſolitum damnatis, 201. XV.
Vinum ſacrificii miſceatur aqua, 132. VII.
Vinum ex magia Marcus hæreſiarcha mutare videbatur in ſanguinem, 175. XXV.
Virgines Antiochenæ martyres ſub Traiano: quid de earum cineribus, 118. I.
Virgines Deo dicatæ captivæ ductæ ac redemptæ, 254. CIX.
Virginitas frequens tempore S. Ignatii, 109. XXX.
Virginitas ab Elxai hæreſiarcha exploſa, 105. IV.
Virginitas voto conjuncta, 196. XXVII.
Virginitatis votum ſimplex diſpenſat Cyprianus, 253. XLVI.
Virgo incontinens nuptui tradenda, *ibid.*
Virgo Maria apparet Gregorio Thaumaturgo, 233. XV. Ejuſdem partui erecta Romæ Eccleſia, 224. V.
Viſio divinitus oſtenſa Gregorio Thaumaturgo & revelatio ſummæ doctrinæ, 233. XVI.
Viſio Cypriano oſtenſa de pace ventura, 253. XLVIII.
Viſio oſtenſa Perpetuæ & Felicitati, 205. XXII.
Viſiones oſtenſæ pueris tempore Cypriani, 253. LVI.
Viſiones ante perſecutionem a Domino oſtenſæ, 253. XI.
Viſionibus mulierculárum intentus Tertullianus ſeducitur, 201. XIII.
Viſionibus admoniti multi facti ſunt Chriſtiani, 205. X.
Viſitare confeſſores in carcere poſitos magno ſtudio curabant Chriſtiani, 253. XXXVIII.
Vitalianus Præfectus Præt. ſub Maximino occiſus, 238. VII.
Vitalis martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.
Vitalis martyr Romæ ſub Marco, 175. VII.
Vitalis martyr ſub Decio in Cappadocia, 254. XXVI.
Vitellius Tribunus militum, miniſter impietatis ſub Commodo, 192. III.
Vitulum Apim colebant Ægyptii, 223. I.
Ulpianus I. C. ſub Alexandro hoſtis Chriſtianorum, 225. II. Ejus lib. de Offic. Proconſul. *ibid.*
Ulpianus occiſus, 225. IV. Carnifex Chriſtianorum, 226. IV. 229. V. *Vide*, Domitius Ulpianus.
Ulpius martyr in Gallia ſub Marco, 119. XXXV.
Ungere mortuos oleo Heracleon Hæreſiarcha docuit ſuos, 175. XXIII.
Univerſalis titulus quo modo aliis quam Romanis Pontificibus inditus videtur, 187. II.
Voces antiquo uſu in Eccleſia receptæ, licet impropriæ videantur, haud facile mutandæ, 231. LIV.
Vologeſus Rex Parthorum, 163. VIII. Victor de exercitu Romano, 163. VIII. Civitatibus Syriæ formidoloſus, *ibid.*
Voluntarii ſive Volones milites, 170. III.
Voluntas libera, non fatum, urget aliquem, 175. XX.
Voluſianus Imp. cum Gallo, 254. LVIII.
Votum continentiæ Chriſtianis peculiare, Deo, ut donum ſelectiſſimum, ab illis offertur, 110. XVIII.
Votum continentiæ ſimplex diſpenſat, & relaxat Cyprianus, 253. XLVI.
Urbanus Papa creatur, 226. XII.
Urbanus Papa baptizat Valerianum atque Tiburtium, 232. XI.
Urbanus Papa ædificat Eccleſiam in Domo S. Cæciliæ, 232. XII. Sepelit illam in Cœmeterio Calliſti, *ibid.*
Urbanus Papa martyrio coronatur, 232. I. Fecit vaſa aurea, & argentea, 263. II. Ejuſdem ſedis anni, ordinationes, & ſepultura, 233. III.
Urbanus presbyter ſchiſmaticus, 254. LXVI. Reſipiſcit, 254. XCVIII.
Urbanus puer cum ſociis martyr Antiochiæ ſub Decio, 253. CXXVII.
Urbicius Præfectus Urbis, perſecutor ſub Marco, 164. XV.
Urbis Milleſimus annus quando celebratus, 249. I.
Vulgata editio Septuaginta quænam fuerit, 231. VIII. 231. XLI.
Vulgatæ plures, 231. XLII.
Vulgata prior quo modo exolevit, 231. XLV.
Vulgata recentior ex veteri, & nova conflata, 231. XLVI.
Vulgata editio Teſtamenti Novi probatur eſſe S. Hieronymi, 231. LIV. Quo modo, quando, & a quibus reſtituta, 231. LXII.
Uxor juſte accuſare poteſt virum ſuum adulterii, 161. II.
Uxorum communitas ex Platone, quam ab eo eſt mutuatus Epiphanes hæreſiarcha, 120. XL.
Uxorum communitas penes hæreticos turpiſſimos Gnoſticos, 120. XXVII.

X

Xyſtus. *Vide*, Sixtus.

Z

Zachæi Gnoſtici hæretici, 120. XLI.
Zachæus Epiſcopus Hieroſolymitanus, 113. I.
Zacharias Epiſcopus Viennenſis martyr ſub Traiano, 112. VII.
Zacharias presbyter martyr in Gallia ſub Marco, 179. XXXV.

Ze-

Zebinus alias Zebennus Epiſcopus Antiochenus creatur, 230. I. Moritur, 241. I.
Zeno martyr in Africa, ſub Decio, 253. XCVIII.
Zeno martyr in Ægypto ſub Decio, 253. CVII.
Zephyrinus Papa creatur, 203. III.
Zephyrinus Papa damnat Montaniſtas, 215. IV.
Zephyrinus Papa damnat Tertullianum, *ibid.*
Zephyrinus Papa, quale edictum de recipiendis lapſis pœnitentibus promulgavit, 216. III.
Zephyrinus Papa damnat Praxeam hæreſiarcam, 196. XX.
Zephyrinus Papa recipit Natalium hæreticum pœnitentem, 207. I.
Zephyrinus Papa egregie laborat contra hæreticos, 210. VIII.
Zephyrinus quando martyr, quantum temporis ſedit, ejus ordinationes, & ſepultura, 221. I.
Zetus Epiſcopus ſceleſtiſſimus conſpirat cum Novatiano, 254. XCVI.
Zoes martyr in Phrygia cum ſociis ſub Pio, 140. V.
Zoroaſtris nomine libri confictí a Gnoſticis, 120. XI. 247. III.
Zoſimus Comes hiſtoricus haud fidelis in recenſendis rebus a Philippo Imp. geſtis, 249. V.
Zoſimus martyr Philippis ſub Traiano, 109. XXXVII.
Zoſimus miles martyr ſub eodem Imp. *ibid.*
Zoſimus martyr in Gallia cum ſociis ſub Marco, 179. XXXV.
Zoſtriam nomine confictæ revelationes, 247. III.
Zoticus martyr in Gallia cum ſociis ſub Marco, 179. XXXV.
Zoticus Otrenus Epiſcopus impugnat emergentem tunc Montani hæreſin, 173. X. XVI. XXI. Paſſus ſub Severo, 205. XXVII.
Zoſtriani nomine confictæ revelationes, 247. III.

INDEX CRITICÆ HISTORICO-CRONOLOGICÆ P. ANTONII PAGII QUÆ IN HOC TOMO CONTINETUR.

A

ADventus Prætorio Præfectus Conſul II. procedit, 218. I. Ejus Conſulatus monſtruoſus & quare, 218. II.

Ægyptus plures habuit Epiſcopos antequam Demetrius Alexandrinam teneret Eccleſiam, 232. III. Hiſtoriola de eodem Demetrio primum in Ægypto Epiſcopos creante inter fabulas recenſenda, *ibid.*

Ælius Verus. *Vide*, L. Ceionius Commodus.

Ælius Commodus. *Vide*, L. Aurelius Commodus.

Afri quo anno contra Maximinum Auguſtum rebellarint, 236. V.

Albinus Cæſar. *Vide*, Clodius Septimius Albinus.

Alexander Pontifex Romanus creatur poſt Evariſtum, 108. VI. Moritur, 116. VII. & 130. II. Pontificatum adeptus non eſt ſub Hadriano, ſed ſub Traiano, 119. II. Quamdiu ſederit, & quibus Conſulibus martyrium fecerit, indicatur, 130. II. Ejus exitus & duratio a quibuſdam perperam conſignantur, *ibid.* Tres decretales, quæ ſub illius nomine circumferuntur, a viris doctis rejectæ, 130. IV.

Alexander Heliogabali conſobrinus Cæſar renunciatur, 221. II. Annum aperit, 222. I. Auguſtus acclamatur, *ibid.* II. Cæſarei Imperii Quinquennalia exhibet, 225. II. Secundum Conſul procedit, 226. I. Auguſtei imperii Quinquennalia celebrat, & Thermas de ſuo nomine ædificat, *ibid.* II. Faſtis tertio nomen dat, 229. I. Cæſarei Imperii Decennalia edit, *ibid.* II. In Campania aliquamdiu verſatur, *ibid.* X. In Orientem proficiſcitur, *ibid.* XI. Ejus profectionis annus aperitur, *ibid.* XVI. Contra Artaxerxem Perſarum Regem Romanos infeſtantem movet, 228. V. & 229. XIII. & *ſeq.* Belli iſtius initium & Nummis & Auctoribus confirmatur, 229. XIV. Per Legatos bellum Germanis infert, dum ipſemet contra Perſas pugnat, 229. XV. Auguſtei imperii Decennalia exhibet, 230. II. De Perſis triumphum agit, *ibid.* III. Quo anno hic triumphus actus fuerit, declaratur, *ibid.* IV. Imperii Cæſarei Quindecennalia exhibet, 233. II. Iterum in Germanos movet, *ibid.* III. Belli hujus initium aſſignatur, 234. III. Quindecennalia dat Auguſtei imperii, 234. II. Maximini juſſu occiditur, 235. II. Quo die natus ſit, quantoque tempore vixerit, & regnarit, manifeſtatur, *ibid.*

Alexandri anni a Surianis uſurpati, quo menſe & die inchoati, 235. II.

Alexandrina perſecutio. *Vide*, Perſecutio.

Alexandrinorum fabula circa nomen Papæ, 163. IV.

Amiſſi civitatis liberæ Eræ tres explicantur, 137. IV. & *ſeqq.*

Anacletus Papa mortalitatem exuit, 101. IV. & 110. II. Quo anno mors ejus acciderit, & quot annis Pontificatum obtinuerit, aperitur, 101. IV. & 110. II. Dies quo ejus memoria in Eccleſia colitur, non ad obitum, ſed ad aliquam ejus tranſlationem referendus, *ibid.* Decretales ipſi attributas ſuppoſitionis arguunt Eruditi, 101. V. & 110. III. Quibus fundamentis innixi ſic cenſeant, *ibid.*

Andreas Judæorum Dux in eorum rebellione ſub Traiano Aug. 114. II.

Anicetus Papa poſt Pium Romanum regit Eccleſiam, 151. III. Ad Superos tranſit, 161. XII. & 173. III. Hujus Pontificis Decretalis unica ad Galliæ Epiſcopos falſa oſtenditur, 173. III.

Anterus Pontiano ſuccedit in Pontificatu Romano, 235. V. & *ſeq.* Moritur, 236. II. Breve ſedis tempus, dieſque ordinationis & mortis adducuntur, *ibid.* Decretalis una ejus nomine inſcripta, falſa, *ibid.* III.

Antinous Hadriano Imp. carus quo anno mortuus, 129. II & 130. V. Quo mortis genere perierit, 130. V. Inter divos ab hoc Imperatore relatus, *ibid.*

Antinous urbs Ægypti quandonam ab Hadriano condita, 122. III.

Antiquarii ſæpius eruditioni plurimum obſunt, dum quæ in nummis & inſcriptionibus habentur, non ſatis accurate deſcribunt, vel correctionis prætextu corrumpunt, 105. V.

Antiochenorum Epiſcoporum ſucceſſionem conſignare auctor incipit, 228. II.

Antiochenſes ab Hadriano Imp. odio habiti, 128. II.

Antiochia horribili terræ motu ſub Traiano affligitur, 115. II. Qua anni tempeſtate is terræ motus acciderit, detegitur, *ibid.*

Antonianus in Numidia Epiſcopus titubans litteras a Cypriano recipit, & ad eum reſcribit, 252. V.

Antoninus Pius annum aperit dum adhuc T. Aurelius Fulvus nominatur, 120. I. Ab Hadriano adoptatur & ſub qua conditione, quove die,

die, 138. II. Cæſar & imperii Collega dicitur, *ibid.* & 147. III. *& ſeqq.* Antequam Hadriano ſuccederet Imperator nominatus fuit quod nummis probatur, 138. II. Secundum Conſulatum aſſumit, 139. I. Marcum Aurelium ſecundo tantum menſe poſtquam ipſe adoptatus fuerat, adoptat, 138. II. Hunc Conſulem deſignat & Cæſaris appellatione donat, 139. II. Judæos rebellantes quandonam compreſſerit, indicatur, *ibid.* IV. Tertium Conſul procedit, 140. I. Britannos domat, *ibid.* V. Imperii Proconſularis Quinquennalia celebrat, 142. II. Tum Auguſtei, 143. II. Quarto Faſtis dat nomen, 145. I. Imperii Proconſularis Decennalia exhibet, 147. II. Horum ſolemnium indicia adducuntur, *ibid.* Seculares Ludos Octavos non celebravit, *ibid.* XVIII. *& ſeqq.* Nonum tamen urbis ſæculum magnificentiſſime celebravit, *ibid.* XIX. Auguſtei Imperii Decennalia dat, 148. II. Ea in nummis memorari primus ex Imperatoribus decernit, *ibid.* Chriſtianos inſequitur, *ibid.* VI. Antoninum Auguſtei Imperii Quindecennalia exhibuiſſe, ex ejus vicennalibus certum, 153. II. Antoninus Proconſularis imperii vicennalia edit, ea tamen nummis non inſculpta, 156. II. Auguſtei Imperii vicennalia exhibet, eaque dilata oſtendunt nummi 159. II. Antoninus moritur, 161. II. Ejus liberi recenſentur, *ibid.* III.

Antoninus M. Aurelii filius, Commodi gemellus quarto ætatis anno interit, 166. VII.

Antoninus Caracalla. *Vide*, Caracalla.

S. Antonius Abbas quo anno natus, 251. V.

Apollinares Ludi qua anni tempeſtate celebrati, 236. VIII.

Apologiæ a Chriſtianis pro religione Imperatoribus Quinquennalia & id genus ſolemnia celebrantibus de more oblatæ, 126. III. *& ſeqq.*

Apotheoſes, ſeu conſecrationes in Quinquennalibus, & id genus feſtis fieri ſolitæ, 198. VI.

Apollonia, non ſub Decio, ſed ſub Philippo Imp. martyrium fecit, 250. III. Cauſa erroris contrarii inſinuatur, *ibid.*

Apollonius Romanus quibus Conſulibus martyrio coronatus fuerit, indicatur, 187. III. Neque ſcriptor, neque ſenator fuit, *ibid.* IV.

Arabes ſub Traiano Auguſto a Palma Syriæ Præſide in ditionem populi Romani rediguntur, 105. V. Tempus illius victoriæ ex Era ab iiſdem uſurpata innoteſcit, *ibid.*

Arcani diſciplinæ accurata explicatio, 118. IV. *& ſeqq.* Arcani diſciplinæ fideles non reſpiciebat, *ibid.* V. Sacramentorum ritus & dogmata per illam olim occultata, *ibid.* VI.

Ariſteæ liber ſuppoſititius, non tamen contemnendus, 182. IV.

Artabanus Rex Parthornm filiam uxorem Caracallæ dare recuſat, ideoque bello impetitur, 212. III. Ab Artaxerxe interficitur, 226. IV.

Artaxerxes Parthos ſuperat, eorumque Regem Artabanum interficit, 226. IV. Perſarum imperium tenet, *ibid.* Romanos præliis laceſſit, 227. II. Poſtquam annos circiter quindecim regnavit, moritur, 241. IV.

Athenagoras Apologiam pro Chriſtianis ſcribit, 165. VI. & 177. VIII. Quo anno eam ſcripſerit ex Peregrini Philoſophi morte quam narrat, colligitur, 165. VI. Quandonam hæc oblata, & quibus Imperatoribus præſentata, indicatur, 177. VIII. *& ſeqq.*

Auguſti initio Imperii Imperatores abſque victoria appellati, 117. XIV. Sine Auguſti nomine, vel etiam Auguſtorum filii tantum, aliquando dicti, 175. VI. Cum plures ſimul imperant, ſenior unus, alter Junior vocatur, 176. III. Quando hic mos eſſe cœperit, indicatur, *ibid.* Si ſimul etiam plures regant Imperium, unius dumtaxat in Actis publicis ſæpe fit mentio, 162. II. & 177. IV.

L. Aurelius Commodus Marci Aurelii per adoptionem frater ante Imperium & Verus & Commodus appellatus, 137. IX. *& ſeqq.* Annum aperit, 154. I. Secundum Conſul procedit, 161. I. Quanto tempore in domo Imperatoris privatus, etiamſi jam adoptatus, manſerit, indicatur, *ibid.* In conſortium Imperii aſſumtus Cæſar & Auguſtus ſimul ſalutatur, *ibid.* IV. Ad bellum Parthicum proficiſcitur, *ibid.* X. Hæc profectio a quibuſdam uno anno perperam dilata, *ibid.* Philoſophus dictus & qua ratione, 162. III. & 148. IV. Quo anno ex Oriente redierit, 166. III. *& ſeqq.* De Parthis triumphum agit, *ibid.* VI. *& ſeqq.* Tertium Conſul procedit, 167. I. Quinquennalia Auguſtei Imperii anno uno dilata celebrat, *ibid.* II. Adverſus Barbaros movet, 168. IV. & 169. III. Pannones aggreditur, 160. IV. Secundam in eos expeditionem ſuſcipit, *ibid.* Apoplexi in itinere correptus interit, *ibid.* IV. *& ſeqq.* Mortis ejus annus & tempus, imperiique ejus duratio aſſignantur, *ibid.* V.

Apotheoſi poſt vitæ exitum a Marco Aurelio donatur, *ibid.* VI.

B

BAlbinus & Pupienus a Senatu Auguſti nuncupantur & quo anno, 236. VIII. & 237. II. Inter ſe diſcordes cum Ludi Capitolini celebrantur, a militibus trucidantur, 238. V. *& ſeqq.* Illos imperii annum ſecundum inchoaſſe certum, *ibid.* VII.

Britanni ab Antonino Pio domantur, 140. V.

Bucolicum bellum ſub Marco Aurelio & Lucio Vero quo anno ſuſceptum, 165. V. & 168. IV.

Byſantii obſidio quandonam a Severo Auguſto cœpta, 195. II.

C

CÆſares aliquando etiam Reges & Imperatores dicti, 161 VII. Quo tempore tali nomine inſigniri cæperint, annotatur, *ibid.* Id non contigiſſe niſi poſt Severi Auguſti Quinquennalia, oſtenditur, 198. VI.

Cæſares in nummis Auguſtos appellandi uſus quo tempore cæptus, 203. IV. 245. III.

Cæſarum nomina ſæpe non intellecta Auctores in varios errores adigunt, 161. IX.

Calliſtus in locum Zephyrini Papæ quo anno ſubrogatus, 219. II. Martyrio coronatur, 222. IV. 224. II. Quanto tempore ſederit, & poſt ipſum ſedes vacaverit, annotatur, 224. II. Vicariatus ejus ſub Zephyrino omnino ſuppoſititius, *ibid.* Decretales illi attributæ, fictitiæ, *ibid.* III.

Calumniæ Majeſtatis, quid, 162. VII. Quo tempore excogitatæ, *ibid.*

Canonum Apoſtolorum Collectio fidelibus ſub Clementis nomine propoſita, antiqua, 106. IX. Ante Nicænum Concilium agnita, *ibid.* X. Tam apud Orientales quam Occidentales recepta, *ibid.* Eorum tamen numerus non unanimiter aſſignatur, *ibid.* Quinquaginta ſolum Eccleſia Occidentalis legitimos habet, *ibid.* XI. Orientalis vero, licet in eorum numero

tò alias minime conveniret, in præſens quinque & octoginta eſſe fatetur, *ibid.* XII.
Capitolini Ludi qua anni parte celebrati, 238. VI.
Caracalla Severi major natu filius, quo anno, & quo in loco natus, 189. II. & 197. II. Quo item anno & ubi Cæſar appellatus, 195. III. Ejus nuncupatio poſt annum tantum a Senatu rata habita, 197. II. & 198. VI. Imperator deſtinatus, anno ſolum ſequenti a Senatu acceptatur, 198. VI. Ejus cum Julia Domna matrimonium fictitium, 211. III. & 217. III. Caracallam Auguſtum renuntiatum & Tribunitia poteſtate exornatum oſtendunt Numiſmata, 198. VII. Hæc illius poteſtas explicatur, *ibid.* VIII. & diverſimode inchoari oſtenditur, *ibid.* IX.
Caracalla Plautillam conjugem aſſumit, 199. IV, & 203. III, Imperii Cæſarei dat Quinquennalia, 201. III. Togam virilem anno uno citius induit, *ibid.* Eodem tempore Judaicum triumphum agit, *ibid.* IV. Conſul procedit, 202. I. Imperii Auguſtei Quinquennalia exhibet, 203. II. Cum patre iterum triumphat, *ibid.* IV. Cum eodem ſeculares Ludos octavos edit, 204. II. Conſulatum ſecundum init & ſimul Decennalia imperii Cæſarei celebrat, 205. I. *& ſeq.* Tertium Conſul Auguſtei imperi Decennalia edit, 208. I. *& ſeqq.* Cæſarei vero Quindecennalia celebrat, 210. II. Quo anno Britannicus appellatus ſit, celebremque murum per mediam Britanniam duxerit indicatur, 209. II. Quartum dat Faſtis nomen pro edendis videlicet Auguſtei Imperii Quindecennalibus, 213. I. *& ſeqq.* Vicennalia Cæſarea exhibet, 214. II. Cur Caracallæ nomen ipſi impoſitum, indicatur, *ibid.* Poſterioris imperii Auguſtei Quinquennalia dat, 216. II. Prioris Vicennalia celebrat, 217. II. Occiditur, *ibid.* III. Quanto tempore vixerit, & imperaverit, declaratur, *ibid.* IV.
Carthaginenſe Concilium ſub Cypriano primum, quo anno & qua anni parte coactum, 251. XVIII. Prorogatur & quare, *ibid.* XXI. Finem accipit, *ibid.* XXIV. Hujus Canones ad Cornelium Papam a Synodo mittuntur, *ibid.* Error Baronii circa dictorum canonum miſſionem & partitionem adducitur, *ibid.*
Caſſius rebellat adverſus Marcum Aurelium, reſque novas in Syria molitur, 175. III. Caſſii caput ad Marcum defertur, *ibid.*
L. Ceionius Commodus annum aperit, 136. I. Ab Hadriano Cæſar dicitur, *ibid.* II. & IV. Ælius Verus ab eodem cognominatur, *ibid.* IV. & 137. VII. Adoptatur, 136. IV. Quo die & anno facta ſit hæc adoptio declaratur, *ibid.* V. *& ſeqq.* Prætura ornatus, Pannoniis Dux imponitur, Conſulque deſignatur, *ibid.* IV. & VI. Conſul ſecundum procedit, 137. I. Moritur, *ibid.* II. Ejus mortis annum inſcriptiones & nummi confirmant, *ibid.* III. In illis tamen numquam Verus appellatus, *ibid.* VIII. Ante Cæſaream dignitatem Verus atque Commodus appellatus fuit, *ibid.* IX.
Celadion Epiſcopus Alexandrinus e vivis excedit, 163. VI. Ejus obitus ab Euſebio varie conſignatus, *ibid.*
Celerinus pro Chriſto in carcerem miſſus, 250. VIII. Cyprianum poſtea adit, a quo Lector ordinari recuſans, Dei monitu obedire compellitur, *ibid.* XIV.
Cenſorini liber maxime utilis ad Chronologiam Chriſtianam ſtabiliendam & confirmandam, quo anno ſcriptus, 238. II.
Cerdo Epiſcopus Alexandrinus moritur, annuſque mortis ejus aſſignatur, 108. V.

Cerdo. Hæreſiarcha eodem quo Valentinus tempore Romam perrexit, 144. II. Ejus adventus ſub finem Pontificatus Hygini PP. referendus, *ibid.*
Cereales Ludi qua anni parte celebrari ſoliti, 99. VI.
Chriſtiana religio a Ludis ſecularibus abhorrebat, 204. IV.
Chriſtiani ad frumentationem non vocati ſub Marco Aurelio, 161. XI. Error quorumdam circa hanc frumentationem detegitur, *ibid.*
Chronologia Chriſtiana valido argumento probatur, 238. II.
Chronologia Annalium corrupta & quare, 249. III.
Cleander Præfectus Prætorio poſt mortem Perennis ampla pollet auctoritate, 189. II. Quo anno defunctus, *ibid.*
Clemens Pontifex Romanus martyrio coronatur, 100. II. Decretales quinque illi attributæ, ſuſpectæ, *ibid.* III. Clemens non eſt Auctor Conſtitutionum Apoſtolicarum, *ibid.* VIII.
Clerus Romanus ad S. Cyprianum reſcribit & quo tempore, 250. XII.
Clodius Septimius Albinus ſecundum init Conſulatum, 194. I. In Galliis Imperator conſalutatur, 193. V. Cum Nigro bellum geſturus a Severo Aug. Cæſar renuntiatur, *ibid.* Imperium ejus Cæſareum explicatur, 198. IV. Se ipſum Auguſtum nuncupat, *ibid.* III. Ad Lugdunum cum eodem Severo pugnat, interitque, *ibid.* Annus mortis aſſignatur, 197. III. & 198. V.
M. Coccejus Nerva quartum Faſtis dat nomen, 98. I. Moritur, *ibid.* II. Imperii ejus duratio indicatur, *ibid.*
Collegarum imperii numerus, 147. IV. Collegæ imperii Imperatores dicti, *ibid.* V. *& ſeqq.* Cur ita nuncupati, *ibid.* XII.
Columna Traiani quo anno in ejuſdem Imperatoris honorem erecta fuerit, ex ejuſdem inſcriptione innoteſcit, 104. II. & 113. I.
Commodus Marci Aurelii filius, quo anno Cæſar renunciatus, 166. VII. Imperii Cæſarei Quinquennalia exhibet, 170. II. Ejuſdem Imperii Decennalia celebrat, 175. II. Toga virili induitur, *ibid.* III. *& ſeqq.* Tribunitia poteſtate donatur, *ibid.* III. Hujus poteſtatis duplex initium fictitium, *ibid.* V. Proconſulari etiam Imperio extra Urbem donatur, *ibid.* IV. Quo anno & die id factum ſit, oſtenditur, *ibid.* & 176. III. Auguſtus nuncupatur, 176. III. In nummis tamen hoc ejus nomen aliquando omiſſum, 175. VI. Ejuſdem Conſulatus deſignati aliquando in numiſmatibus abſolute expreſſi, *ibid.* VII. Faſtis dat nomen, 177. I. Germanis bellum infert poſtquam Criſpinam uxorem duxit, 178. II. Secundum conſul procedit, 179. I. Cæſarei Imperii Quindecennalia edit, *ibid.* Tertium init Conſulatum, 181. I. Imperii Proconſularis dat Quinquennalia, *ibid.* II. De Germanis triumphat *ibid.* Imperii Cæſarei exhibet Vicennalia, anno tamen uno anticipata, 182. II. Quartum aſſumit Conſulatum, 183. I. Prioris imperii Auguſtei Quinquennalia anno uno dilata celebrat, *ibid.* II. Poſterioris item Quinquennalia exhibet, 184. II. Vota Quinquennalia nummis exprimendi uſum primus inducit, *ibid.* Cur tot Quinquennalia & hujuſmodi ſolemnia ediderit; eorumque aliqua in Nummis expreſſa ſint, alia vero non, oſtenditur, *ibid.* Proconſularis Imperii Decennalia anticipata celebrat, 185. II. Hæc male a quibuſdam ad annum ſuperiorem traducta, *ibid.* Conſul quintum procedit, 186. I. Prioris Auguſtei Imperii Decennalia edit, 186. II. Claſſem Africanam inſti-

tuit, & ad quid, *ibid.* III. Poſterioris Auguſtei Imperii Decennalia dat, nomenque *Pietatis auctoris* aſſumit, 187. II. Imperii Cæſarei Tricennalia edit, 188. II. Sextum Conſul procedit, 190. I. Imperii Proconſularis dat Quindecennalia, *ibid.* II. Septimum gerit Conſulatum, 192. I. Prioris Auguſtei Imperii Quindecennalia anno uno dilata celebrat, *ibid.* II. Nulla niſi ordinate, vota ſuſcepiſſe oſtenditur, *ibid.* II. Falconem & Aarum interficere ſtatuit, *ibid.* Sed propinato ipſi veneno interit, *ibid.* II. & V. Quamdiu vixerit & imperarit, manifeſtatur, *ibid.* V.

Concilia gentilium ſeminaria Perſecutionum in Chriſtianos, 162. VI.

Conſtitutiones Apoſtolorum nomine inſcriptæ non ſunt opus S. Clementis Papæ, 100. VIII.

Conſulares viri juxta ordinem geſti Conſulatus Aſiam & Africam ſortiuntur, 144. I.

Conſulatus iteratus duobus conſequentibus annis, Imperatoribus tantum, aut Cæſaribus permiſſus, 234. I.

Conſulatus honorarii a ſuffectis diverſis, 203. III. Quo anno numerari cæpti, *ibid.*

Conſules a quo & quando XXV. in annum deſignati, 189. II.

Conſules ordinarii quo die deſignati, incertum, 212. II.

Conſules ſuffecti anni initio de more deſignati, 212. II.

CONSULES.

Nerva Aug. IV. & M. Ulpius Traianus Cæſar. II. 98.
C. Soſius Senecio II. & Cornelius Palma, 99.
Traianus Aug. III. & M. Julius Fronto, 100.
Traianus Aug. IV. & Sex. Articulejus Petus, 101.
C. Soſius Senecio III. & L. Licinius Sura II. 102.
Traianus Aug. V. & L. Appius Maximus II. 103.
Sura II. & Marcellus, 104.
T. Julius Candidus II. & A. Julius Quadratus, 105.
L. Ceionius Commodus Verus & L. Futius Cerealis, 106.
C. Soſio Senecio IV. & L. Licinio Sura III. 107.
Ap. Annius Trebonianus Gallus & M. Atilius Metilius Bradua, 108.
A. Cornelius Palma II. & C. Calviſius Tullus II. 109.
Criſpinus Priſcianus & Solenus Orfitus, 110.
C. Calpurnius Piſo & M. Vettius Bolanus, 111.
Traianus Aug. VI. & T. Sextius Africanus, 112.
L. Publius Celſus II. & Clodius Criſpinus, 113.
Q. Ninius Haſta & P. Manilius Vopiſcus, 114.
L. Vipſtanus Meſſalla & M. Vergilianus Pedo, 115.
L. Ælius Lamia & Ælianus Veter, 116.
Quinctius Niger & C. Vipſtanus Apronianus, 117.
Hadrianus Aug. II. & Fuſcus Salinator, 118.
Hadrianus Aug. III. & Ruſticus, 119.
L. Catilius Severus & T. Aurelius Fulvus, 120.
M. Annius Verus II. & L. Augur, 121.
Acilius Aviola & Corellius Panza, 122.
Q. Arrius Pætinus & Ventidius Apronianus, 123.
M. Acilius Glabrio & C. Bellicius Torquatus, 124.
Cornelius Aſiaticus II. & Vettius Aquilinus, 125.
M. Annius Verus III. & L. Varius Ambibulus, 126.
Gallicanus & Titianus, 127.
Torquatus Aſprenas & Annius Libo, 128.
P. Juventius Celſus II. & Q. Julius Balbus, 129.
Q. Fabius Catullinus & M. Flavius Aper, 130.
Ser. Octavius Lænas Pontianus & M. Antonius Rufinus, 131.
Sentius Augurinus & Severianus, 132.
Hiberus & Siſenna, 133.
C. Julius Servianus III. & C. Vibius Varus, 134.
Pontianus & Atilianus, 135.
L. Ceionius Commodus & Sex. Vetulenus Civica Pompeianus, 136.
L. Ælius Cæſar II. & P. Cœlius Balbinus Vibullius, 137.
Camerinus & Magnus, 138.
Antoninus Pius Aug. II. & Bruttius Præſens, 139.
Antoninus Pius Aug. III. & M. Aurelius Cæſar, 140.
M. Peducæo Syloga Priſcinus & T. Hænius Severus, 141.
Cuſpius Rufinus & L. Statius Quadratus, 142.
C. Bellicius Torquatus & Ti. Claudius Atticus Herodes, 143.
Lollianus Avitus & Claudius Maximus, 144.
Antoninus Pius Aug. IV. & M. Aurelius Cæſar II. 145.
Sex. Erucius Clarus II. & Cn. Claudius Severus, 146.
Largus & Meſſalinus, 147.
C. Bellicius Torquatus II. & Julianus, 148.
Ser. Scipio Orfitus & Q. Nonius Priſcus, 149.
Gallicanus & Vetus, 150.
Quintilius Condianus & Quintilius Maximus, 151.
Sex. Acilius Glabrio & C. Valerius Omullus Verianus, 152.
C. Bruttius Præſens & A. Junius Rufinus, 153.
L. Aurelius Commodus & Titus Sextius Lateranus, 154.
C. Julius Severus & M. Rufinus Sabinianus, 155.
M. Ceionius Silvanus & C. Serius Augerinus, 156.
Barbarus & Regulus, 157.
Tertullus & Claudius Sacerdos, 158.
Plautius Quintillus & M. Statius Priſcus, 159.
T. Vibius Barus & Annius Bradua, 160.
M. Ælius Aurelius Verus Cæſar III. & L. Ælius Commodus II. 161.
L. Junius Ruſticus & C. Vettius Aquilinus, 162.
L. Papirius Ælianus & Junius Paſtor, 163.
M. Nonius Macrinus & Celſus, 164.
L. Arrius Pudens & M. Gavius Orfitus, 165.
Servilius Pudens & L. Fufidius Pollio, 166.
L. Aurelius Verus Aug. III. & Quadratus, 167.
L. Vettius Paullus & T. Junius Montanus, 168.
Q. Soſius Priſcus & P. Cœlius Apollinaris, 169.
M. Cornelius Cethegus & C. Erucius Clarus, 170.
L. Septimius Severus II. & L. Alfidius Maxi-

Herennianus, 171.
Maximus & Orfitus, 172.
M. Aurelius Severus II. & T. Claudius Pompeianus, 173.
Gallus & Flaccus, 174.
Piſo & Julianus, 175.
T. Vitraſius Pollio II. & M. Flavius Aper II. 176.
L. Aurelius Commodus Aug. & Quintillus, 177.
Julianus Rufus & Gavius Orfitus, 178.
L. Aurelius Commodus Aug. II. & T. Annius Aurelius Verus II. 179.
L. Fulvius Bruttius Præſens II. & Sex. Quintilius Condianus, 180.
L. Aurelius Commodus Aug. III. & Antiſtius Burrhus II. 181.
Petronius Mamertinus & Trebellius Rufus, 182.
L. Aurelius Commodus Aug. IV. & Victorinus II. 183.
M. Eggius Marullus & Cn. Papirius Ælianus, 184.
Triarius Maternus & M. Atilius Metellus Bradua, 185.
Commodus Aug. V. & M. Acilius Glabrio II. 186.
Criſpinus & Ælianus, 187.
C. Allius Fuſcianus II. & Dullius Silanus II. 188.
Servilius Silanus & Dullius Silanus, 189.
L. Aurelius Commodus Aug. VI. & Petronius Septimianus, 190.
Caſſius Apronianus & Valerius Bradua Mauricus, 191.
L. Aurelius Commodus Aug. VII. & P. Helvius Pertinax II. 192.
Q. Soſius Falco & Julius Erutius Clarus, 193.
L. Septimius Severus Aug. II. & Clodius Septimius Albinus Cæſar II. 194.
Scapula Tertullus & Tineius Clemens, 195.
Cn. Domitius Dexter II. & L. Valerius Meſſalla, 196.
Claudius Lateranus & Titus Ruffinus, 197.
Ti. Saturninus & C. Gallus, 198.
P. Cornelius Anullinus II. & M. Aufidius Fronto, 199.
Ti. Claudius Severus III. & C. Aufidius Victorinus, 200.
L. Annius Fabianus & M. Nonius Mucianus, 201.
L. Septimius Severus Aug. III. & Aurelius Antoninus Caracalla Aug. 202.
L. Fulvius Plautianus & P. Septimius Geta, 203.
Fabius Cilo II. & M. Annius Libo, 204.
M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug. II. & P. Septimius Geta Cæſar, 205.
Nummius Albinus & Fulvius Æmilianus, 206.
Aper & Maximus, 207.
M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug. III. & P. Septimius Geta Cæſar II. 208.
Claudius Pompeianus & Avitus, 209.
M. Acilius Fauſtinus & Triarius Rufinus, 210.
Lollianus Gentianus & Pomponius Baſſus, 211.
Julius Aſper & Julius Aſper, 212.
Antoninus Caracalla Aug. IV. & D. Cœlius Balbinus II. 213.
Silvius Meſſala & Sabinus, 214.
Æmilius Lætus II. & Anicius Cerealis, 215.
C. Atius Sabinus II. & Cornelius Anullinus, 216.
C. Bruttius Præſens & T. Meſſius Extricatus, II. 217.
M. Opelius Macrinus Aug. II. & Adventus II. 218.
M. Aurelius Antoninus Elagabalus Aug. II. & Licinius Sacerdos II. 219.
M Aurelius Antoninus Elagabalus Aug. III. & Eutychianus Comazon II. 220.
Gratus Sabinianus & Claudius Seleucus, 221.
M. Aurelius Antoninus Elagabalus Aug. IV. & M. Aurelius Severus Alexander Cæſar, 222.
L. Marius Maximus II. & L. Roſcius Ælianus, 223.
Julianus II. & Criſpinus, 224.
Fuſcus II. & Dexter, 225.
Alexander Aug. II. & C. Quintilius Marcellus, 226.
M. Nummius Albinus & Maximus, 227.
Manilius Modeſtus & Sergius Calpurnius Probus, 228.
Alexander Aug. III. & Caſſius Dio II. 229.
L. Virius Agricola & Sex. Catius Clementinus, 230.
Pompeianus & Pelignianus, 231.
Lupus & Maximus, 232.
Maximus & Paternus, 233.
Maximus II. & C. Cœlius Urbanus, 234.
Severus & Quinctianus, 235.
C. Julius Verus Maximinus Aug. & Julius Africanus, 236.
L. Ovinius Cornelianus & P. Titius Perpetuus, 237.
An. Pius & Pontianus Proculus, 238.
M. Ant. Gordianus Aug. & M. Acilius Ariola, 239.
Sabinus II. & Venuſtus, 240.
M. Ant. Gordianus Aug. II. & Pompeianus, 241.
C. Vettius Atticus & C. Aſinius Prætextatus, 242.
Arrianus & Papus, 243.
Peregrinus & Fulvius Æmilianus, 244.
M. Julius Philippus Aug. & Fabius Titianus, 245.
Bruttius Præſens & Nummius Albinus, 246.
M. Julius Philippus Aug. II. & M. Julius Philippus Cæſar, 247.
M. Julius Philippus Aug. III. & M. Julius Philippus Aug. II. 248.
Fulvius Æmilianus II. & Vectius Aquilinus, 249.
C. Meſſius Quintus Traianus Decius Aug. II. & Annius Gratus, 250.
C. Traianus Decius Aug. III. & Q. Herennius Etruſcus, Decius Cæſar, 251.
Cornelius Palma fit Conſul, 99. I. Syriæ Præfectus Arabiæ partem in populi Romani ditionem redigit, 105. V. Secundum Conſul procedit, 109. I. Aulum vocari docet inſcriptio Onuphriana, *ibid.*
Cornelius Papa eligitur, 251. XIX. Ordinationis ejus dies annotatur, *ibid.* Unicum tantum Romæ Concilium celebrat, *ibid.* XXV. Confeſſores jam antea lapſos ad pacem Eccleſiæ recipit, *ibid.* XXVII. Annus & dies mortis illius indicantur, 251. XIX.
Criſpina Brutii Præſentis filia, Commodi Aug. uxor, 178. II.
S. Cyprianus fit Epiſcopus Carthaginenſis, 248. II. A Cæcilio Presbytero converſus eſt, *ibid.* III. Jobum imitatus eſt, *ibid.* IV. Non fuit uxoratus, *ibid.* V. Scribit ad Donatum, *ibid.* VII. Scribit librum de Vanitate idolorum, *ibid.* Scribit Opuſculum de habitu virginum, *ibid.* In Deciana perſecutione ſecedit & proſcribitur, 250. V. Deliteſcens ſcribit ad Clerum ſuum de diſciplina & diligentia vice ſua præſtanda, *ibid.* VIII. Epiſtolam de precando Deo ſcribit & quando, *ibid.* X. Ex hujus Epiſtolæ verbis, quanto tempore Decius imperaverit, male colligitur, *ibid.* Quo item tempore de Confeſſoribus ad Clerum Romanum li-

literas miſerit, indicatur, ibid. XI. Epiſtolarum ejus plurium tempus & ordo conſignatur, ibid. X. & ſeqq. In ſolitudine degens, Clericorum ordinationi incumbit, ibid. XIV. Libri de laude Martyrii auctor falſo reputatur, 251. XV. E ſeceſſu prodit, & ſedem ſuam occupat, ibid. XVII. Concilium cogit, ibid. XVIII. Legatos ad Cornelium PP. mittit, ideoque Concilium prorogat, ibid. XXI. Libros de Unitate & Lapſis ad eumdem Pontificem tranſmittit, 252. III. Ad Antonianum Numidiæ Epiſcopum ſcribit, & quo tempore, ibid. V. Ad quæſtionem de Lapſis ſibi propoſitam reſpondet ante primum Carthaginenſe Concilium, ibid. VII. Secundum Concilium Carthaginenſe convocat, ibid. VIII. Perſecutionem imminentem prævidet & fideles ad martyrium accendit, ibid. IX. Libellum de Exhortatione Martyrii ad Fortunatum ſcribit, ibid. XI. Literas communicatorias ad Lucium PP. mittit, ibid. XVI.

D

Dacicum bellum primum a Traiano geſtum, quo anno cœptum ſit, ſtabilitur, 101. VI. Nummis ejuſdem Traiani comprobatur, ibid. VII.
Dacicum bellum poſterius ſub eodem Traiano quo anno inchoatum fuerit indicatur, 103. X. & 105. VI. Quanto item tempore continuatum ſit, aperitur, ibid.
Decebalus apud Dacos regnum obtinens cum Traiano pugnat, 103. VIII. & ſeqq.
Decennalia Imperii Auguſtei, quo auctore, quove anno in nummis, verbis explicitis memorari ſolita, 148. II.
Decennalia Imperii Proconſularis, & ſimilia ſolemnia, quis primus Numiſmatibus inſculpi juſſerit, 156. II.
Decius Conſulatum tantum ſuffectum ſub Philippo Auguſto gerit, non vero poſt Philippi mortem, 250. II. & 251. XXXII. Quo anno & menſe Imperium capeſſierit, indicatur, 249. V. & ſeqq. Conſul ſecundum procedit, 250. I. Perſecutionem in Chriſtianos edicit, ibid. IV. Tertium init Conſulatum, 251. I. In Gothos non in Perſas movet, ibid. IX. Ab illis circumſectus cum filio perit, ibid. XXIX. Quanto tempore imperaverit, annotatur, ibid. XXX. Errores contrarii in medium adducuntur & evertuntur, ibid. XXXI.
Decius Decii Aug. filius ex Etruſcilla genitus Cæſarea dignitate & Tribunitia poteſtate decoratur, 251. XXIX. Faſtis dat nomen, ibid. I. Auguſtus a patre renuntiatur cum ad bellum Gothicum proficiſcitur, ibid. XXIX. Cum eodem interit, ibid. XXX.
Demetrius Epiſcopus Alexandrinus, quo anno ſedere cœperit, & quamdiu ſedem tenuerit, aſſignatur, 188. III. Quando mortuus ſit oſtenditur, 232. II. Primus in Ægypto Epiſcopos non ordinavit, ibid. III.
Dradumenianus, Macrini filius Cæſar & poſtea Auguſtus a Patre dicitur, Conſulque ſuffectus deſignatur, 217. V. & 218. VIII.
Didius Julianus, Pertinacis in Imperio ſucceſſor paucis diebus imperat, 193. V. Occiditur, ibid.
Dio Caſſius Faſtis dat nomen, 229. I. A militibus criminis inſimulatus, ad Alexandrum Aug. in Campaniam pergit, & ab eo ſecundum Conſul deſignatur, ibid. X. Se in hujus Imperatoris rebus minime edoctum profitetur, ibid. XII.
Dionyſii Areopagitæ opera in magna diſceptatione inter Eruditos poſita, & alteri Dionyſio Juniori a multis attributa, 107. VIII.
Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus, Heraclæ ſucceſſor Origeni favet, 246. III. & ſeqq.
Divi nomen non raro in Inſcriptionibus Nummiſque neglectum, 147. II.
Dogmata quædam, dum diſciplina arcani vigeret, occultata; quædam vero publicata, 118. VII.
Druſiani, ſeu Lugdunenſes Ludi, a quo & in cujus honorem inſtituti, 177. V. & ſeqq. Pentaeterici non fuere, ſed quotannis editi, ibid. VI.

E

Eccleſia ſub Severo Aug. uſque ad hujus Imperatoris annum decimum non vexata, 198. X. & 199. III.
Elagabalus, ſeu Heliogabalus Aug. poſt Macrinum imperat, nomenque ſuum in Macrini locum inſerit, 218. III. & ſeqq. Quo die imperium arripuerit, ibid. V. Fingit ſe eſſe filium Caracallæ, ibid. VI. A quo anno ſuos deſumpſerit, ibid. X. A quo Elagabali nomen deductum, ibid. XI. Conſul ſecundum procedit, 219. I. Tertium init Conſulatum ſed ſine regula, 220. I. Alexandrum Conſobrinum Cæſarem dicit, 221. II. Hujus nuncupationis paulo poſt pœnitet & quare, ibid. Quarto dat faſtis nomen, 222. I. Antequam imperii Quinquennalia celebrare poſſit, tumultu militari occiditur, ibid. II. Imperii & vitæ curſus expenduntur, ibid.
Elceſaitæ hæretici a quo ſic dicti, 247. XII. Ab Origene ſuperantur, ibid. Ab Eſſæis diverſi, ibid.
Eleutherus Papa poſt Soterem regit Eccleſiam, 177. XI. E vivis excedit, 185. III. & 192. III. Dies ordinationis & mortis, duratio itidem ſedis annotantur, 192. III. Unica ejus Epiſtola decretalis ad Galliæ Epiſcopos directa, ſuppoſitionis notatur, ibid.
Encratitæ hæretici a Tatiano ducunt originem, 172. III.
Epiſcopi Papæ etiam nomine inſigniti, 163. IV.
Epiſtolæ Decretales veterum Pontificum Romanorum, ut legitimæ & genuinæ per Eccleſiam ſparſæ, & a quo ſic divulgatæ, 100. IV. Ab Hæreticis primum præſertim VViclefo impugnatæ, ibid. V. A Catholicis ſuppoſitionis accuſatæ, ibid. Quibus fundamentis innixi Catholici ſic ſenſerint, explicatur, ibid. VI. Auctor earum incertus, ibid. VII.
Epocha ab excidio Jeroſolymitano deſumta Baronii Chronologiam minime confirmat, 147. XVII.
Era Amiſenorum triplex, 137. IV. & ſeqq.
Etruſcillam Herenniam, non autem Herenniam Salluſtiam, neque Saluſtiam Barbiam Orbianam, uxorem Decii Aug. fuiſſe, Nummis comprobatur, 251. XXIX.
Evariſtus Pontifex Romanus ad ſuperos tranſit, 108. IV. & 119. II. Quot annis ſederit, aſſignatur, 119. II. Decretales duæ ipſius nomine inſcriptæ ſuppoſititiæ, ibid. III.
Extorres apud S. Cyprianum quare ſic appellati, 250. IX.

F

FAbianus Antero ſuccedit in Pontificatum Romanæ Eccleſiæ, 236. IV. Sub Decio Martyrii palmam obtinet, 250. VII. & 251. III. Quo die mortuus fuerit, & quamdiu ſederit, indicatur, *ibid.* Vacantis poſt ipſum ſedis diuturnitas, ſtabilitur, *ibid.*

Fauſtina Senior Antonini Pii uxor, 139. III. Moritur, 140. II. Mortis annus ex numiſmatibus certus redditur, *ibid.*

Fauſtina Junior Marci Aurelii uxor, 139. III.

Fauſtinus & Jovita ubi & quo anno martyrium fecerint, 120. III. & 134. II.

Feliciſſimus Cypriano ſemper infenſus, ipſo Cypriano inſcio Diaconus ordinatur, 259. XIV. Idem eſt qui ſedi Cypriani jam fuerat adverſatus & ſchiſmatis auctor extiterat, *ibid.* XVI. Cum ſociis a Cypriani Vicariis excommunicatur, *ibid.* XVII. Hujus excommunicationis cauſa adducitur, *ibid.* Iterum a Concilio Carthaginenſi communione privatur, 251. XXII.

S. Felicitas alio, quo paſſa die colitur, 198. V. Carthagine non Tuburbi martyrium facit, *ibid.* & 203. V.

Formæ tres in imperio Romano adminiſtrando adhibitæ, & uniuſcujuſque duratio explicatur, 161. V.

Forum Traiani in hujus Imperatoris Quinquennalibus dedicatum, 105. III. & 112. II.

Furius Celſus, Alexandri Imp. Legatus in Mauritania Tingitana bellum feliciter gerit, 229. XV.

G

GAllus poſt Decii interitum Auguſtus creatur, 251. XXXIII. Ab Hoſtiliano & Perpenna diverſus eſt, *ibid.* XXXIV.

Gentiles diverſis in locis conventus agunt, 162. VI. Quid in ipſis agerent, explicatur, *ibid.*

Germanicum bellum ſub Marco Aurelio & filio Commodo Augg. male a ſuo loco diſtractum, 178. II. Quo anno geſtum fuerit, exhibetur, *ibid.*

Germanicum bellum primum ſub Alexandro Auguſto fervente Perſico actum, 229. XV. & 230. IV.

Geta Severi Aug. minor natu filius, quo anno Cæſar renuntiatus, 195. III. & 198. VI. Primus inter Cæſares dictus eſt Imperator, 198. VI. Togam virilem aſſumit ſimulque imperii Cæſarei Quinquennalia exhibet, 203. II. Cum patre Severo & fratre Caracalla triumphat, *ibid.* IV. Conſulatum aſſumit, 205. I. Secundo Conſul procedit, 208. II. Quo anno Auguſtus nuncupatus fuerit, *ibid.* II. *& ſeqq.* Imperii Cæſarei Decennalia edit, *ibid.* III. A Caracalla fratre occiditur, 212. II. Quo die hæc mors evenerit, indicatur, *ibid.*

Gordiani tam ſenior, quam junior Imperatores in Africa renuntiantur, 236. V. Quo anno facta hæc nuncupatio, *ibid.* VI. VIII. & 237. II. Eclipſis quæ in eorum promotionem accidit, memoratur, 236. VI. Occiduntur, *ibid.* VII. Imperii eorum duratio aſſignatur, *ibid.* VI. *& ſeqq.* *Antonii* non *Antonini* nomen utrumque tuliſſe Nummi docent, *ibid.* VII.

Gordianus III. Gordiani ſenioris ex filia Nepos Cæſar deſignatur, 237. II. & 238. IV. Auguſtus dicitur, 238. VIII. At nonniſi poſt Balbini & Pupieni necem Auguſti titulum reportaſſe ſit manifeſtum, *ibid.* VIII. *& ſeqq.* Eclipſis viſa poſt hujus nuncupationem, Imperii ejuſdem brevitatis nota, *ibid.* X. Faſtis dat nomen & qua de cauſa, 239. I. Secundum Conſul procedit 241. I. Imperii Cæſarei Quinquennalia edit, *ibid.* II. Auguſtei Quinquennalia celebrat, 243. II. Juſſu Philippi Aug. occiditur, 244. II. Quot annis imperaverit, & quo die mortuus fuerit, Numiſmata demonſtrant & Leges ab eo emiſſæ, *ibid.*

H

HAdrianus in gratiam Traiani ab Athenienſibus Archontes creatur, 105. II. Adoptatur a Traiano Conſulque dicitur, 117. IV. Quo anno imperare cœperit, aperitur, *ibid.* VII. Initio Imperii ſui, ut & alii, Imperator dictus, *ibid.* XI. Conſul ſecundum procedit, & qua de cauſa, 118. I. Primo Romam venit, *ibid.* II. Ejus liberalitas, *ibid.* III. Tertium init Conſulatum & qua occaſione, 119. I. Dum hunc gerit in Palæſtinam & Ægyptum pergit, *ibid.* IV. Adverſus Sauromatas bellum inſtituit, 120. II. Hadrianopolim condit, *ibid.* Quinquennalia exhibet, 121. II. Natale Urbis celebrat, Templum Fortunæ extruit, diem antea *Parilia* dictum, Urbis natalem cognominari jubet, Circumque condit, quem tribus obeliſcis exornat, *ibid.* Poſt Quinquennalia profectionem per Imperium inſtituit, 120. II. & 121. III. Quas regiones peragraverit, & quid in iis egerit, enuntiatur, 121. IV. Poſt Hiſpaniam perluſtratam, Athenas & in Ægyptum tendit, Antinoumque urbem excitat, 122. III. Non tamen colonias eodem anno in Lybiam deducit, *ibid.* II. Aſiam luſtrat, 123. II. Per Aſiam & Inſulas ad Achaiam navigat, 124. II. Sacris Eleuſinæ initiatus, Athenienſibus multa largitur, *ibid.* Hanc initiationem recte conſignatam eſſe, oſtenditur, *ibid.* In Siciliam pergit, indeque Romam, 125. II. Decennalia Imperii celebrat, 126. II. Multa horum ſolemnium indicia afferuntur, *ibid.* II. *& ſeqq.* Perſecutioni jam antea in Chriſtianos indictæ Decennaliorum occaſione finem imponit, *ibid.* III. Tertio Romam redit, indeque in Africam tranſit, *ibid.* V. Quarto Urbem ingreditur, & ſtatim Orientem verſus tendit, 127. II. Quæ in hac profectione egerit, narrantur, *ibid.* Aram ſibi adſtruit, *ibid.* Syriam iterum & Ægyptum perluſtraſſe, nummis redditur manifeſtum, 128. II. Phœniciam a Syria dividit, *ibid.* III. Arabiam de novo, Ægyptumque peragrat, hujuſque itineris adducuntur teſtimonia, 129. II. Pompeii tumulum magnificentius extruit, *ibid.* Quindecennalia edit, 131. I. Jeroſolymam inſtaurat, ibique Jovi Capitolino Templum dedicat, 132. III. & VI. & 119. IV. Quando hæc facta ſint, aperitur, *ibid.* & 132. V. Etſi nova in Chriſtianos Edicta non emiſerit, ſub ipſo tamen Chriſtiani vexati, 134. III. Templa Chriſto ædificare nequidem cogitat, *ibid.* IV. Undenam opinio contraria originem ſumſerit, *ibid.* Quo anno Romam ultimo adventarit Traianus, inquiritur, *ibid.* V. & 136. II. Vicennalia exhibet, & horum occaſione L. Ceionium Commodum Cæſarem dicit & adoptat, Jeroſolymam Æliam vocat & perſecutionem in fideles continuat, 136. II. *& ſeqq.* Commodo extincto, Antoninum Pium adoptat, Cæſarem nuncupat, & Imperio Proconſulari exornat, 138. II. Moritur, *ibid.* III. Quot annis vixerit & regnavit, quare die mortuus fuerit, oſtenditur, *ibid.*

Helvius Pertinax, non Ælius, Præfecti ſolum Urbi munere fungitur, 193. II. Ad imperium evehitur, *ibid.* Primus inter Imperatores

tores, qui ſimul cum imperio honorificas omnes appellationes ſuſceperit, *ibid.* IV. Quanto tempore vixerit & regnarit, quave die interfectus fuerit, enuntiatur, *ibid.* II.
Heraclas Demetrio Alexandrino Epiſcopo ſuccedit & quo anno, 232. II. Origenem de Eccleſia pellit, fugatque de civitate Alexandrina, 246. III. Mortis ejus annus indicatur, *ibid.* V.
Hermogenes Hæreticus in Africa non docuit, 168. V.
Hiemis initium juxta Hiſtoricos Græcos aſſignatur, 169. V.
S. Hieronymi apparens contradictio de LXX. Interpretum verſione explicatur, 229. VI. Hieronymus Origenem immerito reprehendit, 229. VII. *& ſeq.*
Hieroſolyma. *Vide*, Jeroſolyma.
Hippolyti Canon Paſchalis ad Chronologiam ſtabiliendam & confirmandam admodum utilis, 222. III.
Hoſtilianus poſt Decii interitum Auguſtus creatur, 251. XXXIII. A Gallo diverſus eſt, *ibid.* XXXIV. Item a Perpenna, *ibid.* XXXIII. & XXXV.
Hyginus Papa Teleſphoro ſuccedit, 137. XI. Moritur, 141. II. & 156. III. De anno ejus mortis controvertitur, 156. III. Quando tamen e vita migraverit, quantoque tempore ſederit, ſtabilitur, *ibid.* Decretales duæ quæ ſub hujus Pontificis nomine circumferuntur, ſuppoſitionis ſuſpectæ, *ibid.* IV.

I

IGnatius Epiſcopus Antiochenus ſub quo & ubi paſſus, 107. *& ſeq.* Quo autem anno, a pluribus in dubium vertitur, ſed hoc martyrium anno Chriſti CXVI. accidiſſe demonſtratur, *ibid.* III. & V. Hujus ſancti Martyris Epiſtolæ ab Euſebio laudatæ diu in controverſiam vocatæ, in præſens ut legitimæ acceptantur, *ibid.* VII.
Imperatores Tribunitiam poteſtatem a die ſuſcepti imperii inchoabant, 103. VI. Nummi in contrarium explicantur, *ibid.* VII.
Imperatores omnes ante Conſtantinum M. fuerunt Ethnici, 244. V.
Imperatores, ſi in Quinquennalibus &c. Conſulatum non ineunt, in propinquos, vel viros Conſulares illum transferunt, 126. II.
Imperatores filios prius Conſules, quam Cæſares, aut Auguſtos deſignant, 176. III.
Imperatores Commodi Aug. exemplo, tot Quinquennalia &c. exhibent, quot modis ad Imperium ſunt vocati, 184. II.
Imperatores initio imperii ſemel tantum Conſulatum capeſſere ſoliti, 250. II.
Imperatoris titulus, ſi Imperatorum præponatur nomini, diverſum quid ſignificat a ſe ipſo, ſi dicto nomini poſtponatur, 98. IV. Præpoſitus non multiplicatur; poſtpoſitus vero multiplicatur, uti multiplicantur victoriæ ab Imperatoribus reportatæ, *ibid.* Quibus inter Cæſares fuerit conceſſus vel negatus iſte titulus, exhibetur, *ibid.* Auguſtis & Imperii Collegis datus, 117. XII. Sententiæ diverſæ de hoc titulo afferuntur, *ibid.* VIII. *& ſeqq.* Sed refelluntur, *ibid.* XII. Initio imperii multiplicari non erat ſolitus, *ibid.* XV.
Imperatorum uxores quibus annis, quave occaſione Auguſtæ renuntiatæ ſint, oſtenditur, 126. II.
Interpontificia quorumdam Pontificum definire qua de cauſa multum difficile ſit, 130. III.
Jovis Olympii ædes ab Hadriano apud Athenienſes ædificatur, 127. II.
Jotapianus in Oriente tyrannidem arripit, 248. X.
Irenæus quo anno Opera ſua publicarit, 182. III.
Judæi quo anno & quo Duce ſub Traiano rebellarint, 114. II. Contra Antoninum Pium inſurgunt, & qua de cauſa, 139. IV. Quo anno ab eodem compreſſi, *ibid.*
Judaicum bellum ſub Hadriano quando inchoatum, 128. IV. Unde ejus origo repetenda, 132. IV. Initium illius a Baronio recte conſignatum, *ibid.* III. Quo anno deſierit, 135. II.
Julia Domna, ſecunda Severi Aug. uxor, Caracallæ mater non noverca, 212. III.
Julius Africanus ad Heliogabalum pro reædificatione Nicopolis petenda, legatione fungitur, 220. II. Opus ſuum quando nam abſolverit, ipſe indicat, *ibid.*
Juſtinus martyr Apologias duas pro Chriſtianis elucubrat, 148. III. An utraque extet, a Viris doctis in dubium revocatur, *ibid.* Quibus Imperatoribus eas obtulerit, inter ipſos non convenit, *ibid.* IV. Harum priorem Antonini Pii initio ſcriptam fuiſſe Auctor putat, *ibid.* V. Opinionis contrariæ fundamentum evertitur, *ibid.* VI. Juſtinus paulopoſt ſcribit Dialogum cum Tryphone Judæo, *De Veritate Chriſtiana Religionis*, *ibid.* VII. Juſtini poſteriorem Apologiam Marco Aurelio non Antonino Pio porrectam fuiſſe, aſſeritur, 162. II. Variæ Auctorum circa illud afferuntur ſententiæ & refelluntur, *ibid.* II. *& ſeqq.* Quem effectum hæc habuerit, incertum, *ibid.* V. Sub quo Imperatore Sanctus Juſtinus martyrium fecerit, & quo anno, declaratur, 162. IV. & 163. III.

K

KAlendarum quintus dies Auguſtorum & Imperii Collegarum nuncupationi de more deſtinatus, 176. III.

L

LÆti Præfecti Prætorio opera Pertinax ad Imperium evectus, 193. II.
Legio Fulminatrix ſub Marco Aurelio pluviam ad ſitim exercitus ſedandam mirabiliter impetrat, 174. II. Non propterea Fulminatricis nomine donata, *ibid.*
Leonides Origenis pater quo anno & die martyrium pro Chriſto ſubierit, 102. V.
Licinius Valerianus. *Vide*, Valerianus Senior.
Lucilla Marci Aurelii filia, Lucio Vero in Matrimonium traditur, 163. V. Nuptiarum annus non parum lucis chronologiæ affundit, *ibid.*
Lucius Verus. *Vide*, L. Aurelius Commodus.
Lucius Britannorum Rex ad Chriſtum convertitur, & Legatos ad Eleutherum Papam mittit, 181. III. Sub quo Imperatore, quibuſve Conſulibus hæc evenerint, indicatur, *ibid.*
Ludi Seculares. *Vide*, Seculares Ludi.
Lues magna ſub Marco Aurelio & Lucio Vero multas Romani Imperii Provincias, ipſamque Romam vexat, 167. VI. Quamdiu hæc duraverit, quotieſque ſævierit, indicatur, 168. III.
Lues quæ univerſam Italiam Commodo imperante vaſtavit, ad quem annum ſpectet, enuntiatur, 187. V.
Lugdunenſis Eccleſiæ Perſecutio quandonam excitata, aperitur, 177. IV.

Ma-

M

Macrinus Præfectus Prætorio, occiſo Caracalla, purpuram ſumit, 217. III. & V. Diadumenianum filium Cæſarem & poſtea Auguſtum renuntiat, 217. V. & 218. VIII. Eum Conſulem ſuffectum deſignat, 217. V. Conſul ipſe primum ſuffectus, *ibid.* Secundum init Conſulatum, 218. I. Antiochia Apameam pergit, *ibid.* VII. Militibus contra ipſum rebellantibus in prælio vincitur, *ibid.* III. & IX. Quo die hæc pugna habita, oſtenditur, *ibid.* Ab Heliogabali ſatellitibus non multo poſt occiditur, *ibid.* Nomen ejus poſt mortem e faſtis eraſum, 218. I. & IV.

Magdeburgenſium error circa legationem a Lucio Britanniæ Rege ad Eleutherum PP. miſſam detegitur, 181. III.

Mammæa Alexandri Auguſti mater hunc in Orientem contra Perſas moventem comitatur, 229. XVI. Origenem audire cupida eum Antiochiam vocat, *ibid.*

Marcio Hæreſiarcha ab Eccleſia propter inceſtum pulſus poſt Hygini Papæ mortem Romam tendit, 144. III. Antequam Romam veniat, hæreſin ſuam per Aſiam diſſeminat, *ibid.* Diverſa hujus hæreſeos initia diverſi Auctores conſtituunt, *ibid.*

Marcomannicum bellum ſub M. Aurelio quo anno inchoatum, 169. VI.

Marcus Aufidius Perpenna. *Vide* Perpenna.

Marcus Aurelius cognomento Philoſophus ex præcepto Hadriani adoptatur, 138. II. Quibus anno & die hæc adoptio facta, *ibid.* Conſul deſignatur, Cæſariſque appellatione donatur, 139. II. Conſul procedit, 140. I. Secundo faſtis nomen dat, 145. I. Imperii Cæſarei Quinquennalia edit, *ibid.* II. Horum Quinquennalium indicia in medium proferuntur, *ibid.* Proconſulari imperio ab Antonino Pio decoratur, 147. II. Collega etiam imperii dicitur, *ibid.* III. & XVI. Ante imperium Auguſteum Imperator vulgo dictus fuit, *ibid.* VII. In Nummis ſine prænomine Imp. exprimitur & quare, *ibid.* XIV. & *ſeq.* Imperii Cæſarei Decennalia exhibet, 149. II. Item & Proconſularis Quinquennalia, 151. II. Pro cohibenda perſecutione ſcribit, 148. VIII. & 152. IV. De hoc tamen inter Auctores minime convenit, *ibid.* Error Euſebii circa illud, *ibid.* Detegitur, 152. V. Cauſa erroris inveſtigatur, *ibid.* VI. Quindecennalia imperii Cæſarei celebrat, 154. II. Conſul tertium Proconſularis imperii edit Quindecennalia, 161. I. L. Ælium Commodum in imperii conſortium aſſumit, ſimulque Cæſarem & Auguſtum novo exemplo renuntiat, *ibid.* IV. Antoninus Pius aliquando vocatus, 162. III. & 174. II. Hujus nominis inſcitia multos in errorem compellit, *ibid.* Marcus quinta imperii Cæſarei Quinquennalia edit, eorumque occaſione perſecutionem auget, 163. II. Lucillam filiam Lucio Vero nupturam Brunduſium uſque deducit, 163. V. Proconſularis imperii dat Vicennalia, 165. II. Auguſtei Quinquennalia celebrat, 166. II. Quo anno cum Lucio Vero de Parthis triumphaverit, ſtabilitur, *ibid.* VI. & *ſeq.* Ejus filii Cæſares dicuntur, *ibid.* VII. Imperii Cæſarei Tricennalia edit, 168. II. In varios Septentrionis populos bellum gerit, *ibid.* IV. & 169. III. In Pannonas movet, 169. IV. Quinta imperii Proconſularis agit Quinquennalia, & iſtorum ſolennium occaſione dat congiarium, 169. II. Marcomannis bellum infert, *ibid.* VI. Imperii Auguſtei exhibet Decennalia, 171. II. Septima Cæſarei Quinquennalia celebrat, 172. II. Proconſularis Tricennalia, 173. II. Pluviam e cœlis mirabiliter obtinuiſſe, falſo creditum, 174. II. Nullum edictum in favorem Chriſtianorum emittit, aut ſi emittit, iſti ex eo nullum percipiunt fructum, *ibid.* Octava imperii Cæſarei Quinquennalia exhibuiſſe, eſt probabile, 175. II. Auguſtei Quindecennalia celebrat, 176. II. Germanis, Sarmatiſque debellatis, pacem in imperio ſancit, *ibid.* IV. Proconſularis imperii ſeptima agit Quinquennalia, 177. II. Horum occaſione perſecutionem in Galliis excitat, *ibid.* III. Moritur, 180. II. Annus & dies tam natalis, quam emortualis aſſignantur, tempuſque imperii deſignatur, *ibid.* Filii ejus & filiæ recenſentur, 166. VII. & 180. III. & *ſeq.*

Marinus a Myſorum & Pannoniarum legionibus Imperator ſalutatus, tyrannidem arripit, 248. X.

Martia prior Severi Auguſti uxor, 212. III.

S. Martina virgo Romana martyrio coronatur, 226. III.

Martyres quamplurimi in perſecutione a M. Aurelio per Gallias excitata paſſi, 177. III.

Martyres Lugdunenſes occiſi dum Ludi Druſiani eduntur, 177. V. Quo anno id evenerit, ſtabilitur, *ibid.* VI. Quo die, & quo loco paſſi ſint, annotatur, *ibid.* VII.

Martyres ſub Traiano, quo anno in Oriente martyrium ſubierint, declaratur, 106. III.

Maternus poſt Gallias Hiſpaniaſque turbatas, & inſidias Commodo Auguſto paratas capite mulctatur, 190. III. Quo anno & qua anni tempeſtate id factum fuerit, indicatur, *ibid.*

Matris Deum apud Romanos feſtus dies qua anni parte celebratus, 190. III.

Mauritanicum bellum ſub M. Aurelio & L. Vero quo anno geſtum, 169. VI.

Maximinus Auguſtus quo anno & tempore Alexandro ſucceſſerit, 238. IV. Germanis bellum infert, iiſque victis, titulum Germanici reportat, 235. VII. Filium Maximum Cæſarem appellat, *ibid.* VIII. Chriſtianos inſequitur, *ibid.* III. Faſtis dat nomen, 236. I. Ejus Legati a Senatu repulſi, *ibid.* VI. Aquileiam obſidet, 238. III. Simul cum filio a militibus obtruncatur, *ibid.* III. & *ſeq.* Quo anno & & menſe hæc mors acciderit, annotatur, *ibid.* IV. Imperii ejus duratio aſſignatur, *ibid.*

Maximus Maximini Auguſti filius Cæſar creatur, 235. VIII. Titulus Imperatoris ipſi ab Auctoribus datus, nonniſi Cæſaream dignitatem ſignificat, *ibid.* Cum patre Germanici nomen obtinet, *ibid.* Cum eodem ad Aquileiam a militibus interimitur, 238. III. & *ſeq.*

Melito Sardicenſis Epiſcopus Apologiam pro Chriſtianis Mirco Aurelio Antonino porrigit, 170. I.

Moyſes inſignis Eccleſiæ Romanæ Presbyter, cum aliis in careerem ſub Decio conjicitur, 250. VIII. Mortis illius annum a quibuſdam perperam eſſe conſignatum, demonſtratur, 251. XIV. & *ſeqq.*

N

Neocori iidem ac æditui, qui Templa & res ſacras curant, 201. IV.

Nerva Auguſtus. *Vide*, Cocceius Nerva.

Nicopolis quo anno reædificata, 220. II.

Niſibis inter alias urbes multas, a Severo Auguſto capta, 195. II.

Novatianus Cornelii Papæ ordinationem tamquam illegitimam abrogare conatur, 251. XX. A tribus Epiſcopis ſe ordinari procurat, *ibid.* Factione Novati, non manu, hæc ordinatio fa-

facta, *ibid.* & 250. XV. Novatianus a Concilio Romano ſub eodem Cornelio habito excommunicatur, 251. XXVI.
Novatus, a quo Feliciſſimus, inſcio Cypriano, Diaconus conſtitutus dicitur, non fuit Epiſcopus, 250. XV. Quomodo quod ipſum ordinaverit, ſit intelligendum, indicatur, *ibid.*
Nummi antiquos Imperatorum titulos, novis non memoratis ſæpius exhibent, 105. II.
Nummi unius Imperatoris non raro in poſtica alterius titulos præferunt, 249. II.
Nummi tres Traiani Conſulatu notati, vel ſuſpecti, vel explicatu difficiles, examinantur, 103. IV. & *ſeq.*

O

ONeſimus Pauli diſcipulus eodem circiter tempore, quo Sanctus Ignatius martyrium facit, 108. IV.
Optatus Carthaginenſis Epiſcopus & Agrippini ſucceſſor ex actis SS. Perpetuæ & Felicitatis demonſtratur, 198. V.
Origenes corpus ſuum evirat, 206. II. An ferro vel medicamentis id fecerit, incertum, *ibid.* Zephyrino ſedente Romam venit, ſed quo anno incompertum, 215. III. Duplex ejus iter in Palæſtinam minus recte ab aliquibus confunditur, *ibid.* Annus ejus natalis aſſignatur, 201. VI. Origenes adverſus hæreticos pugnat & quando, 228. VII. Vulgatam LXXI. Interpretum editionem mendis purgavit, 229. V. Ejus tamen editio pura non erat, *ibid.* VI. Origenes a divo Hieronymo merito reprehenſus, *ibid.* VII. & *ſeq.* Antiochiam a Mammæa vocatur, *ibid.* XVI. Ammonium audit, 232. IV. Scribit contra Celſum, 241. III. Origenis litteræ ad Philippum Imp. non probant hunc fuiſſe Chriſtianum, 244. VII. Origenes diverſus ab alio ejuſdem nominis, 246. II. Romam veniſſe Origenem ſedente Fabiano, falſum, *ibid.* VI. Origenes Hæreticos Elceſaitas dictos ſuperat, 247. XII. In perſecutione labitur, 251. VI. Rationes in contrarium adductæ ſolvuntur, *ibid.* VII. Lapſus tempus indicatur, *ibid.* VIII. Ubi nam & quando mortuus fuerit, oſtenditur, 202. VI.

P

PAchon Vox Græca, male in Inſcriptione a Baronio lecta, 146. I.
Papæ etymologia & uſus indicatur, 163. IV. Papæ nomen quibus antiquitus tribui ſoleret, oſtenditur, *ibid.*
Papias an magno ingenio præditus fuerit, examinatur, 116. III. An ejus nomen Martyrologiis inſcriptum, *ibid.* IV. An Joannis Apoſtoli, vel alterius Joannis Presbyteri auditor fuerit, inquiritur, *ibid.* V.
Parthici belli ſub Lucio Vero geſti initium conſignatur, 161. X. Quamdiu duraverit, declaratur, 166. III.
Parthicum bellum quandonam a Traiano Imp. ſuſceptum, 105. II. & 111. III.
Parthorum regnum quo anno deſtructum, & ad Perſas tranſlatum, 226. IV.
Paternus Marci Aurelii Legatus adverſus Barbaros miſſus illos cædit, 179. II.
Pax viget in Imperio Romano poſt bellum Mauritanium a Marco Aurelio & Lucio Vero confectum, 166. VIII. Eam horum Imperatorum numiſmata demonſtrant, *ibid.* Sancitur denuo poſt Germanos, Sarmataſque a Marco Aurelio & filio Commodo devictos, 176. IV.
Peregrinus Cynicus Philoſophus cognomento Proteus ſeſe in rogum immittit, 165. VI.
Perennius Prætorii Præfectus ſub Commodo Auguſto, quo anno occiſus fuerit, indicatur, 187. III.
Perinthii propter beneficia ſibi collata Caracallæ Judaicum triumphum celebrant, Ludoſque in honorem Severi & Caracallæ decernunt, 201. IV.
Perpenna diverſus ab Hoſtiliano 251. XXXIV. & *ſeqq.* In duos non diſtinguendus, *ibid.* XXXV. Tyrannus non Auguſtus a Senatu creatus eſt, *ibid.* XXXIV. In Galliis regnavit, *ibid.* XXXVI.
Perpetua & Felicitas alio, quam quo paſſæ die coluntur, 198. V. Carthagine non Suburbi martyrium faciunt, *ibid.* & 203. V.
Perſarum regni inſtitutio quo anno facta, 226. IV.
Perſecutio ſub Traiano, anno quo hic Imperator Imperii Proconſularis Decennalia exhibuit, aucta, 107. II. & 111. IV.
Perſecutio ſub M. Aurelio graviſſima & quare, 161. VI. Hujus initium & augmentum aſſignantur, 163. II. & 167. III. Varias Romani imperii provincias vexat, 177. III. Quando in Gallias eruperit, annotatur, *ibid.* Euſebii ſententia circa eamdem defenditur, *ibid.* III. & *ſeq.*
Perſecutio ſub Severo & Caracalla ab hujus Quinquennalibus male inchoata, 201. II. Ejus initium anno decimo Severi certo conjungendum, 202. II. Longiſſima fuit, 201. VIII. & 207. III. Simulque cruentiſſima, 202. II. & *ſeqq.* Alexandriæ præſertim, 202. IV. Sub Severi Quindecennalibus augetur, 207. III.
Perſecutio ſub Maximino localis tantum fuit non univerſalis, 235. III. Per tres circiter annos duravit, *ibid.* IV. In Sacerdotes ſolum & Clericos decreta, *ibid.*
Perſecutio Alexandriæ ſub Philippis Auguſtis orta, a motu populari originem habuit, 248. VIII. Decianam anteceſſit, ideoque cum ea non confundenda, *ibid.* Quo anno mota, & quantum temporis graſſata fuerit, oſtenditur, *ibid.* & 249. IV. Qua occaſione finem acceperit, declaratur, 248. IX.
Perſecutio a Decio Aug. indicitur, 250. IV. Quo anno inchoata & continuata, 251. IV. Huic plures ſuccumbunt, 250. VI. Romæ & in Africa ſævit, ſed hic multo minus, *ibid.* VII. & *ſeqq.* Sedatur in Africa & quare, *ibid.* XIII. Extincto Decio ubique finem accipit, 251. XXVIII.
Perſicum bellum ſub Alexandro Imperatore perperam a quibuſdam conſignatum, 229. X. & *ſeqq.* Quandonam inchoatum, 228. V. & 229. XIV. Alexandro Imp. parum fauſtum, 229. XIII. Ante aliud quodcumque ab hoc Imperatore ſuſceptum, 228. VI.
Pertinax. *Vide*, Helvius Pertinax.
Peſcennius Niger Imperator in Oriente appellatur, 193. V. A Severo Auguſto vincitur, & interimitur, 194. II.
Peſtilentia. *Vide*, Lues.
Phœnicia a Syria dividitur, 128. III.
Philippus ſenior Aug. Arabs Præfectus Prætorio, Gordiano III. inſidias parat, 224. II. Quaſi tutor a militibus Gordiano impoſitus cum ipſo tenet imperium, *ibid.* Gordianum occidi jubet, *ibid.* Statim ab imperio aſſumpto Philippum filium Cæſarem dicit, & Tribunitia poteſtate exornat, *ibid.* III. Quo anno Romam venerit, indicatur, 245. II. Faſtis dat nomen, *ibid.* I. Iterum Conſul procedit, 247. I. Philippum Auguſtum dicit, *ibid.* II. Ob eam nuncupationem populo dat con-

congiarium, *ibid.* III. Ludos ſeculares nonos & omnium poſtremos exhibet, *ibid.* V. *& ſeqq.* Eoſque magnificentiſſimos, *ibid.* X. Ter Conſul fuit, 249. II. Inchoato ſexto imperii anno occiditur, *ibid.* V. & 251. II. Et hoc circa menſem Julium, 249. V. *& ſeqq.* Philippus non fuit Chriſtianus, 244. IV. *& ſeqq.* & 247. VI. *& ſeqq.*
Philippus Iunior adhuc puer, Cæſar a patre renuntiatur & Tribunitia poteſtate decoratur, 244. III. Quo anno id factum, enuntiatur, *ibid.* Adhuc Cæſar annum aperit, 247. I. Simul Auguſtus dicitur, *ibid.* II. Secundum Conſul procedit, 248. I. Tertium Conſulatum nullo modo iniit, 249. II. Cum patre interimitur, *ibid.* V. *& ſeqq.* & 251. II.
Philoſophi nomen non ſemper literarum ſtudium, ſed aliquando auſteram vivendi rationem denotat, 148. IV.
Phlegon Hadriani Libertus quo tempore floruerit, & opus ſuum de Olympiadibus ſcripſerit, indicatur, 136. VIII.
Pionii Martyris dies & annus paſſionis aſſignantur, 251. XI.
Pius Papa Hygino ſuccedit, 156. IV. Ad Deum migrat, 151. III. & 165. III. Mortis annus & ſedis duratio certo definiri non poſſunt, 165. III. Epiſtolæ hujus Pontificis a Doctis non probatæ, *ibid.* IV.
Plautianus, Plautillæ Antonini Caracallæ uxoris pater, Severi Imperatoris per Orientem comes & Præfectus Prætorio, 199. IV. A Severo non relinquitur Romæ, dum ipſe in Orientem pergeret, *ibid.* Ejus apud Aug. auctoritas indigitatur, *ibid.* Conſul procedit, 203. I. Falſo a quibuſdam Silanus vocatus, *ibid.* E Fulviorum, non vero Septimiorum familia oriundus erat, *ibid.*
Plautilla Plautiani filia Antonino Caracallæ in matrimonium data, 198. IV. *& ſeqq.*
Plinius quandonam Panegyricum Traiano recitaverit, 101. III. In Bithiniam non ut Proconſul, ſed ut Auguſti Legatus ac Proprætor mittitur, 102. III. In hanc Provinciam non venit centeſimo tertio Chriſti anno, *ibid.* VIII. Neque ſtatim poſt Conſulatum a ſe geſtum, *ibid.* VII. Sed poſt aliquot tantum annos a ſumpto Conſulatu, *ibid.* III. Quo tempore in Bithiniam venerit, ſtabilitur, *ibid.* V. Jam illi provinciæ præerat cum Traianus natale imperii celebravit, *ibid.* Ad hunc Imperatorem de Chriſtianorum cauſa celebrem ſcribit epiſtolam, *ibid.* VI.
Polycarpus Smyrnæ Epiſcopus, quo anno, quo Imperatore, & quo Pontifice Romam venerit, 165. V. Martyrii ejus dies aſſignatur, 167. IV. Annus tamen incertus, *ibid.* V.
Pontianus poſt Urbanum Papam Romanam Eccleſiam adminiſtrat, 231. II. Quo die ipſi ſucceſſerit, aperitur, *ibid.* Sub Maximino martyrium ſubit, 235. V. Dies paſſionis illius aſſignatur, *ibid.* VI. Sedis duratio ſtabilitur, *ibid.* V. Vicariatus ejus ſub Urbano deceſſore commentitius, *ibid.* Ordinationis ejus dies in Dominicam perperam diſtrahitur, *ibid.* Decretales duæ huic Pontifici adſcriptæ ſuppoſititiæ reputantur, *ibid.* VI.
Pontifices Romani ante Alexandrum, quibus menſibus aut diebus ſupra annos vixerint, incompertum, 130. III. Plurium etiam poſt Alexandrum, ordinationis & mortis dies nobis ignotus, *ibid.*
S. Pontii Martyris Acta ſuppoſititia, 244. VI.
Præfecti Prætorio aliquando Conſules creati, 219. II.
Praxæas non ſub Aniceto Papa, ſed Victore ſedente Romam venit, 172. III. Quid ibi egerit, enarratur, *ibid.*
Presbyteri in Africa numquam fuere uxorati, 248. VI.
Presbyteri quinque Feliciſſimo Diacono ſe adjungunt & ab Eccleſia Africana ſe ſeparant, 251. XVI. A Concilio Carthaginenſi excommunicantur, *ibid.* XXII.
Priſcus in Macedonia tyrannidem arripit, 251. XXXV. Occiditur, *ibid.*
Proconſulatus duplex diſtinguendus, 147. V.
Pupienus & Balbinus a Senatu Auguſti nuncupantur & quo anno, 236. VIII. & 237. II. Inter ſe diſcordes, cum Capitolini Ludi celebrantur, a militibus trucidantur, 238. V. *& ſeqq.* Hos imperii annum ſecundum inchoaſſe, certum, *ibid.* VII.

Q

Quadrigæ elephantorum in triumphis adhiberi ſolitæ a quo primum uſurpatæ, 230. III.
Quindecennalia a temporibus ſolum Conſtantini Magni in Nummis deſcribi ſolita, 126. IV.
Quinquennalia & Quindecennalia a Commodo Auguſto primum in numiſmatis memorari jubentur, 192. II. At in hoc non ſunt eum ſecuti Imperatores alii uſque ad Conſtantinum Magnum, *ibid.*

R

Rebaptizationis uſum ad ſolam Eccleſiaſticam diſciplinam, non ad fidem pertinere cenſebant Africani Epiſcopi, 215. II.
Roma peſte, fame & incendio afflicta, ſextum Conſulatum gerente Commodo Auguſto, 187. V.
Romana Synodus ſub Cornelio Papa unica, non multiplex, 251. XXVI. Hujus decreta Eccleſiis longe diſſitis communicata, *ibid.*
Romulus & milites Chriſtiani ejus ſocii nonniſi anno Chriſti centeſimo duodecimo in Oriente ſub Traiano morti addicti, 106. III.

S

Sabbatum magnum quodnam olim apud Chriſtianos, 167. IV.
Sabina Hadriani Imperatoris uxor, quo anno Auguſta appellata, 126. II.
Sacerdotes ſummi apud Gentiles a Pontificibus Maximis diverſi, 161. IX. Illorum, non unus tantum, ſed plures in pluribus civitatibus conſtituti, *ibid.*
Sacramentorum ſeptenarius numerus ex diſciplina arcani probatur, 118. IX. Proteſtantes eum abjicientes refelluntur, *ibid.*
Saloninus Gallieni Auguſti natu minor filius, poſt fratres Valeriani ſeu Gallieni junioris interitum, Cæſar creatus, poſt Gallieni patris mortem & ipſe occiditur, 168. II.
Salvius Julianus Edictum perpetuum componit, quo omnes civitates Romanæ urbis leges ſequi jubentur, 131. II.
Sancti licet Epiſcopi, vel Pontifices in Martyrologiis ſimpliciter appellentur, aliquando tamen eos Martyres non fuiſſe, perperam deducitur, 224. II.
Sapores Perſarum Rex, Artaxerxis ſucceſſor Romanos ingentibus jacturis afficit, 241. IV.
Scripturæ ſacræ variæ verſiones, 229. III. *& ſeqq.*
Seculares Ludi qua anni tempeſtate edi ſoliti, 247. X. Quæ in illis ſpectacula ederentur, 204. III. Ab illis Chriſtiana religio abhorrebat, *ibid.* IV.

Seculares Ludi ab Antonino Pio prætermiſſi, 147. XVIII. *& ſeqq.*
Seculares Ludi a Severo & Caracalla Augg. dati octavi, non noni ſunt appellandi, 204. II.
Seculares Ludi a Philippo Aug. exhibiti non fuere & ultimi, 247. V. A Zoſimo memorari non debuere, *ibid.* IV. Spectacula Chriſtianis vetita in iis exhibita, *ibid.* IX. & XI. Ludi illi fuere magnificentiſſimi, *ibid.* X.
Seculum urbis nonum magna pompa celebratum, 147. XIX. *& ſeqq.*
Septimius Severus Carnunti Imperator a Legionibus ſalutatur, 193. V. Et quidem dum Pannoniæ præeſt, *ibid.* VI. Conſul ſecundum procedit, 194. I. Peſcennium Nigrum vincit, & interimit, *ibid.* II. Ejus victoriæ expenduntur, 195. II. Severus Caracallam filium Cæſarem appellat, *ibid.* III. & 196. IV. Poſt hanc nuncupationem in Gallias, non Romam immediate pergit, 196. IV. Nomina quibus ob victorias in nummis cohoneſtatus fuit, adducuntur, *ibid.* Severus Albinum dignitatem Imperatoriam arripientem debellat, 198. III. Quinquennalia exhibet, *ibid.* II. Commodum deceſſorem apotheoſi donat, *ibid.* VI. Tertium init Conſulatum, 202. I. Decennalia anno uno dilata celebrat, 203. I. Cum filiis triumphum agit, *ibid.* IV. Ludos ſeculares octavos edit, 204. II. Quindecennalia dat, 207. II. Eorum occaſione perſecutionem auget, *ibid.* III. Moritur, 211. II. Quo anno & die natus, mortuuſque, quanto etiam tempore imperarit, & vixerit, declaratur, *ibid.* Cur in nummis Tribunitia ejus poteſtas XIX. ſignetur, licet eam non attigerit, inveſtigatur, *ibid.* III.
Serapio, aliique qui ſub Decio paſſi dicuntur, ante Philippi Aug. obitum morte ſunt affecti, 250. III. Unde natus error contrarius, indigitatur, *ibid.*
Severiani Hæretici a Severo Hæreſiarcha ortum habent, 172. IV.
Severus Hæreſiarcha quo anno talis agnitus, 172. IV. Tatiano poſterior fuit, *ibid.*
Severus Aug. *Vide*, Septimius Severus.
Sixtus Alexandrum Papam excipit, 116. VII. & 130. III. Moritur, 126. VI. & 140. III. Sedis duratio, & martyrii ejus dies proditur, 140. III. Decretales ipſi attributæ falſæ, 140. IV.
Soter Papa Aniceto ſuccedit, 161. XII. & 173. III. Ad Deum migrat, 177. XI. Quantum temporis ſederit, indicatur, *ibid.* Decretales illi attributæ ſunt ſuppoſititiæ, *ibid.* XII.
Succeſſianus quandonam in Prætorii Præfectum Boebio Macro ſucceſſerit, 238. XII.
Symeon Cleopæ, quo anno martyrium ſub Traiano paſſus fuerit, evincitur, 107. VI.
Symmachus tertiam Scripturæ ſacræ interpretationem ſcribit, 201. VIII.

T

TAtianus Hæreticus Encratitarum princeps Opus ſuum ſcribit, 172. III. Illud Opus non extat, *ibid.* Severum Hæreſiarcham præcedit, *ibid.* IV.
Teleſphorus poſt Sixtum Papam ſedet, 126. VI. Ad Deum migrat, 137. XI.
Tertullianus non eſt auctor catalogi Hæreticorum in fine libri de Præſcriptionibus editi, 171. IV. Quo anno librum de corona militis in lucem ediderit, 199. III. Apologeticum item cui, & quo tempore ſcripſerit, *ibid.* VI. Liber ejuſdem de Præſcriptione adverſus Hæreticos quando promulgatus, 195. IV. Ille vero de ſpectaculis ante hos omnes foras emiſſus oſtenditur, 199. III. Qui inſcribitur ad Scapulam Africæ Proconſulem nonniſi flagrante perſecutione, & ſub finem Severiani imperii exaratus, 201. VII. Libri ad Martyres, & de teſtimonio animæ in eadem perſecutione ſcripti, *ibid.* Qui contra Marcionem dictus, nonniſi eadem fervente, lucem vidiſſe probatur, 207. III.
Theodotio Marcionis ſectator, Opus ſuum ſub Commodo Imp. publicat, 182. III.
Tiberiani Epiſtola ad Traianum de ceſſatione perſecutionis in Chriſtianos, parum ſincera, 116. II.
Tiberis inundatio ſub Antonino Pio nummis confirmata, 140. VI. Male a quibuſdam extra annum ſuum memorata, *ibid.*
Tiberius Claudius Nero dicitur ab Auguſto imperii Collega, 147. IV. Ante Auguſteum imperium vulgo Imperator dictus fuit, 147. VII. In nummis ſine prænomine Imp. expreſſus & quare, *ibid.* XIV. *& ſeq.*
Titus Veſpaſiani filius imperii Collega renuntiatur, 147. IV. Imperium proconſulare perpetuum habuit, 147. XIII.
Toga Virilis Auguſtorum filiis non prius concedi ſolita, quam decimum quintum ætatis annum attingant, 175. IV. Neque hic annorum numerus completus neceſſario requiritur, *ibid.*
Traianus Aug. *Vide*, Ulpius Traianus.
Tranſlatio Sanctorum facta multoties eo die, quo ſepulturæ mandati, 231. II.
Tribuni leges ferre poterant, 147. XI.
Tribunitia poteſtas imperii præcipua pars fuit, 147. VIII. *& ſeq.*
Trinitatis myſterium ab Eccleſia Judæis olim & Cathecumenis occultatum, licet Apoſtoli illud coram Judæis non reticuerint, 118. VIII.
Triumphi ſi per ſuſceptum Conſulatum non exhibiti, in Quinquennalibus, vel hujuſmodi ſolenniis agi ſoliti, 201. XV.

V

VAlens dictus Julius in Illyrico, ſub Decio tyrannidem arripit, 251. XXXV. Occiditur, *ibid.*
Valens Gallieno imperante, tyrannus, 251. XXXV.
Valentinus Hæreſiarcha quandonam Romam venerit, & quandiu ibidem permanſerit, 143. III. Error Baronii circa Auctores, qui contra hunc Hæreſiarcham ſcripſerunt, detegitur, *ibid.* IV.
Valerianus ſenior ex Senatus conſulto & Decii Imperatoris decreto Præturam obtinet, 251. IX.
Varius Macrinus Alexandri Aug. affinis & Legatus, in Illyrico feliciter pugnat, 229. XV.
Verus Marci Aurelii filius Cæſar dictus, 166. VII. Septennis moritur, *ibid.*
Vicennalia imperii quandonam hoc nomen primum obtinuerint, 150. II.
Viclefus inter Hæreticos Epiſtolas decretales Pontificum primus impugnat, 100. V.
Victor poſt Eleutherum Papam ſedet, 185. III. & 192. IV. Aſianos Paſcha decima quarta Luna celebrandum contendentes communione privat, 196. II. Statim ad preces Irenæi eos in communionem recipit, *ibid.* Hujus Pontificis Epiſtola ad Deſiderium Viennenſem Epiſcopum, aliaque ad Paracodam etiam Epiſcopum ſuſpectæ habentur, *ibid.* III. Victor moritur, 197. V. & 201. V. Quot annos ſederit, ſtatuitur, 201. V. Quoad menſes vero & dies nihil certum, *ibid.* Decretales ejus duæ ſuſpectæ, *ibid.* VI. An martyr fuerit, *ibid.* V.

M. Ulpius Traianus a Nerva adoptatur, Cæſar & Imperii Collega dicitur, & Imperio Proconſulari exornatur, 147. IV. & XIII. Ante menſem Novembrem adoptatur, ibid. XI. Secundum Conſul procedit, 98. I. Conſulatum tertium ſibi oblatum bis recuſat, 98. III. 217. III. Rationes quibus ad recuſandum motus fuerit, adducuntur, ibid. Dicitur Imperator tam ob victorias, quam ob Proconſulare imperium ſibi delatum, 98. IV. Comitiis Romæ habitis, in quibus tertius ei Conſulatus decretus, interfuit, 99. II. Hunc tertium Conſulatum ſibi oblatum precibus victus ſuſcipit, 100. I. Quartum Conſul creatur, 101. I. Imperii Proconſularis Quinquennalia celebrat, ibid. II. Horum occaſione renovata memoria beneficii a Traiano in Ægyptios collati, ibid. Traianus duas in Dacos expeditiones ſuſcipit, ibid. VI. In Chriſtianorum cauſa reſcribit, 102. II. Faſtis quinto nomen dat, 103. I. Iſte Traiani Conſulatus a multis perperam anno CIV. geſtus creditur, ibid. VI. Anno CIII. initum fuiſſe probatur, ibid. III. Traianus Quinquennalia imperii Auguſtei celebrat, ibid. II. De Dacis Romam redux triumphat, ibid. VIII. Dacius tamen appellatur, antequam de illis triumphum agat, ibid. IX. Optimi nomen ipſi a primis imperii annis conceſſum Senatus confirmat, ibid. Pontem lapideum ſuper Iſtrum conſtruit, ut Dacos ſecundo comprimat, ibid. X.

Traianus iterum de Dacis triumphat, 104. II. & 108. II. Imperii Auguſtei Decennalia exhibet, 108. II. Parthicus nuncupatur, ſed nonniſi poſt ſuum ſextum Conſulatum, 105. II. Nec niſi ſub idem tempus in Parthos movet, ibid. III. Ejus geſta in Oriente narrantur, ibid. IV. Per Palmam Syriæ Præfectum Arabes vincit, ibid. V. Varias ejus de variis Populis victorias uno eodemque tempore aliquos minus recte conſignare, demonſtratur, 106. II. Traianus imperii Proconſularis Decennalia anno uno dilata celebrat, eorumque occaſione perſecutio in Chriſtianos aucta, 107. II. & 112. IV. Sextum Conſul procedit, 112. I. Imperii Proconſularis Quindecennalia celebrat, ibid. II. A Lyttiis dictum Orbis conditorem oſtendit inſcriptio Gruteriana, 113. I. Gruteri tamen error circa eam detegitur, ibid. Quo anno Traianus bellum in Oriente inchoarit, idid. II. Proconſularis imperii edit Vicennalia, 116. I. Quæ in Oriente hoc anno egerit, aperitur, ibid. VI. Vicennalia Auguſtei imperii celebrat, 117. II. Ejus Acta paulo ante mortem in medium adducuntur, idib. III. Traianus Hadrianum adoptat, ibid. IV. Moritur, ibid. VI. Selinunte defunctum probant Numiſmata, ibid. III. Quanto tempore vixerit, & regnarit, quave die e vivis exceſſerit, oſtenditur, ibid. VI.

Voluſianus Galli Auguſti filius Cæſar creatur, & Tribunitia poteſtate exornatur, 251. XXXIII. Quo anno ea inſignitus fuerit, aperitur, ibid. XXXIV.

Vota Decennalia numquam ab Imperatoribus omiſſa, 192. III. Initio imperii a Pertinace primum, & deinceps a ſucceſſoribus uſque ad tempora Conſtantini Magni nuncupata, 193. III.

Urbanus Pontifex poſt Calliſtum Romæ ſedet, 222. IV. Mortalitatem explet, 231. II. Quanto tempore ſederit, & poſt ejus obitum ſedes vacaverit, indicatur, ibid. A Calliſto in Vicarium minime aſſumtus, ibid. Ejus reliquiæ Romæ in magna ſunt veneratione, ibid. III. Ejus martyrii Acta, ibid.

Z

ZEbennus Antiochenus Epiſcopus, quo anno ſedere cœperit, 228. II.

Zephyrinus poſt Victorem Eccleſiam Romanam adminiſtrat, 197. V. & 219. II. Quamdiu Pontificatum obtinuerit, & poſt ejus exitum ſedes vacaverit, indicatur, 219. II. Vicariatus ejus commentitius, ibid. Suppoſititiæ etiam duæ, quæ ſub illius nomine circumferuntur, Epiſtolæ, ibid.

INDEX
CHRONOLOGICUS CONSULUM
Prout in Notis digeruntur, illuſtrantur, ſupplentur.

Aſteriſcus indicat novas in Pagium emendationes.

IMp. *Nerva* Aug. IV. & M. Ulpius *Traianus* Cæſar II. 98.
Suff. C. Soſius *Senecio*, L. Licinius *Sura*, & Afranius *Dexter*.
C. Soſius *Senecio II.* & . . . Cornelius *Palma*. 99.
* Imp. *Traianus* Aug. III. & M. Julius *Fronto*, al. Sex. Julius *Frontinus III.* 100.
Suff. Pompeius *Collega III.* C. Plinius Cæcilius *Secundus*, Sp. Cornelius *Tertullus*, Julius *Ferox*, & Acutius *Nerva*. Item L. Roſcius *Ælianus*, & Ti. Claudius *Sacerdos*.
Traianus Aug. IV. & Sex. Articuleius *Pætus*. 101.
Suff. Cornelius Scipio *Orfitus*, Bæbius *Macer*, M. Valerius *Paulinus*, Rubrius *Gallus*, & Q. Cælius *Hiſpo*.
C. Soſius *Senecio III.* & L. Licinius *Sura II.* 102.
Suff. Manius Acilius *Rufus*, & C. Cæcilius *Claſſius*.
* . . . . Sura II. & P. Neratius *Marcellus*, 103.
* *Traianus* Aug. V. & . . . . . . *Maximus*, 104.
* Ti. Julius *Candidus II.* & A. Julius *Quadratus II.* 105.
L. Ceionius Commodus *Verus*, & L. Tutius *Cerealis*, 106.
C. Soſius *Senecio IV.* & L. Licinius *Sura III.* 107.
Suff. . . . . *Suranus II.* & C. Servilius Urſus *Servianus*.
* Appius Annius Trebonianus *Gallus*, & M. Atilius Metellus *Bradua*, 108.
Suff. C. Julius *Africanus*, & C. Clodius *Criſpinus*.
A. Cornelius *Palma II.* & C. Calviſius *Tullus II.* 109.
Suff. P. Hælius *Hadrianus*, & L. Publilius Celſus.
* Ser. Salvidienus *Orfitus*, & M. Peducæus *Priſcinus*, 110.
C. Calpurnius *Piſo*, & M. Vectius *Bolanus*, 111.
Suff. C. Julius Urſus *Servianus II.* & L. Fabius *Juſtus*.
Traianus Aug. VI. & T. Sextius *Africanus*, 112.
* L. Publilius *Celſus II.* & C. Clodius *Criſpinus II.* 113.
* Q. Hinnius *Haſta*, & P. Manilius *Vopiſcus*, 114.
L. Vipſtanus *Meſſalla*, & M. Vergilianus *Pedo*, 115.
L. Ælius *Lamia*, & . . . . Ælianus *Veter*, 116.
Suff. Sex. Erucius *Clarus*.
* . . . . *Niger*, & . . . . *Apronianus*, 117.
Hadrianus Aug. II. & . . . Fuſcus *Salinator*, 118.
* *Hadrianus* Aug. III. & . . . . *Ruſticus*, 119.
L. Catilius *Severus*, & T. Aurelius *Fulvus*, 120.
M. Annius *Verus II.* & L. *Augur*, ſeu Aurelius *Augurinus*, 121.
* Manius Acilius *Aviola*, & . . . . Cornelius *Panſa*, 122.
* L. Venuleius *Apronianus*, & Q. Articuleius *Pætinus*, 123.
* Manius Acilius *Glabrio*, & C. Bellicius *Torquatus*, 124.
* P. Cornelius Scipio *Aſiaticus II.* & T. Vettius *Aquilinus*, 125.
* M. Annius *Verus III.* & . . . . Eggius *Ambibulus*, 126.
* Titus Atilius *Titianus*, & Q. Villius *Gallicanus*, 127.
* . . . . Aſprenas *Torquatus II.* & . . . . Annius *Libo*, 128.
* P. Juventius *Celſus II.* & Q. Julius Balbus *Marcellus II.* 129.
Suff. T. *Aufidius* & . . . . Arrius *Severianus* C. Neratius *Marcellus*, & Cn. Lollius *Gallus*.
Q. Fabius *Catullinus*, & M. Flavius *Aper*, 130.
Ser. Octavius Lænas *Pontianus*, & M. Antonius *Rufinus*, 131.
* . . . . Sentius *Augurinus*, & . . . Arrius *Severianus II.* 132.
* M. Antonius *Hiberus*, & . . . . Mummius *Siſenna*, 133.
* L. Servilius Ælius *Servianus III.* & C. Vibius Juventius *Varus*, 134.
* . . . . *Pontianus*, & . . . . . . *Atilianus*, 135.
* L. Ceionius Commodus *Verus*, & Sex. Vetulenus Civica *Pompeianus*, 136.
L. Ælius *Verus* Cæſar II. & P. Cælius *Balbinus Vibullius*, 137.
* . . . . *Niger*, & . . . . . *Camerinus*, 138.
* T. Ælius Hadrianus *Antoninus* Pius Aug. II. & C. Bruttius *Præſens II.* 139.
* T. Ælius Hadrianus *Antoninus Pius* Aug. III. & M. Aurelius Ælius Verus Cæſar, 140.
M. Peducæus *Syloga Priſcinus*, & T. Hœnius *Severus*, 141.
* L. Cuſpius *Rufinus*, & L. Statius *Quadratus*, 142.
C. Bellicius *Torquatus*, & Tiberius Claudius *Atticus Herodes*, 143.
* . . . . Lollianus *Avitus*, & . . . . *Maximus*, 144.
* T. Ælius Hadrianus *Antoninus Pius* Aug. IV. & M. Aurelius *Verus* Cæſar II. 145.
Sex. Erucius *Clarus II.* & Cn. Claudius *Severus*, 146.

* An-

* . . . . Annius *Largus*, & . . . . *Meſſalinus*, 147.
* . . . . *Torquatus* & . . . . *Julianus* : ſeu *L. Torquatus III.* & C. Julianus *Vetus*, 148.
* Sergius Scipio *Orphitus* ſeu *Orfitus*, & Q. Nonius Soſius *Priſcus*, 149.
* . . . . *Gallicanus* & . . . . *Vetus*, 150.
* . . . . . *Quintilius Condianus* & . . . . *Quintilius Maximus*, 151.
* Manius Acilius *Glabrio*, & M. Valerius *Homullus*. Seu Sex. Acilius Junius *Glabrio*, & C. ſive T. Valerius *Homolus*, aut *Omollus*, *Humollus*, *Humollius Verianus*, 152.
C. Bruttius *Præſens*, & A. Junius *Rufinus*, 153.
L. Aurelius *Commodus* (Verus) & Tit. Sextius *Lateranus* 154.
C. Julius *Severus*, & M. Rufinus *Sabinianus*, 155.
Suff. . . . . . Antius *Pollio*, & . . . . *Opimianus*.
M. Ceionius *Silvanus*, & C. Serius *Augurinus*, 156.
. . . . . Vetulenus *Barbarus*, & . . . . *Regulus*, 157.
. . . . *Tertullus*, & . . . . Claudius *Sacerdos*, 158.
. . . . Plautius *Quintilius*, ſeu *Quintillus*, & M. Statius *Priſcus*, 159.
* Appius Annius Atilius *Bradua*, & Ti. Clodius Vibius *Varus*, 160.
* M. Ælius Aurelius *Verus* Cæſar, mox Aug. III. & L. Ælius Aurelius *Verus*, qui & *Commodus* Cæſar, mox Aug. II. 161.
* Q. Junius *Ruſticus*, & C. Vettius *Aquilinus*, 162.
Suff. Q. Flavius *Tertullus*.
* L. . . . . *Ælianus*, & . . . . *Paſtor*, 163.
* M. Pompeius *Macrinus*, & P. Juventius *Celſus*, 164.
L. Arrius *Pudens*, & M. Gavius *Orfitus*, 165.
* Q. Servilius Pudens, & L. Fufidius *Pollio*, 166.
L. Ælius Aurelius *Verus* Aug. III. & . . . . *Quadratus*, 167.
L. Vectius *Paullus*, & T. Junius *Montanus*, ſeu *Apronianus*, & *Paulus*, 168.
* Q. Soſius Priſcus *Senecio*, & P. Cælius *Apollinaris*, 169.
M. Cornelius *Cethegus*, ſeu *Categus*, & C. Erucius *Clarus*, 170.
L. Septimius *Severus II.* & L. Alfidius *Herennianus*, 171.
. . . . . *Maximus* & . . . . . *Orfitus*, 172.
M. Aurelius *Severus II.* & T. Claudius *Pompeianus*, 173.
. . . . . . *Gallus*, & . . . . . *Flaccus*, 174.
. . . . . . *Piſo*, & . . . . . *Julianus*, 175.
* T. Vitraſius *Pollio II.* & M. Flavius *Aper II.* ſeu . . . . *Pollio II.* & . . . *Aper II.* 176.
* L. & M. Aurelius *Commodus* Aug. & . . . . *Quintillus*, 177.
* . . . . *Rufus*, & . . . . *Orfitus*. 178.
* M. Aurelius *Commodus* Aug. II. & T. Annius Aurelius *Verus II.* 179.
Suff. P. Helvius *Pertinax*, & M. Didius Severus *Julianus*.
* L. Fulvius Bruttius *Præſens II.* & Sex. Quintilius *Condianus*. Seu. . . . *Præſens II.* & . . . . *Condianus*, 180.
* M. Aurelius *Commodus* Aug. III. & L. Antiſtius *Burrus*, ſeu *Byrrhus*, 181.
* C. Petronius *Mamertinus*, & . . . . . Cornelius *Rufus*, 182.
Suff. Æmilius *Junius*, ſeu *Junctus*, & Atilius *Severus*,
* M. Aurelius *Commodus* Aug. IV. & C. Aufidius *Victorinus II.* 183.
Suff. L. Tutilius Pontianus *Gentianus*, M. Herennius *Secundus*, & M. Egnatius *Poſthumus*.
* L. Eggius Marullus, & Cn. Papirius *Ælianus*, 184.
* Triarius *Maternus*, & M. Atilius Metilius *Bradua*, ſeu . . . . *Maternus*, & . . . . *Bradua*, 185.
Suff. C. Peſcennius *Niger II.* L. Septimius *Severus*, poſtea Imp. Apuleius *Rufinus*, & alii XXV.
* M. Aurelius *Commodus* Aug. V. & Manius Acilius *Glabrio II.* 186.
. . . . . . *Criſpinus*, & *Ælianus*, 187.
* C. Allius *Fuſcianus II.* & Duilius *Silanus II.* ſeu . . . . *Fuſcianus II.* & . . . . *Silanus*, 188.
* Servilius *Silanus*, & Dullius *Silanus*. Seu . . . . Silanus, & . . . . Silanus, 189.
Suff. Geta *Severus*, & . . . . *Vitellius*.
* M. Aurelius *Commodus* Aug. VI. & M. Petronius *Septimianus*, 190.
Caſſius *Apronianus*, & Valerius Bradua *Mauricus*, ſeu . . . . *Apronianus*, & . . . . *Bradua*, 191.
* M. Aurelius *Commodus* Aug. VII. & P. Helvius *Pertinax II.* 192.
* Q. Soſius *Falco*, & C. Julius Erucius, ſeu . . . . Erucius Clarus, 193.
Suff. Flavius Claudius *Sulpicianus*, Fabius *Cilo Septimianus*, Silius *Meſſala*, & Ælius *Probus*.
* L. Septimius *Severus* Aug. II. & Decimus Clodius Ceionius Septimius Poſtumus *Albinus II.* 194.
. . . . Scapula *Tertullus*, & . . . . Tineius *Clemens*, 195.
* C. Domitius *Dexter II.* & L. Valerius Meſſala Thraſia *Priſcus*, 196.
* . . . . Appius cl. *Lateranus*, & . . . . *Rufinus*, 197.
Ti. *Saturninus*, & C. *Gallus*, 198.
P. Cornelius *Anullinus II.* & M. Aufidius *Fronto*, 199.
* Ti. Claudius *Severus*, & C. Aufidius *Victorinus*, 200.
* L. Annius *Fabianus*, & M. Nonius *Mucianus*, 201.
* L. Septimius Severus Aug. III. & M. Aurelius Antoninus *Caracalla* Aug. 202.
* L. Fulvius *Plautianus II.* & P. Septimius *Geta*, 203.
* L. Fabius *Cilo Septimianus II.* & M. Annius *Libo*, 204.
M. Aurelius Antoninus Caracalla *Aug. II.* & P. Septimius *Geta Cæſar*, 205.
. . . . Nummius *Albinus*, & . . . . Fulvius *Æmilianus*, 206.
. . . . *Aſper*, & . . . . *Maximus*, 207.
* M. Aurelius Antoninus *Caracalla* Aug. III. & P. Septimius *Geta* Aug. II. 208.
* Claudius Pompeianus, ſeu . . . *Pompeianus*, & . . . . *Avitus*, 209.
* Manius Acilius *Fauſtinus*, & . . . . Triarius *Rufinus*, 210.
* Q. Epidius Rufus Lollianus *Gentianus*, & Pomponius *Baſſus*, 211.
* C. Julius *Aſper*, & C. Julius *Aſper*, 212.
M. Aurelius Antoninus *Caracalla* Aug. IV. & D. Cælius *Balbinus II.* 213.
Silius *Meſſala*, & . . . . *Sabinus*, 214.
* . . . . *Lætus II.* & . . . . *Cerealis*, 215.

* C.

* C. Atius, ſeu Cattius *Sabinus II.* & . . . Cornelius *Anullinus*, 216.
Suff. Q. Aquillius *Sabinus II.* & Sex. Aur. *Anullinus*,
C. Bruttius *Præſens*, & T. Meſſius *Extricatus II.* 217.
* M. Opelius *Macrinus* Aug. II. & Q. M. Coclatinus *Adventus*, 218.
* M. Aurelius Antoninus *Elagabalus* Aug. II. & . . . . *Sacerdos*, 219.
M. Aurelius Antoninus *Elagabalus* Aug. III. & Eutychianus *Comazon II.* 220.
* . . . . Gratus *Sabinianus*, & . . . . Claudius *Seleucus*, 221.
M. Aurelius Antoninus *Elagabalus* Aug. IV. & M. Aurelius Severus *Alexander* Cæſar, poſtea Aug. 222.
L. Marius *Maximus II.* & L. Roſcius *Ælianus*, 223.
. . . . *Julianus II.* & . . . . *Criſpinus*, 224.
* L. Turpilius *Dexter*, & . . . . *Fuſcus II.* 225.
Suff. L. Turpilius *Dexter*, & M. Mæcius *Rufus*.
* M. Aurelius Severus *Alexander* Aug. II. & C. Marcellus *Quintilianus II.* 226.
* L. . . . *Albinus*, & . . . . Maximus Æmilius *Æmilianus*, 227.
* Ti. Manilius *Modeſtus II.* & Ser. Calpurnius *Probus*, 228.
M. Aurelius Severus Alexander *Aug. III.* & Caſſius *Dio II.* 229.
Suff. M. Antonius *Gordianus II.*
L. Virius *Agricola*, & Sex. Catius *Clementinus*, 230.
* . . . . Civica, *Pompeianus*, & . . . . *Pelignianus*, 231.
. . . . *Lupus*, & . . . . *Maximus*, 232.
. . . . *Maximus*, & . . . . *Paternus*, 233.
. . . . *Maximus II.* & C. Cælius *Urbanus*, 234.
. . . . *Severus*, & . . . . *Quinctianus*, ſeu *Quintinianus*, 235.
C. Julius Verus, *Maximinus*, & . . . . Julius *Africanus*, 236.
* . . . . *Perpetuus*, & . . . . *Cornelianus*, 237.
Suff. Junius *Silanus*, Cn. Meſſius *Gallicanus*, & L. Septimius *Valerianus*, Ti. Claudius *Julianus*, & Celſus *Ælianus*,
. . . . *Pius*, & . . . . *Pontianus*, 238.
M. Antoninus *Gordianus* Aug. & Manius Acilius *Aviola*, 239.
. . . . *Sabinus II.* & . . . . *Venuſtus*, 240.
* M. Antoninus *Gordianus* Aug. II. & . . . . Civica *Pompeianus*, 241.
C. Vettius, ſeu C. Aufidius *Atticus*, & C. Aſinius *Prætextatus*, 242.
. . . . *Arrianus*, & . . . . *Papus*, 243.
* . . . . *Peregrinus*, & . . . . *Æmilianus*, 244.
* M. Julius *Philippus* Aug. & C. Mæſius *Titianus*, ſeu C. Mæſius Aquillius Fabius *Titianus*, 245.
* . . . . *Præſens*, & . . . . *Albinus*, 246.
M. Julius *Philippus* Aug. II. & M. Julius *Philippus* Cæſar, 247.
M. Julius *Philippus* Aug. III. & M. Julius *Philippus* Aug. II. 248.
* M. *Æmilianus II.* & Junius *Aquilinus*, 249.
* Cn. Meſſius Quintus Traianus *Decius* Aug. II. & . . . . *Gratus*, 250.
* Cn. Meſſius Quintus Traianus *Decius* Aug. III. & Q. Herennius Etruſcus *Decius* Cæſar, 251.

FINIS.

PECIAL FOLIO
93-B
15214
V.2